


Andreas Gallandi
bn. 7 Dec. 1709 at Venice, an Oratorian
priest, d. 12 Jan. 1779 at Venice
The Bibliotheca 1765–1781; 2nd ed. 1788.
Also published C. [illegible] de vetustis
canonum collectionibus Venice 1778,
Mainz 1790. Cf. Realencyklopädie 1899
6, 344 (Hauck) + D.D. Cam. (Nag)

BIBLIOTHECA
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,

POSTREMA LUGDUNENSI LONGE LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR.




Cura & ſtudio ANDREÆ GALLANDII *Presbyteri*
CONGREGATIONIS ORATORII.



TOMUS I.



VENETIIS CIƆIƆCCLXV. [1765]



EX TYPOGRAPHIA
JOANNIS BAPTISTÆ ALBRITII HIERON. FIL.
CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.



SERENISSIMÆ
VENETÆ
REIPUBLICÆ

ANDREAS GALLANDIUS

PRESBYTER CONGREGATIONIS ORATORII.

Perpetuam Felicitatem & Imperium.



X quo semel intellexi, Lactantium primum ex antiquis Ecclesiæ scriptoribus, divinarum Institutionum libros Constantino Imperatorum maximo nuncupandos duxisse [1]; *deinde Sozomenum Theodosio juniori* [2]; *ac sero tandem Nice-*

1. *Lactant.* divin. Institut. lib. I. cap. 1. §. 1.   2. *Sozom.* Orat. ad Theodos. init. lib. I. Hist. eccl.

phorum Callistum Andronico seniori Palæologo, Historiam ecclesiasticam dicandam existimasse [1]*: tum vero illud quoque didici,* VENETI IMPERII ANTISTITES, *vetustos illos scriptores dum sacra Fidei atque Ecclesiæ monumenta summis Potestatibus perlegenda obtulerunt, prudentissime censuisse. Noverant quippe illi & probe quidem noverant, pacem Imperii ac tranquillitatem ex divinis rebus rite constitutis emergere: ubi enim religio primum in re publica locum obtinet, tum demum maximorum bonorum caussa est atque origo. Hinc apposite S. Cælestinus ad Theodosium juniorem* [2]*:* Pro vestri Imperii salute geritur, quidquid pro quiete Ecclesiæ vel sanctæ religionis reverentia laboratur. *Neque aliter sane ad Justinum Augustum S. Hormisdas* [3]*:* Hæc, *inquit*, prima sunt vestri fundamenta principatus, Deum placasse justitia, & adscivisse vobis excellentissimæ Majestatis auxilia, dum adversarios ejus velut proprios comprimitis inimicos. Hæc nimirum maxima Reipublicæ fundamenta sunt, hoc solidum invictumque robur. Neque enim humanis ictibus potest esse pervium, quod est divinæ gratiæ firmitate vallatum.

His itaque præclaris virorum illustrium exemplis permotus, tantaque in primis summorum Pontificum auctoritate subnixus; quæ simul collecta in lucem nunc edo Christianæ religionis dogmata & instituta sanctis Patribus divinitus tradita, eadem, Senatores optimi, Augustissimæ vestræ Reipublicæ inscribere placuit.

1. *Niceph. Call.* Epist. nuncup. Hist. eccl. præmiss. 2. Apud *Baron.* ad ann. 431. §. XVII.
3. Ibid. ad ann. 518. §. LXXIV.

Neque porro eo ſolum nomine conſilium hujuſmodi me iniiſſe jam teneo. Quum enim ex Senatusconſulto, mihimet immerenti licet impenſiſſima veſtra voluntate haud ita pridem impertito [1], *cœptum ſit elaboratumque hujuſmodi opus ; tanti equidem doni & muneris immemor plane fuerim, niſi opus idem, quantumcumque demum eſt illud, regio patrocinio veſtro committerem: quippe ſummo æquitatis jure antiquitus ſancitum eſt, ut cederet ſolo arbor, in quo primum altis defixa radicibus, exinde virens atque frondeſcens maturum jam fructum emiſit.*

Quid quod gratia gratiam auxiſtis? quæ eſt veſtra celſitas animi & magnitudo, Optimates ampliſſimi. Neque enim collatus tantum eſt favor, ſed geminatus: & quod opus parandi facultatem regio Diplomate tribuere, & quod opus ipſum jam nunc expolitum ut equidem auguror, Sereniſſimo Solio ſiſtendi poteſtatem optatam large admodum comiterque deferre Vobis libuit. Lætus mihi enimvero dies, quo adeo ſingulare Privilegium ab expromta ſpectatiſſimi Ordinis veſtri liberalitate obtinui: ſed longe lætiſſimus iſte, quo etſi pro tanto beneficio meritam gratiam referre haud valeam; illam tamen utcumque ſive memori mente perſolvere, ſive publicis monumentis teſtari jam licet.

Huc autem & illud vel maxime accedit, proxime a Vobis per ſummam religionem atque pietatem inter divos æternæ Urbis veſtræ Patronos fuiſſe relatum [2] S. PHILIPPUM NERIUM, *Congregationis Oratorii fundatorem inſtitutoremque: Patrem, inquam, illum*

1. S. C. datum die II. Aug. 1753. 2. Ex S. C. dat. die 11. Febr. 176$\frac{4}{5}$.

optimum; qui triginta abhinc annos vitæ meæ cursum suavissimis legibus moderatus, puerum suum fratrum minimum in via æterna deducere [1] pergit: quemque proinde precor enixius cum fratribus, neque deinceps precari umquam desinam, ut vestrum qua late patet Imperium, assiduo foveat præsidio, jugi vigilantia custodiat, prævalido patrocinio tueatur, atque apud Deum Patrem omnipotentem inclytæ vestræ Reipublicæ sempiternam felicitatem procuret.

Quæ quidem dum ipse mecum reputo, quumque probe noverim officium postulare quod suadet ratio ac jubet æquitas; ita me demum arbitratus sum tantorum beneficiorum, tum meo tum nostræ potissimum Congregationis nomine, & memorem & gratum probari posse, si quod tamquam in angulo gestum est, prædicarem jussu Domini super tecta [2], palamque profiterer qualibet gratiarum actione majora illa esse promerita, quæ in nos ex regia vestra munificentia redundarunt.

Interim vero, ad me quod maxime attinet, quum jamdiu fuerim edoctus divinitus, nemini licere sine munere Principes & Reges adire [3]; neque honorem solum sublimioribus Potestatibus esse præstandum, sed etiam tributum reddendum [4]: propterea, ne verbis dumtaxat rem tantam transigere videar, vetustos Christianæ religionis Antistites, sive Græcos sive Latinos, coram Vobis Serenissimæ Reipublicæ Proceres sisto, tum quasi egregios dicatissimi obsequii mei obsides gratique animi certissimos testes, tum in primis tamquam sacerdotale tributum CHRISTIANISSIMÆ REIPUBLICÆ jure

1 Psalm. CXXXVIII. 24. 2. Matth. X. 27. 3. Jud. III. 15. I. Reg. X. 27. XVI. 20. III. Reg. IV. 21. X. 2. 4. Rom. XIII. 7.

pensum : hujusmodi enim illustri præconio , vix dum elapsis a regiæ Urbis conditu duobus sæculis , Rempublicam vestram Honorius summus Pontifex exornavit [1]. *Quod scilicet verissime dictum plausu excipiens Baronius noster , vir maximus* [2]*:* Honorius, *inquit* , dignissimo titulo , & merito quidem , Venetam Rempublicam CHRISTIANISSIMAM nominat.... quo amplissimo titulo gloriosa potensque , longe lateque terra marique dominium feliciter propagavit.

Adstant igitur Vobis , Senatores optimi, Patrum antiquissimi quos deinceps & reliqui affectabuntur, Clemens, Hermas, Barnabas, Ignatius, Polycarpus, præclarissima illa ævi Apostolici lumina: Justinus item, Tatianus aliique complures , qui Christianam religionem sive asserendam sive illustrandam suscepere. At vero, quo tandem nomine illustres ii divinæ veritatis præcones istuc advenisse sunt existimandi? Nimirum, ut Cœtus vestri amplitudinem coram spectantes, magnopere collætentur, illudque Davidicum Domino concinant [3]*:* Deus stetit in synagoga deorum.

Porro si jam, non per ejusmodi monumenta in quibus tamen quodammodo reviviscunt Ecclesiæ Patres, sed ipsimet istic Vobis assiderent , ut viri docti sententiam usurpem [4]*: quo demum cumque se converterent, haberent illi quidem quod in hac Republica post hominum memoriam clarissima, vehementer admirarentur: eximia videlicet divinæ munificentiæ dona uberrime in eamdem collata; quorum illud princeps, fides*

1. *Honor.* PP. Epist. ad Episc. Venet. & Istr. 2. *Baron.* ad ann. 630. §. XIV. 3. *Psalm.* LXXXI. 1.
4. *Huet.* Epist. ad Origen. Comment.

des Apostolica fieri meruisti. Quamobrem, sicut mater urbium Roma super omnia regna terrarum sublimatur in Petro: sic & tu, velut ejus INSIGNIS FILIA, per Marcum gloriaris in Christo.

Quod superest, Veneti Patres, Deum O. M. Imperii vestri conditorem atque custodem, oro enixissime obtestorque, ut [1] det *Vobis* sedium suarum assistricem sapientiam: *sapientiam, inquam, illam* quæ novit opera sua, *in amplissimum Ordinem vestrum* mittat de cælis sanctis suis, ut vobiscum sit & vobiscum laboret: *tantisque demum in Augustam Rempublicam vestram collatis muneribus propitius favens, addat perpetuitatem.*

1. *Sap.* IX. 4. 9. 10.

Dabam ex Ædibus Congregationis nostræ VIII. Kalendas Aprilis, anno a Partu Virginis MDCCLXV.

FRANCISCUS LAUREDANO, *Dei gratia Dux Venetiarum* &c. *Universis*, *&* *singulis notum facimus*, *hodie in Concilio Nostro Rogatorum captam fuisse Partem tenoris infrascripti*, *videlicet.* Sopra le istanze che ci furono fatte dal P. D. *Andrea Galland Prete dell' Oratorio*, siamo discesi a permettere la stampa nello Stato, dell' Opera intitolata: *Bibliotheca veterum Patrum*, o sia, *Maxima sanctorum Patrum veterumque Scriptorum ecclesiasticorum Bibliotheca*, ed a concedere a lui solo di poter farla stampare dal Matricolato di questa Città che sarà per sceglierе, o a chi avrà causa da lui ad esclusione di ogni altro, il Privilegio per anni venti, da intendersi principiato dal giorno del presente, della stampa e vendita del Libro medesimo tanto in questa Città di Venezia, quanto in qualunque altro Luogo dello Stato Nostro; a condizione, che sia impresso in buona carta, perfetti caratteri, bel margine, e diligenti correzioni, da essere prodotti nel Magistrato de' Riformatori dello Studio di Padova, in riscontro li primi, susseguenti ed ultimi fogli, e che siano presentate nelle pubbliche Librerie di Venezia e di Padova le solite copie. Resta perciò a' Stampatori tutti, Librarj, ed a qualsivoglia altra persona, così della suddetta, come di qualunque altra Città del Dominio nostro, che causa o facoltà non avesse da esso P. *Galland*, proibito il vendere per detti anni venti lo stesso Libro in poca o molta quantità, il

ſarne ſeguire le riſtampe in eſtero Stato, anche con l' abuſiva Edizione di Venezia, e l'introdurle nello Stato ſotto pena della perdita degli Eſemplari e di Ducati cinquecento, da eſſere applicati un terzo all' accuſatore, un altro terzo all'Accademia de' Nobili alla Giudecca giuſto il Decreto 23. Febbrajo 1746. ed il rimanente al Privilegiato. Sotto le medeſime pene ſia pure vietato ad ogni uno per li riferiti anni venti di contraffare il Libro ſuddetto in qualſivoglia parte, ſotto preteſto di reſtrizione, correzione, aggiunta, o mutazione di Titolo. Per il che commettemo tanto al Deputato alla eſtrazione de' Libri dalla Dogana di non licenziare dalla medeſima o da altro Luogo ove eſiſteſſero, quelli che non foſſero corriſpondenti agli eſibiti nelle pubbliche Librarie, quanto al Segretario di non rilaſciare Mandato, dovendo intenderſi tutti perduti e confiſcati, ed incorſo il traſgreſſore nelle pene come ſopra. A chiara intelligenza di ogni uno volemo inoltre, che nel principio, o nel fine del Libro predetto ſia in aggiunta delle ſolite Licenze regiſtrata la preſente, come ſta e giace. *Quare auctoritate hujus Concilii mandamus omnibus, ut ita exſequi debeant.*

Datæ in Noſtro Ducali Palatio die II. *Auguſti Indictione* VI. MDCCLIII.

1755. 10. Agosto.

Gl' Illustrissimi ed Eccellentissimi Signori Riformatori dello Studio di Padova hanno concesso il riferito Privilegio al P. D. *Andrea Galland Prete dell' Oratorio*, dovendo però l'accennata stampa essere eseguita dal Librajo e Stampatore Veneto Gio: Battista Albrizzi giusto la Terminazione 9. corrente, ed inerentemente al Decreto 2. Agosto 1753.

(f. Alvise Mocenigo 2.° Riform.

(

(Marco Foscarini Cav. Proc. Riform.

Giacomo Zuccato Segr.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. F. Filippo Rosa Lanzi* Inquisitor Generale del Santo Officio di Venezia, nel Libro intitolato, *Præfatio generalis & Prolegomena ad primum Volumen Bibliothecæ veterum Patrum*, non v'esser cosa alcuna contro la santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi e buoni costumi, concediamo Licenza a *Gio: Battista Albrizzi* Stampator di *Venezia* che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 10. Zugno 1765.

(Angelo Contarini Procur. Riform.

(

(Francesco Morosini 2.° Cav. Procur. Riform.

Registrato in Libro a Carte 242. al Num. 1468.

Davide Marchesini Segretario.

PRÆFATIO GENERALIS.

SYNOPSIS.

I. *Veterum Ecclesiæ Patrum lectione nihil præstantius utiliusve, jucundius nihil.* II. *Consilium de nova eorumdem* veterum Patrum bibliotheca *instruenda*. III. *Nostrum in ea paranda institutum. Patrum* Græcorum *opera, sicubi Græce occurrant, cum* Latina *versione perpetuo conjungenda*. IV. *Patrum* minorum *opera colligenda, quibus interserendæ præcipuæ* Veterum Apologiæ. V. *Intexenda itidem* Martyrum Acta sincera. VI. Operibus *scriptorum ecclesiasticorum* indubiis *perpauca intermiscenda vetustissima* Pseudepigrapha. VII. Fragmenta *insuper quæ supersunt apud antiquos Ecclesiæ scriptores, ex veterum Patrum operibus deperditis, simul congerenda: iis interim omissis, quæ in Catenis & apud Eclogarios occurrunt*. VIII. *In his autem operibus fragmentisque digerendis*, temporis ordo *ubique servandus*. IX. *Quid operæ in singulis Patrum scriptis heic edendis, impendendum*. X. *Editoris obtestatio. Fautores laudati. Conclusio.*

I. QUum divino plane munere jampridem Apostoli Paulli epistolarum lectione multum admodum captus, in illud primum incidissem [1]: *Attende lectioni & doctrinæ, insta in illis*; quo sane dicto dispensatores mysteriorum Dei ad munera sua rite peragenda optime imbuuntur: tanto equidem Doctori sive monenti sive præcipienti morem esse mihi omnino gerendum jam tum existimavi; ut propterea pluribus ab hinc annis, tum in sacrarum scripturarum lectionem quotidie incumbere, tum veterum Patrum doctrina animum excolere statuerim.

Et sacris quidem litteris jam olim a principio mirifice in primis afficiebar, adeo ut ab iis perlegendis levi de caussa me divelli numquam passus fuerim: quin & deinceps plerisque fultus præsidiis ad hujusmodi studiorum genus comparatis, abditiores earum sensus assequi etiam atque etiam enitebar. Interim vero, quo facilius ac securius illud consequerer quod mente conceperam, haud remissiore cura in antiquorum Ecclesiæ Patrum scriptis pervolutandis versabar: qua quidem exercitatione subactus, brevi probe intellexi, vetustiorum ejusmodi monumentorum tractatione, sive dignitatem spectes, nihil esse honestius; sive utilitatem, nihil compendiosius; sive demum jucunditatem, nihil quod suavius accidere valeat; iis præsertim hominibus, qui divinitus vocati altari deserviunt: ex illis enim perennibus Christianæ doctrinæ fontibus, sapientia, pietas, eruditio virtutesque omnes uberrime fluere noscuntur.

Quid multis opus est? An vero quidquam decorum magis aut laudabilius, quam [2] *sapientiam omnium antiquorum exquirere, ac narrationem virorum nominatorum conservare*? Quantum inde sodes honoris & gratiæ nobis accedet, si Clementis, Ignatii, Polycarpi, Justini ceterorumque vetustissimorum Patrum scita excipere; Majores nostros ingenii acie, disputandi scientia, doctrinæ copia, facultate dicendi aliisque mentis & animi egregiis dotibus præditos auscultare; atque ab ipsis, quæ Dei sunt, quæ religionis, quæ pietatis nosmet edoceri opportune contingat? Quid porro excellentius honestiusve, quam illos affectari sive morum integritate, sive dignitatis honore auctoritateque præstantes viros; qui dum in terris agerent, audientium animos in sui

1. I. *Tim.* IV. 13. 16. 2. *Eccli.* XXXI. 1. 2.

admirationem raptos, ad veritatem divinamque sapientiam studiosius perquirendam qua dictis qua factis magnopere alliciebant; quique præterea pro sacro doctrinæ Christianæ deposito inviolate servando, strenue decertarunt; qui Ecclesiam denique universam monumentis ære perennioribus impense illustrarunt auxeruntque?

Neque solum veterum Patrum lectione præstantius nihil; verum etiam quicumque in eorum scriptis evolvendis operam suam studiumque navat, multa sibi profecto magnaque præsidia comparandi rationem novit invenitque: siquidem quæ ab his *scribis doctis in regno cælorum proferuntur de thesauris suis nova & vetera* [1], sibi acquirens; *pane vitæ & intellectus* quo plenius exsatietur, abundat, & *aquam sapientiæ salutaris* [2] inde affatim haurit. Nimirum in sacras hujusmodi exercitationes vir studiosus solicite incumbens, veritatemque ad ipsam usque originem sectatus, tum vero ad summam rerum divinarum scientiam atque amplitudinem semet provectum gaudet. Quidni gaudeat? Heic enim germanum sacrarum litterarum sensum luculenter illustratum, percipere: heic fidei dogmata fideliter exposita, magnaque ingenii acie atque animi vi propugnata, cognoscere: heic morum doctrinæ præcepta, Christianæque vitæ instituta solide ac sine fuco explanata, perdiscere: heic demum ecclesiasticæ disciplinæ placita sacrorumque rituum documenta, copiose atque dilucide pertractata intelligere, in promtu est. Quæ quidem omnia legentium animos mirum in modum ad virtutem informant, quippe qui optimis sanctissimorum Patrum institutionibus imbuantur.

Huc accedit, iis qui vere sapiunt omnium esse jucundissimum, divinæ religionis primordia & incrementa introspicere: primorum Christianorum dogmata, sacra, ritus, cognitos habere atque perspectos: virorum apostolicorum scripta, monumentaque vetustiorum nostræ fidei doctorum evolvere: uno verbo, majorum natu Ecclesiæ colloquio & conversatione uti, monitis & exemplis frui; mores, vultus denique ipsos coram intueri: eorum, inquam, *Antiquorum quorum sapientiam narrant populi & laudem nuntiat Ecclesia* [3]. Quapropter incredibili sane animi voluptate afficitur, quisquis demum tot tantarumque rerum objectam speciem attente fuerit contemplatus ac penitissime inspexerit.

II. Quæ quidem dum ipse idemtidem mecum reputassem, dolebam enimvero aliquando, plenam adhuc exactamque desiderari veterum Patrum quos vocant *minores* collectionem: qua videlicet adjutus lector industrius, ab religionis initiis profectus ad rerum ecclesiasticarum originem assurgere progressionemque persequi ordinatim valeat. Hinc porro factum, ut omni diligentia pro viribus adhibita quo mihi compararem undique hujusmodi vetusta monumenta sive patronorum favore ac præsidio, sive amicorum ope atque sollertia, exinde non sine quodam divino consilio ut equidem arbitror, magna facta fuerit meis rebus accessio.

Quibus ita positis, cogitatio aliquando animum subiit de nova *veterum Patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum bibliotheca* instruenda; eo in primis nomine quod haud pauca, neque parvi ut quidem puto æstimanda, mihi ad hoc pensum peragendum præsto essent. At vero ab eo consilio plurimum deterrebar, quod probe noverim, *quam non sit absque periculo multorum judicio ingenium tenue & exile committere*, ut verbis utar Rufini [4]. Verum licet exiguitatis meæ conscientia tanto molimini me imparem persentiscerem, diuque fuerim anxio & solicito animo ne opus magis arduum quam vires ferrent, conficiendum in me susciperem: prævalide tamen arrectum me ipsum intelli-

1. *Matth.* XIII. 52. 2. *Eccli.* XV. 3. 3. *Ibid.* XLV. 15. 4. *Rufin.* prolog. ad exposit. Symb.

go egregia ſane illa Theodoriti ſententia ; cujus cogitatio mihi numquam excidit , quæ nimirum penitus inſidet [1] : Ἐγὼ δὲ, τῇ μὲν ἐμαυτοῦ δυνάμει τόδε τὸ ἔργον σταθμώμενος , τὴν ἐγχείρησιν ὀῤῥωδῶ· θαῤῥῶν δὲ τῷ φιλοτίμῳ δοτῆρι τῶν ἀγαθῶν, μείζοσιν ἢ κατ' ἐμαυτὸν ἐγχειρῶ . „ Ego vero hinc vires meas , illinc opus ipſum æqua lance „ perpendens, aggredi quidem illud reformido: fretus tamen munificentia lar„ gitoris bonorum omnium, majora viribus meis aggredior . „

Et plures quidem cum ingenio tum doctrina præſtantes viros , noſtra proavorumque memoria , ad ejuſmodi eccleſiaſticæ antiquitatis monumenta ſive colligenda ſive etiam evulganda fuiſſe aggreſſos , probe novimus . Neque vero inutilem neque indiligentem operam navarunt illi: ut propterea multa laude digni habendi ſint; qui nimirum laborioſum ac pleriſque difficultatibus obſitum opus non ſolum inchoarint , ſed etiam ſtudio atque induſtria longe lateque provexerint. Ceterum licet iis, qui jampridem hanc provinciam ceperunt, neque doctiorem me neque diligentiorem exiſtimem, quos immo vero colo atque ſuſpicio ; illis tamen feliciorem me ipſum jure appellaverim : eo videlicet nomine , quod & plurima hodie proſtent e tenebris in lucem eruta veterum Patrum opera , & pleraque alia jamdiu evulgata novis eruditorum curis recenſita fuerint atque illuſtrata : quibus demum acceſſionibus locupletata bibliotheca quam inſtruendam ſuſcipimus , ceterarum cumulatiſſimam futuram confidimus .

III. Jam vero proximum fuerit , de noſtro inſtituto verba facere . Primum igitur omnium , quum Eccleſiæ Patres ſcriptoreſque quotquot exſtant , ſi perpaucos excipias, vel Græce ſcripſerint vel Latine ; ad Græcos quidem quod attinet , eorum opera ſicubi *Græce* occurrant , ea demum cum *Latina* verſione perpetuo conjungenda curabimus : tum ut juſto virorum doctorum deſiderio fiat ſatis , tum maxime propterea quod plerumque ſcriptoris ſententia e primigenio textu tamquam ex fonte purior hauriatur prodeatque nitidior . Longe ſiquidem nobis eſſe recedendum putavimus ab eorum conſilio , qui ejuſmodi collectionibus contexendis manum admoventes , Patrum Græcorum verſiones tantummodo typis excudendas cenſuere : ut proinde in iis perlegendis , quid potius Patrum illorum interpretes intellexerint , quam quid Patres ipſi ſcripſerint, vir eruditus cogatur attendere . Ecquemnam porro fugiat , nullam adeo abſolutam interpretationem inveniri , quin alicubi offendat vel dormitet interpres ? Atque , ut alios remotioris ætatis prætereamus , ecquis demum ſibi jure non metuat , quum apud recentiores criticos , Valeſium virum ſummum cui parem interpretem forte reperias neminem , haud raro virgula cenſoria notatum perſpiciat , quod ſcilicet Græcos eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptores non maxima ſemper fide Latine reddiderit? Multum quidem conferunt a peritis interterpretibus elaboratæ verſiones : ſed longe præſtat , ut induſtrio ac ſollerti lectori archetypum pateat ad quod verba interpretis exigat, ne qua ipſi aliquando errandi obrepat occaſio : quod heic ſane potiſſimum obſervandum , nemo non videt. Etenim , ut rite monet vir doctus Huetius [2] , Patrum Theologorumque eccleſiaſticorum ſcriptis Chriſtianæ religionis & fidei dogmata traduntur , atque intima verbi Dei adyta reſerantur: res videlicet operoſæ ſponte ſua ac difficiles , in quibus proinde lapſus & proclivis & periculi plenus . Eapropter tum veterum Patrum dignitati tum legentium commodis , quantum per nos licuit, conſultum voluimus : providentes nimirum, ut quæcumque ſcripta in hanc noſtram bibliothecam eſſent inferenda , ea tum vero iiſdem omnino litteris traderentur, quibus ab ſuis auctoribus conſignata circumferuntur.

1. *Theodor.* Hiſt. eccl. lib. I. cap. 1. 2. *Huet.* de Interpr. lib. I. pag. 25.

IV. Alterum vero quod nobis peragendum sumsimus, illud est: *Patrum* videlicet *minorum* quos vocant, opera quotquot superant omnia, simul collecta in medium proferre. Quod tamen non adeo stricte sumtum quis velim accipiat, quin liceat interdum ex aliis etiam ecclesiasticis majorum gentium scriptoribus nonnulla seligere præstantiora; ea, inquam, quæ Christianæ religionis defensionem potissimum spectant. Multo sane utilior, ut quidem auguror, hac in primis tempestate, fuerit collectio nostra, si lectores ingenuos in summa religionis controversiarum penetralia deducat, eisque altioris theologiæ semina detegat. Ex his enim apologeticis scriptis non solum subsidii plurimum ad præcipua Fidei capita rite intelligenda percipere valent, atque luculenta Traditionis testimonia colligere; quæ quidem in promtu habere maximi refert: verum etiam jugi grataque memoria repetentes egregia Majorum nostrorum facinora, victorias partas, actosque de Christianæ religionis hostibus infensissimis ubivis gentium triumphos: hinc quidem uberrimam polemicæ sanctorum Patrum scientiæ intelligentiam sibi comparabunt: illinc vero & ipsi præclaris ejusmodi exemplis expergiti, armisque muniti prævalidis, ad avitam doctrinam divinitus traditam strenue propugnandam, promtiores atque alacriores reddentur. Hoc igitur consilio, celebriores veterum Patrum *Apologias* quæ supersunt, tum Græcorum tum Latinorum, reliquis Ecclesiæ scriptorum operibus intexendas existimavimus.

V. Præterea, ne hinc quidem abesse *Acta Martyrum sincera* passi sumus: merito videlicet ac jure cum erudito viro [1] ducentes, sacra hujusmodi monumenta digna omnino esse quæ inter tractatorum ecclesiasticorum scripta recenseantur. Siquidem, inquit V. C. [2] „ post sacras scripturas quas divini Spi„ ritus afflatu editas nobis reliquerunt sancti Dei homines, nihil nobis san„ ctius atque antiquius esse debet, quam primigenia & *genuina Martyrum* „ *Acta*, quæ veneranda nobis antiquitas hactenus illibata servavit. Quum „ enim ex divinis litteris habeamus [3], eorum *Dicta* dum ad præsides siste„ rentur, superno instinctu pronuntiata fuisse: fit ut quæ in his Actis ad præ„ sidum quæstiones responsa continentur, pro sacris oraculis merito habenda „ sint: nec sane minori religione eorum *Facta*, præsertim vero martyria, ac„ cipienda sunt; ut quæ non nisi Spiritus sancti impulsu suscipi, nedum con„ summari potuerint. „ Hæc ille.

Neque solum hujusmodi Actorum dignitate permoti atque præstantia, in eam demum sententiam devenimus, ut eadem quoque huc transferrentur; verum etiam propterea in primis quod pleraque ex ipsis validissima suppetant argumenta quæ ad præcipua Fidei mysteria propugnanda peropportune comparata esse perhibentur: quo quidem munere præ aliis perfunctos novimus duumviros doctos, Ludovicum Geraldum Abbatem de Cordemoy [4], & Prudentium Maranum Monachum Congregationis S. Mauri [5]. Plurimum profecto valere ad Christianæ religionis ejusmodi testimonia, nemo sanæ mentis inficias ierit: quin etiam iisdem eo major inest vis & firmitas, quo simplicior est atque constantior fidei confessio, quam vel medios inter cruciatus edidit sanctorum Martyrum longe maxima cohors [6]. „ Quis enim vitæ suæ tam stulte prodi„ gus, ut eam in verbi controversia profundat; & quem nomine tenus exi„ stimet Deum, ejus divinitatis asseverationem sanguine suo confirmet? Ha-

1. *Ceillier* Hist. gener. des Aut. eccl. tom. I. préf. pag. XIV. 2. *Ruinart.* Act. Martyr. præfat. init.
3. *Marc.* XIII. 11. 4. *Abb. de Cordem.* Traité contre les Sociniens, ou la conduite qu' a tenue l' Eglise dans les trois premiers siécles, en parlant de la Trinité & de l' Incarnation du Verbe. Paris *1696.* 12.
5. *Maran.* Divinitas D. N. Jesu Christi, manifesta in Scripturis & Traditione. Paris. *1746.* fol.
6. Vide sis præf. ad secund. edit. Actor. Martyr. *Ruinart.*

„ bent quidem aliquid ſubtilitatis Arianorum & Socinianorum interpretatio-„ nes : ſed hæ verborum tendiculæ non aſcendunt in equuleum , nec inter „ cruciatus & tormenta conſiſtunt . „ Verba ſunt V. C. quem modo laudavimus [1] .

Huc accedit, ejuſmodi Actorum lectionem ad omnia Chriſtianæ religionis officia diligenter ſanctèque ſervanda vel maxime conferre . Quam quidem in rem, iis miſſis exemplis quæ in Eccleſiæ annalibus paſſim occurrunt obviam, magis placet ſententiam in medium adducere , quam de ſacra hujuſmodi lectione tulit vel ipſe Scaliger [2] : „ Vetuſtiſſimorum, inquit, Eccleſiæ martyriorum lectione , piorum animus ita afficitur , ut numquam ſatur inde recedat : quod quidem ita eſſe , unuſquiſque pro captu ſuo & conſcientiæ modo ſentire poteſt . Certe ego nihil umquam in hiſtoria eccleſiaſtica vidi , e cujus lectione commotior recedam , ut non amplius meus eſſe videar . „ Hæc ille.

Quæ quum ita ſe habeant , huc pariter pertinere *Acta Martyrum ſelecta* , æquo jure cenſuiſſe mihi videor . Acta nimirum illa , ut cum magno Baronio loquar [3] „ quæ veneranda prodit antiquitas poſt tot naufragia ſcripturarum , facie pura, ſincera & decora , ſunt cupide a veritatis cultoribus amplectenda atque avidius exoſculanda .... Gratiora quidem hæc atque clariora quibuſvis aliis licet veris , pigmentis tamen eloquentiæ circumlitis . Etenim omne quod fucatum eſt , ſuſpectum redditur ; & verum non ſemper creditur, quod magna artis induſtria concinnatur : contenta namque nitore ſuo veritatis pura ſimplicitas , eo pulchrior quo incultior , recte ſentientibus eſſe ſolet. „

VI. Hæc autem ab eccleſiaſticorum annalium conditore graviſſime pronuntiata , in eamdem ſententiam nos pertrahunt , ad reliqua Eccleſiæ ſcriptorum opera quod attinet , huic bibliothecæ inſerenda . Nimirum , quum flagitet , non poſtulet, recta ratio ut a germanis veterum Patrum ſcriptis ea ſejungantur omnia, quæ ipſis ſuppoſita fuiſſe noſcuntur : idcirco illos dumtaxat cujuſque auctoris tractatus typis excudendos ſtatuimus , qui palam ſinceri virorum eruditorum calculis ſunt comprobati, adulterinis interim alio amandatis. Quam ob rem v. c. Epiſtolis Ignatianis ſive *interpolatis* ſive *ſuppoſititiis* prætermiſſis , ſeptem tantummodo S. Martyris Epiſtolas breviores , vetuſtis ſcriptoribus perlectas atque probatas, exhibemus . Theophili Antiocheni libros tres ad Autolycum præſtamus quidem : quæ vero ſub ejus nomine circumferuntur *commentaria in quatuor Evangelia*, cum Criticorum filiis abjudicamus atque rejicimus. Idem porro de Tatiani *Harmonia* : idem ſentias velim de reliquis.

Verum hujuſmodi legem nobis ita ſervandam propoſuimus , ut nonnullis tamen vetuſtiſſimis *pſeudepigraphis* locus relinqueretur : quæ videlicet antiquis primorum ſæculorum Patribus vel coæva vel propemodum æqualia fuerint . Quum enim ordine chronologico bibliothecam noſtram contexere placuerit ; qua de re mox infra §. VIII. injucundum enimvero lectoribus , ne dicam grave atque moleſtum accideret, operibus iis ſubdititiis deſtitui, quæ in evolvendis indubiis vetuſtiorum Eccleſiæ ſcriptorum monumentis, ad ipſorum placita pro re nata probe percipienda, ſibi quodammodo neceſſaria, perquam utilia certe, fore animadverterent . Ex ejuſmodi ſane antiquioribus ſcriptis quantumvis hypobolimæis , temporum ordine ſervato diſpoſitis, haud parum lucis genuinis veterum Patrum operibus accedere , virorum eruditorum nemo ne-

1. *Maran.* Divin. D. N. J. C. lib. II. cap. IV. §. I. pag. 222. 2. *Scalig.* in Animadv. Euſeb. ad ann. MMCLXXXIII. pag. 221. 3. *Baron.* ad ann. 290. §§. XXXIII. XXXIV.

ſcit ; ut celebri critico Richardo Simonio præ ceteris viſum [1] : eo quod ante omnia ex iiſdem varia inſuper nec ſane levia eruantur argumenta , quibus ſumma Chriſtianæ religionis capita confirmentur : quod quidem a viris doctis aliquoties factitatum , ex dicendis inferius compertum fiet . Eapropter omnino præterire nobis religio fuit nonnulla primorum ſæculorum ſuppoſititia , quæ veterum Patrum operibus præſertim apologeticis rite intelligendis vel maxime conducere perhibentur : idque in anteceſſum palam profiteri placuit , ne qua videlicet de hac ſive licentia ſive incuria nobiſcum expoſtulandi lectoribus præberetur occaſio. Quod supereſt, ſi quis perpauca iſtiuſmodi ſcripta heic typis conſignata, neque ut quidem videtur indiligenter, moleſte ferat ac ſtomachetur ; illa tum vero tranſſiliat ipſemet , per nos licet : at æqui ſaltem bonique conſulat, ut ex iis alii minus inſtructi, atque in vetuſtiorum Patrum operibus pervolutandis mediocriter exercitati fructum aliquem, neque fortaſſe parvum neque pœnitendum, percipiant.

VII. Verum ut ad reliqua ſe convertat oratio , non ſolum integra eccleſiaſticorum ſcriptorum opera , vel junctim edita vel alibi diſperſa , in noſtram bibliothecam ducimus conjicienda ; ſed etiam antiquorum Patrum *fragmenta* , ſive opera per partes diſciſſa, quotquot in variis aliorum auctorum ſcriptis ſupereſſe novimus: hæc, inquam, omnia disjecta plerumque ac lacera, in unum veluti corpus coagmentata in medium proferendi conſilium cepimus : quo nimirum operum jamdiu deperditorum jacturam , ex eaque acceptum detrimentum , vel hac ſaltem ratione pro virili ſarciremus . In quo quidem ſpicilegio coacervando viros eruditos , Halloixium , Grabium , Fabricium & Cruſium [2] nobis dudum viam ſtraviſſe agnoſcimus & profitemur . Atqui de noſtro labore ac diligentia in his vetuſtiorum Patrum reliquiis tamquam e naufragio tabellis colligendis, illud tum demum divini ſcriptoris præfiſcine uſurpare liceat [3] : *Ego noviſſimus omnium evigilavi, & quaſi qui colligit acinos poſt vindemiatores. In benedictione Dei & ipſe ſperavi ; & quaſi qui vindemiat , replevi torcular* : ut proinde cuicumque hanc bibliothecam adire libeat , plerique ſane ſcriptores eccleſiaſtici , (quos in aliis ejuſmodi collectionibus vix ac ne vix quidem comparere contingit) magna licet ſui parte truncati , pretioſis tamen laciniis facile agnoſcendi , ſuo quiſque loco aptoque ordine diſpoſiti , eidem procedant obviam . Quod quidem eo ſenſu dumtaxat mihi dictum accipi velim , quo Q. Tullius Cicero ad Marcum fratrem perſcribens ajebat [4] : *Non ut aliquid ex iis novi adjicerem , ſed ut ea quæ in re diſperſa atque infinita viderentur eſſe , ratione & diſtributione ſub uno aſpectu ponerentur*. Neque vero quiſquam ierit inficias , ut arbitror , hujuſcemodi ſtudium noſtrum non ſolum impendii ac laboris plurimum minuere , verum etiam haud minimum utilitatis conferre : quos enim fructus aliquot annorum diurnis nocturniſque vigiliis nobis comparavimus ; eos adeo in promtu habent alii, ut brevi temporis ſpatio ac magna cum animi voluptate, honeſta etiam laude, uberem hanc ſyllogen in ſuos uſus convertere valeant.

Unum tamen eſt , quod heic præmoneam : me videlicet in his fragmentis convaſandis ea ratione laboraſſe , ut interim *Catenas Patrum* quas vocant , inſuper habendas intellexerim . Sed abſit verbo invidia : neque enim demum ita ſentio , perinde ac ſi ejuſmodi Catenis aliquid detractum velim ; iis præſertim quæ a certis notiſque ſcriptoribus conſarcinatæ feruntur: immo vero etiam ne aliis quidem quæ anonymos auctores agnoſcunt , quum his quoque ſuum

1. *Simon* Biblioth. critiq. tom. II. chap. XIV. p. 223. & tom. III. chap. III. p. 41. 2. *Cruſ.* Diſſert. epiſtol. §. IV. pag. 12. ſeq. 3. *Eccli.* XXXIII. 16. 17. 4. *Q. Tull. Cic.* Comment. de petit. Conſul. cap. I.

conſtet pretium ; eo maxime quod utriſque uſi fuerint atque utantur etiamnum plerique docti viri , qui peculiaribus veterum Patrum editionibus adornandis operam ſuam navarunt navantque in dies ſumma cum laude. At vero ut Catenas qualeſcumque miſſas facerem , pluribus profecto de cauſſis , atque in primis cll. virorum ſive exemplo ſive auctoritate permotum adactumque quodammodo me ipſum ſentio . Et optimo ſane jure , ut quidem exiſtimo . Quum enim in illud potiſſimum incumbere ſtatuiſſem, ut quæ antiquorum Patrum opera edenda parabam , paucula ſi excipias prioribus ſæculis illigata, ea demum omnia germana eſſent atque ſincera, neque ulli, quantum in me fuerit, ſuppoſitionis aut interpolationis labi obnoxia: qua tandem ratione munus meum præſtare mihi licuiſſet , ſi ex iſtiuſmodi collectionibus ea fragmenta ſive loca decreviſſem excerpere, quæ ſub unius vel alterius eccleſiaſtici ſcriptoris nomine circumferuntur, atque huic vel illi ſciens volenſque aſſeruiſſem?

„ Levis nimirum & fluxa Catenarum fides, ut verba Huetii doctiſſimi uſurpem [1]. Si quis enim ſymbolas ejuſmodi non niſi ab eruditis & gravibus „ viris in unum compoſitas arbitretur , ſua eum valde fefellerit opinio . Tri„ plici autem fere modo lectorum fidei ſolent imponere ejuſmodi centonum „ conſarcinatores : vel auctorum permutandis nominibus : vel ex variis aucto„ ribus uno eodemque decerpendo & conflando loco: vel teſtimoniis interpo„ landis , contrahendis , diffundendis , non αὐτολεξεὶ, ut par erat , referendis : „ ut proinde quidquid ex his Catenis deſcribitur , in aliquod opus contexen„ dum informandumque ; illud quidem non alio numero habendum eſſe cen„ ſeam, quam quo ſuppoſititia vel dubia haberi ſolent. Singula exemplis com„ probare promtum eſſet . Inde adeo Michael Ghislerius & Petrus Poſſinus ta„ lium Catenarum editores, caute ipſis & circumſpecte utendum eſſe, parum„ que ineſſe auctoritatis, præfationibus ſuis declararunt. „ Hæc ille. Neque aliter viri docti, Montfauconius [2], Maſſuetus [3], Simonius [4], Grabius [5], Maffejus [6], alii : quorum quidem unanimi ſententiæ de ſubleſta Catenarum fide, pleriſque adductis exemplis confirmatæ , calculum adjicere , cujusque ingenui eſſe lectoris nemo eſt qui jure ambigat.

His itaque haud mediocriter excitati rationibus, ſi quæ operum jamdiu deperditorum laciniæ, quæ indubiam ſuorum auctorum fidem faciant, adhuc ſuperent; ſi qua, inquam, vetuſtiorum Patrum fragmenta in noſtri muneris penſique decurſu nobis occurrant apud Euſebium, Athanaſium, Epiphanium, Theodoritum alioſque paris auctoritatis ſcriptores : ea omnia tum vero ſimul collecta proferre animus eſt ; reliquis interim quæ ſive in Catenas ab ſequioris ævi ſcriptoribus contextas illata, ſive ab Eclogariis excerpta perhibentur, tamquam dubiis atque incertis prorſus omiſſis.

VIII. Ad ordinem porro quod ſpectat, in veterum Patrum operibus fragmentiſque digerendis ſervandum, unam nobis *temporis rationem*, omnium nimirum opportuniſſimam , retinendam cenſuimus ; propterea in primis quod mos iſte apud eos viros eruditos invaluerit, qui noſtra potiſſimum tempeſtate ad novas ſcriptorum eccleſiaſticorum editiones parandas manum admoverunt : ii ſiquidem illud in ſe operæ inter cetera ſuſcepiſſe noſcuntur , ut ad temporis leges ſingula diligenter exigerent . Et laudabili quidem conſilio : hac enim ratione in abdita cujuſque ſcriptoris veluti manu ducuntur lectores, ipſiſque ad omnia clarius cognoſcenda iter planum tutumque aperitur . Eumdem itaque ordinem

1. *Huet.* præfat. ad Origen. pag. 10. 2. *Monif.* Palæogr. lib. V. cap. 1. pag. 347. 3. *Maſſuet.* in admonit. ad Iren. fragm. 4. *Simon* Hiſt. critiq. des Comment. du N. T. chap. XXX. pag. 423. 5. *Grab.* Differt. de vitiis LXX. Intt. §§. III. XI. pagg. *6. 22.* 6. *Maffej.* Epiſt. ſub fin. vol. II. opp. S. Iren. edit. Venet. pag. 45. & alibi.

in componendis veterum Ecclesiæ Patrum monumentis, quoad ejus fieri potest exactiorem, nos quoque persequi statuimus: quo nimirum Christianæ religionis facies legentium animis lucidior nitidiorque obversetur, atque ipsorum prope oculis subjiciatur successio & traditio illius sacri depositi; quod per manus Apostolorum a primævis Patribus acceptum, qui deinceps sunt insecuti tractatores ecclesiastici, sartum tectum fideliter custodierunt tradideruntque, ad nos usque atque ad seros posteros intactum & illibatum transmittendum.

Atqui, ut sententiam nostram aliquot exemplis confirmemus, cedo, quis v. c. Cyprianum probe noverit, nisi antea Tertulliani scripta perlegerit? quis Hieronymum, cui fuerit ignotus Origenes? quis Theodoritum, ni primum Joannis Chrysostomi opera evolverit? Sic e Basilio pleraque hausit Ambrosius: sic Prosper, Fulgentius, Anselmus, Augustino plurima debent: ne multis, posteriores Patres priorum doctrina usi, eorumque placitis imbuti fuisse perhibentur; ut proinde haud levi negotio subsequentium Ecclesiæ scriptorum præcepta institutaque assequamur, ubi disserendi methodum ab iis qui præcessere adhibitam, incompertam habeamus. Hinc igitur plane constat, ut quidem arbitror, prodesse plurimum ejusmodi Patrum collectiones, quæ temporis habita ratione fuerint rite digestæ: hujusce namque ordinis ductu a Christianæ religionis primordiis ad sequiora usque tempora paullatim progredientes, proavorum nostrorum dogmata divinitus tradita, cum facilius percipere in promtu est, tum expeditius in aliorum utilitatem convertere.

Hac autem chronologica methodo ad sæculum usque XII. bibliothecæ nostræ seriem perducere intendimus, si quidem vires vitamque dederit Dominus, *cui vivimus, cui morimur, cujus sumus* [1]. Quos quidem limites nobis circumscribendos admonuit munus ipsum pensumque susceptum, id est Patrum in primis antiquorum opera colligendi consilium. Quum enim spectabili hoc nomine scriptores suos Ecclesiam compellare noverimus, qui duodecim a Christo nato sæculis floruere, sive ab Apostolorum temporibus ad sanctum usque Bernardum, qui *novissimus inter Patres* vocari consuevit: heic utique pedem figere nobis propositum fuit. Neque vero ubi licuerit hos fines pertingere, animo sumus ita comparati, ut non ultra progredi rata sententia sit [2]:

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:

quin etiam, si virorum doctorum auctoritas præsertim & favor accesserit, collectionem nostram ulterius adhuc provehere haud gravabimur: siquidem & eo nomine pleraque præsto sunt neque parvo æstimanda ut quidem existimamus, jam tum nobis collecta quum de hac bibliotheca conficienda consilium iniremus. Quod quidem si quando contingat, tunc enimvero sacrum illud effatum pro meo jure usurpare fas erit [3]: *Propterea ab initio confirmatus sum, & consiliatus sum, & cogitavi, & scripta dimisi.*

IX. Jam vero instituti nostri ratione summatim universimque spectata, reliquum est, ut quid in singulorum Patrum operibus edendis nobis præstandum duxerimus, paucis exponamus. Itaque quum editoris cujusque, mea quidem sententia, maxime omnium intersit, ut sui auctoris textum quem parat evulgandum, mendis detersum ac pristino decori quoad ejus fieri potest, restitutum exhibeat: illud sane in primis curæ fuit, ut quam emendatissima prodirent omnia. Eapropter, quo rite pro viribus ejusmodi munere fungeremur, quotquot celebriores cujusque scriptoris ecclesiastici editiones fuerunt nobis compertæ, de iis utique conquirendis comparandisque fuimus valde soliciti: quibus nimirum inter se invicem collatis, sive quæ communi virorum erudito-

1. *Rom.* XIV. 8. 2. *Virgil.* Æn. I. v. 278. 3. *Eccli.* XXXIX. 38.

rum calculo censebantur optimæ, illas seligeremus, nonnullis quandoque notis additis, e criticorum scriniis potissimum depromtis; sive etiam nonnumquam longiores doctorum editorum observationes contractas, cuilibet auctori subjiceremus compendio usi: quod quidem officii munus obeuntes, illud primum diligenter cavimus, ne quisquam, ut par est, debita laude fraudetur; deinde ita nos gessimus, ut intra textus vel emendandi vel confirmandi limites adnotationes plerumque coerceantur: non enim auctorum placita, sed verba in primis editori præstanda; neque quid illi senserint, sed quid scripserint, ante omnia proferendum. „ Haud equidem ignoro, inquit vir doctus [1], „ multos esse delicatos ac fastidiosos homines, qui exquisitas dumtaxat observationes & communes quos vocant locos, ad pompam & ostentationem „ compositos, sibi exhiberi velint: illam vero adnotationum partem quæ emendationes ac varias lectiones continet, levem prorsus ac despiciendam existiment. Quibus ego id responsum velim: etsi emendationes illæ ac variæ lectiones, quas Græci διττογραφίας vocant, insuaves plerumque ac molestæ sint legentibus; utiles tamen eas esse in primis ac prorsus necessarias: in his præsertim scriptoribus, quorum libri minus emendati ad nos pervenerunt. „ Hactenus V. C.

Præterea illud nobis peragendum existimavimus, ut lectoribus minus expertis ejusmodi pararentur subsidia, quibus adjuti aliquatenus, sive Patres propius agnoscerent, sive illorum scripta utilius evolverent perciperentque facilius. Scite namque Joannes Sarisberiensis [2]: „ Singuli, ait, Patrum librum „ aliquem expositúri, sicut ratio exigit, de auctore & materia ejus, intentione, caussa & titulo, & si qua sunt alia quæ auditoribus & lectoribus faciliorem intelligentiam sequentis operis præparent, in tractatibus suis præmittere consueverunt. Et hæc quidem, habita ratione loci & temporis, & eorum ad quos sermo dirigitur: ut ad formam evangelicæ institutionis, familiæ Domini mensuram cibi salutaris opportune dispensent. Nam, ut ait „ Palladius, magna pars prudentiæ est, consulta ratione, personam illius qui scribit permetiri. „ Hæc ille. Cui quidem merito ac jure præcipienti morem & ipsi gerentes, ne officio nostro penitus deesse videamur, in *Prolegomenis* ad unumquodque volumen de singulis Ecclesiæ Patribus quorum opera in eo continentur disserimus; ipsorum operum αὐθεντίαν propugnamus, scriptionis tempus inquirimus, aliaque si qua forte notatu digna occurrant, pro viribus exponimus & illustramus. Singulis item cujuslibet auctoris operibus summaria capita subjicimus, quæ commentarii fere vicem suppleverint: ex iis enim scriptoris scopus adeo manifeste perspicitur, ut in ejus doctrinæ abdita introspicienda lector sollers levi negotio deduci valeat.

X. Hæc habui, quæ de meo consilio atque instituto edisererem. Ceterum oro viros doctos obtestorque, ut Fidei, Religioni, Ecclesiæ nec non litterarum bono consultum velint, mihique laboranti ac tanto oneri ferendo pæne impari, monitis subsidiisque doctrinæ ac eruditionis animos addant: quo nimirum cœptum opus strenue prosequi & ad finem usque perducere, mihi tandem aliquando Deo favente contingat. *Quod si fuerimus, ut spero, assecuti*, verbis utor Lactantii [3], *mittemus* lectores nostros *ad ipsum doctrinæ uberrimum ac plenissimum fontem*, *cujus haustu atque potu conceptam visceribus sitim sedent ardoremque restinguant.*

Reliquum est, ut in grati animi obsequium præcipuos studiorum meorum

1. *Vales.* præfat. ad Socrat. & Sozom. hist. eccl. sub finem. 2. *Jo. Sarisb.* epist. CLXXII.
3. *Lactant.* Institut. lib. I. cap. I.

fautores commemorem. Primum itaque mihi celebrandus *Hieronymus Grimani*, Senator ampliſſimus, ac ſummus Venetæ bibliothecæ Præſes & Moderator; quo benigne favente atque annuente, tum pro ſibi congenita humanitate, tum pro ſingulari diſciplinarum litterarumque ſtudio, codices Græcos & Latinos manu exaratos conſulendi latam facilemque mihi præbuit facultatem V. C. Antonius Zanetti, tantæ bibliothecæ dignus Cuſtos; cui præterea multum admodum me debere palam facio. Commendandi vero mihi potiſſimum, Procuratoria dignitate præſtantes, *Aloyſius* & *Joannes-Franciſcus*, excellentiſſimæ Familiæ *Piſanæ* ornatiſſimum par fratrum; quorum munificentia & juſſu ex locuplete ipſorum bibliotheca quidquid librorum operi conficiendo perutile opportunumque accidebat, comiter mihi protulit vir eruditiſſimus Joſephus Laſta ejuſdem bibliothecæ Præfectus. Optimo item jure poſtulat æquitatis officium, ut præſtantiſſimum Sevirum magnopere prædicem *Petrum Barbadicum*, morum candore, facili comitate, aliiſque ingenii & animi egregiis dotibus Senatorio nomine vere dignis præcipuum; qui meorum rationi ſtudiorum proſpicere qua patrocinio qua conſilio numquam deſtitit; ut ipſi propterea meritam gratiam quantum in me eſt rependam. Quid vero eloquar de optimo illo ac præclariſſimo Senatore *Bernardo Nani*, non minus eruditione quam generis nobilitate conſpicuo, quem ignorat nemo, qui litteras humaniores norit? Is enim dum in vivis ageret, bibliothecam ſuam luculenta mss. codicum in primis Græcorum copia refertam mihi patere adeo humaniter annuit juſſitque, ut beneficentia liberalior ne voto quidem fingi poſſit. Sed eheu! virum pluribus nominibus perilluſtrem immaturo fato haud ita pridem muſis ereptum luximus, etiamnumque lugemus: ex cujus proinde obitu conceptus animo dolor vix aliquod lenimentum caperet, niſi nobiliſſimi ejus fratres germani *Jacobus* & *Joannes*, parilibus ingenuis dotibus præditi; parili quoque voluntate atque humanitate inſtitutum conſiliumque meum fovere in dies pergerent. Porro iniquus ſim niſi *Antonii Bongiovanni* officiis me fuiſſe devinctum profitear, conjunctiſſimi quondam collegæ atque optimi inter amicos; quem quidem virum doctrina ſatis excultum eruditumque, tres ab hinc annos ſupremum diem obiiſſe, magno ſane Græcarum litterarum incommodo, cummaxime doleo. Aliorum autem virorum doctorum, quotquot mihi benevolos ſum expertus, pro re nata deinceps meminiſſe animus eſt: numquam enim non ſatagam, ne ſit qui beneficium in immemorem plane collatum fuiſſe jure conqueratur.

Quod ſupereſt, præfationem noſtram S. Auguſtini verbis hiſce claudere placet [1]: *Ego autem quum per eos qui meos labores legunt, non ſolum doctior, ſed etiam emendatior fiam, propitium mihi Deum agnoſco: & hoc per Eccleſiæ doctores maxime exſpecto, ſi & in ipſorum manus venit, dignanturque noſſe quod ſcribo.*

1. *Aug.* de dono perſev. §. 68.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE

S. CLEMENTE ROMANO.

SYNOPSIS.

SECTIO I.

I. *Nonnulla de* Clemente R. *cujus quatuor superſunt Epiſtolæ. Et primum quidem de duabus* ad Corinthios. *Studium in iis heic iterum evulgatis, adhibitum.*

II. *Prioris Epiſtolæ Corinthiacæ præſtantia, & integritas aſſerta. Conjecturæ de illius interpolatione, exploſæ.*

III. *Poſterioris item ſinceritas adſtruitur & confirmatur.*

IV. *Adverſariorum objectiones tolluntur: quarum prima e diſſimilitudine ſtili deſumta.*

V. *Falſo exiſtimatur illa fuiſſe a ſanctis Patribus reprobata. Suſpecta fides Euſebii. Dionyſii Corinthiorum epiſcopi locus diſcuſſus.*

VI. *Ejuſdem Epiſtolæ cum priore conſenſus, judice vel ipſo Photio.*

VII. *Pſeudo-Juſtini locus immerito objectus.*

VIII. *Solvuntur argumenta, quibus notham ſuſpicatur Epiſtolam Hermannus Venema. Clemens origine Gentilis, non Judæus. Chriſtianiſmus, ejus ætate, longe lateque propagatus. Epiſtolæ I. locus inſignis de Chriſti divinitate propugnatus.*

A IX. *Tempus quo utraque Epiſtola ſcripta fuerit, inquiritur.*

SECTIO II.

X. *Ejuſdem Clementis Epiſtolæ II.* ad Virgines *nuper editæ. Nova recenſione heic denuo typis excuſæ.*

XI. *Argumenta quibus harum Epiſtolarum ingenuitas confirmatur, alia externa, interna alia. Epiphanii teſtimonium excutitur ac defenditur.*

XII. *Teſtimonium item Hieronymi expenſum, illuſtratum aſſertumque. Aliis etiam nonnullis Patribus antiquioribus eædem Epiſtolæ haud incompertæ.*

XIII. *Characteres interni propoſiti. Aliquot ſen-*
B *tentiæ Syriacarum Epiſtolarum, in Corinthiacis quoque occurrunt. Eadem utrobique ſcribendi & ratiocinandi methodus. Mores denique vere apoſtolici.*

XIV. *Diluitur de Grapte cujus mentio apud Hermam, Clementis Romani uxore, lepidum Hermanni Venemæ commentum. Duo epiſtolæ I. ad Corinthios loca vindicata. Quæ vero Virginibus inſcribuntur, Græcis litteris fuiſſe primum exaratæ perhibentur, Eccleſia in pace conſtituta.*

SECTIO I.

De duabus Epiſtolis ad Corinthios.

I. Clemens Romanus, ſanctorum Patrum quotquot exſtant vetuſtiſſimus, neque uno nomine primus, chorum ducit: vir plane apoſtolicus, ab ipſis nempe Apoſtolis inſtitutus, Petri quoque diſcipulus & Paulli συνεργός; cui proinde ab iiſdem Apoſtolorum principibus evangelium ipſorum ſanguine recens ſignatum, concreditum fuiſſe perhibetur; cujus ſcripta tantum non θεόπνευστα; cujus denique *nomen*, dum adhuc in terris ageret, Spiritu ſancto teſtante [1], *ſcriptum erat in libro vitæ*. Hic igitur ſummus Eccleſiæ univerſæ Pontifex, Paſtor & Doctor egregius, plura ſane perſcripſerit apoſtolicæ doctrinæ monumenta, quibus Chriſtianam religionem illuſtraret confirmaretque: verum ex his nihil ferme aliud eſt reliqui, niſi quatuor Epiſtolæ, quibus fidei ac pietatis inſtitutionem quam ab Apoſtolis hauſerat, ſancte cuſtoditam & religioſe ſervatam, fideliter ad nos uſque tranſmiſit. Harum duæ priores *Corinthiis* inſcriptæ, circa elapſi ſæculi medium; duæ vero poſteriores *de Virginitate* pertractantes, nuper demum e bibliothecarum tenebris erutæ, in lucem prodierunt. De utriſque nobis agendum. Nunc vero de duabus Epiſtolis Corinthiacis.

Has itaque anno 1633. e vetuſtiſſimo ms. codice Alexandrino edidit Oxonii primus omnium Patricius Junius: priorem quidem, addita Latina verſione notiſque illuſtratam: poſterioris vero reliquias
C Græce tantum ad calcem rejectas. Quo vero ſuum penſum rite abſolveret editor, voces deperditas, ut ipſemet in præfatione teſtatur, & litteras vetuſtate exeſas, ſpatiis & interſtitiis accuratiſſime dimenſis, ſupplevit & minio rubro notavit; eo nimirum conſilio, ut quæ in laceris membranis temporis injuria conſumta deſiderabantur, ab iis quæ addita vel ſuppleta fuerint lectores facilius ſecernerent. Quæ quidem ſupplementa Juniana poſteriores editores, ut uncinulis clauſa typis imprimerentur, diligenter curarunt. Magna enimvero & laudanda Junii ſollertia, ſi fides ipſi adhibenda. Verum ſecus ſentiunt de eo deque ejus labore in deſcribendo ms. Alexandrino viri longe doctiſſimi, Waltonus [2] in primis, Millius [3] & Grabius [4]: ut
D proinde minus recte cenſuerit Fellus [5], „ actum „ ſcilicet irrito conatu acturum fuiſſe illum, qui „ poſt Junium ad exemplar Alexandrinum omnia „ denuo exegiſſet: ſiquidem, ſubdit, ea habetur „ de eruditione, induſtria & fide D. Junii apud „ omnes fama, ut eamdem ſuſpicione aliqua labefactare, non incivile modo, ſed iniquum prorſus videatur.

At pretium fuerit operæ heic in medium proferre, quæ de Juniana Clementinarum Epiſtolarum editione fuere ab ipſo Grabio adnotata. Sic autem ſe habent [6]: „ Quæ ex collatione (ms. codicis „ Alexandrini) emendationem præbent, ad hæc

1. *Philipp.* IV. 2.
2. *Walton.* prolegom. ad Bibl. polyglott. ſect. IX. §. 34.
3. *Mill.* apud *Ruſſel.* edit. PP. Apoſt. tom. I. part. 2. p. 256.
4. *Grab.* prolegom. ad Verſ. LXX. cap. II. §. 1.
5. *Fell.* præfat. ad Epiſt. I. Clem. edit. Oxon. 1669.
6. *Grab.* apud *Wottonum* ad calcem Epiſtt. Clem. pag. 101.

„ fere capita reducuntur. I. Nonnulla in editis A omittuntur, quæ in prototypo exstant, ut ex versione Latina constat. II. Haud pauca vocabula litteris miniatis eduntur, quæ in codice exstant; quod factum esse a typothetis verisimile est. III. Sunt haud pauca, quæ non recte exscripsit editor. IV. Nonnulla aliter scripta sunt, quam editor repræsentavit ex singulari quadam ejus opinione; qua adduci non potuit, ut scriptionem veterem aliter exhiberet, quam secundum vulgarem scribendi morem. V. Sæpe quum ipse male exscripserit, correctionem ex conjectura addit ad marginem; quæ correctio in ipso codice reperitur. „ Hactenus Grabius. Quibus ergo vitiis laborant editiones ferme omnes, utpote quæ B fuere ad Junianam exactæ: quod quidem liquido patet ex Wottoniana omnium emendatissima.

Hæc igitur Cantabrigiensis satis luculenta ἔκδοσις in vulgus prodiit anno 1718. summa cura Henrici Wottoni elaborata. Eam enim haud semel exigens V. C. ad fidem ms. codicis Alexandrini, adhibito etiam Junii edito cum eodem codice a Millio atque a Grabio collato, Junianum textum quem ceteri editores sunt secuti, octogies emendavit supplevitque; quæ vero aberant a ms. exemplari, atque a Junio litteris miniatis designabantur, minutioribus typis imprimenda curavit. Sed præstat Wottonum ipsum audire, qui consilium studiumque suum in hac editione adornanda hisce verbis exponit [1]: C „ Quum primum mecum decrevissem editionem *S. Clementis* in me suscipere, Grabii Milliique exemplaria quæ eorum uterque cum ms. codice quam accurate contulerat, mihi comparavi, atque illorum collationes & emendationes diligenter ad oram libri mei adnotavi. Quod quum egissem, ms. codicem quanta fieri potuit diligentia plus quam semel de novo contuli: quem, quum unicus sit, usque ad litteram secutus sum, præterquam in abbreviationibus, quas hoc in loco potius adnotandas duxi. Hujusmodi sunt: ΘΣ pro Θεὸς, ΚΣ pro Κύριος, ΙΣ pro Ιησοῦς, ΧΣ pro Χριστὸς, ΠΝΑ & ΠΝΣ pro πνεῦμα & πνεύ- D ματος, ΟΥΝΟΣ pro οὐρανὸς, ΑΝΟΣ pro ἄνθρωπος, ΙΣΛ & ΙΗΛ pro Ισραὴλ, ΙΛΜ pro Ιερουσαλὴμ, ΠΡΑ pro πατέρα. Ubi vero codex ms. discedit a vulgari scribendi ratione, vel parum recte se habet; veram ac usitatiorem scribendi rationem, ut & lectiones, emendationes & conjecturas Junii, Boisii, Cotelerii, Felli, Colomesii ac Clerici, inter variantes lectiones posui. Plurimis etiam in locis textum emendavi & suæ integritati restitui, ubi parum recte a Junio describebatur. — Quæ me ad hanc editionem suscipiendam præcipue impulerunt, hæc fuerunt: ne deesset emendatior Græci textus editio „ cet. E Hanc autem Wottonianam editionem, omnium licet accuratissimam, qui deinceps Epistolas Clementinas typis excuderunt viri eruditi, si Richardum Russelium excipias, præteriere inconsultam. Quod quidem mirum, sin minus de reliquis, at saltem de Clerico qui eamdem præ manibus habuit: ex ea enim selectiores Boisii adnotationes a Wottono tum primum editas descripsit, quas in secundam Amstelodamensem Patrum Apostolicorum editionem Cotelerianam transtulit. At eo in primis nomine illam insuper habuisse videtur Clericus, quod editor Cantabrigiensis tum Eduardi Bernardi notulas quibus Epistolæ I. αὐθεντίαν elevare conatus est exsufflarit, tum ipsummet Clericum identidem haud immerito castigarit.

Quandoquidem vero Russelii mentio incidit, illud interest adnotare, industrium hunc editorem in suis *Patrum Apostolicorum operibus genuinis*, Londini anno 1746. evulgatis, Wottonianam editionem præ ceteris sibi sequendam jure censuisse. Qui & ad calcem secundæ partis voluminis I. laudabili consilio pleraque subjecit adnotata, ex Joannis Millii apographo accurate ad ms. codicis Alexandrini fidem exacto descripta: quæ quidem adnotata Wottonum prætermisisse, quamvis & ipse apographum Millianum sibi comparasse asseveret, miror enimvero; eo vel maxime quod nonnulla in iis reperiantur, quibus ex eodem ms. vetustissimo codicum editorum lectio passim exactior redditur.

Neque porro illud prætermittendum, V. C. Joanni Ludovico Frey qui anno 1742. *Epistolas Patrum Apostolicorum* typis Basileensibus consignavit, Wottonianum exemplar, quod quidem exoptabat, videre tum demum licuisse, quum jam Epistola I. Clementis e prelo evasisset: ut proinde posteriorem tantummodo paullo emendatiorem exhibuerit. Qualemcumque tamen hujus editionis Freyanæ, alioqui satis nitidæ, defectum supplere annisus est vir eruditus Antonius Birrius in *publico Specimine*, itidem Basileæ anno 1744. edito, atque conjecturis haud pœnitendis ad textum Clementinum editionis Wottonianæ ulterius adhuc detergendum referto. Hujus autem Speciminis Birriani exemplar quum frustra diu conquisivissem, summo licet studio expetitum, voti tandem compotem me fecit vir liberaliter eruditus Gaspar Hagenbuchius, a quo una cum litteris humanitatis & officii plenissimis Turico Helvetiorum dono illud accepi: quo quidem nomine viro optimo gratias ago & habeo.

His itaque aliisque subsidiis instructus, ad eam quam heic profero editionem parandam elaborandamque me contuli: quo quidem in opere quantum industriæ ac studii adhibuerim, aliorum esto judicium. Illud sane affirmare ausim, Clementis Epistolas ad Corinthios nunc demum prodire multo castigatiores, quam hactenus fuere in vulgus emissæ: tot enim loca sunt restituta, tot menda sublata; ut perpauca, si qua sunt, adhuc emendanda superesse videantur. Quum vero in textu Græco emaculando summa cum laude præ omnibus versatus fuisse videatur Henricus Wottonus, sollertem hunc editorem ferme ubique sum affectatus: ea tamen adhibita ratione, ut nonnulla quandoque in notis subjecerim ex Millii præsertim apographo, quæ vel ipsum editorem Cantabrigiensem fugerunt, ut modo præmonui; quin & in medium protulerim aliquot virorum eruditorum conjecturas, Birrianas in primis, quæ ad veram lectionem eruendam, ubi textus deficit, propius accessisse visæ sunt. Interpretationem Cotelerii a Coutantio recensitam retinui, nisi aliter suaserit exactior codicis Alexandrini collatio, a Wottono & Millio instituta: sicubi enim ex fide ms. lectio vulgata reformanda fuit, interpretatio quoque ut ad textum Græcum exigeretur oportuit. Adhæc, Veterum testimonia præmisi ex Coteleriana editione desumta; quibus tamen alia nonnulla intexui, ceteris aut prætermissa aut invisa. Fragmenta item Clementina adjeci, ex iis potissimum petita quæ Coutantius congessit: at locum Irenaicum ab ipso recitatum omisi, quem potius inter testimonia referendum censui; in eo namque non aliquid novi, sed tantum Epistolæ I. synopsin Irenæus exhibuisse perhibetur, ut cuilibet diligenter attendenti

1. *Wotton.* præfat. p. CCVII.

compertum fiet: quod quidem magno Ecclesiæ annalium parenti jampridem suboluit [1], quum adhuc Clementis textus in bibliothecarum latebris delitesceret. Summaria denique capita e Coutantiana & Freyana editionibus contexta subjecimus.

II. Jam vero, ut de harum Epistolarum præstantia & sinceritate differamus, celeberrima est, quod omnes eruditi norunt, quæ prior Corinthiis inscribitur: ἱκανωτάτη γραφὴ dicta S. Irenæo, ἐπιστολὴ μεγάλη τε καὶ θαυμασία Eusebio: atque adeo tantum non canonica, eam apud omnes auctoritatem obtinuit, ut perinde ac reliquæ Apostolorum Epistolæ, publice aliquibus in ecclesiis lecta fuerit: quod quidem præter Eusebium, Hieronymum aliosque veteres scriptores, testatur antiquior Dionysius Corinthiorum episcopus [2]. Hæc sane priscum evangelii vigorem spirat: stilus quam proxime ad novum Testamentum accedit: res verbaque ipsa desumta in primis ex Epistolis Paullinis: denique nihil fere in ea reperiri contingit, quod primæva nascentis Ecclesiæ incunabula non referat; nihilque quod virum plane apostolicum non maxime deceat.

At quamvis hujusmodi venerandum sacræ antiquitatis monumentum a plerisque vetustis locupletissimis testibus quos eidem præmisimus, usquequaque adstruatur; atque, simul ac ex antiquissimo ms. codice Alexandrino illud in lucem fuit editum, summo eruditorum ferme omnium consensu, sincerum omnino quantumcumque est, agnitum fuerit, receptum comprobatumque: non defuere tamen hoc & superiore sæculo, qui vitiatum idem mireque interpolatum obfirmate contenderint. Eos inter primas tenet Eduardus Bernardus, cujus notulæ in utraque Amstelodamensi Coteleriana Patrum Apostolicorum editione comparent: quibus nimirum in id operis potissimum omni adhibito conatu incumbit vir κεκτικώτατος, quo hanc Epistolam a plano improbo misere fœdatam suadeat, qui Clementi Romano innumeras Clementis Alexandrini lacinias adsuerit. Severioris autem hujus critici placita Joanni Clerico plerumque probantur, qui ea primus in vulgus emisit. Utrumque porro, sed Bernardum præsertim, solide refutavit laudatus Henricus Wottonus in notis ad Clementinas Epistolas, quarum editionem eo potissimum nomine a se adornatam profitetur [3]. Verum haud pigeat ipsummet accuratissimum editorem hac de re differentem audire [4]: „ Irriti sunt, inA „ quit, hujus (*Bernardi*) conatus: qui enim hoc „ modo ex Clemente Alexandrino arguit, aut eum „ non probe novit, aut mala fide agit: eadem enim „ ratione actum erit de authentia & fide eorum „ omnium, qui a Clemente Alexandrino usquam „ citantur, scriptorum. Nemo enim Patrum majo- „ ri licentia est usus in citandis auctoribus, sive sa- „ cris sive ethnicis; quum ei in more sit, non in- „ tegra auctorum verba semper recitare, sed pro „ arbitrio suo nunc contrahere, nunc de suo inse- „ rere, alia omittere, alia variis modis muta- „ re. — Si adhæc sedulo attendas, agnosces pie „ lector mecum, ex Alexandrino non interpolatam „ fuisse, toties ab Ecclesia primæva celebratam lau- B „ dibus, immo & cum sacris scripturis publice le- „ ctam omani Clementis Epistolam. „ Hæc Wottonus: cui tamen præiverat Joannes Potterus V. C. in animadversionibus ad Clementem Alexandrinum [5], ubi summatim quidem, sed acriter, Bernardi conjectationes elisit.

Hujus vero critici Angli vestigia presso pede persequitur Joannes Laurentius Moshemius [6]; quem si audias, Clementis Epistola I. quarta sui parte mulctanda tibi erit hinc & illinc, a capite IX. ad LV. Sed ne priora quidem decem capita, eo judice, ab interpolatione sunt prorsus immunia. At inania esse ac futilia Moshemii argumenta in oculis posuit Joannes Ludovicus Frey [7]: siquidem invicte vir eru- C ditus evincit cum ex antiquitate codicis Alexandrini ex quo descriptum est pretiosum illud κειμήλιον, tum ex veterum Patrum testimoniis, nos eamdem omnino Epistolam habere, quam habuit vetusta Ecclesia; quam audierunt in sacris cœtibus primævi Christiani, dum adhuc ejus lectionis usus vigeret; quam denique legerunt Dionysius Corinthius, Clemens Alexandrinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Hieronymus, ceteri.

Verum si altius adhuc assurrexisset V. C., vetustis illis Ecclesiæ scriptoribus vetustiorem etiam addere poterat Polycarpum, sanctissimum Smyrnensem episcopum & martyrem; qui eamdem Clementinam Epistolam manu versasse, quin & nonnulla ex ea pæne D verbo tenus excerpta in suam ad Philippenses Epistolam transtulisse perhibetur. Neque fortasse otiosum fuerit, quæ viris eruditis nobisque observata de Polycarpiana lectione occurrunt, in unum congesta atque invicem comparata in medium proferre. En itaque locorum aliquot parallelismum institutum.

Epist. I. CLEMENTIS *ad Corinthios*.

Cap. I. Γυναιξίν τε — παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν — πάνυ σωφρονούσας.

Cap. V. Πέτρος — οὕτω μαρτυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης.

Cap. VII. Διὸ ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς καὶ ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τῆς ἁγίας κλήσεως ἡμῶν κανόνα.

Cap. IX. Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ [Θεοῦ] — ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν, τήν τε ἔριν κ. τ. λ.

Cap. XIII. Μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλάλησεν διδάσκων· — ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν.

Cap. XXI. Ἴδωμεν πῶς ἐγγύς ἐστιν [ὁ κύριος] καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν, οὐδὲ τῶν

Epist. POLYCARPI *ad Philipp.*

Cap. IV. Διδάξωμεν — τὰς γυναῖκας ὑμῶν — στεργούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ καὶ — ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ.

Cap. IX. Πέτρος καὶ Παῦλος — οὗτοι πάντες — εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ κυρίῳ.

E Cap. VII. Διὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν — ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν.

Cap. II. Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας, δουλεύσατε τῷ Θεῷ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ, ἀπολιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην.

Cap. II. Μνημονεύσαντες δὲ ὧν εἶπεν ὁ κύριος διδάσκων· — ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

Cap. IV. Γινωσκ. — ὅτι [ὁ Θεὸς] πάντα ἡμῶν σκοπεῖται, καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδὲν, οὔτε λογισ-

1. *Baron.* ad ann. 95. num. II.
2. *Dionys.* Corinth. apud *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. c. XXIII.
3. *Wotton.* præfat. ad Clement. Epist. p. CCVII.
4. Id. in not. ad Clem. Epist. I. cap. IX. p. 40.
5. *Potter.* ad Clem. Alex. Strom. lib. IV. cap. XVIII. p. 610. not. 4.
6. *Moshem.* Instit. hist. Christ. major. sæc. I. p. 212-215.
7. *Frey* præfat. ad Epist. SS. PP. Apostoll. circa med.

διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα· — ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων.

Ibid. Τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ· τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα· τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν· — τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσιν τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν.

A μῶν, οὔτε ἐννοιῶν, οὔτέ τι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.

Ibid. Διδάξωμεν — τὰς γυναῖκας ὑμῶν [πορεύεσθαι] ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγνείᾳ — καὶ ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ· καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ.

Ex hactenus allatis collatisque locis manifeste liquet, ut quidem arbitror, ab ultima usque antiquitate Polycarpo Joannis evangelistæ discipulo fuisse perlectam Clementis Romani Epistolam qua de agimus, eamque præ oculis habuisse sanctum Smyrnensem antistitem, dum suam scriberet ad Philippenses: unde orta similitudo illa, quæ non solum eumdem stilum ubique, sed eadem quoque pæne verba referre haud semel videtur. Quum itaque in Polycarpiana perbrevi Epistola tot appareant Clementinæ vestigia; hanc unam ob caussam, Bernardi, Clerici ac Moshemii conjectationes de hujus laciniis ex Clemente Alexandrino desumtis, omnino evanescant oportet.

Neque alii profecto desunt, qui ejusdem Epistolæ sinceritatem in dubium revocent; quod nimirum nonnulla fabulosa præ se ferat; quod aliqua in ea desiderentur a vetustis Patribus allegata &c. Sed hos morosiores criticos missos facimus: tum quod eorum objectiones fluxo adeo talo nitantur, ut pedem cum singulis conferre haud expediat, tum in primis quod a plerisque viris eruditis res abunde satis fuerit pertractata. Firmum igitur ratumque sit, germanam omnino esse priorem Clementis Epistolam, quæ utinam ad nos integram pervenisset! quidquid enim in ea continetur, tempora plane apostolica refert; neque ullum ex omni retro antiquitate quispiam testem produxerit, qui homines cordatos de illius sinceritate merito ancipites reddere valeat.

III. Posterioris item ad Corinthios Epistolæ Clementinæ, sunt qui non solum veritatem, verum etiam antiquitatem impugnant. His nuper etiam accessit haud incelebris criticus Hermannus Venema in Epistolis Harlingæ evulgatis, eo potissimum nomine, quo Epistolarum Clementis a Cl. Wetstenio haud ita pridem editarum integritatem everteret: qua de re mox inferius. Ne itaque officio nostro deesse videamur, Cotelerium, Bullum, Coutantium aliosque viros doctos affectati, adversariorum objectationibus facere satis operæ pretium existimamus.

Observandum itaque primum, Epistolam utramque ex uno superstite vetustissimo codice Alexandrino in lucem prodiisse. Scilicet, codex iste quatuor voluminibus constans, præfixum habet Indiculum librorum utriusque Fœderis, ab ejusdem librarii manu characteribus uncialibus exaratum: quem integrum exhibet Beveregius [1], & quidem summa fide descriptum; adeo ut ne lacunas quidem suppleverit, sed ubi litteræ quævis erant vetustate abrasæ, ibi interstitia accurate dimensa reliquerit: quod itidem præstitit ex Beveregio Humfredus Hodius [2]; & deinceps, at non pari religione, Joannes Ernestus Grabius [3]. In hoc igitur Indiculo sub finem, litteris grandioribus absque accentibus & spiritibus quibus caret, sic legitur:

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ Ε....... ΛΗ Ā
......ΕΝΤΟΣ Ε....... ΛΗ B̄

Quas autem præ se fert hic Indiculus duas Clementis Epistolas, eas exhibet ad calcem ejusdem ms. codicis volumen quartum: priorem quidem sic inscriptam, ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α; posteriorem vero sic, ΚΛΗΜΕΝ-
B ΤΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β: ut videre est apud Wottonum, sollertissimum laudati codicis exscriptorem. Ex hoc igitur Alexandrino exemplari compertum est primo, duas Epistolas Clementem scripsisse; deinde utramque fuisse Corinthiis inscriptam. Licet enim posterior, ex librariorum fortasse incuria, prænotata πρὸς Κορινθίους haud compareat; quidni & eam ad Corinthios missam existimemus, quum prioris inscriptio hac de re satis superque indubios nos reddat? Enimvero neque prior legitur in Indiculo fuisse ad Corinthios perscripta. Quis porro ne illam quidem Corinthiorum nomine signatam ex ejusdem Indiculi silentio jure arguat?

Neque item silentium nos moveat Eusebii, &
C qui eum secuti sunt, Hieronymi atque Rufini; qui dum Epistolæ secundæ meminerunt, Ecclesiæ Corinthiacæ fuisse illam inscriptam non perhibent. Quum enim laudati scriptores, ut recte Coutantius, memorata priore Clementis *ad Corinthios* Epistola, statim subdant: *Fertur & altera*, neque ad alios hanc alteram scriptam esse designent; eam quoque ad eosdem scriptam intelligere merito existimantur: alioquin, si ad alios missam nossent, neque id innuissent; hæc ipsorum reticentia jure ac merito negligentiæ culpanda videretur. Quid quod Dorotheus Archimandrita, Joannes Damascenus & Nicon Monachus *secundam* Clementis Epistolam, & quidem *ad Corinthios* scriptam, legerunt, ejusque
D unum alterumve fragmentum apud illos servatum etiamnum reperimus? Quid quod vel ipse Photius semel iterumque palam testatur, sibi *lectum libellum in quo Clementis Epistolæ duæ ad Corinthios* continebantur, ejusque de utraque judicium mire consonat cum iis quæ adhuc supersunt? Consule sis infra veterum testimonia Epistolis Clementinis præmissa, fragmentaque iisdem subjecta. Si quid ergo negotii facessant antiquiorum Eusebii, Hieronymi ac Rufini loca haud satis aperta; quod tamen vix admiserim: hinc procul dubio difficultas omnis tollatur oportet; quum diserta posteriorum scriptorum verba, priorum & sententiam explanent & testimonia confirment.

E Ex his itaque compertum habemus, ut equidem existimo, haud parum ponderis ad asserendam Clementi Romano hanc secundam Epistolam, habere auctoritatem codicis Alexandrini; proximo ut videtur sæculo post concilium Nicænum ex antiquiore profecto exemplari descripti. Ex eo enim liquet, utramque Clementinam Epistolam non solum inter canonicas Scripturas perinde recensitam fuisse, ac si utraque vere canonica esset; verum etiam ambas propterea in sacrorum librorum censu locum habuisse, unaque cum aliis canonicis libris fuisse compactas, quod utraque tunc temporis in cœtibus ecclesiasticis vel legi soleret, vel

1. *Bevereg.* Cod. Can. Eccl. prim. lib. II. cap. IX.
2. *Hod.* de Bibl. text. orig. lib. IV. cap. IV. p. 649.
3. *Grab.* Prolegom. ad Vers. LXX. tom. I. cap. I. §. 2.

saltem sacræ publicæ lectioni destinaretur. Quod quidem magis adhuc confirmatur ex Canonibus Apostolicis, circa sæculi III. medium collectis: in horum enim Canonum ultimo, sacrarum Scripturarum recensionem proferente, post enumeratas Apostolorum Epistolas statim subjiciuntur Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο: quæ profecto eædem fuisse videntur cum iis quas Alexandrini codicis Indiculus exhibet; eo vel maxime quod eodem plane ordine quo laudatus Indiculus, Canon iste Apostolicus illas digerat: ut proinde nulla subsit dubitatio, quo minus utriusque recensionis locus sit accipiendus de duabus Epistolis Corinthiacis, quarum auctor fuerit Clemens Romanus.

Hinc itaque meritissimo exploditur a viris doctis Vendelini & Dodwelli [1] opinio, quæ Grabio [2] quoque aliisque probatur: Homiliæ scilicet partem esse, quæ inscribitur secunda Epistola; illiusque fragmentum satis longum quod etiamnum superest, ad veterem διδαχὴν Clementinam esse omnino amandandum: quin & eo processit ipse Dodwellus intemperantioris critices sectator studiosissimus, ut loca nonnulla ejusdem Epistolæ stilum eclogarium Hypotyposeων Clementis Alexandrini referre professus fuerit, adeoque immistos invicem duos illos fuisse Clementes conjecerit. Sed censores istiusmodi mittamus, qui a veritate longe aberrare noscuntur. Quam enim Canones Apostolici, quam pervetustus codex Alexandrinus, quam denique Eusebius, Hieronymus, Dorotheus, Damascenus, Photius, ceteri summo consensu *Epistolam* nuncupant, eam vero nonnisi conjectando in *Homiliarum* censum referre atque inter supposititia *Clementina* collocare: id tum demum est hominum otio abutentium, qui non rationem in disputando sequantur, sed sive contentionis sive novitatis studio se abripi sinant: ut propterea eorum opinio veterum sententiæ non solum non præferenda, sed ne conferenda quidem cum illa videatur.

IV. Neque demum singillatim acceptæ adversariorum objectationes tanti sunt ponderis, ut hanc Epistolam suppositionis suspectam reddere valeant. Joannes Morinus, vir cetera doctus, eamdem a sanctis Patribus adulterinam fuisse habitam secum reputans, sed immerito ut mox patebit; quo id magis adhuc adstruat, ab ipsius Epistolæ stilo argumentum desumit, & quidem acrius fortasse quam decebat. „ Illius stilus, inquit [3], ut prioris non „ est simplex, sed argutulus; non sponte fluens, „ sed pro auctoris captu studiose elaboratus; non „ ἀπερίοδικος & nonnumquam ἀνανταπόδοτος, sed „ verborum ambitum, antitheses earumque reddi„ tionem ambitiose affectat. „ Hæc Morinus, cujus sententia Richardo quoque Simonio probari videtur [4]. Inficiari equidem nolim haud leve aliquando argumentum ex dissimilitudine stili suppetere, quo alicui scriptori opus abjudicetur, aliique addicatur; dummodo tamen reliqua rite cohæreant. Verum hunc canonem criticum non esse nimium urgendum, nemo non videt: siquidem, ut optime Cotelerius quem sequitur & Grabius [5], stili dissimilitudo ab eodem scriptore pro varietate temporum & caussarum oriri potuit.

Neque desunt exempla, quibus hujusmodi asser-

A tum comprobetur. Ut autem unum vel alterum proponamus, Epistolam ad Hebræos non esse Apostoli Paulli, sed vel Barnabæ vel Lucæ vel nostri Clementis, e stili charactere veterum nonnulli existimarunt, Origenes [6], Eusebius, Hieronymus aliique antiquiores. Attamen quam fluxa sit hæc sententia, cum ex epistola Petri secunda, tum in primis ex ipsius epistolæ ad Hebræos contextu satis liquet, ut præ ceteris nervose rem adstruit Joannes Millius [7]. Idem judicium latum olim fuisse de Petri epistola II. testantur iidem scriptores quorum modo meminimus [8]. Verum & heic frustra censitum ex dissimilitudine stili, eas epistolas duos scriptores prodere, quas unius Petri esse luculenter

B aliunde constat. De auctore itidem Apocalypseos, aliis quidem nominibus, at præsertim e stili ratione antiquitus dubitatum, utrum fuerit Joannes Apostolus. Dionysium Alexandrinum apud Eusebium [9] si audiamus, evangelium Joannis & ejusdem epistola I. sibi mutuo cohærent; atque in omnibus, si recte perpenderis, unum idemque utriusque scriptionis genus evidenter apparet: Apocalypsis vero ab utroque illo scripto aliena est & extranea. At quam parum hac in re tribuendum sit Dionysii Alexandrini auctoritati, norunt eruditi, ut abunde satis ante oculos posuit vir doctus modo laudatus [10].

Ex hactenus allatis exemplis manifeste liquet, mea quidem sententia, quam tenui tibicine fultum

C sit argumentum e stili dissimilitudine sumtum, quo Epistola II. abjudicetur Clementi. Jam cetera prosequamur.

V. Morinum modo audivimus, nullo teste adhibito, asseruisse hanc Epistolam a sanctis Patribus tamquam adulterinam fuisse habitam: quæ quidem sententia nonnullis quoque aliis probatur. Jure ne, an secus, videamus. De hac ipsa Epistola Eusebii testimonium hujusmodi habemus [11]: Ἰστέον δ᾽ ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὲν ἔσθ᾽ ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα, ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. „ Sciendum est autem, quod & secunda quæ-

D „ dam Clementis Epistola esse dicatur: verum hanc „ non perinde ac priorem notam esse comperimus; „ quoniam nec veteres ea usos esse novimus. „ Quem locum Rufinus indiligenter pro more suo ita interpretatur: *Dicitur tamen esse & alia Clementis Epistola, cujus nos notitiam non accepimus.* Neque magis accurate Hieronymus: *Fertur secunda esse ex ejus nomine Epistola, quæ a veteribus reprobatur.* Photius autem ad Hieronymi sententiam accedens, hæc habet [12]: ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. „ Quæ autem secunda ad „ eosdem (*Corinthios*) dicitur, ut notha rejici„ tur. „ At rectius ad mentem Eusebii Nicephorus [13]: Καὶ ἄλλη δὲ αὐτοῦ φέρεται ἐπιστολὴ, τῆς προτέρας κατὰ πολὺ ἀποδέουσα· περὶ ἧς ὁ αὐτός φησιν

E Εὐσέβιος, μὴ ἐν ἐπιστήμῃ ταύτης τοὺς ἀρχαίους εἶναι. „ Fertur & alia ejus (*Clementis*) Epistola, prio„ re longe inferior; de qua dicit idem Eusebius, „ veteres ejus notitiam non habere. „ Ex his itaque testibus uni Eusebio standum, nemo non videt: fides enim penes auctorem, non autem penes interpretes aut exscriptores. Photius vero minime audiendus, qui multo recentior est, quam ut ipsi

1. *Dodw.* Differt. I. in Iren. §. XXIX. p. 53.
2. *Grab.* Spicil. tom. I. p. 268.
3. *Morin.* Exercit. biblic. lib. I. Exerc. IX. cap. IV. §. IX.
4. *Simon.* Bibl. chois. tom. I. chap. XXXVIII. p. 282.
5. *Grab.* Spicil. tom. I. p. 268.
6. *Origen.* apud Euseb. Hist. eccl. lib. VI. cap. XXV.
7. *Mill.* Prolegom. ad N. T. n. 85. seqq.

8. *Origen.* comment. in Joan. tom. V. pag. 88. *Euseb.* l. c. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. I.
9. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XXX.
10. *Mill.* l. c. num. 176. seqq.
11. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXXVIII.
12. *Phot.* Bibl. cod. CXIII.
13. *Niceph. Call.* Hist. lib. III. cap. XVIII.

aſſenſum præbeamus: neque enim ullius teſtis anti- A quioris auctoritatem adducit. Quid igitur Euſebius? Neque *a veteribus reprobatam* dicit poſteriorem *Epiſtolam*, neque prodit *veteres ejus notitiam non habuiſſe*, neque illam ſcribit *inter adulterina rejectam*; ſed tantum *priore minus notam* fuiſſe, neque *a veteribus uſurpatam*. Cedo, num inde conſequitur Epiſtolam noſtram fuiſſe reprobatam, ignotam, poſtulatamque νοθείας? Aliud enimvero eſt minus cognitum, aliud ignotum omnino; atque aliud eſt non uti, aliud reprobare atque inter ſuppoſititia referre. „ Quemadmodum igitur, verbis utor cl. Coterii, non poſſumus nunc, poſt deperditos tot primorum Patrum libros, memoriam Euſebii accuſare, quæ tamen non ſemper fida exſtitit; ita B negamus inde conſequi pro pſeudepigrapha neceſſario habendam Epiſtolam: quum fieri quiverit ut opus genuinum in controverſiam venerit, & a primis Eccleſiæ ſcriptoribus non fuerit celebratum. „

Quid vero, ſi Euſebius Arii placitis impenſe addictus, de ſecunda Clementis Epiſtola ſic abjecte ſenſiſſet ſcripſiſſetque; propterea nimirum quod in ea ſanctus Pater illuſtriſſimum de Chriſti divinitate teſtimonium ediderit? [1] Illud ſane viris doctis cum veteribus tum recentioribus obſervatum, Cæſarienſem epiſcopum æſtu partium haud ſemel abreptum, in ſua Hiſtoria ſive non ſatis aperte tradidiſſe, ſive pleraque diſſimulaſſe, ſive ſilentio penitus præteriiſ- C ſe, quæ ſuis opinionibus noviſſet incommoda. Qua de re Photium [2], Baronium [3] & Montfauconium [4] conſulere præſtat. Verum quidquid demum ſenſerit de ſecunda Clementis Epiſtola Cæſarienſis epiſcopus, ſatis compertum eſt nihil ex ejus verbis exſculpere poſſe adverſarios, quo illam ſuppoſitionis merito ſuſpectam reddere poſſint.

At enim Dionyſius Corinthiorum epiſcopus apud Euſebium [5], ad Soterem Papam reſcribens, unius Epiſtolæ Clementis, & quidem prioris, meminit hiſce verbis: Τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. D „ Hodie ſanctum diem dominicum tranſegimus, in quo veſtram legimus epiſtolam: quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam a Clemente ſcriptam, unde optimis monitis inſtruamur habebimus. „ Hinc infert Grabius [6], unam a Clemente ſcriptam ad Corinthios Epiſtolam; quam τὴν προτέραν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν Dionyſius appellat, quod ſcilicet ad eccleſiam Corinthiacam prius ea miſſa fuerit, quam Soter ſuam deinceps eidem inſcripſerit. Eſto: meminerit heic Dionyſius prioris tantum Clementis Epiſtolæ: neque enim placet Beveregii ſententia [7], conjicientis epiſcopum Corinthiorum, omiſſa Soteris epiſtola, de utraque Clementina verba feciſſe. E Minus item nobis probatur quod alii arbitrantur; Dionyſium nempe illam Clementis Epiſtolam, quæ publice legebatur, ideo fortaſſe προτέραν vocaſſe, ut eam ab altera Soteris ad Corinthios pariter ſcripta diſtingueret. At his miſſis, num propterea rite cum Grabio colligas, poſt ævum demum Dionyſii vertente ſæculo II. ita ſcribentis, Clementinam ſecundam fuiſſe confictam? Hoc unum ſcilicet ex iis confici poſſe videtur, fuiſſe in more poſitum inſtitutoque Corinthiorum eccleſiæ, priorem quidem Clementis Epiſtolam legi, poſteriorem vero non item. Numquid demum tunc temporis erant legendæ in publicis eccleſiarum conventibus omnes non Apoſtolorum modo, ſed etiam apoſtolicorum virorum epiſtolæ; ut proinde poſterior Clementina cenſenda ſit pſeudepigrapha eo nomine, quod de illius lectione in conventu Corinthiaco nullam injiciat mentionem Dionyſius? Quum itaque priorem quidem, minime vero poſteriorem, in cœtu eccleſiaſtico perlegi conſueviſſe ab epiſcopo Corinthiorum ediſcamus; hinc ſane perſpicimus, cur priorem *eximiam prorſus atque mirabilem* appellarit epiſcopus Cæſarienſis; de poſteriore vero ſcripſerit, illam *minus notam fuiſſe neque a veteribus uſurpatam*. Sic ferme argumentatur Coutantius, a quo pedem non diſcedit nuperus diſſertator Romanus.

VI. Pergamus porro. Subdit præterea vir eruditus, ſuppoſitionis ſuſpicionem ſibi injicere ſententiam e libro quodam apocrypho acceptam, quæ in hujus Epiſtolæ capite XI. exſtat, quum jam & in prioris capite XXIII. paucis mutatis occurrat. Eamdem objectionem deinceps repetiit Hermannus Venema in Epiſtolis, quas Clementinarum Epiſtolarum editioni Wetſtenianæ nuper oppoſuit [8]. Hinc enim indicium ſumi poſſe ſatis apertum exiſtimat, quo Epiſtolæ ſecundæ alius a Clemente ſcriptor ſtatuatur. Ita ne cenſes? Quaſi vero, ut cum viro docto reſpondeam [9], juſtam ſuſpicionis anſam ejuſdem ſententiæ repetitio præbeat. Quod ſi res ita ſe haberet, actum profecto eſſet de pluribus veterum indubiis monumentis, in quibus paſſim unus idemque auctor, ſive in ipſo opere, ſive etiam in variis, eadem ſcripturarum loca eaſdemque ſententias pro re nata ſibi repetenda eſſe duxit. Cujus quidem rei exemplum quod mihi nunc ſuccurrit, apud Juſtinum martyrem cum in utraque Apologia tum in Dialogo cum Tryphone, luculentum ſatis habetur. Quid porro vetat, quo minus pro temporis inſtitutique ratione unam eamdemque ſententiam in eodem opere, adeoque magis ſi diverſa illa ſint, recitet iterum idem auctor? Immo vero, quo ſingularius eſt effatum rurſus in medium adductum, eo conducibilius evadit ad ſuadendum unum eſſe auctorem Epiſtolæ utriuſque, in quibus relatum pariter comperitur.

At enim ſententiam illam de qua diſputamus, ex opere aliquo pſeudepigrapho exceptam novimus. Quaſi vero alicujus operis auctoritas propterea minuatur, quod illius ſcriptor quædam vere dicta & argumento quod jam tractat apprime congrua, ex libro non canonico forte adduxerit. Viri erudiſſimi verbis utor [10]. Næ, ſi contra ſecundam Epiſtolam hæc ratio vim habeat, jam de primæ quoque integritate conclamatum eſt. Quid quod Photii cenſura Epiſtolæ utriuſque conſenſionem, ad loca quædam apocrypha quod attinet, confirmans, utriuſque item unum eumdemque auctorem agnoſcit? En peracre de his Clementinis Epiſtolis critici hujus judicium [11]: *Secunda*, inquit, — *dicta quædam peregrina velut e ſacra ſcriptura ſubinducit, quibus ne Epiſtola quidem prima omnino vacat. Et interpretationes quorumdam locorum alieniores profert.* Hinc de utraque ita demum concludit: *Alioquin ipſa quæ in his Epiſtolis inſunt*

1. *Clem.* Epiſt. II. cap. I.
2. *Phot.* Bibl. cod. CXXVII.
3. *Baron.* ad ann. 318. §§. XC. XCV.
4. *Montf.* opp. Athan. tom. I. part. I. pag. 243.
5. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XXIII.
6. *Grab.* Spicil. tom. I. pag. 266.
7. *Bevereg.* Cod. can. lib. II. cap. IX. §. X. p. 115.
8. *Venem.* Epiſt. II. §. XXI. p. 78.
9. *Coutant.* Epiſtt. Rom. Pontif. p. 39. §. V.
10. *Mill.* Prolegom. ad N. T. n. 147.
11. *Phot.* Bibl. cod. CXXVI.

sensa, nonnihil abjecta sunt, nec continentem seriem ac consequentiam servant. Viden' nihil in posteriore notare Photium, quod non & priori cum ea esse commune pronuntiet? Photius igitur, ut jure arguit Coutantius, utriusque hac in re consensum indigitans, ad utramque pariter suscipiendam nos quodammodo inducit, hortatur, perurget.

Hactenus cum Grabio sumus in primis congressi; qui tamen deinceps animum mutasse perhibetur: siquidem alibi [1] locum ex Epistola II. & quidem tamquam Clementinum acceptum, contra Lucæ Mellierii Artemonii seu Samuelis Crellii cavillationes acriter propugnat: adeo ut sive Grabianæ sententiæ patronis, sive vel ipsi Grabio nihil reliqui esse videatur.

VII. Sunt insuper, qui secundæ hujus Epistolæ veritati locum objiciant e Pseudo-Justino desumtum, qui sic se habet [2]: *Εἰ τῆς παρέστης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν, ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθά φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθὼς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, κ. τ. λ.*
,, Si præsentis rerum status finis, est impiorum per
,, ignem judicium, prout testantur scripturæ Pro-
,, phetarum & Apostolorum, atque insuper Sibyl-
,, læ, ut ait beatus Clemens in Epistola ad Corin-
,, thios ,, &c. Ad quæ quidem verba plura erudite observat Cotelerius, atque ex eo Coutantius aliique. Verum iis missis, in medium proferre libet, quæ ad hunc Pseudo-Justini locum adnotavit nuperus operum S. Justini editor Parisiensis: ,, Quum
,, Sibyllini versus, inquit, referantur in Constitut.
,, Apostol. lib. v. quod opus sub nomine Clementis
,, ferebatur; conjici posset nostrum hunc scripto-
,, rem, memoria effluente existimasse, hoc Sibyl-
,, læ testimonium quod in Constitutionibus Aposto-
,, licis legerat, in Epistola ad Corinthios exstare.
,, Si minus placeat hæc conjectura, illud saltem
,, cum doctissimis viris asseverare non dubitabo,
,, nostrum scriptorem minime cum eis facere, qui
,, ejus testimonio utuntur, ut Epistolam S. Clemen-
,, tis secundam minime genuinam esse probent, sed
,, hominis fetum cui noti erant Sibyllini de extre-
,, mo judicio versus, *multo* recentioris S. Clemen-
,, te. Ut omittam Pseudo-Justinum in ambiguo re-
,, liquisse, utram S. Clementis Epistolam citave-
,, rit; quis ignorat multa Sibyllis oracula, prophe-
,, ticis sententiis consentanea, attribui solita fuis-
,, se, antequam prodirent carmina illa Sibyllina?
,, quorum artifex non videtur facinus susceptarus,
,, aut saltem optatos fraudis exitus habiturus, nisi
,, jam tum animis insedisset anticipata de Sibylli-
,, nis prædictionibus opinio. ,, Hactenus vir ille doctus. Qui autem hac de re plura scire gestiunt, eos ad scriptores modo laudatos remittimus.

VIII. Reliquum est ut alius adversarii neque incelebris neque indocti, Hermanni Venema, objectationibus occurramus, quibus hujus Epistolæ qua de agimus, integritas vehementius impetitur. Et in prima quidem Epistolarum suarum [3] quarum modo meminimus, in eo totus est V.C. quo probet, non tantum Hieronymum doctorem maximum ad secundam Epistolam Clementinam respexisse, dum A nos edocuit S. Clementem *ad spirituales & evangelicos eunuchos* scripsisse, *omnemque pæne sermonem suum de virginitatis puritate contexuisse*; verum etiam S. Epiphanium in eamdem oculos habuisse intentos, dum de ipsius Clementis *Epistolis encyclicis* sermonem habuit. Nec ita multo post, sui penitus oblitus vir eruditus, quod profecto mirari subit, plura congerit [4] quibus evincat, alium omnino esse a Clemente nec eo paullo recentiorem, cui hæc ipsa Epistola referatur accepta. Nollem factum enimvero. Quid loquar? An longa illa disputatione quam primum contexuit H. Venema, nos ludere voluit? An vero Hieronymum & Epiphanium ita bardos existimavit, ut pro fetu Clementino Epistolam B reciperent supposititiam? Nimirum vir criticus ad subruendam Clementinarum Epistolarum *de Virginitate* integritatem, telaque Cl. Wetstenii editoris declinanda, primum quidem ad posteriorem Clementis *Corinthiacam* Epistolam velut ad asylum confugit, nullumque non movet lapidem quo hanc Epistolam demonstret illam ipsissimam esse in quam digitum intenderunt veteres, Hieronymus in primis atque Epiphanius: postmodum autem, perinde ac de triumpho securus, in eamdem consurgit secundam *Corinthiacam* Epistolam, quam commentitiam esse nobis persuadere conatur; nihilque pensi habet, dummodo unius prioris ad Corinthios Epistolæ auctor Clemens esse videatur. Age nunc, il- C la discutiamus potiora, quæ ad ejus suppositionem evincendam vir doctus adducit.

Primum igitur argumentum ex eo petit H. Venema [5], quod auctor Epistolæ posterioris se se origine Gentilem aperte prodat [6]; quum contra natione Judæum fuisse Clementem clamare censeatur locus ille prioris Epistolæ, ubi Jacobum *patrem nostrum* appellat [7]. Perbelle sane. Neque nuper demum exorta est de Judaismo Clementis opinio. Primus, quod quidem sciam, qui eam invexit, fuit Tillemontius [8]. Exinde vero idem visum Coutantio [9], licet postea sententiam mutarit [10]. Accessit demum Ceillierius, qui fidenter nimis id asserere non dubitavit [11]. At elumbe profecto haben- D dum argumentum istiusmodi, quo Corinthiacæ posterioris Epistolæ tollatur integritas. Quidni sodes Clemens Paulli *συνεργὸς*, Jacobum *patrem nostrum* eo sensu vocare potuerit, quo idem Apostolus promissionis filios in semine Abrahæ & Israel computari docet, ut recte Coutantius melius consultus? *Non enim*, inquit divinus præco [12], *omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, hi filii Dei; sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine*. Hinc alibi [13] etiam ipsemet Apostolus *Israel Dei* vocat eosdem promissionis filios, sive ex circumcisione sive ex præputio vocatos. Hanc igitur doctrinam institutionemque primum quidem assecutus a Paullo E Clemens Romanus, deinceps vero volens & ipse iisdem apostolicis præceptis imbuere Corinthios, Jacobum *patrem nostrum* vocavit: quemadmodum etiam ibidem nonnullis interjectis [14], *patrem nostrum* appellavit Abrahamum. Quam quidem doctrinam quum deinde accepisset ecclesia Romana sive ab Apostolo sive etiam ab ipso Clemente, sanctam inter actionem precationem hujusmodi sacris ministris

1. *Grab.* Annot. ad G. Bulli defens. fid. Nic. sect. II. c. III. §. 5. pag. 62.
2. *Quæst. ad orthod.* Respons. ad quæst. LXXIV. inter opp. S. Just. M.
3. *Venem.* Epist. I. ad cel. P. Wesseling. §. x. pag. 15.
4. Id. Epist. II. ad cl. T. Hemstheruis. §. xx. p. 76.
5. Id. Epist. II. l. c.
6. *Clem.* Epist. II. ad Cor. capp. I. & II.
7. Id. Epist. I. cap. IV.
8. *Tillem.* Mem. Hist. eccl. tom. II. p. 149.
9. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontif. p. 12.
10. Id. ibid. p. 41.
11. *Ceillier.* Hist. gener. tom. I. p. 598.
12. *Rom.* IX. 6-8.
13. *Galat.* VI. 15-16.
14. *Clem.* Epist. I. cap. XXXI.

recitandam indixit [1]: *Deus, fidelium pater summe, qui in toto orbe terrarum promissionis tuæ filios diffusa adoptionis gratia multiplicas, & per paschale sacramentum, Abraham puerum tuum universarum, sicut jurasti, gentium efficis patrem*, &c. Alibi quoque clarius adhuc [2]: *Pater fidei nostræ Abraham summus, obtulit holocaustum super altare pro filio.*

Quid quod Theophilus in suis ad Autolycum libris [3], quod pæne exciderat, Davidem *patrem* seu *progenitorem nostrum* appellat? Επειτα Δαυὶδ ὁ πρόγονος ἡμῶν (ἐβασίλευσεν) ἔτη μ'. „ Deinde David *pater noster* regnavit annos quadraginta. „ Numquid ideo Hebræus, episcopus iste Antiochenus?

Verum, ut ad ea verba, *Jacobum patrem nostrum*, apertius enucleanda simulque propugnanda redeamus, quo deinceps ex eorum ambiguitate omnis objiciendi præcidatur occasio: Patrum quoque antiquissimi eodem plane sensu cum Clemente perhibentur esse locuti: Justinus martyr [4], Clemens Alexandrinus [5], Tertullianus [6], auctor expositionis in evangelium Lucæ quæ sub Titi Bostrensis nomine circumfertur [7], & Augustinus [8]. Hinc ergo Venemiana objectio evanescit: quo enim sensu locutus est Apostolus Paullus, quo ecclesia Romana ab ipso edocta, quo Patres antiquiores; eo item Clemens noster locutus esse dicendus, & quidem ad Corinthios Romanæ ecclesiæ nomine scribens: ut propterea non suo tantum, sed & Romanorum atque Corinthiorum nomine, Abrahamum & Jacobum *patres nostros*, fidei scilicet nostræ patres, ipsemet appellasse putandus.

Instat porro vir criticus, atque ex his verbis ejusdem Epistolæ [9]: *Plures facti sumus iis qui Deum habere censentur* (Judæis), colligit auctorem eo demum tempore vixisse, quo Christianismus inter Gentes numerosissimus erat supra Judæos: quod quidem, inquit, rectius quam in Clementis, quadrat in Trajani & sequentium imperatorum tempora, quibus ecclesia Gentium longe lateque propagata est. Quid multis opus est? Nonne Paullus ad Romanos scribens [10], gratias Deo agebat, quod *fides eorum annuntiabatur* IN UNIVERSO MUNDO? Nonne dicebat [11], IN OMNEM TERRAM *exiisse sonum Apostolorum, &* IN FINES ORBIS TERRÆ *verba eorum?* Nonne Deum glorificabat [12], quod *mysterium temporibus æternis tacitum, patefactum esset ad obeditionem fidei* IN CUNCTIS GENTIBUS? Eodem loquendi genere alibi quoque utitur idem Apostolus. Ad Colossenses [13]: *In verbo veritatis evangelii, quod* — IN UNIVERSO MUNDO *est, & fructificat, & crescit*. Et iterum: *Evangelium — prædicatum est* IN UNIVERSA CREATURA QUÆ SUB CÆLO EST. Ad Timotheum item [14]: *Magnum est pietatis sacramentum, quod — prædicatum est* GENTIBUS, *creditum est* IN MUNDO. Nec mirum sane: ut enim alios prætereamus Apostolos, unus magnus Paullus, teste nostro Clemente [15], *Præco factus in oriente & occidente, — quum universum mundum docuisset justitiam, & ad occidentis terminum venisset, ac sub præfectis martyrium passus esset, ita e mundo migravit*. Quæ quum ita sint, quidni ergo vere scripse-

A rit in posteriore Epistola Clemens Romanus: *Plures facti sumus* Judæis, *qui Deum habere censentur?*

Verum ad nodum graviorem solvendum studiose properemus. Statuit nimirum V. C. [16] „ Epistolæ „ secundæ auctorem se a Clemente diversum eo ipso „ profiteri, quod Christi *divinitatem* expresse in„ culcet, & Domini non tantum, sed & *Dei* titu„ lum ei dandum esse contendat [17]; quum verus „ Clemens nusquam id data opera fecerit, nec alio „ ac *Domini* titulo eum ornaverit, licet heic illic „ se divinitatem Christi agnoscere insinuet. „ Quid quæris? Locus ex Epistola I. in medium proferatur, quo uno tota eliditur Venemæ objectatio. Sic autem se habet [18]: Τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμε-

B νοι, καὶ προσέχοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς, ἐστερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Hoc est: „ DEI viati„ co contenti, & sermonibus illius diligenter at„ tendentes, dilatati eratis in visceribus, & pas„ siones ejus præ oculis vobis erant. „ Ubi primum observandum, relativum αὐτοῦ respicere procul dubio proxime antecedens Θεοῦ. Quum autem παθήματα nullo pacto Deo Patri adtribui possint, reliquum est, ut heic Jesum Christum, Deum, filium Dei, Deum de Deo, Deum verum de Deo vero intellexerit S. Clemens. Qui quidem passiones Christi *passiones Dei* appellat, sic nempe ab Apostolo Paullo institutus, cujus erat συνεργός; qui eodem

C plane sensu Christi ecclesiam appellavit [19] τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, „ ecclesiam Dei quam acquisivit sanguine suo. „ Nec dubito quin hisce verbis, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν, respexerit S. Pater ad illud ejusdem Apostoli, Galatas ita objurgantis [20]: Ω ἀνόητοι Γαλάται, — οἷς κατ' ὀφθαλμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη, ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος: „ O insen„ sati Galatæ, — ante quorum oculos Christus „ præscriptus est, in vobis crucifixus. „ Nimirum Clemens, ut assolet, Paullum imitatus, in memoriam redigit Corinthiis, quomodo ante motus in eorum ecclesia nuper exortos, omni virtutum genere florerent, atque *Dei passiones* semper ante ocu-

D los ipsis obversarentur. Divinæ igitur naturæ majestatem cum carnis humilitate crucisque ignominia hoc loci conjungit sanctissimus Pater: duas item naturas agnoscit in Christo: unam Verbi personam, quæ carne passa est: ac *Dei passiones* ecclesiæ Corinthiacæ proponit velut longe maximum mysterium, unde vitæ sanctioris præcepta institutaque omnia ducantur. Ex quibus ergo liquido patet, non solum quid S. Clemens, sed etiam quid Romani, quid Corinthii, quid demum ceteri Christiani, sæculo I. apostolico de Deo in carne passo senserint atque crediderint. Quæ quidem contra Socinianos valide urget vir doctus Maranus [21]: idemque argumentum jam pridem pluribus fuerat persecutus Gra-

E bius [22]; qui aliorum S. Patris nostri locorum parallelismo instituto, hunc ipsum quo de agimus strenue vindicavit, atque Christi deitatis hostibus fidenter objecit.

Haud me latet enimvero, in eo Clementino lo-

1. *Missal. Rom.* in Sabb. sanct. ad Prophet. IV.
2. *Brev. Rom.* Sabb. ante Quinq. ad *Magnificat*.
3. *Theoph.* lib. III. ad Autolyc. §. XXV.
4. *Justin.* Dial. cum Tryph. §. CXXXIV.
5. *Clem. Alex.* Strom. lib. VI. cap. VII. p. 770.
6. *Tertull.* adv. Marcion. lib. IV. cap. XXIV.
7. *Tit. Bostr.* in cap. I. Evang. Luc. Bibl. PP. edit. Parif. tom. XIII. p. 767.
8. *Aug.* serm. V. §. 4. opp. tom. V. p. 30.
9. *Clem.* Epist. II. cap. II.
10. Rom. I. 8.
11. Ibid. X. 18.
12. Ibid. XVI. 25-26.
13. *Coloss.* I. 6-20.
14. I. *Tim.* III. 16.
15. *Clem.* Epist. I. cap. V.
16. *Venem.* Epist. II. §. XX. pag. 77.
17. *Clem.* Epist. II. capp. I-III.
18. Id. Epist. I. cap. II.
19. *Act.* XX. 28.
20. *Gal.* III. 1.
21. *Maran.* Divinit. D. N. J. C. manif. lib. IV. cap. III. pag. 377.
22. *Grab.* in Annotat. ad Bulli defens. fid. Nic. p. 60.

eo quem modo protulimus, Junium conjectasse pro παθήματα forte legendum μαθήματα. Sed plane respuendum cum Grabio, Wottono aliisque viris doctis inane commentum, quod textum citra ullam necessitatem, neque ullius ms. codicis auctoritate solicitare comperitur. Et jure quidem: etenim nonne demum apte cohærent omnia, si *verba Dei* mentis *attentioni*, ejusque *passiones* cordis *oculis* proponantur? Quod ubi diligenter attendo, mirari subit, Cl. Fleuryum vitiosam Junii conjecturam sequi maluisse, quam sinceram textus lectionem; qui Gallice non *passiones*, sed *doctrinam* reddiderit [1].

Hæc autem fusius pertractasse libuit, tum ut insigne Clementinum de Christi divinitate testimonium vindicarem, tum vero in primis ut Venemæ objectionem diluerem: qui virorum doctissimorum in hunc locum adnotata præterire maluit, quam Photii judicium minus caute prolatum deserere aut benignius accipere; eo scilicet nomine, quo præconceptam opinionem de Epistolæ secundæ suppositione celebris illius critici calculo comprobaret confirmaretque.

IX. Superest nunc tempus inquirendum, quo utraque Epistola fuerit Corinthiis inscripta. Et de priore quidem, magna inter viros eruditos controversia. Sed rationibus utrimque allatis pro viribus excussis, eorum demum sententiæ nobis accedendum existimamus, qui Neroniana persecutione desinente, stanteque adhuc templo Hierosolymitano, nempe circa æræ vulgaris annum LXVIII. eam fuisse a Clemente scriptam censuerunt. In quam sane sententiam præ ceteris concessisse novimus duumviros doctissimos, Pagium [2] ac nuper purpuratum patrem cui acceptam referimus Historiam ecclesiasticam eleganter Italicis litteris traditam [3]. Quo autem utcumque pateat quam firmis rationibus innitatur sententia hujusmodi, præcipua saltem ex ipsa Epistola argumenta paucis contrahamus. Sic itaque scribit Clemens sub initium [4]: *Propter subitas ac sibi invicem succedentes calamitates & casus adversos qui nobis acciderunt, tardius, fratres, nosmet ipsos convertisse agnoscimus ad ea quæ a vobis quæsita fuerunt*. Quibus verbis, primum quidem persecutionem quæ jam deferbuerit, vel potius quæ nuper desierit, designari; deinde vero vel Neronis vel Domitiani persecutionem heic innui, nemo est sane qui non perspiciat. Verum, quæ paullo post subdit Clemens, Neronianam scilicet indicare perhibentur. De beatis enim Apostolis Petro & Paullo, ceu non ita pridem martyrio consummatis, hæc habet [5]: Ελθωμεν ἐπὶ τοὺς ΕΓΓΙΣΤΑ γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. — λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους. h. e. „ Veniamus ad PROXIMOS „ athletas, & sæculi nostri generosa exempla sumamus. — Ponamus nobis ante oculos bonos „ Apostolos. „ Ubi probe notanda cum Dodvvello [6] aliisque Clementis verba; quibus gloriosa Petri & Paulli certamina describens, illos ἔγγιστα γενομένους ἀθλητὰς, *nuperrimos athletas*, appellat, seu *quam proxime* sublatos e medio fuisse testatur, atque τῇ γενεᾷ ἡμῶν, *hac nostra ætate* floruisse. Eamdem porro persecutionem magis adhuc inculcare videntur, quæ paucis interjectis occurrunt [7]: Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ὁσίως πολιτευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν. „ Viris istis qui vitam san„ cte instituerunt, magna electorum multitudo ag„ gregata est. „ Ubi videas, neminem, si Petrum ac Paullum excipias, a Clemente laudari, non Flavium Clementem, non Acilium Glabrionem, non Flaviam Domitillam, nullum denique tot illustrium martyrum qui sub Domitiano passi sunt; quorum aliquem saltem memorasset S. Pater, si post Domitianeam persecutionem scripsisset, ut auctor eminentissimus optime arguit [8]. Quid quod Clementinis pæne consona de Neronis persecutione scripsisse Tacitus comperitur [9]? *Videbatur Nero*, inquit, *condendæ urbis novæ, & cognomento suo appellandæ, gloriam quærere. — Sed non ope humana, non largitionibus principis, aut deum placamentis decedebat infamia, quin jussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invisos, vulgus* CHRISTIANOS *appellabat. — Igitur primo correpti qui fatebantur: deinde indicio eorum* MULTITUDO INGENS (eadem sane phrasi, qua utitur S. Pater, πολὺ πλῆθος) *haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis convicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi: atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur*. Non adeo tamen sæviebat Domitianus, Tertulliano teste, qui ejus persecutionem ita describit [10]: *Tentaverat & Domitianus portio Neronis de crudelitate; sed qua & homo facile cœptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat*: ut propterea nullum dubium superesse videatur, quin verba illa Clementis quæ sub initium hujus §. recitavimus, de Neronis potius quam Domitiani persecutione sint accipienda. Deferbuit autem, immo vero & desiit, ea persecutio, sublato Nerone, quem IX. Junii anno æræ vulgaris LXVIII. periisse compertum. Eodem igitur anno currente vel saltem desinente, Romana ecclesia in pace utcumque constituta, scripserit S. Pater. Plura in hanc sententiam vide sis apud scriptores modo laudatos, quibus addas velim Wottonum [11], ut alios prætereamus.

Huic item anno LXVIII. esse illigandam hanc ad Corinthios priorem Epistolam, suadet cultus Judaici mentio in templo Hierosolymitano tunc adhuc stante vigentis, quæ in eadem Epistola hisce conceptis verbis occurrit [12]: *Summo quippe sacerdoti sua munia tributa sunt; & sacerdotibus locus proprius assignatus est; & Levitis sua ministeria incumbunt. — Non ubique, fratres, offeruntur sacrificia jugia, vel pro peccato & delicto, sed Hierosolymis tantum: neque illic in quovis loco fit oblatio, sed ante templum ad altare, prius facta a summo sacerdote & prædictis ministris, oblati inspectione & probatione. Qui ergo præter id quod voluntati ejus consentaneum est, aliquid faciunt, morte multantur*. Neque aliter sane loquitur Clemens, ac Paullus ad Hebræos scribens; quem ubique fere sectatur S. Pater, ejus συνεργός. In ea enim epistola meminit Apostolus [13] pontificis, qui *intrat* in sancta per singulos annos in sanguine alieno: meminit item [14] sacerdotis, qui *præsto est* quo-

1. *Fleury* Hist. eccl. tom. I. p. 242. edit. in 4.
2. *Pagi* Crit. ad ann. 78. §. III.
3. *Orsi* Istor. eccl. lib. II. §. XXXII. tom. I. p. 411. edit. Rom. 8.
4. *Clem.* Epist. I. ad Cor. cap. I.
5. Id. ibid. cap. V.
6. *Dodw.* addit. ad Pears. opp. post. p. 219.
7. *Clem.* ibid. cap. VI.
8. *Orsi* Istor. eccl. tom. I. pag. 412.
9. *Tacit.* Annal. lib. XV. capp. XLI - XLIV.
10. *Tertull.* Apologet. cap. V.
11. *Wotton.* præfat. ad Clem. Epistt. p. CCIII. seqq.
12. *Clem.* Epist. I. capp. XL. XLI.
13. *Heb.* IX. 25.
14. Ibid. X. 3 - 11.

tidie miniſtrare, ac hoſtiarum quas indeſinenter A *efferunt* miniſtri. Quæ quidem, ut alia in eamdem ſententiam dicta omittamus, quum tempore præſenti apud Clementem, haud ſecus ac apud Paullum efferantur; tunc adhuc Templum ſtetiſſe, cultumque viguiſſe Judaicum videtur. Quin & nondum obſeſſam, ſed pacatam potius vel ipſam urbem Hieroſolymitanam Clementina verba inſinuare comperiuntur; aut ſaltem rumorem de illius obſidione Romam nondum fuiſſe perlatum ſatis aperte declarant. Anno autem Chriſti LXVIII. Veſpaſianus, pleriſque Judææ urbibus occupatis, ipſam Hieroſolymorum metropolim circumſidere molitus eſt: quam deinde Titus, a Veſpaſiano patre ad proſequendum bellum in Judæa relictus, poſt quatuor menſium ob- B ſidionem in paſchate inchoatam, anno demum LXX. cepit atque cum Templo diruit: ut proinde priorem ad Corinthios Epiſtolam circa annum LXVIII. ſcripſerit S. Clemens.

Hactenus vero dictis unum adhuc addere placet. Nimirum, ſub finem ejuſdem Epiſtolæ [1] inter nuntios a Clemente ad eccleſiam Corinthiacam miſſos recenſetur Fortunatus, ipſemet ille ut videtur, qui aliquot ab hinc annis ab iiſdem Corinthiis cum Stephana & Achaico, ad Paullum dum ageret Epheſi, fuerat ablegatus. Ejus cum laude meminit Apoſtolus in priore ad Corinthios epiſtola [2], quæ ſcripta fertur circa annum LVII. Hic igitur quum in cœtu Corinthiorum valde emineret, ab eo miſſus C Romam venit, quo ſibi diro ſchiſmate laboranti opem ferret Romana eccleſia. Exinde vero eumdem legatum illuc cum Epiſtola Clemens remittit, poſtulatque ut cum nuntio concordiæ initæ brevi ad ſe redeat. Quis porro facile ſibi perſuadeat, ut præeunte Dodvvello [3] arguit vir eruditus [4], eumdem Fortunatum poſt tantum temporis intervallum, quantum ab anno LVII. ad finem ſæculi elapſum eſt, potuiſſe aut voluiſſe ætate jam valde provectum, adeo longum iter ſuſcipere? At omnia demum rite cohærere noſcuntur, ſi Clementina Epiſtola circa annum Chriſti LXVIII. ſcripta cenſeatur. Neque alia profecto deſunt argumenta, quibus ſententia iſthæc magis magiſque firmetur; quæ tamen brevitatis ergo conſulto præterimus.

De temporis autem notatione quo ſcripta fuerit poſterior Clementis Epiſtola, nihil quidem certi ex ea elicere poſſumus, quum mutila ad nos pervenerit, unde illud ſtatuatur. Qui eam integram legiſſe putatur Photius, in ejus recenſione nullam facit diſſidii Corinthiaci mentionem; ſed ipſam tantummodo *inſtitutionem & admonitionem melioris vitæ inducere* ſcribit [5]. Hinc facile quis colligat, Corintho Romam reduce Fortunato cum aliis ſociis, ſchiſmate jam ſublato & quieti eccleſia illa reſtituta, hanc deinde fuiſſe a Clemente perſcriptam Epiſtolam, anno forte inſequente LXIX. quo in pace magis adhuc firmarentur Corinthii.

SECTIO II.

De duabus Epiſtolis ad Virgines.

X. NUnc autem ſermo inſtituendus de duabus Epiſtolis, quas DE VIRGINITATE ſeu AD VIRGINES ſcripſit S. Clemens. Eas primum evulgavit Lugduni Batavorum anno 1752. e ms. codice Novi Teſtamenti Syriaci, cum verſione Latina, Joannes Jacobus Wetſtenius; exſtantque ad calcem voluminis II. N. T. Græci, ab eodem typis Amſtelodamenſibus excuſi. Ad exemplar Wetſtenianum noſtram editionem exegimus, ſuis quibuſque locis ea D reſtituentes, quæ doctiſſimus editor prolegomenis ſubjecta ſive addenda ſive emendanda monuerat. In textu item Syriaco ſectiones ſeu capita diſtinximus, ordinem ſecuti quem ipſemet interpres in ſua verſione retinendum cenſuit. Sacræ ſcripturæ verba quorum haud pauca Wetſtenium fugerant, charactere Italico deſcribenda curavimus, locis inſuper ad oram indicatis unde illa deſumſit S. Pater, ab editore omnino prætermiſſis. Quin etiam, ut exactior adhuc editio noſtra prodiret, Wetſtenianam ſive in textu ſive in verſione a nobis rogatus recenſuit R. P. Bonifacius Finetti Ord. Prædic. vir in linguis exoticis excolendis ſtudioſiſſimus: cujus proinde conjecturas in lectionem Syriacam & caſtiga- E tiones in Wetſtenii verſionem, ipſius nomine ſignatas in limbum conjecimus. Quum autem hac in urbe typi Syriaci quotquot erant neceſſarii haud præſto eſſent, Patavium contendimus; votiſque noſtris quibus expetebamus ut eædem Epiſtolæ Syriace ac Latine in Seminario Patavino excuderentur, Eminentiſſimus Princeps, nunc vero SS. D. N. CLEMENS XIII. perhumaniter annuit. Impreſſionis curam ſibi ſuſcepit libens Antonius Zanolinus, celebris linguarum orientalium in eodem Seminario profeſſor: quibus quidem nominibus duumviris doctis, in primis autem ſanctiſſimo Patri Pontifici maximo, noſmet ipſos ſummopere obſtrictos palam profitemur.

XI. Jam vero diſquirendum, num demum Clementi Romano utraque Epiſtola jure ſit adſcribenda. Eas enimvero velut ſinceros Clementis fetus agnovit cl. editor, ac pro viribus eidem afferere aggreſſus eſt. Verum duos præ ceteris viros haud incelebres nactus eſt adverſarios: alterum quidem Nathanaelem Lardnerum, qui anno 1753. diſſertationem LX. paginarum in 8. Anglice Londini edidit; pluribuſque in contrariam ſententiam adductis, in eam tandem cogitationem devenit, has nimirum Epiſtolas circa medium ſæculi III. ab epiſcopo eccleſiæ orientalis fuiſſe perſcriptas [6]: alterum vero Hermannum Venema, qui anno inſequente 1754. Harlingæ vulgatis tribus Epiſtolis, VV. CC. Weſſelingio, Hemſterhuſio & Cannegietero inſcriptis, eaſdem Epiſtolas Clementinas ſuppoſititias eſſe omni ſtudio contendit evincere: in iis enim inter alia Hieronymi ſtilum ſibi ſuboluiſſe innuit [7]; & quamvis de auctore ac tempore quo vixerit nihil definiat, eum tamen fuiſſe orientalem, non Romanum, & Origene quoque poſteriorem arguit [8]. Utrique ſtatim reſpondit Wetſtenius, iterumque quas edidit Epiſtolas, magis magiſque Clementi Romano vindicavit: Lardnero quidem in Diario litterario Gallice inſcripto, *Bibliotheque raiſonnée* [9]: Venemæ autem, Epiſtola eo ipſo anno 1754. Amſtelodamenſibus typis conſignata, quam Epiſtolæ I. Venemianæ oppoſuit. Utinam vero duabus quoque

1. *Clem.* Epiſt. I. cap. LVIII.
2. I. *Cor.* XV. 17-18.
3. *Dodw.* addit. ad Pearſ. opp. poſt. p. 221.
4. *Frey* not. ad cap. II. epiſt. I. Clem. p. 118.
5. *Phot.* Bibl. cod. CXXVI.
6. *Lardner* A Diſſertation upon the tvvo Epiſtles aſcribed to Clement of Rome. p. 37. 54. 57.
7. *Venem.* Epiſt. II. §. XXVII. p. 89.
8. Id. Epiſt. III. §. XVI. ſeqq. p. 129.
9. *Bibl. raiſ.* tom. 50. part. 2. art. VIII. p. 363. & ſuiv.

reliquis respondere valuisset vir doctus! At lethali morbo decumbebat Wetstenius, dum primam exaravit Epistolam v. Kal. Martii MDCCLIV. menseque sequente diem supremum obiit IX. Kal. Aprilis, annum agens LXI. Quæ vero hactenus recensui opuscula, ea dono accepi ab eruditissimo Jacobo Krighout; qui datis quoque humanissimis litteris una cum Sermone funebri, quem ipsemet habuit in obitum laudati Wetstenii decessoris sui, munera mihi pergrata large cumulavit: quo nomine mihi temperare haud possum, quin V. C. comitatem adeo singularem quam maxime testatam faciam.

Verum ut ad rem propius accedamus, harum Epistolarum auctorem fuisse Clementem Romanum, duplici argumentorum genere demonstrandum suscipimus. Primum quidem petimus ab *externis*, sive antiquorum scriptorum testimoniis quibus illas fuisse a Clemente perscriptas adstruitur, sive Patrum vetustissimorum operibus unde ab iisdem eas fuisse perlectas colligitur. Alterum vero, *internum* scilicet, ex ipsis Epistolis sumimus. In his autem argumentis digerendis Wetstenium potissimum affectamur: ea tamen ratione, ut nonnulla utrobique a nobis in medium proferantur, Wetstenio prætermissa; eaque in primis quæ ex harum Epistolarum instituta collatione cum duabus reliquis Corinthiacis, ad rem magis pertinere nobis visa sunt.

Testis itaque antiquior Epiphanius, qui adversus Ebionæos hæc habet [1]: Αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων, τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων· ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος, παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς Περιόδοις νενοθευμένα. αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται· αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ηλίαν, καὶ Δαβίδ, καὶ Σαμψὼν, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. Id est: „ Clemens ipse omnibus „ illos (*Ebionæos*) modis redarguit iis Epistolis „ circularibus, quæ in sacrosanctis ecclesiis leguntur: ex quibus constat, longe ab iis quæ in Circuitibus illis (*Petri*) sub ejus nomine adulterina exstant, illius fidem ac sermonem abhorruisse. Etenim Virginitatem ipse (*Clemens*) edocet; & isti (*Ebionæi*) repudiant: ille Eliam, „ Davidem & Samsonem omnesque prophetas commendat; quos hi detestantur. „ Quæ profecto Epiphaniana duabus hisce Clementinis Epistolis mirum in modum congruere noscuntur. Primum itaque in iis, Epiphanio teste, S. Clemens *Virginitatem edocet*: harum enim Epistolarum pars minima, ut recte advertit Wetstenius [2], in extollenda quidem Virginitate versatur; at longe maxima, immo tota Epistola secunda, in Virginibus officii admonendis occupatur, seu de Virginitate pie ac rite servanda pertractat: ut propterea S. Pater in his Epistolis *Virginitatem* potius *edocere*, quam commendare, jure ab Epiphanio dicatur.

Jam cetera prosequamur. *Eliam*, inquit, laudat Clemens. Et quidem his verbis [3]: *Certe etiam* ELIÆ *& Elisæ, & multorum aliorum sanctorum reperimus conversationem fuisse sanctam & sine macula*. Tum vero, ait, *Davidem* commendat. Id quoque sic præstitum a Clemente [4]: *Nonne docet te illud* DAVIDIS, *quem invenit Deus virum secundum cor suum, hominem fidelem, perfectum, sanctum, verum?* Deinde *Samsonem* extollit, subjungit Epiphanius. En Clementinum locum [5]: *Non audivisti de* SAMSONE *Naziræo, cum quo fuit Spiritus*

A *Dei, viro forti? Is vir Naziræus fuit, & sanctus Dei, & fuit in fortitudine & robore*. Denique, subdit, *omnes prophetas* laudibus effert. Scilicet in hanc sententiam [6]: *Porro etiam Elisam & Gehasi &* FILIOS PROPHETARUM *reperimus habitasse in timore Dei; & hospita non fuit eis. Micham &* PROPHETAS OMNES *pariter sic reperimus habitasse in timore Domini*. Hactenus Clemens: cujus verbis enimvero ad Epiphanii testimonium comprobandum nihil clarius esse aut luculentius videtur; seu potius ad nostras Clementi asserendas Epistolas, nihil aptius hujusmodi Epiphanii testimonio, validius nihil proferri posse liquet.

Quænam vero hactenus observatis objiciantur, in-
B spiciamus. Haud ita pridem V. C. „ Nihil moror, „ inquit, S. Epiphanii testimonium: nam illud ex„ petitum est ex Epistolis Clementis, quæ tunc *le„ gebantur in Ecclesiis*. Profecto ex testimonio „ S. Hieronymi discimus, nullas alias Clementis „ Epistolas ætate illa in ecclesiis legi consuevisse, „ nisi ad Corinthios *geminas*. „ Nolim enimvero viro eruditissimo hæc excidisse. Testatur quidem S. Hieronymus [7], Clementis priorem ad ecclesiam Corinthiorum Epistolam in nonnullis cœtibus ecclesiasticis lectam fuisse: at *secundam a veteribus reprobatam* asserit: tantum abest, ut in ecclesiis tunc legi consuevisse *geminas* ad Corinthios Epistolas, ex ejus testimonio discamus. Quod autem hac de
C re Doctor maximus, idem quoque ante ipsum Dionysius Corinthius, idem etiam Eusebius Cæsariensis, idem reliqui antiquiores profitentur. Quum itaque certo constet ex veterum testimoniis, unam, & quidem priorem, Corinthiis inscriptam Epistolam publice fuisse lectitatam; id ipsum profecto Epiphanius item novisse jure existimandus: adeoque, ubi non unam Clementis Epistolam, sed ejus *Epistolas circulares* in ecclesiis fuisse perlectas affirmat, de Corinthiacis Epistolis ipsius verba nullo pacto accipienda esse videntur. Quid quod Epiphanianum testimonium alias omnino ab Epistolis ad Corinthios respicere perhibetur? In Corinthiacis enim nulla *Samsonis* mentio, neque uspiam
D *omnium prophetarum* encomium occurrit; ut reliqua prætereamus: quæ sane in Epistolis Clementinis exstitisse, S. Epiphanius luculenter testatur.

At inquies cum Lardnero [8], Epiphanium quidem Epistolas Clementis una plures agnoscere, atque in iis non solum de Virginitate scripsisse Clementem, sed etiam Samsonem laudasse, ipsum profiteri: quod utrumque in Epistolis Syriacis conspicitur, desideratur autem in Græcis. Hinc tamen nemo jure colligat, judice Lardnero, Epiphanium de prioribus statim intelligendum: quum enim neutra Corinthiaca Epistola integra ad nos pervenerit, fieri potest, ut Samsonis mentio inter ea quæ in iisdem Epistolis desunt, maxime vero in secunda,
E occurrerit. Næ, qui rationes suas ita subducit, operam ludit. Quid quæris? nullus conjecturis locus, ubi res ipsa clamat. Quæcumque de Clementis Epistolis refert Epiphanius, in primis autem Samsonis elogium, ea demum omnia in nostris Syriacis comparent; frustra vero in Græcis requiras: ut propterea nullum amplius dubium superesse merito videatur, quin de prioribus tantum, non autem de posterioribus, Epiphanii testimonium sit accipiendum.

Lardnerum secutus alia plura congerit Hermannus Venema, quibus Epiphanianum locum enervet,

1. *Epiph.* Hær. XXX. §. XV. opp. tom. I. p. 139.
2. *Wetst.* Epist. ad H. Venem. p. 24.
3. *Clem.* de Virg. Epist. I. cap. VI.
4. Id. Epist. II. cap. IX.
5. Id. ibid. cap. IX.
6. Id. ibid. cap. XIV.
7. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XV.
8. *Lardn.* A Dissert. upon the two Epist. p. 24.

atque in sententiam suam pertrahat. Et primo quidem negotium facessit viro critico [1], quod S. Epiphanius ἐγκυκλίες, *circulares*, Epistolas nostras appellet: verumtamen animum ab hoc scrupulo parumper avertens, nondumque deposita omni cunctatione, *elucescere* ait, S. Patrem *hoc addito criterio vulgatissimas* tantum Corinthiis inscriptas *in oculis habuisse*. Vereor equidem ne dictis Venemianis calculum non adjiciant viri docti, ut quæ minus recte sibi cohærere videntur. Utcumque autem res se habeat, nihil sane prohibet, quo minus vel existimemus, Epiphanii ætate apud nonnullas ecclesias in more fuisse positum Epistolas *de Virginitate* publice legi; vel cum Wetstenio [2] censeamus „ Epiphanium ut Ebionæos, non Clementis solum, „ sed etiam Ecclesiæ auctoritate premeret, encomium priori Corinthiacæ Epistolæ tributum, in „ utramque *ad Virgines* transtulisse. „ Quidni autem id rite fecerit S. Pater? ratus nimirum episcopi Romani epistolas ad Ecclesiæ universæ institutionem pertinere, quemadmodum & de priore ad Corinthios factitatum noverat. Porro ad reliqua Epiphaniana extenuanda, plura congerit idem vir eruditus; quæ tamen omnia expendit ac diluit cl. editor: adeo ut constet, sanctum episcopum Constantiensem, dum verba superius recitata perscriberet, in has Epistolas Syriacas oculos intendisse.

XII. Epiphanio Hieronymus accedat Doctor maximus, testis alter locupletissimus. Sic igitur ille adversus Jovinianum [3]: *Hi sunt eunuchi, — quos castravit non necessitas, sed voluntas. — Ad hos & Clemens successor Apostoli Petri, cujus Paullus Apostolus meminit, scribit Epistolas, omnemque pæne sermonem suum de Virginitatis puritate contexit.* Age sis nunc hujusmodi testimonium expendamus. Tria in eo sunt probe notanda. I. Ad *eunuchos spirituales* & evangelicos scripsisse Clementem asserit S. Doctor. II. Non Epistolam, sed *Epistolas* iisdem inscriptas ipsum exarasse testatur. III. In his Epistolis *omnem pæne sermonem suum de Virginitatis puritate* illum *contexuisse* tradit. Quæ quidem adeo sunt manifesta, ut nullum supersit dubium quin de nostris Epistolis sint accipienda. Quid vero ad hæc eruditi viri modo laudati? Existimant nempe Hieronymum heic animum intendisse in secundam ad Corinthios Epistolam, ubi forte de Virginitate Clemens prolixius egerit iis in locis quæ nunc desiderantur; neque enim integra ad nos pervenit. Quid loquar? Quovis equidem pignore contendere ausim, ex tribus notis in testimonio Hieronymiano observatis, nullam omnino posteriori Epistolæ Corinthiacæ; at contra Epistolis nostris ad unam omnes rite congruere. Primum enim hæ *Virginibus fratribus* & *Virginibus sororibus*, id est *eunuchis* spiritualibus *quos castravit voluntas*, inscriptæ feruntur. Deinde, non unam, sed duas *Epistolas* ad illos misit S. Clemens. Denique in iisdem *omnem pæne sermonem de Virginitatis puritate contexuit*. Ubi advertendum, perquam apposite fuisse locutum S. Hieronymum: *vigilanti* siquidem *verbo* usus, ut phrasi Augustiniana loquar [4], atque restrictionis voculam *pæne* usurpans; non *omnem* absolute dixit, sed *omnem pæne* sermonem de Virginitate a Clemente fuisse contextum: propterea scilicet, ut optime Wetstenius [5], quod in prima Epistola cap. XIV. agitur de visitandis ægrotis, & cap. XV. de aliis officiis, quæ non magis ad virgi-

A nes quam ad conjuges pertinent: in secunda vero proponuntur exempla Mosis, Aaronis & Josuæ, qui certe in conjugio vixerunt.

At enim Hieronymus in disputationibus cum adversariis, ac præsertim eo in libro contra Jovinianum, omnia exaggerat atque hyperbolice loquitur: ut proinde haud miretur quispiam, si secundam tantummodo Epistolam Corinthiacam respiciens, *Epistolas* fuisse a Clemente perscriptas testetur: quæ est primum Grabii, deinde Lardneri & Venemæ sententia. Esto: consueverit aliquando in disputationis æstu exaggerare Hieronymus: non est tamen cur heic ipsum non humane, non proprie locutum existimemus. Præterea, Epistolas ad *eunuchos* evange-
B licos dedisse Clementem perhibet S. Pater. Num ergo & heic illum hyperbole fuisse usum; aut ad eos *quos castravit non necessitas, sed voluntas*, missam putabimus quæ est posterior ad Corinthios? Quid quod Hieronymo consentiens Epiphanius, testatur *circulares Epistolas* eumdem misitasse Clementem, in quibus *Virginitatem* edocet? An vero sanctus quoque Constantiensis episcopus exaggerasse dicendus? Fac denique in reliquis quæ exciderunt posterioris Epistolæ Corinthiacæ, fuisse de Virginitate locutum Clementem: at quomodo sodes, in ea quæ supersunt quadrent Hieronymi verba, quibus affirmat in illis Clementinis Epistolis *omnem pæne sermonem fuisse de Virginitatis purita-*
C *te contextum*? Ibi namque potissimum pleraque occurrunt de Christo Deo, de vocationis Christianæ præstantia, de mundi contemtu, de certamine spirituali, de carnis resurrectione, de bonis promissis, cet. paucissima vero de *castitate in genere*, omnibus, etiam conjugatis, servanda. His denique cum Wetstenio [6] addas velim, Epistolas quidem Syriacas pro Hieronymo & contra Jovinianum maxime facere: in iis enim statuit Clemens [7], *virginibus sanctis excellentiorem in cælis locum datum iri, quam conjugibus sanctis*: quæ est ipsissima sententia Hieronymi. Verum ex Epistolis Græcis nullum suæ causæ præsidium quærere potuisset S. Doctor, ubi nullum de Virginitate colenda vestigium. Quæ
D quum ita se habeant, nonnisi de nostris *ad Virgines* Epistolis Hieronymi verba intelligenda esse noscuntur.

Sed ecce tibi rursus vir ille doctissimus cujus paullo ante meminimus, qui ex Hieronymi silentio in libro *de Viris illustribus*, harum Epistolarum suppositionem evincere existimat. „ Hieronymus, inquit, in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum Clementem non negligit, laudatque „ ejus Epistolam primam ad Corinthios: meminit & secundæ, quam tamen non ab omnibus „ admitti affirmat. Profecto non siluisset & geminas alias, si nosset. „ Illas utique non omisisset S. Doctor, si nosset quo tempore librum *de*
E *Viris illustribus* edidit. Hinc ne vero earum integritatem suspectam reddere liceat? Cedo, quo demum anno confecti fuere sive Catalogus ille Hieronymianus ubi nulla nostrarum Epistolarum mentio, sive libri duo contra Jovinianum in quibus eædem ex nostra sententia laudantur? Scilicet ex ipso Hieronymo discimus [8], librum *de Viris illustribus* fuisse absolutum *anno Theodosii principis* XIV. hoc est anno Christi 392. Patet præterea ex eodem sancto Doctore, libros adversus Jovinianum post hunc ipsum annum prodiisse: siquidem in eorum primo, num. 26. operis *de Viris illustribus*

1. *Venem.* Epist. I. pag. 6.
2. *Wetst.* Epist. ad H. Venem. p. 22.
3. *Hieron.* adv. Jovin. lib. I. §. 12.
4. *Aug.* in Joan. tract. CXX. §. 2. opp. tom. III. part. II. col. 804.
5. *Wetst.* l. c. pag. 40.
6. Id. Epist. pag. 34.
7. *Clem.* Epist. I. de Virgin. cap. IV.
8. *Hieron.* de Vir. illustr. in prolog. & cap. CXXXV.

meminit. Quare, anno minimum 393. aut serius fortasse, contra Jovinianum scripserit S. Doctor. Nihil igitur mirum, si de quibus loquitur Clementinis Epistolis in iis libris, eas in Catalogo præterierit. Cur ita demum, inquies? quia videlicet in prologo ad eumdem Catalogum queritur ipsemet Hieronymus, pleraque tunc sibi fuisse incomperta. *Neque enim*, ait, *de his quæ non legi, nosse potui; & quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum*. Quid porro, si sanctissimus Doctor in subsecutis libris plura memoret tractatorum ecclesiasticorum opera, quæ dum eorumdem reliqua in Catalogo recenseret, omisit? An vero fictitia reputanda opera illa, eo quod eadem in Catalogo prætermisisset Doctor maximus? Immo vero nemo jure non dixerit cum ipso Hieronymo, illum nempe *quæ* tunc *non legerat*, *nosse non potuisse*; *quodque in illo terrarum angulo*, in solitudine Bethleemitica, *ei* antea *fuerat ignotum*, postea comperisse. Agedum, uno vel altero exemplo rem adstruamus. I. Memorat Hieronymus in epistola LXX. ad Lucinium n. 4. Hippolyti Portuensis opusculum contra Gentes, cujus nulla mentio in Catalogo cap. LXI. Haud equidem miror: in eo enim recenset S. Doctor Hippolyti libros quos *reperit*, ut ipse testatur: ab eo autem postea repertum opus illud apologeticum, indicat annus 397. quo scripta fertur eadem epistola. II. In præfatione ad librum XVIII. in Isaiam, Dionysium Alexandrinum librum composuisse tradit contra Irenæum Lugdunensem episcopum, chiliastici regni assertorem; quem tamen omittit in Catalogo cap. LXIX. licet ibi ejusdem Dionysii operum recensionem longe accuratam instituat. Cujus silentii ratio ea demum est, quod commentaria illa quinque post annos fuerint elucubrata. Neque enim assentiri possum Valesio viro doctissimo censenti [1] S. Doctorem minus recte in Irenæum transferre, quæ adversus Nepotem episcopum Ægyptium Dionysius litteris tradidit. Siquidem in Catalogo diserte perhibet Hieronymus, sicuti ante ipsum & Eusebius, *duos libros* edidisse Dionysium adversus Nepotem: in præfatione autem ad Isaiam l. c. eumdem Dionysium *librum* evulgasse adversus Irenæum asseverat. III. De Pierio ecclesiæ Alexandrinæ presbytero verba faciens in Catalogo cap. LXXVI. S. Pater, ejus tractatum de Propheta Osee tantummodo nominat: in epistola vero XLIX. num. 3. sub finem anni 393. Pammachio inscripta, ejusdem Pierii amplissimum commentarium in Epistolam I. ad Corinthios collaudat. IV. Prætermittit in Catalogo cap. CXXIX. Didymi commentarium in Psalmos; cujus tamen meminit in Epistola CXII. n. 20. anno 404. ad Augustinum missa. Dies me deficiet, si omnia recensere velim quæ veterum scriptorum opera prius omissa in libro *de Viris illustribus*, in aliis postea lucubrationibus Hieronymianis enuntiantur. Verum satis hæc sunto: ex quibus lis omnis diremta esse videtur.

Ne quis autem putet, his duobus tantummodo antiquis Patribus Epistolas de quibus agimus, fuisse perspectas: siquidem & alios vetustiores illas haud ignorasse comperimus ex plerisque locis parallelis Justini Martyris, Clementis Alexandrini, Cypriani atque insuper ejusdem Hieronymi, quæ diligenter conquisita exegit ad Clementina laudatus Wetstenius [2]. Et ea quidem heic describere libuisset. Verum pro instituti nostri ratione satius duximus illa prætermittere, ne longius quam par sit excurrat oratio.

XIII. Quandoquidem vero præter argumenta *externa* e veterum testimoniis usurpata quæ ab objectionibus hactenus pro viribus vindicavimus, præsto sunt quoque *interna* quibus earumdem Epistolarum integritas magis magisque confirmatur; ea nunc strictim saltem proponere, nostra interesse existimamus.

Primum igitur in his Epistolis Syriacis nonnullas sententias perspicimus, quas pæne αὐτολεξεὶ Græcæ pariter exhibent. Unum alterumve specimen accipe. I. Legimus in Epist. I. *ad Corinth.* cap. XXVII. *Hac igitur* SPE *animi nostri ad eum adstringantur*, QUI FIDELIS EST IN PROMISSIONIBUS. — *Qui ne mentiamur præcepit*, *multo magis* IPSE NON MENTIETUR: *nihil quippe* DEO IMPOSSIBILE, *præterquam* MENTIRI. Sic plane in Epist. I. *ad Virgines* cap. IV. DESIDERAT SPEM PROMISSAM *&* *præparatam* *&* POSITAM *in cælis a* DEO, QUI PROMISIT ORE ET NON MENTITUR. Utrobique scilicet Paullum Apostolum, ut assolet, imitatur Clemens; apud quem eadem phrasis occurrit [3]: *Ut per duas res immobiles*, *in quibus* IMPOSSIBILE EST MENTIRI DEUM, *fortissimum solatium habeamus*, QUI CONFUGIMUS AD TENENDAM PROPOSITAM SPEM. II. In Epist. I. *ad Corinth.* cap. IV. ita scribit S. Pater: *Æmulatio effecit*, *ut* JOSEPH AD MORTEM USQUE PERSECUTIONEM SUSTINERET, ET IN SERVITUTEM ADDICERETUR. Eadem loquendi ratio in Epist. II. *ad Virgin.* cap. VIII. *Nonne pulcritudinem hujus casti & recti* (Joseph) *concupivit mulier*? *ut in concupiscentia quam non se subjiceret & inclinaret ut faceret libidinem & voluntatem ejus*, IN OMNEM AFFLICTIONEM ET IN OMNEM CRUCIATUM CONJICERET VIRUM JUSTUM USQUE AD MORTEM. III. In Epist. I. *ad Virgin.* laudat Clemens *operarios imitantes* PATREM ET FILIUM ET SPIRITUM SANCTUM. Quibus affinia ex alio ejusdem Clementis loco profert S. Basilius, sic inquiens [4]: Ὁ Κλήμης ἀρχαϊκότερον· ζῇ, φησιν, ὁ Θεὸς, καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. „ *Clemens simplicius*: *Vivit*, *inquit*, „ DEUS, ET DOMINUS JESUS CHRISTUS, ET „ SPIRITUS SANCTUS. „ Alia ejusmodi haud pauca in promtu erunt Epistolas Corinthiacas ac Syriacas attente legenti, easque sedulo invicem conferenti; quibus proinde referendis supersedemus. Heic tamen illud solummodo rursum subjicere placet, quod ex viro doctissimo [5] superius protulimus: „ Quo singularior, ait, est sententia iterum prolata, eo aptior est ad persuadendum, Epistolas in quibus pariter laudatur, ab uno auctore proficisci. Unum enim eumdemque locum, „ ubi se se offert occasio, ab eodem scriptore „ in eodem opere, quanto magis in diversis, „ iterato citari quid mirum? „

Deinde scribendi, exempla in medium producendi, & ratiocinandi methodus, eadem omnino utrobique perhibetur. Verbi caussa, in Epist. I. *ad Corinth.* capp. IV.-XII. & alibi passim: *Recurramus*, inquit, *ad omnes generationes*: — *Fixis oculis eos intueamur, qui magnificæ ejus gloriæ perfecte servierunt*. *Sumamus Enoch*, cet. — *Sed ut vetera exempla relinquamus*, *veniamus ad proximos athletas*, *& seculi nostri generosa exempla proponamus*. Habes au-

1. *Vales.* ad Euseb. H. E. lib. VII. cap. XXIV.
2. *Wetsten.* Epist. ad H. Venem. pagg. 10. seq. & *Biblioth. raison.* tom. I. art. VIII. p. 365.
3. *Heb.* VI. 18.
4. *Basil.* de Spir. sanct. cap. XXIX. §. 72.
5. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontif. pag. 39. §. V.

tem simillima & maxime gemina in Epist. II. *ad Virgin.* capp. VII-XV. *Consideremus igitur, fratres, & videamus quomodo conversati fuerint omnes patres justi toto tempore habitationis vitæ suæ: inquiramus & scrutemur a Lege ad Novum Testamentum. —— Et ne nimis longum faciamus sermonem nostrum; quid dictum est de Domino Jesu Christo? Ipse Dominus cum duodecim discipulis*, cet. Scilicet, mos erat Clementi, sacrarum scripturarum studiosissimo, ex utriusque Fœderis paginis pleraque exempla desumere, quæ instituto suo summe congruentia perspiceret: quod quidem in utroque Epistolarum pari, eodem plane tenore, satis aperte factitatum cernimus. Et heic quoque, ut sæpe alias, Apostolo Paullo constanter adhæret: qui primum [1] patriarcharum & prophetarum gesta Hebræis ante oculos ponens, eos ad fidem retinendam adhortatur; deinde propositis Christi & sanctorum exemplis, ad tolerandas passiones, ad pacem, concordiam & sanctitatem servandam illos allicere studet, ita demum orationem concludens: *Ideoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.*

Neque etiam omittendum putamus unum vel alterum stili indicium, haud quidem exiguum, quo magis adhuc id quod intendimus, confirmatur. En illud ex Epist. I. *ad Corinth.* cap. III. *Hinc*, inquit, *æmulatio, invidia, contentio, seditio, persecutio, commotio, bellum & captivitas manarunt*. Et cap. XXXV. *Nos igitur summo studio contendamus in numero exspectantium eum reperiri, —— abjicientes a nobis omnem injustitiam & iniquitatem, avaritiam, contentiones, malignitates & fraudes, susurros & obtrectationes, odium Dei, superbiam & ostentationem, inanem gloriam atque amorem vanitatis*. Confer ista, si placet, cum his quæ leguntur in Epist. I. *ad Virgin.* cap. VIII. *Qui vere fideles sunt*, ait, *& spiritus Christi habitat in ipsis, in illis non potest esse cogitatio carnis; quæ est scortatio, impudicitia, impuritas, idololatria, veneficium, inimicitia, invidia, contentio, ira, rixa, divisio, zelus*, cet. Nonne Clemens utrobique se ipsum prodit? quippe Clemens, inquam, scriptionis Paullinæ characterem ubique fere imitatus, cum heic tum illic respexisse videtur *Rom.* I. 29-31. *Gal.* V. 19-21. I. *Tim.* VI. 4-5. & II. *Tim.* III. 2-5.

His addas velim δοξολογίαν, mediam inter Epistolam, more itidem Paullino, usurpatam: verborum copiam ex divinis litteris passim derivatam: aliaque plura, quæ in sollertis lectoris oculos gemina prorsus sive in Corinthiacis sive in Syriacis incurrunt. Adhæc, mores vere apostolici, simplicitas, modestia, frugalitas, benignitas, cetera. Uno verbo, utrumque Epistolarum par vivam Clementis imaginem referre, ac tantum non spirare comperitur.

XIV. Superest ut illud quoque diluamus quod vir eruditus sæpe laudatus ingerere haud veretur. Nimirum, inquit [2] „ auctor se ipse Virginibus fratribus adnumerat [3], & suum exemplum illis in „ omni conversatione imitandum proponit. Quod „ quidem factum historicum, si censorem hunc audias, a Clementis persona esse videtur alienum: „ quin & cum ipsius Clementis confessione consistere nequit; si quæ in prima persona in Epistola ejus ad Corinthios efferuntur, ad ipsum quoque referre, ut oportet si nihil obstet, liceat. „ Loquitur autem, subdit vir criticus, *de uxoribus & liberis nostris*, quum dicit [4]: *Uxores nostras ad id quod bonum est corrigamus —— liberi nostri disciplinæ Christi participes sint*, cet. Cui nescio, „ tandem concludit, num quid roboris addat, quod „ *Clementi* adjungatur *Grapte* apud Hermam [5]. Cujus rei melior reddi vix posse videtur ratio, quam „ quod *Grapte* fuerit *Clementis uxor*. „ Hactenus eruditus Venema: & quidem satis belle.

Nolim equidem virum cl. in cælibatum ecclesiasticum iniquum suspicari. At illud ipsi condonandum minime reor, quod suæ sententiæ vim addere cupiens, nobis obtrudat velut Clementis Romani lectionem, quæ Alexandrino erat adscribenda. Rem paucis attingimus infra [6]; quam tamen heic pertractandam, commentum Venemianum flagitat, non postulat. Sic igitur S. Clemens [7]: Τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα. —— Τὰ τέκνα ὑμῶν τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαμβανέτωσαν. Id est: „ Uxores nostras ad id quod bonum est corrigamus. —— Filii vestri disciplinæ Christi participes sint. „ Ita constanter codex ms. ex quo uno Clementina Epistola fuit desumta. Haud sane me fugit, apud Clementem Alexandrinum [8] qui ex Romano integrum pæne caput illud XXI. exscripsit, legi τὰ τέκνα ἡμῶν. Sed non est demum cur Clementem Romanum ex Alexandrino emendemus, vimque inferamus codicis ms. lectioni cum cl. editore Pottero, ac Davisio ipsum secuto: eo vel maxime quod nemo nesciat in more positum fuisse Clementi Alexandrino, in auctorum locis describendis alia contrahere, alia tollere, alia interponere atque pro arbitrio mutare, omnia uno verbo sibi permittere: quod & hoc ipso in capite licenter nimis exsequitur, ut apud Wottonum videre est.

Quid quæris, inquies? Esto: scripserit Clemens τὰ τέκνα ὑμῶν: at ipsum τὰς γυναῖκας ἡμῶν scripsisse liquet: quod utique ad Venemæ sententiam confirmandam satis est. Næ, qui sic sentiat, minus attente Clementem legerit. Siquidem, quod scripserit S. Pater τὰς γυναῖκας ἡμῶν, in caussa fuit verbum διορθωσώμεθα; ut sermoni paullo ante in prima persona instituto, ἐντραπῶμεν, αἰδεσθῶμεν, τιμήσωμεν, παιδεύσωμεν, sententia congrueret. Quum autem mox aliud loquendi genus usurpet, scripsisse omnino censendus est τὰ τέκνα ὑμῶν: perinde ac si ab orationis cursu abreptus, quod modo scripserat minus sibi consentanee, *uxores nostras corrigamus*, emendare voluerit; adeoque stilum statim castigatius exacuens, docentisque dignitati prospiciens, orationem permutat, atque, *filii vestri suscipiant*, convenientius rescribit. Retinenda igitur proba lectio ms. codicis Alexandrini, ac procul amandanda de Grapte Clementis uxore hinc eruta conjectura viri eruditi; qui Cotelerianam versionem a Clerico recensitam sive mendosam sive infidam exscribere maluit, quam textum ipsum consulere.

Sed nondum dimittendus Hermannus Venema. Pergit vir criticus; & quo probet allata verba esse accipienda velut a Clemente de se ipso prolata, hæc subdit: „ Licet nomine Ecclesiæ Romanæ, ipse „ tamen Epistolam scripsit, & ad se subinde ex„ presse digitum intendit; uti in verbis [9], *Si pro„ pter me seditio, & discordia, & schismata, di-*

1. *Heb.* XI. & XII.
2. *Venem.* Epist. II. pag. 87.
3. *Clem.* Epist. II. *ad Virg.* cap. XVI.
4. Id. Epist. I. ad Cor. cap. XXI.
5. *Herm.* Past. lib. I. Vis. II. cap. IV.
6. Vid. not. in cap. XXI. Epist. I. ad Corinth.
7. *Clem. Rom.* l. c.
8 *Clem. Alex.* Strom. lib. IV. cap. XVI. p. 612. edit. Oxon.
9. *Clem.* Epist. I. ad Corinth. cap. LIV.

„ *scedo*, *abeo*: fieri, Epiphanius statuit [1]. „ Operam ludit censor iste. Et ægre quidem ferendum, quod non perspexerit vir oculeus totus, Epiphanium Clementis sententiam non ex ipsius Epistola, sed ex quibusdam commentariis in quibus dictum illud invenerat, descripsisse. Sic enim ille l. c. Λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· ἀναχωρῶ, ἄπειμι· — εὕρομεν γὰρ ἔν τισιν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον. „ Dicit enim (*Clemens*) in una Epi- „ stolarum suarum: Recedo, abeo: — nam in qui- „ busdam commentariis ita scriptum reperimus. „ Quid quod ipsemet Epiphanius luculenter testatur, quod Clemens illa proferens, *nonnullis hoc modo consulebat*? τισὶ τοῦτο συμβουλεύων: tantum abest, ut sanctus Constantiensis episcopus memoriæ tradiderit, Clementem eo loci ad se digitum expresse intendisse, quemadmodum præpostere contendit V. C. Verumtamen Clementem ipsum ita loquentem audiamus: Τίς οὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος; τίς εὔσπλαγχνος; τίς πεπληροφορημένος ἀγάπης; εἰπάτω· εἰ δι' ἐμὲ στάσις, καὶ ἔρις, καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, οὗ ἐὰν βούλησθε. — τοῦτο ὁ ποιήσας, ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν. „ Quis ergo inter vos generosus? quis misericors? „ quis caritatis plenus? dicat: Si propter me se- „ ditio, & discordia, & schismata; discedo, abeo „ quocumque volueritis. — Qui hoc fecerit, sibi „ magnum decus in Domino comparabit, omnisque „ locus eum suscipiet. „ Quibus sane verbis nemo non videt, hortari Clementem Corinthios, ut etiamsi justus quis inter eos fuerit, atque immunis a schismate, quin & omni virtutum genere ornatus; juri tamen suo cedat, ut ecclesiæ Corinthiacæ tranquillitas inde consurgat. An non igitur Clementi mire concinit Epiphanius, dum ait ipsum ita fuisse locutum, τισὶ τοῦτο συμβουλεύοντα? Hinc immerito insimulant sanctum illum Constantiensem episcopum Thorndicius [2] & Burtonus [3], quod Clementinam sententiam haud sit assecutus. Immerito item ex ejusdem S. Patris verbis, Clementis abdicationem confirmare nituntur alii magni nominis viri.

At potiori jure notandus H. Venema, qui eo potissimum nomine Epiphanii auctoritate abutitur,

A quo nimirum commento suo de Grapte Clementis uxore fundamentum præjaciat, nullo innixus veterum testimonio, quin e contra obnitente scriptorum antiquorum fide. Nam, ut Ignatii Epistolarum interpolatorem omittamus [4], quem unum novit hic censor, vetustiorem adhuc habemus Recognitionum scriptorem, sæculo II. desinente, cujus hæc sunt verba [5]: *Ego Clemens in urbe Roma natus, ex prima ætate pudicitiæ studium gessi*. Quæ postea tum Clementinorum [6], tum Epitomes [7] auctores exscripsere. His accedit Althelmus, qui Clementis virginitatem sive prosa sive carmine celebrasse comperitur [8]. Clemens itaque virgo, si fides his auctoribus. Et quidni fides? ait doctissimus Co-

B telerius [9].

Verum, quid porro de Grapte dicendum? Si Hermæ quidem verba penitius introspicias, sentias utique cum viris eruditis [10] oportet, ipsam fuisse feminam spectatæ pietatis, forsitan Diaconissam, sive Ecclesiæ Romanæ πρεσβύτιδα, viduam scilicet, cui reliquas *viduas* juniores atque *orphanos* sub viduarum cura positos, optimis præceptis instituisque imbuendi munus commissum fuerit. Quum igitur sive ex verbis Clementis, sive ex Epiphanii auctoritate, suæ causæ præsidium frustra quærat eruditus Venema, quin & ipsi obstent tum Ecclesiæ scriptorum vetustissimi, tum recentiorum doctissimi; neque ullum omnino vadem ipsemet pro sua senten-

C tia in medium adducat: in nihilum abeat necesse est Grapte Clementis uxor, quam comminiscitur; cumque istiusmodi figmento evanescit quoque illud argumentum hinc desumtum, quo Epistolarum *ad Virgines* sinceritatem oppugnare aggressus est. At de his satis.

Ceterum easdem Epistolas Græce primitus exaratas fuisse colligit cl. Wetstenius tum ex vocibus, ἀκαταστασία, ἀσωτία, κίνδυνος, τάξις, σχῆμα, διαθήκη, ἀγών, αὐτολεξεὶ occurrentibus; tum ex indiciis haud obscuris verborum φιλαδελφία, φιλοξενία, φιλαργυρία, φιλοπρωτεία, παραιτεῖσθαι, cet. Et scriptæ quidem fortasse fuerint non longe a Neronis obitu, dum Ecclesia tranquilla pace frueretur: in

D iis enim nullius calamitatis aut vexationis Christianorum mentio.

1. *Epiph.* Hæres. XXXVIII. §. VI.
2. *Thornd.* Origin. eccles. pag. 386.
3. *Burton.* in not. ad Clem. l. c.
4. *Ignat.* Epist. ad Philadelph. interpol. cap. IV.
5. Auct. *Recognit.* lib. I. cap. I.
6. Auct. *Clement.* hom. I. cap. I.
7. Auct. *Epitom.* cap. I.
8. *Althel.* de laud. Virg. & de laudib. Virginit. cap. XII.
9. *Cotel.* in not. ad Clem. Epist. I. cap. XXXVIII.
10. *Cotel.* & *Fell.* ad Herm. Vis. II. cap. IV. ac *Dodw.* in addit. ad *Pearson.* opp. postum. p. 196. & ibid. in Dissert. singul. p. 158.



CAPUT II.
DE
S. HERMA.

SYNOPSIS.

I. *Quis cujasve fuerit* HERMAS. *Distinguendus tum ab Herme, Dalmatiæ ut fertur episcopo; tum ab Hermete Pastore, Pii I. fratre.*
II. *Opus Hermæ*, PASTOR *inscriptum. De Græcis ejus laciniis, deque vetere Latina versione.*
III. *Quanto in pretio apud Patrum vetustissimos habitum. Valde utile jure existimatum. Hinc immerito a nonnullis reprobatur. Solvuntur aliquot objectiones, ab antiquorum Patrum auctoritate petitæ.*
IV. *Quo tempore scripserit Hermas, disquiritur.*
V. *Quid operæ in ejus Pastorem nunc denuo evulgatum, impensum.*

I. Clementem Romanum excipit HERMAS, vir A & ipse apostolicus, non modo Patrum vetustissimis celebratus, verum etiam ab Apostolo salutatus ad Romanos scribente [1], antequam Romam Paullus ipsemet appulisset. Probe autem distinguendus noster Hermas ab *Herme* seu *Hermete*, prout sane utrumque cum nominis varietate, tum re ipsa, Patroba interjecto, distinxit idem Apostolus. Siquidem loco citato: *Salutate*, inquit, *Asyncritum*, *Hermam*, *Patrobam*, *Hermen*, cet. quorum ille, si fides Pseudo-Dorotheo atque Hippolyto, Philippopoleos; hic vero Dalmatiæ episcopus fuisse fertur. Potiore item jure secernendus uterque ab *Hermete Pastore*, domo Aquilejensi, sancti Pii I. fratre, sub cujus pontificatu centum ferme post Paullum annis B librum *de Paschate* scripsit, nunc deperditum, vel saltem hactenus incompertum. De his autem plura dudum protulerunt viri eruditissimi, Nourrius [2], Fontaninus [3], aliique; ad quos proinde, ne longius quam par sit excurrat oratio, lectores remittimus. Interim vero, veterum præsertim ac recentiorum scriptorum auctoritate ducti, Hermæ quem Paullus proxime ante Patrobam salutavit, opus *Pastor* inscriptum asserendum existimamus; eo vel maxime quod auctor ubique in ipso libello, *Hermæ*, non autem *Hermis* aut *Hermetis*, nomen adsumat.

Italum, quin & Romanum fortasse fuisse scriptorem, vel saltem inter Latinos diu vixisse, plura C suadent vestigia in ejus opere passim obvia. Nam statim ab initio hæc habet [4]: *Qui enutriverat me, vendidit quamdam puellam Romæ. Post multos autem annos hanc vijam ego recognovi, & cœpi eam diligere ut sororem. Exacto autem tempore aliquo, lavari eam in flumine Tiberi vidi* &c. Itinera quoque sua & mansiones describens, *Cumarum* meminit [5]; loco enim citato pro *cum bis* legendum *Cumis*, cl. Cotelerius recte conjecisse videtur. Meminit item *viæ Campanæ* [6], nec non *Arcadiæ* [7]: unde lux haud modica conjecturæ nostræ accedit; eamdemque pariter confirmare putaverim ejusmodi verba [8]: *Quum*, inquit, *ambularem in agrum, & considerarem ulmum & vitem. — De hac vite &* D *ulmo disputo*. Ad quem Hermæ locum illustrandum apposite a Cotelerio adhibita Servii explicatio Virgiliani hemistichii [9]:

——— *ulmisque adjungere vites.*

Secundum Italiæ situm, ait, *locutus est*; *in qua vites altius elevantur. Sic alibi* [10]:

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.

Quibus addas maxime velim, Hermam Græce scribentem, ad jejunium indicandum, στάτεως, *stationis* vocabulum more Latinorum usurpasse [11]: quod eo quidem sensu Græcis vocatum, nusquam se legisse meminit vir eruditus modo laudatus. Neque sane ullum hujus vocis exemplum, eadem significatione apud Græcos acceptæ, profert Cangius [12], neque ab eo excitatus Petavius [13].

Ceterum divitem præterea fuisse aliquando Hermam [14], uxoremque duxisse ex qua filios susceperit [15], quæ tamen ipsi *futura erat soror*; ita nempe soror, ut a tori usu dissociata, non amplius uxoris munere fungeretur, testatur ipsemet auctor. Sed quod rei caput est, Ecclesiæ Romanæ presbyter erat noster Hermas, eo tempore quo suum *Pastoris* opus scribebat: quod quidem jure collegisse videtur Dodvvellus [16]. „ Jubetur „ enim ipse, inquit vir criticus, duo Revelationum „ suarum exemplaria describere [17]: Clementi alte- „ rum ad exteras civitates transmittendum: alte- „ rum Graptæ, viduis legendum orphanisque sub „ viduarum cura institutis: suum vero tertium „ exemplar, Ecclesiæ Romanæ senioribus seu pres- „ byteris, ipsum legere oportebat Hermam. Sicut „ ergo Clementis Ecclesiæ Romanæ episcopi munus „ erat ad reliquos exterarum ecclesiarum episcopos „ mittendi libellum; & Graptæ viduæ, legendi col- „ legis viduis & orphanis: sic sane qui Ecclesiæ Ro- „ manæ presbyteris renuntiaturus erat Hermas, ejus- „ dem pariter Ecclesiæ ipsum fuisse presbyterum erat „ consentaneum. “ Hactenus vir ille eruditus. Alia insuper nonnulla de nostro Herma libuit adnotare Moshemio [18], quæ tamen haud magni refert heic recensere.

II. Illud potius notatu dignum occurrit, quod Hermas in suis Visionibus describendis Zachariam prophetam imitatus videatur: quin & „ opus suum

1. *Rom.* xvi. 4.
2. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 49. seq.
3. *Fontan.* Hist. Litter. Aquil. lib. II. cap. 1. pag. 64. seq.
4. *Herm.* Past. lib. I. Vis. I. cap. 1.
5. Id. ibid. Vis. II. cap. 1.
6. Id. ibid. Vis. iv. cap. 1.
7. Id. ibid. III. Simil. ix. cap. 1.
8. Id. ibid. Simil. II.
9. *Virg.* Georg. lib. I. vers. 2.
10. Id. ibid. lib. II. vers. 89.
11. *Herm.* Past. lib. III. Simil. v. cap. 1.
12. *Cang.* Glossar. med. Græcit. v. στάσις.
13. *Petav.* in not. ad Epiphan. pag. 356.
14. *Herm.* Past. lib. I. Vis. III. cap. vi.
15. Id. ibid. Vis. II. capp. II. & III.
16. *Dodw.* in addit. ad *Pears.* opp. post. pag. 196. & in Differt. sing. ibid. pag. 158.
17. *Herm.* Past. lib. I. Vis. II. cap. iv.
18. *Moshem.* Instit. Hist. Christ. major. pag. 225.

„ eo tam singulari exarasse stilo existimatur, quod illum ad alliciendos movendosque hominum animos, atque ad tradendam doctrinam suam aptissimum & efficacissimum judicaret „ ut conjicit vir doctus [1]. Aliter tamen visum erudito Dodwello [2]. Ejus autem liber antiquis Patribus sive Graecis sive Latinis, *Pastor* aut *liber Pastoris* passim appellatur: indeque fortasse derivata denominatio hujusmodi, quod in toto ferme opere Pastor inducitur Hermam alloquens & informans. Nunc vero tribus distinguitur libris, quorum primus *Visiones* IV. secundus *Mandata* XII. tertius *Similitudines* X. complectitur. Hæc tamen divisio posterioribus editoribus adscribenda: siquidem illam neque MSS. exemplaria, neque vetusti scriptores agnoscunt; quin & a codicibus qui superant abesse capitum lemmata, Cotelerius aliique observarunt.

Hoc autem opus Græce primum fuisse scriptum, nemo nescit: dolendum tamen, quod textus jamdudum temporum injuria sic exciderit, ut nonnulla tantum loca supersint, vetustiorum Patrum Græcorum operibus intexta. Quibus quidem laciniis, in primis vero fragmentis iis quæ satis multa occurrunt in *Doctrina ad Antiochum ducem*, inter Athanasii supposititia primum a doctissimo Montfauconio evulgata, jactura hujusmodi utcumque sarciri potest. Verum de hujus operis pseudo-athanasiani pretio cl. editorem audire juverit [3]. „ *Doctrina*, „ inquit, *ad Antiochum ducem*, otiosi hominis commentum, eo tamen nomine pretiosa & commendanda est, quod magnam libri *Pastoris* partem cujus Græca jamdiu interiere, Græce nobis exhibeat: & quidem ita puram, ita Latinis *Hermæ Pastoris* consonam, ut ad verbum ex eo ut plurimum descriptam esse conspicuum sit. Primo namque scriptor iste Antiochum nobis repræsentat adeuntem S. Athanasium, infirmitatis corporeæ caussa; ut una precibus suis levet ægritudinem, & monitis viam paret ad pœnitentiam. Huic Athanasius sanitati restituto, duodecim Mandata tradit; quæ nihil aliud sunt, quam duodecim illa *Hermæ Pastoris Mandata*, quibus constat liber secundus: ita tamen ut non integra semper, sed quibusdam ademtis adferat. Deinde multa alia ex eodem libro hinc inde consuuntur: ac postremo magnam & prolixam narrat Antiochi visionem, quam item ex tertio *Pastoris* libro mutuatus est. Hoc itaque opusculum licet prima fronte flocci quidem faciendum videatur, maximi tamen est momenti; quippe quum libri illius Apostolorum ævo editi, & a tot Patribus, nec sine laude memorati, multa & prolixa nobis fragmenta suppeditet. “ Hactenus V. C.

Quamvis vero textum Hermæ Græcum intercciderit, integra tamen exstat interpretatio Latina, cujus auctor penitus incompertus. Sed quisquis demum ille fuerit, ejus tamen versionem vetustissimam esse constat, utpote quæ Tertulliani ætate fuisse videtur ecclesiæ Africanæ notissima: quod utique aperte colligitur ex ejus libro *de Oratione*, unde locum desumtum inter veterum testimonia retulimus. Merito igitur a viris eruditis explosa Barthii sententia, *Pastoris* versionem Anastasio Bibliothecario adscribentis [4]: quæ scilicet longe ante Hieronymo, Rufino, Cassiano, aliisque Anastasio antiquioribus Patribus comperta fuisse perhibetur; qua- A que insuper usus comperitur vetustus auctor homiliæ *de Aleatoribus* inter opera Cypriani, ut alios prætereamus. Quæ vero subdit idem censor de hac antiqua versione quibus illam deprimere conatur, levioris sunt momenti quam ut in iis refellendis tempus insumamus.

III. Patrum antiquissimis, Græcis in primis, tanto in pretio fuit Hermæ *Pastor*, tantumque apud ipsos auctoritate valuit, ut ab eorum nonnullis, ut puta Irenæo, Clemente Alexandrino atque Origene [5], fuerit inter canonicas scripturas recensitus: adeoque nihil mirum, si opus illud in antiquis bibliorum codicibus atque in vete- B rum stichometriis, novi Fœderis libris subjectum reperiatur. Athanasius vero, Hieronymus ac Rufinus eumdem locum ipsi adtribuunt, quem Sapientiæ Salomonis nomine inscriptæ, & Sapientiæ Sirach, nec non libris Esther, Judith, Tobiæ atque Maccabæorum assignant. Uno verbo, Hermæ *Pastor* vetustis Patribus passim habitus, non quidem veluti liber canonicus, sed veluti ecclesiasticus & optimæ notæ, quin & *maxime necessarius* ac *utilissimus*, ad fidei dogmata propugnanda comparatus, atque ad plebis institutionem quam maxime idoneus.

Verum, si quosdam audias, Novatianorum & Pelagianorum fons [6], Montanisticarum superstitionum gurges fautorque Arianorum habendus C Hermas: impurus insuper dogmatistes, qui scilicet liberum arbitrium [7], purgatorium & monasticam solitudinem adstruat: denique tamquam larvati prophetæ somnia, ejus scripta reputanda, adeoque inter supposititia & hæresibus fabulisque oppleta rejicienda. Sic nimirum scriptorem apostolicum censores isti morosi exagitant, ejusque *Pastorem*, præstantia & utilitate commendandum, atque a vetustioribus Patribus tantopere celebratum infamant. Attamen eorum criminationes levissimas esse nulliusque ponderis, complures viri doctissimi prodiderunt.

Agesis nunc, ne objectiones ad unam omnes taciti præteriisse dicamur, eas saltem quæ a Patrum D auctoritate repetuntur, heic ducimus discutiendas. Inter illas vero præcipua e S. Hieronymo desumta occurrit, cujus hæc sunt verba, minus quidem apposite inter veterum testimonia inferius relata: *Liber ille apocryphus*, inquit [8], *stultitiæ condemnandus est, in quo scriptum est, quemdam angelum nomine Tyri præesse reptilibus*. Quo loco nonnullis visus est sanctus Doctor, Hermæ *Pastori* severioris censuræ notam inussisse, illud nempe viri apostolici dictum respiciens [9]: *Misit Dominus angelum suum qui est super bestias, cui nomen est Hegrin, & obturavit os ejus ne te dilaniaret*. Hinc, inquiunt, Hermæ *Pastorem* non solum contemnit Doctor maximus, verum etiam stultum esse decernit. Næ, a vero longe aberrare videntur, qui sic ra- E tiones putant. Fac demum respexerit hunc Hermæ locum S. Hieronymus: num vero eapropter universum *Pastoris* librum ille rejecisse dicendus? Quod enim aliquo in opere quidpiam minus recte aut parum caute scriptum quis detegat pronuntietve, id vero totius operis auctoritati plane officere, nemo jure dixerit. Deinde, quei fieri potest, ut sanctus ille Doctor acriter adeo in *Pastorem* invectus fuerit, quem *de Viris illustribus* scribens [10], *re ve-*

1. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 57.
2. *Dodw.* Differt. II. in Iren. §. XVI. p. 120. & in addit. ad *Pearf.* opp. post. p. 197
3. *Montf.* Athan. opp. tom. II. pag. 251. Monit. n. III.
4. *Barth.* not. in Herm. pag. 855.
5. Vide sis Veter. testimon. Hermæ *Pastori* præmissa.
6. *Blondel.* Apolog. pag. 17.
7. *Rivet.* Crit. sac. lib. I. cap. XII.
8. *Hieron.* Comment. in Habac. I. 14.
9. *Herm.* Past. lib. I. Vis. IV. cap. II.
10. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. X.

ra utilem librum appellat, quemque *apud quasdam Græciæ ecclesias publice legi* testatur, *multosque de eo scriptorum veterum usurpasse testimonia* declarat. Hæc autem Hieronymus post scribebat, quam suum in Habacuc commentarium edidisset; hujus enim meminit in eodem libro [1], ubi sua scripta recenset: ut propterea si quid in Hermam durius litteris antea tradiderat, illud vero ipsemet postea correxisse ac emendasse videatur.

Neque demum res est adeo explorata, ut locum Hieronymianum objectum accipere de opere *Pastoris* cogamur: non enim *Tyri*, sed *Hegrin* apud Hermam hodie legimus. Quæ quidem vox inde fortassis enata, ut erudite satis conjicit cl. Cotelerius, quod in Hermæ textu compendiosa scriptura exstaret *εγρηγ*; cujus postremæ litteræ inferiore parte exesa, putarit vetus interpres legendum *εγρην*; hujusque lectionis vim haudquaquam assecutus, litteris Latinis vocem Græcam reddiderit *Hegrin*: quum tamen legendum fuisset *ἐγρήγορος*, ac vertendum *Vigil* ex Danielis cap. IV. ubi *ἐγρηγόρου* seu *Vigilis* ministerio Babylonis rex ad bestias amandatus legitur: quo forte apostolicus scriptor respexerit. Alii vero [2] ex Colbertini codicis ms. lectione quæ sic se habet: *Misit Dominus angelum suum super bestiam cujus nomen est Hegrin*, colligunt *Hegrin* non angeli, sed bestiæ nomen esse. Græce nimirum scripserit Hermas *ἄγριος*, illud Psalmistæ spectans [3]: Ελυμήνατο *αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν*. *Exterminavit eam* (vineam) *aper de silva, & singularis ferus depastus est eam*. Cui quidem conjecturæ contextus favere videtur. Siquidem hanc bestiam *pressuræ superventuræ* figuram esse, mox ibidem stilo apocalyptico declarat Hermas: ut proinde quum paullo ante scripserit a Domino super bestiam angelum missum fuisse, ipsius sententia de angelo a Deo in auxilium Christianorum immisso sit accipienda, qui eos in *pressura superventura*, seu imminente persecutione solaretur atque foveret.

Opponitur insuper ex antiquioribus Tertullianus, qui *Pastorem* dure perstringens [4], scripturam vocat apocrypham, falsam, adulteram, adeoque ab omnibus ecclesiasticis conventibus reprobatam. Sed hæc sunt Tertulliani, jampridem in Montanistarum hæresim prolapsi: quod sane in Hermæ laudem vel plurimum cedit. Secus enim Tertullianus orthodoxus alibi sensisse videtur [5].

Alii etiam scriptores Origene vetustiores vel eidem suppares, *Pastoris* libellum in contemtionem adduxisse perhibentur, quorum tacito nomine meminit ipse Adamantius [6]. Verum quum idem Origenes alibi scribat [7], opus Hermæ *valde* sibi *utile* visum, tradatque [8] simul illud quidem *ab omnibus pro divino non habitum*, verumtamen *in ecclesias circumlatum*: hinc jure quis arguat, Patrem doctissimum eos scriptores insuper habuisse; adeoque haud nominatim laudasse, quod vel illos nullius esse auctoritatis censuerit, vel immerito nulloque rationum pondere ab iisdem fuisse rejectum ecclesiasticum librum agnoverit. Nisi malis conjicere, hujusmodi scriptores Origeni memoratos eapropter *Pastorem* contemtui habuisse, quod contra nonnullos disceptarent, qui ex eo velut in canonem scripturarum recepto testimonia depromerent, quibus fides fuerit omnino adhibenda.

Quo etiam sensu fortasse accipiendus Prosper, Collatori Hermæ auctoritatem objicienti, ejus *testimonium nullius esse auctoritatis* respondens [9]. Vel potius dicendum cum aliis, Prosperum propterea *Pastoris* auctoritatem detrectasse, quod illum penitus ignorarit: siquidem, Hieronymo teste [10], liber Hermæ *apud Latinos pæne ignotus* erat. Neque vero ab re conjecerint qui putarint, Prosperum considerate dixisse *nullius* esse *auctoritatis testimonium quod disputationi suæ de libello Pastoris* Collator *inseruit*: non quod S. Pater Hermæ *librum* prorsus rejecerit, sed quod *testimonium* ex eodem libro a Collatore in medium prolatum, nihil ad ejus opinionem adstruendam conferre perspexerit. Virum doctissimum consule [11].

Ceterum quum Eusebius, Hieronymus, Gelasius in *Decreto*, auctor Stichometriæ Nicephoro CP. adtributæ aliique Ecclesiæ scriptores, apocryphos inter & nothos libros *Pastorem* recensent; eorum sententia non ita est accipienda, perinde ac si esset noxiæ doctrinæ vel falsi nominis opus; sed quod ab Ecclesia extra Canonem positum agnosceretur, ut viri docti jamdudum monuerunt, nosque superius attigimus. At de his hactenus: nunc alio excurrat oratio.

IV. Jam vero, ut ad tempus inquirendum quo scripserit Hermas animum convertamus, illud quidem non adeo exploratum habemus, ut certam ejus notam figere sit in promtu. Verumtamen si quis ejus *Pastorem* rimetur attentius, nonnulla fortasse haud spernenda indicia deprehendet, unde opusculum istud litteris consignatum ante Hierosolymorum excidium, sive circa Christi annum LXX. merito existimet. Hanc sane sententiam sunt secuti complures viri eruditi, Dodwellus [12] in primis, Millius [13], Caveus [14], Baraterius [15], atque ut alios prætereamus, V. C. Fontaninus [16]; qui tamen sui oblitus, deinceps Hermam ecclesiasticum sæculi II. scriptorem appellat. Quod quidem judicium hisce rationum momentis innititur. Primum nempe scripsisse perhibetur Hermas sub Clementis pontificatu [17]; quem stante adhuc templo suam misisse priorem ad Corinthios Epistolam superius ostendimus [18]. Deinde persecutionem Neronianam respicere videtur auctor, dum eorum meminit [19] *qui jam meruerunt Deum, & passi sunt caussa nominis ejus —feras bestias, flagella, carceres, cruces*. Eamdemque persecutionem iterum memorat, dum se illam effugisse, paullo post profitetur his verbis [20]: *Occurrit mihi talis bestia, quæ possit populum consumere; sed virtute Dei & singulari ejus misericordia, evasi illam*. Et rursus: *Magnam*, inquit; *tribulationem effugisti propter fidem tuam, & qui talem bestiam non dubitasti*. Neronem scilicet *bestiam* vocat, ab Apostolo edo-

1. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. CXXXV.
2. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 65.
3. *Psalm.* LXXIX. 14.
4. *Tertull.* lib. de pudicit. cap. X.
5. Id. lib. de Orat. cap. XII.
6. *Origen.* de Princip. lib. IV. cap. II. §. 8.
7. Id. lib. X. Explan. in Epist. ad Rom. XVI. 14.
8. Id. Comment. in Matth. tom. XIV. edit. noviss. tom. II. pag. 644.
9. *Prosp.* lib. contr. Collat. cap. XXX.
10. *Hieron.* lib. de Vir. illustr. cap. X.
11. *Farlat.* Illyric. sacr. tom. I. pag. 400.
12. *Dodw.* in Dissert. singul. cap. XI. §. 5. ad *Pears.* postum. pag. 158. & in addend. ad Dissert. Iren. pag. 158.
13. *Mill.* prolegom. ad N. Test. n. 143.
14. *Cav.* Hist. litter. tom. I. pag. 31.
15. *Barat.* Disquis. Chron. cap. III. §. 3. pag. 39.
16. *Fontan.* Histor. litter. Aquil. lib. II. cap. I. pagg. 64. 93.
17. *Herm.* Past. lib. I. Vis. II. cap. IV.
18. Prolegom. cap. I. sect. I. §. IX.
19. *Herm.* Past. lib. I. Vis. III. capp. I. & II.
20. Id. ibid. Vis. IV. cap. II.

ctus, cui *leo* dicitur idem tyrannus, ubi ait [1]: *Dominus autem mihi adstitit, & confortavit me: — & liberatus sum de ore leonis*. Ita Patres & interpretes passim. De hac autem persecutione fuisse locutum Hermam tum heic, tum etiam alibi [2], vix ea dubitare sinunt, quæ superius in eamdem sententiam edisseruimus [3]. Denique *pressuræ superventuræ* mentionem injicit vir apostolicus [4]: qua phrasi θλίψιν illam *μεγάλην* & *ὀργὴν μέλλουσαν*, toties in novo Testamento prædictas, excidium nimirum Hierosolymorum, respexerit. Qua de re pluribus loco modo citato satis erudite Dodvvellus.

V. Permultæ quidem circumferuntur *Pastoris* editiones, ex quo primum opus illud anno 1513. Parisiis evulgavit Jacobus Faber. Nos vero ex illis potissimum quæ prodierunt ab anno 1672. subsidia nobis comparavimus, quibus exactior nitidiorque, ut par erat, nostra prodiret. Et primum quidem Græca quantacumque supersunt, in eam comportanda existimavimus, licet secus senserit editor Oxoniensis. Quæ vero Græci textus laciniæ longe prolixiores ad libros Hermæ II. & III. pertinent, eas demum ex *Doctrina ad Antiochum ducem* præstantis Athanasianorum editionis Montfauconianæ mutuati sumus, haud rati cum Clerico & Russelio Fabricium sequi: ea namque inde primus ipse describens, ita duxit alicubi conformanda, ut veteri interpreti magis cohærerent; quod suis locis adnotandum curavimus. Aliquot insuper *Pastoris* fragmenta in eodem Pseudo-Athanasii opere deteximus, quæ tum cl. editorem, tum alios etiam ipsum secutos, fugerunt, ut in notis subjectis monuimus.

Haud minori studio antiquam versionem recensuimus, sedulo collatis variis lectionibus, quas Cotelerius & Fellus e codicibus mss. in medium protulere: quod passim neglexisse Clericum ejusque exscriptorem Russelium sumus experti. Quo quidem in munere peragendo, tanta cum religione interdum versati sumus, ut nimia fortasse cura nostra videri queat. Verum, meo saltem animo, salva res est: siquidem in editore hoc studiorum genus excolente, diligentia potius culpanda quam desideranda existimatur. Denique sacræ scripturæ loca quæ vir apostolicus respexisse perspicitur, subjicere studuimus. Quod quidem consilium jamdudum ceperat Joannes Albertus Fabricius, qui loca novi Fœderis ad quæ allusisse videtur Hermas congesserat, teste Reimaro [5]: sed quum collectio isthæc Fabriciana nondum lucem adspexerit, qualemcumque demum hunc laborem subire placuit; tum ut Dodvvello iremus obviam, qui Hermam e novi Testamenti libris ne testimonia quidem adducere consuevisse censuit [6]; tum in primis ut compertum fieret, quam immodica sit Whitbii censura, sacras litteras primis vix labris Hermam attigisse, aut easdem insuper habuisse asserentis [7].

C A P U T III.

D E

S. B A R N A B A.

S Y N O P S I S.

I. *Num S.* Barnabas *auctor sit Epistolæ, quæ sub ejus nomine circumfertur. Clemens Alexandrinus & Origenes eam Barnabæ asserunt. Hieronymus item, cujus testimonium edisseritur atque adstruitur. Eusebii Cæsariensis locus expensus.*

II. *Potiores objectiones diluuntur: eaque potissimum, qua hujus Epistolæ integritas impetitur.*

III. *Quo tempore scripta fuerit, inquiritur.*

IV. *Quantæ sit auctoritatis, & quanti æstimanda.*

V. *Judicium cl. Mazochii: cujus etiam eruditæ observationes in aliquot ejusdem Epistolæ loca, reliquis editoribus præterita, in medium adducuntur.*

VI. *De variis ejus editionibus ac versionibus; in primis vero de vetere Latina: ubi & paucula de cura nostra.*

I. INter vetustissima sæculi I. ecclesiastica monumenta, tertium locum occupat Epistola quæ sub S. Barnabæ nomine circumfertur. De auctore haud una est scriptorum tum veterum tum recentiorum sententia.

Ut autem hinc exordiamur, sæculo II. desinente Clemens Alexandrinus plerisque in locis, inferius inter veterum testimonia relatis, hanc Epistolam constanter Barnabæ adtribuit, & quidem *Apostolo, testi apostolico, uni ex* LXX. *Domini discipulis & Paulli adjutori*, ut ipsemet eum appellat. Quin & in libris ὑποτυπώσεων, Eusebio teste [8], compendiosam novi Testamenti scripturarum enarrationem instituens idem Clemens, Barnabæ item Epistolam eas inter recensuit. Alicubi tamen Presbyter Alexandrinus consilium mutasse videtur: dum enim ex eadem Epistola nonnulla delibat [9], Barnabæ sententiam interdum respuit; quamvis tanti viri reverentia tactus, ejus nomini parcat, ut post Cotelerium Potterus admonuit.

Clementem Alexandrinum præceptorem suum secutus Origenes, circa medium sæculi III. non solum a Barnaba scriptam putavit Epistolam, verum etiam *catholicam* vocitavit, & *scripturæ* nomine insignivit [10]. *Sunt*, inquit, *præterea (sicut in multis Scripturæ locis invenimus) etiam utriusque partis vel utriusque viæ, fautores quidam & adjutores angeli* cet. Quibus nimirum verbis ad

1. II. *Tim.* IV. 17.
2. *Herm.* Past. lib. III. Simil. VIII. cap. III.
3. Prolegom. cap. I. sect. I. §. IX.
4. *Herm.* ibid. lib. I. Vis. IV. cap. II.
5. *Reimar.* Commentar. de vita & script. J. A. Fabric. pag. 207.
6. *Dodw.* Differt. I. ad Iren. §. XLI. pag. 74.
7. *Whitb.* Disquisit. in Bulli Defens. fid. Nic. lib. I. cap. II. pag. 19.
8. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XIV.
9. *Clem. Alex.* Pædag. lib. II. cap. X. pag. 221. edit Oxon. 1715.
10. *Origen.* Explanat. in Epist. ad Rom. I. 24.

Epistolæ nostræ caput XVIII. digitum intendisse Origenem liquet.

In eamdem porro sententiam de Barnaba Epistolæ auctore ivisse quoque S. Hieronymum jure quis dixerit, Clementis fortasse Alexandrini vel potius Origenis sive auctoritate sive exemplo permotum. Siquidem in opere *de interpretatione Nominum Hebraicorum*, inter novi Testamenti libros Epistolæ quoque Barnabæ locum ipse dedisse comperitur. Opus illud scribebat Doctor maximus anno 388. Deinceps vero, anno scilicet 392. quo librum *de Viris illustribus* edidit, de hujus Epistolæ auctoritate, non autem de auctore, aliter censuisse existimatur. Sic enim ibi [1]: *Barnabas Cyprius, qui & Joseph Levites, cum Paullo gentium apostolus ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem Epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur*. Quem in locum scite Pearsonius [2]: „ *Barnabæ* Epistolam fuisse tradit (S. Hieronymus;) non ipsi suppositam, aut spuriam: *ad ædificationem Ecclesiæ pertinuisse* asserit; non itaque hæreticam putavit: *lectam* tamen *inter apocryphas scripturas* docet, nec ab Ecclesia repudiatam innuit. „

Quod autem Hieronymus Epistolam Barnabæ ad apocryphas scripturas amandet, non usque adeo negotium facessere debet, ut statim adulterina censenda sit, ipsique Apostolo abjudicanda; quam contra fuisse ab eo compositam perspicue tradit sanctus Doctor. Idque ut clarius adhuc pateat, exemplo illustrabo. Legitur in Decreto Gelasiano [3]: *Historia Eusebii Pamphili apocrypha*. Cedo, statuit ne his verbis sanctus Pontifex Historiam Eusebii ecclesiasticam episcopo illi Cæsariensi fuisse suppositam? Minime omnium: at id solummodo edicere voluit Gelasius, Eusebii Historiam non esse publice in Ecclesia legendam, dum *apocrypham* declaravit. Nimirum hujus vocis ἀπόκρυφα vis & notio probe tenenda, ut res ejuscemodi rite expediantur. Constat enim inter eruditos, vocem istam non uno sensu accipiendam. Rem fuse pertractat inter alios Svicerus [4]: sed brevius exactiusque cl. Fontaninus [5]: „ Apud veteres Patres, inquit, *apocrypha* ea vere sunt, quæ *canonicis* opponuntur. Hinc Annalium parens Baronius [6]: *Apocrypha esse ait, quasi non hagiographa; non tamen, ut ea* (Gelasius) *ab Ecclesia omnino proscribat*. Augustinus tradit [7]; ea denotari *nomine apocryphorum, quæ ab auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt*. Duplex enim erat scriptura: *canonica*, cujus auctor Spiritus sanctus; & *apocrypha* cujus auctor homo solus. Illa publice in Ecclesia; hæc non ita legi poterat. Quare librum *apocryphum* esse, idem censetur atque auctoritate carere, qua *publice in Ecclesia*, ut *canonica* leguntur, legi possit. Duplicis enim generis apocrypha Gelasius enumerat, *orthodoxorum* & *hæreticorum*. Hæc omnino rejiciuntur: illa canonicis opponuntur, & publica tantum, ob nævos quosdam, in Ecclesia lectione privantur. „ Hactenus vir eruditus. Itaque dum Hieronymus Epistolam fuisse a Barnaba compositam scribit, *quæ inter apocryphas scripturas legitur*; ejus verba sic sunt accipienda, ut vere a Barnaba compositam Epistolam asseveret, quæ tamen inter canonicas scripturas minime adnumeretur. Frustra enim est Basnagius [8], dum nobis suadere conatur, Hieronymum populariter fuisse locutum & tituli habita ratione, non pro rei veritate, dum Barnabam *composuisse* hanc Epistolam litteris tradidit.

Veterum testimoniis hæc usque allatis contraire videtur Eusebius, qui Barnabæ Epistolam νόθοις accenset [9]. Verum „ improprie, inquit Valesius, hoc „ nomen usurpat Eusebius, pro libris scilicet qui „ ambiguæ sunt auctoritatis; quum νόθοι dici debeant libri adulterini, & ab hæreticis confictì. — „ Quod ut manifestius appareat, intelligendum est „ tres species esse librorum sacrorum. Alii sunt extra controversiam veri: alii extra controversiam „ falsi: tertii sunt de quibus inter antiquos ambigitur. Hi postremi νόθοι dici non possunt, quum „ a multis habiti sint pro veris. Restat igitur, ut secundi dicantur νόθοι sive adulterini. „ Hæc vir illustre doctissimus. Enimvero postquam ἐν τοῖς νόθοις Actus Paulli, Barnabæ Epistolam aliaque nonnulla retulisset Eusebius, statim subdit: *His adjunge, si lubet, Joannis Revelationem, quam nonnulli ex albo scripturarum expungunt; alii vero inter libros omnium consensu probatos adnumerant*. Verumtamen certum est, eodem Eusebio teste, Apocalypsim numquam inter libros νόθους sive adulterinos fuisse relatam, sed tantum inter eos qui ἀντιλεγόμενοι sive dubii habebantur. Quum igitur ἀκυρολογίᾳ heic utatur episcopus Cæsariensis, aliunde sententia ejusdem est repetenda. Quid plura? Eusebius deinceps seipsum emendat: eamdem enim Barnabæ Epistolam, quam modo vidimus ab eo νόθοις adtributam, mox ἀντιλεγομένοις adjungit in hæc verba [10]: Κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις· τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος σοφίας, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιράχ· καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς· τῆς τε Βαρνάβα, καὶ Κλήμεντος καὶ Ἰούδα. „ In iisdem libris (στρωματέων) affert (*Clemens*) testimonia scripturarum, quæ a nonnullis repudiantur: nempe ex Sapientia Salomonis, & ex ea quæ dicitur Sapientia „ Jesu filii Sirach: item ex Epistola ad Hebræos, „ & ex Clementis ac Barnabæ Judæque Epistolis. „ Et paullo post his gemina profert. Ubi cl. Valesius ad rem nostram hæc adnotat: „ Inter ἀντιλεγομένας scripturas Eusebius, tum hoc loco, tum „ in præcedenti capite recenset Epistolam Judæ & „ reliquas alias catholicas, item Epistolam Barnabæ; quas tamen nemo inter apocryphas scripturas merito recensuerit. „

Non est itaque cur Eusebii auctoritatem tantopere urgeant nonnulli recentiores critici, quo Epistolam nostram Barnabæ abjudicent. Tantum enim abest, ut illam Eusebius spuriam, adulterinam, suppolititiam esse existimarit, ut maxime etiam integram sinceramque agnovisse dicendus sit; quippe qui eam recenseat inter libros ἀντιλεγομένους, in quorum albo refert etiam [11] *Epistolam quæ dicitur Jacobi, & quæ Judæ, & secundam Petri; Joannis item alteram & tertiam, nec non Epistolam ad Hebræos & Apocalypsim*. Uno verbo, de Epistolæ tantum auctoritate, num scilicet in sacrarum scripturarum canone reponenda esset, cum nonnullis veterum ambigebat Eusebius, ut pluribus evincit Tillemontius [12]. Quibus addas velim, ab auctore quoque Stichometriæ quæ Nicephoro CP. tribuitur, inter eas scripturas quæ ἀντιλέγονται, Barnabæ Epistolam recenseri. Quin & in antiqua Stichometria Latina, in præfatione ad Barnabam a Cote-

1. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. VI
2. *Pearson.* Vindic. Ignat. part. I. cap. IV. pag. 289.
3. *Gelas.* Decr. cap. IV.
4. *Svicer.* Thes. eccl. v. Ἀπόκρυφος, tom. I. pag. 457.
5. *Fontanin.* Hist. Aquil. lib. V. cap. XL. §. VIII. pag. 354.
6. *Baron.* ad ann. 31. §. IX.
7. *Aug.* de Civit. Dei lib. XV. cap. XXIII.
8. *Basnag.* Annal. polit. eccl. ad ann. 50. §. XIV.
9. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXV.
10. Id. ibid. lib. VI. capp. XIII. & XIV.
11. Id. ibid. lib. III. capp. XXIV. XXV. & alibi.
12. *Tillem.* Memoir. eccl. tom. I. not. VI. sur S. Barn. p. 638.

lerio edita, eadem Epiſtola poſt Epiſtolam Judæ, atque ante Joannis Revelationem & Actus Apoſtolorum relata conſpicitur.

Quum igitur ex vetuſtiſſimorum Patrum teſtimoniis conſtet, Epiſtolæ noſtræ auctorem fuiſſe Barnabam Cyprium, Apoſtolum, teſtem apoſtolicum, unum ex LXX. Domini diſcipulis & Paulli adjutorem; in nihilum abit Chriſtiani Schotani figmentum, qui duos Barnabas diſtinguit [1]; quorum ,, alter fuerit ex evangeliſtis & comitibus Apoſtolorum, alter vero e ſublimioribus Apoſtolis, id eſt proprie ita appellatis. ,, Cui quidem erudito viro hæc Iſaaci Voſſii verba regerimus [2]: ,, Unde habes, inquit, quod duo fuerint Barnabæ inter Apoſtolos aut Apoſtolorum diſcipulos? Unde item habes, quod unus ex ſublimioribus, hoc eſt e duodecim fuerit Apoſtolis, non autem e LXX. diſcipulis, uti habet Clemens Alexandrinus? Ego vero quod ſcripſi, id ipſum confirmat inſcriptio hujus Epiſtolæ, in qua Paulli συνέκδημος adpellatur: confirmat Hieronymus in Catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum, cet. ut mirer quid te moverit, quamobrem duos finxeris Barnabas. ,, Neque magis proficit Tentzelius [3]; qui nonnullis levibus conjecturis adductus, in eam ſententiam devenit, Epiſtolam noſtram Alexandriæ in Ægypto extremis Hadriani temporibus, ab aliquo ſcholæ catecheticæ Alexandrinæ doctore ſub Barnabæ nomine fuiſſe confictam [4]. Moynium præterea, qui ejuſdem Epiſtolæ auctorem facit S. Polycarpum Smyrnenſem antiſtitem, eo tantum nomine quod in mſs. codicibus illa cum Polycarpiana jungatur, neque hujus finem aut ejus initium exemplaria quæ ſuperſunt exhibeant. Quod quidem argumentum quam infirmum ſit quamque inane, jamdudum demonſtrarunt Caveus, Tentzelius [5], Baſnagius [6] aliique. Ipſeque profecto Moynius ab eo urgendo abſtinuiſſet, ſi Uſſerii verba in præmonitione de Barnabæ Epiſtola, a Joanne Fello edita eo ipſo anno quo ſua *Varia ſacra* evulgavit, legere ſibi licuiſſet: ,, Nempe, inquit ille, in primo exemplari ex quo Columnæus ille codex (qui omnium putatur antiquiſſimus) & reliqui qui ſuperſunt hodie ſunt deſcripti, librariorum vitio quaternio vel omiſſus vel tranſpoſitus eſt: *cujus defectu factum eſt, ut in Græcis ſuperſtitibus & finem Epiſtolæ Polycarpi deſideremus & principium Barnabæ.* ,, Quod ſi necdum ſententia decedere ſtatuiſſet vir eruditus, ipſi ſaltem animadvertendum erat, apud utrumque veterem interpretem etiamnum extare cum Epiſtolæ Polycarpianæ finem, tum quæ eſt Barnabæ initium.

II. Verum his miſſis, quid inſuper adverſæ ſententiæ patroni præcipue objiciant, inſpiciamus. Et primum quidem Barnabæ abjudicant Epiſtolam, quod auctor quædam veteris Teſtamenti loca minus apte allegata & myſtice nimis expoſita, in medium producat. Huic autem objectioni verbis Hammondi occurrere placet, quæ ſic ſe habent [7]: ,, Apoſtoli Barnabæ quæ non ita pridem prodiit Epiſtola, ex hoc uno Gnoſticorum charactere commode explicari poterit; alias, ut complicatum & prolixum ænigma, certiſſimam lectoribus crucem factura. Iſti quippe Simonis aſſeclæ, γνῶσιν, id eſt, ſcripturæ ſacræ myſtice interpretandæ facultatem ſibi arrogantes, multa veteris Teſtamenti myſteria ad impuros uſus ſuos accommodabant. — Hinc Barnabas hac fere univerſa Epiſtola ſua, veteris Inſtrumenti loca quamplurima, myſtice etiam & cabaliſtice expoſita, Gnoſticorum doctrinis opponit. ,, Hammondi veſtigiis inſiſtens Joannes Fellus [8]: ,, Conſtat, inquit, Epiſtolam hanc, quæ fere tota eſt in Synagogæ ritibus & ſacrarum ſcripturarum myſticis ſenſibus evolvendis, ad rudis vulgi captum minus eſſe accommodatam; & proinde veriſimile eſt, a lectione ejus publica Eccleſiam poſt tempus aliquod abſtinuiſſe. — Hoc vero fidenter dixerim, Epiſtolam hanc quo penitius intelligatur, eo acceptiorem futuram, & ad ſacrarum litterarum nec non antiquiſſimorum Patrum cognitionem plurimum facturam. Quamquam enim perpetuus veteris Inſtrumenti ad Meſſiam reſpectus nobis quaſi per tranſennam ex Chaldæi Paraphraſtis ſtricturis, ſcriptorum Talmudicorum Rabbinorumque malignis interpretamentis compareat: olim tamen quando in omni Synagoga hebdomadatim non lectæ tantum, ſed & enarratæ erant ſcripturæ; Midraſch iſte myſticus ſive evangelicus veteris Inſtrumenti ſenſus, non minus omnibus innotuit quam ipſe ſacer textus: & proinde non minus idonea ſuppeditabat argumenta ad convincendos Judæos, quam ea quæ ex diſertiſſimis ſacrarum litterarum vocibus fuiſſent deducta. — Et ſi forte aliqua apud auctorem noſtrum occurrunt quæ longius petita videntur, illa ipſa aut eorum ſaltem veſtigia in Epiſtolis Paullinis quis poterit reperire. ,, Hactenus ille. Hinc factum, ut cum viris doctis tandem concludam, vetuſtiſſimos Patrum, Clementem Alexandrinum, Origenem, ceteros qui Epiſtolam noſtram tamquam ſincerum Barnabæ fetum agnoſcunt, nihil abſonum in ejus enarrationibus, nihil detortum, coactum nihil in ejus allegoriis, nihil denique viro apoſtolico indignum in ea detexiſſe; adeoque nihil quod ejus ætatem non ferat: ut proinde minime audiendi videantur nonnulli recentiores, qui de ſtilo ſcriptorum apoſtolicorum melius quam eorumdem diſcipuli, aliique aut ſynchroni aut ſuppares homines, ſe judicare poſſe confidunt. Qua de re plura ſatis appoſite aliis obſervata apud Zornium [9] reperias.

Pergunt adverſarii, eaque regerunt quæ de Apoſtolis Epiſtolæ auctor his verbis pronuntiat [10]: *Quando autem*, ait, *Apoſtolos ſuos qui prædicaturi erant illius evangelium elegit, homines omni peccato iniquiores*, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους, *ut oſtenderet quod non venit vocare juſtos ſed peccatores ad pœnitentiam; tunc palam fecit ſe eſſe filium Dei*. Quis autem credat, inquiunt, Apoſtolos, hominum iniquiſſimos & *ſuper omne peccatum peccatores*, a Barnaba fuiſſe vocatos? Simplices quidem, rudes, imperitos atque homines interdum malos fuiſſe illos in ſacris litteris legimus: at peccatores omnium maximos eos exſtitiſſe non legimus.

Quibus primum ex virorum doctiſſimorum ſententia reponimus, nihil in ſcripturis occurrere quod huic Barnabæ dicto repugnet. Deinde vero quid obſtat quin ejus verba ſic accipiantur, ut nihil aliud ſonent, quam Apoſtolos antequam vocarentur, plura & gravia quidem peccaſſe? Id ſane de Matthæo publicano conſtat: id quoque de Apoſtolo Paullo; qui,

1. *Schotan.* Diatr. de auctor. Verſ. LXX. Intt. cap. IV. p. 118.
2. *Iſ. Voſſ.* Append. ad lib. de LXX. Intt. pag. 143.
3. *Tentzel.* apud Fabr. bibl. Eccleſ. p. 42. §. X.
4. Vide ſis *Fabric.* bibl. Gr. tom. III. pag. 173. 174.
5. *Tentzel.* Exercit. ſelect. part. I. pag. 152.
6. *Baſnag.* Annal. polit. eccl. ad ann. 50. §. LVII.
7. *Hammond.* Diſſert. I. cap. VII. §§. 4. 5. pagg. 22. 23.
8. *Fell.* præfat. ad Epiſt. Barn.
9. *Zorn.* Opuſc. ſacr. tom. I. p. 648. ſeq.
10. *Barnab.* Epiſt. cap. V.

ut ipſemet de ſe ſcribit [1], *prius blaſphemus fuit & perſecutor & contumelioſus*; quique ſe ipſum appellat *peccatorum primum*, ſic inquiens: Χριςὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ: quo forte in primis reſpexit Barnabas, ejuſdem Paulli συνέκδημος; dum Apoſtolos priuſquam eligerentur, homines vocat ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους: neque enim quidquam nos cogit, ut de omnibus & ſingulis Apoſtolis id ab eo dictum intelligamus. Quid quæris? Duos luculentiſſimos hujus a Barnaba prolatæ ſententiæ patronos, Origenem & Hieronymum, in promtu habemus. Ille ſcilicet contra Celſum diſputans, Barnabæ dictum fortaſſe arripientem, quo *infames homines fuiſſe Apoſtolos, publicanos & nautas nequiſſimos* diceret, hæc habet [2]: Τί οὖν ἄτοπον, βουλόμενον παραστῆσαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τὸν Ἰησοῦν, ὁπηλικὴν ἔχει ψυχῶν ἰατρικὴν, τοὺς ἐπιῤῥήτους καὶ πονηροτάτους ἐπιλέξασθαι, καὶ τούτους προαγαγεῖν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστ' αὐτοὺς παράδειγμα εἶναι ἤθους καθαρωτάτου τοῖς δι' αὐτῶν προσαγομένοις τῷ Χριςοῦ εὐαγγελίῳ; „ Quid ergo abſurdi eſt, ſi Jeſus oſtendere volens „ humano generi, quam efficacia ſint quæ morbis „ animarum adhibet remedia, infames & nequiſ„ ſimos elegerit, illoſque eo provexerit, ut puriſ„ ſimæ vitæ exemplum eſſent iis, qui eorum mi„ niſterio ad evangelium Chriſti adducerentur? „ Viden' Origenem, virum illum longe doctiſſimum, in quo *tanta vis ingenii, tam profundi, tam acris, tam elegantis, ut omnes pæne multum longeque ſuperaret* [3]; Origenem, inquam, nihil abſoni huic ſententiæ ineſſe, nihil Barnaba indigni cenſuiſſe?

Neque aliter S. Hieronymus, qui Pelagianis objicit eamdem Barnabæ ſententiam [4], licet memoriæ lapſu illam Ignatio martyri tribuat; tantumque abeſt ut eam vel leviter notet, ut maxime etiam ipſam ex Pſalmiſta [5] confirmans, ſic tandem graviter ſtatim concludat: *Quibus teſtimoniis ſi non uteris ad auctoritatem, utere ſaltem ad antiquitatem, quid omnes eccleſiaſtici viri ſenſerint.* Porro utriuſque teſtimonio vim addere videtur S. Joannes Chryſoſtomus; cujus verba licet de ſolo Apoſtolo Paullo efferantur, mire tamen ad mentem Barnabæ quadrare, nemo ut opinor ierit inficias. Sic igitur ille [6]: ἂν τοίνυν λέγῃ τις, ὅτι πᾶσιν ἀφεῖναι βούλεται ὁ βασιλεὺς, οὐχ οὕτω πιστεύουσι τῷ λόγῳ, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν πάντων φαυλότερον αὐτῶν τούτου τυχόντα· οὐκ ἔστι γὰρ λοιπὸν ἀμφισβήτησις· τοῦτο καὶ Παῦλός φησιν, ὅτι βουλόμενος ὁ Θεὸς πληροφορῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι πάντα αὐτοῖς ἀφίησι, τὸν πάντων ἁμαρτωλότερον εἵλετο. „ Si quis ergo dixerit velle regem „ omnibus veniam dare, non tam facile credent, „ donec viderint omnium improbiſſimum veniam „ conſecutum: nulla enim poſtea dubitatio ſuper„ erit. Hoc & Paullus dicit: quod nempe volens „ Deus homines certiores facere, quod omnia il„ lis condonet, eum qui plus quam omnes peccato „ obnoxius erat, delegit. „

Verum ad alia properantes, unam adhuc objectionem breviter ſolvere noſtra intereſt, qua nimirum impetitur hujus Epiſtolæ integritas. Nonnullis itaque viris eruditis monumentum iſtud vetuſtiſſimum vel pleriſque inſitionibus infectum, vel otioſis laciniis aliunde adſcitis adauctum videtur. Si autem ab iiſdem quæras, cur demum iſtiuſmo-

A di judicium ferant; ſuas tantum conjectationes nullis rationum momentis innixas tibi obtrudunt. In primis vero poſteriorem Epiſtolæ partem paræneticam, quatuor poſtremis capitibus XVIII-XXI. conſtantem, plane ſubdititiam eſſe contendunt. Jamque interpolamenti ſuſpicionem, a coactis allegoriis aliiſque capitibus petitam, modo ſatis diluimus: nunc vero ad illud præcipuum de additamento quod objicitur, ſtilum convertimus. Nec multis quidem opus, quo evanida evincatur interpellatio. Clemens namque Alexandrinus locum recitat ex Epiſtolæ noſtræ capite ultimo, deſcriptum hiſce verbis [7]: Ἀμέλει μυστικῶς ὁ Βαρνάβας· ὁ δὲ Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων, φησὶ, δῴη ὑμῖν B σοφίαν, κ. τ. λ. „ Myſtice profecto Barnabas: Deus „ qui univerſo mundo dominatur, *inquit*, det vo„ bis ſapientiam, cet. „ Origenes item verbis diſertiſſimis, & quidem duobus in locis [8], Barnabæ ſententiam laudat *de duabus viis*, quæ in ejus Epiſtolæ capite XVIII. occurrit: *Eadem quoque*, inquit, *Barnabas in Epiſtola ſua declarat, quum duas vias eſſe dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, quibus & præeſſe certos quoſque angelos dicit.* Sic & S. Hieronymus in libro quem, Philonem & Origenem imitatus, *de Nominum Hebraicorum interpretatione* compoſuit, inter Hebraica nomina quæ in Barnabæ Epiſtola exſtant, vocem *Satan* recenſet, quæ ſane non alibi quam in capite XVIII. ejuſC dem Epiſtolæ occurrit. Quum itaque jam inde a ſæculis II. III. & IV. Patrum vetuſtiſſimi, Clemens Alexandrinus, Origenes atque Hieronymus, eadem ac nos etiamnum in Barnabæ Epiſtola perlegerint; immerito enimvero poſteriorem ejuſdem partem ſubſecutis temporibus fuiſſe ſuperadditam, nonnulli recentiores ſuſpicantur. Hinc vero ipſemet Dodvvellus [9] veterum auctoritate permotus, quatuor laudata poſtrema capita Barnabæ abjudicare non audet, licet ea pro ejuſdem Barnabæ διδαχῇ haberi poſſe conjiciat. Sed eſto: διδαχῆς titulum aliquando præ ſe tulerint iſta; num ideo ſequioris manus aſſumentum eſſe jure quis dixerit? „ Nimirum, ut „ verbis utar cl. Felli [10], in primis ſæculis nonD „ nulli, ut adverſus hæreſes præſcriberent aut pla„ cita ſua commendarent, dogmata apoſtolicorum „ virorum ſcriptis mandarunt, & illorum διδα„ χὰς appellavere. Hujus generis videtur fuiſſe li„ ber quem memorat Euſebius [11] & Athanaſius [12], „ cujus epigraphe erat τῶν ἀποστόλων διδαχαί. Sed „ præterquam quod numerus verſuum, in Sticho„ metriis antiquiſſimis huic Epiſtolæ aſſignatus, „ ſuadet hanc acceſſionem ad ejus molem omnino „ deſiderari; pariter a Clemente Alexandrino & „ Origene, nec non auctore Conſtitutionum lau„ datur, ac aliæ partes hujus Epiſtolæ. Et ſi in „ Latinis exemplaribus deſiderari, idoneum ſit ar„ gumentum unde confici poſſit, quidquid ſic μεῖ„ ρον eſt, genuinum non eſſe ſcriptum; periclitaE „ bitur prioris Epiſtolæ partis fides, quandoqui„ dem Græce non compareat. Concluſionem quæ „ in Latinis exemplaribus hodiernis comparet, li„ brariis deberi libenter conceſſerim; ſiquidem ii „ iſtiuſmodi epilogis libros a ſe conſcriptos alibi „ paſſim ornarunt. Sed & iteratæ ſcriptionis poſt „ ſolennem valedictionem non deſunt exempla. „ Sic Epiſt. II. ad Timotheum poſt doxologiam,

1. I. *Tim.* I. 13. 15.
2. *Origen.* contr. Celſ. lib. I. §. 63.
3. *Vinc. Lirin.* Common. cap. XVII.
4. *Hieron.* lib. III. contr. Pelag. §. 2.
5. *Pſalm.* XV. 4.
6. *Chryſoſt.* hom. IV. in Epiſt. I. ad Tim. §. 2. opp. tom. IX. pag. 569.
7. *Clem. Alex.* Strom. lib. II. cap. XVIII. pag. 472.
8. *Origen.* περὶ ἀρχῶν lib. III. cap. II. §. 4. opp. tom. I. p. 140. & lib. I. Explan. in Epiſt. ad Rom. I. 24.
9. *Dodw.* Differt. I. in Iren. §. XXXI. pag. 56.
10. *Fell.* not. ad Barnab. Epiſt. cap. XVIII.
11. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. III. cap. XXV.
12. *Athan.* Epiſt. XXXIX.

„ quædam resumto calamo subnectuntur, ut alia „ ejus generis prætereams. „ Hæc ille.

Ad reliquas levioris momenti difficultates quod attinet, illas mira sane dexteritate dissolvit Papebrochius vir doctissimus [1], quem proinde consulere præstat. Eas item, ut tempori parcam, prætermitto quæ a Moynio primum excitatæ, deinde a Tentzelio, Basnagio aliisque instauratæ fuerunt; eo vel maxime quod Moynianas perstringens potissimum cl. Nourrius [2], alias quoque diluisse videatur. Ceterum, quod laudatus Papebrochius ex hujus Epistolæ capite xv. conjecerit, illam forte ab aliquo Chiliastarum post annum 97. fuisse perscriptam; ex ea quidem suspicione ipsum exemissent Menardus in primis & Cotelerius, quorum editiones videre sibi haud contigisse testatur.

III. Sed tandem ad tempus inquirendum accedamus, quo Epistola ipsa exarata fuisse existimatur. Nimirum, ut optime Millius [3], paullo post annum æræ vulgaris LXX. sive quum jam recens fuisset eversum templum, deletaque urbs Hierosolymitana. Et id quidem ex eadem Epistola satis liquet. Sic enim ibi [4]: Πέρας γοῦν πάλιν λέγει· ἰδὲ οἱ καθελόντες τὸν ναὸν τῦτον, αὐτοὶ αὐτὸν οἰκοδομήσουσι. ΓΙΝΕΤΑΙ. διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτὲς, καθῃρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ΝΥΝ. „ Et tandem rur„ sus ait [5]: Ecce qui destruxerunt templum hoc, „ ipsi illud ædificabunt. Idque EVENIT. Nam quia „ bellum gerunt, NUNC ab hostibus destructum „ est. „ Ita enim cum Fello & Cotelerio in edito distinguendus hic locus, reclamante licet Menardo, qui τὸ νῦν male jungi nomini ἐχθρῶν autumabat.

Haud equidem ignoro, Moynium & Tentzelium hinc potius Barnabæ abjudicandi Epistolam ansam arripere, eo scilicet nomine quod tempora minime quadrent. Barnabas enim, inquiunt, ex communi sententia Nerone imperante martyrium subiit, adeoque ante quam templum Hierosolymitanum solo æquaretur: quam quidem objectionem tanti ducunt ii viri critici, ut invictum argumentum appellare non dubitent. Attamen tantum abest ut istiusmodi difficultati vim aliquam inesse alii censeant, ut maxime etiam eamdem insuper habeant. Et jure quidem. Nam quæ communis fertur sententia de Barnabæ sub Nerone martyrio, nullo idoneo teste, nulla veterum auctoritate firmatur; nullumque apud antiquos scriptores vestigium occurrit, unde quo tempore supremum diem obierit Barnabas, certo statuatur. Contra vero, quum constet ex Eusebio [6] & Hieronymo [7], Apostolos Petrum & Paullum ultimo Neronis anno, id est, anno LXVIII. martyrii palmam fuisse adeptos: quidni ergo Barnabas post captam a Tito Hierosolymam anno LXX. aliquot adhuc annos ab eorum Apostolorum martyrio vixisse potuerit; & quidem in primis quum jam e medio sublato Nerone, persecutio desierit; ut proinde circa annum LXXII. aut LXXIII. Epistolam scripserit?

At enim ex Alexandri Monachi elogio in S. Barnabam perspicuum est, ipsum vivente adhuc Paullo Apostolo ex hac vita migrasse: idque patet ex ultimis illius verbis ad Joannem Marcum consobrinum suum, quæ sic se habent [8]: Εν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ, δεῖ με τελειωθῆναι εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἀπειθούντων Ιουδαίων· σὺ δὲ ἐξελθὼν ἔξω τῆς πόλεως κατὰ δυσμὰς, εὑρήσεις τὸ σῶμά μου· καὶ τοῦτο θάψας, ἔξελθε ἀπὸ Κύπρου· καὶ πορεύου εἰς τὸν Παῦλον, καὶ ἴσθι μετ' αὐτοῦ, ἕως οὗ ὁ Κύριος οἰκονομήσει τὰ κατά σε· μέλλει γὰρ τὸ ὄνομά σου μεγαλυνθῆναι ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. „ Hodie infidelium „ Judæorum manibus me consumari oportet: tu ve„ ro extra civitatem, occidentem versus egredere, „ & corpus meum invenies: quod quum sepelieris, „ exi e Cypro, & ad Paullum proficiscere; & esto „ cum illo, quoad Dominus res tuas disposuerit: „ futurum est enim, ut nomen tuum per totum ter„ rarum orbem divulgetur. „ Hæc ibi. Et Barnabæ quidem hortanti morem gessisse Marcum, e Paulli Epistolis patet. Hic enim ad Colossenses scribens [9], eos salutat nomine *Marci consobrini Barnabæ*; qui nempe primum in caussa fuerat, cur Paullus a Barnaba secesserit, ut habetur in Actis [10]; quique deinceps ad officium reversus, Paullo fidus comes adhæsit, eique demum post mortem Barnabæ utilem operam in ministerio apostolico præstitit, ut ad Philemonem [11] & ex posterioribus vinculis ad Timotheum [12] scribens, idem testatur Apostolus. Atqui quæ Colossensibus & Philemoni inscriptæ exstant Epistolæ, juxta virorum eruditorum [13] sententiam, ab Apostolo exaratæ feruntur anno LXII. quæ autem secunda est ad Timotheum, anno LXVII. quum nimirum jampridem e vivis excessisset Barnabas, cujus hortatu Joannes Marcus exinde Paullo se se comitem addidit. Ita ferme Tentzelius [14]; qui & hanc objectionem tantum ponderis habere arbitratur, ut eidem nihil obverti posse asseveret quam Epistolam nostram; quæ quidem, subdit, quum sit ipsum κρινόμενον, non est argumenti loco assumenda. Id sane a viro erudito nollem dictum.

Age nunc videamus num adeo firma sit istiusmodi objectio, ut eam nedum everti, sed ne ullo quidem pacto hebetari liceat. Quod ut præstemus, advertendum primum omnium, totam Tentzelii argumentationem unius Alexandri Monachi Cyprii testimonio fulciri, scriptoris nimirum obscuri nominis atque ætatis incertæ. Antiquiorem enimvero sæculo IX. ipsum non fuisse constat apud eruditos [15]: litteris namque consignasse fertur vitam Nicephori patriarchæ CP. qui eodem sæculo IX. ineunte floruisse comperitur. Ecquæ porro fides scriptori huic adhibenda, qui & laudatorem potius quam historicum agit, & illa quæ multis retro sæculis ante ipsius ævum contigere, nobis enarrat? Neque est quod quis reponat, Monachum istum sub Laudationis suæ finem tradidisse [16], *pauca illa quæ de Barnabæ vita & martyrio* perhibet, *ab auctore Stromatum Clemente aliorumque veterum scriptis*, a se collecta fuisse atque exposita. Siquidem in promtu habemus quæ de Barnaba profert Clemens Alexandrinus; quorum tamen vix ullum vestigium apud Monachum Cyprium reperias. Reliqua vero quæ ille sive a Theodoro

1. *Papebr.* Act. SS. Jun. tom. II. pag. 459. §. v.
2. *Nourr.* App. ad bibl. PP. tom. I. p. 38. seq.
3. *Mill.* Prolegom. ad N. T. §. 144.
4. *Barnab.* Epist. cap. XVI.
5. *Isa.* XLIX. 17.
6. *Euseb.* Chron. ad ann. MMLXXX.
7. *Hieron.* de Vir. illustr. capp. I. & V.
8. *Alex.* Mon. apud *Bolland.* Act. SS. Junii tom. II. pag. 445.
9. *Coloss.* IV. 10.
10. *Act.* XV. 37-39.
11. *Philem.* V. 24.
12. II. *Tim.* IV. 11.
13. *Pears.* in Annal. Paul. pagg. 20. 25.
Mill. in Prolegom. ad N. T. §§. 80. 82. 125.
Tillem. Mem. eccl. tom. I. p. 292. 595.
14. *Tentz.* ad Hieron. de Vir. illustr. edit. Fabric. cap. VI. §. III. pag. 40.
15. *Fabric.* bibl. Gr. tom. X. pag. 473.
16. *Alex.* Mon. apud *Bolland.* l. c. num. 8. pag. 438.

Lectore ſive a Nilo Doxopatrio, aliiſque forte ſequioris ævi ſcriptoribus deſumſit, ſubleſta nimis fide laborant; perinde ac illa Barnabæ monita Joanni Marco tradita, quæ unus ipſemet Monachus Laudationi ſuæ intexuit: adeo ut nullam omnino vim ad aſſenſum extorquendum habeant, quæ a ſcriptoribus iſtiuſmodi proferuntur. Graviter enim & vere dixit Baronius noſter, vir maximus [1]: *Quod a recentiore auctore in rebus antiquis ſine alicujus vetuſtioris auctoritate profertur, contemnitur*. Illud quoque accedit, abſona pleraque ac falſa in ejuſdem Monachi Laudatione occurrere; quæ ſane ad ipſius fidem obtundendam elevandamque non minimum valeant: qua de re in primis conſulendi laudatus Baronius [2] ac Tillemontius [3].

His vero vix dum ita enarratis, ad manus noſtras pervenit viri doctrina & eruditione præſtantis pereruditum ſane *Commentarium in vetus marmoreum S. Neapolitanæ eccleſiæ Kalendarium*, qui Alexandri Monachi cauſam defendendam ſuſcepit, illumque ſæculo VI. deſinente floruiſſe contendit [4]. Dolemus enimvero ſerius nobis detectum opus, quo hactenus dicta utcumque temperandi facultas data eſſet. At illud ſaltem concedit V. C. hunc Monachum Cyprium „ non multum quidem judicio va„ luiſſe, nec raro in paullo antiquioribus rebus a „ veritate aberraſſe; quin & inſulanas narrationes „ majorem partem ſcriptas, alicubi forſitan per ora „ traditas, ſecutum eſſe: „ ut propterea minus fide dignus jure nobis videatur, in iis quæ perſequimur inveſtigandis.

Itaque, ut his demum certiora ſolidioraque objiciamus, quæ ad ſententiam noſtram confirmandam propius accedant: primum quidem ex Apoſtolorum Actis [5] ſatis liquet, Paullum inter & Barnabam diſſenſum, poſt unum alterumve menſem a coacto Hieroſolymitano concilio accidiſſe. Anno autem Dionyſiano LI. habitum fuiſſe concilium illud, rata eſt celebriorum chronologorum opinio [6]: adeoque hoc ipſo anno, ſive ut maxime ſub initium inſequentis LII. Barnabæ a Paullo diſceſſio contigiſſe videtur. Jam vero quatuor aut quinque poſt annos ab eo divortio, utrumque iterum conveniſſe, haud obſcure, meo quidem animo, e priore ad Corinthios Epiſtola colligitur [7]. Ibi enim Barnabæ velut ſocii fidiſſimi meminit Apoſtolus his verbis: *Numquid non habemus poteſtatem, mulierem ſororem circumducendi, ſicut & ceteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas? Aut ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi?* Enimvero, aut ego maxime fallor, aut Barnabas Paullo adhærebat, dum de eo hæc ſcribebat Apoſtolus. Prior autem ad Corinthios Epiſtola anno LVI. deſinente [8], vel LVII. ineunte [9] ſcripta perhibetur. Unde pronum eſt arguere, Barnabam poſtquam ſe a Paullo ſejunxerat anno LI. jam inde poſt quatuor vel quinque annorum ſpatium, ut modo innuimus, in ejus demum ſocietatem rediiſſe: ut proinde nil mirum, ſi Joannis Marci Barnabæ conſobrini meminerit Apoſtolus anno LXII. dum ad Coloſſenſes & ad Philemonem ſcriberet; ipſumque in primis recenſeat anno LXVII. quo ſecundam ad Timotheum ſcripſit Epiſtolam, inter eos ſocios e quibus ſibi adſiſtentibus opportunum in ſuis vinculis ſolatium Romæ reciperet.

Neque tantum deſinente anno LVI. ſed etiam ſub ſequentis LVII. finem vel fortaſſe ineunte LVIII. quo tempore poſterior inſcripta fuit Corinthiis Epiſtola [10], vitam adhuc egiſſe Barnabam, cenſuerunt nonnulli eccleſiaſtici ſcriptores Joanne Chryſoſtomo antiquiores. Ad illa enim Apoſtoli verba [11]: *Miſimus etiam cum illo fratrem, cujus laus eſt in evangelio per omnes eccleſias*, hæc adnotat Chryſoſtomus [12]: Καὶ τίς οὗτός ἐστιν ὁ ἀδελφός; τινὲς μὲν τὸν Λουκᾶν· καί φασι διὰ τὴν ἱστορίαν ἥνπερ ἔγραψε· τινὲς δὲ τὸν Βαρνάβαν· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἄγραφον κήρυγμα εὐαγγέλιον καλεῖ. „ Et quiſnam eſt „ hic frater? Nonnulli quidem his verbis Lucam „ ſignificari putant: atque hoc dicunt propter eam „ hiſtoriam quam litteris mandavit. Alii vero Bar„ nabam: etenim prædicationem quoque non ſcri„ ptam, evangelium nuncupat. „ Unde videas Chryſoſtomo item probari eorum veterum ſcriptorum ſententiam, qui Apoſtoli verba de Barnaba fuerunt interpretati. Verum apertiſſime Theodoritus in eumdem locum [13]: Τὸν τρισμακάριον Βαρνάβαν τὰ εἰρημένα χαρακτηρίζει. αὐτὸς γὰρ καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ σὺν τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, τῆς χειροτονίας τετύχηκε, τοῦ θείου πνεύματος εἰρηκότος· ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. „ Hæc verba deſignant bea„ tiſſimum Barnabam. Ipſe namque Antiochiæ cum „ beato Paullo ordinatus eſt, dicente divino Spi„ ritu: *Segregate mihi Barnabam & Saulum, ad* „ *opus ad quod vocavi eos*. „ Neque aliud ſane ſuadere videtur contextus Paullinus. Siquidem verbis modo recitatis *de fratre, cujus laus eſt in evangelio per omnes eccleſias*, ſubdit ſtatim Apoſtolus: *Non ſolum autem, ſed & ordinatus eſt comes peregrinationis noſtræ*. Quis porro comes iſte? Non Lucas, non Silas, non Apollo, non Joannes Marcus, ut nonnulli veteres & recentiores cenſuerunt; ſed ſolus Barnabas. Hic enim unus legitur χειροτονηθεὶς συνέκδημος ἡμῶν, ut Paullus ibidem loquitur; ad illa procul dubio reſpiciens, quæ de ſe ipſo & Barnaba traduntur in Actis [14]: Καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν: quod nuſpiam de aliis expreſſe legimus.

Quid quod idem S. Joannes Chryſoſtomus cenſuiſſe quoque videtur, ut viro erudito notatum [15], Barnabam ſuperſtitem adhuc fuiſſe, dum ad Coloſſenſes Apoſtolus ſcriberet. In illa enim verba [16]: *Salutat vos — Marcus conſobrinus Barnabæ*, hæc habet S. Doctor [17]: Καὶ τοῦτον ἐνεκωμίασε τέως ἀπὸ τῆς συγγενείας· μέγας γὰρ ἦν ἀνὴρ ὁ Βαρνάβας. περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς· ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν. τί γάρ; οὐκ ἐδέχοντο καὶ χωρὶς τούτου; ναί· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς βούλομαί, φησι· καὶ τοῦτο τὸν ἄνδρα δείκνυσι μέγαν. „ Hunc quoque jam laudavit ex cognatione: erat „ enim Barnabas vir magnus. *De quo accepiſtis* „ *mandata: ſi venerit ad vos, ſuſcipite illum*.

1. *Baron.* prælocut. ad Annal. eccl. tom. I. §. XII.
2. Id. ibid. ad ann. 51. §. LIII. & alibi.
3. *Tillem.* Mem. eccl. tom. I. pagg. 412. 655. & ſeqq.
4. *Mazoch.* Comment. vol. II. pagg. 555. 557.
5. *Act.* XV. 30-36.
6. Vid. *Tillem.* Mem. eccl. tom. I. pag. 543.
7. I. *Cor.* IX. 5. 6.
8. *Tillem.* l. c. pag. 563.
9. *Pearſ.* Annal. Paul. pag. 15. *Mill.* Prolegom. ad N. T. §. 9.
10. *Tillem. Pearſ.* & *Mill.* ll. cc.
11. II. *Cor.* VIII. 18.
12. *Chryſ.* hom. VIII. in Epiſt. II. ad Cor. §. 1. opp. tom. X. pag. 564.
13. *Theodor.* in Epiſt. II. ad Cor. VIII. 18. 19. opp. tom. III. pag. 243.
14. *Act.* XIII. 3.
15. *Tillem.* l. c. pag. 413.
16. *Coloſſ.* IV. 10.
17. *Chryſ.* hom. XI. in Epiſt. ad Coloſſ. §. 2. opp. tom. XI. pag. 406.

„ Quid vero? non aliter susceperissent? Maxime. „ Sed cum magno, inquit, studio: & hoc magnum virum ostendit. „ Scriptam autem anno LXII. fuisse hanc ad Colossenses Epistolam, ex virorum eruditorum sententia superius vidimus. Ex quibus ergo, si prioris Epistolæ Corinthiacæ verba in medium adducta probe accipiantur; si Theodoritum, Joannem Chrysostomum eosque scriptores ecclesiasticos quos idem sanctus Doctor collaudat, præ Alexandro Monacho, ut par est, audiamus: concludendum profecto erit, inanem esse Tentzelii objectionem, illius tantum Monachi Cyprii testimonio innixam; quum satis constet, Barnabam adeoque Joannem Marcum consobrinum suum, post discessionem a Paullo quæ anno LI. contigisse merito existimatur, Apostolo iterum jam adhæsisse anno LVI. quin & in vivis adhuc egisse anno tum LVIII. tum LXII. neque uspiam appareat, ipsum ante Hierosolymitanum excidium supremum diem obiisse: ut proinde nihil obstet quo minus post annum LXX. quo τανολεθρία illa Judaica contigit, ejus in Epistola sua meminisse auctor potuerit. Verum hac de re Mazochium V. C. adire præstat [1]; qui ex Actis Joanni Marco tributis copiose satis ac erudite de anno emortuali S. Barnabæ agens, ipsum anno LXXVI. Christi fidem suo sanguine consignasse, longe verisimile censet.

IV. Jam vero, ut quantæ sit auctoritatis eadem Epistola, demum dispiciamus; illam maximi esse faciendam quisque jure fatebitur, tum pro dignitate atque existimatione quam olim apud vetustissimos ecclesiasticos scriptores obtinuit, tum in primis pro illius pretio ac utilitate quam ex ea in Ecclesiam derivare compertum est. „ Et sane, „ verbis utor Dacherii V. C. [2], quamquam „ Epistolam hanc pro canonica & extra dubitan„ dam fidem legitima minime proferamus; stilum „ tamen re vera majestatis apostolicæ dignum, „ materiamque nascentis Ecclesiæ rebus accommo„ datam non modo sapit, sed ingerit etiam cle„ mentioribus lectorum judiciis: ita ut, si πορ„ φύρα παρὰ τὴν πορφύραν διακριτέα, profecto de „ sua cum ceterorum Apostolorum scriptis com„ paratione, suffragium secundum sperare debeat. „ Hæc ille. Qua de re nos quoque nonnulla paullo ante §. II. attigimus.

Illud vero potissimum animadvertere juverit, e Barnabæ Epistola Ecclesiam catholicam præsidii plurimum petere ad Unitariorum impietatem evertendam, doctrinamque orthodoxam de Jesu Christi filii Dei τῇ προϋπάρξει, ejusque τῷ ὁμοουσίῳ fortiter adstruendam stabiliendamque: ut post Bullum [3] & Grabium [4], pluribus ostendit vir doctus Prudentius Maranus [5]. De ceteris porro Christianæ doctrinæ capitibus, ex eadem Epistola eruendis, præ reliquis nuper satis erudite disseruit cl. Marechalus [6]. His autem hactenus observatis addere libet ex Vossio [7] & Hodio [8], S. Barnabam quamvis ex Græca LXXvirali versione scripturæ loca describere consueverit, plerumque tamen Hebraicam veritatem secutum fuisse. Cujus quidem

A rei ut unum vel alterum exemplum in medium proferatur, ex LXX. *Esajæ* XXVI, 16. hæc recitat auctor [9]: Ἰδοὺ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. Verba tamen proxime subsequentia ex Hebræo fonte repetit: καὶ ὃς ἐλπίσει ἐπ' αὐτὸν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. „ Et qui speraverit in illum, vivet in æter„ num. „ Ubi LXX. καὶ ὁ πιστεύων οὐ μὴ καταισχυνθῇ. „ Et credens non confundetur. „ Alibi autem ex *Gen.* II. 2. hæc habet [10]: Καὶ συνετέλεσεν (ὁ Θεὸς) ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ κ. τ. λ. „ Et consummavit (*Deus*) in die septima „ cet. At LXX. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ· „ in die sexta. „ Hinc S. Hieronymus in Traditionibus Hebraicis;
B *Pro die sexta, in Hebræo diem septimam habet*. Quem in locum plura observat eruditus Grabius [11], digna sane quæ apud ipsum legantur. Alia vero ejusmodi exempla, ex eadem Epistola repetenda.

V. Sed ecce tibi vir doctissimus cujus paullo ante meminimus, dum Barnabæ gesta fuse persequitur miraque ingenii dexteritate illustrat, aliquot etiam ejus Epistolæ loca egregie pro more suo edisserit: ut proinde operæ pretium me facturum existimem, si luculentas illius observationes hoc loci describam. Sic autem se habent [12]: „ Ex quo „ primum tempore ab Hugone Menardo publicam „ lucem aspexit Epistola, quæ sub Barnabæ Apo-
C „ stoli nomine a Clemente Alexandrino, Orige„ ne & aliis laudata fuit; tot jam virorum eru„ ditissimorum animadversionibus patuit, ut su„ pervacaneum sit quidquam in eam novi aggre„ di. Tamen obiter illam percurrenti inciderunt „ mihi quædam aliis præterita, quæ heic brevi„ ter adspergerem.

„ Caput VI. sic incipit [13]: Ὅτε οὖν ἐποίησεν ἐν„ τολήν &c. *Quum autem fecit* PRÆCEPTUM „ (Christus,) *quid dicit? Quis est qui judicetur* „ *mecum?* & quæ porro ex *Isaiæ* L. 8. 9. reci„ tat. Heic observatu non indignum est, ἐντολὴν, „ *præceptum*, absolute & per excellentiam voca„ ri Patris jussionem de incarnatione & toto hu-
D „ manæ reparationis negotio, quod ἐντολὰς τοῦ „ Πατρός, *præcepta Patris* vocat ipse Christus „ *Joan.* XV. 10. Ac fortassis alluditur a Barnaba „ ad illud Psalmi XXXIX. 8. 9. *Tunc dixi: ecce* „ *venio .... ut faciam voluntatem tuam*: quam „ voluntatem mox LEGEM vocat: *Deus meus vo*„ *lui, & legem tuam in medio cordis mei*. Omni„ no hac præceptione divina plenæ sunt utrius„ que Fœderis paginæ: hoc tantum heic novum, „ quod ea heic absolute PRÆCEPTUM nuncupetur. „ At verus interpres *Dei præceptum* reddidit, ut „ insolens loquendi genus clarius efficeret.

„ Paullo post [14], recitato Mosis testimonio de „ adipiscenda terra fluente lacte & melle, statim
E „ hæc subdit: *Quid dicat* ἡ Γνῶσις (*Cognitio*, „ sive *Scientia*) *discite: Sperate in eum, qui in* „ *carne manifestandus est vobis, Jesum*: Γνώσεως, „ *scientiæ*, nomine ævo apostolico intellectas „ fuisse arcanas & allegoricas veteris Fœderis si„ gnificationes, nemo ignorat. Ea est *Clavis* „ *scientiæ*, in qua sibi Legis peritos placuisse,

1. *Mazoch.* Comment. in vet. marm. Kalend. vol. II. pagg. 570 - 572.
2. *Dacher.* Epist. nuncup. ad prim. edit. *Menardi*, Paris. 1645.
3. *Bull.* Def. fid. Nic. sect. I. cap. II. §. 2. & sect. II. cap. II. §. 1.
4. *Grab.* Annot. ibid. pagg. 21. 44.
5. *Maran.* Divin. D. N. J. C. lib. IV. cap. II. pag. 371 - 373.
6. *Marech.* Concord. des SS. Peres tom. I. pagg. 1. seq.
7. *Is. Voss.* de Translat. LXX. Intt. cap. XXI. pag. 69.
8. *Humfr. Hod.* de Bibl. text. orig. lib. III. cap. III. pag. 277.
9. *Barn.* Epist. cap. VI.
10. Ibid. cap. XV.
11. *Grab.* Epist. ad. J. Mill. de lib. Judic. genuin. LXX. Intt. vers. pag. 67.
12. *Mazoch.* Comment. in vet. marm. Kalend. vol. II. pag. 572 - 574.
13. Infra pag. 119. C.
14. Ibid. pag. 120. B.

„ Christus notavit [1]. At hoc amplius heic animadvertimus, Γνῶσιν, *scientiam*, quasi librum citari, & ex eo verba illa proferri: *Sperate* &c. Quod quidem ex Clemente Alexandrino [2] multo est evidentius, ubi hæc verba ex Barnaba sic recitantur, ut φησὶν, quod heic deest, suppleatur: *Quid dicat Cognitio, discite*: Ελπίσατέ, φησιν, ἐπὶ τὸν &c. *Sperate*, INQUIT, *in eum* &c. uti supra. Ubi animadvertis, illud φησὶν afferri ex ore Barnabæ, utique ex *Cognitionis* sive *Scientiæ* libro citantis. Plures olim fuisse hujusmodi *Scientiæ* libros circumlatos, ab Judæis allegorica sectantibus conscriptos, non est dubium. Ad eos ergo Barnabas plerumque ablegat lectores, ubi ad allegorias digreditur. Scimus hodienum in Targumim loca complura ad Messiam referri: quod ex eadem Γνώσει manavit. Notandum est autem in adscripto loco, etsi omnia verbis totidem ex Γνώσει recitentur, illud tamen Ιησοῦν, *Jesum*, quod ad finem additur, ex Barnabæ manu profectum, non ab auctore Γνώσεως. Quem quidem Judæum fuisse necesse est, alioqui a Barnaba Judæos convicturo minime citandum. Judæus autem Messiam norat, Jesum non norat.

„ Statim ibidem sequitur: *Homo enim*, γῆ ἐστι πάσχουσα, *terra est patiens*. Apparet heic Barnabam, aut quisquis est auctor, philosophis aures admovisse. Nam illud πάσχουσα, *patiens*, ad philosophorum τεχνικὴν γλῶτταν est referendum, qua materiam *pati* dicebant. Homo, inquit, est ex terra, non quidem agente sed patiente. Cujus statim rationem reddit his verbis: ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Αδὰμ ἐγένετο. *A facie enim terræ fictio* (seu *formatio*) *Adæ exstitit*. Ubi pulcherrima Hellenistarum locutio occurrit. Hebraicum enim מפני *Mippene* (quod Judæi Hellenistæ perpetuo, ἀπὸ προσώπου, h. e. *a facie* reddunt) quamlibet caussam, etiam materialem, uti philosophi loquuntur, designat. Ergo tantumdem est, *a facie terræ*, ac si dixisset, *ex terra* formatum esse Adam. Et hæc etiam ibidem totidem verbis Clemens refert.

„ Cap. VII. [3], sicuti etiam in sequentibus capitibus, pluries illud Προσέχετε, *Attendite*, intercalatur: quod peculiare est ἀλληγορούντων, ad attentionem acuendam.

„ Cap. IX. [4] Αλλὰ καὶ πᾶς Σύρος καὶ Αραψ καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς τῶν εἰδώλων &c. *Verum & omnis Syrus & Arabs & omnes idolorum sacerdotes circumciduntur*. Quæ merito difficultatem crearunt. Verum hæc non sunt ad severiorem trutinam exigenda, sed παχυτέρως, *crassiuscule*, accipienda hunc ferme in modum. Quivis Syrus, quivis Arabs, quivis simulacrorum sacerdos circumcisionem admittit: aut: Ne Syri quidem & Arabes, & profani sacerdotes a circumcisione abhorrent. Nam quia inter Syros & Arabes, interque profanos sacerdotes essent, qui illo se modo mundiores præstarent; licuit Apostolo dicere, circumcisionem promiscue ab illis usurpari. Quis non in talibus similia loquitur? Ceterum Arabum plurimos fuisse verpos, sicuti & sacerdotes Ægyptios, non est dubium. Ac ne de Syris quidem est dubitandum, si quidem verum sit quod antiqui crediderunt, Phœnices περιτομὴν admisisse. Origenes ad *Rom.* II. 25. inter ceteros circumcisionis cultores etiam Phœnices numeravit his verbis: *Si replicetis historias vestras, invenietis non solum Ægyptiorum sacerdotes, sed & Arabas & Ægyptios &* PHOENICES *aliosque, quorum studia gratia hujusmodi superstitionis nobilius vigent*.

„ Cap. XVI. [5]: *Adhuc & de templo dicam vobis, quomodo errantes miseri*, ἐπὶ τὴν ὁδὸν ἤλπισαν, *in* VIAM *speraverunt, & non in Deum ipsum qui fecit eos, quasi domus Dei esset*. Heic non est dubium quin ὁδοῦ, *viæ*, nomine templum veniat: nam & in templo totam Judæorum fiduciam fuisse repositam, notat illa celebris conclamatio, *Templum Domini, Templum Domini*, & quod initio Noster de *templo* proposuit dicere, & quod mox subdit, *Quasi* (via scilicet illa) *domus Dei esset*. Vidit hoc & vetus interpres, qui pro ὁδὸν, *viam*, posuit *ædem*; sic enim reddidit: *In* ÆDEM *spem habuerunt*. Cotelerius quidem ad quædam Seniorum loca allusum suspicatur: in quibus ὁδὸς similiter pro *templo* sumi posse videtur. Verum & heic Barnabas, & ibi LXX. οὐδὸν, *limen*, scripsisse videntur, consueto schemate utentes, quo pars pro toto sumitur, & quo hodieque utimur, ubi *Limina Apostolorum* invisere dicimur. Legendum est igitur ἐπὶ τὸν οὐδὸν... *In limine*, h. e. *templo spem collocantes*. Ceterum si Barnabas *viam*, τὴν ὁδὸν, uti nunc legitur, scribere voluisset, ad finem οὖσαν posuisset, non ὄντα, quod non nisi cum οὐδὸν convenit: ὡς, inquit, ὄντα οἶκον Θεοῦ. Idem, uti dixi, judicium erit de locis LXXviralibus 3. *Reg.* VIII. 44. 48. in quibus nunc προσεύξονται... ὁδὸν legitur, quum legendum sit οὐδόν: *Adorabunt limen* &c. Sicuti etiam 2. *Paral.* VI. 34. 38. Non inaudita est apud veteres *liminis adoratio*. Scitum est etiam antiquos O pro integra diphthongo Ου primitus scripsisse, (ut in nummis Συρακοσίων pro Συρακουσίων, & sexcenta ejusdem modi) quod postmodum descriptoribus fraudi fuisse, non est dubitandum. Dixerit aliquis in modo laudatis Seniorum locis ὁδὸν esse retinendum, quia ei Hebraice respondet *Derech*, *via*; quum contra οὐδὸς respondeat Hebraico *Saph*, quod est *limen*. Verum sciendum est, Hebraicum *Derech*, quum a *calcando* veniat, non tantum *viam* significare, sed & *pavimentum*, & in recitatis locis etiam *limen*, quod statim ab ingredientibus calcatur. Deinde quum *Jer.* XXXV. 4. φυλάσσοντος τὴν ὁδὸν, *custodientis viam*, pro τὸν οὐδὸν, *custodientis limen* (nam Heb. est *Saph*) meo judicio positum inveniatur; non video quin eadem mutatio locis supra depromtis potuerit accidere. Postremo ne tricemur diutius, si grammaticos audimus, ὁδὸς *via*, & οὐδὸς *limen*, unum idemque nomen sunt. Nam & Homero οὐδὸς pro ὁδὸς, *via*, usurpatur: & contra Suidas testatur vocem ὁδὸς, si tenuetur prima syllaba, significare οὐδὸν, i. e. *limen*, allato Sophoclis loco. Paria in Eustathio reperies, & in Sophoclis Scholiaste ad celebrem ejus locum a Suida & Eustathio laudatum. De quibus vide H. Stephanum [6]. Nec te turbet, quod hæc antiqua & poetarum peculiaria videantur: nam in LXX. & Judæis Hellenistis plurima occurrunt, partim antiquata, partim Alexandrinæ aut alia-

1. *Luc.* XI. 51.
2. *Clem. Alex.* Strom. lib. V. cap. X. p. 683. edit. Oxon. 1715.
3. *Barn.* Epist. cap. VII. pag. 122. D.
4. Ibid. pag. 125. C.
5. Ibid. pag. 135. A.
6. *H. Steph.* Thes. tom. II. col. 1183.

„ rum ignotarum dialectorum peculiaria. „ Hactenus V. C.

VI. Jam vero ne officio nostro penitus deesse videamur, ad varias & quidem potiores Epistolæ hujus editiones ac versiones recensendas accedamus. Illam itaque primus prelo subjecerat Oxonii anno 1643. Jacobus Usserius. „ Verum, inquit Fellus [1], „ ejus urbis parte magna gravi incendio correpta, „ typographeum cum tota suppellectile, schedis im„ pressis & exemplari ipso, conflagravit.

Quo autem ferme tempore Oxonii suam parabat editionem Usserius, de ipsa Epistola Parisiis evulganda cogitabat Hugo Menardus Monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri. Jamque typis præsto erat opus, eruditis adnotationibus illustratum: sed anno 1644. ineunte, morte prærepto viro docto, illius edendi curam in se recepit ejus syncellita Lucas Dacherius, qui & auctum præfatione sua, insequente anno 1645. in lucem emisit. Ut autem primæ hujus editionis ratio lectori utcumque comperta sit, ipsius cl. editoris verba heic describere juverit. Sic igitur ille: „ In Philastrii episcopi Brixiensis volumen manu scriptum „ e Corbejensi monasterio, quum incidisset aliquando R. P. domnus Hugo Menardus; ibidem proxime post Epistolam Tertulliani *de cibis Judaicis*, BARNABÆ nomine insignitam *Epistolam* una „ cum Jacobi Apostoli Epistola deprehendit: mox„ que in animum induxit, eam ut ex pulvere & „ squalore excuteret, appositeque notis dilucida„ ret. At quia ex primoribus Ecclesiæ Patribus, „ Clemente Alexandrino, Origene, Tertulliano, „ Gregorio Nazianzeno, Hieronymo aliisque non „ paucis, hac in Epistola Barnabam, seu quem„ vis alium, Græce fuisse locutum haud dubie di„ dicerat; hæsit non parum implicatus: nec ejus„ modi monumentum, sic imperfectum ac nævis „ scatens, ut illa qua codex exscriptus est ætas „ ferebat, in publicum ausus est inferre. Verum „ suppetias tandem attulit doctissimus Sirmondus „ Societatis Jesu presbyter: is quippe de apogra„ pho Græco, quod Romæ inter mss. & schedas „ R. P. Turriani eruditione ac rerum multarum „ scientia clarissimi repererat, libentissime accom„ modavit Menardo. Unde autem exscripserit apo„ graphum Turrianus, res est nobis prorsus igno„ ta. At vero veluti genuinam nomine Barnabæ „ Epistolam, ab antiquis scriptoribus laudatam at„ que usurpatam, *Versio* ipsa *Latina*, sine dubio „ ante annum nongentesimum scripta persuadet; „ quum ferme continuo textui Græco respondeat „ in omnibus. — Mutilum est Græcum, mutila „ versio Latina. Græcum quidem lacunis & hia„ tibus initio tantum Epistolæ deformatur. — Ver„ sio autem caret parte postrema, cui accessionem „ nova interpretatione ex Græco Romano attulit „ Menardus. — Codicem unicum habuit, cum „ Græcum tum Latinum, neque sanum ubique sa„ tis; ut proinde nunc cura, nunc conjectura illi „ fuerit adhibenda: quod tamen sic parce & pru„ denter fecit, ut in linea non facile litteram „ mutaret, sed ad marginem adnotaret. „ Huc usque Dacherius.

Postero anno 1646. Amstelodami typis denuo excudendam curavit eamdem Epistolam Isaacus Vossius ad calcem Epistolarum S. Ignatii M. notis brevibus sed eruditis illustratam: cujus exemplar a Salmasio primo acceptum contulit cum tribus mss. codicibus, ex bibliothecis Medicea Florentina, Vaticana & Theatinorum Romæ degentium repetitis. Quibus subsidiis adjutus vetustissimum hoc monumentum multo castigatius evulgavit: „ quum enim „ Menardi editio, ut ipsemet ait, ex uno promanarit codice, fieri aliter non potuit quin inemen„ datissima prodiret. „

Elapsis vero viginti sex annis a prima Vossii editione, hanc Barnabæ Epistolam rursum in vulgus emisit Parisiis 1672. cum vetere Latina versione, nova insuper interpretatione, notisque luculentis adornatam Joannes Baptista Cotelerius, eamque præclaræ suæ Patrum Apostolicorum editioni inseruit. Quam quidem editionem sub finem ejusdem sæculi, anno 1698. Antuerpiæ seu potius Amstelodami typis consignavit cum notis variorum Joannes Clericus, iterumque sæculi currentis anno 1724. nonnullis Joannis Davisii suisque animadversionibus auctam. Denique, ut Felli, Moynii aliorumque prætereamus editiones, eamdem Epistolam prelo commisit Richardus Russel in sua Patrum Apostolicorum collectione Londinensi anno 1746.

Inter versiones autem hujus Epistolæ principem locum sibi vindicat vetus Latina: de qua præter ea quæ sparsim hinc inde modo attigimus, sic censet cl. Cotelerius [2]: „ Vetus interpretatio barba„ riem ubique, ubique negligentiam ostendit; est„ que imperfecta & mutila, tum passim, tum „ præcipue ad finem, ubi posteriora capita refe„ cantur; forte quia minus docta videbantur inter„ preti, atque ad mores magis pertinentia: igitur „ omissis iis, colophonem per doxologiam imponit. „ Suum tamen illi versioni pretium: cui debemus „ priora capita, cum non paucis emendationibus „ Græci contextus; ut nihil dicam de antiquitate „ illius ac simplicitate. „ Auctorem autem hujus versionis fuisse S. Philastrium Brixiensem episcopum conjecit Papebrochius [3], eumque secutus Fabricius [4]. At immerito sane. Neque enim Menardus, primus veteris illius interpretationis detector, neque Vossius, neque Cotelerius, neque alii qui deinceps hanc Epistolam vulgarunt, id umquam litteris tradidere. Error autem duumvirum illorum e verbis Dacherii modo relatis fortasse ortus; quibus docemur „ Menardum in Philastrii episcopi Brixien„ sis volumen ms. e Corbejensi monasterio incidis„ se „ in quo una cum aliis veterum opusculis, vetustam quoque Barnabæ Epistolæ interpretationem deprehendit, quam ex eodem codice descripsit in lucem emissurus. Pluribus egit hac de re Galeardus V. C. in præfatione ad luculentam veterum Patrum Brixianæ ecclesiæ collectionem; quem, si vacat, lector adeat [5].

Recentioribus vero versionibus præstat Anglica Guilielmi Wakii cum Epistolis Clementis, Ignatii & Polycarpi, nec non Hermæ *Pastore*, Londini edita ann. 1693. & 1710. De hac autem versione loquens Joannes Clericus in epistola nuncupatoria posterioris Patrum Apostolicorum editionis Cotelerianæ, ad eumdem Wakium jam archiepiscopum Cantuariensem, hæc habet: „ Fuit & alia ratio, eaque majoris ponderis, propter quam exi„ stimavi tibi hanc Patrum Apostolicorum editio„ nem non displicituram. Nemo nimirum erat, qui „ minus dedignaretur ejusmodi scriptores; quorum „ plerosque, & eos quidem *genuinos*, S. BARNA„ BAM, S. Ignatium, S. Clementem & S. Polycar-

1. *Fell.* præfat. ad Epist. Barnab.
2. *Cotel.* Judic. de Epist. S. Barn. sub fin.
3. *Papebr.* Act. SS. Jun. tom. II. p. 457. 460.
4. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. V. p. 3. & præfat. ad S. Philastr.
5. *Galeard.* præfat. ad collect. vet. PP. Brix. eccl. pagg. XX. XXVI.

„ pum, ad quos acceſſere Paſtor Hermæ & Ignatii martyrium, in Anglicum ſermonem ſumma fide atque elegantia, quoad res ferebat, convertiſti, & prooemiis pereruditis ac judicio ſummo conſcriptis ornaſti. „ Ita Clericus. Quæ quidem in primis heic deſcribere placuit, ut conſtet ipſum mutaſſe ſententiam: ſiquidem antea in ſua Hiſtoria eccleſiaſtica [1] ſiniſtrum tulerat de S. Barnabæ Epiſtola judicium, quam hoc loci demum *genuinam* appellat.

Reliquum eſt ut paucis ediſſeramus, qua ratione ad novam parandam editionem acceſſerimus. Nimirum commemoratis hactenus virorum doctorum lucubrationibus inſtructi, ad Barnabæ textum quod attinet & veterem ejus interpretem exprimendum, editionem Cotelerianam omnium emendatiſſimam ſelegimus. Quo autem facilius comparatio inſtitueretur, Græca inter utramque verſionem media ſtitimus, veteriſque hiatus juxta nuperum exemplar Londinenſe Ruſſelianum diſtinximus: quo quidem ordine alia inſuper nonnulla vetuſtiſſimorum Patrum opuſcula mox ſubſecutura digeſſimus. Cll. editorum qui nobis præivere adnotationes prolixiores contraximus, earumque in primis delectum fecimus quæ textum Græcum aut veterem interpretem emendarent illuſtrarentve, pauculis etiam intextis, ſive noſtris ſive aliunde petitis. Quæ aliorum ſunt, nomine cujuſque ſubjecto dignoſcuntur: quæ autem ANONYM. nota ſignantur, ea ſunt quæ *ex ora Menardinæ editionis manu ignota* deſumta, Clericus in ſuam tranſtulit editionem: noſtris vere nullibi ſignum ullum appinximus; quod ſemel monuiſſe ſufficiat.

CAPUT IV.

DE EPISTOLA PRESBYTERORUM ET DIACONORUM ACHAJÆ, DE MARTYRIO S. ANDREÆ APOSTOLI.

SYNOPSIS.

I. *Cur huic* EPISTOLÆ *inter vetuſta Eccleſiæ monumenta locus aſſignatus.*

II. *De variis ejus editionibus, Mombritiana potiſſimum & Lipomaniana.*

III. *Quid in hanc adornandam collatum. Textus in primis Græcus comparatus denuo cum codice ms. poſt excuſam typis editionem detecto. Additum inſuper ex alio exemplari fragmentum, haud ita pridem vulgatum.*

IV. *De antiqua ejuſdem Epiſtolæ verſione.*

V. *Hujus Epiſtolæ ſinceritas variis nominibus agnoſcenda videtur. Chryſoſtomi locus expenſus.*

VI. *Solvitur objectio, ex voce* τελχὸς *deſumta; quam fuiſſe uſurpatam tertio, quin & ſecundo ſæculo, evincitur ex Patrum vetuſtiſſimis tum Græcis tum Latinis.*

VII. *Objectus locus de proceſſione Spiritus ſancti expenditur. Eadem phraſis in Græca Dialogorum S. Gregorii verſione, cujus auctor Zacharias Papa. Samuel Baſnagius notatus.*

VIII. *Quæſtio de* Ægea *Epiſtolæ Achaicæ, diſcuſſa. Locus Sophronio adſcriptus, vindicatur. Ejus interpres Eraſmus defenditur. Duplex Edeſſa diſtinguenda; quarum altera recentior Oſrhoenica, antiquior altera Macedonica, primitus* Ægea *dicta: cujus nominis occaſione nonnullæ de* Ægea *proconſule ut fertur Achajæ, propoſitæ conjecturæ.*

IX. *De tempore quo ſcripta cenſetur Epiſtola: ſimulque varia de Veſpaſiano perſecutore.*

I. QUod ſuperius in præfatione generali [2] antiquitatum eccleſiaſticarum ſtudioſis recepimus, Acta Martyrum nos eſſe collecturos, pro temporum ratione digerenda; id quidem præſtare nunc incipimus, *Epiſtolam* encyclicam *Presbyterorum & Diaconorum Achajæ de S. Andreæ Apoſtoli martyrio*, in medium proferentes. Licet enim inter Acta Martyrum ſincera, virorum eruditorum judicio haud fuerit hactenus hæc Epiſtola recenſita; eam tamen omnino prætermittere religioni habuimus: ſive quod ab antiquis temporibus Eccleſiæ catholicæ ſententia, digna fuerit exiſtimata quæ in divinis officiis celebrandis publice uſurparetur; quod in primis ſpectandum erat: ſive quod nuper demum in lucem prodierit textus Græcus, quo magis magiſque vetuſtiſſima verſio, Eccleſiæ jamdiu probata, confirmatur: ſive quod tandem viri eruditi ſtudio quamvis a catholica comunione alieni, eadem Epiſtola paucis ab hinc annis Græce ac Latine in vulgus emiſſa, velut ſincerus ſacræ antiquitatis fetus fuerit propugnata. Quod ſi vero hanc Epiſtolam minus recte inter Acta Martyrum nobis repoſitam quis arbitretur; illam ſaltem tamquam vetuſtum opus eccleſiaſticum eſſe habendam, haud ierit infitias: adeoque vel eo nomine in noſtram bibliothecam jure inferendam exiſtimavimus.

II. Illam autem primus in lucem emiſiſſe comperitur Boninus Mombritius patricius Mediolanenſis, in *Vitis Sanctorum*, ſub finem ſæculi XV. typis conſignatis: loci enim ac temporis nota nuſpiam comparet. Quandoquidem vero inter rariſſima recenſetur opus ejuſmodi, duobus in fol. voluminibus diſtinctum, haud incongruum putamus, ex eo Epiſtolæ noſtræ initium heic deſcribere, ut quod a reliquis editis, quin & ab ipſo Græco exemplari aliquantulum diſcrepat. Sic autem ſe habet [3]:

PASSIO BEATI ANDREÆ APOSTOLI.

Diacones eccleſiarum Acabie (ſic) *ſcripſimus univerſis eccleſiis, quæ ſunt in oriente & occidente & meridie & ſeptentrione in Chriſti nomine conſtitutæ: pax vobis & univerſis qui credunt in unum*

1. *Cler.* Hiſt. eccl. ad ann. LXXI. §. II. pag. 474.
2. Præfat. §. V.
3. *Mombr.* Vit. SS. tom. I. fol. VII. ſign. a IIII. poſt med.

eum (l. Deum) *& in Trinitatem perfectam: verum Patrem ingenitum, & verum Filium unigenitum, & verum Spiritum ſanctum, procedentem ex Patre & Filio: & hoc eſſe unigenitum Filium, quod eſt & ille qui genuit. Hanc fidem didicimus* cet. Ubi meminerit lector horum verborum, *procedentem ex Patre & Filio*, de quibus inferius diſſerendum.

Sæculo poſtero XVI. currente eamdem Epiſtolam iterum evulgavit Aloyſius Lipomanus epiſcopus Veronenſis, in opere *Vitarum ſanctorum priſcorum Patrum*: ſed alio a Mombritiano exemplari uſus, ad Epiſtolæ initium ſaltem quod attinet. Eſtque hujusmodi [1]: *Paſſionem ſancti Apoſtoli Andreæ quam oculis noſtris vidimus, omnes presbyteri & diacones eccleſiarum Achajæ, ſcribimus univerſis eccleſiis quæ ſunt in oriente & occidente & meridiano & ſeptentrione, in Chriſti nomine conſtitutis: pax vobis & univerſis qui credunt unum Deum in Trinitate perfectum, — verum Spiritum ſanctum, procedentem ex Patre, in Filio permanentem, ut oſtendatur unus Spiritus eſſe in Patre & Filio: & hoc eſſe* cet. Omnia pæne ad Græci contextus amuſſim.

Eodem ſæculo XVI. Laurentius Surius Cartuſianus, in ſuis collectis undique *tam ex mss. codicibus quam ex editis auctoribus, probatis Sanctorum Vitis*, ut fert operis inſcriptio, atque per anni ſeriem digeſtis, editionem Lipomanianam ſecutus eſt [2]. Eamdem quoque typis deinceps conſignavit poſt medium inſequentis ſæculi XVII. Andreas du Sauſſay epiſcopus Tullenſis, in opere haud obvio ita inſcripto: *Andreas frater Simonis Petri; ſeu de gloria S. Andreæ Apoſtoli libri* XII. [3]. Neque tantum Epiſtolam noſtram exhibuit ſcriptor Gallus, ut reliqui præcedentes editores; ſed eam inſuper „ tam „ patenter aſſertam dedit, quam accurate vindica- „ tam adverſus varias Novatorum argutationes; „ quas congeſſit & auxit Edmundus Aubertinus in „ libro Genevæ anno 1633. Gallice edito, cui ti- „ tulus eſt: *Euchariſtia veteris Eccleſiæ*. „ Sic in fronte operis auctor.

Tum vero ſæculi currentis anno 1731. eamdem Epiſtolam Romæ recudendam curavit Ludovicus Andruzzi Santandrea [4]; qui Lipomaniano exemplari præterito, Mombritianum deſcribere maluit: quin & Sauſſayum plerumque affectatus, *Epiſtolæ ſinceritatem graviſſimis teſtimoniis comprobavit* [5].

A Quinque autem hactenus recenſitis editionibus Latine tantum evulgatis, ſexta demum acceſſit G. L. quæ anno 1749. Caroli Chriſtiani Woog cura & ſtudio Lipſiæ lucem aſpexit. Textum Græcum deſcripſit cl. editor e codice Huntingdoniano 457. bibliothecæ Bodlejanæ; cum quo item Grabius *Martyrium S. Theclæ* contulerat, ejuſque ope curis ſecundis perpoliverat, ut ex anonymi præfatione ad novam *Spicilegii SS. Patrum* Oxonienſem editionem erudimur. In hoc porro egregio ſacræ antiquitatis monumento edendo atque adornando, ſedulam operam ſibi adhibitam profitetur vir eruditus. Nimirum, ne litteræ quidem apicem mutavit, niſi ubi dicendorum nexus, librarii oſcitantia, & B recta conſtruendi ſcribendique ratio id expoſtularit: ubi vero vocabulum aliquod unius alteriuſve litteræ mutatione, adjectione vel detractione corruptum invenit, ſuas emendationes in textum intulit, omnes tamen ms. codicis lectiones mendoſas ſubjiciens. Textui Græco novam verſionem appoſuit, ipſumque notis uberioribus illuſtravit. Reliqua omittimus recenſere, quæ V. C. ſive in operis limine ſive in calce repoſuit: ea ſiquidem ad noſtrum inſtitutum haud ſpectant.

III. Hanc itaque Lipſienſem editionem potiſſimum ſecuti ſumus. Novo interpreti veterem adjecimus, non Mombritianum quidem, ſed Lipoma- C nianum, qui profecto Græcis preſſius inhærere comperitur. Nuperi editoris notas textum in primis reſpicientes ſelegimus, prolixioreſque contraximus; quibus etiam nonnullas obſervationes attexuimus, plures fortaſſe haud contemnendas addituri, ſi opportunius codicem ms. nobis evolvere licuiſſet, quem ſero tandem deteximus. Eſt autem codex Græcus bombycinus num. CLXXV. 4. ſæculo XIV. exaratus, inſcriptuſque: *Heortologia ſeu ſermones & homiliæ in annua feſta*; quem nobis ſuppeditavit locuples Bernardi Nani Senatoris quondam ampliſſimi bibliotheca, cujus ſuperius meminimus [6]. Quandoquidem vero ejuſdem codicis collatione cum noſtro edito rite inſtituta, variantes aliquot lectio- D nes nobis fuerunt obſervatæ, haud pauci ſane ducendæ, quod præcipue interpreti veteri magis cohæreant: illas propterea heic ſaltem ſubjicere haud otioſum putamus. Suntque hujuſmodi, prout ſequuntur:

EDITIO NOSTRA.

Cap. II. d. lin. 5. πλὼ τῶν ἁμαρτιῶν. pag. 153.

Cap. III. d. lin. 6. ὅτι μεθ' ὃ ἐγὼ βάψω ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρά μου. pag. 154.

Cap. IV. c lin. 4-7. τὸν σαυρὸν εἶδ. — ἀσαφής σου λόγος. pag. 155.

Cap. VI. d lin. 6. ταῦτα τὰ ῥήματα τοῖς πισεύουσί σοι δυνήσῃ λαλεῖν. pag. 156.

——— e lin. 4. ὁ ἅγιος Ανδ. ibid.

——— a lin. 2. τῷ σαυρῷ Θεῷ ἀναφέρων, ὃ τὰς σάρκας. pag. 157.

——— lin. 6. ζῶν. Αἰγ. ibid.

CODEX MS.

πλὼ τὸ βαρὺ φορτίων τῶν ἁμαρτημάτων. Ita quidem legiſſe videtur novus interpres.

ᾧτινι ἐπιδώσω τὸ κλάσμα τοῦ ἄρτου διὰ τῆς χειρός μου. Sic plane vetus interpres.

εἰ τὸ ξύλον τοῦ σαυροῦ εἶδ. — μανιώδης ὁ λόγος σου. Ita & vetus interpres.

E ταῦτα τὰ ῥήματα ἀφηγεῖσθαι δυνήσει οἵτινές σου (l. σοι) πισεύσωσιν.

Deeſt ὁ ἅγιος, ut apud vet. interp.

τοῦ σαυροῦ ἱερουργῶ Θεῷ, οὗ τὸ σῶμα. Vid. heic Woogi not.

ζῶν. ἀληθῶς οὖν ἱερουργεῖται, καὶ ἀληθῶς τὸ σῶμα παρὰ τοῦ λαοῦ βεβρώσκεται, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ὁμοίως πίνεται· ὅμως, καθὼς ἔφην, ὁλόκληρος διαμένει. Ita vetus interpres: idque adnotaſſe maximi intererat.

1. *Lipom.* Vit. SS. tom. VI. pag. 197. a tergo edit. Venet. 1581. fol. qua utor. Primæ autem editionis, quam etiam præ manibus habeo ſed mutilam, quinque priora volumina in 4. prodiere itidem Venetiis *ad ſignum Spei* ann. 1551-1556. tria vero poſteriora Romæ *apud Antonium Bladum*, ann. 1558-1560.

2. *Sur.* Vit. SS. tom. VI. pag. 653. Colon. 1618. Hæc eſt tertia editio Colonienſis, omnium optima: prima enim prodiit ann. 1569. fol.

3. *Sauſſay*, De glor. S. Andr. poſt pag. 676. Pariſ. 1656. fol.

4. *Andruz.* Stater. Verit. pag. 170.

5. Id. ibid. pag. 190. ſeqq.

6. Præfat. §. X.

A

Editio nostra,	Codex ms.
—— c lin. 3. τὸ μυστήριον τῆς θυσίας, ibid,	τὸ μυστήριον τῦ σαυρῦ. Sic vet. interp.
Cap. VIII. c lin. 2. ἀπαιδευσίας, pag. 159.	μωρίας. Vet. interp.
—— d lin. 4. τὸ σέβας τῶν εἰδώλων. ὁ γὰρ Χριστός με ἀπές. —— τῷ Κυρίῳ. Αἰγ. ibid.	τὴν τῶν Ἑλλήνων θρησκείαν. ὁ Αἰγ. Intermedia, ὁ γὰρ Χριστὸς —— τῷ Κυρίῳ, desiderantur in ms.
—— a lin. 7. ἢ τῦ διαβόλυ, pag. 160.	ἢ τῦ θανάτυ, Vet. interp.
—— b lin. 3. διαλεχθ. περὶ τῆς πίστεως, ibid.	διαλεχθ. περὶ τῆς ἀκριβείας τῆς πίστεως. Vet. interp. *censura fidei*,
Cap. IX. d lin. 1. ἐκέλευσεν αὐτὸν βασανίζεσθαι τεταμένον· καὶ ἐν τῷ ἀπαλλαγῆναι ἑπτὰ τετραδίοις τοὺς τύπτοντας αὐτὸν, ἀνέστη καὶ ἠνέχθη ἔμπροσθεν αὐτῦ. ibid.	ἐκέλευσεν τὸν ἀπόστολον ταῖς βασάνοις κακωθῆναι. ἐκτασθεὶς οὖν ὑπὸ στρατιωτῶν ἑπτάκις τρεῖς, καὶ ἀτόνως τυφθεὶς, ἔστη ἔμπροσθεν.
—— e lin. 5. ἐγὼ τῷ σαυρῷ τῦ Χριστῦ δεδύλωμαι. ibid.	ἐγὼ τοῦ σαυρῦ τοῦ Χριστῦ δῦλος ὑπάρχω. Vet. interp.
—— b lin. 3. τότε θυμωθεὶς κ. τ. λ. usque ad ea Cap. X. a lin. 4. χαίροις ὦ σταυρέ. pagg. 160. 161.	B τότε θυμωθεὶς ὁ Αἰγεάτης, (sic semper codex pro Αἰγέας) τὸν μακάριον Ἀνδρέαν τῷ σαυρῷ προσπαγῆναι προσέταξεν. ἀπολιπὼν δὲ πάντας ὁ ἀπόστολος τῦ Χριστῦ, πρόσεισι τῷ σαυρῷ, καί φησιν αὐτῷ μετὰ φωνῆς· χαίροις ὦ σαυρὲ κ. τ. λ. Quæ interjacent in edito, desunt in ms.
Cap. X. b lin. 9. ὦ μακάριε σαυρέ. pag. 162.	ὦ ἀγαθὲ σαυρέ. Vet. interp.
—— c lin. 10. τοῖς ἐτασαῖς. ibid.	τοῖς δημίοις.
Cap. XI. e lin. 4. φθάσαι αὐτόν. pag. 163.	φθάσαι αὐτοί.
Cap. XII. b lin. 4. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. pag. 164.	ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Heic explicit codex ms. Nanianus.

Ex hac autem collatione pluribus in locis suppleri, emendari ac restitui posse Woogianam editionem compertum fit. Utinam vero publici juC ris fecisset doctissimus Lequienius, quod apud se habebat Epistolæ nostræ Græcum exemplar! ex eo enim emaculari magis adhuc potuisset codex Huntingdonianus, mendis haud paucis scatens, quem Woogus descripsit. At *Orientis Christiani* operi suo præstanti unice intentus V. C., postremum ut videtur Epistolæ fragmentum dumtaxat evulgavit [1]: in quo fertur „ Stratoclem germa„ num Achajæ proconsulis fratrem, Christiana re„ ligione suscepta ab Apostolo, cum Maximilla „ proconsulis uxore baptizatum, Patrarum fuisse „ constitutum episcopum; eumque ac Maximil„ lam post Apostoli martyrium, facultatibus suis „ in pauperes distributis, ædes pietati excolenD „ dæ idoneas & episcopium ædificasse. Αὕτη καὶ μετὰ Στρατοκλέους πένησι τὰ ὄντα διανειμάμενοι, μικρὸν παραχωροῦντες ἐκείνοις, ἐπεὶ μειζόνων ἑαυτοὺς ἠξίουν, καὶ ἐπισκοπὴν οἰκοδομοῦσιν, αὐτοῦ τοῦ Στρατοκλέους εἰς ἐπισκοπὴν ἤδη παρὰ τοῦ ἀποστόλου προχειρισθέντος, φροντιστήριά τε ἐκ βάθρων αὐτῶν δειμάμενοι [2], τὸ μὲν εἰς ἀνδρῶν, τὸ δὲ εἰς γυναικῶν οἴκησιν, οὕτω θεοφιλῶς τὰ ἑξῆς τοῦ βίου διανύσαντες, εἶτα καὶ πρὸς τὴν αἰωνίαν ζωὴν τέθνηκαν. Num vero fragmentum istiusmodi sincerum sit habendum, atque ex eo Stratoclem primum Patrarum veterum episcopum rite statuere potuerit vir eruditus, aliis dijudicandum relinquimus.

E IV. Jam vero ut de antiqua hujus Epistolæ versione verba faciamus, nullus profecto suppetit character satis firmus, quo rite definire possimus, quam dudum fuerit illa confecta. At eam esse vetustiorem quam ut vulgo censeatur, quisque arguere valet ex scriptoribus ecclesiasticis, quorum testimonia Epistolæ ipsi præmisimus. Alii enim ex ea vel locum passionis vel genus mortis eruisse haud obscure videntur. Alii vero locum aliquem verbo tenus describunt, sive ipsam Actorum historiam excitantes, sive etiam quandoque tacito ejus nomine ad illam respicientes; quod scilicet tamquam certum & exploratum monumentum passim haberetur, ut recte Saussayus [3]. Neque tamen infitiari velim, nonnullos ex allatis scriptoribus Græcum potius textum quam veterem ejus interpretem consulere potuisse. Sed, ut ut est, eorum testimonia jam inde a sæculo IV. usque ad XV. continuo temporis ordine servato deducta, sive ad versionis antiquitatem sive ad ipsius Epistolæ sinceritatem adstruendam, haud parum conferre existimantur.

V. De auctoritate autem hujus Epistolæ, varias esse virorum eruditorum sententias nemo nescit. Alii namque velut suppositititiam atque confictam prorsus rejiciunt: alii vero ejus auctoritatem in dubium revocant: alii denique tamquam sincerum sacræ antiquitatis fetum agnoscunt. Plura sunt enimvero, neque levia, quæ ad infringendam ejus γνησιότητα objici solent. Potiora tamen huc ad examen revocare animus est; eaque potissimum quæ ab aliis vel omnino prætermissa, vel molli brachio discussa noscuntur.

Primum itaque, an re vera in Achaja & in Patrarum urbe martyrium passus fuerit S. Andreas Apostolus, dubitationem movit Florentinius [4]; Joannis Chrysostomi nimirum auctoritate permotus, apud quem sic legimus [5]: *Petri quidem & Paulli & Joannis & Thomæ manifesta sunt sepulcra; aliorum autem quum sint tam multi, nusquam sunt nota*. Hinc vero quis conjectaret, inquit vir eruditus, festum Andreæ apud Patras fuisse potius ejus prædicationis memoriam, seu episcopatus institutionem aut natale; quam ejusdem martyrii celebritatem in eadem urbe consummati: siquidem Andreæ sepulcrum, quod adeo pervulgatum esset in Achaja, vix ignorare potuisset Chrysostomus, qui non longius a Græcia positus, immo Græcorum fuerit patriarcha. Hæc Florentinius; cujus profecto dubitatio si vim aliquam habeat, corruat penitus Epistolæ nostræ auctoritas necesse est.

1. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. col. 179.
2. Δείμωμεν. οἰκοδομήσωμεν. Hesych.
3. *Sauss.* de Glor. S. Andr. sub fin. in Vindic. pag. 23.
4. *Florent.* Vet. occid. eccl. Martyr. pag. 117.
5. *Joan. Chrys.* in Epist. ad Heb. hom. XXVI. §. 2. opp. tom. XII. p. 237.

Hanc autem difficultatem quam Tillemontium in primis ac Woogum prætenriisse mirari subit, facili negotio tolli existimavit Lequienius [1], si dicamus, Andreæ cujus corpus a Constantio imperatore fuerat Constantinopolim translatum, propterea mentionem haud fecisse Chrysostomum, quod utique non in urbe regia, sed Antiochiæ habuerit homilias in Epistolam ad Hebræos. Verum minus apposite id conjecisse vir doctus videtur, adeoque viget adhuc objectio. Has enim homilias Constantinopoli habuisse Chrysostomum, quum jam esset episcopus, post Tillemontium [2] Montfauconius evincit [3]. Existimamus itaque potius vel locum esse corruptum, vel memoria lapsum sanctum Doctorem. Et prior quidem conjectura in eo innititur, quod eædem homiliæ, *ἀπὸ σημείων*, *ex notis* eductæ, post obitum demum Chrysostomi fuerint evulgatæ; *ἀπὸ σημείων*, inquam, seu ex ductibus calami brevioribus, quibus voces & verba tachigraphi describebant, ut norunt eruditi; ex quibus ergo *notis* plano & vulgari modo litteris traditum opus, in lucem exinde fuit prolatum. His accedit, varia fuisse harum homiliarum exemplaria, in quibus colligendis describendisque alii tunc temporis feliciorem quam Constantinus operam posuisse feruntur; qua de re plura doctissimus Chrysostomi operum editor [4]; ut proinde haud absona videatur suspicio, textum allatum librariorum culpa in mendo cubare; eo in primis nomine, quod de *Petri* quidem & *Paulli* & *Joannis sepulcris* dubitet nemo; de *Thomæ* autem sepulcro non ita certum, ut ad eum locum recte adnotat Montfauconius.

Quod si cui sententia isthæc minus arrideat, memoria heic lapsum S. Patrem opinari fas erit: cujus rei exempla in aliis ejus operibus haud raro deprehendas [5]. Quæ quidem conjectatio magis placet. Quomodo enim Andreæ Apostoli sepulcrum potuit ignorasse Chrysostomus; quem nimirum corporis ejus translationem ex Achaja Constantinopolim a Constantio anno 357. peractam, haud latuisse demum liquet? Sic enim ille [6]: *Christi servorum splendida sunt etiam sepulcra, ut quæ urbem præstantissimam ac regiam occupaverint; & dies noti atque clari, qui festi a toto orbe celebrentur. —— Atque id non Romæ solum fieri quispiam viderit, sed etiam Constantinopoli. Nam & heic quoque Constantinum magnum filius* (Constantius) *ita demum ingenti honore se affecturum existimavit, si eum in piscatoris* (Andreæ) *vestibulo conderet:* in vestibulo scilicet ecclesiæ Apostolorum, ubi sanctorum Andreæ, Lucæ ac Timothei corpora recondita perhibentur. Quo sane respiciens vetustus auctor homiliæ in illud, *In principio erat Verbum*, inter opera ipsius Chrysostomi [7], habitæ ut videtur anno 381. hæc habet: *Trinitas Apostolorum* (Andreæ, Lucæ ac Timothei) *testis est cælestis Trinitatis*. Eodem plane sensu atque in eamdem sententiam, Gregorius quoque Nazianzenus [8]:

> Μοῦνον δ' ἄλγος ἔμεινεν ἐμοὶ, καὶ γέρας ἀνιγρόν.
> Ὦ μοι ἐμῆς τριάδος.
> „ *Ac mihi dumtaxat mansit dolor atque senectus molesta.*
> „ *Heu mea trias.* „

Qui & alibi [9], ad eorumdem sanctorum corporum translationem digitum intendens, eleganter dixit: *Valete Apostoli, præclara colonia, certaminis mei magistri.* Quæ quum ita sint, quis ergo rite dixerit ignorasse Chrysostomum, quod Gregorius Nazianzenus, quod Paullinus, quod Hieronymus, quod reliqui antiqui scriptores ecclesiastici, de S. Andreæ Apostoli corpore, Patris Achajæ in urbem regiam translato, litteris tradiderunt? Superest igitur, quod modo dicebamus, ut suspicemur vel mendosum esse locum nobis objectum; vel si mavis, memoria lapsum sanctum Doctorem, dum ea verba e suggestu proferret.

VI. Inter objectiones vero gravioris momenti ea potior existimatur, quæ ex voce *τριάδος* desumitur sub Epistolæ initium occurrente; quam, inquiunt censores, in vetustissimis ecclesiasticis monumentis vix ac ne vix quidem fortasse invenias: perinde ac si omnia scripta nobis superessent, quæ scriptores apostolici aut ævo apostolico proximi, Papias, Quadratus, Aristides, Agrippa Castor, Aristo Pellæus aliique litteris tradidere. Atqui antiquius est nomen *τριάδος*, quam ut passim existimetur; tertio enim, quin & secundo Ecclesiæ sæculo usurpatum comperitur: quod sane miror fugisse Svicerum [10]. Dionysius Alexandrinus [11]: *Οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν* ΤΡΙΑΔΑ *τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον· καὶ τὴν* ΤΡΙΑΔΑ *πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα.* „ Sic „ quidem nos indivisibilem Unitatem in TRINITATEM dilatamus; & TRINITATEM iterum quæ „ imminui nequit, in Unitatem contrahimus. „ Quo insuper vocabulo apud Basilium [12] iterum atque iterum utitur idem Dionysius. Huic episcopo Alexandrino *σύγχρονος* Gregorius Neocæsariensis [13]: ΤΡΙΑΣ *τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη κ. τ. λ.* „ TRINITAS perfecta, quæ „ gloria & æternitate ac regno non dividitur. „ cet. Origenes utroque antiquior [14]: *Τάχα γὰρ καὶ τισι τῶν μακαρίων δυνάμεων, καὶ ἐπαναβεβηκυιῶν, συγκρίσει τῶν πολλῶν γενητῶν, τὰ κάτω τῆς ἀρχικῆς* ΤΡΙΑΔΟΣ, *λόγον ἔχει ὅλος ὁ ἐνεστὼς αἰὼν ὡς πρὸς τὴν ζωὴν αὐτῶν, ὃν λόγον ἔχει ἡ παρ' ἀνθρώποις ἡμέρα πρὸς ὅλον τὸν δυνατὸν ἀνθρώπῳ ζῆν χρόνον.* „ Siquidem præsens ætas eamdem fortasse „ rationem habet ad vitam beatarum quarumdam „ potestatum, quæque genitis compluribus colla„ tæ, superiores his evaserunt quæ infra rerum „ omnium moderatricem TRINITATEM posita sunt; „ quam humanæ vitæ dies ad totum tempus ratio„ nem habet, ad quod hominis vita progredi pot„ est. „ Neque heic solum, sed alibi quoque vocem eamdem ab eo subinde usurpatam videas [15]. Vetustior adhuc Origene Clemens Alexandrinus [16]: *Οὐκ ἄλλως ἔγωγε ἐξακούω, ἢ τὴν ἁγίαν* ΤΡΙΑΔΑ *μηνύεσθαι· τρίτον μὲν γὰρ εἶναι, τὸ ἅγιον πνεῦμα· τὸν υἱὸν δὲ, δεύτερον, δι' οὗ πάντα ἐγένετο κατὰ*

1. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. p. 954.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XI. p. 378.
3. *Montf.* præfat. ad opp. Chrys. tom. XII. pag. V. §. IX.
4. Ibid. §. V. seqq.
5. *Montf.* Præf. ad tom. X. §. III. & alibi.
6. *Chrys.* hom. XXVI. in Epist. II. ad Cor. n. 5. tom. X. pag. 625.
7. *Chrys.* opp. tom. XII. pag. 421.
8. *Gr. Naz.* Carm. IX. tom. II. p. 79.
9. Id. Orat. XXXII. tom. I. p. 527.
10. *Svicer.* Thes. eccl. tom. II. pag. 1288.
11. Apud Athan. Epist. de sent. *Dionys.* tom. I. p. 255.
12. *Basil.* lib. de Spir. S. cap. XXIX. opp. tom. III. p. 61. edit. noviss.
13. *Greg.* Neoc. Expos. fid. pag. 1.
14. *Origen.* Comment. in *Matth.* tom. XV. n. 31. edit. noviss. tom. III. pag. 698.
15. Idem hom. IX. in *Exod.* n. 3. hom. XI. in *Num.* n. 8. in *Psal.* CXLIV. & lib. III. in *Cant. Cant.* —— Vid. opp. tom. II. pag. 163. 310. 843. & tom. III. pag. 84.
16. *Clem. Al.* Strom. lib. V. pag. 710. edit. Oxon. 1715.

βούλησιν τοῦ πατρός. „ Equidem iſta non niſi de „ ſancta TRINITATE accipio : & tertii quidem no- „ mine, Spiritum ſanctum ; ſecundi vero, Filium „ intelligo, per quem ex Patris voluntate facta „ ſunt omnia. „ Clementinum hunc locum exſcripſit item Euſebius [1]. His denique accedat Theophilus Antiochenus, qui ceteros ætate anteit [2]; Ωσαύτως καὶ αἱ τρεῖς ἡμέραι [πρὸ] τῶν φωστήρων γεγονυῖαι, τύποι εἰσὶν τῆς ΤΡΙΑΔΟΣ, τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Λόγου αὐτοῦ, καὶ τῆς Σοφίας αὐτοῦ. „ Similiter tres illi dies qui ante luminaria fuerunt, „ imago ſunt TRINITATIS; Dei, ejus Verbi, ejuſ- „ que Sapientiæ. „

Quid vero prohibet quin eccleſiæ Græcæ ſcriptoribus hactenus recenſitis, duos etiam Latinorum Patrum vetuſtiſſimos adjungamus? Tertullianus [3]: *Cuſtodiatur œconomiæ ſacramentum, quæ Unitatem in* TRINITATEM *diſponit, tres dirigens, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum .... Numerum & diſpoſitionem* TRINITATIS, *diviſionem præſumunt Unitatis: quando Unitas ex ſemetipſa derivans* TRINITATEM, *non deſtruatur ab illa, ſed adminiſtretur.* Paucisque interjectis: TRINITAS *per conſertos & connexos gradus a Patre decurrens, & monarchiæ nihil obſtrepit, & œconomiæ ſtatum protegit.* En alterum eccleſiæ Africanæ lumen, Cyprianus [4]: *In orationibus celebrandis invenimus obſervaſſe cum Daniele tres pueros in fide fortes & in captivitate victores, horam tertiam, ſextam, nonam; ſacramento ſcilicet* TRINITATIS, *quæ in noviſſimis temporibus manifeſtari habebat.* Quibus demum addere libet aliud illuſtre teſtimonium ex Actis ſinceris ſanctorum martyrum Fructuoſi, Augurii & Eulogii, ævo Cypriani memoriæ traditis. Sic autem ſe habet [5]: *Similes Ananiæ, Azariæ & Miſaeli exſtiterunt, ut etiam in illis* TRINITAS *divina cerneretur.*

Habes igitur tum Græcos tum Latinos Eccleſiæ Patres quibus ΤΡΙΑΔΟΣ vocabulum jam inde a ſæculo II. deſinente uſurpatum comperitur. Quod ſi adhuc ſuperarent vetuſtiorum ſcriptorum monumenta, non ad Theophili ſolum aut Tertulliani ætatem, ſed altius etiam aſſurgendi nobis fortaſſe facultas ſuppeteret, ad antiquiorem ejuſdem vocis uſum aſſerendum.

VII. Jam vero ad Græci textus integritatem adſtruendam, illud quoque objectionis genus expendere intereſt quod ex verbis ſub initium Epiſtolæ conſtitutis repetitur, prout exſtant in verſione Lipomaniana quæ heic exhibetur, ubi de ſancti Spiritus proceſſione profeſſio enuntiatur. Locum ſuperius §. II. protulimus. Magnus quidem Baronius haudquaquam rem acu tetigiſſe videtur, dum conjecit [6] in illam verſionem Græciſmum irrepſiſſe de Spiritu ſancto, *procedente ex Patre & in Filio permanente;* adeoque ei præferendam eſſe Mombritianæ editionis lectionem, qua effertur Spiritus ſanctus *procedere ex Patre & Filio.* Verum hanc in ſententiam profecto non deſcendiſſet eximius Annalium eccleſiaſticorum parens, ſi oculis luſtrare ipſi licuiſſet duo illa quorum ſupra meminimus Græca exemplaria, Huntingdonianum & Nanianum, quæ hoc loci corrupta & vitiata ut aſſeramus, nulla nobis ratio ſuppetit. Porro utrumque iſtud exemplar Lipomanianam lectionem firmat; exhibens Spiritum ſanctum, ἐκπορευόμενον ἐκ πατρὸς, καὶ ἐν υἱῷ διαμένον. Quod ſi Mombritianæ lectioni vetuſta exemplaria, eodem Baronio teſte, adſtipulantur; non deſunt ſane, quibus & Lipomaniana innitatur. Exſtat enimvero in noſtra bibliotheca [7] inſignis codex membranaceus elegantiſſime deſcriptus, atque auro picturiſque affabre delineatis exornatus: eſtque *Breviarium ſecundum conſuetudinem romane curie.* In eo autem poſt medium, ubi incipiunt *feſtivitates ſanctorum*, in feſto S. Andreæ Apoſtoli ſex lectiones habentur, ex Epiſtola eccleſiæ Achaicæ verbo tenus deſumtæ; in quarum prima, lectio Lipomaniana occurrit.

Quid quæris? Lectio iſthæc ſenſum ſanum omnino & catholicum habet; quippe quæ tametſi Latinum de ſancti Spiritus proceſſione a Patre & Filio dogma non exprimat; attamen neque Græcorum errorem de Spiritu ſancto a ſolo Patre procedente ullo pacto inſinuat. Quamobrem Patres Græci complures ejuſdem modi aut affini loquendi ratione uſi quandoque comperiuntur, quorum teſtimonia pleraque congeſſit in ſuis *Epigraphis* Joannes Veccus [8]. Neque aliter Græci orthodoxi recentiores, ut ex Conſtantini Meliteniotæ *Orationibus* vel maxime in promtu eſt colligere [9]. Quin & nonnulli Patres Latini locutionem eamdem uſurpaſſe noſcuntur: ut inter ceteros Gregorius Magnus, qui *Dialogorum* lib. II. cap. XXXVIII. juxta Græcam Zachariæ Papæ verſionem ſic ait: φανερὸν οὖν ὑπάρχει, ὅτι παράκλητον πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς προέρχεται, καὶ ἐν τῷ υἱῷ διαμένει. Id eſt, ſi verbum verbo reddatur: *Manifeſtum eſt igitur, quod Paracletus Spiritus a Patre procedit, & in Filio permanet.* Quæ eſt ipſiſſima Epiſtolæ Achaicæ ſententia, qua de agimus: quod quidem nemini hactenus animadverſum.

Neque vero ullo modo audiendus heic eſt (ut id obiter moneam) Jacobus Baſnagius, qui Zachariam pontificem Latina Gregorii I. Græce reddentem, deceſſoris ſui ſententiam penitus immutaſſe contendit; quique, quod gravius adhuc eſt, ipſum etiam, ſi diis placet, Græcorum contribulium ſuorum opinionem de ſancti Spiritus a ſolo Patre proceſſione, Gregorio Magno contra ejus mentem adjudicaſſe aſſeverat [10]. At quis demum de ſanctiſſimo pontifice atque graviſſimo, ſibi hoc in animum inducat? Illud potius dicendum foret, ſi re vera Græca ejus verſio a Latino Gregorii textu diſcrepaſſet, eam a Græcorum aliquo fuiſſe olim corruptam; præſertim quum eo nomine Joannes Diaconus jam dudum conqueſtus eſſe noſcatur [11]. At veriſimilior mihi videtur hac de re cl. Lequienii ſententia, cujus proinde verba huc adferre operæ pretium duco [12]: „ Quod ſpe- „ ctat, inquit, ad Gregorii locum, qui habetur „ lib. II. *Dialog.* cap. XXXVIII. ſincerus dicam, „ magis arridere lectionem quam præfert Græca „ translatio. Latinus contextus habet: *Quum enim* „ *conſtet, quia Paracletus Spiritus a Patre ſem-* „ *per procedat & Filio; cur ſe Filius receſſurum* „ *dicit, ut ille veniat qui a Filio numquam rece-* „ *dit?* Græca vero translatio: φανερὸν οὖν ὑπάρ- „ χει, ὅτι τὸ παράκλητον πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς „ προέρχεται, καὶ ἐν τῷ υἱῷ διαμένει. *Conſtat igi-*

1. *Euſeb.* Præp. evang. lib. XIII. cap. XIII. pag. 675.
2. *Theoph.* ad Autol. lib. II. §. XV.
3. *Tertull.* adv. Prax. capp. II. III. VIII.
4. *Cypr.* lib. de Orat. dom. pagg. 214. 215. edit. noviſſ. Pariſ.
5. *Ruinart.* Acta Martyr. pag. 192. §. IV.
6. *Baron.* ad Martyr. d. 30. Nov. not. a.
7. Bibl. PP. Congr. Orat. *Venet.* plut. V. not. E. 2.
8. *Vecc.* apud *Allat.* Græc. orth. tom. II. pag. 550. & ſeqq.
9. *Meliten.* ibid. pag. 786. ſeqq.
10. *Baſnag.* in Obſerv. ad *Caniſii* Theſ. tom. II. part. I. pag. 88.
11. *Joan. Diac.* Vit. S. Greg. PP. lib. IV. cap. LXXV.
12. *Lequien.* Diſſert. Damaſc. I. §. XXII. pag. XX.

,, *tur*, *quod Spiritus Paracletus ex Patre procedit, & in Filio manet*. Quum Gregorius mox inferendo subjungat, Spiritum a Filio numquam recedere; ut consentanea sit illatio, videtur omnino dixisse, *Spiritum manere in Filio*: velut nimirum lib. III. *Moral.* n. 92. ubi loquitur de modo quo Spiritus sanctus in justis habitat, concludendo ait: *Dissimiliter ergo in illo* (Filio) MANET, *a quo per naturam non recedit*. —— Quocirca dicendo in Dialogis, *Spiritum ex Patre procedere & in Filio manere*, nullatenus dissenserit a Vigilio Tapsensi, qui lib. XI. *de Trinit.* hæc omnia complexus fuerat: *Ego credo Filium in Patre*, inquit, *& Patrem in Filio; Spiritum quoque sanctum Paraclitum qui procedit a Patre, & Filii esse & Patris, quia & a Filio procedit*. Et paullo post: *Quod idem Spiritus Filii sit, multis scripturarum testimoniis probavimus, & quod totus* MANEAT *in Filio; & sicut procedit a Deo Patre, ita procedit a Filio, ut tota Trinitas unus credatur Deus*. ,, Hactenus vir doctissimus.

VIII. Age nunc, ad unam adhuc digrediamur difficultatem enodandam, super Ægeæ officio ac dignitate institutam: qua demum excussa, de reliquis levioribus lector eruditus judicium ferat. Scribit Sophronius [1], ut fertur, S. Andream cruci fuisse suffixum ὑπὸ τοῦ Αἰγέα τοῦ βασιλέως Εδεσσενῶν, *ab Ægea præfecto Edessenorum*, interprete Erasmo. Scaliger, quantus vir! miratur [2], Ægeam proconsulem *Edessenorum regem* Sophronio dictum, magisque miratur βασιλέα *præfectum* reddi ab Erasmo. Blondellus item in omnimodæ antiquitatis indagatione rimator acerrimus, satis fidenter suggillat auctorem, quem etiam aliud agens putat esse Pseudo-Dorotheum, dum scribit [3] ,, ipsum nugari, Andream Patris ab Ægea Edessenorum rege (quasi ex ultimo oriente in Achajam momento transvolaverit) crucifixum. ,, Scaligero adhæsit etiam accuratissimus Tillemontius [4]: eoque nomine Woogus insuper eumdem Sophronium ridet [5]. Ceteros si qui sunt, idem sentientes, præterimus.

Dolet enimvero, viros eruditissimos alia multa cum animo agitantes, illud demum quo de agimus, adeo perfunctorie expendisse. Nimirum, una tantum Edessa Mesopotamiæ urbs, haud longe ab Euphrate sita, ipsis obversabatur; ut proinde Sophronium de illa fuisse locutum existimarint: neque alterius Edessæ meminere, Macedoniæ regum sepulcris claræ, celebratæque in primis Joanni Cantacuzeno [6]. De utraque plura præ ceteris Spanhemius [7], Lequienius [8] & Bayerus [9]. Vetustior est autem, saltem nomine tenus, Macedonica Edessa: ex hac enim nuncupata fuit altera in regione Osrhoenica posita, *quæ*, teste Plinio [10], *quondam Antiochia dicebatur*, atque a fonte perlucidis undis illic fluente, *Callirrhoe*: nomenque *Edessæ* inditum eidem fuisse perhibetur a Macedonibus, postquam ab Alexandri M. temporibus sunt illa potiti. Non est igitur cur in ultimum orientem cum Blondello transmigrare cogamur, ut Sophronii *Ægeam Edessenorum regem* invisamus. Discimus enim ex Tacito [11], Achajam & Macedoniam imperio proconsulari fuisse subjectas. Hinc itaque mirari haud subit, Ægeam qui fertur proconsul Achajæ, censeri & Edessæ Macedonicæ regem; adeoque ab hac urbe digressum, Patras Achæas perrexisse, ut perhibet Epistola nostra. Proconsulis namque sedes Edessa fortasse fuerit, eamque respexerit Sophronius: ecclesia vero Achaica in Epistola, non sedis quidem locum, sed munus quo & in Achajæ provincia fungebatur proconsul, attenderit.

Neque vero quis putet anxio animo nos esse aut solicito, quod Ægeam βασιλέα Sophronius appellet. Haud enim una esse hujus vocis significatio comperitur; neque illa demum abutuntur vetusti scriptores, quo *regem* constanter exprimere velint, ut ex antiquis Lexicographis liquet. Hesychius: Βασιλεῖς. οἱ δικασταὶ, παρὰ Ηροδότῳ, οἱ βασιλεῖ παρόνομον ἐργαζομένῳ ἐναντιούμενοι. Ad quem locum plura erudite Joannes Alberti [12]. Phavorinus item: Βασιλῆας λέγει Ησίοδος τοὺς δικαστὰς καὶ τοὺς ἄρχοντας. οὕτω γὰρ αὐτοὺς ἐκάλουν οἱ παλαιοί. ὡς Ομηρος· Αλλ' ἤτοι βασιλῆες Αχαιῶν εἰσὶ καὶ ἄλλοι. Quæ quidem Homeri verba [13] loco quo de agimus, mire quadrare nemo non videt. Eamdem in sententiam Maussacus quoque ad Harpocrationem v. βασιλικὴ διαδρομὴ, unum e novem magistratibus Atheniensibus βασιλέα fuisse vocatum, se latius docturum promiserat vv. θεσμοθέται & πολέμαρχος: quod tamen sui oblitus, haud præstitit. Hinc ergo liquido apparet, immerito argui Erasmum eo nomine, quod βασιλέα Sophronii *præfectum* reddiderit.

Verum in isto Sophroniano loco enucleando immorari adhuc parumper liceat. Nobis nimirum discutientibus Sophronii verba, deque Macedonica Edessa illa esse accipienda probe intelligentibus, illud etiam Trogi Pompeii apud Justinum [14] opportune succurrit: *Caranus*, inquit, *cum magna multitudine Græcorum, sedes in Macedonia responso oraculi jussus quærere, quum in Emathiam venisset, urbem Edessam occupavit*. —— Hanc autem *urbem ob memoriam muneris*, ÆGEAS; populum; ÆGEATAS *vocavit*. Justino concinit Plinius, apud quem occurrit [15] *oppidum* ÆGE, *in quo mos sepeliri reges* Macedonum. Edessam itaque habemus in Macedonia sitam, primitusque vocatam ÆGEAM. Quæ quidem urbs, Vossio monente [16], scriptoribus Græcis dicitur Αἰγαὶ, Αἰγαία & Αἴγεια: unde ἐθνικὸν est Αἰγαιάτης, vel Αἰγειάτης. Hæc vero dum recolo, variæ mihi subortæ suspiciones. Quum enim noverim proprium proconsulis nomen sub quo passus perhibetur S. Andreas, diversimode apud Ecclesiæ scriptores efferri; aliis namque vocatur Αἰγέας [17], aliis vero Αἰγαιάτης [18]: quid demum ea de varietate augurabar dicere lubet. Sophronium nimirum, sive scriptorem vetustiorem quem ipsemet secutus fuerit, nomine proconsulis proprio prætereito, hujusmodi verba, ὑπὸ τοῦ βασιλέως Εδεσσενῶν, tantummodo litteris primo tradidisse putabam:

1. *Sophr.* apud Fabric. bibl. eccles. pag. 225.
2. *Scalig.* Animad. in Chron. Euseb. ad ann. MMCCCLXXIV. pag. 256.
3. *Blond.* lib. de Episc. & Presb. apud *Fabr.* de vit. & mort. Mosis, pag. 496.
4. *Tillem.* Mem. eccl. tom. I. pag. 320. not. I.
5. *Woog.* Exercit. II. pag. 101.
6. *Cantac.* Hist. lib. I. cap. LIV. lib. IV. cap. XIX. & alibi.
7. *Spanh.* de præst. Numism. tom. I. pagg. 127. 128.
8. *Lequien.* Or. Chr. tom. II. pagg. 79. 953.
9. *Bayer.* Hist. Osrhoen. pag. 13. seq.
10. *Plin.* Hist. lib. IV. cap. XXIV.
11. *Tacit.* Annal. lib. I. capp. LXXVI. LXXX.
12. *Alb.* ad Hesych. tom. I. pag. 699.
13. *Hom.* Odyss. A. 394.
14. *Justin.* Hist. lib. VII. cap. I.
15. *Plin.* Hist. lib. IV. cap. IX.
16. *Voss.* ad Pomp. Mel. lib. II. cap. III. pag. 140. edit. I.
17. *Sophron.* apud Fabric. bibl. eccles. pag. 225. alii.
18. *Menol. Græc. Basil.* part. I. pag. 221. *Pseudo-Doroth.* apud Cang. Chron. Pasch. pag. 435. *Niceph.* Hist. eccl. lib. II. cap. XXXIX.

quem quidem locum ne quis acciperet de Osrhoenica Edessa, vir aliquis eruditus codicis Sophroniani oræ adleverit vetus urbis nomen Αἰγαὶ, indeque formatum gentile Αἰγαιάτης: quorum unum alterumve postea librarius indoctus e textu excidisse conjiciens, adeoque ipsi intexendum existimans, exscripserit suoque exemplari inseruerit: atque ita deinceps velut proprium præfecti urbis nomen habitum, a reliquis deinceps scriptoribus fuerit subinde usurpatum; unde tandem in nostræ quoque Epistolæ Achaicæ exemplaria dimanarit.

At hoc demum est hariolari. Illud potius fortasse dicendum, Ægeam quidem fuisse vocatum qui Edessæ ac Patris præfuerit: verumtamen non ideo statim colligas velim, ipsum gente fuisse Græcum, non Romanum; adeoque proconsulis aut consulis munus eidem rite conferri haud potuisse. Romanos enim quandoque ab urbibus & populis nomina usurpasse, neque etiam a cognominibus Græcis ubi adsciscendis abhorruisse, viri doctissimi Ursinus [1], Panvinius [2] & Sigonius prodiderunt: ut proinde ab *Ægea* sive ab *Ægeatis*, Macedonicorum Edessenorum urbe ac populo, Ægeas item noster appellari potuerit. Si quis vero eum fuisse origine Græcum contendat; quod sane fratris ejus nomen qui *Stratocles* audit, suadere videtur: haud equidem repugnaverim. Neque enim demum insolens, urbium regimen & Græcis tradidisse Romanos, ut e nummis antiquis liquet: e quibus discimus [3], Aristarchum Damonis, Metrodorum Meneclis, Nicostratum Callistrati & Æschrionem Lysiæ filios, *Patrensium* prætores fuisse. Qui ergo præerat Edessæ noster Ægeas, Patrarum quoque præfectus fuerit, non dignitate proconsulari, sed consulis titulo insignitus, ut ex nostra Epistola constat; ubi non ἀνθύπατος, sed ὕπατος tantum vocatur: quo quidem nomine *Viri primarii & Proceres* quandoque designantur; hisque passim, maxime urbium & civitatum præfectis, consularis dignitas ab imperatoribus concessa legitur, ut videre est apud Cangium in utroque Glossario [4]. At de his hactenus. Cetera enim leviora quæ sive ad minuendam Epistolæ nostræ auctoritatem, sive ad ejus integritatem evertendam objici solent, consulto præterimus; ne scilicet minutiora persequi, neve nihil omittere velle videamur: si quis autem ea nosse cupit, nuperum editorem Lipsiensem adeat.

IX. Quod superest, in tempus inquisituris quo scripta fuit hæc Epistola ecclesiæ Achaicæ, nobis primum esset definiendum, quo demum anno B. Andreas Apostolus martyrium passus censeatur: hoc enim semel explorato, illud etiam levi negotio statui posse intelligitur: siquidem ex eadem Epistola constat, ab Achajæ presbyteris & diaconis illam fuisse perscriptam, qui sancti Apostoli certamini spectatores interfuisse perhibentur. Verum deficientibus penitus solidioris antiquitatis monumentis, conjecturis tantum rem transfigunt criticorum filii. Alii siquidem [5] anno æræ Christianæ LXVI. aut LXX. B. Andream passum existimant. Alii vero [6] anno imperii Vespasiani primo, vel saltem ipso adhuc imperante. Alii demum [7] sub Domitiano. Quum autem omnino inexplorata res habeatur, recentioresque pro animi arbitrio huic vel illi sententiæ adhæreant; nos itaque, donec in obscuro tramite dux tutior præeat, cunctabundi licet, circa Christi annum LXXX. cruci affixum S. Andream Apostolum martyrium consummasse, adeoque mox fuisse perscriptam circumlatamque ecclesiæ Achaicæ Epistolam existimamus.

Mirabitur fortasse quispiam, nos vel longius quam par sit B. Apostoli vitam protrahere, vel potius ipsum imperio Vespasiani desinente, martyrio sublatum asserere, quem tamen Christianorum persecutorem fuisse nemo dixerit. Ad primum vero quod attinet, objectioni occurrimus magnum Baronium affectati; qui de novissimo lustro, & quidem sub Vespasiano peracto verba faciens [8], locum ex Plinio recitat ex quo plane comperimus, his ipsis temporibus complures ultra centesimum annum vitam duxisse: ut proinde pro monstro haberi nequeat, si ea tempestate nonnulli ex Apostolis, ut de Joanne Evangelista deque aliquot Apostolorum discipulis saltem liquet, longæva ætate decessisse dicantur: eo in primis nomine, quod divina etiam agente dispensatione id accidisse potuerit; ut scilicet evangelii prædicatio latius pateret in dies, Christianaque fides in animis credentium altiores ageret radices, atque ita demum nascenti Christi ecclesiæ satis consultum foret.

Neque magis urget altera objectio, ab imperio Vespasiani nomini Christiano haud infesto petita. Nullum quidem in Ecclesiam ab eo latum edictum uspiam occurrit, accedente in primis teste locupletissimo Tertulliano [9]: *Quales*, inquit, *leges istæ quas adversus nos, soli exsequuntur impii? — quas nullus Vespasianus, quamquam Judæorum debellator — impressit?* quo sane sensu accipiendus etiam videtur Eusebius, ubi scribit [10] *Vespasianum* μηδὲν καθ' ἡμῶν ἄτοπον *animo agitasse*. Hinc tamen haud colligendum arbitror, numquam infenso atque inimico animo in Christianos fuisse Vespasianum, neque ulla omnino injuria eos aliquando affecisse. Contrarium docet Hilarius [11]: *Anne*, ait, — *Paullus* — *Nerone se, credo, Vespasiano aut Decio patrocinantibus tuebatur, quorum in nos odiis confessio divinæ prædicationis effloruit?* Hilario adstipulatur Theodoritus [12]: Τῶν δὲ ἁλιέων καὶ τελωνῶν καὶ σκηνοῤῥάφου τοὺς νόμους, οὐ Γάϊος ἴσχυσεν, οὐ Κλαύδιος καταλῦσαι, οὐ Νέρων ὁ μετ' ἐκείνους· καὶ ταῦτα, δύο τῶν νομοθετῶν τοὺς ἀρίστους κατακονίσας· καὶ γὰρ τὸν Πέτρον ἐκεῖνος καὶ τὸν Παῦλον ἀνεῖλεν· ἀλλ' οὐ ξυνανεῖλε τοῖς νομοθέταις τοὺς νόμους, οὐκ Οὐεσπασιανὸς, οὐ Τίτος, οὐ Δομετιανὸς, καὶ ταῦτα, πολλοῖς κατ' αὐτῶν, καὶ παντοδαποῖς χρησάμενος μηχανήμασι. Id est: „ Piscatorum autem & publicanorum tentoriorumque sutoris leges, non „ Cajus, non Claudius dissolvere potuerunt, neque illorum successor Nero: hic enim tametsi „ duos optimos legislatores sustulerit; Petrum nam„ que ac Paullum interfici jussit; at certe leges „ cum legislatoribus haud sustulit. Non Vespasia„ nus, non Titus, non Domitianus; quamquam „ multis ac omnigenis machinationibus eas oppu„ gnare contenderit. „

Neque demum putes laudatos Patres sibi invicem adversari: convenient enim, ut recte Haver-

1. *F. Ursin.* de Famil. Rom. v. *Pinariam gent.* tom. VII, Thes. Antiqq. Rom. pag. 1297.
2. *Panv.* & *Sigon.* de Nom. Rom. tom. II. Thes. Antiqq. Rom. pagg. 976. 1013.
3. *Hard.* opp. select. pag. 132.
4. *Cang.* Gloss. Græc. v. *Ὕπατοι*, & Latin. v. *Hypatus*.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. I. pag. 593.
6. *Baill.* Vies des Saints tom. III. pag. 461. *Woog.* Exercit. II. pag 109.
7. *Florentin.* Vet. occid. eccl. Martyr. pag. 119.
8. *Baron.* ad ann. 76. §. II.
9. *Tertul.* Apolog. cap. V.
10. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XVII.
11. *Hilar.* lib. contr. Arian. n. 3.
12. *Theodor.* Græc. affect. curat. Dial. IX. tom. IV. p. 611.

campus [1], si dixeris id quod res est, Ecclesiæ persecutores ab Hilario ac Theodorito memoratos, tecte quidem omnes, non vero aperta vi, ut Nero, ut Domitianus, fuisse grassatos. Ad Vespasianum sane quod attinet, magis adhuc in ea sententia confirmor ex Hegesippo; qui apud Eusebium testatur [2], eumdem imperatorem *post expugnatam Hierosolymorum civitatem, eos qui a Davide genus ducerent perquiri jussisse, ne quisquam apud Judæos ex regia stirpe superesset: eaque ex caussa gravissimam rursus persecutionem Judæis illatam fuisse*. Quod quidem iterum atque iterum a Domitiano atque Trajano factitatum scribit idem Eusebius [3]. Quum autem persecutio contra Judæos sub his duobus postremis imperatoribus, in Christianos etiam invaserit; quidni porro in Vespasianea quoque id acciderit? In primis vero si attendas, tunc temporis & deinceps, Judæorum nomine fuisse vocatos qui Christiana professione censerentur. Quibus addas maxime velim, Vespasianum propterea de Davidis progenie tollenda cogitasse, ut cum Baronio loquar [4], quia ex Josepho aliisque resciret, oraculis prophetarum fuisse prædictum, ex illius regis familia hominem regnaturum, cujus imperium esset æternum. Hinc ergo sibi suisque prospiciens idem imperator, ex Davidica stirpe prognatos fuit persecutus: adeoque ne Apostolis quidem qui ex Judæa erant, quique Christum regem a prophetis prænuntiatum prædicabant ubique, ipsemet pepercisse putandus.

Quid quod nonnulla in vetustis monumentis supersunt adhuc vestigia, unde conjicere jure liceat, a Vespasiano aliquando in Christianos sævitum? Exstat apud Gruterum [5] inscriptio hujusmodi:

IMP. VESPASIANO. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT
IIII. COS. VIII. DESIG. VIIII. P. P
SACRARVM AEDIVM
RESTITVTORI
ET. RITVVM. ANTIQVOR
CONSERVATORI
SODALES. TITII

Huic geminæ ibidem aliæ duæ occurrunt [6]. „ Quarum inscriptionum sententia ut pateat, verbis „ utor eruditi Walchii [7], probe sciendum est, ve„ teres plurium numinum cultores eam potissimum „ ob caussam de strage cruenta Christianorum glo„ riatos fuisse, quod illa patriam religionem opti„ me conservari sibi persuadebant: ut, si majorum „ sacra ab injuria & contemtu defendere eorum„ que dignitatem tueri quis vellet, id sine Chri„ stianorum oppressione eorumque religionis ever„ sione, nullo modo rite fieri posset. — Hæc „ vero quum ita sint, qui non videat arbitror fo„ re neminem, saxa in quibus propter conserva„ tionem antiqui numinum cultus, gratiæ impe„ ratoribus ea tempestate peractæ sunt, ab illis „ quæ diserte de deleto nomine Christiano loquun„ tur, quatenus eorum argumentum ac sententiam „ cogitamus, nulla ratione diversa fuisse; quo„ niam ipsa hæc profanæ religionis defensio, in „ oppugnatione Christianæ maxime posita erat. — „ Quare licet VESPASIANUS in lapide modo ad„ ducto non CHRISTIANORUM HOSTIS, sed ANTI„ QUORUM RITUUM CONSERVATOR fuerit appella„ tus; attamen tantum abest ut saxum hoc ad Chri„ stianos haud respiciat, ut potius ob eamdem „ caussam propter quam & Neroni & Diocletia„ no tropæa posita sunt, ob conservationem nimi„ rum superstitiosi numinum cultus, insculptum il„ lud esse definiam. „ Hæc aliaque plura in eamdem sententiam V. C. Quæ quidem magis magisque confirmat iste sepulcralis lapis, a nostro Aringo evulgatus [8]:

SIC PREMIA SERVAS VESPASIANE DIRE
CIVITAS UBI GLORIE TUE AUTORI
PREMIATUS ES MORTE GAUDENTI LETARE
PROMISIT ISTE DAT KRISTUS OMNIA TIBI
QUI ALIUM PARAVIT THEATRUM IN CELO.

Ubi consule sis eruditum editorem. Neque fortasse alienum erit, aliud in hanc rem testimonium petere ab Actis S. Apollinaris, non illis quidem interpolatis aut confictis, sed iis quæ medio sæculo VII. Maurus archiepiscopus Ravennas laminis argenteis inscribi curavit, ut refert Agnellus [9]. Rem enarrat anonymus auctor *Spicilegii Ravennatis historiæ* hisce verbis [10]: *Duæ in eodem sepulcro inveniuntur argenteæ laminæ*, (anno 1173. detectæ.) — *In prima legebantur ista*: ORTUS AB ANTIOCHIA BEATUS APOLLINARIS. — HIC FUSTIBUS CÆSUS EST. DIUTIUS SUPER PRUNAS STETIT NUDIS PEDIBUS. EQUULEO APPENSUS, DENUO VERBERATUS, SUPER PLAGAS AQUAM RECEPIT FERVIDAM. — DEFUNCTUS EST SUB VESPASIANO CÆSARE AUGUSTO X. KALENDARUM AUGUSTARUM.

Haud equidem nescio, Mamachium V. C. cum apud Hilarium loco superius adducto, tum in his S. Apollinaris Actis, *Vespasiani* vocabulo *Domitianum* designatum censere [11]; quem quidem persecutorem fuisse, non item Vespasianum constat: eo vel maxime, inquit, quod in antiquis monumentis *Domitianus* quandoque *Vespasianus* etiam vocitetur, ut patet ex inscriptione apud Hermolaum Barbarum *ad Plinii præfat.* quæ sic se habet: IMP. CÆS. DOMITIANUS. VESP. AUG. GERM. JOVI. VI-

1. *Haverc.* ad Tertull. Apolog. pag. 62. not. 30.
2. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XII.
3. Id. ibid. capp. XIX. XXXII.
4. *Baron.* ad ann. 73. §. XI.
5. *Grut.* p. CCXLIII. inscript. 5.
6. Ibid. p. CCXLIV. inscript. 7. & p. CCLXX. inscript. 2.
7. *Walch.* Explan. Persec. Neron. cap. III. §. 6. pag. LXXVII. seqq.
8. *Aring.* Rom. subterr. lib. III. cap. XXII. pag. 602.
9. *Agnell.* lib. Pontif. inter scriptor. rer. Ital. tom. II. part. I. p. 144.
10. *Anon.* Spicil. Ravenn. hist. ibid. tom. I. part. II. p. 541. Vide sis quæ de *Vespasiani* jussione refert idem auctor l. c. pag. 533.
11. *Mamach.* Originn. & Antiqq. Christ. tom. I. pag. 421. not. 6.

CTORI. Ejusdem item sententiæ sectator fuerat Aringus, titulum sepulcralem modo allatum exponens. Quid loquar? Esto: patris nomen assumserit suoque addiderit Domitianus, adeoque DOMITIANUS-VESPASIANUS fuerit aliquando appellatus: quod sane tum ex marmoribus tum ex nummis de Tito etiam liquet. Verum ut rem tandem conficiat vir doctus, vimque auctoritatum atque inscriptionum quas in medium modo protulimus prorsus infringat, monumentum aliquod meo quidem judicio excitet necesse est indubitanter Domitianeum; quo nimirum compertum fiat Domitianum, proprio nomine omisso, *Vespasianum* simpliciter fuisse vocatum. Interim vero donec id præstet, Vespasianum patrem allatis in locis accipere nobis per ipsum liceat.

Vix dum hæc scripseram, quum elegantem Laurentii Pataroli epistolam legere contigit [1], qua vir eruditus singulare numisma illustrans hujusmodi inscriptione signatum, ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΝΕΩΤΕΡΟΣ, Tito Vespasiani filio ipsum asserit. Aliter tamen statuerat doctissimus Harduinus, qui primus idem numisma vulgavit [2]: cautius vero Froelichius, vir in re nummaria facile princeps [3]. Verum utcumque demum res se habeat, hujusce numismatis auctoritate neque sententiam nostram de Christianorum persecutore Vespasiano everti, neque oppositam Mamachii conjecturam fulciri nemo non videt: siquidem in monumentis quæ adtulimus, nullus character nullaque peculiaris nota perhibetur, ut heic sane vox ΝΕΩΤΕΡΟΣ, cujus vi alium a Vespasiano patre agnoscere jure cogamur.

Sed ecce tibi alium obicem, hunc ipsum locum attingentem quo de agimus, haud sane prætergrediendum. Observat nimirum Florentinius [4] quem deinde secutus est Tillemontius [5], Ægeam proconsulem ita sanctum Apostolum fuisse allocutum [6]: *Tu es Andreas, qui .... suades hominibus superstitiosam illam sectam quam nuper detectam* ROMANI PRINCIPES *exterminari jusserunt*? Unde viro erudito verba illa in numero multitudinis *Romani principes*, Domitianum respicere omnino videntur, qui secundam post Neronem persecutionem movit: quumque haud verisimile censeat ad tam longævam ætatem pervenisse sanctum Apostolum, ut sæculo I. exeunte sub eo imperatore passus existimetur; hinc Epistolæ ecclesiæ Achaicæ sinceritatem in dubium revocandi occasionem captat. At isthæc demum objectio tanti non est, ut negotium nobis facessere videatur. Quo enim verbis illis *Romani principes*, sive ut in textu οἱ ἄρχοντες, sua veritas constet; nihil nos cogit, ut ad Domitiani usque tempus excurramus: immo vero nihil nos prohibet quin eadem verba sive de Vespasiano ejusque filiis Tito & Domitiano accipiamus; quorum hic usque ab anno LXIX. imperio Cæsareo exornatus, ille vero ann. LXXI. imperii collega fuerat renuntiatus; quosque præterea junctim inter persecutores a Theodorito recensitos superius vidimus; sive illa, quod fortasse magis placet, de præfectis in urbe intelligamus, quorum summa erat auctoritas. Qua de re locus exstat insignis apud Clementem Romanum [7], qui Paullum Apostolum ἐπὶ τῶν ἡγουμένων martyrio sublatum memoriæ tradidit: licet ex vetustis monumentis eum sub Nerone passum certo constet. Neque aliter S. Cyprianus [8]: *Huic*, inquit, *persecutioni quotidie insistunt præfecti in urbe, ut si qui sibi oblati fuerint, animadvertantur, & bona eorum fisco adjudicentur*. Quibus insuper addere libet Dionis verba, digna plane quæ in eamdem sententiam pensitentur. Sic autem ille [9]: Οὕτω μὲν δὴ τότε ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ δύο αὐτοκράτορσιν ἅμα ἐδούλευσε, Νέρωνι καὶ Ἡλίῳ. Viden' Helium sive summa potestate, sive nominis dignitate Neroni comparatum? Quorsum vero hæc, inquies? Nimirum, ut evincamus, ex Epistolæ nostræ verbis, *Romani principes jusserunt*, minus recte colligi Neronem & Domitianum iis necessario indicatos: quum & præfecti urbis in primis significari posse videantur; qui vel ab uno imperatore de vexandis Christianis latas leges edictis suis exsecutioni mandandas indicerent, vel novas etiam ferendi potestatem sibi sumerent, ut de Helio compertum. Cetera præterimus quæ alias præsto essent ad sententiam nostram magis magisque adstruendam; ne videlicet Tullianum illud nobis jure fortasse quis objiciat [10]: *Utitur in re non dubia testibus non necessariis*. Et hæc quidem de ecclesiæ Achaicæ Epistola satis sunto.

1. *Diar. Erud. Ital.* tom. XXVIII. pagg. 310. seqq.
2. *Hard.* Hist. Aug. inter opp. sel. pag. 733.
3. *Froel.* Quat. tentam. Dissertat. de utilit. rei numm. vet. cap. III. pag. 15.
4. *Florent.* vetust. occid. Eccl. Martyr. pag. 119.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. I. pag. 591.
6. Epist. Presb. Ach. cap. II.
7. *Clem. R.* Epist. I. ad Cor. cap. V.
8. *Cypr.* Epist. LXXX. pag. 238. edit. Oxon. 1682.
9. *Dio* lib. LXVII. pag. 720.
10. *Cic.* de Offic. lib. II. cap. II.

C A P U T V.

D E

ACTIS PAULLI ET THECLÆ.

S Y N O P S I S.

I. *Ad historicam veritatem* ACTORUM PAULLI ET THECLÆ *asserendam, argumenta ex Annalibus Baronianis petita, unde sua pæne omnia Grabius hausit. Quid de his Actis senserit Tertullianus, quid Hieronymus, quid etiam hos secutus Gelasius.* A

II. *Diluuntur objectiones, ex Hieronymo & Tertulliano desumtæ.*

III. *Theclæ Acta ex veterum testimoniis germana comprobare studet Ecclesiæ Annalium parens, ordinem quo scripta sunt persecutus: quibus alia pleraque addita. Quodnam demum de iisdem Actis ferendum judicium videatur.*

IV. *Editio Grabiana posterior heic typis excusa: cui tamen fragmentum Græcum satis longum accedit, ex ms. codice Huntingdoniano ab Hearnio evulgatum: unde Acta integra nunc primum prodeunt. Apposita utrimque textui Græco versio vetus & nova. Subjectæ notæ Grabianæ, nonnullis nostris intextis.*

I. DE ACTIS PAULLI ET THECLÆ verba facturi, Grabii argumenta [1] pro illis adstruendis adhibita heic describere satius ducebamus, quam eadem aliis verbis repetere. Verum quum is omnia B sua, si pauca excipias, ex Annalibus ecclesiasticis, tacito Baronii nomine, hausisse noscatur: magni potius eorumdem Annalium parentis de his Actis sententiam in medium proferre existimavimus; deinde nonnulla ejus dictis adjicere, sive ex ipso Grabio sive aliunde petita, quæ cum ad eadem Acta, tum in primis ad nostram eorum editionem pertinere visa sunt. Sic igitur noster Baronius [2]:

„ Quoniam vero Acta quædam, Theclæ nomine & Paulli ab Asiano presbytero quodam, ut auctor est Tertullianus [3], constat fuisse conficta, & sua ipsius confessione falsa omnino probata atque convicta: diligentiori studio, quænam illa fuerint, disquirenda sunt. Sed quid C de his Tertullianus scripserit, ut accurate omnia pervestigentur, heic in primis apponamus. Sunt hæc igitur ejus verba: *Quod si, quæ Paulli perperam scripta legunt, exemplum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt: sciant, in Asia presbyterum qui eam scripturam construxit quasi titulo Paulli de suo cumulans, convictum atque confessum id se amore Paulli fecisse, loco decessisse.* Hæc Tertullianus. Hieronymus autem eumdem citans auctorem sic ait [4]: *Igitur* περιόδους *Paulli & Theclæ, & totam baptizati leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus. Quale est enim, ut individuus comes Apostoli inter ceteras ejus res hoc solum ignoraverit?* D Hos vero secutus Gelasius, Acta Theclæ & Paulli inter apocrypha jure recensuit [5]. Sed quoniam feruntur Acta passionis Theclæ, quæ passim leguntur: an illa ipsa sint quæ prædictorum judicio damnantur, inspiciamus.

II. „ Quantum ad ea quæ Tertullianus primum, deinde Hieronymus de Actis Paulli & Theclæ scripserunt; satis perspectum habetur, Theclam evangelium prædicasse & baptizasse illis Actis spuriis contineri: insuper & (quod addit Hieronymus, qui eadem Acta legisse videtur) baptizati leonis fabulam: quæ quidem procul abhorrent ab Actis illis, quæ passionis Theclæ nomine inscripta leguntur; adeo ut nullam pati calumniam debeant, quasi ecclesiastica censura censeantur esse damnata. Sed si quis ea scilicet ratione, eadem rejicienda esse existimet, quod Lucas ne levem quidem de his fecerit mentionem, rursumque Hieronymi in eamdem sententiam verba velut spicula quædam intorqueat: ad hæc refellenda, illud satis esse potest, quod nimirum multa, eademque perinsignia, quorum ipse de se Paullus meminit, fuerint a Luca prætermissa: adeo ut inanis prorsus reddatur illa argumentatio, sua natura alioqui invalida: Lucas ea non scripsit: igitur non sunt facta.

„ Sed quoniam a nullo æquius ac vehementius quam a Hieronymo poterit Hieronymus refutari: quid idem ipse alibi in contrariam sententiam pro nostra causa dixit, recitemus. In commentariis quos scripsit in epistolam ad Galatas dum agit de pervulgata illa inter Petrum & Paullum oborta Antiochiæ contentione, quam Lucas silentio prætermisit, ut nec per nutum ejus meminerit, hæc ait [6]: *Nec mirum esse, si Lucas hanc rem tacuerit, quum & alia multa quæ Paullus sustinuisse se replicat, historiographi licentia prætermiserit: & non esse contrarium, si quod alius dignum putavit relatu, alius inter cetera dereliquit. Denique primum episcopum Antiochenæ ecclesiæ Petrum fuisse accepimus, & Romam exinde translatum: quod Lucas penitus omisit.* Hæc Hieronymus: quibus non solum in contrarium objecta refelluntur, sed nostra quoque validius confirmantur.

„ Verum nec illud admittimus Lucam perpetuum fuisse comitem Paulli: quando enim Lucas Paullo primum inhæserit, ex Actis liquet. Nimirum [7], Paullo iter in Macedoniam suscipienti Lucas Troade se se adjunxisse declarat: id enim ex loquendi usu ab ipso mutato, facile intelligi potest. Plures namque Paulli res gestas quum recensuisset sacer historicus, semper in scribendo tertia persona usus, ut, *fecit*, *dixit*, *abiit*: ubi vero de Paulli itinere in Macedoniam verba facit, mutato stilo quod ipse una cum ceteris Paullo præsto esset, se ipsum cum aliis adnumerans, hæc in prima persona, *quæsivimus*, *venimus*, & alia id genus plura in his

1. *Grab.* Spicileg. SS. PP. tom. I. pag. 87. seqq.
2. *Baron.* ad ann. 47. §§. II. & seqq.
3. *Tertull.* lib. de Baptism. cap. XVII.
4. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. VII.
5. *Conc. Rom.* in decret. de lib. apocr.
6. *Hieron.* in Epist. ad Gal. cap. II.
7. *Baron.* ad ann. 51. §. LXIII.

,, quæ narrare pergit, usurpat: ut proinde satis A pateat, ipsum his temporibus quibus Antiochia Syriæ missus, quas idem recenset Lucas regiones perlustravit, eidem nequaquam adhæsisse: ut nec sit adeo mirandum, si quæ non vidit, generatim tantum complexus, majore ex parte silentio præterierit. ,, Hæc Baronius: & jure quidem: ex primis enim Actuum Theclæ verbis liquet, historiam illam contigisse *ἀναβαίνοντος Παύλου εἰς Ἰκόνιον μετὰ τὴν φυγὴν τὴν ἀπὸ Ἀντιοχείας* ,, Adscendente Paullo Iconium post fugam ab Antiochia.

Huc usque Baronium audivimus Hieronymianæ objectioni occurrentem, e Lucæ silentio petitam. Verum Hieronymus Tertulliani quoque testimo- B nium iisdem Actis opponit his verbis: *Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum refert, presbyterum quemdam in Asia, σπουδαστὴν Apostoli Paulli, convictum a Joanne quod auctor esset libri, & confessum se hoc Paulli amore fecisse, loco excidisse*. Quæ quidem recolens Grabius, hæc habet [1]: ,, Hinc profecto constat, libellum istum fuisse Paulli nomine falso inscriptum. At vero illud adhuc in quæstione manet: utrum historia Theclæ in eo libro narrata, mera fuerit fabula a presbytero isto conficta; quum talis virgo & martyr sanctissima numquam exstiterit, istave egerit & passa fuerit pro fide Christiana, quam a Paullo didicisse fertur. Sane Tertulliani ver- C ba hoc non evincunt; sed solum, presbyteri istius Asiatici libellum perperam Paullo adscriptum, maleque in eo relatum esse volunt, quod Thecla ipsa docendi ac baptizandi munus exercuerit. Quid quod hoc ipsum si penitius inspicias, horum Actorum antiquitatem arguit? Sequioris enim ævi scriptor vix illud posuisset: neque ullus recentior muliebri sexui tale quid attribuisset, neque aut Paullum Apostolum munus istud sacrum injungentem, aut Theclam illud exercentem introduxisset. Primis temporibus hæc magis conveniunt, atque historiæ ecclesiarum Asiæ satis sunt congrua. In istis enim mulieres quasdam potestatem prædicandi in Ec- D clesia sibi arrogasse, colligitur ex verbis Paulli ad Timotheum Ephesi in Asia relictum ita scribentis [2]: *Mulier in silentio discat cum omni subjectione. Docere autem mulieri non permitto*. Quid quæso hac instructione Timotheo opus erat, nisi in Ephesina ecclesia feminæ sacrum istud munus ambiissent? Ita & in alia Asiatica ecclesia, Thyatiræ scilicet, *mulier Jezabel docebat, dicens se προφῆτιν esse*: id quod improbatur *Apoc.* II. 20. Hujusmodi mulierum in ecclesiis prædicantium patronus, iste quoque Asiaticus presbyter fuisse videtur, qui Acta Paulli & Theclæ scripsit: & ob id merito a sancto Joanne gradu suo dejectus est, ut a Tertullia- E no & Hieronymo memoriæ proditum. ,, Hactenus eruditus Grabius: qui & animadvertit, Hieronymum non *Theclæ fabulam*, sed *baptizati leonis fabulam* dixisse; quæ quidem fabula in nostris Actis haud legitur: ut proinde jure censeatur sanctus Pater aut Acta ista penitus ignorasse, aut in exemplar aliquod eorumdem Actorum depravatum incidisse.

III. Jam pergit Baronius. ,, His igitur in hunc modum objectionibus satis factum quum sit, reliquum est ut quibus testimoniis Theclæ passionis historia fulciatur stabiliaturque, in medium adducamus; ordinemque quo est scripta sequentes, eamdem testatam ac digne probatam reddamus. Habetur in primis in ea mentio de Onesiphoro [3] Paulli hospite: qui quidem esse putatur is, quem idem Paullus honorificentissime laudat ad Timotheum scribens [4]. Præterea agitur in eadem historia de Tryphæna [5]; quæ & illa creditur, quam ad Romanos idem Apostolus scribens, salutari mandat [6]: iidem enim tunc Romæ agebant, sicut & plerique alii discipulorum, qui ex oriente eo migrasse noscuntur; ut inter alios Aquila & Priscilla, quorum idem Apostolus meminit [7]. Continet etiam eadem historia [8], Theclam Paulli prædicatione ad fidem Christi esse conversam: id ipsum a Gregorio Nysseno [9] atque aliis qui de ea scripserunt, testatum habetur.

,, Legitur & in illa, Theclam jam viro desponsatam, amore pudicitiæ sponso nuntium remisisse. Cui quidem veritati Epiphanius in primis adstipulatur [10]. His item in nullo contradicentia loquitur Faustus apud Augustinum [11]: cujus assertiones quum ab Augustino refellantur, neque ad hanc rem (ut alias facere solitus est contra Manichæos) de apocrypha historia quidquam exceperit, ut de Actis Thomæ, Andreæ & aliorum, plane eidem non invitus consensisse videtur. Quod insuper in prædicta de passione Theclæ historia narratum habes; ipsam, ut custodem carceris quo Paullus Iconii detinebatur inclusus sibi conciliaret, gemmis ac muliebri mundo distractis, pecuniam inde acceptam illi donasse ut ad Paulli colloquium sibi pararet aditum: hoc ipsum Joannes Chrysostomus profitetur [12]. Rursum vero quæ in eadem historia de ira sponsi in eam concitata leguntur; quod ipso accusante ac crudeliter urgente, Thecla damnata fuit ad bestias, quæ mansuetæ divinitus factæ illi blandiebantur: ab Ambrosio egregie descripta habentur [13].

,, Quod præterea & ignes Thecla subiisse, ac illæsa remansisse, in eadem quoque scribatur historia: Cypriani (Antiocheni) ad Deum obtestatione testatum habes [14]. Itemque S. Zeno episcopus Veronensis, Gregorius Nazianzenus & Maximus Taurinensis, nonnulla de Thecla recitant quæ in nostris Actis occurrunt [15]. Addam & illa quæ pertinere ad eamdem rem videntur, pia scilicet sanctorum martyrum Terentii & sociorum ejus vota [16]. His similes preces leguntur in rebus gestis S. Julianæ in *Prato spirituali* [17]; ac denique in illis precibus quæ ex ritu ecclesiastico dici consueverunt, quum quis fidelis ex præsenti vita est proxime migraturus. Quod insuper in eadem legatur historia, pugnanti Theclæ divina virtute adstitisse

1. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. I. pagg. 88. 94. 334.
2. I. *Tim.* II. 11. 12.
3. *Act. Thecl.* cap. I.
4. II. *Tim.* I. 16.
5. *Act. Thecl.* cap. IX. seq. Vid. Martyrol. Rom. ad d. X. Nov.
6. *Rom.* XVI. 12.
7. I. *Cor.* XVI. 19.
8. *Act. Thecl.* cap. III.
9. Vid. infra Veter. testim. n. IX.
10. Ibid. n. VII.
11. Ibid. n. XV.
12. Ibid. n. XVI.
13. Ibid. n. X.
14. Ibid. n. III.
15. Ibid. n. VI. VIII. XX.
16. Ibid. n. XXIII.
17. Ibid. n. XXVIII.

,, perſonam, puto Angelum, humana imagine vultum Paulli præ ſe ferentem: id ipſum probatum habes in Actis ſanctæ Febroniæ [1], quæ ſancta Brienna accurate conſcripſit.

,, Præter hæc omnia, tandem ſcias, eumdem ,, Hieronymum quem adverſari vidimus mentitis ,, illis Actis Theclæ & Paulli, eidem hiſtoriæ ,, de paſſione Theclæ egregie adſtipulari. In ea ,, enim dum legitur, ipſam Apoſtoli cupidam Antiochiam Piſidiæ acceſſiſſe, quo illum profectum eſſe audierat; ab eodemque juſſam ad propria reverti, ne (quod idem ait I. *Cor.* IX. 12.) ,, poneret offendiculum evangelio: hæc ipſa, inquam, Hieronymus ad Oceanum ſcribens, comprobat hiſce verbis: *Thecla poſt tentationem paſſionis, Antiochiæ a Paullo probibetur pariter pergere*: cet. Sed miramur eam epiſtolam inconſulte nimis in tomum nonum una cum ſpuriis eſſe rejectam: fortaſſe quia in ea ex vita ,, S. Martini ſit acceptum exemplum. Sed quid ,, mirum, quum poſt annos viginti tres ab obitu ,, Martini Hieronymus vixerit? quum præſertim ,, auctore Severo certum ſit, res ab eo geſtas, ,, adhuc ipſo Martino vivente, eſſe editas. Ex ,, conſenſione præterea ejus epiſtolæ cum ea quam ,, ad Euſtochium dedit [2] de cuſtodia virginitatis, ,, in qua etiam, ſicuti in illa, meminit de agapetis virginibus, facile quiſque poterit intelligere eſſe Hieronymi: licet non a Hieronymo C tantum, ſed a Sophronio etiam, ut præ ſe fert ,, ejus titulus, ſcripta inveniatur.

,, Adhuc inſuper quæ in eadem de Thecla hiſtoria ſcripta habentur de Falconilla (quæ potius irrepſiſſe in eam, quam originaliter ſcripta ,, fuiſſe videantur, jureque in controverſiam deduci poſſint) ne ipſa quidem carent auctoritate ſanctiſſimi atque doctiſſimi viri Joannis Damaſceni, qui ejus meminit in ea oratione quam ,, *de his qui in fide ex bac vita deceſſerunt*, conſcripſit.,,

En Damaſceni locum a Baronio heic laudatum, inter veterum teſtimonia nobis inferius omiſſum [3]; Τί δὲ καὶ δυσαχθὲς τὸ πρᾶγμα νενόμισαι; μήτι τὴν D Φαλκονίλλαν ἡ πρωτομάρτυς οὐκ ἔσωσε μετὰ θάνατον; ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς, ὅτι αὕτη κατ' ἀξίαν, ἐπεὶ πρωτομάρτυς, καὶ ταύτης δέον εἰσακουσθῆναι τὴν δέησιν· ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτό φημι, καλῶς ἡ πρωτομάρτυς ἐκεῖ. σκόπει δὲ πάλιν, ὑπὲρ τινος ἡ αἴτησις· ὅτιπερ ὑπὲρ Ἑλληνίδος, εἰδωλολατρίδος τε, καὶ πάμπαν ἀνιέρου καὶ ἀλλοτρίου κυρίου ἐργάτιδος. ,, Quidnam autem eſt, cur hoc moleſtum & grave quibuſdam videatur? annon quæ prima in feminis ,, martyrium obiit, Phalconillæ vita functæ ſalutem attulit? At fortaſſe dices, id eam conſecutam eſſe, quod martyrum princeps erat. Recte, inquam ego, vis, illam fuiſſe martyrum ,, primam. Verum hoc velim rurſus conſideres, E pro quanam hæc poſtulabat? Nempe pro Gentili, idolorum cultrice, profanaque prorſus, ,, & quæ alieno domino operam locarat.,, Nonnullis vero interjectis, iis quæ de anima Trajani Gregorii M. precibus liberata enarravit, hæc iterum ſubdit: Ἰδοὺ τοῦτο τῆς Φαλκονίλλης ὑπέρτερον. ἐκείνη μὲν γὰρ οὐδενὸς ἄλλου κακοῦ παραίτιος γέ-

A γονεν· οὗτος δὲ πολλῶν μαρτύρων πικρὸν ἐνεστήσατο μόρον. ,, En hoc præſtantius eſt, quam quod de ,, Phalconilla refertur. Illa enim nullius (præter ,, cultum idolorum) ſceleris conſcia erat: hic vero plurimos martyres diriſſima morte affecit.,, Heic tamen adnotare intereſt, nonnullos magni nominis viros animo hærere, num hujus Orationis auctor fuerit Damaſcenus, ob hiſtoriolas in primis de Trajano & Phalconilla, quæ illius theologicum hujuſmodi effatum evertere videntur [4]: Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ θάνατος, τοῦτο τοῖς ἀγγέλοις ἡ ἔκπτωσις. μετὰ γὰρ τὴν ἔκπτωσιν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετάνοια, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν θάνατον. Id eſt ,, B *Sciendum autem, illud bominibus mortem præſtare, quod lapſus angelis. Poſt lapſum enim nulla ipſis pœnitentia eſt, uti nec bominibus poſt mortem*. Ad quem quidem locum: ,, Enimvero, inquit cl. Lequienius [5], quomodo hæc ,, cum placitis auctoris homiliæ *de defunctis* cohæreant, non capio: niſi forſan ad *abſolutam* ,, Dei potentiam confugiatur. Ceterum hic auctor, quicumque tandem ſit, ab erroris ſuſpicione liberari poſſit, propter illa quæ S. Thomas pro ejus defenſione ſcripſit [6]; cui adſtipulati ſunt alii theologi, præſertim qui B. Brigittæ revelationes Baſileenſi ſynodo præcipiente examinarunt; in quibus nempe Trajani ab ,, inferis exemtio perinde affirmatur.,, Hæc vir ille doctus. Qua de re præ ceteris conſule, ſi lubet, Sixtum Senenſem [7] ejuſque nuperum adnotatorem, nec non R. Simonium [8] qui ex Didaci Paivæ Andradii *orthodoxis explicationibus* plura in eamdem ſententiam excerpſit. Neque omittendus Allatius, qui de hiſce hiſtoriolis fuſe agit cum in *prolegomenis de Joanne Damaſceno* apud laudatum Lequienium [9], tum in *diſſertationibus de libris eccleſiaſticis Græcorum* [10]. Sed Baroniana proſequamur.

,, Quod vero [11] in Theclæ Actis, ad finem ,, ipſorum aſſeritur ipſam divinitus liberatam a ,, paratis triplicis generis mortis periculis, in ,, ſolitudinem ſeceſſiſſe, ibique perſeverantem nonagenariam deceſſiſſe: iſtud quidem ex omnibus illis nobis haud arridet, quum de his penes antiquiores quos recitavimus ſelectiſſimos ,, Patres verbum nullum; qui omnes de ipſa, ut ,, martyre & conſummata martyrio viſi ſint meminiſſe: potiſſimum vero Gregorius Nazianzenus, quum inter inſigniores martyres pro Chriſto necatos eam connumeret: & S. Ambroſius ,, cultor ſtudioſiſſimus ſanctæ Theclæ, in cujus ,, memoriam primaria eccleſia Mediolani fuit ,, erecta, inter alia hæc de ipſa [12]: *At certe Theclam non ſenectus, ſed virtus probavit*. ,, Ita ipſe, quum agit de velandis ſacris virginibus, in quibus mores potius quam ætatem ſpectandam proponit: & S. Auguſtinus, quum ,, agit de virginitate quæ debeat conjunctam habere humilitatem, ne per ſuperbiam virgo ſuper conjugatas ſe efferat, quas fortaſſe contingat coronari martyrio quo careat ipſa, ait [13]: ,, *Unde, inquam, ſcit ne forte ipſa nondum ſit* ,, *Thecla; jam ſit illa Criſpina?* conſummatam

1. *Act. Thecl.* Vid. infra veter. teſtim. n. IV.
2. Ibid. n. XI.
3. *Jo. Damaſc.* opp. tom. I. pagg. 587. 591. n. IX. & XVI.
4. Id. de fide orthod. lib. II. cap. IV. tom. I. p. 160.
5. *Lequien.* Diſſert. V. Damaſc. §. III. pag. LXIV.
6. *S. Thom.* Supplem. q. LXXV. a. V. ad V.
7. *Sixt. Sen.* Bibl. ſanct. lib. VI. adnott. XLVII. LI.
8. *Simon.* Lettr. choiſ. tom. III. pag. 153. & tom. IV. p. 196.
9. *Allat.* prolegom. de Jo. Damaſc. §. XXVII. & ſeq.
10. Id. Diſſert. II. ſive exam. in Libr. eccl. Græc. *de Triod.* pag. 119. ſeq. edit. Pariſ. 1644.
11. *Baron.* ad ann. 47. §. XIV.
12. *Ambroſ.* lib. de Virgin. n. 40. noviſſ. edit. BB. tom. II. p. 223.
13. *Aug.* de Virg. cap. XLIV. noviſſ. edit. BB. tom. VI. pag. 363.

„ plane martyrio Theclam ſignificans, dum con„ ſummatam martyrio conjugatam opponit, ut „ de martyrio facta comparatio æque reſpondeat.

„ Puto autem, quod deperditis antiquioribus „ Actis illis martyrii S. Theclæ, iiſdemque ab „ hæreticis depravatis; quæ omnium traditione „ præ ceteris prædicarentur de illa adeo inexſpe„ ctate liberata de tribus illis præparatis ſæviſ„ ſimis mortis periculis, ea ut magis ore omnium „ decantata tranſmiſſa fuiſſe ad poſteros. Qui ve„ ro poſtea ea ſcripſit, dum quo mortis genere „ conſummaverit ipſa martyrium, haud adeo ex„ ploratum habuerit, ſicut acceperat liberatam: „ ea opinandi atque ſcribendi occaſionem invene„ rit, ne pulcherrimam virginem relictam libe„ ram ex conſuetudine hominum in ſuſpicionem „ adduceret.

„ Quoniam vero [1] is qui habetur præ mani„ bus de Theclæ paſſione ſcriptus commentario„ lus, ſine nomine fertur; nullum ob id ipſa hi„ ſtoria ſolidæ auctoritatis diſpendium pati de„ bet: quandoquidem quæ in eo continentur, „ tam Græcorum quam Latinorum Patrum quos „ recenſuimus; pari conſenſione firmantur. Si „ vero de rebus tam antiquis recentiores non ſper„ nis, multa de ea teſtata habes ab Aldelmo [2] „ in ſuis, quos tam metro quam ſoluta oratione „ *de Virginitate* conſcripſit, libris. Inſuper & „ Witichindus Saxo, monachus Corbejenſis, no„ bilis ſuorum temporum hiſtoricus, ſcripſit, ut „ tradit Sigebertus [3], egregio poemate ejuſdem „ Theclæ paſſionem. „

Et hactenus quidem Baronius, in id potiſſimum incumbens ut ex teſtibus antiquioribus Theclæ Actis quæ hodie circumferuntur, ſervato hiſtoriæ ordine, fidem adſtruat: quibus inſuper alios haud paucos nos ipſi addidimus, omneſque pro temporum ratione diſpoſitos iiſdem Actis præmiſimus. Quod ſi res ex teſtium, & quidem vetuſtiſſimorum, auctoritate tranſigatur, haud parum roboris enimvero hujuſmodi Actis accedere videtur, ad hiſtoriæ veritatem ſaltem quod attinet. Neque enim heic oggerere quis poteſt quæ Hypatius Epheſinus epiſcopus Severianis pro Areopagiticis pugnantibus objiciebat his verbis [4]: *Si nullus ex antiquis recordatus eſt ea; unde nunc poteſtis oſtendere, quia illius ſint, neſcio:* quum contra, Methodius, Epiphanius, Gregorii Nazianzenus & Nyſſenus, Ambroſius, Auguſtinus, Joannes Chryſoſtomus aliique plures locupletiſſimi teſtes, pro Theclæ Actuum veritate ſtare noſcantur. Quibus denique addere libet poſt Grabium [5], Baſilium Seleucienſem ſive auctorem, quiſquis demum fuerit, qui Theclæ præclare geſta & certamina fuſe perſequitur, ſub initium præfationis teſtari „ *quod* hiſtoria *illa ab ſe per„ ſcripta, fuerit* ex alia quidem eaque vetuſtiore „ excerpta; ad ejus tamen exemplum ita concin„ nata, ut ejuſdem velut veſtigiis inſiſtat: „ ἐξ ἑτέρας μὲν καὶ παλαιοτέρας ἱστορίας ἐκληφθεῖσα, κατ' ἴχνος δὲ αὐτῆς ἐκείνης συντεθεῖσα. Hinc haud immerito exiſtimatur auctor ille *vetuſtiorem hiſtoriam* ad quam reſpexerit, appellaſſe Acta Theclæ, a presbytero Aſiatico ſub finem ſæculi I. litteris conſignata, Paullique nomine temere inſcripta, quæ Tertullianus ipſe perlegerit atque for-

A taſſe Hieronymus: ſi enim Acta noſtra exceperis, nullum aliud uſpiam occurrit ejuſmodi hiſtoriæ veſtigium, unde ſuam hauſerit ſcriptor is qui Baſilius Seleucienſis habetur: idque vel eo nomine admittendum putaverim, quod ejus opus iiſdem Actis preſſim, ſive ut ipſe loquitur, κατ' ἴχνος inhæreat.

In iis quidem, prout nunc exſtant, nonnulla legere eſt, quæ in corruptionis aut interpolationis ſuſpicionem trahi queant, ut ante Grabium viſum eſt quoque Simonio [6]: cujuſmodi ſunt ſive quæ de ejus mortis genere modo vidimus a Baronio notata, licet ejus ſententia nonnullis viris eruditis minus probetur [7]; ſive quæ in primis capite ultimo B habentur: ſiquidem quum ea neque agnoſcat antiqua verſio, neque uſpiam a vetuſtis ſcriptoribus enarrentur, jure a recentiore manu fuiſſe adjecta putantur. Verum, utcumque demum res ſe habeat, ejuſmodi Acta licet apocrypha, licet aſſumentis aucta novitiis; quum tamen magnam partem primevæ antiquitatis eſſe videantur, haud equidem prætermittenda exiſtimavi: quæ nimirum tum veteribus Patribus fuiſſe perlecta & in pretio habita perhibentur, tum ad aliqua præſertim epiſtolarum Paullinarum loca [8] illuſtranda, nec non ad varios primorum Chriſtianorum mores probe cognoſcendos conducunt.

C IV. Jam vero ut aliqua de noſtra editione hactenus dictis ſubjiciamus, Grabiana priore Oxonienſi anni *1698.* poſthabita, poſteriorem typis expreſſimus, quæ anno demum 1714. poſt viri eruditi obitum Oxonii pariter in lucem prodiit: in ea ſiquidem, ut ex anonymi præfatione colligimus, Grabius Theclæ Acta ex codice Huntingdoniano 457. bibliothecæ Bodlejanæ correxit. Utraque vero in editione, a capite IX. exeunte ad caput uſque XI. pæne integrum, textus Græcus magno hiatu laborat, e codice Barocciano 180. laudatæ bibliothecæ deſcriptus, quem quidem editor e Simeone Metaphraſte ſupplendum cenſuit. Verum Thomas Hearne codicem Huntingdonia- D num nactus qui eadem Acta integra referebat, laudabili ſane conſilio, quæ duabus Grabianis editionibus deerant, exſcripſit ediditque Græce tantum, in poſteriore parte Appendicis ad *Joannis Lelandi Collectanea de rebus Britannicis*, quæ in VI. volumina diſtributa inſequente anno 1715. evulgavit. Teſtatur autem Hearnius [9], haud incompertum fuiſſe Grabio codicem iſtum, cum quo nempe Theclæ Acta ex mutilo codice Barocciano primum deſumta contulit emendavitque, ut ex præfatiuncula ad poſteriorem Spicilegii editionem comperimus: cur vero defectum ſupplere deſtiterit, miramur enimvero. Utut ſit, Grabianam Actorum editionem fragmento Hearniano farciendi nos E cum primis cupidi, de Lelandi Collectaneis conquirendis admodum ſoliciti fuimus. At omnis cura omneque ſtudium in irritum ceſſit: adeo ut eorumdem Actorum reſtitutioni plane deſperaremus, eo maxime quod Hearnius in catalogo ſuorum operum *Joannis Glaſtonienſis Chronicis* ſubjecto, de illorum Collectaneorum editione hæc habet [10]: *Non plura quam centum ſexaginta ſex exemplaria imprimenda curavimus.* Verum animum ſumentes, ad optimum amicum Franciſcum a Pu-

1. *Baron.* ad ann. 47. §. XI.
2. Vid. infra Veter. teſtim. n. XXXI.
3. *Sigeb.* de Script. eccl. cap. CXXIX.
4. *Hypat.* apud Baron. ad ann. 532. §. XXXIX.
5. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. I. pagg. *91. 127.*
6. *Simon.* Hiſt. crit. du Texte du N. T. chap. XIV. p. *156.*
7. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. *489.* not. IV. *Lazar.* Diſſert. de perſec. p. VIII. Romæ *1749.*
8. II. *Cor.* XI. 25. ſeq. & II. *Tim.* I. 15. III. 11. IV. *9.*
9. *Hearn.* præfat. ad J. Leland. Collect. §. VII. p. *68.*
10. Id. in *Joan. Glaſton. Chron.* vol. II. p. *652.*

eo, Congregationis Oratorii Romani presbyterum nos convertimus: qui non solum fragmentum illud nobis adeo expetitum, ex eo perraro Hearniano exemplari describendum; sed, quæ est ejus humanitas, opera & studio usus V.C. Hieronymi Bonanni Congregationis itidem Oratorii Panormitani presbyteri, præfationem insuper editoris ex Anglico Italice reddendam curavit: ut proinde utrique viro erudito plurimas agamus & habeamus gratias.

Theclæ itaque Acta, qualiacumque demum ea sint, integra nunc primum Græce prodeunt, utrimque apposita versione, cum nova Grabii tum vetere ab ipso editore ex ms. codice Digbæano bibliothecæ Bodlejanæ eruta; subjunctis præterea ejusdem observationibus, quibus & nonnulla pro more nostro intexere haud prætermisimus.

CAPUT VI.

DE

TESTAMENTIS XII. PATRIARCHARUM.

SYNOPSIS.

I. *Horum* TESTAMENTORUM *auctor Christianus fuisse, illaque Græce scripsisse demonstratur.*

II. *Ipsius ætas inquiritur, ejusque scriptionis consilium paucis aperitur.*

III. *Operis pretium expenditur: ex quo in primis a Grabio depromta pro vera* CHRISTI *deitate testimonia describuntur. Hinc sententia de scriptore Christiano iterum confirmatur.*

IV. *De variis mss. exemplaribus Græcis, deque antiqua Roberti Lincolniensis episcopi versione agitur.*

V. *De editione Grabiana heic typis expressa.*

I. HAud mihi profecto incompertum nonnullos existimasse, Judæum, non Christianum fuisse horum TESTAMENTORUM auctorem; neque illa Græce, sed Hebraice primitus esse perscripta; nullum denique istiusmodi opusculo pretium statuendum: quæ itaque omnia si constent, immerito enimvero illud inter vetusta Ecclesiæ monumenta locaretur. In aliam tamen sententiam alii complures eruditi viri jure abiisse perhibentur. Et primum quidem, Christianum fuisse auctorem multa palam produnt, Warthono [1] potissimum & Nourrio [2] notata: adeo namque aperte ac perspicue de Christo loquitur, ut ipsum tantum non digito monstrare noscatur; eaque de sacris novi Testamenti litteris passim profert, quæ scriptorem Christianorum mysteriis initiatum luculenter evincunt. Hinc itaque minus recte conjecisse videntur e stilo aliisque de caussis, Grabius [3] & Sgambatus [4], Hebraico primum idiomate scriptum fuisse opusculum; deinde Græce redditum atque a Christiana manu interpolatum. „ Quamvis enim, ut apposite Wolfius [5], scribendi ratio quæ in Græco „ contextu observatur, multos referat Hebraismos; „ inde tamen non magis effeceris, Hebraice pri„ mum exaratum esse libellum, quam idem de „ codice novi Testamenti ad Hebraismum proxi„ me accedente, temere affirmaris. „ Cui quidem sententiæ de horum Testamentorum Christiano auctore, subscripsisse quoque Joannem Clericum postea intellexi [6].

Oppositæ autem opinioni ansam præbuisse videtur Matthæus Paris, qui de hujusmodi opusculo verba faciens, hæc habet [7]: *Ipsis quoque temporibus* (ann. 1242.) *episcopus Lincolniensis Robertus, vir in Latino & Græco peritissimus, Testamenta duodecim Patriarcharum de Græco fideli interpretatione transtulit in Latinum. Quæ per multa tempora incognita & abscondita fuerunt per invidiam Judæorum, propter prophetias de Salvatore in eis contentas. Sed Græci, omnium scriptorum diligentissimi investigatores, primi in notitiam illius scripti devenientes, illud de Hebræo in Græcum transtulerunt, & penes eos usque in nostra tempora reservarunt. Nec tempore beati Hieronymi vel alicujus sancti interpretis ad notitiam Christianorum, machinante Judæorum antiquorum malitia, potuit quomodolibet devenire. Illum igitur gloriosum tractatum, ad robur fidei Christianæ & ad majorem Judæorum confusionem, transtulit plene & evidenter episcopus memoratus de Græco, verbo ad verbum, in Latinum, coadjuvante magistro Nicolao Græco, clerico abbatis sancti Albani.* Hæc ille. Qui quidem locus paullo aliter immutatus, in nonnullis sive mss. sive editis antiquæ versionis exemplaribus ad calcem habetur, ut videre est ex Thomæ Tenisonii Cantuariensis archiepiscopi notis mss. ad Historiam Cavei litterariam, quæ sub finem voluminis II. ejusdem Historiæ nuper evulgatæ comparent pag. 1. Sed tum Matthæi Paris narrationem quam iisdem pæne verbis repetit inferius idem scriptor historicus [8] ad annum 1252. tum quæ in fine quorumdam exemplarium ex ipso excerpta verba leguntur, merito ridet Simonius [9], qui & ea deesse in ms. codice Colbertino testatur: ut proinde nihili ducenda sit inscriptio alterius codicis ms. bibliothecæ Bodlejanæ a Grabio relata [10], hisque verbis expressa: *Testamenta duodecim Patriarcharum filiorum Jacob, secundum translationem Joannis Chrysostomi de Hebræo in Græcum.* satis enim sive ex hactenus dictis, sive ex mox dicendis refellitur.

II. Quo autem tempore Testamenta hæc scripserit Christianus auctor anonymus; haud ita exploratum habetur, ut ea de re firmi aliquid statui posse videatur. Verum si quæstio admodum implexa ex conjecturis expedienda sit, nos cum

1. *Warth.* Auctar. Hist. dogmat. Jac. Usser. cap. II. pag. 321. seq.
2. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. p. 238.
3. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. I. pagg. 134. 143.
4. *Sgamb.* Archiv. vet. Test. lib. II. tit. VI. pag. 206. seq.
5. *Wol.* Bibl. Hebr. tom. I. p. 250.
6. *Cleric.* Hist. eccl. ad ann. 191. §. II. p. 796.
7. *Matth. Par.* Hist. major. ad ann. 1242. p. 528. edit. Lond. 1686.
8. Id. ibid. pag. 726 seq.
9. *Simon.* Bibl. crit. tom. II. pag. 226. seq.
10. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. I. p. 143.

Dodvvello [1] in primis, Wolfio [2], Ruchato [3] aliisque censemus, sæculo I. desinente scriptorem floruisse; qui nimirum Hellenisticum plane stilum adhibuerit, qualis ineunte sæculo II. in desuetudinem abiisse comperitur: licet Mazochius V. C. paullo aliter senserit [4]. Neque alia præterea desunt argumenta, vel ipso Grabio suggerente [5], quibus sententia hujusmodi magis adhuc confirmari queat. Scilicet, non ante annum æræ vulgaris LII. Testamenta hæc elucubrata fuisse perhibentur, quo Epistolam I. ad Thessalonicenses fuisse scriptam existimant viri eruditi, Pearsonius [6], Millius [7], alii: hæc enim in Testamento Levi leguntur [8]: ἔφθασε δὲ ἡ ὀργὴ κυρίου ἐπ᾽ αὐτοὺς εἰς τέλος. *Venit autem ira Domini super eos in finem*: quæ quidem verba contra Judæos prolata, ex laudata Thessalonicensibus inscripta Epistola [9] desumta fuisse noscuntur. Neque ante annum LXIV. quo liber Actuum Apostolorum fertur a sancto Luca litteris consignatus [10], opusculum illud exarasse auctorem ex iis constat, quibus imaginem Apostoli Paulli ex iisdem Actis graphice descriptam exhibet [11], Beniaminum ita loquentem inducens: *Et non amplius vocabor lupus rapax. — Et suscitabitur ex semine meo in extremis temporibus dilectus Domini, audiens vocem ejus, cognitione nova illuminans omnes gentes, lucem cognitionis accendens Israeli in salutem, & rapiens ut lupus ab ipsis, & dans synagogæ gentium: & usque in consummationem sæculorum erit in synagogis gentium & in principibus eorum, sicut musicum melos in ore omnium: & in libris sanctis erit inscriptus, & opus & sermo ejus*: opus quidem, ut optime Grabius, in Actis Apostolorum; sermo autem, tum in iisdem Actis, tum in ipsius Paulli Epistolis: ut proinde post omnes etiam Paullinas Epistolas, id est, post annum LXVII. scripsisse auctor videatur.

Quin immo post annum LXX. Testamenta illa fuisse composita, ea satis produnt quæ de Hierosolymorum excidio, deque calamitatibus in cædis Christi pœnam Judæis inflictis, loquitur auctor his verbis [12]: *Virum renovantem legem in virtute Altissimi, impostorem appellabitis; & in fine, ut æstimabitis, occidetis eum, nescientes ipsius resurrectionem, innocentem sanguinem in malitia super capita vestra recepturi. Et propter ipsum erunt sancta vestra deserta, usque ad pavimentum profanata*. Et paullo ante: *Propter hæc, templum quod utique eliget Dominus, desolabitur in immunditia: & vos captivi eritis in omnes gentes, & abominatio inter eas: & accipietis opprobrium & confusionem sempiternam a justo judicio Dei*. Hæc quidem alio detorquet Grabius, interfertaque Patriarcharum Testamentis a cujusdam Christiani manu sub sæculi I. finem vel sub initium insequentis existimat [13]: at virum criticum locis allatis vim inferre, quo suam de Judæo scriptore stabiliat hypothesin, nemo non dixerit qui rem penitius introspiciat: loca enim quæ ad novum Testamentum spectant, de Christi divinitate deque aliis Christianæ religionis capitibus, si e medio tollantur, concidat opusculum illud necesse est. Quid quod ab una manu omnia in hoc opere perscripta esse vel inde liquet, judice Simonio [14], quod eadem stili ratio ubique spiret, cunctaque uno tenore æquabiliter fluant? Instat insuper idem vir eruditus [15], aliqua in his Testamentis occurrere, quæ ab homine Christiano tradita litteris fuisse, absonum videtur. Haud equidem repugnaverim: at nihil mirum, si more Judaico subinde loquatur scriptor iste Christianus; quem opus suum eo consilio confecisse constat, quo Judæi facilius exciperent quæ de Christo ejusque doctrina passim inculcat.

Verum ne in his diutius immoremur, ad ætatem scriptoris hujus quod attinet, unus adhuc audiendus Caveus. Existimat ille nimirum [16], fieri vix potuisse quin aliquis antiquorum ante Origenem ejus operis meminisset; adeoque sæculo apostolico haud esse adscribendum opinatur. Hunc tamen scrupulum si evelli sibi ex animo postulet, id unum subdimus, ut alia prætereamus, scriptorum ecclesiasticorum monumenta qui duobus primis sæculis floruere, maximam partem esse deperdita; nobisque ex eorum operibus, paucis exceptis, aliqua tantum superesse fragmenta: ut propterea, illorum vetustissimorum Patrum silentium immerito nobis objiciatur.

III. Jam vero pretium operis atque utilitatem exponere præstat, præeunte maxime Grabio qui eo munere rite perfunctus comperitur. Primum itaque omnium observat vir eruditus [17], Jacobum patriarcham aliosque sanctos homines, morti proximos, sive futurorum præsagia sive egregia vitæ bene agendæ monita edidisse: quæ proinde magno in pretio haberi ab audientibus litterisque mandari consueverunt. Hunc igitur morem imitatus auctor noster, non tam animo decipiendi, quam Judæos religione ac disciplina imbuendi studio, in his Testamentis patriarchas XII. filios Jacob loquentes induxit; qui jam jam morituri, & futura prænuntient, & optimis institutis filios ac nepotes erudiant. Prædictiones quidem Messiam potissimum, ac statum Synagogæ & Ecclesiæ gentium sub novo Testamento respiciunt: in historia vero patriarcharum, plura de his enarrantur quæ in Genesi aliisve canonicis libris haud occurrunt, sed ex apocryphis desumta censentur: eorum tamen pleraque neque incongrua veritati, neque fortasse ad sacræ historiæ illustrationem inutilia esse videntur.

Verum magis interest huc adferre insignia pro Christi divinitate testimonia, quæ contra Unitarios ex his Testamentis collecta eidem V. C. alibi sistere placuit. Sic igitur ille [18]: „In Testamento *Simeonis* hæc legimus verba [19]: Κύριος, ὁ „Θεὸς μέγας τοῦ Ἰσραὴλ, φαινόμενος ἐπὶ γῆς ὡς „ἄνθρωπος, καὶ σώζων ἐν αὐτῷ τὸν Ἀδάμ. *Do*„*minus*, DEUS MAGNUS *Israel, apparebit in terra* „*ut homo, & salvabit in ipso Adam*. Et mox [20]: „Ὁ Θεὸς σῶμα λαβὼν, καὶ συνεσθίων ἀνθρώποις,

1. *Dodw.* apud *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. I. p. 132.
2. *Wolf.* Bibl. Hebr. tom. I. p. 250.
3. *Ruchat.* Lettres de trois Peres Apostoliq. tom. I. pagg. 133. 194.
4. *Mazoch.* Comment. in vet. marm. Kalend. vol. I. p. 247. & vol. II. p. 536.
5. *Grab.* l. c. pagg. 138. 140.
6. *Pears.* Annal. Paul. inter ejus opp. posth. pag. 12.
7. *Mill.* Prolegom. ad N. T. Gr. §. 4.
8. *Testam.* XII. Patr. cap. III. §. VI.
9. *Thess.* II. 16.
10. *Mill.* l. c. §. 118.
11. *Testam.* XII. Patriarch. cap. XII. §. XI.
12. Ibid. cap. III. §§. XV. & XVI.
13. *Grab.* l. c. pagg. 139. 140.
14. *Simon.* Bibl. crit. tom. II. p. 228.
15. *Grab.* l. c. pag. 133.
16. *Cav.* Hist. litter. tom. I. p. 51.
17. *Grab.* l. c. pagg. 129. 141.
18. *Grab.* Annot. ad *G. Bulli* Defens. fid. Nic. sect. II. cap. III. pag. 64.
19. *Testam.* XII. patriarch. cap. II. §. VI.
20. Ibid.

ἔσωσεν αὐτούς. DEUS *corpus assumens, & comedens cum hominibus, salvavit eos.* Paucisque interjectis [1], Messiam vocat Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, DEUM & *hominem*.

,, In Testamento *Levi*, patriarcham istum Angelus his alloquitur verbis [2]: Διὰ σοῦ καὶ Ἰούδα ὀφθήσεται Κύριος ἐν ἀνθρώποις, σώζων ἐν αὐτοῖς πᾶν γένος ἀνθρώπων. *Per te & Judam apparebit Dominus in hominibus, salvans in ipsis omne genus hominum.* Deinde Levi ait [3], infernum spoliatum iri ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ ὑψίστου, *in passione Altissimi.*

,, In Testamento Judæ mentio fit [4] παρουσίας τοῦ Θεοῦ τῆς δικαιοσύνης, *adventus* DEI *justitiæ*: ni fallor, ex *Jerem.* XXIII. 6. & XXXIII. 16. Et paullo post de Messia dicitur [5]: Οὗτος ὁ βλαστὸς Θεοῦ ὑψίστου. *Hic est germen* DEI *altissimi*: ex *Isaiæ* IV. 2.

,, In Testamento *Zabulon* [6]: Καὶ μετὰ ταῦτα ἀνατελεῖ ὑμῖν αὐτὸς Κύριος, φῶς δικαιοσύνης· — καὶ ὄψεσθε Θεὸν ἐν σχήματι ἀνθρώπου. *Et posthæc orietur vobis ipse Dominus, lux justitiæ, — & videbitis* DEUM *in forma hominis.*

,, In Testamento *Dan* [7]: Οὐκ ἔτι ὑπομένει Ἱερουσαλὴμ ἐρήμωσιν, οὐδὲ αἰχμαλωτίσεται Ἰσραήλ, ὅτι Κύριος ἔσται ἐμμέσῳ αὐτῆς, τοῖς ἀνθρώποις συναναστρεφόμενος, καὶ ἅγιος Ἰσραὴλ βασιλεύων ἐπ' αὐτοὺς ἐν ταπεινώσει καὶ πτωχείᾳ. *Non amplius sustinebit Hierusalem desolationem, neque captivus ducetur Israel; quoniam Dominus erit in medio ejus, cum hominibus conversatus, & Sanctus Israel regnans super ipsos in humilitate & paupertate.*

,, In Testamento *Nepthalim* [8]: Διὰ τοῦ Ἰούδα ἀνατελεῖ σωτηρία τῷ Ἰσραήλ, καὶ ἐν αὐτῷ εὐλογηθήσεται Ἰακώβ. Διὰ γὰρ τοῦ σκήπτρου αὐτοῦ ὀφθήσεται Θεὸς, κατοικῶν ἐν ἀνθρώποις ἐπὶ τῆς γῆς, σῶσαι τὸ γένος Ἰσραήλ. *Per Judam orietur salus Israel, & in ipso benedicetur Jacob. Per sceptrum enim ejus apparebit* DEUS, *habitans inter homines in terra, ut salvet genus Israel.*

,, In Testamento *Aser* [9]: Ὁ ὕψιστος ἐπισκέψεται τὴν γῆν, καὶ αὐτὸς ἐλθὼν ὡς ἄνθρωπος, ἐσθίων καὶ πίνων μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συντρίβων τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος δι' ὕδατος. οὗτος σώσει τὸν Ἰσραὴλ καὶ πάντα τὰ ἔθνη, Θεὸς εἰς ἄνδρα ὑποκρινόμενος. ALTISSIMUS *visitabit terram; & ipse veniens ut homo, cum hominibus manducans & bibens, & in silentio conterens caput draconis per aquam. Hic salvabit Israel & omnes gentes,* DEUS *in virum absconditus.*

,, Denique in Testamento *Beniamin* [10]: Τότε καὶ ἡμεῖς ἀναστησόμεθα, ἕκαστος ἐπὶ σκῆπτρον ἡμῶν, προσκυνοῦντες τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν, τὸν ἐπὶ γῆς φανέντα ἐν μορφῇ ἀνθρώπου (ἀνθρωπίνης) ταπεινώσεως. *Tunc & nos resurgemus, unusquisque in sceptrum nostrum, adorantes regem cælorum, qui in terra apparuit in forma hominis* (humanæ) *humilitatis.* Moxque addit Israelitas judicandos, ὅτι παραγενόμενον Θεὸν ἐν σαρκὶ ἐλευθερωτὴν οὐκ ἐπίστευσαν: *quoniam advenientem* DEUM *in carne liberatorem non crediderunt.*

,, Ecce Christum, *Dominum, Deum, magnum Deum, Altissimum, Sanctum Israel,* cet. appellatum. ,, Hactenus eruditus Grabius: a quo hæc eadem contracta mutuatus est Prudentius Maranus in præstanti opere inscripto: *Divinitas D. N. J. C. manifesta in scripturis & traditione* [11]. Cujus viri doctissimi judicium de horum Testamentorum auctore in medium proferre libet, quo magis illa firmentur quæ de ipsius opere disseruimus. ,, Hunc scriptorem, inquit, Judæum fuisse declarat plurimus Judaicarum fabularum usus: Christianum vero, nimium apertæ de Christo prædictiones, quam ut ex eventis fictæ non fuerint. Seniorem sæculo II. nonnulli faciunt, nemo juniorem, quippe cum ab Origene *homil.* XV. *in Josue* citatus fuerit. Grabius hunc librum olim a Judæo scriptum ante Christi ortum, & a Christiano sæculo I. exeunte aut II. ineunte interpolatum putat. Sed hæc eruditi viri opinio levissimis conjecturis nititur. Nihil enim in hoc opere insincerum & interlitum apparet, nihil quod non proposito conducat. Quare non est cur vereamur hæc Testamenta patriarchis supposita, ut germanissimum opus Judæi in Christum credentis citare. ,, Excerptis deinde productis quæ superius recitavimus, sententiam suam claudit his verbis: ,, Hæc clariora & expressiora sunt, quam ut detorqueri possint. Quod si assuta & insincera dicent (adversarii,) non est quod cum eis litigemus. Sic enim scriptores omnes ecclesiasticos eludere licebit. Nulla enim heic stili varietas, nulla rerum aut verborum discrepantia, nihil non simplex & unius formæ. Videtur autem iste scriptor, consilio ille quidem non malo, sed fraude non laudabili, hæc vaticinia patriarchis subjecisse, ut Judæos suos ad fidem alliceret, & magnum illud nascentis Dei mysterium a quo abhorrebant, in ore duodecim patriarcharum minus eis invisum accideret. ,, Huc usque Maranus V. C. Ex quibus liquet nimis abjecte sensisse Nourrium ejus sodalem, virum cetera doctum, quum de his Testamentis illud pronuntiavit ,, in lucem numquam emitti ea debuisse, vel perpetuis tenebris fuisse damnanda [12]: ,, quo quidem nomine vel ab ipso Simonio notatur [13].

IV. Hujus operis varia circumferuntur mss. exemplaria Græca, viris eruditis laudata, Montfauconio [14] in primis, Nourrio, Simonio, Warthono ll. cc. aliisque. Ms. Cantabrigiensis meminit Fabricius [15], ejusque titulos seu capitum summaria Græce recitat, nihil tamen ab edito Grabiano diversa. De codicibus autem Anglicanis mox infra, ubi de editione Oxoniensi. Primum vero Græcum exemplar, si fides Matthæo Paris [16], detectum ita fuisse perhibetur. *Magister*, inquit, *Joannes de Basingestokes, archidiaconus Legriæ, vir in trivio & quadrivio experientissimus, Græcis ac Latinis litteris ad plenum eruditus,..... intimaverat episcopo Lincolniensi Roberto, quod quando studuit Athenis, viderat & audierat ab peritis Græcorum doctoribus quædam Latinis incognita. Inter quæ reperit* XII. *Patriarcharum, filiorum videlicet Jacob, Testamenta: quæ constat esse de substantia bibliothecæ; sed per invidiam Judæorum du-*

1. *Testam.* XII. patriarch. cap. II. §. VII.
2. Ibid. cap. III. §. II.
3. Ibid. §. IV.
4. Ibid. cap. IV. §. XXII.
5. Ibid. §. XXIV.
6. Ibid. cap. VI. §. IX.
7. Ibid. cap. VII. §. V.
8. Ibid. cap. VIII. §. VIII.
9. Ibid. cap. X. §. VII.
10. Ibid. cap. XII. §. X.
11. *Maran.* Divin. D. N. J. C. lib. II. cap. I. §. IV. p. 203.
12. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 240.
13. *Simon.* Bibl. crit. tom. II. pag. 225.
14. *Montf.* Bibl. biblioth. tom. I. pagg. 14. 683. 685. cet.
15. *Fabric.* Cod. pseud. V. T. tom. II. pag. 84.
16. *Matth. Par.* Hist. major. ad ann. 1252. pag. 720. seq.

dum fuisse incognita, propter manifestas quæ in eisdem patent, de Christo prophetias. Unde idem episcopus misit in Græciam; & quum ea habuisset, transtulit de Græco in Latinum sermonem. Hæc ille Monachus Anglus, ubi nihil de textu Hebræo, ut alibi, quem etiam superius vidimus enarrantem, ab eodem quidem Lincolniensi episcopo hæc Testamenta e Græco Latine fuisse reddita; *coadjuvante tamen magistro Nicolao Græco, clerico abbatis S. Albani.* De utroque interprete distinctius agit Baleus [1].

V. Hanc autem Roberti antiquam versionem Latinam subinde typis fuisse consignatam norunt eruditi; dignamque in primis existimarunt viri docti quæ in veterum Patrum bibliothecis locum obtineret. Verum in omnibus editionibus quæ ab ann. 1483. usque ad annum 1677. in vulgus prodierunt, tot tantisque mendis fœdata est antiqua isthæc versio, ut sæpe vix sensum extundere valeas. Quod secum reputans Joannes Ernestus Grabius, collatis editis cum duobus bibliothecæ Bodlejanæ mss. codicibus, plurimos sustulit errores, correctis quoque aliis pæne innumeris ab interprete ipso commissis. Hanc itaque versionem sic emaculatam, cum textu Græco ad duos codices exacto, alterum Academiæ Cantabrigiensis, bibliothecæ Bodlejanæ alterum, publici juris fecit Oxonii 1698. in volumine I. *Spicilegii SS. Patrum*. Exinde vero editionem suam recensens idem vir eruditus, textum Græcum iterum contulit cum duobus mss. Collegii Trinitatis Cantabrigiensis. Latinam quoque Roberti Lincolniensis versionem perpetuis emendationibus limavit; aliis quidem quas e duobus mss. bibliothecæ Bodlejanæ hauserat & prius ad oras paginarum posuerat, in textum assumtis; aliis vero a se ipso adjunctis: ut ex præfatione ad secundam *Spicilegii* Oxoniensem editionem anni 1714. colligitur.

Priorem Grabianam secutus est Fabricius in *Codice pseudepigrapho veteris Testamenti* vol. I. semel iterumque typis excuso Hamburgi ann. 1713. 1722. quamquam memoria lapsus aliter alicubi [2] afferat: quod utique, ut cetera omittamus, compertum fiet, secundæ Grabianæ notam p. 224. cum secunda item Fabriciana p. 687. conferenti. Nos vero posteriorem Oxoniensem, uti par erat, selegimus: editoris adnotationes quæ textui emendando inserviunt, retinuimus: alias longiores contraximus, paucis interim additis, quæ auctoris mentem in primis respiciunt.

CAPUT VII.

DE

S. IGNATIO

EPISCOPO ANTIOCHENO ET MARTYRE.

SYNOPSIS.

I. SEPTEM EPISTOLAS *scripsit S.* IGNATIUS. *Harum duplex exemplar: alterum sincerum, alterum interpolatum. Misso posteriore, agitur de priore; cujus proponuntur editiones præcipuæ. Omnium optima, quæ est Thomæ Smithi.*

II. *Ea heic typis tradita, scholiis editoris omissis: quorum loco, præmissa primum excerpta veterum Patrum integra, ex Epistolis genuinis descripta: subjecta deinde earumdem Epistolarum fragmenta, quotquot exstant in Parallelis Damascenicis Rupefucaldinis. Horum subsidio textus sincerus vel firmatur, vel corrigitur, vel etiam quandoque suppletur.*

III. *Simonii & Tentzelii de ms. codice Mediceo sententia. Unde hauserit Ignatiana Svicerus, in suum Thesaurum conjecta. Epistolæ interpolatæ, vel etiam suppostitiæ, a nonnullis viris doctis minus recte velut sinceræ interdum habitæ. Romanis inscriptæ Epistolæ editio quam Clericus adornanda suscepit, haud fidissima esse perhibetur.*

IV. *Quinam harum Epistolarum integritatem præ ceteris propugnarint. Novissimus ipsarum osor Oudinus, a Mamachio V. C. acriter castigatus. Heumannus item plerumque Oudini sectator perstringitur: ejusque objectatio de vocibus Latinis textui Græco immixtis exploditur. Epistolæ ab Ignatio eo tempore perscriptæ, quo fuit Antiochia Romam missus martyrio consummandus.*

I. SCriptorum ecclesiasticorum sæculum II. inchoat S. IGNATIUS, episcopus Antiochenus & martyr; a quo Epistolæ VII. *Smyrnæis*, *Polycarpo*, *Ephesiis*, *Magnesiis*, *Philadelphiensibus*, *Trallianis* atque *Romanis* inscriptæ noscuntur. Harum duplex exstat Græcum exemplar: alterum brevius, germanum atque sincerum: alterum longius, interpolatum. Misso posteriore, ad nostrum institutum haud pertinente, de priore nunc sermo habendus.

Breviores igitur Epistolas, quas habuit Eusebius, quas edidit Polycarpus, quas scripsit Ignatius, ut cum Pearsonio loquar, primus in lucem extulit Amstelodami 1646. 4. Isaacus Vossius ex uno superstite bibliothecæ Mediceæ codice ms. veteremque Latinam versionem addidit, quam Græco exemplari propemodum in omnibus respondentem Oxonii 1644. vulgarat Jacobus Usserius. Verum quum in eo codice Florentino deesset Epistola ad Romanos, illam ex interpolatarum editione desumtam, ductore vetere interprete, suæ integritati restituere adortus est. Hanc autem Vossianam editionem, & quidem castigatiorem, iterum evulgarunt, Usserius primum Londini 1647. deinde Cotelerius Parisiis 1672.

Anno autem 1689. Epistolam *ad Romanos*, quæ in codice ms. Mediceo desiderabatur, intextum quoque *S. Ignatii Martyrium* præferentem, atque veteri interpreti Usseriano ad amussim æquiparatam, Parisiis publici juris fecit Theodericus Ruinartius in *Actis Martyrum sinceris*, ab ipso cl. editore Latine redditam: quam deinceps unam, cum Actis Ignatiani martyrii, anno 1699. in *Spicilegii SS.*

1. *Bal.* Hist. de script. Britann. Centur. XIII. p. 33.

2. *Fabric.* Cod. pseud. V. Testam. tom. II. p. 84.

Patrum volumine II. Joannes Ernestus Grabius Oxonii prodire jussit. Hinc autem Joannes Clericus in editione Coteleriana, semel iterumque ann. 1698. & 1724. Amstelodami repetita, eamdem ad Romanos Epistolam, versione Ruinartiana refecta, sex reliquis sinceris addidisse comperitur: in qua tamen edenda, ea libertate usum novimus quæ minime probanda videtur, ut ex mox dicendis patebit.

Exinde vero, e Medicei codicis exemplari quod novo & accuratissimo studio exscripserat V. C. Antonius Maria Salvinius, aliam editionem emisit Oxonii 1708. C. Aldrichius, qui textum Græcum prout illum exhibet ms. exacte pro viribus imprimendum curavit. De hac autem editione peracre judicium tulit Thomas Smithus in epistola Westmonasterio die 3. Martii 170$\frac{8}{9}$ ad Thomam Hearnium data: in ea siquidem non solum errata leviora notat quibus singulæ paginæ scatent, unde quoque pluries deformata lectio; verum etiam pauca e multis alia in medium profert, quæ sive grammaticæ legibus sive auctoris menti repugnant. Hanc autem Smithi epistolam cum aliis ad Ignatianas Epistolas pertinentibus, in lucem emittendam censuit ipsemet Hearnius in Appendice ad volumen II. *Chronici Joannis Glastoniensis Monachi*, pagg. 461—469. ann. 1726. evulgati.

Insequente autem ann. 1709. prodiit item Oxonii præstantissima laudati Thomæ Smithi editio; quam quidem licet a Clerico insuper habitam in secunda Coteleriana, deinceps tamen sunt secuti Joannes Ludovicus Frey & Richardus Russel: & ille quidem in *Epistolis SS. Patrum Apostolicorum*, quæ ann. 1742. Basilææ typis excusæ fuere; hic vero in eorumdem *SS. Patrum Apostolicorum operibus genuinis*, Londini ann. 1746. in vulgus emissis. Quandoquidem vero hanc Smithi editionem præ ceteris ipsi quoque sequendam duximus; propterea heic describere præstat, quæ de suo instituto cum in præfatione tum in epistola ad Hearnium modo laudata edisserit cl. editor.

Testatur itaque Smithus peropportune ad se transmissas Joannis Ledgardi schedas, editionis Vossianæ collationem cum Mediceo codice complectentes, quam ille dum Florentiæ ageret Joannis Pearsonii rogatu confecerat; monetque consilium ejusmodi Pearsonio suggessisse ipsummet Vossium: qui dum in exscribendo eo codice occuparetur, paucula quædam perperam legisse, aliaque nonnulla præ festinatione ac tædio prætermisisse suspicabatur. Quo quidem munere, pari oculorum ac ingenii acie, optima fide perfunctus fuisse comperitur Ledgardus; cui ex otio maturior deliberatio, & facilior excusum exemplar cum manu scripto comparandi opera obtingebat: eo usque siquidem processit, ut variationes perexiguas, ne dicam titivilitia, pæne ad nauseam litteris consignarit. Hanc autem integram collationem Ledgardianam duabus ejusdem Smithi epistolis ad Ignatiana spectantibus, l. c. subjecit Hearnius.

Hoc igitur haud sane mediocri subsidio adjutus vir in hoc studiorum genere exercitatissimus, ad suam editionem adornandam se contulit. Quæ in Vossiana fuerant sive temere omissa sive præpostere exscripta, ex nova ista Ledgardi collatione supplevit emendavitque: additis quoque passim ad paginæ limbum breviculis scholiis & conjecturis, quibus in oculos facile incurrentibus textus lectio reddatur planior atque emendatior.

Neque heic omittendum quod admonet sollers A editor noster in præfata ad Hearnium epistola, ubi de iis verba facit qui editioni Aldrichianæ curandæ præfuerunt: „ Rigidissimis censoribus, inquit, „ parum excusandus videtur D. Vossius, qui in Epist. „ *ad S. Polycarpum* sect. v. particulam negativam „ μὴ inter ὁμιλίαν & ποιοῦ inseruit; quum e codi- „ ce Florentino plane absit, ut ipse in annotatis „ observavi, nec in suo codice legebat vetus Us- „ serianus interpres: cujus reverentia & auctori- „ tate motus ex codice meo illam delevi, vel sal- „ tem, ut uncinis qui additamentum illud indi- „ carent includeretur, omnino volebam: sed nescio „ quo casu correctio ista omissa erat. In eadem „ item Epist. *ad S. Polycarpum* sect. VII. & in Epist. B „ *ad Philadelphienses* sect. x. (quæ correctio ad fi- „ nem paginæ ibi) habetur ἐπεὶ δὲ pro ἐπειδὴ, ut „ ex schedis D. Ledgardi correxi; sed inter tumul- „ tus preli negligebatur. „ Hactenus cl. Smithus: cui quidem admonenti morem gerentes, utrobique mendum sustulimus, ac negantem particulam μὴ uncinulis circumscripsimus: quod sane in præcedentibus editionibus nusquam factum.

Huc usque de sex Epistolis e codice Mediceo descriptis. Septimam vero *ad Romanos* una cum *Actis Martyrii S. Ignatii*, ex editione Ruinartiana Smithus desumsit; eamque nimis curiose affectatus, ad litteram fere expressit, ne quidquam in textu temere mutasse videretur: mendas interim quæ in C oculos insiliunt, in notis corrigendas sibi reservans.

Adhæc textui Græco veterem Latinam versionem, barbaram quidem illam, sed ad verbum fideliter expressam exactamque, adjecit idem editor: quam & novo studio contulit cum ms. codice Cantabrigiensi, correctis insuper illius aberrationibus, cujus opera usus fuerat Usserius qui eam primus in lucem emisit.

Licet autem in sua Ignatiana editione concinnanda multam Smithus diligentiam adhibuerit, ut ex hactenus dictis satis compertum fit; non defuere tamen qui eum minus accurate codicem Florentinum expressisse affirmarint. Gronovius enimvero dicam ei grandem impingit [1], dum Vossium D reprehendit: perinde ac si hujus ductu vel in suæ Oxoniensis editionis exordio, in ipsa scilicet Epistolæ *ad Smyrnæos* inscriptione, corruptam istiusmodi lectionem, πνεύματι καὶ λόγῳ Θεοῦ, nobis obtruserit ille; quum tamen, si virum criticum audias, nota ms. Medicei compendiaria fuisset manifeste legenda, πνευματικῷ λόγῳ Θεοῦ. At Smithus, collationem Ledgardianam secutus, in scholiis ad eamdem Epistolam obviam præivisse Gronovio videtur his verbis: „ Καὶ λόγῳ Θεοῦ] Ita quoque le- „ gebant vetus noster interpres & interpolator, „ distinctim & separatim, non per appositionem, „ ut quidam vir doctus ex fortuita hujus particu- „ læ conjunctivæ omissione in versione Vossiana E „ (vetere) interpretatur. „ Hæc ille: ut proinde immerito suspectam, non solum eam lectionem, sed integram quoque ipsam Smithianam editionem, reddere voluisse vir eruditus censeatur.

II. Dum vero Angli hujus editoris institutum in S. Ignatii Epistolis sinceris edendis sumus persecuti, nostrum item quodammodo exposuimus, ut qui ejus exemplar præ ceteris excudendum selegimus. Scholia tamen cum ejusdem Smithi tum Pearsonii aliorumque virorum eruditorum prætermittenda, ne opus nimis excresceret, existimavimus. Quamquam fortasse hujusmodi consilium moleste quis ferat; quum præsertim textus alicubi mendis obsi-

1. *Gronov.* Præfat. ad Herodot. pag. 1.

tus occurrat, quem profecto saltem in notis emaculatum præstare oportebat. Quid loquar? Eo quidem munere pro viribus perfuncti fueramus in observationibus subjiciendis, eadem ferme ratione contextis, qua usi sumus ad Clementinas Epistolas: jamque observationes istæ, cujusmodi cumque fuerint, in promtu erant; verum illas novimus, nobis plane invitis, nescio quo casu omissas, dum Epistolæ Ignatianæ prelo committebantur. At huic incommodo, quantum in nobis fuit, consultum voluimus, nec leviter enimvero, ut quidem arbitramur. Primum siquidem inter veterum testimonia, integra illa descripsimus ex Irenæo, Eusebio, Theodorito aliisque vetustis auctoribus, in quibus aliquis textus Ignatiani locus exstare comperitur: quo nimirum lector ex Smithi notulis admonitus confugere possit, ubi hærere contingat.

Ut autem hujus subsidii pretium quodammodo constet, unum vel alterum exemplum in medium proferamus. In Epistola I. Smyrnæis inscripta sic legimus [1]: *πεπληροφορημένους εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα — υἱὸν Θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν Θεοῦ*. Ubi *Theodorit. Dial.* I. excitat Anglus editor. Si vero veterum testimonia Epistolis Ignatianis præmissa consulere velis, præsto tibi erit lectio codicis, quo ante mille & trecentos annos usus est Theodoritus. Sic autem se habet: *πεπληροφορημένους ἀληθῶς εἰς τὸν κύριον ἡμῶν, ὄντα — υἱὸν Θεοῦ κατὰ θεότητα καὶ δύναμιν*. Hinc disces, quomodo legerit hic Cyri episcopus; qui transposita voce *ἀληθῶς*, & omissa postrema *Θεοῦ*, pro *κατὰ θέλημα* ms. Medicei, *κατὰ θεότητα* legit. Probe autem notanda varia hujusmodi lectio; a qua cum veterem interpretem, tum codicem Florentinum diffidere liquet. Eam nihilominus tuetur [2] Wesselingius V. C. permotus exemplari antiquissimo quod Theodoritus præ oculis habuit, ipsiusque in primis Ignatii sententia, unde nihil hoc abit: quibus accedit, exprimi satis accurate hisce verbis, quod Paullus ad Romanos perscripsit [3]. Attamen Smithus a ms. Florentini lectione stat constans; simulque existimat, genium suum potius quam codicem fuisse Theodoritum secutum, quasi nimium cruda illi videretur altera lectio, quam proinde ea ratione emollire studebat. Et jure quidem: Ignatii enim, Iustini, Tatiani, Tertulliani aliorumque vetustissimorum Patrum sententia de filio Dei genito *κατὰ θέλημα Θεοῦ*, eo sensu est accipienda, quo illam strenue defendit docteque explicat vir maximus Jacobus Benignus Bossuetus [4].

Pergamus porro. In eadem ad Smyrnæos Epistola, hæc verba occurrunt [5]: *Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται*. Qui quidem locus sic apud Theodoritum effertur [6]: *Εὐχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται*. At codicis Medicei lectioni favet vetus interpres Usserianus; quæ proinde præ illa Theodoriti retinenda videtur. Huic autem loco unum adhuc insignem addamus, quem præbet Epistola ad Ephesios. Estque hujusmodi [7]: *εἷς ἰατρός ἐστιν — ἐν σαρκὶ γενόμενος Θεὸς, ἐν ἀθανάτῳ ζωῇ ἀληθινῇ*: quæ sane postrema ita quoque legebat in suo exemplari vetus interpres; vertit enim, ***in immortali vita vera***. Sed contextus repugnat; rescribendumque omnino, *ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινὴ*, ***in morte vita vera***: quomodo in suis codicibus legebant vetusti Patres, Athanasius, Theodoritus atque Gelasius, ut ex allatis infra eorum locis compertum fit. At hæc satis sunto; ex quibus perspicias quantum hinc subsidii accedat textui emaculando, si cui de illius integritate suspicio aliqua jure suboriatur.

Verum in idem consilium ulterius adhuc progressa est cura nostra. Nimirum, fragmentis illis quæ Ignatii Epistolas subsequuntur, excerpta quædam subjecimus ex auctore Parallelorum Rupefucaldinorum, quem cl. Lequienius merito existimat integro sæculo Damasceno antiquiorem. Hæc autem excerpta nemo sane dixerit haud magni facienda; quum certo constet scriptorem illum, quicumque demum fuerit, ex sinceris Ignatii Epistolis, si eam excipias quæ Romanis inscribitur; illa descripsisse, codicemque Mediceo emendatiorem adhibuisse: ut proinde textus vulgati lectio ex iis non solum confirmetur, verum etiam emendetur multoque castigatior plerumque reddatur. Quo autem aliquot exemplis res comprobetur, loca nonnulla cum edito collata heic sistere juverit.

EPIST. AD SMYRNÆOS.

Edit. ex Cod. Mediceo.	*Ex Parallel. Rupefucald.*
Cap. IX. Ἀνανῆψαι — ἔχομεν.	Pag. 289. Ἀνανῆψαι ἡμᾶς· — ἔχομεν.
Cap. XI. Θέλουσιν γὰρ ἡμῖν εὖ πράσσειν, Θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρασχεῖν.	Ibid. Θέλουσι γὰρ ἡμῖν εὖ πράττειν, Θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρέχειν.

AD POLYCARPUM.

Cap. I. Γρηγόρει, ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος.	Ibid. Γρηγόρει, ἀκοίμητον ὄμμα κεκτημένος.

AD EPHESIOS.

Cap. VI. Εἰώθασί τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα περιφέρειν.	Pag. 290. Εἰώθασί τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα Χριστοῦ περιφέρειν.
Cap. XI. Τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν· ἓν τῶν δύο μόνον ἐν Χρ.	Pag. 291. Τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν ἐν τῷ νῦν βίῳ, μόνον ἐν Χρ.
Cap. XIV. Ἀρχὴ μὲν πίστις· τέλος δὲ ἀγάπη. τὰ δὲ δύο, ἐν ἑνότητι γενόμενα, Θεοῦ ἐστιν. — Οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος, ἁμαρτάνει· οὐδὲ ἀγάπην κεκτ. — Χριστιανοὶ εἶναι.	Ibid. Ἀρχὴ μὲν ἡ πίστις· τέλος δὲ ἡ ἀγάπη. τὰ δὲ δύο, ἐν ἑνότητι γενόμενα, Θεός ἐστι. — Οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ἔχειν, ἁμαρτάνει. οὐδεὶς ἀγάπην κεκτ. — Χριστοῦ εἶναι.

1. *Ignat.* Epist. ad Smyrn. cap. I.
2. *Wesseling.* Probabil. lib. sing. cap. XXXIII. pag. 196.
3. *Rom.* I. 3. 4.
2. *Bossuet* VI. Avertiss. aux Protest. I. part. art. V. §. XXXIV.
3. *Ignat.* epist. ad Smyrn. cap. VII.
4. *Theodorit.* Dial. III. pag. 154.
5. *Ignat.* epist. ad Ephes. cap. VII.

Edit. ex Cod. Mediceo, A *Ex Parallel. Rupefucald.*

Ad Magnesios.

Cap. III. Πρέπον ἐστὶν ἐπακύειν κατὰ μηδεμίαν ὑπόκρισιν. — ἀλλὰ τὸν ἀόρατον παραλογίζεται, τὸ δὲ τοιῦτον, ὐ πρὸς σάρκα λόγ☉.	Ibid. Πρέπον ἐςὶν ὑπακύειν τῷ ἐπισκόπῳ κατὰ μηδεμίαν ὑπόκρισιν. — ἀλλὰ τὸν ἀόρατον παραλογίζεται θεόν· τῷ δὲ τοιύτῳ, ὐ πρὸς σάρκα λόγος.

Ad Trallianos.

Cap. VI. Οἱ καιροὶ παρεμπλέκυσιν.	Pag. 293. Καὶ παρεμπλέκυσιν.
Cap. VIII. Μηδεὶς ὑμῶν κατὰ τῦ πλησίυ ἐχέτω. Μὴ ἀφ. — ἵνα μὴ — τὸ ἐν θεῷ πλῆθος βλασφ.	Ibid. Μηδεὶς ὑμῶν κατὰ τῦ πλησίον ἐχέτω τι, μὴ ἀφ. — ἵνα μὴ — τὸ ἔνθεον πλῆθος βλασφ.

Hinc profecto noſcuntur hæc excerpta Ignatiano textui ſive emendando ſive etiam alicubi ſarciendo haud parum profutura. Verum ut iis expeditius uti lectores queant, eadem eo digeſſimus ordine, quo diſpoſitæ occurrunt Epiſtolæ cum in codice Florentino, tum in Smithi edito heic typis excuſo.

III. Et miror equidem, hujuſmodi excerpta fuiſſe hactenus vel inobſervata, vel forte neglecta viris eruditis, qui poſt Smithum S. Martyris Epiſtolas rurſus edendas curarunt. Smithum enim excipio, cujus Oxonienſis editio jam in lucem prodierat, priuſquam illa Parallela e ms. Rupefucaldino evulgarentur. Quæ quidem ſi Richardo Simonio aliquando innotuiſſent, nullus dubito, quin ex his potius quam ex interpolatore codicem Mediceum corrigendum ſtatuiſſet [1]. Eodem item nomine ab illa ſententia pronuntianda ſibi fortaſſe temperaſſet Wilhelmus Erneſtus Tentzelius [2], „ nihil „ pro Ignatiano habendum, niſi quod a Patribus „ priorum quatuor poſt martyrium Ignatii ſæculo„ rum ſanctiſſimo viro tribuitur. „ Nimirum, eruditus ille vir nonnullis ms. Florentini ſive labeculis ſive varietatibus permotus, ejus αὐθεντίαν elevare contendit: cujus tamen objectationibus occurrentes Grabius [3] & Nourrius [4], illas accurate ſatis diluerunt; validius adhuc id præſtituri, ſi eadem Parallela inſpicere ipſis licuiſſet.

Cum Tentzelio quoque in ejuſdem ms. Medicei contemtum immerito conſpiraſſe Svicerus mihi viſus, licet in aliam a Tentzeliana ſententiam abierit. Pervolutanti enim mihi ejus *Theſaurum Eccleſiaſticum* deprehendere contigit, neque ſane abſque admiratione, ipſum pro vero Ignatio Ignatiaſtrum lectori paſſim obtruſiſſe. Ne nimius ſim, duo tantum loca proferre libet. Primus occurrit v. Αγέννητος [5]; ubi ſtatim ab initio verba recitat tamquam Ignatiana, quæ tamen deſumta perhibentur ex interpolata Epiſtola ad Epheſios cap. VII. ſicque ſe habent: Ιατρὸς ἡμῶν ἐςιν, ὁ μόνος ἀληθινὸς θεὸς, ὁ ἀγέννητος καὶ ἀπρόσιτος, ὁ τῶν ὅλων κύριος, τῦ δὲ μονογενῦς πατὴρ καὶ γεννήτωρ. At vir E apoſtolicus in eadem Epiſtola genuina l. c. ita ſcribit: Εἷς ἰατρός ἐςιν, σαρκικός τε καὶ πνευματικὸς, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος κ. τ. λ. Alter locus exſtat v. Αντίψυχον [6]: ibi enim poſtquam hujus vocis exemplum ex germanæ ad Smyrnenſes Epiſtolæ capite X. excerptum adduxiſſet, aliud refert ex interpolata ad Epheſios cap. XXI. Neque his contentus, paria

B recitat ex Epiſtolis ſuppoſititiis ad Antiochenos, ad Heronem, ad Tarſenſes & ad Philippenſes: omniaque iſthæc nobis ingerit tamquam a ſanctiſſimo Antiocheno epiſcopo & martyre Ignatio perſcripta. Unde colligas, Epiſtolas quotquot exſtant omnes, ſive ſinceras, ſive interpolatas ſive demum ſuppoſititias, Svicerum promiſcue pro vere Ignatianis accepiſſe.

His autem de Sviceri *Theſauro* notatis, locus in mentem venit ex apocrypha Epiſtola ad Antiochenos relatus, quem cum in notis tum in Scholiis Nobilii ad *Iſaiæ* IX. *6*. in Bibliis Sixtinis τῶν ό. memini me aliquando legiſſe [7]. At vero excuſan-
C dus videtur Nobilius, ſinceris Ignatianis Epiſtolis tunc temporis nondum detectis. Ambigere tamen quis jure fortaſſe poterit, an pari ſint indulgentia excipiendi viri cetera docti, Calmetus [8], Sabbatierius [9] atque auctor prolegomenωn ad tomum III. Verſionis LXXviralis editionis Grabianæ [10]: qui Nobilium ſecuti, ad illud pariter *Iſaiæ* IX. *6*. eumdem locum ex ea Epiſtola pſeudepigrapha tamquam vere Ignatianum excitarunt.

Hac item arrepta occaſione haud otioſum fortaſſe fuerit meminiſſe illius fragmenti, quod e Joannis Chryſoſtomi homilia *de non anathematizandis vivis vel defunctis* [11] deſumtum, Epiſtolis Ignatianis primo loco ſubjecimus. Sic autem habet: ὃν τρόπον ὁ περιθεὶς ἑαυτῷ ἀλυργίδα βασιλικὴν ἰδιώτης
D τυγχάνων, αὐτός τε καὶ οἱ αὐτῷ συνεργήσαντες, ὡς τύραννοι ἀναιρῦνται· ὕτως, ἔφη, οἱ τῇ δεσποτικῇ ἀποφάσει χρησάμενοι, καὶ ἀνάθημα τῆς ἐκκλησίας ποιήσαντες ἄνθρωπον, εἰς παντελῆ ὄλεθρον ἀπάγυσιν ἑαυτὺς, τὴν ἀξίαν τῦ υἱῦ ἀφαρπάζοντες. „ Id eſt: Quemadmo„ dum ſi quis, privatus quum ſit, regiam purpu„ ram induerit, tum ipſe tum commilitones ejus, „ quaſi tyranni interficiuntur: ſic, inquit; qui do„ minico utuntur decreto, & hominem eccleſiæ „ anathema faciunt, in extremam ſe perniciem ab„ ducunt, Filii dignitatem uſurpantes. „ Hoc autem dictum inter reliqua Ignatiana quæ in Epiſtolis ſinceris haud exſtant, reponendum cenſuimus, S. Doctoris reverentia & auctoritate permoti; qui ejuſmodi effatum enuntiaturus, ſuos auditores his verbis alloquitur: βύλεσθε μαθεῖν, οἷά τις ἐφθέγξατο ἅγιός τις πρὸ ἡμῶν τῆς διαδοχῆς τῶν ἀποςόλων γενόμενος, ὃς καὶ μαρτυρίυ ἠξίωτο; „ Vultis „ diſcere, quid dixerit vir quidam, qui ante nos „ & de ſucceſſione Apoſtolorum fuit, ac marty„ rio dignatus eſt? „ Quem enim alium martyrem ex Apoſtolorum ſucceſſione, protulerit Chry-

1. *Simon.* Judic. de Iſ. Voſſii reſponſ. ſub nomine *Hieronymi le Camus*, pag. 24.
2. *Tentzel.* Exercit. ſelect. part. I. exercit. III. §. XII. pag. *63*.
3. *Grab.* Spicil. tom. II. p. 227.
4. *Nourr.* Appar. ad biblioth. PP. tom. I. diſſert. VIII. §. VII. p. 159.
5. *Svicer.* Theſ. eccl. tom. I. col. 49.
6. Id. ibid. col. 394.
7. *Nobil.* in Vet. Teſtam. ſecund. LXX. tom. II. pag. 474.
8. *Calmet.* Comment. in Iſa. tom. V. pag. 574.
9. *Sabbatier.* Biblior. ſacr. Lat. verſ. antiq. tom. II. p. 535.
10. Vet. Teſt. ex verſ. LXX. edit. *Grab.* tom. III. prolegom. n. IV. ſub fin. §§. *Jam ex hoc ſchemate*, & *Duo tamen ſunt*.
11. *Joan. Chryſoſt.* opp. tom. I. pag. 393. edit. Pariſ. BB.

ſoſtomus Antiochiæ loquens, quam Ignatium Antiochenum epiſcopum? ut jure arguit cl. Montfauconius [1]. Baronius qui primus locum detexit [2], Epiſtolam ad Smyrnæos S. Patri ante oculos obverſatam fuiſſe conjecit, ubi hæc leguntur [3]: *εἰ γὰρ ὁ βασιλεῦσιν ἐπεγειρόμενος, κολάσεως ἄξιος δικαίως γενήσεται, ὥς γε παραλύων τὴν κοινὴν εὐνομίαν· πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ ἄνευ ἐπισκόπου τι ποιεῖν προαιρούμενος, καὶ τὴν ὁμόνοιαν διασπῶν, καὶ τὴν εὐταξίαν συγχεών;* „ Si enim jure erit pœna „ dignus qui adverſus reges inſurgit, ut qui reſolvat „ communem quietem: quanto putatis gravius me„ rebitur ſupplicium, qui ſine epiſcopo quid vo„ let agere, concordiam rumpens & bonum ordi„ nem confundens? „ Cujus quidem loci vim, non verba reddidiſſe Chryſoſtomum, atque ad propoſitum illud ſuum inflexiſſe, ſtatuit idem Annalium eccleſiaſticorum parens. Secus vero arbitratur Tillemontius [4], cui locus hic Ignatianus cum illo Chryſoſtomi vix quidpiam affinitatis habere videtur. Montfauconius tamen in Baronii ſententiam concedit.

Quid quæris? Mirari ſubit enimvero neque Tillemontium neque Montfauconium, qui & textum Græcum Ignatianum, ut quidem putat, in medium profert, in ſuſpicionem haud veniſſe, verba illa non ab Ignatio, ſed ab Ignatiaſtro fuiſſe conſcripta, nec in ſincera ſed in interpolata ad Smyrnæos Epiſtola exſtare. Baronio utique indulgendum eodem nomine, quo paullo ante Nobilium excuſatum voluimus. Quid igitur, inquies, de Chryſoſtomo ſtatuendum fuerit? De eo nimirum ita ſentiendum exiſtimamus: vel aliquod S. Martyris ſcriptum ſive epiſtolicum ſive alius generis nunc deperditum reſpexiſſe S. Doctorem: vel, ſi mavis, Ignatii Epiſtolarum codicem interpolatum in ejus manus aliquando incidiſſe, quem putarit eſſe germanum; quod tamen vix crediderim: vel denique ipſum fortaſſe in alium ab Ignatio apoſtolicum virum oculos intendiſſe. At de his ſatis: quæ quidem non ſolum eapropter adnotanda cenſuimus, ne virorum doctiſſimorum auctoritas incurioſis lectoribus fucum faciat, ſed etiam in primis ut Epiſtolis genuinis debitus honor in tuto poſitus firmius conſiſtat.

Verum antequam alio ſe convertat oratio, de Ignatii Epiſtola Romanis inſcripta quæ in codice Mediceo deſideratur, nonnulla heic admonenda occurrunt, iiſque addenda quæ ſuperius ea de re attigimus. Hanc igitur Epiſtolam typis conſignaturi, Smithi exemplar ad Ruinartii editum diligenter exactum ſelegimus: neque enim Clericum in ſecunda Coteleriana Patrum Apoſtolicorum editione ſequi placuit; qui ne lectore quidem admonito, textum ſive ipſius Epiſtolæ ſive Actorum martyrii Ignatiani ſubinde refinxit, eidemque prout ſibi libuit immutato ſuam interpretationem adjecit. Unum vel alterum hujus haud ferendæ licentiæ ſpecimen accipe. In Epiſtolæ inſcriptione Ruinartiana editio habet, *πατρὸς ὑψίστου*. Ita quoque Logothetes. At Clericus cum Uſſerio, *ὑψίστου πατρός*. Ibidem apud Ruinartium, *καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου υἱοῦ αὐτοῦ*. Vocem *μόνου* habet etiam Metaphraſtes, legitque in ſuo codice vetus interpres. Clericus tamen maluit cum Uſſerio, *μονογενοῦς αὐτοῦ υἱοῦ*. Ibidem Ruinart. *ἥτις καὶ προκάθηται*. Ubi appoſite obſervat Smithus, particulam emphaticam *καὶ* male fuiſſe in vulgatis omiſſam: quam nihilominus Clericus Uſſerium ſecutus omiſiſſe comperitur. Ibidem ſub finem Ruinartii exemplar, *ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ Θεῷ*. Clericus vero, *ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ Θεῷ*. Habet quidem Uſſerius *κυρίῳ*, ſed retinet articulum *τῷ* Θ. a Clerico prætermiſſum: quod in primis notandum. Uno verbo, editor Amſtelodamenſis, relicta paſſim Ruinartiana editione, Uſſerium ubique ferme affectatur; qui tamen, quum hanc Ignatii Epiſtolam in nullo mſ. codice inveniſſet, unius veteris interpretis ductu eam ab interpolationibus redimere adniſus fuit. Utque res experimento probetur, adeat lector Grabium [5]; qui Ruinartii exemplar verbo tenus exhibuit, variaſque Uſſerianas lectiones in cujuſque paginæ limbum conjecit: quas quidem cum Clerici edito diligenter conferens, haud pauca ſane addita, immutata, tranſpoſita facili negotio deprehendet. Recte ne vero an ſecus id factum fuerit, aliis decernendum relinquimus. Nos enim nonnulla ſpeciminis ergo ex una Epiſtolæ inſcriptione delibaſſe contenti, ad alia properamus.

IV. Jam vero poſtularet inſtituti noſtri ratio, ut de harum Epiſtolarum integritate ſermo haberetur. Sed actum profecto ageremus; quum jamdiu eo munere adeo ſtrenue perfuncti fuerint complures viri docti, ut hac de re nullus omnino dubitandi locus ſuperſit, dummodo quiſque, præjudicatis opinionibus tantiſper ſepoſitis, ſincera mente atque animo ingenuo rationes utrimque allatas diligenter excutiat. Vindices Ignatianos præcipuos collectos præbet utraque Coteleriana Patrum Apoſtolicorum editio Amſtelodamenſis: quibus tamen addendi Tillemontius [6], Natalis Alexander [7], Nourrius [8] atque Ceillierius [9]. Neque omittendi Wottonus [10], Clericus [11], Weſſelingius [12] & Joannes Ludovicus Frey [13]: qui pro breviorum Epiſtolarum germanitate ſtilum ſtrinxerunt adverſus Guilielmum Whiſtonum, qui non ſolum ſeptem Epiſtolas longiores, verum etiam tres pſeudepigraphas, ad Tarſenſes, ad Antiochenos & ad Heronem, tamquam genuinas *in ſuo Chriſtianiſmo redivivo* [14] omni animi contentione propugnavit. Whiſtono haud ita pridem quam proxime acceſſit Joannes Philippus Baraterius [15], ut qui licet breviores Epiſtolas velut ſinceras agnoſcat, longiores tamen ſive interpolatas pari jure gaudere opinatur. Sed iſte demum præcocis ingenii fetus fuiſſe videtur: ut proinde comiter ſit excipiendus juvenis eruditiſſimus, qui magna ſpectaſſe comperitur: *quia non modo non invidetur illi ætati*, ut vere ac ſapienter Cicero [16], *verum etiam favetur*.

Inter eos autem qui pro Epiſtolis ſinceris vindicias evulgarunt, Pearſonium eminere nemo neſcit; ſive ingenii & judicii acumen inſpicias, ſive multijugam & exquiſitam eruditionem ſpectes, ſive copiam argumentorum & pondus expendas. Verum, opus Pearſonianum licet adeo luculentum, oppugnare ſunt aggreſſi Matthæus Larroquanus &

1. *Montfauc.* in Chryſoſt. ibid. not. c.
2. *Baron.* ad ann. 382. §. LII.
3. *Ignat.* Epiſt. ad Smyrn. interp. cap. IX.
4. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XI. p. 364.
5. *Grab.* Spicil. tom. II. p. 13. ſeqq.
6. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pagg. 204. 581.
7. *Nat. Alex.* Hiſt. eccl. ſæc. II. diſſert. XXIII.
8. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 78. ſeqq.
9. *Ceill.* Hiſt. gener. tom. I, pag. 623. ſeqq.
10. *Wotton.* Præfat. ad Epiſt. S. Clement. Rom. pagg. CLXXXIII-CCII.
11. *Cleric.* in calce vol. II. PP. Apoſt. pag. 501. ſeqq.
12. *Weſſeling.* Probabil. lib. ſing. cap. XXXIII. p. 293. ſeqq.
13. *Frey* præfat. ad Epiſt. SS. PP.
14. *Whiſton.* The Primitive Chriſtianity reviv. vol. I. Lond. 1711. 8.
15. *Barat.* Diſſertt. I. & II. de Conſtit. Apoſt. pagg. 230, 279.
16. *Cicer.* de Offic. lib. II. cap. IX. ſeu XIII.

Casimirus Oudinus. Et illius quidem conatus irritos fuisse commonstrarunt in primis partim Georgius Bullus [1], partim Nicolaus Nourrius [2] aliique: ut proinde Clericus jure censuerit, dum ait [3]: „ Illarum rerum periti, utroque opere „ diligenter perlecto, negarunt eruditum illum vi„ rum ulla ratione Pearsonii argumenta labefactas„ se. „ Oudini vero dissertationem [4] qui Dallæi ejusque sequacium objectationes plerumque instaurasse perhibetur, tanta demum rationum vi cum elocutionis dignitate conjuncta, nuper confutasse novimus virum doctrina & eruditione præstantem Thomam Mariam Mamachium [5], ut jure usurpare possit V. C. Tullianum illud: *Nullo eum loco consistere sum passus*. Atque inde intelligas velim, soluta simul Heumanni argumenta; quippe qui Oudiniana potiora paucis contracta, tamquam Ignatii Epistolarum certissima νοθείας indicia sibi videri asseverat [6]. Jamque idem judicium tulerat ipsemet Heumannus in Actis Eruditorum [7], Oxoniensem Smithi editionem recensens; cujus deinde sententiam placuit Oudino in laudatam suam dissertationem transferre [8].

Quandoquidem vero Germanus ille criticus in ea Lipsiensi recensione, quam licet Oudino probatam eruditissimus Mamachius præteriit, inter notas suppositionis earumdem Epistolarum, illud etiam referre præ se fert, quod Græcis vocibus quædam etiam Latinæ immixtæ reperiantur, cujusmodi sunt ἐξεμπλάριον [9], δεσέρτωρ, δεπόσιτα, ἄκκεπτα [10]; queriturque proinde, Pearsonium ac Smithum loca illa omnino prætermisisse, quod essent eo judice satis incommoda nimiumque negotii facesserent: heic demum istiusmodi objectamentum tollere præstat, quum Vossius & Cotelerius censori nostro haud fecisse satis videantur. Rem paucis transigamus. Si sancti martyris Ignatii Epistolarum sinceritas periclitetur, quod in ipsis aliquot voces Latinæ occurrant; de divinis quoque Novi Testamenti litteris conclamatum profecto erit. In his enim legimus, κεντυρίων [11], κῆνσος [12], κουστωδία [13], πραιτώριον [14], σιμικίνθιον [15], σουδάριον [16], σπεκουλάτωρ [17], τίτλος [18]. Si eo, inquam, nomine tamquam interpolatæ aut pseudepigraphæ sint

A habendæ Ignatianæ Epistolæ: Novi ergo Fœderis αὐθεντία concidat necesse erit. Quis autem sanæ mentis de litteris divinitus inspiratis, id nedum dicere, sed ne cogitare quidem audeat? An vero vocabula ista, κεντυρίων, κῆνσος, κουστωδία, cet. castius puriusque Græce sonant, quam ἐξεμπλάριον, δεσέρτων, δεπόσιτα, cet.? Quod si Apostolis & Evangelistis, Matthæo (aut, si mavis, ejus interpreti) Marco, Lucæ, Joanni, Paullo Græce scribentibus, voces Romanas usurpare aliquando licuit; quidni & Ignatio Apostolorum discipulo? Sed neque vitio demum vertenda divinis auctoribus, adeoque potiori jure neque sancto episcopo Antiocheno, hujusmodi scribendi ratio: sic enim ferebat B occasio; tunc temporis nimirum per universam fere Græciam, Syriam, Ægyptum &c. Romano imperio longe lateque propagato, ut optime arguit cl. Blackvvallus [19]. Neque aliter sane antiquis Græciæ scriptoribus usu venit, Herodoto, Thucydidi, Xenophonti; apud quos ἀκινάκης, ἄσχυ, βάρις, κανδὺς, κάρχνος, κάσας, παρασάγγης aliasque voces peregrinas, Persicas, Ægyptiacas, legere est: propterea scilicet quod illa ætate qua florebant ii Græciæ scriptores cultissimi, Persarum, Ægyptiorum aliarumque Orientis nationum bella, commercia, itinera, plures ejusmodi exoticas voces in Græcam linguam invexerant. Atque hinc sane quisque intelligit, quam immerito C ista objecerit vir ille criticus.

At alio convertenda est oratio: temporis enim notationem quo Epistolæ VII. ab Ignatio perscriptæ feruntur, nostra interest definire. Constat autem, Eusebio teste [20], sanctum Martyrem eo in itinere illas exarasse, quo jussu Trajani Augusti Antiochia Romam deducebatur, feris objiciendus. Et quatuor quidem, quum Smyrnam pervenisset, misit ex ista urbe ad Ephesios, ad Magnesianos, ad Trallianos atque ad Romanos: ulterius vero progressus, dum Troade consisteret, inde tres reliquas dedit ad Philadelphenses, ad Smyrnæos, privatimque ad Polycarpum horum episcopum. Sed quo demum anno ista contigerint, Cap. sequente D opportunius disquirendum.

1. *Bull.* Defens. fid. Nic. sect. III. cap. I. §§. 10-14. pagg. 179-184.
2. *Nourr.* Appar. l. c.
3. *Cleric.* Præfat. ad vol. II. PP. Apostol.
4. *Oudin.* Comment. de scriptor. eccl. tom. I. pag. 89. seqq.
5. *Mamach.* Originn. & antiqq. Christiann. tom. IV. pagg. 377-406.
6. *Heum.* Consp. reip. litter. cap. VII. §. XLIV. p. 491. & *Pœcil.* tom. II. p. 248.
7. Id. in Act. Erud. Lips. ann. 1710. p. 196. seq.
8. *Oudin.* l. c. pag. 139.
9. *Ignat.* Epist. ad Smyrn. cap. XII. ad Ephes. cap. II. ad Trall. cap. III.
10. Id. Epist. ad Polycarp. cap. VII.
11. *Marc.* XV. 39. 44. 45.
12. *Matth.* XVII. 25. XXII. 17. 19.
13. *Matth.* XXVII. 65. 66. XXVIII. 11.
14. *Matth.* XXVII. 27. *Marc.* XV. 16. *Joan.* XVIII. 28. 33. XIX. 9. *Act.* XXIII. 35. *Philipp.* I. 13.
15. *Act.* XIX. 12.
16. *Luc.* XIX. 20. *Joan.* XI. 44. XX. 7. *Act.* XIX. 12.
17. *Marc.* VI. 27.
18. *Joan.* XIX. 19.
19. *Blackwall.* Auctor. sacr. class. defens. tom. I. part. I. cap. I. §. VII. p. 48.
20. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXXVI.

CAPUT VIII.

DE ACTIS MARTYRII S. IGNATII.

SYNOPSIS.

I. *De* Ignatiani Martyrii Actis *sinceris a Theoderico Ruinartio V. C. primum editis. Eorum uterque vetus interpres additus : integritas paucis asserta.*

II. *De tempore quo sanctus Martyr passus existimatur, duæ feruntur celebriores sententiæ: qua-* A *rum altera ejusdem martyrium anno* CXVI. *altera* CVII. *consignat. Posterior priori præferenda videtur : adeoque ipso anno* CVII. *currente, scriptæ ducuntur Epistolæ Ignatianæ : Acta vero martyrii anno insequente* CVIII. *litteris mandata censentur.*

I. S. Ignatii Epistolis genuinis Acta martyrii ejusdem sincera subjecimus, Oxoniensem Smithi editionem secuti, ut superius innuimus. Græco textui, e codice Colbertino a V. C. Theoderico Ruinartio primum evulgato, duplicem utrimque appinximus Latinam versionem; alteram quidem veteris interpretis, e mſ. Cajensi ab Usserio jampridem editam; alteram vero ab B eodem Ruinartio adornatam : quam enim Clericus refecit, insuper habuimus ea de caussa cujus paullo ante meminimus. Aliam quoque separatim adjecimus antiquam versionem, e codice Cottoniano a laudato Usserio descriptam; quod ejus auctor verum Actorum Græcorum exemplar præ oculis habuisse noscatur, licet quandoque textus aut sententiam aut verba neutiquam fuerit assecutus. Eo autem consilio utrumque veterem interpretem proferendum existimavimus, quo Græcis lux major accederet, sicubi haud satis aperta sive minus emendata occurrant.

De horum autem Actorum *αὐθεντίᾳ* nemo est qui jure vel minimum ambigat. Siquidem, ut C cum Smitho loquar [1], „ a familiaribus S. Ignatii qui Antiochia Romam usque illum sunt „ comitati, atque illius ultimo & maxime glorioso agoni interfuere, descripta fuisse, multa „ in ipsis Actis id testatissimum reddunt. In his „ enim sic loquuntur qui ea litteris tradidere [2]: „ *Ἡμεῖς μὲν ἄκοντες ἀπηγόμεθα, στένοντες ἐπὶ τῷ ἀφ' ἡμῶν μέλλοντι χωρισμῷ τοῦ δικαίου γίνεσθαι.* „ *Nos quidem inviti abducebamur, gementes ob separationem viri justi a nobis mox futuram.* „ Et nonnullis interjectis sub finem [3]: *Τούτων αὐτόπται γενόμενοι. Horum nos ipsi spectatores facti.* „ Hæc, inquam, aliaque extra omne „ dubium ponunt, a S. Ignatii comitibus Acta D „ hujusmodi fuisse perscripta : & quidem non longe post ipsius consummationem, & proximo, „ ut verisimillimum videtur, anno; dum res gestæ cum totius itineris ratione, in recenti fidelius inhæserint memoria. Illos autem fuisse „ Philonem & Agathopodem, quorum meminit „ sanctissimus Martyr in Epistolis ad Smyrneos [4] „ & ad Philadelphenses [5], hunc Antiochenæ, illum vero Tarsensis ecclesiæ diaconum, vix a „ quoquam dubitari aut potest aut debet. „ Hactenus vir eruditus; qui & adversus Riveti, Blondelli aliorumque cavillationes, pleraque subdit lecta digna de itinere instituto atque in iisdem Actis recensito. Quibus tamen unum addere liceat, Philoni scilicet & Agathopodi adjungendum saltem nominatim & Crocum, qui sanctum Martyrem Romam usque affectatus fuisse perhibetur. Ejus enim meminit in Epistola ad Romanos his verbis [6]: *Γράφω δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης. — ἔστι* B *δὲ καὶ ἅμα ἐμοὶ σὺν ἄλλοις πολλοῖς Κρόκος τὸ ποθητόν μοι ὄνομα.* „ Porro hæc scribo vobis e „ Smyrna. — Est autem mecum cum aliis multis & Crocus, desideratum mihi nomen: „ ut proinde quinam seu quotnam hæc Acta descripserint, prorsus nos lateat. Verumtamen eorum integritati minime omnium id officere plane constat; quum & alia plura Martyrum Acta sincera quis litteris consignarit, plerumque ignoremus. Nonnulli quidem horum Actorum veritatem oppugnare sunt aggressi, quos inter primas ferre comperitur Oudinus : ejus enim confidentia eo usque processit, ut S. Ignatium Antiochiæ in pace decessisse conjecerit [7]; Scaligeri forte dubietate C permotus, qui olim edoceri petebat cur demum Ignatius e Syria fuerit Romam deductus [8]. Verum Oudini sententiam, quam haud ita pridem Heumannus quoque instauravit [9], funditus evertit vir doctus [10] superius nobis laudatus.

II. Ceterum alii cordatiores critici pura & germana eadem Acta esse statuunt, neque jure a quoquam solicitanda. Et illi quidem paucissima tantum in iis vitio librariorum corrupta fuisse conjectant, ea præsertim quæ ad annos imperii Trajani & consulum notationem spectant : hi vero, licet haud emendatissimum vetustum hoc monumentum agnoscant, ad tempus tamen in eo signatum quod attinet, integrum esse ac genuinum decernunt. Unus Grabius potiora horum Actorum capita velut sincera recipiens [11], postremam partem omnino spuriam & ab interpolatore quodam assutam arbitratur.

Hinc itaque ortæ variæ virorum eruditorum sententiæ in anno definiendo, quo gloriosus martyr Ignatius occubuit. Has inter duæ celebriores circumferuntur : quarum altera martyrium illud anno Christi CXVI. altera anno CVII. illigandum statuit. Et priorem quidem Pearsonius excogitavit propugnavitque in dissertatione posthuma *de anno quo S. Ignatius a Trajano Antiochiæ ad be-*

1. *Smith.* præfat. in Act. martyr. S. Ignat. p. 42.
2. Act. martyr. Ignat. cap. V.
3. Ibid. cap. VII.
4. *Ignat.* Epist. ad Smyrn. capp. X. & XIII.
5. Id. ad Philadelph. cap. XI.
6. Id. ad Rom. cap. X.
7. *Oudin.* Comment. de scriptor. eccl. tom. I. p. 133.
E 8. *Scalig.* Animadv. in Euseb. chron. ad ann. MMCXXIII. pag. 207.
9. *Heumann.* Conspect. reip. litter. cap. VII. §. XLV. p. 403.
10. *Mamach.* Originn. & antiqq. Christ. tom. IV. p. 401-404.
11. *Grab.* Spicileg. SS. PP. tom. II. p. 22.

ſtias erat condemnatus, a Thoma Smitho in ſuam Oxonienſem editionem Ignatianam primum conjectam. Pearſonio mox acceſſit Guilielmus Loydius in diatriba ejuſdem argumenti, quam edidit atque comprobavit Antonius Pagius [1] : eoſque ſecuti ſunt deinceps Grabius, Smithus & Lequienius [2]. Inhæret autem hæc ſententia Joannis Malalæ in primis auctoritati, aſſerentis [3] *quo tempore terræ motus Antiochiæ accidit, imperatore illic adhuc agente, martyrio coronatum eſſe S. Ignatium epiſcopum Antiochenum*. Ἐμαρτύρησε δὲ ἐπὶ αὐτοῦ ὁ ἅγιος Ἰγνάτιος, ὁ ἐπίσκοπος τῆς πόλεως Ἀντιοχείας. Iſtius vero terræ motus characteres hujuſmodi profert paullo ante idem auctor: Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ θειοτάτου Τραϊανοῦ, ἔπαθεν Ἀντιοχεία ἡ μεγάλη, ἡ πρὸς Δάφνην, τὸ τρίτον αὐτῆς πάθος, μηνὶ Ἀπελλαίῳ τῷ καὶ Δεκεμβρίῳ II. (leg. ΚΓ.) ἡμέρᾳ Α., μετὰ ἀλεκτρυόνα, ἔτους χρηματίζοντος ΡΞΔ. κατὰ τοὺς Ἀντιοχεῖς. „ Diviniſſimo „ Trajano imperante, tertiam ſuam calamitatem „ paſſa eſt magna Antiochia ad Daphnen ſita, „ menſe Apellæo ſeu Decembri, die viceſima „ tertia, feria prima poſt gallicinium, anno æræ „ Antiochenæ CLXIV. „ qui annus cœpit a Kalendis Septembribus anni æræ vulgaris CXV.

Ille igitur terræ motus ſub finem ejuſdem anni CXV. contigit, die ſcilicet ſubſequentis Decembris viceſima tertia in feriam primam incidente; Trajanumque ibidem hiemantem, teſte Dione [4], pæne oppreſſit. Quum autem idololatris in more poſitum eſſet in Chriſtianorum excidium calumnias ſtruere, illiſque maxime omnium publicas calamitates paſſim adſcribere: inde colligunt modo laudati critici, anno CXVI. ineunte, Trajanum proximo vere in Parthos exercitum ducturum, in judicium vocaſſe Ignatium illuſtrem Chriſtianorum in Syria doctorem, illumque palam Chriſtum confitentem ſeque de ſuperſtitione objurgantem, ad beſtias damnatum Romam duci juſſiſſe: quo demum quum poſt longum iter perveniſſet, eodem anno CXVI. deſinente, die XX. Decembris, ut ejus Acta teſtantur [5], martyrio eſt coronatus. Quibus poſitis, ſcriptæ ſunt ergo Epiſtolæ Ignatianæ, ad mentem prædictorum eruditorum, eodem anno æræ vulgaris CXVI. Actaque martyrii anno inſequente CXVII. litteris conſignata.

Poſterior vero ſententia, quam præ ceteris aſſeruere viri doctiſſimi, Uſſerius, Tillemontius atque nuper Corſinius, anno Chriſti CVII. Trajani X. S. Ignatii martyrium illigat, ſinceriſque Actis Ignatianis inniti potiſſimum comperitur. In his enim legimus [6], Trajanum confecto bello Dacico, *imperii ſui anno* IX. ἐννάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, *feſtinanter Armeniis & Parthis bellum illaturum*, σπουδάζοντα ἐπὶ Ἀρμενίαν καὶ Πάρθους, iter orientale ſuſcepiſſe, ſub finem ſcilicet præcedentis anni CVI. ſiquidem quum Trajanus, teſte vel ipſo Joanne Malala [7], menſe Hyperberetæo ſive Octobri Roma digreſſus eſſet, proximo autem menſe Apellæo ſive Decembri Seleuciam perveniſſet; Antiochiam demum Syriæ ingreſſus A eſt μηνὶ Αὐδυναίῳ, τῷ καὶ Ἰαννουαρίῳ, ἑβδόμῃ, ἡμέρᾳ ε., ὥρᾳ ἡμερινῇ δ. *menſe Audynæo ſive Januario, die ſeptima, feria quinta, hora quarta matutina*. Ex quo feriæ *quintæ*, cum *ſeptima* die Januarii anno æræ Chriſtianæ CVII. concurrentis, charactere colligit Uſſerius [8], hoc ipſo anno ineunte, a Trajano Antiochiæ ad expeditionem Parthicam ſe comparante, damnatum fuiſſe S. Ignatium; qui proinde anno eodem labente, imperii Trajani X. die Decembris XX. martyrium ſubiit: adeoque illo ipſo anno CVII. currente perſcriptæ ab eo fuerint Epiſtolæ, atque inſequente CVIII. ejuſdem martyrii Acta evulgata. Apud Malalam quidem, ſive ejus inſcitia ſive librariorum oſcitantia, in B notationem temporum cum imperii Trajani tum Ignatiani martyrii menda nonnulla irrepſiſſe noſcuntur; levi tamen negotio ex iis emendanda, quæ Uſſerius, Chilmeadus [9] aliique monuerunt: ſive ut laudatus Chronographus ſibi conſtet, ſive ut ejus dicta monumentis vetuſtioribus, in primis vero Chronico Euſebiano, haud repugnantia comperiantur.

Ceterum quo hactenus enarrata reliquis Trajani geſtis in oriente paria reſpondeant, duplicem ab eo Parthicam expeditionem ſuſceptam Tillemontius jure conjeciſſe videtur [10]; cujus proinde ſententiam nuper fuiſſe amplexus atque confirmaſſe validius perhibetur, vir politioribus litteris C præſtans Eduardus Corſinius [11]. In eam quidem Diſſertationem Corſinianam *Dubia propoſita* per Eraſmum Froelichium elegantioris doctrinæ conſultiſſimum novimus [12]: quæ tamen laudatus vir doctus in altera Diſſertatione ſibi diluenda ſumſit [13]. At virorum criticorum arbitratui de hac erudita diſceptatione judicio relicto, interim vero ad rem noſtram quod attinet, ipſummet Corſinium juverit ſic loquentem audire: „ Vaillantius, „ inquit, in *Arſacidarum hiſtoria* [14] Parthicam „ Trajani expeditionem anno ſolum V. C. 865. „ ſuſceptam putavit; quemadmodum ſane Loydius [15], Fabrettus [16], Noriſius [17], Pagius [18], „ Baſnagius [19] aliique plurimi Parthicum hoc iter D „ poſt *ſextum* Conſulatum anno V. C. 865. a „ Trajano Romæ ſuſceptum contigiſſe contendunt. Tillemontius vero [20], quo certe nemo „ ſubtilius atque accuratius hanc temporum rerumque geſtarum ſeriem exploravit, Baronii „ ac Petavii veſtigiis inſiſtens, Parthicam hanc „ Trajani Cæſaris expeditionem exeunte anno „ V. C. 859. contigiſſe demonſtrat. Ut autem „ omnia quæ a Noriſio ceteriſque propoſita fuerant, accurate explicari ſimulque componi poſſint, Tillemontius ipſe obſervavit quod duplex „ Trajani in orientem iter diſtingui debet: ut „ in primo quidem Trajanus Armeniam ac Meſopotamiam in Romanæ provinciæ formam reE „ degerit, Parthiæque regnum Choſroi reliquerit; in ſecundo vero Parthis ipſis, expulſo „ Choſroe, regem alium conceſſerit.

„ Ac certe quidem Trajanum Armenia jam „ pridem recepta Romam rediiſſe, iterumque

1. *Pagi.* Critic. ad ann. 107. §. IV. ſeq.
2. *Lequien.* Or. Chriſt. tom. II. col. 701.
3. *Malal.* Chronogr. lib. XI. ſub init. p. m. 117.
4. *Dio* pag. 782.
5. Act. martyr. Ignat. cap. VII.
6. Ibid. cap. II.
7. *Malal.* Chronogr. lib. XI. ſub init. pagg. 115. 116.
8. *Uſſer.* not. 6. in Martyr. S. Ignat.
9. *Chilmead.* ad Malal. lib. XI. nott. 23. 29. pag. 35.
10. *Tillem.* Hiſt. des Emper. tom. II. not. XVII. ſur Trajan pagg. 505-509. — Id. Mem. eccl. tom. II. pagg. 195. 579. 583.
11. *Corſin.* Diſſert. de Minniſ. numm. pag. 6. ſeqq. Liburni 1754.
12. *Froelich.* Dub. de Minniſ. &c. Viennæ Auſtr. 1754.
13. *Corſin.* Diſſert. in qua Dub. &c. Romæ 1757.
14. *Vaillant.* Arſacid. hiſt. p. 305.
15. *Loyd.* de Ep. Ignat.
16. *Fabrett.* de Col. Trajan. p. 290.
17. *Noriſ.* Epiſt. Conſul. p. 72.
18. *Pag.* ad ann. Chr. 105. §. II. ſeq.
19. *Baſnag.* Annal. eccl. ad ann. 112.
20. *Tillem.* Hiſt. Impp. in Trajan. art. XXVIII. & not. XVII. p. 509.

„ Roma in orientem profectum esse, ex nummis A „ etiam ostendi posse putaverim, si cum Dionis „ historia conferantur. Siquidem scriptor ille quum „ dixisset, Armeniam a Trajano Cæsare sine prælio receptam Romanoque populo tributam esse, mox subdit: Ἀπήντων αὐτῷ οἱ τῇδε σατράπαι, καὶ βασιλεῖς μετὰ δώρων ..... Παρθαμασίρην τὸν Ἀρμενίων ἐτιμωρήσατο. Ἐπεὶ δὲ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίων χώραν εἷλε, καὶ πολλοὺς τῶν βασιλέων τοὺς μὲν ὑποπεσόντας ἐν τοῖς φίλοις ἦγε, τοὺς δέ τινας καὶ ἀποθάνοντας (legendum puto ἄποντας, ut hi postremi veluti *absentes* a prioribus qui Trajano *occurrerant*, distinguantur) ἀμαχεὶ ἐχειροῦτο· τότε ἄλλα ἐψηφίζετο αὐτῷ πολλὰ ἡ βουλὴ, καὶ Ὄπτιμον εἴτ' οὖν Ἄριστον, ἐπωνόμασεν. *Satra-* B *pæ qui regionem tenebant, regesque cum muneribus ei occurrerunt .... Parthamasirem Armeniorum regem punivit; captaque universa Armeniæ regione, reges qui deditionem fecerant, in amicorum numero habuit; quosdam vero etiam absentes absque pugna cepit: eique tum alia plura decrevit Senatus, tum præsertim Optimi cognomentum concessit*. Itaque ex Dione & Zonara quoque, *Optimi* nomen tunc primum Trajano Cæsari Romæ concessum fuit, quum is Armeniam expulso Parthamasiride ceterisque regulis omnino sublatis occupasset: ideoque quum in nummis pluribus Romæ percussis *Optimi* nomen Trajano tributum occurrat, in qui- C bus ipse *Consul* v. vocatur [1]; dubitari certe vix poterit quin Trajanus Armeniam subegerit, atque *Optimi* nomen obtinuerit ante annum V. C. 865. quo *sextum* Consulatum Romæ suscepit. Ita quoque, quum in nummis aliis [2] *Optimi* titulus observetur, simulque *Profectio Augusti* memoretur; facile exinde appareт Trajanum, etiam post subactæ Armeniæ tempus atque *Optimi* nomen ipsi tributum, aliquando Roma discessisse: quod fieri certe vel explicari non posset, si semel tantummodo adversus Armenios ac Parthos anno V. C. 865. Roma profectus in oriente obiisset.

„ Hæc ipsa quoque Trajani expeditio ante an- D num V. C. 865. suscepta, pulcherrimo Antiocheno nummo confirmari poterit [3], in quo perspicue legitur: ΔΗΜΑΡΧ. ΕΞ. ΥΠΑΤ. Ε. *Tribuniciæ Potestatis, Consul* v. Etenim si nummus ille tum cusus fuit quum primum Trajanus Antiochiam advenit, ut cl. editor existimavit; perspicuum fiet Trajanum in orientem ante Consulatum *sextum*, adeoque ante annum V. C. 865. concessisse: quemadmodum sane perspicuis temporum characteribus adventus ille Antiochiam in Malelæ historia [4] anno V. C. 860. tribuitur; atque in Actis S. Ignatii martyris perspicue diserteque legitur, quod Martyr ille *nono* Trajani imperantis anno, *Sura & Senecione Consulibus* hoc est, anno 860. ineunte Januario mense, Trajano Antiochiæ degenti, atque in Armenios & Parthos moventi oblatus fuit. Denique eximius alter Trajani nummus habetur [5], in quo Cæsar ipse ΑΡΙϹΤ. ϹΕΒ. ΓΕΡΜ. ΔΑΚ. ΠΑΡΘ. *Optimus, Augustus, Germanicus, Dacicus, Parthicus* appellatur, simulque *decimus* imperii ipsius annus expressus conspicitur. Ergo anno V. C. 861. in quem *decimus* imperii annus incurrit, Trajanus jam *Optimi*, atque a militibus saltem *Parthici* nomen acceperat: ideoque Parthicum iter ab illo susceptum ad annum V. C. 859. referri debet.

„ Itaque non ex scriptoribus solum quos Tillemontius accuratissime exhibuit, sed ex Latinis etiam Græcisque nummis, quos eo libentius heic protuli ut vexatis adeo Ignatii martyris Actis hinc etiam splendor ac præsidium accederet, ostendi jam poterit quod duplex Trajani in orientem profectio agnosci debet: ut in prima quidem Chosroi placatus obsides solum ab illo receperit, solaque urbe Nisibi Batnisque ceptis *Parthici* nomen obtinuerit: in altera vero, quum Chosroes aut a Parthis ipsis expulsus foret, aut fidem Trajano obstrictam violasset, Parthis ipsis novum regem constituerit. „ Hactenus vir ille doctissimus. Neque omittas velim quæ Pearsonianæ sententiæ patronis haud ita pridem opposuit Baraterius [6]. Si enim ea cum Tillemontii & Corsinii placitis componantur, res eo tandem deducitur ut omnino confecta esse videatur; ac proinde nemo in posterum de Actorum Ignatiani martyrii sinceritate jure dubitare possit.

Jam vero ad eam difficultatem enodandam quæ peti solet ex iisdem Actis, ubi S. Ignatii martyrium consignatur ὑπατευόντων παρὰ Ῥωμαίοις Σύρα καὶ Σενεκίω τὸ δεύτερον, *Coss. apud Romanos Sura & Senecione II.* quum ex Fastis constet [7], anno æræ Christianæ CVII. Senecionem IV. & Suram III. consules processisse; plura præter Usserium profert accuratissimus Tillemontius [8]. Quibus addere præstat quæ in veterem eorumdem Actorum interpretem erudite observavit præsul amplissimus Franciscus Blanchinius [9]. Verum in his diutius immorari, instituti nostri ratio non patitur.

Heic tantum lectorem monitum volumus, nos quidem sententiæ a Pearsonio aliisque propugnatæ primum adhæsisse, anno CXVI. Epistolas Ignatianas illigantes, dum illas typis excudendas curabamus: sed re deinceps attentius inspecta, nunc demum alteram sequendam ducimus, quandoquidem validioribus argumentis confirmata esse nobis videtur: ut proinde anno currente CVII. easdem Epistolas a S. Ignatio perscriptas, ejusque Acta martyrii anno insequente CVIII. litteris mandata existimemus.

1. *Vaillant.* tom. II. pag. 121.
2. Ibid. & tom. I. pagg. 47. 49. *Gesn.* Tab. I. n. 78.
3. *Vaillant.* tom. II. pag. 127.
4. *Malel.* histor. lib. XI. init.
5. *Gesner*, Tab. LXXX. n. 11.
6. *Barat.* Disquis. chron. de success. antiqq. Episcopp. Romm. cap. VII. §. 4. pag. 84. seqq.
7. *Almelov.* Fasti Coss. p. 132. alii.
8. *Tillem.* Hist. des Emper. tom. II. nott. XVII. XIX. pagg. 506. 510.
9. *Blanchin.* præfat. ad Anast. biblioth. tom. I. §. 19.

CAPUT IX.

DE S. POLYCARPO ECCLESIÆ SMYRNENSIS EPISCOPO ET MARTYRE.

SYNOPSIS.

SECTIO I.

I. S. Polycarpus *ab Apostolis edoctus, atque a S. Joanne Evangelista Smyrnensis episcopus ordinatus. Quomodo se gesserit in hac dignitate constitutus. Apostolicæ doctrinæ sectator, ac traditionum vindex. Marcioni obviam factus aliquando, quid illi responderit. Hujusmodi occursus expensus.*

II. *Variis Epistolis Ecclesiam illustravit, qua*- A *rum una superstes* ad Philippenses. *Quanto in pretio habita. Quo tempore scripta. Ejus integritas frustra impugnata. Præcipuæ illius editiones.*

SECTIO II.

III. *Exstant fragmenta V. eidem S. Polycarpo adtributa. De iis diversæ virorum eruditorum sententiæ.*

IV. *Eorum sinceritas agnoscenda esse videtur. Objectiones propositæ & dilutæ.*

SECTIO I.

De Epistola ad Philippenses.

I. Iisdem temporibus quibus S. Ignatius, floruisse quoque S. Polycarpus comperitur. Nerone imperante natus existimatur [1] circa æræ vulgaris annum LXI., qui scilicet anno CXLVII. ætatis LXXXVI. martyrium passus fuisse perhibetur, ut infra patebit ubi *de Epistola Ecclesiæ Smyrnensis* agemus [2]. *Ab Apostolis edoctum, & cum multis qui Dominum viderant familiariter versatum*, testatur S. Irenæus ejus discipulus his verbis [3]: Καὶ Πολύκαρπος ὑπὸ ἀποστόλων μαθητευθεὶς καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν. Deinceps *Smyrnæorum episcopum ab ipsis familiaribus ac ministris Domini constitutum*, post Irenæum l. c. tradit Eusebius sic scribens [4]: Τῶν ἀποστόλων ὁμιλητὴς Πολύκαρπος, τῆς κατὰ Σμύρναν ἐκκλησίας πρὸς τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ Κυρίου, τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένος. Cujus tamen ecclesiæ episcopatum a Joanne apostolo ipsum accepisse, prodit Tertullianus [5]: *Edant ergo*, inquit, *origines ecclesiarum suarum; evolvant ordinem episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille episcopus aliquem ex Apostolis vel apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverint, habuerit auctorem & antecessorem .... sicut Smyrnæorum ecclesia Polycarpum ab Joanne collocatum refert.* Neque aliter sane Hieronymus [6]: *Polycarpus Joannis Apostoli discipulus, & ab eo Smyrnæ episcopus ordinatus*: ut proinde Irenæus & Eusebius eodem sensu accipiendi videantur.

Quid autem egerit sanctissimus Ecclesiæ Smyrnensis antistes hanc dignitatem adeptus, luculenter enarrat idem Irenæus in epistola ad Florinum, cujus insigne fragmentum nobis servavit Eusebius. Ejus enim animi & corporis dotes, pietatem, doctrinam, morum gravitatem coram spectatus, graphice depingit, his verbis Florinum allocutus [7]: *Vidi te, quum adhuc puer essem, in inferiore Asia apud Polycarpum, splendide agentem in* B *palatio, & magnopere laborantem ut te illi approbares. Etenim ea quæ tunc temporis gesta sunt, melius memoria teneo quam illa quæ nuper acciderunt: — adeo ut & locum ipsum possim dicere, in quo beatus Polycarpus sedens disserebat; processus quoque ejus & ingressus, vitæque totius formam & corporis speciem; sermones denique quos ad populum habebat; & familiarem consuetudinem quæ illi cum Joanne, ut narrabat, & cum reliquis qui Dominum ipsum vidisset, intercesserat; & qualiter dicta illorum commemorabat; & quæcumque de Domino ab iisdem audierat. De miraculis quoque illius ac de doctrina, prout ab iis qui Verbum vitæ ipsi conspexerant Polycarpus accepe*- C *rat, eodem prorsus modo referebat, in omnibus cum scriptura sacra consentiens.* Hactenus Irenæus, qui & alibi summatim in eamdem sententiam hæc tradit [8]: *Sed & Polycarpus — quem nos quoque adhuc adolescentes vidimus, (vixit enim diutissime; & in ultima senectute, summa cum gloria illustre perpessus martyrium, excessit e vita:) ea semper docuit quæ ab Apostolis didicerat, & quæ etiamnum tradit Ecclesia, & quæ sola sunt vera.*

His autem enarratis, paucisque interjectis, illud quoque refert S. Pater, memoratu dignum. *Ipse etiam Polycarpus*, inquit, *quum ei aliquando Marcion occurrisset dixissetque*, ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς, *agnosce nos; respondit*, ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον D τοῦ σατανᾶ, *agnosco primogenitum satanæ.* Idemque dictum recitant ac Polycarpo adscribunt, præ ceteris, Timotheus presbyter CP. [9] & auctor *Chronici Paschalis* [10]: hic quidem ex Irenæo; ille vero fortasse ex Eusebio. At in Parallelis Damascenicis locus exstat, ex Didymi Alexandrini commentariorum in Isaiam libro sexto desumtus, ubi eadem de Basilide ac Joanne Evangelista enarrantur. Sic autem habet [11]: Προσαγορεύσαντος τοῦ ἀσεβοῦς Βασιλίδου τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, καὶ εἰπόν-

1. *Dodw.* Differt. Iren. I. §. XXII. p. 41.
2. Prolegom. cap. XVIII. §. II.
3. *Iren.* adverf. hæref. lib. III. cap. III. apud *Euseb.* H. E. lib. IV. cap. XIV.
4. *Euseb.* H. E. lib. III. cap. XXXVI.
5. *Tertull.* de *Præscript.* cap. XXXII.
6. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XVII.
7. *Iren.* epist. ad Florin. apud *Euseb.* H. E. lib. v. cap. XX.
8. Id. adv. hæref. lib. III. cap. III. apud *Euseb.* H. E. lib. IV. cap. XIV.
9. *Timoth.* de recept. hæret. apud *Coteler.* Monum. Eccl. Gr. tom. III. p. 379.
10. *Chron. Pasch.* p. 257.
11. *Joan. Damasc.* Parall. tom. II. p. 341.

τος, ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς; ἀμελλητὶ, ἐπιγινώσκω σε, λέγει ὁ ἅγιος, πρωτότοκον τε (leg. τοῦ) σατανᾶ. „ Quum impius Basilides Evangelistam Joannem „ aliquando salutasset, atque dixisset: agnoscis „ nos? incunctanter vir sanctus ait: agnosco te „ primogenitum satanæ. „ Quid porro de hoc loco sentiendum? An memoria falsus fuerit Didymus, ut quod de Marcione ac Polycarpo dictum acceperat, ipse de Basilide ac Joanne retulerit? Haud equidem putaverim: quin hauserit ille fortasse quod refert, ex ipsius Evangelistæ discipuli Papiæ libris *de expositione oraculorum dominicorum*, qui Didymi ætate profecto exstabant, ut ex epistola S. Hieronymi ad Lucinium colligitur [1]. Neque etiam temporis ratio repugnat: siquidem sub Trajano, quo imperante vitam adhuc egisse Joannes traditur [2], suas hæreses sparsisse Basilidem, invictis argumentis Pearsonius in primis demonstravit [3]. Idem itaque utrique acciderit, primum Evangelistæ in Asia, deinde Romæ Smyrnensi antistiti; quemadmodum quidem a sene Basilide fuerit edoctus juvenis Marcion: ut proinde Polycarpus a Joanne, discipulus a magistro, hanc agendi cum hæreticis rationem didicerit. Ex quibus hactenus observatis, præclarum sane apostolicæ doctrinæ sectatorem, strenuumque Ecclesiæ traditionum vindicem atque assertorem fuisse sanctum Smyrnensium episcopum compertum sit.

II. Neque solum verbo & exemplo gregem suum instituit pastor optimus, verum etiam scriptis erudivit sacra doctrina refertis, atque viro apostolico plane dignis. De his hæc habet in epistola modo laudata Irenæus [4]: Καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν δὲ αὐτοῦ ὧν ἐπέστειλεν ἤτοι ταῖς γειτνιώσαις ἐκκλησίαις ἐπιστηρίζων αὐτὰς, ἢ τῶν ἀδελφῶν τισι νουθετῶν αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος, δύναται φανερωθῆναι. „ Sed & ex „ epistolis illius id liquido comprobari potest, „ quas ille partim ad vicinas ecclesias, ut eas „ confirmaret; partim ad quosdam ex fratribus „ misit, admonens illos atque exhortans. „ Ex variis tamen Polycarpianis Epistolis ad nos una pervenit, quæ est ad Philippenses: *luculentissima* scilicet, judice ipso Irenæo [5]; *ex qua quicumque salutis suæ curam gerunt, poterunt si volent, & formam fidei illius, & prædicationem veritatis cognoscere*. Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη, ἱκανωτάτη. ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, δύνανται μαθεῖν: adeo ut haud mirari subeat, si apud primævos Christianos tanto in pretio & honore fuerit habita, ut in sacris eorum cœtibus legi consueverit: quemadmodum ad usque Hieronymi ætatem factitatum fuisse novimus [6].

Temporis vero notatio quo suam exaravit S. Polycarpus Epistolam, ex iis omnino definienda quæ de anno martyrii S. Ignatii superius protulimus. Eodem enim anno quo is Romam deducebatur feris objiciendus, sive ut maxime anno proximo ineunte, illam litteris consignasse sanctum Smyrnensium episcopum, ex Epistola ipsa erudimur. Siquidem in ea petit a Philippensibus edoceri, si quid de Ignatio inaudierint in Italiam perducto [7]: *Et de ipso Ignatio*, inquit, *& de his qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate*. Desunt quidem hodie Græca; ea tamen præ oculis habuit Photius, apud quem sic legimus [8]: Λέγει δὲ καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ αἰτεῖται ἀναδιδαχθῆναι παρ᾽ αὐτοῖς, εἴ τι περὶ ἐκείνου διακούσαιεν. Quum itaque, ut paullo ante docuimus, illam sequi profiteamur sententiam quæ anno Christi CVII. desinente S. Ignatii martyrium consignat: pro nostris igitur rationibus, eo ipso anno currente, vel ad summum, sub initium insequentis CVIII. suam perscripserit Epistolam Polycarpus.

Nunc vero postularet institutum nostrum, ut de ejusdem Epistolæ integritate sermonem haberemus. Verum quo minus eo munere perfungamur, obstant virorum doctorum lucubrationes qui nos in hoc studiorum genere præcesserunt: Pearsonium [9] dico in primis, Caveum [10] & Nourrium [11], ut alios prætereamus: eorum namque opera in irritum cesserunt Dallæi, Larroquani, Lemoynii ac Tentzelii conatus, in pretiosi hujus monumenti αὐθεντίαν intortis; adeo ut jam ratum firmumque sit, nos luculentissimam viri apostolici Epistolam illam nunc legere, quam præ manibus habuere vetustissimi Ecclesiæ scriptores, Irenæus, Eusebius atque Hieronymus.

Eam autem Græce & Latine primus in lucem extulit Duaci 1633. Petrus Halloixius [12], ex apographo Francisci Turriani a viro doctissimo Jacobo Sirmondo ad illum transmisso. Post annos quatuordecim Jacobus Usserius aliud nactus exemplar, quod ex Andreæ Schotti apographo Claudius Salmasius manu sua descriptum cum Isaaco Vossio communicaverat, illud contulit cum edito Halloixiano, atque hanc Polycarpianam Epistolam cum vetere interprete in *Appendice Ignatiana* Londini evulgavit 1647. quam deinde nova interpretatione adornatam inter *Patres Apostolicos* exhibuit Cotelerius Parisiis 1672. Hanc vero excepit duplex editio Stephani le Moyne in *Variis sacris*, Lugduni Batavorum 1685. 1694. typis excusis, ex collatione ms. Medicei, de qua pluribus Wilhelmus Ernestus Tentzelius [13]. Mox insecuta est duplex itidem Oxoniensis 1708. 1709. altera C. Aldrichii, altera Thomæ Smithi; quorum ille Polycarpi Epistolam genuinis Ignatianis præmisit, hic vero subjecit. Prætereo Maderi Helmstadiensem, Ittigii Lipsiensem, Frey Basiliensem, Russelii Londinensem & Clerici utramque Cotelerianam. Has autem inter editiones Smithianam seligendam existimavimus: de qua quidem, ad curam nostram quod attinet, eadem dicta existimes volumus, quæ de Ignatianis Epistolis edisseruimus.

1. *Hieron.* epist. LXXI. n. 5.
2. *Iren.* apud *Euseb.* H. E. lib. III. cap. XXIII. — *Hieron.* de Vir. illustr. cap. IX.
3. *Pearson.* Vindic. Ignat. part. II. cap. VII. p. m. 389. seq.
4. *Iren.* apud *Euseb.* H. E. lib. V. cap. XX.
5. Id. apud *Euseb.* ibid. lib. IV. cap. XIV.
6. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XVII.
7. *Polycarp.* Epist. cap. XIII.
8. *Phot.* Bibl. cod. CXXVI.
9. *Pearson.* Vindic. Ignat. part. II. cap. V. pag. 300-307.
10. *Cav.* Hist. Litt. tom. I. p. 45. seq.
11. *Nourr.* Appar. tom. I. pagg. 84. 104. 161. seq.
12. *Halloix.* Script. orient. tom. I. cap. XVII. p. 525.
13. *Tentz.* Exercitt. part. I. p. 151. seqq.

SECTIO II.

De quinque fragmentis Responsionum Capitulorum.

III. Exstant præterea fragmenta v. *Responsionum Capitulorum S. Polycarpi Smyrnensis episcopi*, quæ circa sæculi VI. medium Victor Capuanus e Græco Latine reddita, Catenæ in IV. Evangelia intexuit. Ea primus edidit Parisiis 1575. Franciscus Feuardentius in calce Annotationum ad Irenæi lib. III. cap. III. ex ms. codice Virduni reperto ac vetustissimis characteribus exarato, ut ipsemet testatur. Eadem deinceps evulgarunt Halloixius [1], Usserius [2] aliique.

De horum fragmentorum sinceritate, varia circumfertur virorum eruditorum sententia. Tamquam legitima videtur agnoscere Grotius [3], dum excitans *Polycarpum interprete Victore Capuano*, integrum fragmentum V. exscribit. Neque aliter illustris Huetius [4]: siquidem inter antiqua monumenta quorum maximam partem vetustas consumsit, recenset etiam *Responsionum Polycarpi* librum, unde quinque illa fragmenta quæ a Feuardentio edita sunt, Latine reposuit Victor Capuanus. Ita quoque Georgius Bullus [5]; qui ex aliis Polycarpi Epistolis Irenæo memoratis quæ interciderunt, esse desumta ejusmodi fragmenta non aspernanda, omnino verisimile arbitratur: adeo ut ex eorum III. velut Polycarpiano, de Filii τῷ ὁμοουσίῳ argumentum depromat.

IV. Dubitant vero alii, quos inter Halloixius & Usserius. Et ille quidem nonnulla forte iis fragmentis assuta existimat: cujusmodi est illud, quod sub finem II. occurrit: *Legitur & in dolio ferventis olei, pro nomine Christi, beatus Joannes fuisse demersus*. „ Neque enim, inquit, Polycarpus „ qui omnia B. Joannis acta, tamquam ejus disci„ pulus, vel videbat ipse, vel ex eo audiebat, „ vel ex comitibus addiscebat, scripsisset, *Legi„ tur*; quasi scilicet, id non aliunde quam ex li„ bris sciret; sed potius simpliciter atque absolu„ te dixisset: *Idem Joannes in dolio ferventis olei*, „ *Christi nomine demersus fuit*: quod longe ma„ jorem vim haberet, quam istud *Legitur*. Est „ enim hæc vox de rebus ante nostra tempora præ„ teritis, non vero de iis quæ nostra memoria, „ nobisque viventibus & fere videntibus, circa „ amicos nostros & magistros accidunt. „ Hæc Halloixius. Et recte sane. Hinc locus ille vel ex Tertulliano [6], vel ex Hieronymo qui ab hoc scriptore Africano eam narrationem accepit [7], videtur adjectus. Quid vero si membrum illud, ab aliena manu oræ codicis Græci quo usus est Victor additum, interpres exinde aliud agens in suam versionem intulerit? Quid si librarius, Catenam a Victore Latine redditam exscribens, atque idem membrum quod aliquis eruditus margini adleverit, pertinere ad suum textum existimans, in suum exemplar conjiciendum putarit?

Aliud insuper censura notandum in his fragmentis detexisse sibi videtur Usserius, eorumque auctorem ἀκυρολογεῖν pronuntiat, dum in V.° Christum *crucis vexillum conscendisse* scribit. „ Nam,

A „ ait, *gestari* quidem vexillum crucis non semel „ audivimus; sed *conscensum* a Christo fuisse ve„ xillum illud, nullibi adhuc invenimus. „ At hoc demum tanti non est, ut ea de caussa fragmenta illa penitus rejicienda quis jure definiat. Nullam certe ἀκυρολογίαν ibidem advertit Grotius vir summus. Quid porro si Græce scripserit σημεῖον Polycarpus, *crucem* intelligens, atque huic voci verbum consentaneum aptarit? Sic sane locutus est Barnabas in *Epist.* cap. XII. Locum inspice infra pag. 131. A. Sic item Ignatius in *Epist. ad Smyrn.* cap. I. ubi phrasin αἴρειν σύσσημον usurpat S. Martyr: σύσσημον, inquam, quod Hesychio & Suidæ est σημεῖον. Hos itaque fortasse imitatus sanctus B Smyrnensis antistes, pari loquendi ratione usus fuerit, quam minus apposite reddiderit vetus interpres.

Verum his missis, ad illud potius, & quidem gravius, accedamus, quod in fragmento II. notat Tillemontius [8]; ubi fertur Jacobus Joannis frater, *novissimus* martyrio sublatus; qui tamen *primus* inter Apostolos pro Christo sanguinem fudisse perhibetur: ut proinde sententia ejusmodi Polycarpo prorsus indigna videatur. Verum ne ista quidem objectio negotium ullum facessere comperitur. Age sis, fac demum, in suo textu ἔσχατον legisse interpretem; quam quidem vocem obvio sensu acceptam, *novissimum* Latine reddendam duxerit: C an ideo statim erroris arguendus fragmentorum auctor? Immo vero ille rectissime scripserit, Jacobum ἔσχατον martyrio consumtum; eaque vox vertenda fuerit *primum*, non autem *novissimum*. Vadem ultro heic se se mihi offert Hesychius: Ἔσχατον — πρῶτον. Glossam Hesychianam confirmaturus eruditus Abreschius in *Miscell.* Pindarum excitat sic loquentem [9]:

ἁμιλλᾶται περὶ
Ἐσχάτων ἀέθλων κορυφαῖς.

Vide sis præstantem Hesychii editionem, a cl. Joanne Alberti adornatam [10]. Ex quibus liquet, horum fragmentorum auctoritati parum aut nihil officere quæ objiciuntur; eaque demum ut vim ha- D berent aliquam, e Græco potius textu quam ex versione essent definienda.

Ceterum si quid adhuc animadvertere liceat, putaverim equidem fragmenta illa esse *Responsionum* excerpta, ut fert quidem inscriptio, quas Polycarpus a suis interrogatus, sive præsentibus sive absentibus, edere consueverat; quæque proinde ab aliquo vel auditorum vel eorum quibus ejus epistolæ inscribebantur, deinceps exceptæ fuerint ac litteris traditæ. Siquidem beatus ille antistes plerumque *sedens disserebat, atque ad populum sermones habebat*: καθεζόμενος διελέγετο, καὶ τὰς διαλέξεις ἐποιεῖτο πρὸς τὸ πλῆθος, ut nos edocet Irenæus αὐτόπτης [11]; qui & ipsum ad quosdam ex fra- E tribus epistolas missitasse ibidem refert. Accedit, fragmenta illa sæculi apostolici genium exprimere, eamque simplicitatem sapere quam ipsamet Polycarpi Epistola spirare dignoscitur.

1. *Halloix.* Vit. PP. orient. tom. I. pag. 522.
2. *Usser.* in Append. Ignat. post Smyrn. epist.
3. *Grot.* in Joan. XVII. 4. *Critic. sacr.* tom. VI. col. 289.
4. *Huet.* de Interpr. lib. II. cap. VII. §. 2. pag. 195.
5. *Bull.* Defens. fid. Nic. sect. II. cap. III. §. 7. pag. 52.
6. *Tertull.* de Præscript. cap. XXXVI.
7. *Hieron.* adv. Jovin. lib. I. cap. XXVI.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 635. not. IV.
9. *Pind.* Nem. Od. X. ℣. 59.
10. *Hesych.* edit. Alb. tom. I. col. 1475. not. I.
11. *Iren.* epist. ad Florin. apud *Euseb.* H. E. lib. V. cap. XX.

CAPUT X.

DE

S. PAPIA

HIERAPOLITANO EPISCOPO.

SYNOPSIS.

I. S. PAPIAS, *Hierapoleos in Phrygia episcopus, Joannis Apostoli auditor: ex Irenæo, Hieronymo aliisque vetustis scriptoribus. Aliter censuit unus Eusebius, cujus sententia plerisque recentioribus minus probatur. Chronici Eusebiani locus expensus.*

II. Papias, vir in primis disertus & scripturarum peritus, juxta Eusebium & Hieronymum. Episcopus Cæsariensis parum sibi constat, dum eum- A *dem Hierapolitanum antistitem velut exili admodum ingenio præditum traducit, quod Chiliastarum auctor exstiterit.*

III. *Libros quinque scripsit* DE EXPOSITIONE ORACULORUM DOMINICORUM, *a Doctore maximo magni habitos. Horum pauca tantum fragmenta supersunt: ex quibus nonnulla sequioris ævi Græcis scriptoribus tribuenda videntur.*

I. SAnctis Ignatio & Polycarpo, Joannis Evangelistæ discipulis, tertius addendus S. PAPIAS, Hierapoleos Phrygiæ postmodum episcopus: ab Eusebio [1] inter eos recensitus post Clementem & Ignatium, qui *κατὰ τὴν πρώτην τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν ἐν ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαις γεγόνασι ποιμένες ἢ καὶ εὐαγγελισταί·* „ primis apostolicæ successionis temporibus per omnes orbis terrarum „ ecclesias, pastores aut evangelistæ fuerunt. „ Et ipsum quidem Joannis Apostoli auditorem fuisse, luculenter satis testatur Irenæus his verbis [2]: *Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀρχαῖος ἀνήρ.* „ Papias Joannis auditor, „ Polycarpi autem contubernalis, vetus homo. „ Ita quoque post sanctum episcopum Lugdunensem, longo agmine scriptores veteres. Hieronymus [3]: *Refert Irenæus*, inquit, *vir apostolicorum temporum, & Papiæ, auditoris Evangelistæ Joannis, discipulus*. Sic item ab Anastasio Sinaita [4], *inter veteres ecclesiarum interpretes qui spiritualiter sunt contemplati de Christi ecclesia, ea quæ scripta sunt de paradiso*, adnumeratur *& celebris Papias Hierapolitanus, Joannis Evangelistæ discipulus*. Neque aliter sensisse videtur S. Maximus, dum ait [5], ipsum *D. Joannis Evangelistæ temporibus floruisse*: *συνακμάσαντα τῷ θείῳ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ*. In eamdem sententiam Andreas Cæsariensis [6], & Oecumenius [7]: ut antiquos Martyrologos, Bedam, Usuardum, Adonem, Notkerum, cet. omittamus.

Unus Eusebius inter antiquiores, non Joannis quidem Apostoli, sed Joannis presbyteri aut senioris, discipulum fuisse Papiam aperte profitetur his verbis [8]: *Αὐτός γε μὲν ὁ Παπίας κατὰ τὸ προοίμιον τῶν αὐτοῦ λόγων, ἀκροατὴν μὲν καὶ αὐτόπτην οὐδαμῶς ἑαυτὸν γενέσθαι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ἐμφαίνει· παρειληφέναι δὲ τὰ τῆς πίστεως παρὰ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων διδάσκει.* „ At vero Papias ipse in procemio librorum „ suorum, se quidem sanctorum Apostolorum au„ ditorem atque spectatorem fuisse non prodit: sed „ ab eorum familiaribus ea quæ ad fidem pertinent „ se accepisse docet. „ Et nonnullis interjectis: „ Papias, *inquit*, Apostolorum quidem dicta, ab „ iis qui cum illis versati fuerant, se accepisse „ profitetur: Aristionis autem & Joannis presby„ teri auditorem se fuisse dicit. „ *Παπίας τοὺς μὲν τῶν ἀποστόλων λόγους παρὰ τῶν αὐτοῖς παρηκολουθηκότων ὁμολογεῖ παρειληφέναι· Ἀριστίωνος δὲ καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου αὐτήκοον ἑαυτόν φησι γενέσθαι.* „ Ita quidem Eusebius de Papia, Grabii verbis „ utor [9]; sed non Papias de semet ipso: qui se nec „ *Joannem Apostolum* audivisse negat, nec *Pres*„ *byteri* auditorem fuisse plane affirmat. Negasse „ male concludit Eusebius ex istis Papiæ verbis „ ubi ait, *se solicite ex Apostolorum familiaribus* „ *sciscitatum esse quid Andreas, quid Petrus....* „ *quid Joannes, dixerint*. Nam eadem ratione ne„ gandum quoque fuisset, quod Joannem presbyte„ rum audiverit Papias, quoniam & in hujus di„ cta se inquisivisse, ibidem testatur, addens: „ *quæ item Aristion & Joannes presbyter effati* „ *sint*. Hoc tamen omnino voluit Eusebius, licet „ non clare affirmaverit Papias. Quippe is unum „ quidem & alterum Joannis senioris dictum re„ fert apud Eusebium l. c. non tamen se ipsum „ hæc ex illo audivisse ait. Verum non repugno; „ quin potius ab utroque Joanne, & Apostolo & „ seniore, Papiam traditiones accepisse credo. Ne„ que enim ex eo quod alios eorum auditores de „ pluribus se percontatum profitetur Papias, col„ ligi potest, eum ipsum haud ex illorum nume„ ro fuisse: seduli quippe discipuli solent omnino, „ ubi eos quid fugerit, ex condiscipulis dicta sen„ susque magistrorum exquirere, præsertim si alios „ diutius & familiarius cum eis conversatos no„ verint. Sit igitur ratum, Papiam Joannis Apo„ stoli, & forte etiam Presbyteri, auditorem fuis„ se. „ Hactenus vir eruditus. Ita quoque Tillemontius [10], Orsius [11] aliique.

His autem unum adhuc addendum existimamus. In Chronico scilicet Eusebiano hæc leguntur [12]: *Joannem Apostolum usque ad Trajani tempora Irenæus episcopus permansisse scribit: post quem audi-*

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXXVII. sub fin. & cap. XXXIX.
2. *Iren.* adv. hær. lib. V. cap. XXXIII. n. 4. apud *Euseb.* H. E. lib. V. cap. XXXIX.
3. *Hieron.* Epist. LXXVI. n. 3. opp. tom. I. edit. Veron. col. 450.
4. *Anast. Sin.* lib. VII. Anagog. Contempl. in Hexaem. tom. I. bibl. PP. Paris. 1609. col. 223.
5. *Max.* Schol. ad cap. VII. §. 2. Dionys. Areop. de eccl. Hier.
6. *Andr. Cæsar.* in Apoc. cap. XXXIV. tom. I. bibl. PP. Paris. 1644. col. 1572.
7. *Oecum.* in Act. Apost. cap. II. pag. 11.
8. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXXIX.
9. *Grab.* Spicil. tom. II. pag. 27.
10. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 620. not. 1.
11. *Orsi* Istor. eccl. lib. III. n. XVIII. tom. II. pag. 74.
12. *Euseb.* Chron. ad ann. MMCXVI.

tores ejus insignes fuerunt Papias Hierapolitanus episcopus, & Polycarpus Smyrnæus, & Ignatius Antiochenus. Quæ quidem posteriora verba par est credere fuisse ab Hieronymo adjecta, ut alia passim. Ea namque in Græcis Scaligerianis desiderantur, ubi sic tantum [1]: Ἰωάννην τὸν ἀπόστολον εὐαγγελιστὴν μέχρι τῶν τοῦ Τραϊανοῦ χρόνων παραμεῖναι τῷ βίῳ Εἰρηναῖος ἱστορεῖ. Et quamquam cl. Vallarsius illa ex Syncello suppleverit [2]; ab eo tamen Chronographo aliunde petita videntur. Ita enim ille [3]: Ἰωάννην τὸν θεολόγον καὶ ἀπόστολον, Εἰρηναῖος καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσι παραμεῖναι τῷ βίῳ ἕως τῶν χρόνων Τραϊανοῦ· μεθ' ὃν Παππίας Ἱεραπολίτης, καὶ Πολύκαρπος Σμύρνης ἐπίσκοπος, ἀκουσταὶ αὐτοῦ ἐγνωρίζοντο. Verum fac demum ista scripserit Eusebius: num ideo parum sibi constans Historicus iste dicendus? Haud equidem putaverim: quin potius ipsum exinde animum deposuisse crediderim, utpote qui post Chronicon Historiam ediderit. Utcumque vero se res habeat, illud saltem commodi tum ex hoc Eusebiani Chronici loco, tum ex alio Syncellianæ Chronographiæ accedit, quod magis magisque confirmatur sententia de Joannis Apostoli auditore Papia.

II. Ex hac igitur Joannis Evangelistæ disciplina & familiari virorum apostolicorum consuetudine, haud mediocrem rerum divinarum scientiam Papias fuisse adeptus perhibetur. Fuit enim *vir in primis disertus & eruditus, atque scripturarum peritia imbutus*, ut scribit Eusebius [4]: ἀνὴρ τὰ πάντα ὅτι μάλιστα λογιώτατος, καὶ τῆς γραφῆς εἰδήμων. Cujus item rei locuples testis accedit Doctor maximus, ad Lucinium Boeticum sic scribens [5]: *Sanctorum Papiæ & Polycarpi volumina, falsus ad te rumor pertulit a me esse translata: quia nec otii mei, nec virium est, tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate*. Quæ quidem Hieronymi verba si Valesio viro doctissimo succurrissent, sibi fortasse temperasset ab ea ferenda sententia, qua statuit modo allatum Papiæ elogium Eusebianum ab imperito quodam scholiaste præter illius Historici mentem fuisse illic adjectum; eo nimirum nomine, quod ipsemet Papias velut *exili admodum ingenio præditus*, σφόδρα σμικρὸς ὢν τὸν νοῦν, ab eodem Eusebio paullo post describatur [6]. Verum, ut opinor, inde potius concludendum erat, parum sibi constitisse Cæsariensem episcopum, dum virum apostolicum propterea notandum censuit, quod non satis pervidens quæ arcano quodam sensu in sacris oraculis, vicesimo nempe Apocalypseos capite, dicebantur, chiliasmum in Ecclesiam intulerit: perinde ac si opinionem illam, antequam in apertam proruperit hæresim, amplexi haud fuerint Justinus M. Irenæus, Tertullianus aliique Patrum vetustissimi; quos tamen doctrina & eruditione præstantes viros fuisse, nemo sane inficias iverit. Qua de re præ ceteris Nourrium adire juverit, qui tum Papiæ, tum reliquorum catholicorum Chiliastarum opiniones excutere & sollerter explicare aggressus est [7].

Ceterum hinc forte acciderit quod monet laudatus Valesius, in nonnullis codicibus Eusebianis, ad sententiam ejusdem Historici, primum fuisse abrasum, deinde omissum penitus illud Papiæ encomium; ut qui mille annorum regni Christi fabulam, ceu judaicam δευτέρωσιν, primus ediderit. Quod quidem nollem factum, si tamen factum admittere oporteat. Hoc enim erratum, Papiæ commune cum plerisque primorum sæculorum doctissimis Patribus, nullo pacto nos cogere videtur cur existimemus, hunc sanctum Hierapolitanum episcopum ab Eusebio haud fuisse habitum ceu *virum ætate sua celebrem, disertum in primis & eruditum, ac scripturarum scientia excultum*. Quod si vero de loci hujus interpolatione Valesii conjecturam quis velit admittere, illud optimo sane jure nos pronuntiare posse putamus, ab eodem Historico immerito prorsus fuisse ob eam caussam notatum apostolicum virum; cujus nempe *volumina tantas res* complexa esse noscantur, ut *virium* suarum non esse profiteretur Hieronymus, *eadem in alteram linguam exprimere venustate*.

III. Utinam vero ad nos usque pervenissent illa! Et supererant quidem sæculo XIII. ineunte, ut e codicum mss. catalogo circa annum Christi MCCXVIII. confecto erudimur, quem ex ecclesiæ Nemausensis tabulario erutum, cl. Menardus haud ita pridem evulgavit [8]: ut proinde viri eruditissimi recte conjecisse existimentur [9], quod Trithemii quoque ætate, ut ipsemet innuere videtur [10], sæculo nimirum XV. exeunte, eadem exstitisse potuerint: licet Caveus [11] & Fabricius [12] neutiquam id sibi persuadeant. Utcumque sit, testatur Eusebius [13] post Irenæum, quinque tantum libros scripsisse Papiam, quos prænotavit titulo λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως, *de expositione oraculorum Dominicorum*, sive ut interpretatur Hieronymus [14], *Explanatio sermonum Domini*: ex quibus fragmenta nonnulla de Millennio recitat Irenæus, & alia quædam Eusebius, ut reliqua paucula omittamus. Quæ vero apud Oecumenium ceterosque sequioris ævi scriptores Græcos de morte Judæ proditoris tamquam ex Papiæ libris desumta occurrunt, adeo levia sunt & inania, ut jure cum Tillemontio [15] quis dubitet, an ea umquam idem Hierapolitanus episcopus litteris consignarit.

Ejusmodi autem fragmenta omnia quæ supersunt, qualiacumque demum sint, post Halloixium & Grabium protulimus: quibus unum addidimus n. VII. e codice XXIII. bibliothecæ Coislinianæ a cl. Montfauconio adornatæ descriptum; eo in primis consilio, quo salva consisteret atque integra, lectio Actuum Apostolorum I. 18. a Grabio frustra sollicitata, ut ad eum locum in notis monuimus.

1. Græc. *Scalig.* pag. 268.
2. *Vallarf.* opp. Hieron. tom. VIII. pag. 691.
3. *Georg. Sync.* Chronogr. pag. 347. edit. Paris.
4. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXXVI.
5. *Hieron.* Epist. LXXI. n. 5. edit. Veron.
6. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXXIX.
7. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 268. seqq.
8. *Menard.* Hist. civ. eccl. & litter. de Nismes. Paris 1750. 4.
9. Mem. de *Trevoux*, Decembr. 1750. Art. CLIX.
10. *Trithem.* de Script. eccl. cap. IX.
11. *Cav.* Hist. litter. tom. I. pag. 48.
12. *Fabric.* Bibl. eccl. ad Trithem. l. c.
13. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXXIX.
14. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XVIII.
15. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 620. not. II.

CAPUT XI.

DE ANONYMO VIRO APOSTOLICO, EPISTOLÆ AD DIOGNETUM AUCTORE.

SYNOPSIS.

I. *De Anonymi viri Apostolici* EPISTOLA AD DIOGNETUM, *cujus editiones enuntiantur. Minus recte Justino M. adscripta censetur. Idque variis argumentis evincitur, e scriptoris charactere, temporum notatione ac stili discrimine sumtis.*

II. *Nonnullis objectionibus occurritur.*

A III. *Quis ejusdem Epistolæ auctor fuerit, inquiritur. An Clemens Romanus? Fortasse potius Apollo, vir Alexandrinus, eloquens ac disertus: cujus in Actis Apostolorum & in Epistolis Paullinis frequens mentio. De Diogneto cui Epistola inscribitur, deque ipsius Epistolæ præstantia, observatio.*

I. DUM Epistolæ Ignatianæ prelo committebantur, mentem subiit cogitatio de insignis EPISTOLÆ AD DIOGNETUM auctore, qui sæculo I. floruisse comperitur. Verum quum ab Ignatii societate neque Polycarpus neque Papias essent omnino disjungendi, Anonymo demum viro illi Apostolico locum dare saltem post sanctum Hierapolitanum episcopum, opportunum duximus.

Præstantissimam itaque hanc Epistolam primus Græce in lucem extulit, Latine vertit notisque illustravit Henricus Stephanus anno 1592. quæ deinceps S. Justini M. operibus addita, prodiit in editionibus Heidelbergensi 1593. Parisiensibus 1615. & 1636. Coloniensi seu Witebergensi 1686. atque in nupera Parisiensi 1742. omnium sane luculentissima, opera & studio V. C. Prudentii Marani concinnata; cujus tandem exemplar quinque post annos, sed minus emendate, Veneta expressit: qua proinde posthabita, nostram ad præcedentis normam exegimus; eaque insuper suis locis restituimus, quæ sive addenda sive emendanda monuerat doctissimus editor.

Quamvis autem eamdem Epistolam complures haud incelebres scriptores, sæculo in primis superiore, S. Justino absque ulla hæsitatione adjudicarint; non defuere tamen alii, neque pauci, cum ingenio tum doctrina præstantes viri, qui ejus auctorem Justino multo antiquiorem esse existimarunt. Hos inter primas tenet Tillemontius [1]; quem deinde secuti sunt Nourrius [2], Baraterius [3] & nuper demum Orsius [4], vir & litteris & dignitate conspicuus.

Neque sane levia esse videntur, quæ ad hanc sententiam adstruendam in medium proferuntur argumenta, e scribentis potissimum charactere, ac temporum stilique discrimine elicita.

Et primum quidem satis aperte prodit auctor [5], Apostolorum disciplinæ se se addixisse, eorumque exstitisse auditorem. Ἀποστόλων γενόμενος μαθητὴς, γίνομαι διδάσκαλος ἐθνῶν. „ Quum fuerim Apostolorum discipulus, fio gentium doctor. „ Quod sane non nisi admodum improprie, de Justino quis dixerit.

Deinde Christianam religionem recens exortam sæpius inculcat noster Anonymus. Alloquens enim Diognetum sub initium Epistolæ [6]: „ Video te, „ *inquit*, acerrimo studio teneri discendi, quis „ sit divinus Christianorum cultus, — & cur NOVUM hoc genus aut institutum in consuetudinem „ venire NUNC COEPERIT, ET NON PRIUS ... „ τί δή ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον νῦν, καὶ οὐ πρότερον. Et mox in eamdem sententiam [7]: „ Postquam factus fueris, velut ab initio, novus homo, utpote SERMONIS B „ NOVI, sicut & ipse confessus es, auditor futurus „ .... λόγου καινοῦ ἀκροατὴς ἐσόμενος. Nonnullisque interjectis, clarius adhuc idem confirmat his verbis [8]: „ Quum superiori tempore Deus nos convicisset, non posse vitam consequi naturam nostram, NUNC autem Servatorem ostendisset, qui „ servare posset ea etiam quæ servari non poterant „ cet. νῦν τὸν σωτῆρα δείξας, δυνατὸν σώζειν καὶ τὰ ἀδύνατα κ. τ. λ. Et paullo post [9]: „ Hic qui semper, HODIE Filius habitus, per quem Ecclesia „ ditatur. „ οὗτος ὁ ἀεὶ, σήμερον υἱὸς λογισθείς· δι' οὗ πλουτίζεται ἡ ἐκκλησία. Quæ quidem omnia rite perpensa, ætati Justini quadrare vix ac ne vix quidem putaverim.

C Quid quod, templo Hierosolymitano adhuc stante, hanc ab se scriptam Epistolam auctor haud obscure declarat? De Judæis namque verba faciens, eosque cum ethnicis conferens & Christianis, hæc habet [10]: „ Judæi .... qui per sanguinem & nidorem „ & holocausta, facere se Deo sacrificia PUTANT, „ nihil mihi differre videntur ab iis, qui sensu carentia eodem honore studiose prosequuntur. „ Subditque statim: „ At eorum circa cibos meticulosam cautionem, & superstitionem circa sabbata, & jactantiam de circumcisione, & quæ de „ jejunio ac noviluniis SIMULANT, quæ ridicula „ sunt & relatu indigna, te a me discere necesse „ habere non arbitror. „ Mox vero: „ Communi igitur (*gentium*) vanitate & impostura, & D „ Judæorum curiositate atque jactantia, jure Christianos abstinere, te abunde didicisse arbitror. „ Ἰουδαῖοι ... ἀπέχονται .... ἀξιοῦσι .... τὴν θρησκείαν προσάγουσι τῷ Θεῷ ταύτην ... διαμαρτάνουσι .... δοκοῦσι. Viden' heic omnia ita efferri, ut eo tempore quo scribebat Anonymus, cultus Judaicus adhuc viguisse oportuerit? Loquitur enim haud secus ac Clemens Romanus in Epistola I. Corinthiis inscripta [11]: ut proinde argumentum illud quod ex eo Clementino loco ad temporis notationem definiendam superius eruimus [12], idem quoque, ad nostri

1. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 493. not. 1. sur la persecut. de Neron.
2. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 445. seqq.
3. *Barat.* Disquis. chron. cap. VI. §. 4. pag. 76. seq.
4. *Orsi* Istor. eccl. lib. II. §. XXVI. tom. I. pagg. 378 - 382.
5. *Anon.* Epist. ad Diognet. cap. XI.
6. Ibid. cap. I.
7. Ibid. cap. II.
8. Ibid. cap. IX.
9. Ibid. cap. XI.
10. Ibid. capp. III. & IV.
11. *Clem.* Epist. I. ad Cor. cap. XLI.
12. Prolegom. cap. I. §. IX.

Anonymi ætatem quod attinet, urgendum videatur: adeoque ipſius Epiſtola ut maxime Chriſti anno LXIX. illiganda, aut ocyus etiam fortaſſe, quod magis placet, ut ex mox dicendis compertum fiet.

Aliud inſuper, & meo quidem animo, haud leve indicium ſuppetit ex eadem Epiſtola, nemini quod ſciam hactenus animadverſum, quo conjectura propoſita de ipſius auctore viro apoſtolico magis magiſque adſtruitur. Belli nimirum quod tunc temporis Judæi ſimul & Græci adverſus Chriſtianos gerebant, meminit noſter Anonymus hiſce verbis [1]: *Ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται, καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας εἰπεῖν οἱ μισοῦντες οὐκ ἔχουσιν.* „ Adverſus eos (*Chriſtianos*) „ tamquam alienigenas Judæi bellum gerunt, & „ Græci eos perſequuntur: & oſores eorum cauſ„ ſam inimicitiarum dicere nequeunt. „ Pauciſque interpoſitis [2]: (Οὐχ ὁρᾷς) *παραβαλλομένους θηρίοις, ἵνα ἀρνήσωνται τὸν κύριον, καὶ μὴ νικωμένους; οὐχ ὁρᾷς, ὅσῳ πλείονες κολάζονται, τοσούτῳ πλεονάζοντας ἄλλους;* „ Non vides objectos feris, ut abnegent Do„ minum, & non vinci? Non vides, quo plu„ res qui ſuppliciis afficiunt, eo majorem aliorum „ eſſe numerum? „ Quibus in verbis duo potiſſimum notanda putaverim. Et primum quidem loquitur auctor de Chriſtianis Exiudæis, ſive de iis qui poſtquam *exiiſſent ad Jeſum extra caſtra, improperium ejus portabant*, ut phraſi utar Paullina [3]: teſtatur namque, adverſus eos tamquam *alienigenas* a *Judæis* bellum geri. Scilicet, inquit, qui exagitantur Chriſtiani, *Hebræi ſunt*, *Iſraelitæ ſunt*, *ſemen Abrahæ ſunt* [4], eodemque ſanguine ſati quo & eorum perſecutores Judæi; qui tamen eos inſectantur ac bello laceſſunt, perinde ac ſi *alienigenæ*, *ἀλλόφυλοι*, eſſent. Et hoc ſane ſenſu illam auctoris noſtri ſententiam eſſe accipiendam, nemo ut equidem opinor inficias ierit. Heic jam quæro, quid aliud iis verbis innuiſſe putandus noſter Anonymus, præterquam turbas illas ac ſeditiones quas ab Eccleſiæ incunabulis adverſus fideles ex circumciſione ciebant inceſſanter Judæi, quemadmodum tum ex Actis Apoſtolorum paſſim [5], tum ex Apocalypſi [6] plane conſtat; quas item deinceps nonnumquam excitaſſe perhibentur, ut ex Eccleſiæ Smyrnenſis Epiſtola in primis liquet [7]? Harum igitur Judaicarum perſecutionum *αὐτόπτης* ſcriptor ipſemet apoſtolicus, ea litteris conſignavit quæ modo retulimus; quæque proinde haud equidem intelligo qua ratione Juſtini temporibus aptari poſſint.

Alterum vero duobus in locis allatis notatu dignum illud occurrit, quod eodem tempore quo Judæi, Græci quoque adverſus Chriſtianos pugnabant; quos & *feris objectos* aſſerit Epiſtolæ auctor, & *eo majorem illorum eſſe numerum* pronuntiat, *quo plures qui eos ſuppliciis afficiunt*. Ecquis porro perſecutionem Neronianam his characteribus apprime deſignatam non videat? Primum ſiquidem eamdem perſecutionem reſpiciens Hermas, ſcriptor alter apoſtolicus eademque tempeſtate florens qua ſcripſiſſe cenſetur noſter Anonymus, ut ſuperius oſtendimus [8], eorum meminit [9] *qui* JAM *meruerunt Deum, & paſſi ſunt cauſſa nominis ejus* — FERAS BESTIAS, *flagella*, *carceres*, *cruces*. Deinde ex Tacito erudimur [10], religionem Chriſtianam

A ſub eodem Nerone quo magis vexatam, eo majora in dies incrementa cepiſſe. *Repreſſa*, inquit, *in præſens exitiabilis ſuperſtitio, rurſus erumpebat, non modo per Judæam originem hujus mali, ſed per Urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt, celebranturque*: ut proinde locutus eſſe de illa ipſa perſecutione jure ac merito exiſtimetur Epiſtolæ auctor.

His demum accedit ejuſdem Epiſtolæ ſtilus, multo floridior eo & elegantior, quo S. Martyr in ſuis quotquot circumferuntur ſinceris operibus uſus comperitur. De ſtilo ſiquidem Juſtini ſummus criticus Photius ita cenſuit [11]: *Ῥητορικαῖς τέχναις οὐκ ἔχει σπουδὴν ἐπιχρῶσαι τὸ ἔμφυτον αὐτοῦ τῆς φιλοσο-*
B *φίας κάλλος. διὸ καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ ἄλλως ὄντες δυνατοὶ, καὶ τὸ ἐπιστημονικὸν διασώζοντες, τῶν ἐκεῖσθεν οὐκ εἰσὶν ἀποστάζοντες ἡδυσμάτων, οὐδὲ τῷ ἐπαγωγῷ καὶ θελκτηρίῳ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀκροατῶν ἐφελκόμενοι.* „ Rhetorico artificio, *inquit*, nativam philoſo„ phiæ ſuæ pulcritudinem colorare nihil penſi ha„ buit. Quamobrem etiam ejus oratio, pollens „ alioqui ac valida, ſcientificumque ſervans ſti„ lum, rhetorica illa condimenta non ſpirat, nec „ illecebris & blandimentis vulgus auditorum at„ trahit. „ Quod ſane judicium ſi quis conferre velit cum illa præſtanti elocutione qua utitur auctor Epiſtolæ, quamvis fortaſſe reliqua deeſſent argumenta, illam tamen Juſtino abjudicandam vel
C invitus fateatur oportet. Et hac quidem difficultate adeo permotus fuit doctus editor Benedictinus, ut inter certiſſima S. Martyris opera eamdem Epiſtolam eo loco haud collocarit, quem alioquin ipſi adſignaſſet, niſi dubitatio pectore infixa viro clariſſimo hæſiſſet [12].

„ Neque vero, ut optime Nourrius [13], inde „ continuo quis arguat, ſtilum tanto ſtudio ela„ boratum, ab ſumma orationis apoſtolicæ ſim„ plicitate magis abhorrere, quam ut alicui eo„ rum diſcipulo poſſit adtribui. Enimvero poſt „ divinos ſcriptores, a quibus ſancto afflante Spi„ ritu edita ſunt ſacra ſcripturarum volumina, „ ingenio quiſque indulſit ſuo, atque lucubratio-
D „ nes ſuas ſtilo alii elegantiori, alii ſimpliciori „ exararunt. Fatendum tamen eſt, eos ſæpius „ ſimplicitati ſtuduiſſe; nec auctor noſter abſque „ gravi aliqua cauſſa, fortaſſis ut veritatem Dio„ gneto facilius perſuaderet, his eloquentiæ ar„ tificiis atque ornamentis uſus fuerit. „ Hactenus vir eruditus. Qua de re pleraque habes, ſollertiſſimo Fabricio ſcite obſervata [14].

II. Quæ autem huc uſque animadvertimus, ſi cui æquo animo expendere libeat, vix dubito quin eorum ſententiam amplectatur, qui hujus Epiſtolæ auctorem Juſtino M. multo vetuſtiorem eſſe definiunt. Nonnullis quidem viris criticis ex iis locis unum vel alterum aliter accipere pla-
E cet, quo Juſtino Epiſtolam aſſerant: ſed vim inferre verbis videntur, ut ea ſenſum illum effundant quem intendunt; quum contra æquabilius fluant omnia, ubi ad ea referantur tempora quæ ex ipſo contextu extudimus. Neque demum quis jure ſibi perſuadeat, Juſtinum M. aut alium quemvis ipſo recentiorem, eam loquendi rationem in

1. *Anon.* Epiſt. ad Diognet. cap. V.
2. Ibid. cap. VII.
3. *Heb.* XIII. 13.
4. II. *Cor.* XI. 22.
5. *Act.* XIII. 50. XIV. 2. XVIII. 12. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV.
6. *Apoc.* II. 9. III. 9.
7. *Eccl. Smyrn.* Epiſt. de S. Polycap. martyr. capp. XII. XIII. XVII. Vid. infr. pagg. 618-620.
8. Prolegom. cap. II. §. IV.
9. *Herm.* Paſt. lib. I. Viſ. III. capp. I. & III.
10. *Tacit.* Annal. lib. XV. cap. XLIV.
11. *Phot.* Bibl. cod. CXXV.
12. *Maran.* præfat. part. III. cap. III. §. V. pag. LXXV.
13. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 446.
14. *Fabr.* Salut. lux Evang. cap. IX. §. X. pag. 192.

tota illa Epiſtola uſurpare voluiſſe, quæ ultimam antiquitatem ſapiat, ut viris eruditis recte notatum [1].

At enim auctor, tacito nomine Paulli, antonomaſtice *Apoſtoli* titulo ipſum deſignat, quo non niſi poſt priora Eccleſiæ ſæcula inſignitus fuiſſe comperitur. *Quam facultatem*, inquit [2], *quum perſpexiſſet Apoſtolus*, ὁ ἀπόστολος, — *dicit: Cognitio inflat, dilectio autem ædificat*. Atqui ad hanc difficultatem tollendam non eo ſane utar effugio, quo extremam Epiſtolæ partem, ab his verbis ὕτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς ad finem uſque, ab alio fortaſſe aſſutam cum Stephano & Sylburgio [3] ſuſpicer. Leve namque admodum illud eſt quod prætexunt, Epiſtolæ auctori „ rem non fuiſſe „ cum Chriſtiano, qui εἰς τοιαῦτα τῶν λόγων βάθη „ penetrare poſſet; ſed cum Diogneto, Chriſtia„ næ doctrinæ adhuc rudi. „ Siquidem viro illi Chriſtianæ religionis cognoſcendæ cupidiſſimo, pleraque iis affinia quæ ſub Epiſtolæ finem occurrunt, in ſuperioribus proponit auctor: cujuſmodi ſunt ea, quod Deus non rem creatam miſerit, ſed proprium Filium; quod ſero miſſus fuerit Filius, quo cognoſcerent homines ex peccatis ſuis ſe vita indignos eſſe; quod in alio quam in Chriſto juſtificari homo non poterat, cet. ut proinde hujuſmodi myſteria edoctus Diognetus, illis quoque ipſum imbui haud incongruum erat, quæ ſubdititia gratis exiſtimantur.

His itaque miſſis, illud potius cum viro docto dicendum putaverim [4] „ quod quum in tota Epi„ ſtola varii occurrant hiatus variæque lacunæ, „ aliæ breviores, longiores aliæ; propterea non „ ita certo definiri poteſt, quænam ibidem de„ ſint, quæ aliorum mſs. ope poterunt aliquan„ do ſuppleri. Et vero ibi forſitan abraſa, vel „ omiſſa eſt, aut evanuit vox *Paullus*, quæ „ omnem procul dubio ſolvit hujuſce difficulta„ tis nodum. „ Quibus addas maxime velim, cur demum antonomaſia illa uti haud potuerit noſter Anonymus? Quod poſterioribus Patribus Eccleſiæque ſcriptoribus ſive licuit ſive libuit, quidni & viro apoſtolico? Denique quid obſtat quominus ejuſmodi loquendi morem ab eo primum invectum reliquos uſurpaſſe putemus? Vere namque ac ſapienter Chryſoſtomus [5]: Ὅταν Ἀπόστολον εἴπῃς, εὐθέως πάντες αὐτὸν ἐννοοῦσιν· ὥσπερ ὅταν Βαπτιστὴν, εὐθέως τὸν Ἰωάννην. „ Quando „ Apoſtolum dixeris, ſtatim omnibus ille (*Paul*„ *lus*) in mentem venit: quemadmodum ſi Ba„ ptiſtam, ſtatim Joannem intelligunt. „

III. Hæc vero de quibus hactenus ediſſeruimus, animum alliciunt & quodammodo impellunt ad inquirendum, quiſnam ſit auctor Epiſtolæ: quo ſemel forte detecto, jam dictis lux major accedet. Unus Baraterius Clementem Romanum hanc perſcripſiſſe conjecit [6], eo potiſſimum nomine, quod ille iis temporibus vitam egiſſe compertum ſit, quibus floruiſſe perhibetur noſter Anonymus. Vereor tamen, ut illud ſatis firmum ratumque ſit quod cenſuit vir eruditus, Epiſtolam nempe qua de agimus, ſtilum Paullinum ita referre ut Paulli eſſe videatur; adeoque Clementem auctorem

A præ ſe ferre, cujus ſtilum cum Paullino magnam habere affinitatem plane conſtat. At ego, ſi quid ſapio, in eam potius ſententiam iverim, Apollo ejus ſcriptorem eſſe agnoſcendum, de quo hæc Lucas in Actis [7]: Ἀπολλὼς — ἀνὴρ λόγιος — δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς. οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ ζέων τῷ πνεύματι, ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου· — ὃς — συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι. — εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. „ Apollo — „ VIR ELOQUENS — POTENS IN SCRIPTURIS. Hic „ erat EDOCTUS viam Domini, & fervens ſpiri„ tu loquebatur, & docebat DILIGENTER ea quæ B „ ſunt Jeſu: — qui — contulit multum his „ qui crediderant. — Vehementer enim Judæos „ revincebat publice, oſtendens per ſcripturas, „ eſſe Chriſtum Jeſum. „ Itaque ſi tantus vir erat Apollo, quum adhuc ſolis Chriſtianæ fidei rudimentis eſſet imbutus, & Joannis baptiſmate dumtaxat intinctus: quantus porro evaſiſſe putandus, poſtquam deinceps altioribus religionis myſteriis a diſcipulis Domini, atque in primis ab ipſo gentium doctore, fuit inſtitutus? De eo ſane teſtatur Apoſtolus [8], eccleſiam Corinthiacam a ſe plantatam, illum copioſo ſapientiæ ac eloquentiæ ſuæ imbre adeo irrigaſſe, ut uberrimam ſegetem referens, ſchiſmatis occaſio fuerit, Corin- C thiorum aliis dictitantibus: *Ego quidem ſum Paulli*; aliis vero: *Ego autem Apollo*. Quidni ergo luculentiſſimam ſcripſerit Epiſtolam vir Alexandrinus, *eloquens*, *potens in ſcripturis*, *fervens ſpiritu & viam Domini edoctus*? Quidni vir ille apoſtolicus, ſcientia, fide ac pietate præſtans; qui *ea diligenter docebat quæ ſunt Jeſu*, *per ſcripturas oſtendens ipſum eſſe Chriſtum*; quique erat λόγιος ὁ ποτιστὴς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν „ eloquens „ rigator diſcipulorum Chriſti „ ut S. Nili verba uſurpem [9]; ſublimia illa myſteria de Filio Dei ediſſeruerit, quæ ſuaviſſimo eloquio Diognetum ea in Epiſtola edocet [10]? Apollo enimvero cetera omnia congruunt, quæ modo ex ipſius Epiſtolæ contextu D depromta illuſtravimus; illudque potiſſimum, quod Paullum ſuppreſſo nomine *Apoſtolum* ſimpliciter appellarit; quem unum ſcilicet Epheſi conveniens [11] cum eoque amiciſſime agens, illius *ſollicitudinem omnium eccleſiarum* [12] probe tenebat.

Neque illud omittas velim ad temporis notationem magis adhuc adſtruendam, virum hunc apoſtolicum in vivis egiſſe anno LXIV. [13] vel potius LXV. deſinente [14], quo ſuam ſcripſit Paullus ad Titum Epiſtolam: in ea enim dat ipſi mandatum de Apollo Creta Nicopolim præmittendo, ubi hiemare ſtatuerat: ut proinde ineunte anno inſequente LXVI. comitem ſe ſe adjunxerit Apoſtolo ipſemet Apollo; adeoque ſuam Diogneto Epiſto- E lam ſub idem tempus aut paullo ſerius inſcripſerit.

Quis porro fuerit Diognetus ille, plane incompertum. Neque enim, ſi quid pretii habeant quæ modo expendimus, fuiſſe is exiſtimandus quem apud M. Aurelium Antoninum plurimum valuiſſe teſtatur Capitolinus [15]. Id unum novimus ex Epiſtolæ auctore [16], illum fuiſſe virum κράτιστον, *præ-*

1. *Barat.* Diſquiſ. chron. cap. VI. §. 4. pag. 76. *Orſi* Iſtor. eccl. lib. II. §. XXVI. tom. II. p. 382.
2. *Anon.* Epiſt. ad Diognet. cap. XII.
3. *Steph.* in not. & Sylburg. in adnot. pag. 43.
4. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 446.
5. *Chryſoſt.* Hom. LV. in Acta, opp. nov. edit. tom. IX. pag. 415.
6. *Barat.* Diſquiſ. chron. cap. VI. §. 5. pag. 77.
7. *Act.* XVIII. 24. 25-27. 28.
8. I. *Cor.* I. 12. III. 4-6.
9. *Nil.* lib. II. Epiſt. XLIX. pag. 140.
10. *Anon.* Epiſt. ad Diognet. capp. VII-XII.
11. I. *Cor.* XVI. 12.
12. II. *Cor.* XI. 28. *Tit.* III. 13.
13. *Mill.* prolegom. ad N. T. §. 122. p. 14.
14. *Pearſ.* Annal. Paull. p. 22. & opp. poſthum. p. 77. ſeq.
15. *Capitol.* in Antonin. vit. cap. IV.
16. *Anon.* Epiſt. ad Diognet. cap. I.

stantissimum, qui magno Christianæ religionis cognoscendæ desiderio flagrabat. Et plures quidem ejusdem nominis viros illustres exstitisse, ex veterum monumentis perspicuum fit, ut videre est apud Fabricium [1]; quibus etiam alii duo addendi cognomines, Archontes Athenienses, cl. Corsinio memorati [2]. Sed nullum us.piam adhuc detegere licuit, cui tempora & reliqua superius adnotata congruere noscantur.

Ceterum plurimi ducenda potissimum hæc Epistola, quod ejus auctor quisquis demum fuerit, complura loca omni observatione dignissima proferat, quibus haud pauca Christianæ fidei summa capita tradat, illustret atque confirmet; ut viris doctis, Nourrio in primis [3] & Bullo [4], animadversum.

CAPUT XII.

DE ACTIS S. SYMPHOROSÆ SEPTEMQUE FILIORUM EJUS MM.

SYNOPSIS.

I. *Acta S.* SYMPHOROSÆ *ejusque filiorum, Julio Africano attributa.*

II. *Sub Hadriano passi perhibentur: eorum martyrii occasio.*

III. *Antiquissimus horum Martyrum cultus.*

I. QUandoquidem Acta sanctorum martyrum Symphorosæ ac septem filiorum ejus, ex editione Ruinartiana typis excudenda curavimus; præviam proinde V. C. *Admonitionem* heic describere consultius duximus, quo ejus curam studiumque in iis evulgandis cum *ex editis* tum *ex tribus codicibus mss.* lectores perspectum habeant. Sic autem se habet [5].

„ B. Symphorosæ filiorumque ejus martyrii „ Acta quæ heic exhibemus, in mss. codicibus „ Julio Africano celeberrimo scriptori attribuuntur. Et quidem fieri potuit, ut in ejus libris „ de Chronographia quos accuratissime scriptos „ fuisse testatur Eusebius [6], inserta fuerint; quum „ in iis præcipuos eventus qui ab orbe condito „ usque ad Heliogabali imperatoris tempora contigerant, retulerit. Verum quum id opus jamdudum perierit, an re vera hæc Acta Africano „ sint adscribenda, asserere non ausim; quamvis „ de eorum sinceritate nullus videatur dubitandi „ locus. Ea vero proferimus ex Mombritii, Surii & Carduli editionibus, cum duobus mss. „ codicibus Colbertinis & uno Sorbonicæ bibliothecæ collatis.

II. „ Horum sanctorum neci occasionem præbuit vicinia celeberrimi illius palatii, quod „ in villa Tiburtina ab Hadriano ædificatum fuisse testis est Spartianus. Quum enim imperator „ hanc regiam domum quam sibi ad delicias construxerat, nescio quibus piacularibus cæremoniis „ lustrari jussisset, hanc occasionem arripuere sacerdotes Symphorosam incusandi, nihil omnino „ diis placiturum, nisi prius Symphorosa aut iis „ sacrificaret, aut ipsa sacrificaretur. Quod ultimum Hadrianus, quem superstitiosiorem ex aliis „ ejus pluribus factis fuisse constat, exsecutus est „ circiter annum Christi CXX. id est, sub imperii sui primordia: quo scilicet tempore, ut notat Dio Cassius, iste imperator plurimas cædes „ fecit.

III. „ Ceterum horum martyrum memoria in „ antiquissimis quibusque Martyrologiis celebratur, quamvis diversis diebus. Romanum quippe cum Notkero eos recolit die 18. Julii, Rabanus die 21. ejusdem mensis, Usuardus & Ado „ die 21. mensis Junii. In via Tiburtina supersunt adhuc rudera veteris ecclesiæ, ut monet „ Aringus [7], quæ olim sub eorum nomine Deo „ consecrata fuerat, quæque hactenus *ad septem fratres* vocabulum retinet. Eam autem in eo „ loco constructam fuisse non dubito, quem pontifices in Actis §. IV. *ad septem Biothanatos*, „ id est violenta morte peremtos, ut notat Baronius [8], appellarunt. „

Huc usque vir eruditus. Plura vero, præter Tillemontium [9], præstabunt Bollandiani; qui fuse pro more atque accurate satis ea omnia discutiunt [10], quæ ad horum martyrum Acta pertinere noscuntur.

1. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. II. pag. 226.
2. *Corsin.* Fast. Attic. vol. III. p. 146. & IV. p. 88.
3. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 447.
4. *Bull.* Defens. fid. Nic. sect. II. cap. IV. §. 8. & sect. III. cap. II. §. 2. pagg. 69. 188.
5. *Ruinart.* Act. Martyr. sinc. pag. 20. edit. Veron. 1731.
6. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XXXI.
7. *Aring.* Rom. subterr. lib. IV. cap. XVII.
8. *Baron.* ad ann. 138. §. V.
9. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pagg. 241. 595.
10. *Bolland.* Act. SS. Junii tom. IV. pag. 350.

CAPUT XIII.

DE S. QUADRATO ATHENARUM EPISCOPO.

SYNOPSIS.

I. *S.* QUADRATUS, *Apostolorum discipulus: prophetiæ dono illustris: episcopus Atheniensis.*

II. *Pro defensione Christianæ religionis Hadriano imperatori libellum apologeticum obtulit, multo in pretio habitum; cujus unum superat fragmentum.*

III. *Anno* CXXVI. *oblata hæc Apologia, quum auctor provectæ jam esset ætatis: qui tamen a Quadrato Athenarum pontifice distinguendus non videtur.*

I. S. QUADRATUM, Publio martyrium passo, in ecclesiæ Atheniensis regimine successisse, testis est locuples apud Eusebium [1] Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola quam Atheniensibus inscripsit; ubi & „ ejus labore atque industria cives denuo in ecclesiam convenisse, & „ redivivum fidei ardorem in illis reparatum esse profitetur. „ *ἐπιμαρτυρῶν, ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχθέντων, καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων.* Ipsum quoque prophetica gratia fuisse præditum, testatur apud eumdem Eusebium [2] scriptor anonymus, qui Rhodon fuisse dicitur [3]. Siquidem in eo libro quem innominatus hic auctor adversus Cataphrygas composuit, universos novi Testamenti prophetas enumerans, Quadratum quoque nostrum recenset, eumque cum Philippi evangelistæ filiabus conjungit, quas S. Lucas prophetissas appellat [4]. „ Non Agabum, *inquit*, non „ Judam, non Silam, nec Philippi filias, nec „ Ammiam Philadelphensem, nec Quadratum, „ nec plures quoque alios qui nihil ad ipsos per- „ tinent, prædicabunt „ (Montanistæ.) Οὔτε Ἄγαβον, οὔτε Ἰούδαν, οὔτε Σίλαν, οὔτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας, οὔτε τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, οὔτε Κοδρᾶτον, οὔτε τινὰς ἄλλους μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχήσονται. His affinia tradit alibi laudatus Cæsariensis episcopus [5].

II. Hic itaque vir apostolicus Hadriano imperatori Athenis agenti libellum apologeticum obtulit, Christianorum innocentiam & iniquam eorum vexationem luculenter exponens. De quo quidem hæc S. Hieronymus [6]: *Quadratus Apostolorum discipulus, Publio Athenarum episcopo ob Christi fidem martyrio coronato, in locum ejus substituitur, & ecclesiam grandi terrore dispersam fide & industria sua congregat. Quumque Hadrianus Athenis exegisset hiemem, invisens Eleusina; & omnibus pæne Græciæ sacris initiatus, dedisset occasionem his qui Christianos oderant, absque præcepto imperatoris vexare credentes; porrexit ei librum pro religione nostra, valde utilem plenumque rationis & fidei, & apostolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens ait, plurimos a se visos, qui sub Domino variis in Judæa oppressi calamitatibus sanati fuerant, & qui a mortuis resurrexerant.* Huc usque summatim ex Eusebio [7] Doctor maximus; qui & alibi ad Magnum oratorem scribens, in eamdem sententiam hæc habet [8]: *Quadratus Apostolorum discipulus, & Atheniensis pontifex ecclesiæ, nonne Hadriano principi Eleusinæ sacra invisenti, librum pro nostra religione tradidit? & tantæ admirationi omnibus fuit, ut persecutionem gravissimam illius excellens sedaret ingenium.*

„ Utinam vero, ut cum Grabio loquar [9], de „ hac Quadrati Apologia nunc scribere possemus, „ quod olim Eusebius in hæc verba [10]: εἰσέτι „ δὲ φέρεται παρὰ πλείστοις τῶν ἀδελφῶν, ἀτὰρ καὶ „ παρ' ἡμῖν τὸ σύγγραμμα· ἐξ οὗ κατιδεῖν ἐστι λαμ- „ πρὰ τεκμήρια τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς διανοίας καὶ τῆς „ ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας. „ Exstant hodieque apud „ plerosque ex fratribus hæc oratio, quam nos „ etiam habemus: ex qua & ingenium illius vi- „ ri, & rectam apostolicæ fidei doctrinam perspi- „ cue cognoscere licet. „ Sed periit eheu! egre- „ gium istud σύγγραμμα, nihilque ejus superest „ præter unicum, brevissimum quidem, at nobi- „ le fragmentum quod nobis conservavit Euse- „ bius. Plura darentur, si superstites adhuc es- „ sent alterius Eusebii sæculo VI. episcopi Thes- „ salonicensis libri X. contra Andream Mona- „ chum; utpote quem adversario suo Quadrati „ verba opposuisse, expresse testatur Photius [11]. „

III. Hanc vero Apologiam obtulit Quadratus Hadriano Augusto, quum provectæ jam esset ætatis. In ea siquidem, inquit Eusebius [12], *ipsemet antiquitatem suam satis prodit*: ὁ δ' αὐτὸς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀρχαιότητα παραφαίνει. Qua de re in Græcis Chronici Eusebiani ad annum Hadriani X. hæc leguntur [13]: Κουαδρᾶτος ὁ ἱερὸς τῶν ἀποστόλων ἀκουστής, Αἰλίῳ Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι λόγους ἀπολογίας ὑπὲρ Χριστιανῶν, καὶ Ἀριστείδης Ἀθηναῖος ὁ φιλόσοφος ἐπέδωκαν. ἅπερ δεξάμενος ὁ Καῖσαρ σὺν τοῖς παρὰ Σερενίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἡγουμένου, ὡς ἄδικον εἴη γραψαμένου, Χριστιανοὺς ἀκρίτως ἐπὶ μηδενὶ τῶν ἐγκλημάτων κτείνειν, γράφει Μινουκίῳ Φουνδανῷ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας, μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλημάτων καὶ κατηγορίας. Gemina recitat Syncellus [14], unde Græca sua Eusebiana Scaliger desumsisse videtur; quæ

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXIII.
2. Ibid. lib. V. cap. XVII.
3. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XXXVII.
4. *Act.* XXI. 9.
5. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXXVII.
6. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XIX.
7. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. III.
8. *Hieron.* Epist. LXX. n. 4. opp. tom. I. p. 426. edit. nov. Veron.
9. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. II. p. 124.
10. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. III.
11. *Phot.* Bibl. cod. CXXVI.
12. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. III.
13. *Euseb.* Chron. Gr. pag. 211.
14. *Syncell.* Chronogr. pag. 348.

quidem in versione Hieronymiana ita efferuntur [1]: *Quadratus discipulus Apostolorum, & Aristides Atheniensis, noster philosophus, libros pro Christiana religione dedere compositos. Et Serenus Grannius legatus, vir apprime nobilis, litteras ad imperatorem mittit, iniquum esse dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum sanguinem concedi, & sine ullo crimine, nominis tantum & sectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minucio Fundano proconsuli Asiæ scripsit, non sine objectu criminum Christianos condemnandos.* Hadriani rescriptum ad Minucium Fundanum quo persecutionem a Græcis & Asiaticis excitatam prohibuit, Apologiæ suæ intexuit Justinus martyr [2]. Quo de rescripto Hadrianeo vide sis quæ sub finem hujus voluminis in Appendice II. ex Alexio Symmacho Mazochio V. C. in medium proferemus. Ex quibus ergo perspicuum est, apologeticum Quadrati libellum Hadriano fuisse oblatam anno Christi CXXVI. quo ille anno imperii sui X. Athenas secundo perrexit [3].

Ceterum, utrum sit distinguendus cum Valesio [4], Tillemontio [5] aliisque nonnullis, Quadratus Atheniensis episcopus de quo Dionysius Corinthius apud Eusebium, ab illo Quadrato qui Christianam religionem apud Hadrianum imperatorem defendendam suscepit: quæstionem hanc satis aperte solvisse mihi videntur Grabius [6] in primis & Caveus [7], quique illos secuti sunt Fabricius [8], Clericus [9] & Cyprianus [10]: quibus nimirum probatur S. Hieronymi sententia, semel iterumque docentis, unum eumdemque fuisse Quadratum, Apostolorum discipulum, prophetico charismate ornatum, auctorem Apologiæ atque Athenarum pontificem; ut cuique textus quos in medium adduximus, attentius expendenti compertum fiet.

CAPUT XIV.

DE

AGRIPPA CASTORE.

SYNOPSIS.

Agrippa Castor, *sub Hadriano γνωριμώτατος συγγραφεύς. Scripsit ἱκανώτατον ἔλεγχον contra Basilidem. Opus deperditum, cujus pauca superant apud Eusebium.*

QUO tempore sub Hadriano erupit Basilides, Gnosticorum primipilus, floruit eruditionis ac doctrinæ laude Agrippa, cognomento Castor; qui primus omnium nefanda illius hæresiarchæ arcana atque impia dogmata, quatuor & viginti libris in Evangelium ab eo exaratis consignata, detexit simul & confutavit. De quo illustri Ecclesiæ scriptore hæc habet Eusebius [11]: Εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ἐν τοῖς τότε γνωριμωτάτου συγγραφέως Ἀγρίππα Κάστορος ἱκανώτατος κατὰ Βασιλείδου ἔλεγχος, τὴν δεινότητα τῆς τἀνδρὸς ἀποκαλύπτων γοητείας. „ Pervenit ad nos Agrippæ Castoris, scriptoris ea ætate celeberrimi, validissima adversus Basilidem confutatio: in qua hominis præstigias ac fraudes detegit. „ Ita quoque Hieronymus [12]: *Agrippa, cognomento Castor, vir valde doctus, adversum viginti quatuor Basilidis hæretici volumina quæ in Evangelium confecerat, fortissime disseruit, prodens ejus universa mysteria.* Agrippæ item meminit Theodoritus [13]. De illius vero ætate consulendi potissimum Pearsonius [14], Dodvvellus [15] ac Massuetus [16]. Ceterum, luculentum ejus opus jamdudum periit, iis paucis exceptis quæ nobis servavit Eusebius, quæque ex ipso descripta suo loco protulimus.

1. *Euseb.* Chron. libb. I. & II. pagg. 47. 107. edit. Scalig.
2. *Justin.* Apolog. I. §. LXIX.
3. *Pagi* Crit. ad ann. 126. §§. III. IV.
4. *Vales.* ad Euseb. H. E. lib. IV. cap. XXIII.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 589. not. VII.
6. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. II. pag. 119. seq.
7. *Cav.* Hist. Litt. tom. I. p. 52.
8. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. V. p. 186. alibi.
9. *Cleric.* Hist. eccl. p. 589.
10. *Cypr.* apud Fabric. Bibl. eccl. p. 85. seq.
11. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. VII.
12. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XXI.
13. *Theodor.* Hæret. fabul. lib. I. cap. IV.
14. *Pearson.* Vindic. Ignat. part. II. cap. VII. pag. 87.
15. *Dodw.* in addit. ad Pearс. posth. pag. 248.
16. *Massuet.* Differt. I. in Iren. §§. 114. 115. pag. 48.

CAPUT XV.

DE

ARISTONE PELLÆO.

SYNOPSIS.

I. ARISTO PELLÆUS, *auctor* Disputationis Jasonis & Papisci, *Lucæ Evangelistæ perperam adscriptæ. Operis utilitatem laudat Origenes contra Celsum; simulque illius inscriptionem, characterem atque doctrinam exponit. Quid in eo reprehenderit S. Hieronymus. Ejus auctor defenditur cum ex Paraphraste Hierosolymitano, tum ex vetustissimo* Prædicationis Petri *auctore, neque penitus dissentiente vel ipso Hieronymo.*

II. Græcus operis textus, pauculis demtis, prorsus interiit; una cum ejusdem perantiqua versione, a Celso Christiano elaborata: e cujus tamen superstite præfatione complura suppetunt ad ipsum opus plenius agnoscendum. Quis Jason cum Papisco in eo disputans. Quo tempore illud scriptum.

III. Historiam quoque rerum orientalium litteris consignasse perhibetur Aristo, ex Mose Chorenensi: quin & ex ipso fortasse Eusebio.

IV. De eodem scriptore Pellæo falsa nonnulla feruntur apud Chronici Paschalis auctorem. Locus ejus a Fabricio frustra tentatus. Neque magis placet Cavei conjectura. Quid tandem de illo sentiendum ex Cangio.

I. PRimus inter antiquos Ecclesiæ scriptores qui ARISTONIS meminerit, Eusebius Cæsariensis comperitur [1]; eumque PELLÆUM appellat, ex Pella nimirum Palæstinæ oppido trans Jordanem sito, quo paullo ante Hierosolymorum excidium sedes suas transtulerant Christiani, ut idem tradit Eusebius [2]. Hic vero ex Judæo, ut videtur, Christianus, *Disputationem Jasonis & Papisci* litteris consignasse, S. Maximo teste [3], perhibetur: quam tamen Disputationem, si eumdem Maximum audias, Clemens Alexandrinus in libro VI. *Hypotyposeωn* Lucæ adscripserit. Verum „ haud „ facile assequi licet, inquit Grabius [4], qua ra„ tione fieri potuerit, ut Clemens Alexandrinus „ Lucam ejus auctorem fecerit, quum res ali„ quamdiu post Lucæ obitum gestæ in eo Dialo„ go fuerint relatæ. Unde suspicor, vel nos vi„ tiose in Maximi textu infra recitando [5] ἣν pro „ ὃν legere, vel potius a Maximo verba Clemen„ tis haud recte lecta aut intellecta fuisse; quum„ que is Disputationem Jasonis & Papisci alle„ gans, Jasonis mentionem a Luca forte factam „ dixerit, in Actis scilicet Apostolorum, hæc „ male ad ipsam Disputationem esse relata. Hæc ille.

Ceterum longe diu ante Maximum eamdem Disputationem legerat Celsus Epicureus, cujus iniquum de illa judicium recitat his verbis Origenes [6]: Παπίσκου τινὸς καὶ Ἰάσονος ἀντιλογίαν ἔγνων, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέους καὶ μίσους ἀξίαν. ἔμοιγ' οὖν οὐ ταῦτ' ἐλέγχειν πρόκειται· ἔστι γὰρ παντί που δῆλα. „ Papisci cujusdam & Jasonis con„ tentionem novi, non risu sed miseratione po„ tius dignam & odio. Hæc itaque confutare mi„ hi non est animus: quippe quorum absurditas „ omnibus patet. „ Verum Origenes, qui & ipse Aristonis Dialogum noverat, Celsi calumniam ita refellit, ut haud otiosum fuerit ejus responsionem heic describere: ex ea enim cum operis inscriptionem, tum in primis ejus characterem atque doctrinam perspicimus. Sic igitur ille: Οὐδὲν δ' ἤθελον ἐβουλόμην πάνθ' ὁντινοῦν ἀκούσαντα δεινολογοῦντος Κέλσου, καὶ φάσκοντος τὸ ἐπιγεγραμμένον σύγγραμμα, Ἰάσονος καὶ Παπίσκου ἀντιλογίαν περὶ Χριστοῦ, οὐ γέλωτος, ἀλλὰ μίσους ἄξιον εἶναι, λαβεῖν εἰς χεῖρας τὸ συγγραμμάτιον, καὶ ὑπομεῖναι καὶ ἀνασχέσθαι ἀκοῦσαι τῶν ἐν αὐτῷ· ἵν' αὐτόθεν καταγνῷ τοῦ Κέλσου, μηδὲν εὑρίσκων μίσους ἄξιον ἐν τῷ βιβλίῳ. ἐὰν δ' ἀδεκάστως τις ἐντυγχάνῃ, εὑρήσει ὅτι οὐδ' ἐπὶ γέλωτα κινεῖ τὸ βιβλίον, ἐν ᾧ ἀναγέγραπται Χριστιανὸς Ἰουδαίῳ διαλεγόμενος ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν γραφῶν, καὶ δεικνὺς τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείας ἐφαρμόζειν τῷ Ἰησοῦ· καίτοι γε οὐκ ἀγεννῶς, οὐδ' ἀπρεπῶς τῷ Ἰουδαϊκῷ προσώπῳ τοῦ ἑτέρου ἱσταμένου πρὸς τὸν λόγον. Id est: „ Ego tamen cuperem, quemcumque post audita grandia Celsi verba, dicen„ tis opusculum inscriptum, *Jasonis & Papisci* „ *contentio de Christo*, non visu sed odio potius „ dignum esse, accepto in manus libello, aliquan„ tum operæ lectioni ejus insumere, ut re ipsa „ doctus, Celsi vaniloquentiam damnet, nihil „ odio dignum in eo libro reperiens. Neque et„ iam quidquam ridiculum in illo inveniet: in „ quo scilicet Christianus inducitur cum Judæo „ disputans, atque ex ipsis Judæorum scripturis „ evincens, prophetarum oracula de Christo ad „ Jesum pertinere: quamquam strenue satisque „ Judaice contradicat adversarius. „ Quod autem ex Origene [7] colligit Tillemontius [8], ejusdem libelli auctorem hoc dictum ursisse, ad mores informandos quam maxime utile, *Omnis sapientiæ fontem esse ac principium, — omnes actiones eo referre, ut Deo placeant, ac ne cogitare quidem quidquam quod illi displiceat; quippe cum non solum dicta & facta, sed etiam cogitationes judicandæ sint*: id quidem minus recte collegisse vir doctissimus comperitur: hæc enim sententia non Aristoni, sed ipsimet Origeni tribuenda; qui effatum illud velut commune omnium Ecclesiæ scriptorum principium pronuntiat; ut rite advertit cl. Maranus [9].

Post Origenem autem meminit quoque semel

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. VI.
2. Id. ibid. lib. III. cap. V.
3. *Maxim.* Schol. in Dionys. vulgo Areopag. de myst. theol. cap. I. opp. tom. II. pag. 17.
4. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. II. p. 130.
5. Vide heic infra pag. 331.
6. *Origen.* contr. Cels. lib. IV. §. LII. tom. I. nov. edit. Paris. pag. 544.
7. Id. ibid. §. LIII. pag. 545. noviss. edit. Paris. Ubi tamen absque ullius ms. cod. auctoritate, ὠφελείας pro σοφίας, legitur.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 138.
9. *Maran.* Vit. S. Cypriani, ejus opp. præfix. §. XXXVI. pag. CXXX. edit. Paris. 1726.

iterumque S. Hieronymus ejusdem Disputationis, inquam & *Altercationem* vocat; duoque ipsius loca inferius retulimus. Et in eorum quidem altero [1] falsum esse asserit Doctor maximus, quod in ea scriptum erat, initio Geneseos in Hebræo haberi: *In filio fecit Deus cælum & terram*. Sed Aristonem defendendum suscepit Bartoloccius [2]: Pro „ Hebræo, inquit, intelligitur idioma Hierosolymitanum, quod Hebraicum lato modo dicebatur, & litteris Hebraicis scribebatur. In hoc „ siquidem idiomate, cujus reliquiæ adhuc in „ Targum Hierosolymitano hodie supersunt, invenitur: *In sapientia creavit Deus* &c. Per Filium Patris æterni, & in Filio qui Sapientia „ Dei Patris est, creata sunt omnia: unde in „ hoc loco & secundum hunc sensum, idem valet *In Sapientia* ac *In Filio*. „ Hactenus ille. Neque mirum, si Aristo Pellæus locum istum ex Targum Hierosolymitano desumserit, consilio institutoque suo haud parum congruentem; qui scilicet Disputationem suam *de Christo* in primis inscripsit, quique non solum Jasonem Christianum ἀπὸ τῶν Ἰȣδαϊκῶν γραφῶν, *ex ipsis Judæorum litteris* disputantem, verum etiam Papiscum Hebræum ȣ̓κ ἀγεννῶς ȣ̓δ᾽ ἀπρεπῶς τῷ Ἰȣδαϊκῷ, *strenue satisque Judaice* contradicentem induxit, ut modo asserebat Origenes. Haud equidem ignoro, huic Bartoloccii sententiæ illa officere, quæ de istius Paraphrastæ Hierosolymitani ætate a plerisque viris doctis, potissimum vero a Morino [3], edisseruntur, statuentibus illum sæculo VI. fuisse recentiorem: ut proinde Paraphrasi hujusmodi haud uti sæculo II. potuerit Aristo. Verum huic objectioni occurrit Waltonus [4], duplicem exstitisse Paraphrasin Hierosolymitanam demonstrans. Qua de re nonnulla insuper Wolfius [5]. Ceterum eamdem hujus loci Geneseos interpretationem ab Aristone adhibitam, hausit itidem, ut videtur, ex vetustissimo pseudepigrapho *Prædicationis Petri* Clemens Alexandrinus [6], ut alios Patres prætereamus: quod quidem fugisse Grabium [7] mirari subit. Neque omnino dissentit ipsemet Hieronymus, qui l. c. hæc habet: *Magis itaque secundum sensum, quam secundum verbi translationem, de Christo accipi potest; qui tam in ipsa fronte Geneseos quæ caput omnium librorum est, quam etiam in principio Joannis Evangelistæ, cæli & terræ conditor approbatur*.

II. Hujus vero Disputationis jamdudum periit textus Græcus, periitque simul perantiqua ejusdem opusculi Latina versio, a Celso quodam ſene Christiano elaborata. Ejus tamen superest Epistola satis elegans atque erudita, qua Vigilio episcopo interpretationem suam nuncupavit, inter opera S. Cypriano adscripta [8]; unde nonnulla discimus, ad ipsum textum deperditum pertinentia, quæ sic se habent [9]: *Illud præclarum atque memorabile gloriosumque Jasonis Hebræi Christiani & Papisci Alexandrini Judæi disputationis occurrit; Judaici cordis obstinatam duritiam, brevi* [10] *admonitione ac levi increpatione mollitam; & victricem in Papisci corde Jasonis de Spiritus sancti infusione doctrinam: qua Papiscus ad intellectum veritatis admissus, & ad timorem Domini ipso Domino miserante formatus, & Jesum Christum filium Dei credidit, & ut signaculum sumeret deprecatus, Jasonem postulavit. Probat hoc scriptura concertationis ipsorum, quæ collidentium inter se, Papisci adversantis veritati, & Jasonis asserentis & vindicantis dispositionem & plenitudinem Christi, Græci sermonis opere signata est*. Hæc ibi.

Conjicere placuit Grabio [11], Jasonem Hebræum Christianum & Papiscum Judæum Alexandrinum, inter se disputantes, fictas fuisse personas, ut in Dialogis fieri consuevit. Aliis tamen aliter visum. Sixtus Senensis primum [12], deinde Pamelius [13] quos secutus est Bartoloccius l. c. opinati sunt, Jasonem istum eumdem fuisse cum Jasone Thessalonicensi, cujus meminerunt Lucas in *Actis* XVII. 5. & Paullus *Rom.* XVI. 21. nullo tamen e vetustis scriptoribus testimonio in medium adducto: ut proinde Spencero [14], Tillemontio [15] aliisque conjectura hujusmodi haud probetur. Episcopum potius aut saltem presbyterum illum fuisse cum Marano putaverim [16]: Celsum siquidem interpretem modo nobis enarrantem audivimus, quod *Papiscus ad intellectum veritatis admissus, ut signaculum sumeret deprecatus, Jasonem postulaverit*. Neque dubitat idem vir doctus, quin sæculo II. ille vixerit. Et jure quidem: hæc enim Disputatio Celso Epicureo perspecta fuisse comperitur: adeoque circa ejusdem sæculi medium, sive pro nostris rationibus circa Christi annum 136. eam fuisse litteris consignatam existimamus. De Celso autem interprete, atque de ipsius præfatione ad suam Latinam Aristoniani opusculi versionem, nos alibi opportunius.

III. Neque tantum Jasonis & Papisci Altercationem, verum etiam rerum orientalium Historiam Aristo Pellæus scripsisse videtur. Siquidem Moses Chorenensis, Armeniace & Latine a Gulielmo & Georgio Wisthoniis nuper Londini evulgatus, complura refert in sua Historia Armeniaca [17], ex auctore nostro descripta: quorum nonnulla cum iis gemina esse perhibentur, quæ ex ipso Aristone tradit Eusebius [18]; reliqua vero haud ita facile apud alios scriptores occurrunt: cujusmodi sunt quæ de morte Artasis III. Parthorum regis enarrantur, sub Hadriano regnantis; aliaque præterea, digna plane quæ sollertius excutiantur. Neque enim demum omnino contemnendus auctor iste Armenus, qui sæculo V. floruisse comperitur. Fuit ille quidem mediocriter doctus, ut de ipso censent eruditi editores Londinenses [19]: at illud sane ingenuum in eo agnoscendum, quod fere semper fontes indicet, unde suas enarrationes hauserit: quin & illud ejus Historiæ plurimum auctoritatis conciliare nemo inficias iverit, quod Epistolas aliaque monumenta velut e publicis tabulis depromta, in suum opus conjecerit: ut proinde licet quandoque judicium, fidem tamen ejus raro desideres.

Sed ut ad Aristonem revertamur, ejus Historiæ

1. *Hieron.* lib. Quæst. Hebr. in Gen. sub init.
2. *Bartolocc.* Bibl. Rabbin. part. III. pag. 2. num. 584.
3. *Morin.* lib. II. Exercit. Bibl. VIII. cap. VII. p. 344. seqq.
4. *Walton.* Prolegom. XII. In Bibl. Polyglott. §§. 11. & 14.
5. *Wolf.* Bibl. Hebr. tom. II. pag. 1169.
6. *Clem. Alex.* Strom. lib. VI. cap. VII. p. 769. edit. Oxon.
7. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. I. pagg. 62-68.
8. *Cypr.* Append. pag. CCXXXIII. edit. Paris. 1726.
9. Ibid. §. VIII. pag. CCXXXVIII.
10. Sic emendavit cl. Maranus ex codice ms. Remigiano, pro eo quod antea legebatur, *Hebræa monitione*. Hinc vero brevem fuisse hanc Disputationem colligimus.
11. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. II. p. 129.
12. *Sixt. Sen.* Bibl. sanct. lib. II. p. 71. edit. Paris. 1610.
13. *Pamel.* in not. ad opusc. *de Incred. Jud.* inter opp. Cypr.
14. *Spencer.* Annot. ad lib. IV. Origen. contr. Cels. p. 57.
15. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. p. 139. & X. p. 552.
16. *Maran.* Vit. Cypr. pag. CXXX.
17. *Moses Choren.* Hist. Armen. lib. II. cap. LVII. p. 174.
18. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. VI.
19. *Wisthon.* Præfat. ad Mos. Choren. pag. XIX.

orientali potiori jure tribuendum existimamus fragmentum I. quod præpropere Grabium secuti, ex Eusebio protulimus, tamquam ex Altercatione Jasonis & Papisci ab eo desumtum, ubi de Bettheræ urbis obsidione ac Hierosolymorum excidio sermo habetur. Atque id quidem suadere perspicitur contextus Eusebii, qui præter altum de Disputatione Aristoniana silentium, hanc insuper loquendi rationem usurpat, Ἀρίςων ὁ Πελλαῖος ἱςορεῖ. Eodem item sensu verba Eusebii accepisse noscuntur, sive doctus ipsius interpres Valesius, sive cl. Abbas de Longuerue [1]; quibus tamen Scaliger prævisse videtur [2]. Sed in primis id quoque Moses Chorenensis palam profiteri censetur: qui quum uno eodemque tenore tum Eusebiana, tum de Artasis Parthorum regis obitu litteris tradita, ex ipso Aristone describat; ex ejus potius Historia illa omnia eruisse, quam ex laudata Disputatione dicendus: licet enim Jason & Papiscus, ut contendit Grabius [3], de Bettheræ obsidione deque Judæorum clade in eo Dialogo verba fecisse potuerint; veri tamen simile haud est, illos ut vidimus *de Christo* disputantes, de rege quoque Parthico fuisse locutos, nihil sane ad propositum pertinente.

IV. Neque vero Disputationem tantum & Historiam orientalem, de quibus hactenus edisseruimus; sed aliud etiam opus Aristo edidisse fertur, si Chronici Paschalis auctorem audias. Sic enim ille [4]: Τούτῳ τῷ ἔτει, Ἀπελλῆς καὶ Ἀρίςων, ὧν μέμνηται Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῇ ἐκκλησιαςικῇ αὐτοῦ ἱςορίᾳ, ἐπιδίδωσιν ἀπολογίας σύνταξιν περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσεβείας Ἀδριανῷ τῷ βασιλεῖ. „ Hoc „ anno (*Christi* CXXXIV.) Apelles & Aristo, quorum meminit in sua Historia ecclesiastica Eusebius Pamphili, librum apologeticum pro nostra „ religione Hadriano Augusto porrigunt. „ Verum Eusebius unum Apellem hæreticum memorat [5], neque Aristonem libellum apologeticum Hadriano exhibuisse uspiam tradit. Tentat quidem locum restituere Fabricius [6]; neque dubitat quin legendum sit ὁ Πελλαῖος Ἀρίςων οὐ, pro Ἀπελλῆς καὶ Ἀρίςων ὧν; suamque emendationem ex eo confirmari existimat, quod sequitur ἐπιδίδωσι, non ἐπιδιδοῦσιν. Sed frustra. Licet enim hujusmodi liberiorem emendationem admittas, adhuc tamen errantem auctorem videas, ejusque sententiam integræ sanitati haud restitutam: quum historicæ veritati omnino repugnet, Hadriano Augusto apologiam pro Christiana religione obtulisse aliquando Aristonem Pellæum: id saltem Eusebio incompertum, unde sua Chronici auctor hausisse profitetur: quod quidem miror virum eruditum præteriisse. Neque magis placet Cavei conjectura, putantis [7] propterea fuisse alucinatum Chronographum istum, quod Aristidis & Aristonis Pellæi nomina quæ apud Eusebium occurrunt [8], temere confundens, duos illos scriptores nobis procuderit. Illud potius putaverim, auctorem hunc de Aristide atque Quadrato ibidem sermonem habere voluisse, quos noverat ex Eusebio apologias porrexisse Hadriano, quorumque nulla sane in eo Paschali Chronico mentio: sed memoria lapsum, Apellem nobis Aristonemque obtrudisse. Quid queris? totam illam periochen in codice Holsteniano jure desiderari testatur cl. Cangius [9].

CAPUT XVI.

DE

ORACULORUM SIBYLLINORUM

SCRIPTORE CHRISTIANO.

SYNOPSIS.

I. CARMINUM SIBYLLINORUM *auctoris consilium aperitur. Christianus, & quidem ex circumcisione, ipsemet fuisse, tum ex ipsius opere tum ex veterum testimoniis perhibetur. A Montano ea oracula edita minus recte conjecisse nonnullos evincitur.*

II. *Ex antiquioribus quæ apud ethnicos circumferebantur oraculis, atque ex iis quæ apud ipsos ex Hebræorum traditione manaverant: potissimum vero ex veteris & novi Fœderis codicibus, opus contextum.*

III. *Anno autem* 138. *ineunte illud in vulgus prodiisse statuitur. Eorum sententia qui sub finem sæculi* II. *editum existimant, sive ex Sibyllinorum scriptoris contextu, sive ex Patrum vetustissimorum auctoritate improbatur.*

IV. *Quinam horum Carminum usus. Et primum quidem antiquiorum Patrum operibus expeditius assequendis inserviunt: neque tamen eo nomine culpandi veteres ecclesiastici scriptores, quod interdum Sibyllina pro Christianæ religionis defensione adhibuerint. Deinde vero, ad præcipua fidei capita confirmanda: in primis autem, quod est vel maximum, ad Christi divinitatem adstruendam, haud parum conducunt. Ceterum licet plerisque absonis eadem laborent, propterea tamen non videntur omnino spernenda.*

V. *Sibyllinorum collectionis variis editionibus strictim recensitis, quid demum operæ in nostram collatum ostenditur.*

VI. *De* APPENDICE MONTFAUCONIANA, *pauca. Quis ejus auctor. Quid ex illa emolumenti obveniat.*

I. QUemadmodum auctoris *Testamentorum* XII. *Patriarcharum*, in eo inscribendo opusculo fuit sententia revincendi Judæos, atque ad evangelicam legem recipiendam, Mosaica vetere abjecta, illos reducendi, ut superius demonstratum [10]; ita quoque scriptoris, qui contexendis ORACULIS SIBYLLINIS operam impendit, omnis stetisse cura videtur in Gentium animis ad ejurandam ethnicam superstitionem alliciendis, atque ad Christi fidem amplectendam provocandis: ut proinde utriusque

1. *Longuer.* Differt. de var. Epoch. &c. pagg. 166. 209.
2. *Scalig.* Animadv. in Chron. Euseb. ad ann. MMCXLVIII. & MMCL. pag. 216.
3. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. I. pag. 131.
4. *Chron. Pasch.* ad ann. 2. Olympiad. CCXXVIII. p. 255.
5. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. XIII.
6. *Fabric.* Delect. argum. & syllab. scriptor. cap. III. pag. 153.
7. *Cav.* Hist. Litter. tom. I. pag. 58.
8. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. capp. III. & VI.
9. *Cang.* Not. in Chron. Pasch. pag. 536.
10. Prolegom. cap. VI. §§. II. III.

que operis unum eumdemque fuisse auctorem, haud **A** immerito fortasse quispiam putaverit. Utcumque fuerit, Christianum tamen ex circumcisione fuisse Sibyllinorum consarcinatorem, qui sacras utriusque Fœderis paginas perlegerit probeque calluerit, adeo manifeste liquet, ut opus attente percurrenti nullus dubitandi locus relinquatur.

Et primum quidem, illum Judæum produnt quæ de lustrationibus aliisque ritibus Judaicis profert [1], ut rite cl. Marano animadversum [2], quæque in Judæorum gentem encomia pleno modio passim effundit [3]. Ipsum vero Christianam religionem profitentem clamant, quæ identidem de Christi adventu deque rebus ab eo gestis efferuntur: hæc enim in iis carminibus ita perspicue enarrantur, ut pla- **B** ne compertum sit, ea e sacris evangeliorum codicibus ab homine Christiano fuisse desumta. Jamque præsto sunt exempla mox proferenda.

Illud autem quod præcipue intendimus, Sibyllistam nempe Christianorum sacris fuisse addictum, satis aperte mea quidem sententia ex eo colligitur, quod Celsus apud Origenem [4] Christianos non solum *Sibyllistas* appellabat, utpote qui Sibyllæ auctoritate uterentur; verum etiam *in illius carmina eosdem multa eaque impia temere injecisse* obtendebat [5]: *ὑμεῖς δὲ κἂν Σίβυλλαν ᾗ χρῶνταί τινες ὑμῶν, εἰκότως ἂν μᾶλλον προεστήσασθε ὡς τοῦ θεοῦ παῖδα· νῦν δὲ παρεγγράφειν μὲν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰκῆ δύνασθε.* Id ipsum quoque confir- **C** mat apud Eusebium Constantinus M. qui licet celebrem dumtaxat *Acrostichidem de Christo* respiciat [6], ejus tamen dicta merito ad integram Sibyllinorum collectionem referri posse putaverim. Sic igitur ille [7]: *ὑποπτεύουσι δέ τινα τῶν τῆς ἡμετέρας θρησκείας, ποιητικῆς μούσης οὐκ ἄμοιρον, τὰ ἔπη ταῦτα πεποιηκέναι· νοθεύεσθαί τε αὐτὰ, καὶ Σιβύλλης θεσπίσματα εἶναι λέγεσθαι. — ἐν προφανεῖ δὲ ἡ ἀλήθεια· τῆς τῶν ἡμετέρων ἀνδρῶν ἐπιμελείας συλλεξάσης τοὺς χρόνους ἀκριβέστερον· ὡς πρὸς τὸ μηδένα τοπάζειν, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ κάθοδον καὶ κρίσιν γεγενῆσθαι τὸ ποίημα, καὶ ὡς πάλαι προλεχθέντων ὑπὸ Σιβύλλης τῶν ἐπῶν ψεῦδος διαφημίζεσθαι.* Hoc est: „ Suspicantur autem a quodam ex nostræ religionis ho- **D** minibus, poeticæ artis non ignaro, eos versus esse confictos, & falso ac suppositititio titulo Sibyllæ adscribi. — Sed veritas ipsa in propatulo est omnibus; quum hominum nostrorum diligentia temporum seriem adeo accurate collegerit, ut jam nemo suspicari possit, post adventum & condemnationem Christi, carmen illud esse compositum; falsoque divulgari, quasi Sibylla hos versus diu ante vaticinando profuderit. „ In eamdem sententiam nonnulli apud Lactantium [8]: *His testimoniis revicti solent eo confugere, ut ajant, non esse illa carmina Sibyllina, sed a nostris ficta atque composita.* Neque aliter Augustinus [9]: ut recentiores prætereamus. Quid quod ipsemet Sibyllista se a Christi nomine vocari Christianaque professione censeri palam affirmat [10]?

Τοὔνεκ' ἄρ' ἡμεῖς καὶ ὁσίης Χριστοῖο γενέθλης
Οὐρανίης πεφυῶτες, ἐπικλεόμεσθα σύναιμοι,
Μνηστὴν εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκείην κατέχοντες,
Εὐσεβίης τε καὶ ἀτρεκείης βαίνοντες ἀτραπούς.

Nos igitur sancta Christi de stirpe creati
Cælesti, nomen retinemus proximitatis,
Lætitiæ memorem servantes relligionem,
Pietatis & veritatis calcantes semitas.

Quod autem post Blondellum [11] viris eruditis placuit, Dodvvello potissimum [12] & cl. Abbati de Longuerue [13], Oracula Sibyllina Montani fuisse commentum; id vero aliis minus probatur. At enim summis laudibus Phrygiam effert subinde larvata Sibylla: quin & eo usque processit, ut montem Ararat in quo arca quievisse comperitur, Phrygiæ attribuerit [14]; quo scilicet illam ceteris regionibus præstare suaderet: quum tamen non Phrygiæ, sed Armeniæ montem esse Ararat plane constet. Quod sane quis alius quam Phryx impostor Montanus injecerit? Deinde quæ de veterum regnorum, deque imperii Romani excidio vaticinatur personata Sibylla; ea enimvero ab ecstasi ejusdem pseudoprophetæ originem trahere videntur. Audio equidem: verum hæc argumenta, quibus carminum Sibyllinorum parens esse probetur Montanus, minus firma esse putaverim. Jamque de monte Ararat Phrygiæ attributo, complures veterum scriptorum haud secus ac Sibyllistam sensisse, luculenter ostendit Isaacus Vossius [15]. Vaticinia vero quæ Montanisticam ecstasim sapere ajunt; neque mentem emotam, neque vim fatidicam, neque ullam penitus obscuritatem referunt: quin omnia ex eventu enarrare agnoscitur auctor. Quibus addas maxime velim ex Fabricio [16], insuper habita fuisse a Montanistis carmina Sibyllina; & aliquoties quidem Montanistam Tertullianum ad Paracletum in Prisca & Maximilla, nusquam tamen ad Sibyllina hujusmodi a Christianis supposita provocare: quod enim scriptor ille Afer dixit [17]: *Inter insulas nulla jam Delos, harena Samos, & Sibylla non mendax*; ad istud referendum inter ethnicos celebre oraculum, a nostro quoque Sibyllista usurpatum [18]:

Ἔσται καὶ Σάμος ἄμμος, ἐσεῖται δὲ Δῆλος ἄδηλος.

Fiet arena Samus: Delus deleta latebit.

Quid quod Sibyllinis usus fuisse comperitur S. Justinus M. ante exortum Montanum, cujus demum hæresim anno CLXXI. erupisse gravissimis rationibus constat [19]? Verum hac de re latius alibi.

II. Christianus itaque Sibyllinorum auctor, quo suum opus Gentibus acceptius redderet ac probabilius, complura ex vetustis ethnicorum oraculis longe ante Christi adventum editis, consulto in suam collectionem injecit. Constat enim ex Varrone, Tullio, Tacito, Svetonio, Plutarcho aliisque, multa Sibyllis oracula, Christiana religione vetustiora, fuisse antiquitus attributa; in quibus de Deo uno, de mundi creatione, deque ejus conflagratione, ut alia omittamus, dogmata traderen-

1. *Orac. Sybill.* lib. III. v. 529. & lib. IV. v. 25. seqq.
2. *Maran.* Præfat. ad Justini M. opp. pag. CI.
3. *Orac. Sybill.* lib. III. v. 151. 511. seqq. & lib. V. v. 161. 249. 260. seqq.
4. *Orig.* contr. Cels. lib. V. §. LXI. tom. I. pag. 625. edit. nov. Paris.
5. Id. ibid. lib. VII. §§. LIII. LVI. pagg. 732. 734.
6. *Orac. Sibyll.* lib. VIII. v. 217. seqq.
7. Apud *Euseb. Constant.* Orat. ad SS. coet. cap. XIX.
8. *Lactant.* Instit. lib. IV. cap. XV.
9. *Aug.* de civit. Dei lib. XVIII. capp. LVI. LVII.
10. *Orac. Sybill.* lib. VIII. v. 484. seqq.
11. *Blondell.* de Sibyll. lib. II. cap. VII. pag. 161. seqq.
12. *Dodwell.* Prælect. VII. Camden. §. XII. pag. 302.
13. *Longuer.* Differt. de var. Epoch. &c. pag. 255.
14. *Orac. Sybill.* lib. I. v. 268. seqq.
15. *Voss.* lib. variar. Observatt. pag. 252.
16. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. I. pag. 224.
17. *Tertull.* lib. de Pall. cap. II.
18. *Orac. Sybill.* lib. III. v. 301.
19. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 666. seq.

tur : quæ quidem ſcriptorem noſtrum ad ſuum opus A contexendum excitaſſe, eique fidem & auctoritatem conciliaſſe exiſtimantur : niſi enim, inquit vir doctus [1], jam tum animis inſediſſet anticipata de Sibyllinis prædictionibus opinio, antequam oracula noſtra Sibyllina prodirent; eorum artifex non videtur facinus ſuſcepturus fuiſſe, aut ſaltem optatos fraudis exitus habiturus. Qua de re fuſe ac erudite Fabricius [2].

Alia præterea ejuſcemodi oracula, propheticis ſententiis conſentanea, quæ apud Gentes ex Hebræorum traditione atque Moſaicis litteris manaverant, idem ſcriptor conſarcinavit. Siquidem ex eo tempore, ut optime Georgius Bullus [3], quo Iſraelitæ poſt captivitatem Babylonicam ubique fe- B re terrarum diſperſi fuere; quin etiam ex quo primum ſacrarum ſcripturarum codex Græce redditus fuit, nemo neſcit permulta Judaicæ religioni congruentia in ethnicorum ſcriptis reperiri. Quis porro ignorat, circa illa tempora quæ Chriſti nativitatem proxime præceſſere vel quibus naſcebatur, eam ex quibuſdam oraculis percrebuiſſe opinionem, quod rex ſummus qui rerum potiretur, brevi eſſet oriturus? Ad illa ſane reſpiciebat Cicero [4], dum ait ab interprete librorum Sibyllinorum dictum hujuſmodi fuiſſe prolatum ex Julii Cæſaris dignitate, qui tunc etſi non nomine, re tamen rex erat, *eum appellandum quoque eſse* REGEM, *ſi ſalvi eſse vellemus*. Ad illa item Vir- C gilius [5], qui ex Cumæis carminibus miram novi regni imaginem exhibens, iiſdem plane coloribus depictam ac apud prophetas divinitus inſpiratos, eam Salonino Pollionis conſulis filio adſcribit: qua de re Conſtantinum M. apud Euſebium [6] adire præſtat. Ad illa demum Svetonius [7], de Auguſto interpretatus quæ de rege tunc naſcituro vulgabantur. Etenim ex viri eruditi ſententia [8], in eum cui maxime ſavere vellet, vaticinium quiſque vertebat. Hæc autem omnia, ut Bulli verbis iterum utar, haud obſcura de Chriſto oracula ethnici ſcriptores a Judæis acceperant, maxime τοῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, qui paſſim hiſce temporibus de rege ſuo Meſſia proxime adventuro, ex D prophetarum oraculis magnificentiſſima quæque inſonabant, ut ex Tacito [9] diſcimus atque Svetonio [10]. Hinc illud Clementis Alexandrini maxime notandum [11]: Πόθεν ἄρα ὁ τοῦ Γρύλλου σοφίζεται; ἢ δηλαδὴ παρὰ τῆς προφήτιδος τῆς Ἑβραίων, θεσπιζούσης ὧδέ πως [12];

Τίς γὰρ σὰρξ δύναται κ. τ. λ.

„ *Undenam igitur hæc didicit* Grylli *filius? Num-*
„ *quid ab Hebræorum ſcilicet prophetiſſa, quæ ſic*
„ *alicubi vaticinatur?*

„ *Quæ caro* „ cet.

Nimirum, tum ethnicum ſcriptorem Hebraica delibaſſe, tum in primis larvatam Sibyllam oracula ſua e Judæorum libris hauſiſſe, merito exiſti- E mavit Clemens. Quam quidem ſententiam amplexus eſt deinceps Gregorius Nazianzenus. Sic enim ille in Carmine ad Nemeſium [13]:

Ἑρμῆς ὁ τρισάγιστος ἐμοῖς ἐπέεσσιν ἀρήγοι,
Οὐδ' ἐθέλων· σταυρὸν δὲ σέβοι μέτροισι Σίβυλλα.
Τῆς μεγάλης θεότητος ἐλαυνόμενοι βελέεσσιν,
Οὐδ' ἐπιστρέφομαι, καὶ εἴ τινος ἆσσον ἵκοιντο,
Οὐ θεόθεν, βίβλων δὲ παραβλέψαντες ἐμοῖο.

Verſibus his nolens faveat ter maximus Hermes.
Priſca crucis numeris veneretur ſigna Sibylla.
Numinis excelſi ſtimulati ſi ambo ſagittis,
Ocyus anticipent aliis contingere verum,
Non valde moveor : nec enim divinitus id ſit,
At quia noſtra oculis legere volumina limis.

Neque tantum e ſcriptis hactenus memoratis pleraque in ſuam collectionem intulit Sibylliſta: verum etiam, quod rei caput eſt, longe plurima ex ipſis ſacris litteris tum veteris tum novi Teſtamenti excerpta conſarcinavit. Et primum quidem pluribus agit de Deo, de mundi creatione, de hominis formatione, de Noe, de diluvio, de turri Babelica, de Moſe, de Iſraelitarum egreſſu ex Ægypto, de Lege, de Salomonis regno atque de captivitate Babylonica. Tum vero de imperio Meſſiæ divinitus dando, ad mentem Danielis prophetæ: de pace univerſali quæ in ejuſdem Meſſiæ diebus erat eventura, juxta Iſaiæ vaticinium: de inſtauratione templi, deque exterarum gentium excidio, ex oraculis prophetarum: ut alia ejuſcemodi prætereamus. Deinde, ſi præcipuum auctoris conſilium ſpectes ejuſque operis argumentum, a larvata Sibylla prædicuntur Joannis Baptiſtæ præcurſoris miniſterium, Virginis annunciatio, Chriſti conceptio & nativitas, ex Ægypto reditus, in Jordane baptiſmus, miracula, paſſio, deſcenſus ad inferos & reſurrectio, in cælum aſcenſio, cet. quæ plane non niſi ex ſcriptoribus evangelicis petita noſcuntur. His item pleraque paſſim intexta videas de ceſſatione prophetarum, de apoſtolorum prædicatione, de Hieroſolymorum everſione, de Chriſtiana eccleſia ex gentibus potiſſimum colligenda, de ſignis adventus filii hominis, de Antichriſto, de Elia, de die extremo, de reſurrectione mortuorum, de regno Chriſti ac piorum felicitate cet. ut videre eſt ex capitum lemmatis, quæ Sibyllinorum collectioni ſubjicienda curavimus. Quæ quidem omnia Chriſtianæ religionis dogmata atque inſtituta, more hiſtoricorum aperte adeo enuntiantur, ut liquido profecto conſtet, ea fuiſſe tum ex ſacris litteris tum ex doctrina Eccleſiæ ab aliquo ex antiquioribus Chriſtianis deſumta.

III. Sibyllinorum enimvero collectio circa ſæculi II. medium contexta fuiſſe comperitur. Siquidem ejus auctor qui ex eventis vaticinari conſuevit, ea de Hadriano & Lucio Vero canit quæ hiſtoricæ veritati adverſantur. Et ad Hadrianum quidem quod attinet, illum *reſte periturum* Sibylliſta ſic ominatur [14]:

Αἴλινος ἔκτοτε καιρὸς, ὅτι λίνος αὐτὸν ὀλεῖται.

Quod tamen falſum omnino. *Hadrianus* enim, te-

1. *Maran.* ad Juſtin. M. pagg. 35. 496.
2. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. I. pag. 217. ſeq. 225.
3. *Bull.* Primit. & Apoſt. trad. cap. IV. §. 3. ſeqq. pag. 19.
4. *Cic.* de Divinat. lib. II. §. LIV.
5. *Virgil.* Eclog. IV. v. 5. ſeqq.
6. Apud *Euſeb. Conſtant.* Orat. ad SS. coet. cap. XIX.
7. *Sveton.* lib. II. cap. XCIV.
8. *Lamy* Appar. chron. in Harm. evang. part. II. pag. 146.
9. *Tacit.* Hiſt. lib. V. cap. XIII.
10. *Sveton.* lib. VIII. cap. IV.
11. *Clem. Alex.* Cohort. ad Gent. cap. VI. pag. 61.
12. *Orac. Sybill.* Procem. v. 10-14.
13. *Gr. Naz.* Carm. LXI. v. 245-249. tom. II. pag. 144.
14. *Orac. Sybill.* lib. VIII. v. 59.

ſte Spartiano [1], *ultimo vitæ tædio jam affectus.... Bajas petit, Antonino Romæ ad imperandum relicto. Ubi quum nihil proficeret, accerſito Antonino, in conſpectu ejus apud ipſas Bajas periit die ſexto Iduum Juliarum*, anno CXXXVIII. Labitur item perſonata Sibylla, ubi tres poſt Hadrianum futuros imperatores auguratur, quorum tertius *ſero*, ſive poſt ceteros, rerum eſſet potiturus [2]:

> Τρεῖς ἄρξουσιν, ὁ δὲ τρίτος ὀψὲ κρατήσει
> ἁπάντων.

Etenim *Hadrianus diu anceps quid faceret, Antoninum adoptavit, Pium cognomine appellatum; cui conditionem addidit, ut ipſe ſibi Marcum & Verum Antoninos adoptaret*. Verba ſunt ejuſdem Spartiani [3]. Contigit autem hujuſmodi adoptio eo ipſo anno CXXXVIII. quo Hadrianus ſupremum diem obiit; nimirum die XXV. Februarii, ut ex Capitolino [4] erudimur. Quum itaque junior eſſet Lucius Verus, ſpes quidem affulgebat, ipſum poſt Antoninum & M. Aurelium *ſero* tandem imperium obtenturum; quem tamen ætate adhuc florentem ante Marcum fratrem ad plures abiiſſe anno CLXIX. exeunte, tradunt idem Capitolinus [5] & Galenus [6].

Ex quibus ergo jure colligimus cum viro docto [7], Sibylliſtam quum nihil haberet, quod his de rebus certo ſtatueret, neque ipſi præſto eſſet ut alias, rerum geſtarum hiſtoria quam ſequeretur, probabilibus tantum conjecturis innixum erraſſe. Scilicet Hadrianum recte periturum exiſtimabat, quod *ingruente triſtiſſima valetudine, ſe conatus fuit ſæpius occidere ſævior factus*, ut auctor eſt Spartianus [8]. Lucium autem Verum qui ex tribus poſt Hadrianum imperatoribus natu minimus erat, M. Aurelio ſuperſtitem fore conjiciebat, adeoque longius ipſi præ ceteris portendit imperium. Non ſolum igitur ante Lucii Veri, ſed etiam ante Hadriani mortem in vulgus prodiere aut ſaltem conſcripti ſunt Sibyllinorum libri: & quidem anno CXXXVIII. ineunte; Antonini enim adoptionem eique indictam legem de M. Aurelio & Lucio Vero ſibi adoptandis, auctor noſter probe tenuiſſe perhibetur. In eamdem ferme ſententiam cl. Abbas de Longuerue [9].

Quæ quum ita ſe habeant, longe a vero abeſſe noſcuntur, qui Sibylliſtam carmina ſua demum evulgaſſe ſub ſæculi II. finem exiſtimant; propterea nempe quia ſecundum templi Veſtæ incendium ſe vidiſſe teſtetur [10], quod anno Commodi XII. Æræ vero Chriſtianæ CXCII. aſſignavit Euſebius [11]. Ita quidem cenſuerunt præ ceteris Joſ. Scaliger [12], G. J. Voſſius [13], Cotelerius [14] & Dodvvellus [15]. Verum alii, præeunte Blondello [16], rectius ſentire videntur, dum citatum ſcripti Sibyllini locum de templo Hieroſolymitano a Romanis militibus funditus everſo intelligendum eſſe decernunt. Illud enim vocat Sibylliſta *ædem Dei conſervatricem*.

> ——— Θεοῦ τηρήμονα ναόν·

aitque in eo *non ſaxa, non aurum*, non ultra denique idola;

> A Ἀλλὰ μέγαν γενετῆρα θεῶν πάντων θεοπνεύστων.

Atque ob illud quidem incendium *ædis amabilis, a ſanctis extructæ ac perpetuo florentis, ab impia manu* perpetratum, vaticinatur idem auctor, Romam adeo deſolatum iri, ut Virgines Veſtales non amplius ſint ignem reperturæ, quem *ſacrum* ac *divinum* vocabant. Sic enim ad mentem ſcriptoris Sibyllinorum accipiendos duos hujuſmodi verſus qui objiciuntur,

> Οὐκέτι γὰρ παρὰ σεῖο τὸ τῆς φιλοθρέμμονος
> ὕλης
> Παρθενικαὶ κοῦραι πῦρ ἔνθεον εὑρήσουσιν,

ex contextu rite arguit laudatus Blondellus.

B Quid quod Patrum vetuſtiſſimi Juſtinus M. Athenagoras ac Theophilus Antiochenus Oracula iſta Sibyllina præ oculis habuiſſe comperiuntur? Quin etiam „ certo ſtatuere poſſumus, inquit vir „ doctus [17], ſi minus totam librorum Sibyllino„ rum complexionem, qualem hodie habemus; „ ſaltem eas partes librorum ejuſmodi, quæ cla„ ram & apertam Chriſti adventus & omnium „ rerum ab eo gerendarum prædictionem conti„ nent, jam tum, ſcribente Juſtino, in unum „ veluti corpus redactas fuiſſe. „ Et jure quidem. Sic enim ſanctus ille philoſophus ac martyr [18]: Πείσθητε τῇ ἀρχαιοτάτῃ καὶ σφόδρα παλαιᾷ Σιβύλλῃ· —— περὶ δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ C Χριστοῦ μελλούσης ἔσεσθαι παρουσίας, καὶ περὶ πάντων τῶν ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαι μελλόντων, σαφῶς καὶ φανερῶς προαναφωνούσῃ. „ Credite Sibyllæ antiquiſſimæ „ ac vetuſtiſſimæ, —— quæ de futuro Salvatoris „ noſtri Jeſu Chriſti adventu, ac rebus omnibus „ quas geſturus erat, clare & aperte prænun„ tiat. „ Idque jam antea perviderat ſollers Fabricius [19]. Hinc vero colligas velim, minus recte pronuntiatum a Bullo [20], Juſtinum neutiquam ſilentio prætеriturum fuiſſe illa tam aperta de Chriſto vaticinia, ut hiſtoriam potius ea continere quam prophetiam crederes, ſi eadem in Sibyllinis codicibus, jam ſuo tempore receptis, inveniſſet. Licet enim oracula iſtiuſmodi haud expreſſe recitet D ſanctus martyr, quemadmodum paſſim poſtea Lactantius; omnia illa tamen ſibi comperta fuiſſe profitetur, dum ait perſonatam Sibyllam σαφῶς καὶ φανερῶς prænuntiaſſe περὶ πάντων τῶν ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαι μελλόντων. Quibus itaque poſitis, opus hoc Sibyllinum in lucem prodiit, antequam Juſtinus ad ſcribendum accederet, hoc eſt, anno CXXXVIII. ineunte, ut ſuperius evicimus.

IV. Jam vero, ut de horum carminum uſu aliquid ſubjiciamus, quamvis in iis pleraque ſpuria, futilia multa deprehendantur; perſuaſum tamen habemus haud parum illa nobis prodeſſe, quo Patrum vetuſtiorum ſcripta expeditius evolvamus aſ- E ſequamurque facilius. Nemo enim ignorat quanto in pretio habita olim fuerint Oracula iſta Sibyllina a Juſtino M. Athenagora, Theophilo Antiocheno, Clemente Alexandrino, Lactantio aliiſque, apud quos loca integra ex iiſdem excerpta paſſim reperias: ut proinde non minimum juverit

1. *Spart.* in Hadr. cap. XXIV.
2. *Orac. Sybill.* lib. V. v. 51. & lib. VIII. v. 65.
3. *Spart.* in Aelio Vero, cap. VI.
4. *Capitol.* in Anton. Pio, cap. IV.
5. Id. in Vero cap. IX.
6. *Galen.* de Præcogn. cap. X.
7. *Maran.* Præfat. ad Juſtin. M. pag. CI. & in op. Divinit. D. N. J. C. lib. II. cap. I. §. V. pag. 204.
8. *Spart.* in Hadr. cap. XXIV.
9. *Longuer.* Differt. de var. Epoch. &c. pag. 257.
10. *Orac. Sybill.* lib. V. v. 395. ſeqq.
11. *Euſeb.* Chron. ad ann. MMCCVII.
12. *Scalig.* Animadv. in Chron. Euſeb. pag. 226.
13. *Voſs.* de Poet. Gr. cap. I.
14. *Cotel.* Judic. de Clem. Epiſt. II. ad Cor. pag. 183.
15. *Dodw.* Prælect. Camden. VII. §. XII. pag. 303.
16. *Blond.* de Sibyll. lib. II. cap. V. pag. 156. ſeqq.
17. *Maran.* ad Juſtin. M. pag. 35.
18. *Juſt. M.* Cohort. ad Gr. §. XXXVIII.
19. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. I. pag. 222. §. XII.
20. *Bull.* Primit. & Apoſt. tradit. cap. IV. §. II. pag. 23.

in promtu habere opus illud, quo Patrum antiquissimi usi fuisse noscuntur; unde nimirum simul conferas cum auctoris contextu, eorum Ecclesiæ scriptorum consilium qui eum in partem vocarunt. Nos enim cum Beveregio [1] integræ Sibyllinorum oraculorum rapsodiæ quæ vulgo circumfertur, causam non defendimus; sed illorum in primis carminum quibus vetustissimi religionis nostræ assertores suum testimonium reddiderunt.

Neque tamen eo nomine reprehendendi sunt primores fidei Christianæ propugnatores, quod tam fluxa veritatis afferendæ studio in medium protulerint argumenta, modo pro veritate facerent quam adstruere nitebantur, ut viri eruditi jure censuerunt [2]. Ut enim omittamus, illos gravioribus detentos curis ab eo abstinuisse criterio, quod & temporis moram & studium haud leve postulabat: tunc sat erat ad Gentilium errores revincendos ut Sibyllinis carminibus fidem illi adhibuerint, quo contra eos recte ratiocinarentur majores nostri. Jamdudum enim constabat vel ex ipsis scriptoribus ethnicis, ut cum docto Marano loquamur, Christi adventum fuisse a Sibylla prædictum; sive id illi, ut Balaamo, concessum fuerit; sive potius ejusmodi oracula ex Hebræorum traditione fluxerint, ut superius docuimus. Rem exemplo illustremus ex quarta Virgilii Ecloga desumto, cujus paullo ante meminimus. Ex Cumæis itaque carminibus canit Poeta puerum e cælo demissum, ex Virgine natum, pro Deo habitum, atque hominibus visum. Addit insuper prædixisse Sibyllam, hunc puerum aurea sæcula reducturum, totumque orbem tunc immutatum iri; quam quidem immutationem eadem pæne ratione ac apud Isaiam, descriptam invenias. Subditque demum, quod a poetarum stilo plane abhorret, eumdem puerum scelera nostra expiaturum serpentemque occisurum, ut alia his affinia prætereamus. Quamvis autem hæc describens Virgilius, neque eorum sensum percipiens, nihil de Christo cogitaverit, quin & alio illa torserit: attentiores tamen profecto erant ad religionis suæ defensionem veteres Christiani, quam ut ejus Eclogam negligerent; quod sane præstitit Sibyllista, qui sua de ultimo sæculo carmina ex Virgilianis desumsisse perhibetur: ut proinde mirari haud subeat si, quum Sibylla de Christo fuisse vaticinata vulgo existimaretur, quæ deinceps fuerunt sub illius nomine oracula edita, fidem & auctoritatem sibi conciliarunt.

Est quoque alia ratio, & quidem potior, cur haud spernenda Oracula ista Sibyllina censeantur. Nimirum, præcipua in iis Christianæ religionis dogmata traduntur, quorum lemmata in superiore §. II. protulimus; præter ea quæ ibidem recensuimus, e sacris veteris Instrumenti paginis ab auctore depromta. Illud vero in primis notandum occurrit, quod est vel maximum, in iisdem carminibus pleraque reperiri quæ Christi divinitatem adversus concilii Nicæni obtrectatores cum veteres tum recentiores luculenter testantur. Jamque hanc spartam ornavit V. C. sæpe nobis laudatus in opere inscripto: *Divinitas Jesu Christi manifesta in scripturis & traditione*. Quod ut pateat, ecce tibi aliquot loca quibus Sibyllinorum auctor Christum Deum Deique filium passim profitetur. Sic autem lib. I. [3]:

Δὴ τότε καὶ μεγάλοιο θεοῦ παῖς ἀνθρώποισιν
Ἥξει σαρκοφόρος, θνητοῖς ὁμοιούμενος ἐν γῇ.

Tunc etiam magni Dei filius hominibus
Veniet, carnem ferens mortalibus similis in terra.

Et mox [4]:

——— σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῆσι νόησον
Ἀθανάτοιο θεοῦ Χριστὸν παῖδ' ὑψίστοιο.
——— *Tu vero mente teneto*
Christum immortalis altissimi Dei filium.

Paucisque interjectis Judæos acriter puniendos declarat [5],

Οὐράνιον ὅτι παῖδα θεοῦ διεδηλήσαντο.
Quia cælestem Dei filium interfecerunt.

Lib. II. [6]

——— κρίσιν ἐκλαθέοντες
Ἀθανάτου σωτῆρος, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.
——— *Judicium obliti*
Immortalis salvatoris, qui cælum terramque condidit.

Et paullo post [7]:

Οἴ μοι δειλαίη, ποτ' ἐλεύσεται ἦμαρ ἐκεῖνο,
Καὶ κρίσις ἀθανάτοιο θεοῦ μεγάλου βασιλῆος.

Hei mihi misera, quando veniet dies illa,
Et judicium immortalis Dei magni regis.

Lib. III. [8]

Εὐφράνθητι κόρη καὶ ἀγάλλεο· σοὶ γὰρ ἔδωκεν
Εὐφροσύνην αἰῶνος, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν.
Ἐν σοὶ δ' οἰκήσει, σοὶ δ' ἔσσεται ἀθάνατον φῶς.

Lætare puella & exsulta: tibi enim dedit
Lætitiam sæculi, qui cælum condidit & terram.
In te habitabit, tibique erit immortalis lux.

Lib. VI. [9]

Ω ξύλον ὦ μακαριστὸν, ἐφ' ᾧ θεὸς ἐξετανύσθη.

O lignum beatum, in quo Deus extensus est.

Et lib. VII. [10]:

Αὐτὸς ὁ γεννηθεὶς, ὁ μέγας θεός. ———
Ipse genitus, magnus Deus. ———

Nonnullisque interpositis [11]:

Ος πρὶν καὶ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Αὐθέντης γένετο Λόγῳ Πατρὸς, (leg. γεννᾶτο Λόγος Πατρὶ) Πνεύματι δ' ἁγνῷ
Σάρκα τε δυσάμενος, ταχὺς ἔπτατο Πατρὸς ἐς οἴκους.

Qui ante terram & cælum stellis ornatum
Potens genitus est Verbum Patri, & Spiritu sancto
Carnem indutus, cito evolavit in Patris ædes.

His adde, si placet, quæ lib. VIII. leguntur, in eamdem sententiam magnifice dicta. Velut quum Christus vocatur *Altissimus Deus* [12], *Deus noster salvator immortalis* [13], *Verbum qui formas condidit* [14], *Deus alapis cæsus*, [15]; *Deus Dei filius* [16];

1. *Bever.* Cod. Canon. lib. I. cap. XIV. §. XI. pag. 62.
2. *Maran.* ad Justin. pag. 35.
Lenglet. ad Lactant. tom. I. pag. 28.
Milant. ad Sixti Senens. Bibl. S. tom. I. pag. 183.
3. *Orac. Sibyll.* lib. I. v. 331. 332.
4. Ibid. v. 337. 338.
5. Ibid. v. 371.
6. Ibid. lib. II. v. 381. 382.
7. Ibid. v. 402. 403.
8. Ibid. lib. III. v. 722-724.
9. Ibid. lib. VI. v. 26.
10. Ibid. lib. VII. v. 23.
11. Ibid. v. 67-69.
12. Ibid. lib. VIII. v. 220. 221.
13. Ibid. v. 249. 250.
14. Ibid. v. 299.
15. Ibid. v. 302.
16. Ibid. v. 328.

increatus, *incorruptus*, *æternus* [1]. Hæc ferme omnia ex præclaro Marani opere modo laudato.

Haud equidem inficias ierim, pleraque occurrere in his carminibus Sibyllinis inepta, falsa & absurda, quin & Christianæ veritati quandoque adversantia; cujusmodi sunt in primis quæ de regno chiliastico traduntur [2], deque damnatorum pœnis aliquando finiendis [3]. Sed sapientis est, juxta Siracidæ effatum [4], BONA & MALA *in hominibus tentare*. Num demum scriptorum veterum lucubrationes propterea rejiciendæ, quod auctoribus aliqua reprehensioni obnoxia exciderunt? An non potius, ob ea quæ in iisdem cum illustrandæ antiquitati, tum Christianæ religionis dogmatis adstruendis comparent, dignæ quæ excutiantur sunt existimandæ? Si qua enim huic querelæ ratio habenda sit, actum profecto erit de nonnullis Tertulliani, Origenis aliorumque vetustiorum operibus, apud quos absona sane haud pauca passim invenias. Quod si vero in ejusmodi scriptis evolvendis quidpiam occurrat, quod rationi aut veritati minus recte congruere videatur; tum demum canonem illum de librorum lectione, a S. Basilio egregie constitutum servare consentaneum est [5]: Οὐ πάντα ἑξῆς παραδεκτέον ἡμῖν, ἀλλ' ὅσα χρήσιμα. „ Non omnia ex ordine, sed solum quæ utilia „ sunt, nobis excipienda. „ Ad nostrum autem consilium quod attinet, de istiusmodi Sibyllinorum collectione inter Ecclesiæ Patrum scripta collocanda; illud quidem in superiori præfatione paucis aperuimus [6], at ex iis quoque potissimum quæ hactenus edisseruimus compertum sit.

V. Sed nimium nos diu, præsertim ad reliqua properantes, Sibyllinorum auctor moratur. Itaque, præmissa perbrevi præcedentium editionum recensione, quid demum operæ in nostram parandam contulerimus, lectorem doceamus. Prodiit igitur primum Græce collectio τῶν χρησμῶν, Basileæ apud Oporinum 1545. e ms. codice bibliothecæ Augustanæ, curante Xysto Betulejo. Anno autem 1555. iterum ibidem typis excusa G. L. interprete Sebastiano Castalione: eoque ipso anno, & deinceps 1569. Basiliensibus Heroldi & Grynæi Orthodoxographis intexta. Exinde vero insecuta est anno 1589. ceteris plurimum præstans editio Parisiensis opera & studio Joannis Opsopœi, rursus ibidem vulgata 1599. & 1607. Porro sub finem sæculi proxime elapsi, Amstelodami 1689. suam evulgavit Servatius Gallæus, quæ tamen viris eruditis minus probatur. Eadem item collectio in variis Patrum bibliothecis occurrit: Græce quidem & Latine in Parisiensibus 1644. & 1654. Latine vero dumtaxat ex metaphrasi Castalionis, in duplici Bignæana 1575. 1589. deinde in Coloniensi 1618. postremo in Lugdunensi 1677.

Nostram autem editionem adornaturi, Opsopœanam nomine haud uno reliquis præferendam existimavimus. Editoris Parisiensis adnotationes, ad contextum Græcum potissimum pertinentes selegimus, interdum, sed rarius, compendio usi: eisque virorum doctorum Felli, Potteri, Fabricii, Wolfii, Marani aliorumque observationes passim intexuimus, nomine singulorum subjecto. Quas vero sic *A.* vel *Anon. Londin.* indicavimus, noverit lector eas fuisse descriptas ex Opsopœi exem-

A plari ann. 1607. nobis allati ex Anglia, in cujus fronte nomen erat inscriptum *Francisci Bernardi pharmacopolæ Londinensis* 1661. eadem manu exaratum, ut videtur, qua emendationes ad oras paginarum a capite ad calcem laudati exemplaris adpositæ. Num vero *Franciscus* iste *Bernardus* fuerit adnotator, aliunde non liquet. Verum, quisquis demum fuerit, haud passi sumus virum eruditum sua laude fraudari. Ceterum de reliquis quæ in hac editione instruenda præstitimus, ex aliarum collatione judicium ferri malumus, quam ex iis fortasse suspectis, quæ fusiore stilo prosequi in promtu esset.

B VI. Superest ut paucis edisseramus de APPENDICE Sibyllinis adjecta. Eam descripsimus ex Montfauconii V. C. *Palæographia Græca* [7], qui præfatiunculam hujusmodi apposuit: „ Exstat codex ms. Monasterii S. Michaelis Diœcesis Virdunensis; ubi Psalterium habetur Græce descriptum a Sedulio Scotto Hyberniensi, qui sæculo IX. ineunte floruisse comperitur. Ad calcem hujus codicis, ejusdem Sedulii manu exarata sunt testimonia & vaticinia Exterorum de Christo venturo; nempe Orphei, qui a Clemente Alexandrino, Θεολόγος, *Theologus* vocatur; Sibyllæ, Apollinis, Hesiodi, Mercurii Trismegisti: qualia multa a Justino Marty- C re, Clemente Alexandrino, Lactantio & aliis adferuntur. Inter ea vero quæ Sedulius Scottus collegit, multa nondum edita sunt: nec tamen heic edenda destinaveram; verum amicorum hortatui cessi, qui non prætermittenda censuere: quoniam etsi per se non tanti facienda videantur; in hoc tamen utilia, quod illustrandis veterum Patrum locis non parum conferant: & alioquin non tam prolixa sunt, ut lectori fastidium movere possint. Carmina Sibyllæ cum editis non semper consentiunt: interdum etiam quæ in editis carmine exprimuntur, heic pedestri oratione jacent. Quare ut exstant in hoc exemplari, non additis variis D lectionibus, utpote nimiis, illa subjungimus. Ceterum quædam heic Arianismum olent, ab Ariano fortasse quopiam adjecta. „ Hactenus vir ille doctus.

Verum quæcumque in ea exstant *Appendice*, ex *Lactantii Institutionibus* descripsit Sedulius, eodemque plane ordine, quo illa digessit idem Lactantius, ut ex locorum indice, quem in notis ubique signandum curavimus, perspicuum est. Substitit autem exscriptor in capite XIX. libri VII. reliqua omittens. Quod quidem quum non advertit doctissimus editor, minus recte conjecit, *multa* ex iis *nondum* fuisse *vulgata*; quin & mi- E nus apposite ab exscriptore quædam in contextu *Sedulio* tribuuntur, quum re vera omnia sint Lactantiana. Neque etiam illud admittendum videtur, nonnulla ibidem *pedestri oratione jacere*: si enim paucas Pseudo-Mercurii sententias excipias, reliqua continenter quidem descripsit Sedulius, sed quæ tamen ad metri leges facile redigas.

Et nosmet ipsi profecto sero deteximus, quod latuit Montfauconium, Sibyllinorum scilicet editione jam ferme absoluta. Quod si opportunius res nobis perspecta fuisset, de Appendice illa typis denuo excudenda consilium penitus abjecisse-

1. *Orac. Sibyll.* lib. VIII. v. 429.
2. Ibid. lib. II. v. 313. & lib. IV. v. 181. seqq.
3. Ibid. lib. II. v. 330. seqq.
4. *Eccli.* XXXIX. 5.
5. *Basil.* Serm. de legend. libr. §. V. opp. tom. II. p. 179. noviss. edit. Parif.
6. Præfat. gener. §. VI.
7. *Montf.* Palæogr. Gr. lib. III. cap. VII. pagg. 243-247. Vid. quoque p. 235.

mus. At quum in notis lectorem ad eam idemtidem remitteremus, hanc idcirco prætermittendi nobis demum facultas ademta. Exinde vero præter varias alicujus pretii lectiones, ad pleraque Sibyllinorum loca sive confirmanda sive etiam restituenda comparatas; illud præterea emolumentum haud sane contemnendum emergit, quod si cui deinceps divinas Lactantii Institutiones iterum edere libeat, illas enimvero castigatiores ex hac Appendice Seduliana utcumque nunc primum illustrata, præstare in promtu erit; & quidem eo in primis nomine, quod ex nostra editione facile in posterum compertum fiet, quæ Oraculorum carmina Lactantio ante oculos posita, cuique loco conveniant.

CAPUT XVII.

DE S. JUSTINO

PHILOSOPHO ET MARTYRE.

SYNOPSIS.

SECTIO I.

I. Justini M. Apologia prolixior, *quæ in editis posterior habetur, omnium eruditorum consensu prima esse agnoscitur. Eadem scripta fuisse sub initium imperii Antonini Pii, sive circa annum* CXXXIX. *existimatur.*

II. *Hadriani ad Minucium Fundanum Asiæ proconsulem epistolæ Latinus textus genuinus, ad calcem hujus Apologiæ olim a S. Justino exhibitus, nuper a cl. Mazochio ex Rufino restitutus. Integra viri eruditissimi hac de re disquisitio critica in Appendice II. ad hoc volumen locata.*

SECTIO II.

III. *De* S. Justini Dialogo cum Tryphone. *Ejus amplitudo, argumentum, divisio. Quis Marcus Pompejus, cui opus dicatum. Quis Trypho, cum quo collocutus S. Martyr.*

IV. *Tempus statuitur, quo Dialogus ille sive habitus, sive litteris fuit consignatus.*

V. *De hujus Dialogi auctore dubium a VVetstenio excitatum, excutitur & expeditur. Sacræ scripturæ loca Justinus ex ipso Hebraicæ veritatis fonte interdum hausit. Aquilæ quoque interpretationem subinde secutus fuisse comperitur. Si qua vero in ejus Dialogo Symmachi vel Theodotionis versionis vestigia compareant, ea pleraque aut ex Aquila interprete dimanasse censenda, aut antiquariorum scholiis sive imperitis librariis tribuenda. Locum Danielis unde exscripserit S. Martyr.*

SECTIO III.

VI. Apologia brevior *seu* II. *Antonino Pio, non Marco Aurelio & Lucio Vero imperantibus, oblata esse censetur. Varia producuntur rationum momenta, quibus sententia istbæc innititur.*

VII. *Apologiarum Justini ejusque Dialogi cum Tryphone, brevis editionum recensio. Novissima Parisiensis heic typis expressa, nonnullis additis observationibus aliunde petitis.*

SECTIO I.

De Apologia I. S. Justini M.

I. Justinus philosophus & martyr, omnium antiquorum laudibus celebratissimus, præclara ingenii atque doctrinæ post se reliquit monumenta; quibus Ecclesiam mirifice illustravit, Christique religionem adversus ethnicos & Judæos primus omnium propugnare aggressus est. Ea inter eminent *Apologiæ duæ*, ac *Dialogus cum Tryphone*: quæ proinde apologetica scripta, omnium quotquot exstant vetustissima, heic primum comparent pro instituti nostri ratione, ut superius monuimus [1]. De his itaque singillatim agendum.

Et prolixiorem quidem *Apologiam*, quæ in vulgatis editionibus, si Thirlbii Londinensem & Marani Parisiensem excipias, breviori postponitur, omnium consensu eruditorum [2], uno Baraterio contradicente [3], *primum* litteris consignasse Justinus perhibetur; qui & illam, ut verbis utar Hieronymi [4], *Antonino Pio & filiis ejus Senatuique tradidit, defendens ignominiam crucis, & resurrectionem Christi tota prædicans libertate.*

De anno autem quo hanc Apologiam I. scripsit vel obtulit S. Martyr, varia circumferuntur virorum doctorum judicia. Nos illis accedimus, qui sub Antonini Pii initium, sive circa Christi annum CXXXIX. id contigisse censent. Sic nimirum Scaliger [5], Petavius [6], Dodvvellus [7], Pagius [8], sed in primis cl. Abbas de Longuerue [9]; cujus proinde verbis hanc sententiam adstruere satius ducimus. „ Scripsisse Justinum, inquit vir eruditus, „ Apologiam suam I. anno CXXXIX. certissimum „ est. Siquidem eam obtulit Tito Aelio Antoni„ no, ejusque adoptivis Marco & Lucio: quod „ ex ipsismet dedicationis verbis patet. Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ εὐσεβεῖ σεβαστῷ Καίσαρι, καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφου Καίσαρος φύσει υἱῷ, καὶ εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐραστῇ παιδείας. Id est, interprete Valesio: „ *Imperatori Tito Aelio Hadriano Antonino Pio* „ *Cæsari Augusto, & Verissimo filio philosopho,* „ *& Lucio philosophi quidem Cæsaris naturali filio, Pii autem adoptivo, litterarum studioso*. Ista „ autem citavi, ut ea legit Eusebius Cæsariensis [10]:

1. Præfat. gener. §. IV.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. p. 650. not. x. sur S. Justin.
3. *Barat.* Disquis. chron. &c. cap. VIII. §. 7. p. 106.
4. *Hieron.* Epist. LXX. §. 4. opp. tom. I. pag. 426. edit. Veron.
5. *Scalig.* Animadv. ad Euseb. Chron. pag. 219.
6. *Petav.* ad Epiph. hæres. XLVI. pag. 82.
7. *Dodw.* Addit. ad Pears. posth. pag. 248.
8. *Pagi* Crit. Bar. ad ann. 148. §. IV. seq. & Differt. Hypat. part. II. cap. III. §. IX.
9. *Longuer.* Differt. &c. pagg. 220. 242. 243. 278.
10. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XII.

„ quin etenim usus ille sit optimis codicibus, nullus jure dubitaverit.

„ At reperiuntur etiamnum, qui vitiosam vulgarium editionum Justini lectionem tuentur, leguntque non Λȣκίῳ φιλοσόφȣ, sed φιλοσόφῳ; hancque vocem referendam esse ad ipsummet Lucium, non ad ejus parentem Cæsarem contendunt. In cassum laborant illi. Primum enim olim non legebatur, eam Justini Apologiam destinatam fuisse Lucio φιλοσόφῳ, Καίσαρος υἱῷ, sed φιλοσόφȣ Καίσαρος υἱῷ: & vox illa φιλοσόφȣ ad Aelium Verum Cæsarem, non ad Lucium Aelii filium referebatur, ut modo vidimus ex Eusebio. Fateor equidem in quibusdam codicibus Eusebianis legi φιλοσόφῳ: sed hi codices sunt ne illi æquiparandi, quo ante annos MCC. usus est Rufinus, qui Eusebii locum de quo agitur, ita latine est interpretatus: *philosophi Cæsaris proprio filio*? Istaque est germana Rufini lectio, monentibus nos melioris notæ mss. codicibus. Quibus suffragatur Nicephorus: in suo enim quem exscribebat Eusebio, legit φιλοσόφȣ Καίσαρος.

„ Deinde vero quis umquam hoc titulo insignivit Lucium Verum? Id nemini venisse in mentem, reponam. Capitolinus [1], hunc principem genuinis pingens coloribus, nobis eum quasi magnum nebulonem, imbellem impudicumque exhibet; atque inter cetera de ipso hæc habet: *Habuit & Agrippam histrionem .... Adduxerat secum & fidicinas & tibicines & histriones, scurrasque mimarios & præstigiatores.* Subditque: *Et hæc vitæ diversitas atque alia multa, inter Marcum & Verum simultates fecisse, non aperta veritas indicabat, sed occultus rumor insusurrabat.* Sane si quis hæc aliaque apud Capitolinum legat, & improbos immodestosque Lucii Veri imperatoris mores, immo si quis ejus animi propensiores habitus attentius spectet; numquam sibi persuadere poterit, fuisse illum *philosophi* titulo insignitum. Eo quidem tempore, quo Apologiam I. obtulit Justinus, anno scilicet CXXXIX. sufficiebat illi, ut ἐραςὴς παιδείας, *litterarum studiosus*, diceretur: tunc enim quum Lucius esset tantum octennis, eo nomine rite appellari potuit puer iste impuber; quod nimirum ejus ingenium ab optimis præceptoribus, curantibus Antonino Pio & Marco, liberalibus disciplinis a teneris unguiculis erudiretur. Neque vero quis regerat, nullum e veteribus Aelium Verum Cæsarem appellasse *philosophum*: nam, teste Spartiano [2], fuit *eruditus in litteris .... & eloquentiæ celsioris*: ut proinde in ipsum nomen ejusmodi jure quadrare potuerit.

„ Præterea in illa dedicatione Apologiæ, Justinus imperatorem Antoninum & ejus filios quum omnibus honoris titulis ornet, absurdum fuisset, Cæsaris omisisse titulum, ipsumque duobus filiis Augusti denegasse, si eorum alter tunc Cæsareo nomine donatus fuisset. At Verissimus, seu Marcus Aurelius, creatus est Cæsar anno qui præcessit consulatum suum primum: processit autem Consul Marcus primum cum Antonino anno CXL. & creatus fuerat Cæsar anno præcedenti, ut testatur Capitolinus his verbis [3]: *Consulem secum Pius Marcum designavit, & Cæsaris appellatione donavit*. Quod confirmant nummi plures apud Mediobarbum obvii, super quibus exarata legimus hæc verba: M. AUREL. CÆS. AUG. PII FIL. COS. DESIG. Hinc liquet hanc Apologiam quam jure primam appellavit Eusebius, editam fuisse antequam Marcus Cæsar fuisset creatus, nempe ante finem anni æræ Christianæ CXXXIX. „

Hæc vir eruditus, Valesii & Pagii vestigia plerumque persecutus; quæ nos carptim ex variis ejus dissertationibus exscripta, in unum congessimus. Quibus & illud addere placet, hanc sententiam potissimum confirmari ex Antonini Pii edicto pro Christianis, hac Justini Apologia I. impetratum, ad cujus calcem exhibetur. Quod quidem satis aperte confirmat Orosius his verbis [4]: *Justinus philosophus librum pro Christiana religione compositum Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos fecit*. Et Zonaras clarius adhuc [5]: ὁ φιλόσοφος καὶ μάρτυς Ιȣςῖνος, τȣ̃ ὀρθȣ̃ λόγȣ ὑπεραγονιζόμενος, — πρὸς τὸν εὐσεβῆ Αντωνῖνον ἀπολογίαν ὑπὲρ Χριςιανῶν συνεγράψατο· ὅθεν ὁ αὐτοκράτωρ ȣ̃τος ὁρμηθεὶς, δόγμα τῷ κοινῷ τῆς Ασίας ἐπέςειλε, μηδένα Χριςιανῶν διὰ τὴν θρησκείαν κολάζεσθαι· ἀλλὰ κἂν τις ὑπό τȣ διὰ ταύτην κατηγοροῖτο, τὸν μὲν κατηγορȣ́μενον ἀπολύεσθαι, τὸν δὲ κατήγορον δίκης ἔνοχον γίνεσθαι. „ Justinus philosophus & martyr, veræ doctrinæ assertor, — ad Antoninum Pium defensionem Christianorum scripsit, qua hic imperator impulsus, decreto ad commune Asiæ misso cavit, ne quis Christianus propter religionem supplicio afficeretur: quod si quis eo nomine accusaretur, accusatum quidem esse absolvendum, accusatorem vero mulctandum. „ Illud autem edictum anno CXL. fuisse latum ex eo perspicuum est, quod in ejus inscriptione idem imperator *Cos.* III. designatur, cum apud Justinum tum apud Eusebium [6]; quem item exscripserunt auctor Chronici Paschalis [7] & Nicephorus [8]. Neque vero quis objiciat numeralem notam *Tribun. Pot.* XV. consulatui tertio Antonini minime congruere: siquidem apud Justinum eadem penitus deerat, in cujus Apologiam ex uno Eusebio primus illam invexit Sylburgius [9], uncinis concludens [τὸ ιέ.] Error itaque in Tribunitiæ Pot. numerum apud Eusebium irrepsit, ut ipsemet Pagius agnoscit [10]. Exstat apud Gruterum [11] Græca inscriptio, quæ præfert TRIBUN. POT. III. — COS. III. ut proinde in Justini exemplaribus post verba δημαρχ. ἐξ. excidisse notam τὸ γ'. conjicere liceat: nisi tamen quis malit, primitus fuisse scriptum δημαρχ. ἐξ καὶ ὕπατ. τὸ γ'. ut numerus III. utrique titulo assignatus intelligeretur.

Haud equidem ignoro ejusmodi Antonini edictum nonnullis eruditis figmentum ineptum fuisse visum. Verum alii magni nominis viri genuinum illud profitentur: licet eos inter de vero hujus rescripti auctore grave dissidium exstet. Siquidem Scaliger, Valesius, Pagius, Grabius aliique illud Marco Aurelio asserunt: Baronius vero, Halloixius, Papebrochius, sed in primis Tillemontius [12] quem sequitur & Maranus [13] idem rescriptum Antonini Pii esse contendunt. Sed ne longiores vi-

1. *Capitol.* in vit. Veri capp. IV-IX.
2. *Spart.* in vit. Aelii Veri cap. V.
3. *Capitol.* in vit. Marci cap. VI.
4. *Oros.* Hist. lib. VII. cap. XIV.
5. *Zonar.* Annal. lib. XII. cap. I. pag. 594. edit. Paris.
6. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XIII.
7. *Chron. Pasch.* pag. 259. edit. Par.
8. *Niceph.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXVIII.
9. *Sylb.* edit. Paris. ann. 1615. pag. 100.
10. *Pagi* Crit. Bar. ad ann. 152. §. IV.
11. *Grut.* pag. CCCXVI.
12. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. not. XI. sur S. Justin. pag. 651.
13. *Maran.* Præfat. ad Justin. opp. part. III. pag. LXXXI.

deamur quam inſtituti noſtri ratio patitur, ad eos A potiſſimum ſcriptores quorum loca indicavimus, lectorem remittimus.

II. Reliquis interim prætermiſſis quæ ab aliis viris eruditis de hac Apologia I. ejuſque amplitudine fuſius edifferuntur; ea potius perlegere juverit, quibus nuper doctiſſimus Mazochius Hadrianei reſcripti ad Minucium Fundanum Aſiæ proconſulem Latinum textum primigenium, ad calcem hujus Apologiæ olim a S. Juſtino exhibitum, atque hactenus pro deperdito deploratum, ſoſpitem demum & integrum feliciter ex Rufino reſtituit. Diſquiſitionem criticam hac de re diligenter elaboratam, ipſiuſmet auctoris verbis deſcriptam, in Appendice II. ad hoc volumen locaſſe placuit.

SECTIO II.

De Dialogo cum Tryphone.

III. Juſtini Dialogus cum Tryphone, ob ſumma Chriſtianæ doctrinæ dogmata ſolide ac di- B ligenter pertractata, in maximo ſemper habitus pretio. Longiori diſputationi præludens S. Martyr prioribus decem capitibus, in reliquis tres velut in partes illam diſtincte ac ordinatim diſtribuiſſe comperitur, ut rite obſervat poſt Nourrium ejus operum noviſſimus editor [1]. Et in prima quidem quæ a capite XI. ad XLVII. decurrit, præjudicatas Judæorum de lege opiniones refellit S. Pater: in altera vero quæ concluditur capitibus XLVIII — CVIII. verum & æternum Filium a Deo Patre genitum eſſe, eumque pro nobis incarnatum & crucifixum demonſtrat: in tertia denique a capite CIX. ad CXLI. procedente, vocationem gentium & Eccleſiam quæ a Chriſto conſtituta eſt, prophetarum oraculis ac C veteris Teſtamenti figuris prænuntiatam fuiſſe perhibet.

Opus nuncupavit S. Martyr Marco Pompejo, quem *φίλτατον* nominat [2], quemque proinde Chriſtianum fuiſſe haud immerito dixeris. Quidni porro dixeris, quum in eo Dialogo id potiſſimum egerit Juſtinus, quo fidei veritatem de Chriſto Deo & homine probaret firmaretque contra Judæos, quod & luculentiſſime præſtitit? Num vero egregium ejuſmodi opus dicaverit S. Pater homini a Chriſtiana religione alieno, quem & *amiciſſimum* vocat? Si autem Grabium audias [3], Marcus ille fuerit Hieroſolymitanus epiſcopus. Et tempus quidem conſentit: nam ejus ordinationem peractam D fuiſſe ante Hadriani obitum, hoc eſt, ante annum Chriſti CXXXVIII. ſediſse vero illum uſque ad annum Antonini Pii XIX. ex Chronico Euſebii [4] arguit Tillemontius [5]. At ex his haud certo colligas, Marcum Juſtini exſtitiſſe antiſtitem Hieroſolymitanum: ſiquidem illum S. Martyr non ſolum Marcum, ſed etiam Marcum Pompejum appellat; neque uſpiam epiſcopum nominat, aut ipſum fuiſſe hujuſmodi dignitate ornatum inſinuat: adeoque Grabii conjectationem Thirlbius [6] & Maranus [7] merito reſpuunt.

Tryphonem autem Judæum Juſtini collocutorem, fuiſſe *tunc temporis Hebræorum celeberrimum* teſtatur Euſebius [8]: *τῶν τότε Ἑβραίων ἐπισημότατον*. Neque aliter Suidas [9], qui eum vocat *ἀρχηγὸν τῶν* E *ἐν Ἐφέσῳ Ἰȣδαίων*. Hinc viri eruditi haud pauci, Druſio præeunte [10], Tryphonem hunc eumdem fuiſſe conjecerunt cum R. Tarphone, magni apud Judæos nominis, ſive præceptore ſive collega R. Akibæ, qui rebellionis Judaicæ in urbe Bitter auctor fuit, eoque in bello interiit. Sic Bartoloccius [11], Lightfootus [12] & Relandus [13], qui tamen deinceps ſententiam mutavit [14]: ut prætereamus Caveum, Grabium & Danzium, cujus *Oratio de Tryphone Juſtini M. collocutore* in Heumanni *Parergis Gottingenſibus* comparet [15]. Verum aliter alii, quos apud Wolfium conſulas velim [16].

IV. Utcumque vero ſe res habeat, hæc tradit de ſe ipſo Trypho [17]: *εἰμὶ δὲ Ἑβραῖος ἐκ περιτομῆς, φυγὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον, ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Κορίνθῳ τὰ πολλὰ διάγων*. „ Sum ex circum„ ciſione Hebræus, ex bello nuper geſto profu„ gus, in Græcia & Corinthi plerumque degens. „ Ex quibus verbis tempus colligere ſibi videntur, quo ſcriptus fuerit vel ſaltem habitus Dialogus, Pagius [18] & cl. Abbas cujus ſupra frequenter meminimus. Sic enim poſt Criticum Baronianum vir ille eruditus [19]: „ Non multo poſt Apologiam I. „ Juſtinus ex Italia proficiſcens, reverſus eſt in „ Aſiam circiter anno æræ Chriſtianæ CXL. quod „ clarius mox patebit. Epheſum itaque veniens, „ ibi reperit quemdam Judæum, Tryphonem no„ mine, quocum diſputationem ingreſſus eſt co„ pioſam, quam ipſemet ſcripto tradidit. Ibidem „ meminit Apologiæ ſuæ imperatori oblatæ [20], ubi „ de cultu Simonis magi veluti a Romanis rece„ pto, conqueſtus eſt. Tunc Trypho potiſſimum „ Corinthi hærebat. Fugerat enim nuperrime con„ fectum bellum, velut ipſemet ait Trypho: *φυ„ γὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον*. Belli ſub Anto„ nino ſeniore contra Judæos geſti meminit Capi„ tolinus [21]: *Judæos*, inquit, *rebellantes contudit „ per legatos & præſides*. Id autem geſtum ante „ finem anni CXXXIX. Tunc enim, ut ex nummis „ fit manifeſtum, quum conſulatum ſecundum Pius „ ageret, dictus eſt Imperator II. quem numerum „ deinde princeps pacis amantiſſimus non multi„ plicavit; & tranquille imperans nulla bella geſ„ ſit, a nullis hoſtibus quos vinceret aut repri„ meret, laceſſitus. Bellum ergo quod fugerat Try„ pho, ſub Antonino geſtum eſt: ne ad anterius „ ſub Hadriano confectum, quod ad rem nequa„ quam pertinet, recurramus. Diſceptationem au„ tem egit cum Tryphone Juſtinus Epheſi, ut nos „ docet Euſebius [22]. „ Hæc V. C.

Eumdem item ſenſum de bello ſub Antonino geſto verba Tryphonis admittere agnoſcit Tille-

1. *Maran.* opp. S Juſtini pag. *99.*
2. *Juſtin.* Dial. §§. VIII. & CXLI.
3. *Grab.* Spicil. tom. II. pag. *160.*
4. *Euſeb.* Chron. ad ann. MMCLI. & MMCLXXII.
5. *Tillem.* Hiſt. des Emper. tom. II. pagg. *294. 541.*
6. *Thirlb.* not. in Dial. Juſtin. pag. *436.*
7. *Maran.* præfat. part. III. pag. LXXXVIII.
8. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XVIII.
9. *Suid.* v. Ἰουστῖνος.
10. *Druſ.* de ſect. Jud. lib. II. cap. XI.
11. *Bartol.* Bibl. Rabb. tom. II. pag. 862.
12. *Lightf.* opp. tom. II. pag. 144.
13. *Reland.* ad Othon. pag. *129.*
14. Id. Diſſert. ſingul. Ultrajecti 1717.
15. *Heum.* Parerg. Gotting. lib. IV. pagg. 80. ſeqq.
16. *Wolf.* Bibl. Hebr. tom. II. pag. 837.
17. *Juſtin.* Dial. §. I.
18. *Pagi* Crit. Baron. ad ann. 148. §. VII.
19. *Longuer.* Diſſert. de Vit. S. Juſtin. M. §. XIX. p. 223.
20. *Juſtin.* Dial. §. CXX.
21. *Capitol.* in Vit. Pii cap. V.
22. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XVIII.

montius [1], licet alio ipsa detorqueat. Accedit Norisius [2], qui sub initium Antonini Pii Dialogum ab Justino scriptum fuisse tradit. Nollem tamen doctissimum Cardinalem minus sibi constitisse, dum l. c. Scaligerum forte secutus [3], sententiam alternavit, ultimis etiam annis imperii Hadriani opus idem adscribens. Etenim post Apologiam I. Antonino Pio porrectam, Dialogum suum sive habuisse sive litteris consignasse Justinum, ex his ejus verbis perspicitur [4]: ὐδὲ γὰρ ἀπὸ τῦ γένυς τῦ ἐμῦ, λέγω δὲ τῶν Σαμαρέων, τινὸς φροντίδα ποιύμενος, ἐγγράφως Καίσαρι προσομιλῶν, εἶπον πλανᾶσθαι αὐτὺς πειθομένυς τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι. „ Nullam popularium meorum, Samaritanorum inquam, rationem habens, quum Cæsarem oblato ab Acta scripto compellarem, dixi errare illos, qui Simoni gentis suæ mago fidem haberent. Quod quidem post Tillemontium aliosque, adnotasse quoque Longuerueum modo vidimus. Hinc igitur anno Christi CXL. Dialogus Justinianus assignandus videtur.

V. Verum gravior difficultas occurrit, haud sane contemnenda, quam excitat Wetstenius his verbis [5]: „ Ego cuperem mihi eximi scrupulum de hujus Dialogi auctore, ex diligenti ejus lectione injectum. Nimirum, quod non utatur in V. T. locis citandis versione τῶν ό. sed magis accedat ad Origenis editionem hexaplarem: quum, quæ Origenes obelis jugulavit, omittat; quibusque asteriscos apposuit, addat etiam: quum idem in Daniele alia versione, nescio an Symmachi, utatur. Si Justinus mortuus est, antequam Symmachi atque Theodotionis versio ederetur, & si integro sæculo præcessit Origenem, quomodo potuit istius opere uti? aut si non usus est, quomodo potuit accidere, ut prorsus eadem verba iisdem in locis adderet vel demeret, ubi ille vel asteriscis quid vel obelis signaverat? Quare de hoc auctore quid statuendum sit, doctiores viderint: mihi rem compertam proposuisse sat est. „ Hactenus ille: qui, ut videtur, parem suspicionem in omnia Philonis opera, quatuor tantummodo exceptis, non multis abhinc annis injecerat [6]; in quibus nempe Aquilæ versionis vestigia sibi animadversa profitebatur: ut proinde argueret, aut Aquilæ interpretationis loca in omnes pæne Philonis libros fuisse aliunde conjecta, quod quidem absonum videtur; aut potius ejusmodi commentarios temere Philoni esse adscriptos. Verum hanc de operibus Philonianis sententiam, cujuscumque tandem fuerit, haud ita pridem excussit Wesselingius V. C. [7], omniaque opera quæ sub Philonis nomine huc usque circumlata sunt, huic scriptori Hebræorum disertissimo valide asseruit. Atque utinam id etiam negotii sibi tunc sumsisset vir doctus, ut hanc simul Wetstenianam opinionem de Justini Dialogo cum Tryphone discuteret, egregiumque S. Martyris opus ab hac suspicione vindicasset! Interim vero, donec ab aliquo ex doctioribus iis quos compellat eruditus Wetstenius, difficilis nodus extricetur; quo & se nuperrime implicari sivit eruditus ejus adnotator Semlerus [8]: illum solvere pro viribus, vel saltem adeo laxare conabimur ut facili negotio deinceps prorsus expediendus censeatur.

Et primum quidem illud cogitari velim, Justinum gente Samaritanum Hebraice doctum fuisse: eaque de re in eo Dialogo pleraque dedisse specimina ipsemet perhibetur. Quorum nonnulla in medium proferamus. *Gen.* XVIII. 13. Justinus §§. LVI. & CXXVI. τί ὅτι ἐγέλασε Σάῤῥα; ut in bibliis Hebraicis, omittens illud ἐν ἑαυτῇ, quod exstat apud LXX. Et paullo post ibidem v. 20. omittit quoque πρός με, quod agnoscunt οἱ Ο΄. I. *Paral.* XVII. 14. habent LXX. καὶ πιστώσω αὐτὸν ἐν οἴκῳ μυ. At Justinus §. CXVIII. juxta Hebræum, καὶ στήσω αὐτὸν ἐν τῷ οἴκῳ μυ. *Isa.* III. 12. legit Justinus §. CXXXIII. ut in Hebræo textu, τὴν τρίβον τῶν ὁδῶν ὑμῶν ταράσσυσιν: ubi τῶν ποδῶν ὑμῶν exhibent LXX. *Jerem.* IX. 26. legas apud Justinum §. XXVIII. exacte ad Hebraicam veritatem, ἐπὶ Ιυδαν: quo loco exstat Ιδυμαίαν in τοῖς Ο΄. bibliis Complutensibus exceptis, ad Hebræum plerumque castigatis. *Amos* VI. 6. habent LXX. οἱ πίνοντες τὸν διϋλισμένον οἶνον: sed hac lectione posthabita, præfert Justinus §. XXII. οἱ πίνοντες ἐν φιάλαις οἶνον: quæ, ut Cappellus advertit [9], est propria vocis Hebraicæ significatio. *Mich.* IV. 1. 4. 5. LXX. καὶ σπεύσυσι πρὸς αὐτὸ λαοί. — καὶ ἀναπαύσεται ἕκαστος. — πορεύσονται ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτῦ. Verum Justinus §. CIX. καὶ ποταμὸν στήσονται ἐπ' αὐτὸ λαοί. — καὶ καθίσεται ἀνήρ. — πορεύσονται ἐν ὀνόματι θεῶν αὐτῶν: quæ quidem cum Hebræo consentire laudatus Cappellus ibidem paullo post adnotavit. *Zach.* II. 11. Justinus §. CXV. habet juxta Hebraicum textum, ἔσονταί μοι εἰς λαόν: ubi LXX. ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν. Alia præterea ejusmodi profert idem auctor *Criticæ sacræ*. quæ tamen omnia sibi a D. V. viro docto proposita [10], alio pertrahere conatur. Siquidem illum videas ea loca passim adscribere alicui antiquario, qui LXXviralem versionem a Justino adhibitam ex Hebræo in margine emendarit; sive Justini exemplari lectiones adleverit ex Aquilæ, Symmachi aut Theodotionis interpretationibus desumtas, quas postea librarius in textum Justinianum immiserit. Verum conjectationes ejusmodi quis fortasse respuendas pari jure censuerit, quo illas proponere *Criticæ* auctori libuit. Quum enim nulla ex iis Justini lectionibus quas modo protulimus, ex antiquis interpretibus in Hexaplis hodie supersit; quidni porro illud Hieronymi de Origene dictum [11], de Justino quoque merito usurpandum existimemus; ipsum videlicet *Hebraica veritate stipatum, interdum etiam peregrinæ linguæ quæsiisse præsidia?* Quorsum vero hæc, inquies? Nimirum, quod si quid in Justini Dialogo deprehendatur, quod in hexaplari editione ad Hebraicæ veritatis normam asteriscis additum vel obelis jugulatum occurrat; non ideo statim quis dubitet cum Wetstenio, utrum Justinus eo nomine Dialogi auctor fuerit; quum & ipsemet S. Martyr, interpretatione τῶν Ο΄. nonnumquam relicta, Hebræum textum rite alicubi expressisse noscatur; quemadmodum veteres interpretes, Theodotio, inquam, atque in primis Symmachus, illum reddidisse feruntur.

Deinde vero e re fuerit animadvertere, alteru-

1. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 607. not. II. sur les Marcionites.
2. *Noris.* de Epoch. Syromaced. Differt. IV. sub init. opp. tom. II. pag. 372.
3. *Scalig.* Animadv. ad Euseb. Chron. pag. 219.
4. *Justin.* Dial. §. CXX.
5. *Wetst.* Prolegom. ad N. T. Gr. cap. V. pag. 64. in 4. vel pag. 66. edit. fol.
6. *Biblioth. raison.* tom. XXXII. part. II. pagg. 304. & suiv.
7. *Wessel.* Epist. de Aquilæ in scriptis Philonis Jud. fragm. Trajecti ad Rhen. 1748. 8.
8. *Jo. Sal. Semler.* in not. ad Jo. Jac. Wetstenii prolegom. in Nov. Testam. pag. 174. edit. Halæ Magdeb. 1764. 8.
9. *Cappell.* Crit. sacr. pag. 528.
10. Id. ibid. pag. 497.
11. *Hieron.* proœm. in Quæst. Hebr.

tram Aquilæ verſionem, Hadriano imperante vulgatam, Juſtinum probe noviſſe atque aliquando uſurpaſſe; qui quum eam vocet Hebræorum ἐξήγησιν [1], ſecundam ejuſdem Aquilæ interpretationem reſpexiſſe cenſetur: hanc enim magni faciebant Hebræi, eamque, teſte Hieronymo [2], κατὰ ἀκρίβειαν nominabant. Hujuſce rei unum alterumve accipe exemplum. Juſtinus §. XLIV. hæc habet: ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν τολμᾶτε λέγειν, μηδὲ εἰρῆσθαι ἐν τῇ προφητείᾳ τοῦ Ἡσαΐου· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, ἀλλ', ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν. „ Quandoquidem vos ac magiſtri veſtri aſſerere audetis, non dictum eſſe in prophetia Iſaiæ: *Ecce virgo in utero habebit*; ſed, *Ecce adoleſcentula in utero accipiet, & pariet filium.* „ Eadem repetit S. Martyr §. LXXI. Agitur heic de *Iſaiæ* loco VII. 14. Illud vero, ἰδοὺ ἡ νεᾶνις, ex Aquilæ interpretatione ſumtum eſſe perhibetur. Item *Zach.* III. 2. Hebræo textui & Aquilæ interpreti accedit Juſtinus, dum ſcribit §. CXV. οὐχὶ ἰδοὺ τοῦτο δαλός; ubi Symmachus & LXX. ὡς δαλός. Quum igitur Juſtino perſpecta fuerit lectaque Aquilæ verſio, quod & pervidit cl. Montfauconius [3]; quumque compertum ſit ex decurſu Hexaplorum, Symmachum ac Theodotionem Aquilæ interpretationi non raro adhæſiſſe, ut eidem viro docto animadverſum [4]: non eſt proinde cur Wetſtenius miretur, ſi apud Juſtinum nonnulla verſionum ſive Symmachi ſive Theodotionis veſtigia ſuperſint; maxime vero ubi Aquilæ interpretatio deſideratur, quam alias novimus eos fuiſſe haud infrequenter ſecutos: tunc enim Aquilæ potius, quam Symmacho & Theodotioni Juſtinum inhæſiſſe merito exiſtimemus oportet. Ut autem aliquot exemplis res illuſtretur, *Iſaiæ* LV. 4. Aquila & Symmachus habent μάρτυρα, LXX. μαρτύριον. Utrumque uſurpavit Juſtinus §§. XII. & XIV. Item *Iſaiæ* LVIII. 4. legunt LXX. εἰ εἰς κρίσεις. Aquila vero quem exſcripſerunt Symmachus ac Theodotio, ἰδοὺ εἰς κρίσεις. Ita quoque Juſtinus §. XV. Et ejuſdem *Iſaiæ* LXV. 20. υἱὸς ἑκατὸν ἐτῶν, ex verſionibus Aquilæ atque Theodotionis, legitur apud Juſtinum §. LXXXI. qui ex Aquila procul dubio, non vero ex duobus poſterioribus interpretibus, horum locorum verſionem accepiſſe putandus. Atque id quidem ſæpe accidere, lectori ſedulo inveſtiganti, textuumque collationem inſtituenti perſpicuum fiet. Quibus addas velim & illa *Iſaiæ* LXV. 18. ὅτι ἐγὼ κτίζω, & mox v. 20. ἡμέραις: quorum utrumque profecto ex Theodotionis verſione deſumtum, exſtat apud Juſtinum §. LXXXI. Verum quis nos doceat, num hæc aliaque hujuſmodi primitus ita verterit ille, an vero cum ibi tum alibi, ſive ipſemet ſive Symmachus, fuerint Aquilam affectati; cujus proinde veſtigia fuerit quoque præ illis proſecutus Juſtinus?

Præterea, Symmachi enimvero ac Theodotionis interpretationum lacinias in Juſtini Dialogo comperiri liquet: ſed plerumque ſive cum alia Hebræi textus verſione, ſive cum interpretatione LXXvirali conjunctas. En unum alterumve ſpecimen. Habet Juſtinus §. XXVI. ex *Iſaiæ* LXIII. 3. ὡς πλήρης καταπεπατημένης· ληνὸν ἐπάτησα. Ubi

A duæ interpretationes conjunguntur, Symmachi & LXX. Item ex *Amoſi* VI. 7. hæc Juſtinus §. XXII. καὶ μεταστραφήσεται οἴκημα κακούργων, καὶ ἐξαρθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ Ἐφραΐμ. Quibus in vocibus duæ verſiones iterum ſimul junctæ comparent; quarum poſterior eſt LXX. prior vero ſive Aquilæ, ſive Theodotionis aliuſve. Pleraque autem ejuſmodi videas in Juſtino apud Cappellum [5], quem Grabius [6] paſſim exſcribit. Quis porro dixerit, in citandis ſacræ ſcripturæ locis ita ſe geſſiſſe Juſtinum? Ut quid enim duas ejuſdem loci verſiones in unum congeſſerit S. Martyr? Itaque quotieſcumque in ejus Dialogo duplex loci alicujus interpretatio recurrat, quarum altera ſit Symmachi aut Theodotionis, altera LXX. ſive ex ipſo B Hebraicæ veritatis fonte hauſta; hæc quidem Juſtino, illa vero librariis jure tribuenda videtur; quæ ſcilicet e marginali gloſſemate in ejus textum migraverit. Idque aliis etiam vetuſtis Eccleſiæ ſcriptoribus contigiſſe, præ ceteris eruditus Weſſelingius adnotavit [7].

Ceterum haud equidem inficias ierim, nonnulla interdum veterum interpretum veſtigia reperiri apud Juſtinum, quæ alterutri, ſive Symmacho ſive Theodotioni adſcribenda perſpiciuntur. Brevitatis cauſſa, loco erimus contenti uno. Habet Juſtinus §. LIII. illud Symmachi ex *Zach.* XIII. 7. ἐπ' ἄνδρα τοῦ λαοῦ μου. Ubi aliter Hebr. Aquila, C Theodotio ac LXX. Verum cum de hoc, tum de aliis ſi qua ſunt ſimilibus locis, illud pronuntiandum exiſtimamus: emendarit nimirum in margine aliquis antiquarius e Symmachi aut Theodotionis verſionibus Juſtini exemplar, vel etiam alterutrius interpretationem velut gloſſema tantummodo addiderit; quam poſtea parum diligens librarius in Juſtini textum immiſerit, iis interim deletis quæ auctor ipſe deſcripſerat, ne duæ loci unius interpretationes occurrerent. Uno verbo, ſicubi nonnullæ verſionum Symmachi aut Theodotionis laciniæ in Juſtini Dialogo deprehendantur, quæ quidem perpaucæ eſſe perhibentur; eæ demum ſive antiquariorum licentiæ, ſive li- D brariorum incuriæ tribuendæ; quum alias ipſemet S. Martyr innumeris in locis ab iis interpretibus quam maxime diſtare noſcatur.

Denique ad locum *Danielis* VII. 9. — 28. quod attinet, in quo exſcribendo dubitat Wetſtenius, an Symmachi, an vero alius veteris interpretis verſione ſit uſus Juſtinus §. XXXI. illud ſane viro erudito erat obſervandum, quod pluribus in locis nos docuit Doctor maximus. Sic enim ille [8]: *Danielem prophetam juxta Septuaginta Interpretes Domini Salvatoris Eccleſiæ non legunt, utentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, neſcio. Sive enim quia ſermo Chaldaicus eſt, & quibuſdam proprietatibus a noſtro eloquio diſ-* E *crepat, noluerunt Septuaginta Interpretes eaſdem linguæ lineas in translatione ſervare: ſive ſub nomine eorum ab alio neſcio quo non ſatis Chaldæam linguam ſciente, editus liber eſt: ſive aliud quid cauſſæ exſtiterit ignorans: hoc unum affirmare poſſum, quod multum a veritate diſcordet, & recto judicio repudiatus ſit*. Eadem porro & alibi tradit [9]. Hinc vero V. C. Montfauconius [10]: „ In libro Danielis, inquit, quia in LXX. In-

1. *Juſtin.* Dial. §. CXXXI. & alibi.
2. *Hieron.* lib. I. comment. in Ezech. cap. IV. nov. edit. Pariſ. tom. III. pag. 716.
3. *Montfauc.* prælimin. in Hexapl. Orig. cap. V. §. I. p. 47.
4. Id. ibid. cap. VII. §. II. pag. 57.
5. *Cappell.* Append. ad Crit. ſacr. pagg. 527. ſeqq.
6. *Grab.* de vitiis LXX. Interpp. pagg. 28. ſeqq.
7. *Weſſeling.* Epiſt. de Aquilæ fragm. in ſcriptis Philon. pag. 24.
8. *Hieron.* præfat. in verſion. Daniel.
9. Id. præfat. Comment. in Daniel. & præfat. in verſion. Joſuæ.
10. *Montfauc.* prælim. ad Hexapl. Origen. cap. VII. §. II. pag. 56. & cap. IX. pag. 64.

„ terpretibus tota series præpostere posita erat, „ licet ei medicam admonere manum tentaverit „ Origenes; illa tamen editione remota, Theo„ dotionem ejus loco substituit Ecclesia: unde „ factum est, ut Theodotionis editio in Danie„ lem hodieque sola in ecclesiis Græcis legatur; „ & editio τῶν Ο'. tam κοινὴ illa, quam Hexa„ plaris ab Origene emendata, prorsus interie„ rit, exceptis quibusdam laciniis quæ in Hexa„ plis observantur. „ Hæc ille. Neque aliter doctus Humfredus Hodius [1]. Ex quibus ergo jure colligas, fragmentum illud satis longum quod l. c. recitat Justinus, ex illa ipsa κοινῇ LXX. versione quæ plane intercidit, fuisse descriptum: ut proinde mirari haud subeat, si eo in loco Justinus a bibliis vulgatis plerumque diffideat, quæ nimirum solam Theodotionis interpretationem præ se ferunt. Hæc enim demum post Justini M. ætatem, sæculo II. vergente, prodiisse comperitur.

Quæ quum ita sint, nihil caussæ profecto erat, cur operum Justini editores, in primis vero eruditus Thirlbius, locum illum Danielis Justinianum ad hodiernam LXXviralem versionem exigendum existimarint. Cur vero nullam ferme ejusdem loci rationem habuerit doctissimus Hexaplorum Origenis editor, id vero haud satis assequor. Ceterum dignus est qui conferatur idem locus, prout exstat in Justini Dialogo, cum antiqua Latina versione seu vetere Italica, quam haud ita pridem evulgavit cl. Sabatierius [2], ubi & ex eodem loco ab editore nonnulla laudantur illustranturque.

Ex iis autem quæ hactenus edisseruimus, liquet ut nobis quidem videtur, Justinum in exscribendis veteris Testamenti locis, licet versionem τῶν Ο'. potissimum fuerit sectatus, subinde tamen Hebraicum fontem adiisse, interdum vero Aquilæ interpretationem usurpasse: sicubi autem quæ ab ipso proferuntur loca, Symmachi sive Theodotionis versionibus cohæreant; ea demum vel Aquilæ primitus cui pleraque debent duo illi veteres interpretes, vel alii fortasse interpreti antiquiori adscribenda; vel denique si mavis, in ejus textum ab imperitis librariis fuisse conjecta ex importunis antiquariorum scholiis, agnoscendum. Et ista quidem pro instituti nostri ratione observasse sufficiat, quibus Westenianæ dubitationi occurrendum existimavimus; doctioribus interim quibus vacet, rem accuratius pensitandam relinquentes.

S E C T I O III.

De Apologia II.

X. POst habitum in Asia Dialogum cum Tryphone Judæo, exinde in Italiam reducem Romæque agentem S. Justinum, Apologiam II. breviorem Senatui Romano, ut vulgo fertur, inscripsisse, apud omnes constat: sed quo tempore, haud una est virorum eruditorum opinio. Valesius quidem [3] præ ceteris & Longuerueus [4], quibus accedit Pearsonius [5], Antonino Pio imperante: Pagius vero [6], Tillemontius [7] aliique, quum rerum potirentur Marcus Aurelius & Lucius Verus, hanc Apologiam ab Justino fuisse oblatam existimant. Priorem sententiam amplectimur, quod ea firmioribus rationum momentis innixa nobis videatur; quam etiam præstantis Longueruei verbis exponere placet. Sic igitur ille: „ Ethnicis ubique in Christianos furentibus, & „ Domini Jesu cultorum carnificina recrudescen„ te sub præfecto urbis Lollio Urbico, ut malo „ grassanti occurreret S. Justinus qui tunc Romæ „ degebat, aliam *Apologiam* quam *secundam* ap„ pellant omnes veteres, obtulit Romanis prin„ cipibus & proceribus, ut eorum exacerbatos „ deliniret animos, atque objecta Christianis cri„ mina & calumnias dilueret, utque locum con„ flictus cum Crescente pseudophilosopho Cynico „ ab imperatoribus expostularet.

„ Imperatores vero illi non alii fuere, quam „ Antoninus Pius Augustus & Marcus Aurelius „ Cæsar Philosophus, Pii gener & adoptatitius: „ quod opinatur etiam Valesius [8]. Id enim evin„ cunt hæc Lucii cujusdam Christiani verba re„ lata a Justino [9], quæ sic legit Eusebius [10]: οὐ „ πρέποντα Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ „ Καίσαρος παιδὶ, οὐδὲ ἱερᾷ συγκλήτῳ κρίνεις ὦ „ Οὔρβικε. *Non decernis, Urbice, consentanea* „ *Pio imperatori, nec Philosopho Augusti filio,* „ *neque sacro Senatui*. Heic verbis conceptis ex„ hibetur imperator Pius qui senior est Anto„ ninus, & Augusti filius Philosophus qui idem „ est ac Marcus Aurelius seu junior Antoninus; „ quique dum viveret Pius ejusdem socer, dictus „ est Aurelius Cæsar, Augusti Pii filius, ut ex „ nummis liquet.

„ Neque objicias, Marcum Aurelium Antoni„ num dictum fuisse Pium eodem plane modo, „ quo senior Antoninus hanc denominationem „ sortitus est. Hoc enim reperitur nullibi, nisi „ apud Themistium; qui, ut censent eruditi, „ quum labente sæculo IV. scriberet rhetorque „ esset, priscæ historiæ non admodum peritus, „ ea quæ ad Marcum Philosophum pertinebant, „ ad Pium transtulit, inepte prorsus; nec Mar„ cum alium principem, sed solum Pium Anto„ ninum seniorem intellexit. Nam alias a ne„ mine intelligi voluisset Themistius; quum apud „ omnes historicos, JCtos & in imperatorum „ constitutionibus senior Antoninus semper ap„ pelletur *Divus Pius*; ejusdem vero gener, „ *Divus Marcus*; vel quoties ei Lucium as„ sociant collegam, ambos appellant *Divos fra„ tres*.

„ Deinde in nummis cusis vivente Marco, „ numquam *Pius* ipse appellatur. Sed hoc impe„ ratore mortuo, postquam consecratus fuit at„ que inter Divos relatus, tunc demum dictus „ est etiam *Pius*, vivente Commodo. Iste vero „ licet impius esset, voluit etiam *Pius* appella„ ri, sed non eadem ratione ac Pius Augustus. „ Nam quemadmodum omnes imperatores dicti „ sunt *Augusti* post Augustum Cæsarem, licet „ hujus solius verum nomen Augustus fuerit; sic „ ceteri principes fere omnes post Commodum

1. *Hod.* de Bibl. text. origin. lib. III. cap. III. §. 8. pag. 282.
2. *Sabatier.* Bibl. sacr. Lat. vers. antiq. tom. II. p. 870. seqq.
3. *Valef.* ad Euseb. H. E. lib. IV. cap. XVII.
4. *Longuer.* Dissert. de Vit. S. Justin. M. §. XXII. p. 228.
5. *Pearf.* opp. posth. Dissert. II. cap. IX. §. II. pag. 254.
6. *Pagi* Crit. Baron. ad ann. 162. §§. II. seqq.
7. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. not. XIII. sur S. Justin pag. 654.
8. *Valef.* l. c.
9. *Justin.* Apol. II. §. II.
10. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XVII.

„ & Caracallam dicti sunt *Pii* & *Felices*, quamvis fuerint sæpius impii & infelicissimi.

„ Inscriptiones autem quæ ad testimonium ab adversariis citantur, vel pertinent manifeste ad Caracallam qui dictus est *Marcus Antoninus Pius*, vel jam defuncto Marco sculptæ fuerunt. Inscriptio vero quam refert Sponius [1], ubi pater Commodi dicitur *Divus Pius*, omisso Marci nomine, nihil est: & ceterarum inscriptionum quæ omnes conveniunt, auctoritate emendandus, non Sponius qui hanc inscriptionem numquam legit, sed schedarum Barberinarum descriptor, aut saltem exemplaris ad Sponium transmissi: nisi quis dicat, primum hujus epigraphes descriptorem fugientem litteram M non vidisse, quæ ut in ceteris, præponi debuit voci *Pii*.

„ Præterea contendunt adversarii, eo loco solum Lucium appellatum fuisse *Philosophum*: nam unus saltem dicitur Philosophus: iste autem, ut ipsis placet, Lucius est. Immo solus Marcus dictus esset *αὐτοκράτωρ*, licet Lucius pari honore & potestate esset Imperator Augustus: quod absurdum & falsum est. Et quod falsum magis, Marcus a Lucio martyre non dicitur Philosophus, sed ejusdem collega. Ita ne? Marcus ille, qui assidue scholas frequentabat, philosophos audiebat, vitam vere philosophicam & Stoicam vivebat, libros philosophicos edebat, non est appellatus Philosophus: hac autem nuncupatione decoratus est ille Lucius, qui neque philosophiam discebat, neque philosophos curabat, sed mimos, aurigas, scurras, meretrices; totus ludis theatralibus & circensibus intentus, helluo, vorax, impudicus; ille, inquam, hoc honorifico titulo quo prorsus indignus erat, ornatus fuisse creditur?

„ Καίσαρος παῖς autem *filius Augusti* est: nam Romanus Imperator Augustus vulgo & ex usitatissimo more absolute Καῖσαρ appellatur. Lucianus qui tunc in vivis erat, docet nos [2] Imperatoris præsidium consuevisse invocari hac voce, ὦ Καῖσαρ, (non ὦ Σεβαστέ.) Nil mirum igitur, si Lucius martyr Augusti filium appellat Καίσαρος παῖδα. Unicum heic nominat Lucius martyr Imperatorem, sicut & Justinus: solus enim Pius erat Imperator Augustus; sed non est oblitus Augusti filii, Marci scilicet, quia reipublicæ Romanæ regimen Pius cum Marco genero vivens participaverat, & quidem anno Christi CXLVII. quod liquet ex Capitolino [3]: *Faustinam*, inquit, (filiam Pii anno CXLVI.) *duxit uxorem, & suscepta filia* (Lucilla anno CXLVII.) *Tribunitia potestate donatus est, atque imperio proconsulari extra urbem, addito jure quintæ relationis*. Et paullo post: *Omnino apud Pium* (insusurratio adversus Marcum) *nihil valuit. Tanta erat Marci probitas, & tanta in imperatorio principatu modestia.* „ Hæc V. C. de tempore, quo Justinus Apologiam II. Antonino Pio porrexisse perhibetur: nimirum circa Christi annum CL. ut ex infra dicendis compertum fiet [4].

XI. Nunc reliquum est, ut Apologiarum Justini ejusque Dialogi cum Tryphone Judæo, editiones sive Græcas sive Græco-Latinas paucis recenseamus. Prodierunt itaque primum typis Græcis Lutetiæ Parisiorum ex officina Roberti Stephani anno 1551. fol. inter omnia S. Martyris opera. Eadem deinde anno 1593. Heidelbergæ apud Commelinum Græce & Latine, Joanne Lango interprete, vulgavit Fridericus Sylburgius; additis insuper Oratione ad Græcos & Epistola ad Diognetum, anno antecedente 1592. ab Henrico Stephano ex sua interpretatione in lucem emissis: cum indicibus locupletissimis, atque observationibus tum suis tum variorum ad calcem rejectis. Quam quidem Sylburgianam editionem, semel iterumque recusam Parisiis apud Nivellium ann. 1615. & 1636. excepit Coloniensis seu Witebergensis anno 1686. Has autem omnes longe superavit Parisiensis anno 1742. evulgata cura & studio Prudentii Marani, Monachi doctissimi e Congregatione S. Mauri; qui S. Martyris opera cum mss. codicibus contulit, novisque interpretationibus, notis, admonitionibus ac præfatione docta satis atque erudita illustravit; adjecitque præterea Sylburgium secutus, Tatiani, Athenagoræ, Hermiæ ac Theophili Antiocheni scripta, pari diligentia pertractata. Prodiit paullo post hæc ipsa editio Venetiis anno 1747.

Præter hujusmodi editiones omnia S. Justini opera complectentes, utramque Apologiam separatim cum nonnullis aliquot Patrum Græcorum opusculis, sæculo superiore ineunte Romæ Græce in vulgus emisit Hieronymus Brunellus S. J. Deinceps anno 1700. majorem Apologiam edidit Oxonii Joannes Ernestus Grabius G. L. ex Joannis Langi versione recensita, variorum notis suisque subjunctis. Minorem vero Apologiam cum aliquot aliis Justini scriptis, typis consignavit ibidem anno 1703. H. Hutchinus; qui Grabium affectatus, virorum eruditorum animadversiones subjecit. Posthæc Dialogum prelo commisit Samuel Jebb Londini 1719. perpaucis notis appositis, ex Sylburgio in primis desumtis. Verum editores Justini Anglicanos supereminet Styanus Thirlbius, qui utramque Apologiam & Dialogum Londini anno 1722. typis bene luculentis evulgavit, eruditisque observationibus illustravit, nonnullis interdum præcedentium editorum intextis: quibus etiam pauculas Pearsonii, nec non Davisii exquisitiores in Apologiam I. adnotationes sub finem adjecit. Denique Apologias Justinianas e recensione Grabiana, Græce tantum Lipsiæ publici juris fecit anno 1755. Christianus Guil. Thalemannus. Variantes lectiones virorumque doctorum conjecturas ex optimis Sylburgii, Thirlbii & Marani editionibus excerpsit eruditus hic editor, quas & suis auxit.

Inter eas autem quarum hactenus meminimus editiones, nuperam Parisiensem selegimus. Quæ doctissimus Maranus addenda monuit subjecimus; quæve emendanda, sustulimus. Ceterum neque alias etiam editiones insuper habendas existimavimus: præ ceteris tamen præstantem Thirlbii Londinensem diligenter evolvimus. Utinam vero & cl. Thalemanni Lipsiensem adsciscere licuisset: sed e prelo evaserant omnia, quum illa nobis innotuit. Quæ demum aliis viris doctis observata novimus, haud prætermisimus.

1. *Spon.* Miscell. pag. 269.
2. *Lucian.* in Lucio pag. 600. B.
3. *Capitol.* Vit. Marci Anton. cap. VI.
4. Prolegom. cap. XIX. §. I.

CAPUT XVIII.

DE ECCLESIÆ SMYRNENSIS EPISTOLA ENCYCLICA,

UBI MARTYRIUM S. POLYCARPI DESCRIBITUR.

SYNOPSIS.

I. ECCLESIÆ SMYRNENSIS *Epiſtola de* S. POLYCARPI *martyrio inter illuſtriora quidem eccleſiaſticæ antiquitatis monumenta recenſenda: ſed primum inter Acta Martyrum locum haud obtinet. Eadem Epiſtola* encyclica *rectiſſime dicta. Euſebius notatus. Varia in illa obſervanda. Eo ipſo anno perſcripta merito exiſtimatur, quo paſſus eſt B. Polycarpus.*

II. *Tempus ejus martyrii, variis ambagibus implexum. De paſſionis ſive die ſive anno, multiplex ſcriptorum tum veterum tum recentiornm ſententia. Ea veriſimilior, quæ diem* XXVI. *Martii, annum vero* CXLVII. *definit. Rationum momenta quibus eadem innititur, in medium adducta.*

A III. *Aliam ſententiam hactenus incompertam nuper propoſuit Mazochius V. C. contendens, S. Polycarpum neque vulgari ſabbato neque antepaſchali, ſed die Dominico, anno* CLXVII. *martyrii coronam recepiſſe. Ejus argumenta in medium adducta expenſaque.*

IV. *De horum Actorum editionibus, deque iis in primis quæ ſeparatim prodierunt. Heic typis excuſa Oxonienſis, a viro eruditiſſimo Thoma Smitho adornata. Textui Græco additus utrimque tum vetus interpres, tum recentior Cotelerius: cujus quidem verſionis duo loca minus recte reddita caſtigantur illuſtranturque. Nonnulla de Smyrnenſi amphitheatro ubi paſſus S. Polycarpus, deque ejus ſepulcro.*

B

I. INter præclariora eccleſiaſticæ antiquitatis monumenta merito recenſetur *Epiſtola* ECCLESIÆ SMYRNENSIS *de martyrio S.* POLYCARPI, *totius Aſiæ principis*, ut verbis utar Hieronymi [1]; adeo ut illam pæne integram Euſebius Hiſtoriæ ſuæ *neceſſario inſerendam* exiſtimarit [2]: quin immo illuſtris ejus interpres Valeſius eo proceſſit ut affirmarit [3], Polycarpi ejuſque ſociorum martyrium litteris traditum eſſe omnium primum, Actaque Martyrum nulla exſtare antiquiora; nec dubitarit proinde, quin illa Smyrnenſium Epiſtola primo loco poſita fuerit ab Euſebio, in libro quem inſcripſit ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγή. Molliter tamen excipiendus vir doctiſſimus: nondum quippe C detecta quo tempore ille ſic ſentiebat, Acta martyrii S. Ignatii ſincera; quæ ſcilicet ante annos ferme XL. quam Acta Polycarpiana, fuiſſe perſcripta noſcuntur ab ejus familiaribus, qui Antiochia Romam uſque ipſum fuerant comitati, ut ſuperius oſtenſum [4].

Verum illa potius e re fuerit in medium proferre, quæ de hac Smyrnæorum Epiſtola obſervat cl. Smithus [5]: „ Inſignis hæc, inquit, de martyrio S. Polycarpi Epiſtola rectiſſime dici poteſt ἐγκύκλιος ſive *encyclica*, ut ex inſcriptione patet; utpote ad varias eccleſias, tam in Aſia minori vicinas, quam alibi in aliis provinciis, κατὰ πάντα τόπον tranſmiſſa; quas de iis ſolis D quæ κατὰ Πόντον, *juxta Pontum* ſitæ erant, male interpretatur Euſebius [6] pro πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον: quum ad omnes eccleſias, ubi Chriſtianæ religionis profeſſio vigebat, per orientem præcipue ſparſas, debeat propagari & extendi ab ipſis Philadelphenſibus, quantum in ipſis erat, τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς communicanda [7]; eadem verborum ſerie in omnibus retenta, ſoloque particularis eccleſiæ ad quam dirigitur, nomine mutato. Sic exemplar iſtud quo uſus eſt Euſebius, eccleſiæ Philomelienſis titulum præ ſe fert, τῇ κατοικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ. Philomelium autem erat urbs majoris Phrygiæ, celebris ſane, cujus meminere Strabo, Stephanus aliique e veteribus ſcriptoribus Græcis & Latinis. „ Hæc ille. Ceterum eadem ratione heic emendandum Euſebium, pridem perviderat quoque Valeſius.

Neque illa porro prætermittenda putaverim, ad ejuſdem Epiſtolæ ſenſum plenius aſſequendum, quæ ſatis diligenter adnotavit laudatus Valeſius his verbis [8]: „ Primum eſt, inquit, hanc Epiſtolam non continuo poſt Polycarpi martyrium, ſed aliquanto poſt tempore a Smyrnæis ſcriptam fuiſſe. Nam quum Philomelienſes de Polycarpi martyrio fama tantum ac rumore tenus audiiſſent, litteras dederunt ad Smyrnæorum eccleſiam, rogantes ut cuncta quæ in beatiſſimi viri paſſione geſta fuerant, ſingillatim perſcripta ad ipſos mitterentur. Quod quidem libentiſſime præſtiterunt Smyrnæi, ſcripta ad ipſos Epiſtola quam in manibus habemus. Id autem ſubindicant his verbis [9]: ὑμεῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα. *Ac vos quidem petieratis, ut cuncta quæ geſta ſunt, fuſius vobis exponerentur*. Secundo notandum eſt, Polycarpi martyrium paſſim in hac Epiſtola *evangelicum martyrium* appellari. Nam & initio Epiſtolæ ajunt Smyrnæi [10]: σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ Κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον. *Cuncta enim fere quæ præceſſerunt, idcirco geſta ſunt, ut ad normam evangelii exactum martyrium Dominus cælitus nobis oſtenderet*. Et in extrema Epiſtolæ parte [11]: οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. *Cujus* (Polycarpi)

1. *Hieron.* lib. de Vir. illuſtr. cap. XVII.
2. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XV.
3. *Valeſ.* ibid. not. 1.
4. Prolegom. cap. VIII. §. II.
5. *Smith.* Schol. in Epiſt. Smyrn. Eccl. pag. 113.
6. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XV.
7. *Eccl. Smyrn.* Epiſt. cap. XX.
8. *Valeſ.* l. c. ſub fin.
9. *Eccl. Smyrn.* Epiſt. cap. XX.
10. Ibid. cap. I.
11. Ibid. cap. XIX.

martyrium omnes imitari desiderant, quippe quod juxta evangelium Christi peractum. Cur autem consonum evangelio Christi vocetur hoc Polycarpi martyrium, utrobique afferunt rationem Smyrnæi: quod scilicet Polycarpus eos fugerit qui ipsum persequebantur, exemplo Christi exspectans donec traderetur; & quod iniquitatem præsidis patientia sua superavit. Illud etiam observandum, hanc Smyrnæorum Epistolam perlatam quidem fuisse a *Marco* [1], scriptam vero manu *Evaresti*: cujus nomen adscripserunt Smyrnæi exemplo Apostoli Paulli, qui in suis ad Romanos litteris, *Tertii* quoque litterarum scriptoris nomen apposuit [2]. ,, Hactenus vir doctissimus.

Ceterum, ad primam observationem Valesianam quod attinet, illam equidem ea ratione temperandam existimo, quam modo jure ut videtur, suggerebat Smithus: nimirum Philadelphenses primum passionis Polycarpianæ narrationem fuse descriptam a Smyrnensibus petiisse; quam deinceps, ut in mandatis habebant, τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς, ad Philomelienses, eadem verborum serie retenta, soloque particularis ecclesiæ ad quam dirigebatur, nomine mutato, transmittendam curarint. Illud præterea velim advertas, quod nihil nos impedit quin intra illum annum quo passus est B. Polycarpus, exaratam fuisse illam Epistolam, existimemus, licet *aliquanto post tempore* perscripta merito censeatur: quod quidem & Pearsonius probe novit [3]. Quum enim sanctus Smyrnensis antistes martyrium subierit die XXVI. Martii anno æræ vulgaris CXLVII. ut mox patebit; reliquum ejusdem anni spatium, novem scilicet mensium, ultra quam satis est, longum esse perspicitur, quo sive de vulgatissimo exaggeratoque Polycarpi martyrio inaudierint Philadelphenses aut, si mavis, Philomelienses, sive hac de re certiores fieri a Smyrnæis expostularint, sive demum ex his responsum retulerint.

II. Jam vero, ut ad Polycarpiani martyrii tempus inquirendum accedamus, in eo quidem definiendo adeo distrahuntur scriptores cum veteres tum recentiores, ut de ipso statuendo vix quidquam certi decerni posse videatur. Sententiarum varietatem noveris ex Baraterio, qui ad septem enumerat [4]. Harum prima Pearsonii annum statuit CXLVII. ultima Petiti CLXXV. ut proinde inter duas extremas anni XXVIII. intercedant. Singulas excutere, non est hujus loci. Veri tamen similior quam reliquæ, nobis videtur Pearsoniana [5]; quam etiam viris eruditis probatam novimus, Caveo [6], Dodvvello [7], Toinardo [8], sed potissimum Longuerueo [9] qui & ipsam, Pearsonium plerumque secutus, pluribus propugnare aggressus est. Ex hujus itaque V. C. Dissertatione *de variis Epochis & Anni forma veterum Orientalium*, summatim huc adferre libet præcipua rationum momenta, quibus sententia isthæc innititur.

Postquam ergo vario argumentorum genere ostendit Abbas doctissimus, Macedonum menses a Syromacedonicis veris & priscis, non sede ac dierum numero, sed solo nomine discrepasse, contra atque autumabat Eminent. Norisius, cui nuper quoque adhæsit pereruditus Corsinius [10]; characterem chronologicum, Epistolæ Smyrnæorum de S. Polycarpi martyrio subjectum, illustrare pergit his verbis: ,, Veniamus jam ad notam chronologicam passionis S. Polycarpi, appositam Epistolæ ecclesiæ Smyrnensis [11]: μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαΐων, σαββάτῳ μεγάλῳ, ὥρᾳ ὀγδόῃ. Auctor Chronici Alexandrini in suo codice græco legit [12]: πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Ἀπριλλίων: quæ vera est lectio. Norisius tamen hunc chronographum temeritatis inscitiæque arguit, & tamquam falsarium damnat; additque [13]: *Valesius jure putat in vetusto codice scriptum fuisse*, μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαρτίων, *non autem* Μαΐων. Immo vero, non jure Valesius id existimavit: nam pro nova sua lectione hactenus inaudita, auctoritatem affert veteris interpretis Latini. Sic enim ille [14]: *Notandum est, quod in Epistola Smyrnæorum Polycarpus passus esse dicitur die secundo mensis Xanthici: id est, ante diem* VII. *Kalendas Martias*. Et rursus: *In Epistola Smyrnæorum de martyrio Polycarpi scribendum est*, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαρτίων, *ut legit vetus interpres*. Sed hæc est Valesii hallucinatio. Nam vetus versio ex tribus veteribus Latinis mss. a Bollando adornata habet, VII. *Cal. Majas*. Eadem etiam versio ex codicibus Sarisberiensi & Cottoniano ab Usserio editas habet pariter, VII. *Cal. Maii*. Nullibi vero aut in Græcis aut in Latinis codd. mentio fit Kal. Martiarum [15]. De hac autem die nec per somnium cogitasse interpretem Latinum, patet ex his verbis: *Martyrium sancti Polycarpi mense Aprilio*, VII. *Kal. Maii*, *majore Sabbato*, *hora octava*. Qui mense Aprili beatum martyrem passum putavit, qua ratione VII. Kal. Martii, id est, die XXIII. Februarii eumdem mortem oppetiisse existimasset? Lectio Valesii orta est ex mero errore, qui magno viro ignoscendus: ipse enim vel male oculatus, vel captus oculis diu vixit. Sed ægre excusatur Norisius, qui Valesii vestigiis inhærendo cæcutire non debuit. ,,

Quibus enarratis, subdit vir eruditus: ,, Norisius Valesium refellit [16] asserentem, Polycarpum obiisse anno CLXVII. die XXIII. Februarii. *Nam*, inquit, *Polycarpus* magno Sabbato *martyrium subiit: & quamvis fateatur Valesius, incompertum esse cur illud Sabbatum* magni *epitheton tulerit, negare nequit die Sabbati sanctum martyrem occubuisse. At anno superiore Christi* CLXVI. *dies* XXIII. *Februarii fuit Sabbatum*. Hæc ille. Fuit sane Sabbatum: sed nequaquam fuit σάββατον μέγα, de quo agitur. ,,

Hinc vero, postquam pluribus tum ex Hebræorum libris, tum ex veterum Ecclesiæ scriptorum monumentis exposuit, quid fuerit σάββατον μέγα

1. *Eccl. Smyrn.* Epist. cap. XX.
2. *Rom.* XVI. 22.
3. *Pears.* opp. posth. pag. 294.
4. *Barat.* Disquis. chronol. &c. cap. XIII. §. I. p. 165.
5. *Pears.* opp. posth. Dissertat. II. capp. XIV-XX. pagg. 276-310.
6. *Cav.* Hist. Litter. tom. I. pag. 44.
7. *Dodw.* Dissert. IV. Cypr. §. IV. pag. 42.
8. *Toinard.* in Monit. ad Not. in Lactant. de mort. persecut. edit. Bauldr. part. II. p. 340.
9. *Longuer.* Dissert. de var. Epoch. veter. Orient. §§. XIII-XX. pagg. 17-32.
10. *Corsin.* ad Not. Græc. Dissertatt. I. & VI. pagg. XVI. & CXXIX.
11. *Eccl. Smyrn.* Epist. cap. XXI.
12. *Chron. Pasch.* pag. 206. edit. Ven.
13. *Noris.* Dissert. I. de Anno Maced. cap. II. pag. 29. opp. tom. II. edit. Veron.
14. *Vales.* ad Euseb. H. E. lib. IV. cap. XV. sub fin.
15. *Pears.* opp. posth. pag. 296.
16. *Noris.* l. c. pag. 30.

apud orientales Judæos & Christianos, sic pergit vir criticus: „ Ex supra a me allatis invicte re-
„ fellitur sententia Ægidii Bucherii, qui opina-
„ tus est [1], Sabbatum illud *magnum* appellatum
„ fuisse, quod incidit in solemnitatem paschatis:
„ nam hoc accidit raro; Sabbatum vero magnum,
„ festum est quotannis recurrens. At longe gra-
„ vius ceteris peccavit Norisius, qui martyrium
„ S. Polycarpi assignat anno CLXVI. nec curat,
„ utrum Sabbatum in quo necatus est sanctus Mar-
„ tyr, inciderit in aliquod festum solemne, un-
„ de forsan dici potuerit *magnum*: quasi vero ni-
„ hil discriminis esset inter Sabbatum quodcum-
„ que, & Sabbatum magnum; itaque *magni* ap-
„ pellatio nihil præter vanum & inutile epithe-
„ ton foret.

„ Concludendum est ergo, Judæorum & Chri-
„ stianorum consensu constare; Sabbatum magnum
„ unicum semper fuisse illud, quod festum pa-
„ schatis proxime præcedit. Hoc autem Sabbatum
„ incidisse in diem secundam Xanthici Macedo-
„ num Europæorum impossibile est. Igitur Poly-
„ carpus passus est die II. Xanthici Syromacedo-
„ num, sive XXVI. Martii, & VII. Kal. April.
„ uti legitur in Chronico Alexandrino: istiusque
„ Chronici auctor ex codice sano & emendatis-
„ simo Epistolæ Smyrnensis Ecclesiæ descripsit
„ fragmentum illud, quod operi suo inseruit. Co-
„ dicis quidem Græci ab Usserio editi lectionem
„ vitiosam esse fateor: sed hujus corruptionis fon-
„ tem aperire facile est. Græculi ignorabant men-
„ ses Syromacedonicos a Julianis discrepantes olim
„ fuisse: quum vero sibi persuaderent, Xanthi-
„ chum mensem a Smyrnensibus memoratum, es-
„ se purum putum Julianum Aprilem, VII. *Kal.*
„ *Maii* pro VII. *Kal. April.* reposuerunt. Alii et-
„ iam has voces, δευτέρᾳ ἱσταμένου, expunxerunt
„ ut supervacaneas: ipsas enim in codice suo non
„ reperit vetus interpres, ut patet ex his verbis:
„ *Martyrium S. Polycarpi mense Aprilio*, VII. *Kal.*
„ *Maii*. Unde liquet istos librarios & veterem
„ interpretem non dubitasse, Polycarpum mense
„ Aprili pro Christo mortem oppetiisse. „

Hinc autem, discusso argumento a Valesio & Norisio ex Actis S. Pionii desumto, ad annum transit inquirendum vir κριτικώτατος, quo sanctus Smyrnensis antistes martyrium subiit. Ubi argumenta petens ex anno ætatis Polycarpi LXXXVI. deinde ex ejus ordinatione ab Apostolis peracta, mox ex fluxa Eusebii auctoritate, præterea ex proconsulatu L. Statii Quadrati sub quo passus est sanctus Martyr, denique ita concludit: „ Non
„ itaque sub Marco obiit Polycarpus, sed sub
„ Pio seu seniore Antonino, ut diserte scribitur
„ in Chronico vetusto ms. in bibliotheca Vossii
„ asservato, citatoque a Joanne Pearsonio his
„ verbis [2]: Μετὰ δὲ Ἀδριανὸν ἐβασίλευσεν Ἀντω-
„ νῖνος ἔτη κβ.', ἐφ' οὗ Πολύκαρπος ὁ μαθητὴς Ἰωάν-
„ νου τοῦ εὐαγγελιστοῦ καὶ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος ἐμαρ-
„ τύρησαν. *Post Hadrianum autem imperavit An-*
„ *toninus annis* XXII. *sub quo Polycarpus Joannis*
„ *Evangelistæ discipulus & Justinus philosophus*
„ *martyrium subierunt*. Characteres quidem diei
„ omnes in Actis Polycarpianis optime conve-
„ niunt annis CXLVII. & CLVIII. sub Pio Antoni-
„ no: sed annus CLVIII. non bene convenit pro-
„ consolatui L. Statii Quadrati, sub quo passus
„ perhibetur sanctus Martyr: siquidem quum il-

A „ le consul fuerit anno CXLII. sub Antonino Pio,
„ collega Cuspio Rufino; parum probabile vide-
„ tur, eum anno tantum XVI. post consulatum
„ provinciam proconsularem sortitum fuisse. Præ-
„ terea, si anno CLVIII. tam acerbis horrendis-
„ que cruciatibus necabantur Christiani; necessa-
„ rio concludendum erit, ipsos persecutionem atro-
„ cissimam passos fuisse usque ad ultimos senioris
„ Antonini annos: quod falsum est. Nam Euse-
„ bius, Sulpicius Severus aliique fere omnes scri-
„ ptores Christiani unanimi consensu testantur,
„ pii & optimi principis beneficentia & cura pa-
„ cem tranquillam & bene longam fuisse Eccle-
„ siæ concessam. Annus igitur obitus Polycarpi
B „ omnino retrahendus est ad annum vulgarem
„ CXLVII. quæ sententia est cl. Pearsonii, chara-
„ cteres chronologicos hujus martyrii sic adnotan-
„ tis [3]: *Periodus Bucheriana ann. Dom.* CXLVII.
„ *quo nos Polycarpum passum esse statuimus, opti-*
„ *me convenit: in qua eo anno primus dies Nisan*
„ *est Martii decimus sextus; decimus quartus Ni-*
„ *san, Martii vicesimus nonus, feria tertia: ac*
„ *proinde Sabbatum magnum eum diem proxime*
„ *præcedens, vicesimus sextus Martii*, VII. *Kal.*
„ *Aprilis, ut Acta referunt. Neque hæc tantum*
„ *per Tabulas recte procedunt; sed etiam si Lu-*
„ *næ phasin computemus, eodem res recidit. Nam*
„ *ann. Dom.* CXLVII. *primus dies Nisan erat Mar-*
C „ *tii vicesimus*.

		Gr.	Min.
„ *Longitudo Solis*	34	28	32
„ *Longitudo Lunæ* ♈		15	01
„ *Distantia Lunæ a Sole occid.*		16	19

„ *Quare decimus quartus Nisan, sive Pascha Ju-*
„ *daicum, fuit secundus dies Aprilis, quem cum*
„ *Judæis celebrabant Smyrnenses feria septima:*
„ *proinde Sabbatum magnum, illud Pascha Judai-*
„ *cum proxime præcedens, fuit vicesimus sextus dies*
„ *Martii*, VII. *Kal. Apriles, ut Acta referunt.*
„ *Et hæc supputatio inde confirmatur, quod eodem*
„ *anno* CXLVII. *tertius dies Aprilis fuit Pascha*
D „ ἑορτάσιμον *in Occidente celebratum*. Huc usque
„ Pearsonius. Mihi quidem Tabulas Bucherianas
„ propugnare non est animus: sed calculus astro-
„ nomicus nobis prorsus favet; & sane totus no-
„ ster est Ptolemæus, Polycarpi coævus. „ Hæc aliaque V. C., Pearsonium plerumque affectatus. Quorum quidem duumvirorum placita, quibus inest curiositatis non parum & plurimum utilitatis, latius fortasse protendenda fuissent, ad annum in primis S. Polycarpi emortualem CXLVII. quod spectat: sed ne longius excurrat oratio, lectores ad utrumque scriptorem remittere consultius duximus.

III. Hæc dum pertractamus, adire interea succurrit cl. Mazochii *commentarium in vetus marmo-*
E *reum sanctæ Neapolitanæ Ecclesiæ Kalendarium*, explorandi ergo sicubi vir doctissimus de S. Polycarpi Actis verba faciat. Et hac de re agit ille quidem [4]; quin & unum ex iis characteribus chronologicis excutit erudite satis, ut assolet, quibus eadem Acta Polycarpiana consignantur: verum in longe aliam sententiam abit, ab ea quam amplectimur. Quærit nimirum ipse, quid in Smyrnæorum Epistola sit *magnum Sabbatum*, statuitque illud non aliud esse quam diem Dominicum: „ quem profecto diem, inquit, ut Judai-

1. *Bucher.* de pasch. Judæor. cycl. cap. VIII. Doctr. temp. pagg. 417. seqq.
2. *Pears.* opp. posth. pag. 277.
3. *Pears.* ibid. pag. 308.
4. *Mazoch.* l. c. vol. I. pag. 67. seq.

„ co Sabbato Christiani Smyrnenses opponerent, *Sabbatum* non qualecumque sed *magnum* nuncupabant; *Sabbati* vocabulum non pro die septimo, sed pro quolibet festo accipientes: more Judæorum qui, teste Suida, σάββατον πᾶσαν ἑορτὴν ἐκάλουν: *omne festum Sabbati nomine donabant*. Jam autem, subdit, ab initio Christianis intellectum fuit, Judaici Sabbati sollemnitati diem Dominicum subrogatum fuisse, hoc est, parvo Sabbato *magnum*. Omnino autem necesse est huic *Sabbato magno* Christianam, uti fecimus, non autem Judaicam significationem tribuere. Nec enim verisimile est, Smyrnæos Christianos Polycarpi martyrium festi mere Judaici nota fuisse consignaturos. „ Hæc ille.

Neque vero sagacissimo critico ullum negotium facessit, quod in Smyrnæorum Epistola dies huic Sabbato magno præcedens vocetur παρασκευή, *parasceve* [1]: „ siquidem, ait, proprie *Parasceves* Græco nomine non dies Veneris venit, sed *præparatio*, festivitatis scilicet. Quare si Smyrnæi diem Dominicam *Sabbati magni* nomine donarunt, non est absonum, ab eisdem diem præcedentem fuisse *Parasceven* vocatum: in utroque enim nomine se se Judæis ἀντιστίχους gerere debuisse videntur. „ Quo vero conjecturam suam magis adstruat V. C. observat in nullis hujus diei factis dictisque Polycarpi, ad Paschale sacramentum minimam allusionem fieri, neque ad jejunium sacerrimi bidui, quod per ὑπέρθεσιν, hoc est continuatam inediam primi Christiani celebrabant. Immo vehementer dubitat, utrum omnino Sabbatum, hoc est septimus dies tunc decurrerit, quum Polycarpus combustus fuit. „ Scilicet, inquit, quia quidvis potius credam, quam Judæos quorum in Sabbato ἀπραξία ad superstitionem usque ridiculam degeneraverat, licere sibi arbitratos ligna & sarmenta ad pyram simul cum gentilibus convehere, uti narratur in Actis [2]. „ Hæc vir ille doctus, quæ deinceps quoque pluribus confirmare adnisus est [3].

Et parum profecto abest quin in V. C. sententiam concedam: adeo sunt studiose excogitata elaborataque omnia. Verum quo minus manus dem, nonnihil equidem adhuc impedior: unusque vel alter scrupulus ex ejus dictis injectus, ut mihi ex animo evellatur expostulo. Primum enim haud facile adducor ut existimem, Smyrnensem ecclesiam phrasi Judaica, nimirum *magni Sabbati* nomine, diem Dominicam appellitare consuevisse. Ab ipsis enim Apostolorum temporibus prima hebdomadis dies, κυριακή, *Dominica*, vocata fuisse perhibetur; ut ex Apocalypsi liquet [4]: ubi S. Joannes *fuisse in spiritu* ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ, *in Dominica die*, legitur. Cujus quidem denominationis hanc adfert rationem Eusebius vulgo Alexandrinus, in Oratione *de die Dominico* haud ita pridem evulgata [5]: Κυριακὴ ἐκλήθη ὡς κυρία τῶν ἡμερῶν· πρὸ γὰρ τοῦ δεσποτικοῦ πάθους οὐκ ἐλέγετο κυριακή, ἀλλὰ πρώτη ἡμέρα. „ Vocata fuit Dominica, quasi princeps dierum: nam ante passionem dominicam haud nominabatur Dominica, sed prima dies. „ Hinc vero ab Apostolis edoctus S. Ignatius, *Sabbati* nomine posthabito, eamdem primam diem *Dominicam* appellat, *in qua & vita nostra exorta est* [6]: μηκέτι σαββατίζοντες, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζωὴν ζῶντες, (f. ἑορτάζοντες) ἐν ᾗ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλε.

Quæ quum ita sint, ecquis demum sibi persuadeat, Asianas ecclesias quas *totas fundavit rexitque* Joannes Evangelista, ut verbis utar Hieronymi [7], ac Smyrnensem in primis cujus præsul Polycarpus, *ejusdem Joannis discipulus & ab eo Smyrnæ episcopus ordinatus* [8], secus atque Apostolus ille, primam hebdomadis diem *Sabbatum magnum* vocasse? Cur porro, quod ab eodem Evangelista didicit, ecclesiamque docuit Magnesianam Polycarpi sodalis Ignatius, illud existimemus sive ipsummet Smyrnensium antistitem ecclesiæ suæ haud tradidisse, sive istam religiose servare abnuisse?

At enim haud verisimile videtur, Smyrnæos Christianos Polycarpi martyrium diei mere Judaici nota fuisse consignaturos. Quid est igitur caussæ cur non dubitet vir doctissimus, eosdem Smyrnæos apostolicis imbutos præceptis institutisque, Judaico *Sabbati magni* nomine diem Dominicam appellasse? Atqui semel iterumque hujusce Judaici festi charactere martyrium Polycarpianum in ea Epistola signatum comperitur [9]. Comperitur quippe. Quid tum? Novimus enimvero, Asiaticas ecclesias in omne tempus ante Nicænum concilium, Pascha cum Judæis die XIV. Nisan celebrasse. Testem habemus locupletissimum apud Eusebium [10], Polycratem Ephesiorum episcopum; qui compluribus Asianis sacrorum antistitibus recensitis, quos inter & Polycarpus: „ Hi omnes, *inquit*, diem Paschæ quartadecima luna juxta evangelium observarunt, — quum *Judæorum* populus fermentum abjiceret. „ οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ πάσχα κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, — ὅταν ὁ λαὸς ἤρνυε τὴν ζύμην. Quum ergo existimarent ecclesiæ Asiaticæ quartadecima luna primi mensis Pascha celebrandum: quidni Smyrnenses phrasi Judaica nomen quoque *Sabbati magni* adhibuerint, descripturi Polycarpi martyrium quod in Paschale tempus inciderit; eo vel maxime quod eamdem loquendi rationem ab Evangelista Joanne, ipsorum institutore atque rectore, noverint usurpatam?

Porro autem subdit vir eruditissimus, incredibile omnino sibi videri Sabbatum Judaicum fuisse diem, quo beatum Polycarpum passum legimus; eo scilicet nomine quod Judæi præ ceteris ligna sarmentaque ad rogum promte convexisse dicantur [11]: μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς ταῦτα ὑπουργούντων. „ præcipue Judæis alacriter, uti solent, ad ista subservientibus. „ Quod quidem, inquit, gentis Judaicæ moribus plane repugnat, quæ Sabbati religionem ad superstitionem usque provexerat. Jamque in eamdem sententiam præiverat Baraterius, qui & ipse proinde postridie Sabbati magni subiisse martyrium S. Polycarpum statuebat [12].

Audio. Verum licet nonnihil incommoda videatur objectio, haud leviter tamen vis ejus minuitur, quin & in nihilum abit, ubi hujusmodi Actorum locus penitius introspiciatur. Primum itaque nemo non videt, illud ὡς ἔθος αὐτοῖς, *ut eorum mos est*, de ingenito Judæorum in Christia-

1. *Eccl. Smyrn.* Epist. cap. VII.
2. Ibid. cap. XIII.
3. *Mazoch.* l. c. vol. III. pagg. 943. seqq.
4. *Apoc.* I. 10.
5. *Euseb. Alex.* Orat. de die Dom. pag. 2. Lipsiæ 1720. 4.
6. *Ignat.* Epist. ad Magnes. cap. IX.
7. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. VII.
8. Id. ibid. cap. XVII.
9. *Eccl. Smyrn.* Epist. capp. VIII. & XXI.
10. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. XXIV.
11. *Eccl. Smyrn.* Epist. cap. XIII.
12. *Barat.* Disquisit. chron. de success. Episc. Rom. cap. XV. §. 6. pag. 192. seq.

nos odio esse jure accipiendum. Siquidem indigno illi ferebant animo, *Christi regnum & nomen ubique porrigi, ubique credi, ab omnibus gentibus coli, ubique regnare, ubique adorari*: Tertulliani verba usurpo [1]. Hinc livore tabescentes, non solum in Christum obloquebantur, sed ejus etiam cultores qua late patet orbis ore invido lacessebant, addebantque animos gentibus, in eos jam alias odio iraque efferatis; quo nempe quotquot Christiana professione censebantur, magis magisque insectarentur atque de medio tollerent. Hujusce rei exempla tum in sacris novi Fœderis libris, tum in vetustis Ecclesiæ monumentis passim occurrunt. Ex his unum proferamus, ad id quo de agimus propius accedens. Hæc legimus in Apocalypsi [2]: *Angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus & novissimus, qui fuit mortuus & vivit: Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, sed dives es: & blasphemaris ab his, qui se dicunt Judæos & non sunt, sed sunt synagoga satanæ*. Quem quidem locum nemo est e sacris clarisque interpretibus, quin de S. Polycarpo accipiat: ut proinde quæ a Judæis in beatissimum martyrem acta feruntur in Ecclesiæ Smyrnensis Epistola, textum Joanneum mire illustret.

Neque vero ambigendum, quin interpretatio hujusmodi rite veritati cohæreat. Siquidem ex vetustis scriptoribus ecclesiasticis, Irenæo, Tertulliano, Eusebio atque Hieronymo, ut supra notatum [3], Polycarpum novimus a S. Joanne ordinatum; prius enimvero quam hic Apostolus a Domitiano in Patmos insulam fuisset relegatus. Quod quippe nisi admittas, passumque hunc Smyrnæorum episcopum anno Christi CLXVII. cum Mazochio aliisque post Eusebium contendas: aut neges oportet contra veterum testimonia, ejus ordinationem a Joanne peractam; aut ab eo ipsum ordinatum affirmes, quum ætatis annum XX. vix attigisset: annum enim agebat LXXXVI. dum martyr occubuit, ut ex Actis liquet [4]: Ογδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη ἔχω δουλεύων αὐτῷ. Vetus interpres: *Octogesimum jam & sextum annum ætatis ingredior, nomini ejus* (Christi) *probatus & serviens semper*. Itaque ante Joannis relegationem Smyrnensis ecclesiæ cura fuerit Polycarpo commissa. Redux enim Ephesum ab exsilio, Apocalypsin scripsit sanctus Evangelista, ut ipsemet testatur [5]; videlicet post sublatum Domitianum anno æræ vulgaris XCVI. ut videre est præ ceteris apud Wolfium [6]. Quæ quidem temporis notatio satis apte quadrare comperitur in eam sententiam, quæ sanctum martyrem anno CXLVII. passum perhibet: quippe qui annos natus LXXXVI. proxime martyrio coronandus, jam usque ab editione Apocalypseos annum circiter XXXV. agebat: adeo ut locus Apocalypticus apposite de ipso accipiatur.

Quorsum hæc? ut illud intelligas, ex eo jam tempore quo scribebat S. Joannes, Polycarpum fuisse odio habitum *calumniatumque ab his qui se dicebant Judæi & non erant*, sive ut loquar cum Apostolo Paullo [7], *qui erant* quidem *circumcisi*, sed *legem non custodiebant*, quique turbas ubique ciere consueverant adversus Christi cultores, eosque potissimum qui pro sui officii ratione Christianam religionem prædicarent atque in dies lon-

A gius latiusque proveherent, quos inter profecto eminuit sanctus Polycarpus. Siquidem Acta testantur [8] „ quod ubi præco ter in medio stadio pro„ nuntiasset: *Polycarpus confessus est Christianum* „ *se esse*; tunc universa multitudo non solum „ Gentilium verum etiam JUDÆORUM qui Smyr„ nam incolebant, effrenata ira & magna voce „ conclamavit: *Hic est Asiæ magister, pater Chri*„ *stianorum, nostrorum deorum eversor; qui mul*„ *tos docet ne sacrificent, neve deos adorent*: „ ut proinde nihil mirum, si primum calumniis & maledictis beatissimi præsulis famam prosciderint; deinde vero ipsum perdendi occasione arrepta, ligna sarmentaque promtis animis ad rogum con-
B vectarint, nulla Sabbati habita ratione, dummodo sanctum martyrem e medio sublatum viderent, quem velut hostem sibimet infensissimum respectabant.

Neque demum desunt exempla, quibus id quod intendimus adstruatur. Narrat Josephus [9], Romanos milites qui a Metilio præfecto deducebantur, fuisse a Judæis contra fidem datam atque jurejurando interposito obstrictam, crudeliter trucidatos: *& quidem Sabbato*, inquit, *cædem istam perpetrari contigit; quo die propter sacri cultus solemnitatem ab operibus cessant*. καὶ δὴ σαββάτῳ συνέβη πραχθῆναι τὸν φόνον, ἐν ᾧ διὰ τὴν θρησκείαν τῶν ὁσίων, ἔργων ἔχουσιν ἐπεχειρίαν. Quid quod de
C Sabbato nonnumquam violando, quin & de diis alienis colendis ubi vitæ periculum ingruat, per magistros suos edocti perhibentur Judæi? Qua de re plura profert e Rabbinorum scriptis Joannes Andreas Danzius [10]; apud quem & illud videas, Doctores istos tantum sibi auctoritatis sumsisse, ut hujusmodi canonem sancire non dubitarint: *Qui credit verbis sapientum, perinde est ac si crederet ipsi Deo*. Ex quibus igitur merito colligas, nullum prorsus negotium facessere illum Smyrnensium Epistolæ locum, ubi Judæi magno Sabbato ligna comportasse dicuntur, quibus beatus Polycarpus esset comburendus: quem nimirum calumniabantur ac velut hostem sibi longe
D molestissimum odio habebant, *qui se dicebant Judæi & non erant*; qui licet *circumcisi*, *legem* tamen *non custodiebant*; qui falsis magistrorum suorum præceptis imbuti, ne in vitæ discrimen vocarentur, nedum *Sabbatum violare*, verum etiam *deos alienos colere* haud verebantur; qui proinde, ut modo ex Actis Polycarpianis perspeximus, & ipsimet una cum gentibus in beatum Martyrem hisce vocibus succlamasse feruntur: *Hic est* — *nostrorum deorum eversor, qui multos docet & sacrificent, neve deos adorent*: qui denique perversis istiusmodi Sapientum suorum fidem adhibentes, *perinde esse* existimabant *ac si crederent ipsi Deo*.

E De jejunii autem biduani observatione quam subinfert cl. Mazochius, nihil attinet dicere: non erat enim cur ejusce rei meminisse oportuerit Smyrnensem ecclesiam; cui potissimum curæ fuit Polycarpi Acta sive illius martyrium, quæque proxime illud præcesserunt, litteris consignare; non autem ritus sacros describere. Denique ad Eusebium quod spectat, cui Polycarpianam passionem anno CLXVII. illiganti standum censet idem vir doctus; jam pluribus ostendit in suis disserta-

1. *Tertull.* adv. Jud. cap. VII.
2. *Apoc.* II. 8. 9.
3. Prolegom. cap. IX. §. I.
4. *Eccl. Smyrn.* Epist. cap. IX.
5. *Apoc.* I. 9.
6. *Wolf.* Cur. Critic. tom. V. p. 374.

7. *Galat.* VI. 13.
8. *Eccl. Smyrn.* Epist. cap. XII.
9. *Joseph.* de bell. Jud. lib. II. cap. XVII. §. 10.
10. *Danz.* Christ. curat. Sabbat. vindic. cap. II. §§. IV. & V. & cap. III. §. I. apud *Meuschen.* Nov. Testam. ex Talmud. pagg. 588. 592. 603.

tionibus nobis subinde laudatus Longuerueus [1], A quam fluxa sit in rebus cum chronicis tum historicis ejus auctoritas; quem propterea virum eruditum, si tanti est, lector adeat. Ceterum, est enimvero cur mireris, Baraterium primo pugnacissime certare, quo postremam Smyrnensium Epistolæ partem, capitibus XXI. & XXII. conclusam, suppositititiam evincat [2]; deinde vero ipsummet ex ea characterem astronomicum sumere, unde Polycarpi martyrium anno CLXI. contigisse demonstret [3]. Qua de re Historiæ ecclesiasticæ Italice perscriptæ auctorem eminentissimum adire juverit [4]. At de his non libet plura scribere.

IV. Reliquum est, ut horum Actorum marty- B rii Polycarpiani editiones paucis recenseantur. Et illas quidem heic præterimus, in quibus hujusmodi Acta una cum ejusdem S. Polycarpi Epistola Philippensibus inscripta, fuerunt evulgata: earum enim superius meminimus [5]. Separatim vero illa ediderunt satisque diligenter illustrarunt præstantes viri Bollandus & Henschenius ex Halloixio, addito insuper vetere interprete cum tribus codicibus mss. collato [6]. Porro ex edito Usserii Eusebiana supplevit Valesius [7], subjectis nonnullis observationibus quas paullo ante retulimus. Eadem deinde intexuit *Actis Martyrum sinceris* Ruinartius [8], tum ex vetusto interprete Usseriano, ad duos mss. codices exacto; tum C Græce & Latine ex versione Cotelerii, ejusque & Usserii animadversionibus adjectis. Inter editiones vero quotquot exstant, Smithi Oxoniensem selegimus; ex cujus proinde præfatione accipe quæ sequuntur, ut ejus consilium nostrumque simul perspectum habeas. ,, *Actorum* inquit, *martyrii S. Polycarpi* maximam partem conservavit Eusebius [9]. Sed quæ integra D. Usserius Armachanus e Menologio Græco mſ. num. 238. fol. 14. 6. in archivis Baroccianis bibliothecæ Oxoniensis reposito, sub hoc titulo, Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Πολυκάρπου ἐπισκόπου Σμύρνης τῆς Ἀσίας πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Φευρουαρίων, edidit. Aliud exemplar huic par & geminum exstat D in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, ut patet ex Petri Lambecii *Commentariorum* lib. VIII. pag. 88. ubi initium hujus Martyrii, & finis qui desinit Sectione XIX. nostræ editionis, occurrunt, positis ibi paucis, quæ in Sect. XVII. melius & rectius collocantur. Paucas inde variationes in ima pagina apposui, integra collatione iis qui isto codice postea usuri sunt, relicta.

,, *Latina versio* ex codicibus Cottoniano & Sarisberiensi a D. Usserio desumta est, potius *paraphrasis* appellanda, passim mendosa, inepta & corrupta; quam tamen ob antiquitatem fructumque aliquem inde colligendum, reti- E nendam volui. Supervacanei fuisset laboris aut eam cum originali Græco, aut cum versionibus Latinis a Bollando aliisque publicatis, conferre conari. Compertissimum habeo, quemlibet exscriptorem (quod de Græcis quoque librariis dicendum est) de suo explicationis caussa, prout animo lubebat, addere consuevisse. Has minutias sæpe sæpius neglexi, immo & contemsi, utpote quæ nullo modo ad elucidandum Græcum textum conducant. ,, Hactenus vir eruditus. Nos autem pro more nostro præter veterem interpretationem, recentiorem quoque Cotelerianam addidimus, quo textus primigenii veritas facilius omnibus innotescat.

Quandoquidem vero Cotelerii mentio incidit, fidissimi alioquin interpretis, haud abs re fuerit, unum alterumve locum in Smyrnensium Epistolæ versione quam ipsemet adornavit, a cl. Mazochio notatum illustratumque, in medium proferre. Sic igitur ille [10]: ,, In hujus Epistolæ cap. VII. legimus, *diogmitas* Polycarpum invenisse ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον ὑπερῴῳ: quod Cotelerius vertit, *in quodam superiore cubiculo* DISCUMBENTEM; idque non tantum die sanctæ parasceves, verum etiam ante solis occasum, quantum quidem ex postea gestis intelligitur. Verum fatendum est illud κατακείμενον non esse heic *discumbentem*, (si hoc pro *cœnantem* ponitur) sed, quod recte vetus interpres reddidit, *se prementem*, id est, clam jacentem, Italice *appiattato*: quod cum *evangelico* Polycarpi *martyrio*, in his Actis laudato, consentit. Locus antiqui interpretis sic habet: *Invenerunt eum nocte* (istud *Nocte* male se habet pro ὀψὲ τῆς ὥρας, quod est, *post* cœnæ *horam*, de qua proxime præcessit) *in tegulis se prementem*. Δωμάτιον ὑπερῷον est quoddam sub tegulis & contignatione cœnaculum, quod nostri vocant *Soppigno*. ,,

Et iterum laudatus Criticus alibi [11]: ,, In eadem Epistola, inquit, cap. XIII. ligna ad rogum dicto citius convecta dicuntur; quippe *multitudine confestim ex officinis & balneis ligna & sarmenta congregante*, μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς ταῦτα ὑπουργούντων, *præcipue vero Judæis, ut solent, ad ista alacriter subservientibus*. Præ ceteris autem notandum verbum ὑπουργούντων: quod quidem minus accurate Cotelerius reddidit *juvantibus*. Atqui hoc parum est: nam etiam consilio & auctoritate juvare potuissent. Verum *subservientibus* quod posui, totam vim Græci participii exprimit. Plutarchus in Romulo: ὑπουργοῦσι τοῖς ἀνθρώποις τὰ πρὸς τὴν ταλασίαν. *Viris in lanificio subserviunt*. Judæi porro non tantum simul cum aliis congerebant ligna, verum ipsi præ ceteris, qua bajulando, qua carris aut jumentis onerandis, qua pyram componendo, in omnibus hisce ministeriis imperata faciebant. Unde & illud colligas, Judæos Smyrnam inhabitantes magna ex parte operam suam locasse in ἐργαστηρίοις. ,, Hactenus ille.

Hanc denique Sectionem iis claudere placet, quæ Thomas Smithus testis αὐτόπτης, de Smyrnensi amphitheatro quo S. Polycarpus martyr gloriosus occubuit, deque ejus sepulcro enarrat his verbis [12]: ,, Ad latera, inquit, alterius portæ arcis quæ ad Orientem est, adhuc visuntur duæ Aquilæ, Romanorum insignia, largiusculæ & belle quidem delineatæ. Hinc inter descendendum, amplum amphitheatrum ad Notapeliotem, quo sanctus *Polycarpus* martyrio coronatus erat, intravimus, gradibus saxeis a Turcis ad ornan-

1. *Longuer.* Differtatt. pagg. 28. 159-161. 267. seqq.
2. *Barat.* Disquis. chronol. cap. XV. pagg. 184-195.
3. Id. ibid. cap. XVI. §. 8. pag. 202.
4. *Orsi* Istor. eccl. lib. IV. §. V. tom. II. pag. 226.
5. Prolegom. cap. IX. §. II.
6. *Bolland.* Act. SS. Jan. tom. II. pagg. 702. 905.
7. *Vales.* ad Euseb. H. E. lib. IV. cap. XV.
8. *Ruinart.* Acta Martyr. sinc. pagg. 27. 32.
9. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XV.
10. *Mazoch.* Comment. in vet. marmor. Kalend. vol. I. pag. 69.
11. Id. ibid. vol. III. pag. 944. seq.
12. *Smith.* Notit. sept. Asiæ eccles. pag. 164. edit. Oxon. 1672.

„ das ædes illinc ſublatis. In cujus lateribus duæ „ cavernæ quibus claudebantur leones, ſibi invi- „ cem opponuntur.

„ Sepulcrum ſancti *Polycarpi* quod in latere „ montis verſus Euroauſtrum adhuc conſervatur, „ Græci die feſto ipſius memoriæ conſecrato, pro „ more qui apud ipſos obtinet, ſolemniter invi- „ ſunt. Situm eſt in quadam ædicula, eccleſiæ „ forte ſacello, alii per quam illuc tranſeundum „ eſt, contigua. In hoc monumento inſtauran- „ do, ſi ab impreſſionibus aeriis, ſi a Turcis, „ ſi a Chriſtianis occidentalibus, qui fragmenta „ marmoris quaſi tot reliquias exinde tollunt, „ lædatur temereturque; laudabilis illorum col- „ locatur opera, olla fictili quoque illic apposi- „ ta, in quam quiſque fere præ veneratione qua „ ergo τὸν Μεγαλομάρτυρα pro Chriſto invicta „ animi præſentia mori ſuſtinentem fertur, illic „ ductus pauculos aſpros conjicit, ut in omne „ ævum perennet. „ Hæc Smithus.

C A P U T XIX.

DE ACTIS MARTYRII

S. JUSTINI PHILOSOPHI

ET SOCIORUM EJUS.

SYNOPSIS.

I. *De Actis Martyrii* S. Justini *Philoſophi ejuſque ſociorum. Ea perquam erudite a Mazochio V. C. illuſtrata, in Appendice I. ad hoc volumen exhibita.*

II. *Quo tempore martyrium idem contigerit, inquiritur. Chriſti anno* cl. *illud illigandum videtur.*

III. *Præfectus urbi ſub quo paſſus Juſtinus, non fuit quidem Ruſticus, ſed certe Urbicus. Ubicumque in Actis Ruſtici nomen occurrit, Urbicus reſtituendus exiſtimatur.*

IV. *Sententia iſthæc pluribus confirmata. Chronici Euſebiani locus vindicatus. In Actis hiſce typis excudendis, expreſſa nupera Pariſienſis editio.*

I. Nihil eſt enimvero quod multis utamur, de Actis *martyrii S.* Justini *Philoſophi ejuſque ſociorum* ſermonem habituri. Quin enim penſum ejuſmodi peragamus, in cauſſa eſt mira cl. Mazochii ſollertia, qui nuper eadem Acta præ ceteris docte admodum ſapienterque illuſtravit. Et primum quidem, poſthabita Sirleti verſione, quam tum Bollandiani tum Ruinartius retinendam cenſuere, Græcum textum nova interpretatione caſtiore ac ſimpliciore donavit. Deinde vero non res tantum atque ſententias, ſed & verba ipſa Græcaſque locutiones in notatis ſubjectis luculenter explicuit; eo in primis conſilio, ut illas omnes plane Juſtinianas eſſe demonſtrans, Actorum integritatem tueretur. Præterea varias ſubdidit Diſquiſitiones, in quibus complura ſive ad eorumdem Actorum textum, ſive ad ipſum Martyrem Philoſophum pertinentia ediſſeruit uberius. Quæ quidem omnia dum ratione atque animo recolerem, incredibili voluptate perfuſus, in eam demum ſententiam deveni, ut opus adeo elaboratum, rerum ordine tantum immutato, in Appendice ſaltem I. ad hoc volumen locaretur, utpote intempeſtive detectum: quo ſimul & noſtræ horum Actorum editioni maximum decus, & lectoribus quoque minus exercitatis plurimum utilitatis accederet.

Non eſt tamen quin a viro doctiſſimo ipſe diſſentiam alicubi. Neque enim, ut alia prætercam, ratio temporum ſuperius præſtituta illum affectari me ſinit, ubi de S. Juſtini paſſionis anno verba facit: eo enim loci quamvis nihil certi definiat, quin & animo fluctuet inter annos clxv. clxvii. clxix. & clxx. quemcumque tamen annorum illorum ſeligat, a chronotaxi nobis ſemel poſita longe diſtare comperitur.

II. Nimirum ſuperius vidimus [1], circa Chriſti annum cl. ab Juſtino fuiſſe perſcriptam Apologiam II. Antonino ſeniore imperante. In ea enim de quadam muliere Chriſtiana ſermonem habens ſanctus Martyr, ſemel iterumque unius tantum Imperatoris, & quidem Pii, meminit hiſce verbis [2]: καὶ ἡ μὲν βιβλίδιόν σοι τῷ αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε. Atque illa quidem (*mulier*) libellum tibi obtulit, „ Imperator. „ Nonnulliſque interjectis, Lucium quemdam qui & ipſe Chriſtianus erat, Urbicum præfectum urbi ita compellantem inducit: οὐ πρέποντα Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι — κρίνεις ὦ Οὔρβικε. „ Haud conſentanea Pio Imperatori — decernis, „ Urbice. „ Quam in ſententiam alia plura congerit Valeſius [3]. Neque vero a poſteriore Juſtini Apologetico abludunt Acta. In his enim *unius Cæſaris* fit mentio [4], *uniuſque Imperatoris edictum* proponitur [5]. Sub initium quidem eorumdem Actorum [6], præfectus ſic allocutus fuiſſe Juſtinum perhibetur: ὑπάκουσον τοῖς βασιλεῦσιν. „ Imperatoribus „ morem gerito. „ Verum, quo demum ſibi omnia conſtent, illud βασιλεῦσιν ad omnes retro principes, quotquot edicta in Chriſtianos promulgarunt, referendum omnino videtur, ut recte interpretatur ipſemet Mazochius [7].

Ex his porro colligimus cum laudato Valeſio, Juſtinum ſub Antonino Pio, non autem ſub Marco, ſubjiſſe martyrium. Et quidem anno Chriſti cl. vix dum oblata illa eidem Imperatori Apologia: quod & ipſe ſanctus Martyr ex Cynici Creſcentis inſidiis ſibi propediem eventurum prædixerat. Sic enim ille [8]: Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι, καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, ἢ κἂν ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου. „ Ego etiam exſpecto ut ab aliquo eo- „ rum qui philoſophi appellantur, inſidiis appe-

1. Prolegom. cap. xvii. ſect. III. §. vi.
2. *Juſtin.* Apolog. II. §. II.
3. *Valeſ.* ad Euſeb. H. E. lib. iv. cap. xvii.
4. *Act. Juſtin.* ſect. iv. in Append. I.
5. Ibid. ſect. v.
6. Ibid. ſect. II.
7. *Mazoch.* Diſquiſit. ix. ad Acta Juſtin. in Append. I.
8. *Juſtin.* Apolog. II. §. III.

„ tar „ & ad ſtipitem affigat, aut certe ab illo „ ſtrepitus & oſtentationis amatore Creſcente. „ Idque præterea ex Tatiano Juſtini diſcipulo plane confirmatur [1]. „ Creſcens igitur ille, *inquit*, qui „ in magna urbe nidum poſuerat, puerorum qui- „ dem amore ſuperabat omnes, — mortis autem „ contemtor ita mortem metuebat, ut eam Juſti- „ no, non ſecus ac mihi, veluti malum aliquod, „ machinationibus inferre conatus ſit; eo quod „ ille veritatem prædicans, gulæ & fraudis phi- „ loſophos arguebat. „ *Κρέσκης ὧν ὁ ἐννεοττεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει, παιδεραστείᾳ μὲν πάντας ὑπερήνεγκεν, — θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν, οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ καὶ ἐμὲ, οὓς (l. ὡς) κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι· διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν λίχνους καὶ ἀπατεῶνας τοὺς φιλοσόφους συνήλεγχεν.* Neque aliter Juſtinum Tatianumque accepit Euſebius [2]. Quod ſi vero epiſcopus iſte Cæſarienſis, M. Aurelio imperante ſanctum martyrem paſſum tradit, eo demum nomine ita ipſum cenſuiſſe novimus, quod ſecundum Apologeticum Marco oblatum exiſtimavit. Atqui, ut jure arguit Valeſius, certiſſimis argumentis comprobatum eſt, Apologeticum illum ſeniori Antonino fuiſſe nuncupatum. Ruit ergo funditus Euſebii ratio atque ſententia. Quid quod ipſemet Euſebius in Chronico, anno ab Abrahami ortu MMCLXVI. Antonini vero Pii XIII. currentibus, id eſt anno Dionyſiano CL. Juſtinum martyrio ſublatum litteris conſignavit? ut proinde hiſtorica Euſebiana ex ejuſdem auctoris chronicis emendanda videantur.

In eamdem porro ſententiam plerique ex Græcis chronographis deinceps conceſſiſſe noſcuntur; Syncellus [3], Cedrenus [4], Glycas [5] & Anonymus Voſſianus apud Pearſonium [6], cujus verba præcedentis Sectionis §. II. protulimus: ut nonnullos ex Latinis, Proſperum [7] alioſque prætereamus. Illud vero potiſſimum attendendum, ſancti Epiphanii teſtimonio vel maxime adſtrui quæ hactenus ediſſeruimus. Hæc enim ille de Tatiano [8]: *Τὸ δὲ αὐτοῦ διδασκαλεῖον προεστήσατο ἀπ' ἀρχῆς ἐν τῇ Μέσῃ τῶν ποταμῶν, ὡς περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς Καίσαρος ἐπικληθέντος.* „ Primum in Meſopotamia novam ſectam condere „ aggreſſus eſt, circa annum XII. Antonini cogno- „ mento Pii. „ Quum vero plane compertum ſit, paullo poſt S. Juſtini martyrium a Chriſtiana religione deſciviſſe Tatianum [9]; hinc omnino colligendum, beatiſſimum Juſtinum circa Chriſti annum CL. martyrii coronam fuiſſe conſecutum. Verba enim Epiphaniana, *περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος*, *circa annum duodecimum*, inquit vir eruditus [10], non modo de anno currente, ſed de exacto etiam intelligi poſſunt; ita ut hæreſeos Tatianeæ initium aſſignari queat anno Chriſti CLI. quum Antoninus imperii annum ageret XIII.

III. At enim hujuſmodi chronotaxi Acta omnino adverſantur, quæ ſub Ruſtico præfecto paſſum

A Juſtinum perhibent; imperantibus nimirum M. Aurelio & L. Vero, ex quorum reſcripto ab Ulpiano recitato [11] urbanam præfecturam fuiſſe conſecutum Junium Ruſticum conſtat. Agnoſco equidem Actorum integritatem, eaque tamquam inæſtimabile antiquitatis eccleſiaſticæ monumentum veneror & exoſculor. Verum, quum ex iis quæ modo ſunt diſputata, compertum habeam, & jure ſane ut mea fert ſententia, S. Juſtinum ſub ſeniore Antonino martyrium ſubjiſſe; facile adducor ut credam, in Actorum textum *Ruſtici* nomen pro *Urbici* ex loco Epiphaniano depravato irrepſiſſe. Scilicet aliquis antiquarius (& fortaſſe ipſemet Metaphraſtes qui eadem Acta nobis ſervavit [12], B quique illaudabili conſilio in ejuſmodi vetuſtis ſcriptis tractandis nimium ſibi ſumſit) noverit Epiphanium tradidiſſe [13], *Juſtinum pro Chriſto martyrio perfunctum* ἐπὶ Ῥουστικοῦ ἡγεμόνος, *ſub Ruſtico præfecto*; atque adeo Epiphanii auctoritate permotus, contra exemplaris fidem quod exſcribebat poſthabito *Urbici* nomine, *Ruſticum* reſcripſerit; conjiciens, ob litterarum ταυτότητα in utroque pæne occurrentem, facile potuiſſe librarium in errorem induci. Noverit præterea idem antiquarius, quiſquis fuerit, traditum ab Euſebio, M. Aurelio imperante Juſtinum martyrio ſublatum, ſub quo item Ruſticus urbana præfectura fuerat ornatus. His accedit, longe notius fuiſſe Ruſtici nomen ex Faſtis C Conſularibus, in quibus Urbicus nuſquam comparet. Quæ quidem omnia in cauſſa fuerint, cur librarii lapſum, ut ipſe putabat, admiſſum in Actis Juſtini deſcribendis, corrigendum exiſtimarit, *Ruſtici* nomen ſuperinducens ubicumque *Urbicus* occurrebat.

Jam porro quum viri docti compertum habeant, hinc loci Epiphaniani vulnera, ſive importuna antiquariorum licentia ſive ſupina librariorum incuria, eſſe prorſus immedicabilia; illinc vero Euſebium nullibi gravius peccaſſe, quam in Antoninorum geſtis enarrandis, quos paſſim abſurde confundit: propterea enimvero in Actis Juſtinianis *Ruſtici* nomen delendum, ejuſque loco *Urbicus* D reſtituendus. Neque enim, inquit cl. Abbas [14], ullus alius agnoſcendus præfectus urbi qui Juſtinum damnavit, quam L. Lollius Urbicus; qui quo tempore Apologiam II. obtulit noſter Philoſophus, variis ſuppliciis Chriſtianos vexabat, ut ipſemet teſtatur his verbis [15]: *Τὰ χθὲς δὲ καὶ πρώην ἐν τῇ πόλει ὑμῶν γενόμενα ἐπὶ Οὐρβίκου, ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰ πανταχοῦ ὁμοίως ὑπὸ τῶν ἡγουμένων ἀλόγως πραττόμενα, ἐξηνάγκασέ με κ. τ. λ.* „ Quæ in urbe ve- „ ſtra, Romani, heri & nudius tertius ſub Ur- „ bico geſta ſunt; & quæ ſimiliter ubique a præ- „ ſidibus præter rationem fiunt, me coegerunt „ &c. Paucique interjectis; *οἱ φαῦλοι δαίμονες ἐχθραίνοντες ἡμῖν, καὶ τοὺς τοιούτους δικαστὰς ἔχοντες ὑποχειρίους καὶ λατρεύοντας, ὡς οὖν ἄρχοντας δαιμονιῶντας, φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν.* E „ Pravi dæmones qui „ nobis infenſi ſunt, quique ejuſmodi judices ſibi „ ſubjectos & cultui ſuo addictos habent, eos ut-

1. *Tatian.* Orat. contr. Græc. §. XIX.
2. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XVI.
3. *Syncell.* Chronogr. pag. 279.
4. *Cedren.* Compend. Hiſtoriar. tom. I. pag. 198.
5. *Glyc.* Annal. part. III. pag. 186.
6. *Pearſ.* opp. poſth. pag. 277.
7. *Proſp.* Chron. apud Labb. Nov. Bibl. mss. tom. I. p. 32.
8. *Epiph.* Hær. XLVI. §. 1. pag. 391.
9. *Dodwell.* Diſſert. III. in Iren. §. XIX. pag. 256.
10. *Longuer* Diſſert. in Tatian. pag. XIV. apud Worth. edit. Tatian. Oxon. 1700.
11. *Ulpian.* lib. I. de Appellat. D. lib. XLIX. tit. 1. p. 1872. edit. Lugd. 1662.
12. *Juſtini* Acta ex interpretatione Cardin. Sirleti primus evulgavit Lipomanus in *Vit. SS. PP.* tom. VII. part. II. pag. 184. edit. Rom. 1558. Poſt inſcriptionem operis teſtatur editor, Vitas illas quæ in hujus tomi parte ſecunda continentur, *per Symeonem Metaphraſten partim deſcriptas, partim collectas, in monaſterio Cryptæ Ferratæ fuiſſe inventas:* ex quo poſtmodum eruta *Acta Juſtiniana*, Græce primum edidit Papebrochius in Act. SS. Jun. tom. I. pagg. 20. ſeqq.
13. *Epiph.* Hær. XLVI. §. 1.
14. *Longuer.* Diſſert. de Vit. S. Juſtin. §§. XXIV. XXVI. pagg. 232. ſeqq.
15. *Juſtin.* Apol. II. §. 1.

„ pote dæmoniis agitatos magiſtratus, ad necem „ nobis inferendam incitant. „ Quin itaque ſub eodem Urbico ſanctiſſimus martyr paſſus fuerit, nullus plane dubitandi locus relinquitur. Vix dum enim Apologeticum illum obtulerat, quum inſtigante potiſſimum Creſcente Cynico fuiſſe martyrio coronatus, ex ſuperius dictis comperitur.

IV. Hunc autem Lollium Urbicum ſub ſeniore Antonino floruiſſe conſtat ex Capitolino [1]; ejuſque præterea meminit Apulejus in Apologia quam habuit ſub eodem imperatore, hiſce verbis [2]: *Æmilianus*, inquit, *avunculi ſui teſtamentum quod verum ſciebat, pro falſo infamavit, tanta quidem pertinacia; ut quum Lollius Urbicus V. C.* verum videri & ratum eſſe debere, *de conſilio conſularium virorum pronuntiaſſet: contra, clariſſima voce juraverit vecordiſſimus iſte tamen, illud teſtamentum fictum eſſe; adeo ut ægre Lollius Urbicus ab ejus pernicie temperarit*. De eo item extat vetus Romana inſcriptio, quam primus retulit Jacobus Mazochius [3], deinde Juretus [4], Gruterus [5] & Contelorius [6]; eſtque hujuſmodi:

A P O L L I N I

Q. L o l l i u s U r b i c u s

P r æ f. U r b.

Lollius igitur Urbicus qui Antonino Pio imperante præfecturam urbanam gerebat, quique tum Romæ Chriſti cultores acriter inſectabatur, Philoſophum noſtrum perimendum juſſit. Quod quidem probe noviſſe ſatiſque aperte tradidiſſe ipſemet Euſebius exiſtimandus. Siquidem verba faciens de Ptolemæo, Lucio aliiſque Chriſtianis, quos ab Urbico χθὲς καὶ πρώην, *heri & nudius tertius*, fuiſſe interfectos teſtatur idem Juſtinus [7]; tradit epiſcopus hic Cæſarienſis [8] „ eos paullo an„ te ipſum (*Juſtinum*) martyrio fuiſſe perfunctos „ πρὸ τοῦ κατ' αὐτὸν ἀγῶνος ἑτέρων πρὸ αὐτοῦ μαρτυρησάντων. Atque iterum in eamdem ſententiam [9]: *Hunc*, inquit, *exitum vitæ idem ille veræ ſapientiæ ſtudioſiſſimus ſectator — aperte, prout erat ipſi*, ὅσον οὔπω, *propediem eventurus, prædixit*. Hinc jure colligas, Euſebio haud incompertum fuiſſe martyrio ſublatum Juſtinum, non quidem a Ruſtico, ſed certe ab Urbico; qui nimirum Ptolemæum atque alios, *paullo ante ipſum*, pro Chriſto gladio interemerat, quique haud multo poſt necem illam intulit beatiſſimo noſtro Philoſopho, quam ipſemet *propediem* ſibi eventuram prædixerat.

Argumenta quidem Valeſiana, quibus in hac diſputatione potiſſimum uſi ſumus, quæque pluribus inſuper adſtruere ſtuduimus, adniſus fuit infringere Pagius [10]. Verum, ut videtur, irrito conatu; ſi præſtantis Critici rationes cum iis conferas, quæ huc uſque de Juſtino ejuſque ſcriptis ediſſeruimus. Unum adhuc ſupereſt quod objicit V. C. ut Chronici Euſebiani auctoritatem effugiat [11]; ubi anno Abrahamitico MMCLXVI. Kalendis Octobris anni Chriſti CXLIX. inchoato, glorioſum Juſtini certamen conſignatur. Euſebii verba ex interpretatione Hieronymiana ſunt hujuſmodi [12]: *Creſcens Cynicus agnoſcitur, qui Juſtino noſtri dogmatis philoſopho, quia ſe guloſum & prævaricatorem philoſophiæ arguebat, perſecutionem ſuſcitavit, in qua ille glorioſe pro Chriſto ſanguinem fudit*. Quæ in Scaligeri Græcis ita efferuntur [13]: Κρέσκης Κυνικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, ὃς Ἰουστίνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς θείῳ φιλοσόφῳ τὸν μαρτυρικὸν συνεσκεύασε θάνατον, ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ ὡς λίχνος καὶ ἀπατεών. Neque aliter idem Euſebius in *Chronicorum libro priore* [14]: ſiquidem ſibi conſtans, eo etiam loci Juſtini martyrium inter res ſub Antonino Pio geſtas recenſet. Quid vero ad hæc Pagius? „ Euſebius, inquit, de Creſcente philoſo„ pho loqui intendit, & ut moris ejus eſt, uno „ tenore recitat mortem, quam ille S. Juſtino in„ fligendam curavit. „ Ita ne Chronographus eccleſiaſticus & poſt eum Hieronymus, epochæ martyrii Juſtini prorſus obliti, ad ſolum putidum Creſcentem animum adverterunt? Incaſſum enimvero laborant qui ſic ſentiunt, nec violentus iſte conatus illis proderit: nequidquam enim ipſis reclamantibus ratum erit, Euſebio atque Hieronymo auctoribus in *Chronico*, ſanctum martyrem noſtrum necatum fuiſſe anno Abrahami MMCLXVI. & Pii imperatoris XIII. currentibus, id eſt, anno æræ Chriſtianæ CL. Quod quidem ideo veriſſimum eſſe putaverim, quod poſt obitum Juſtini Chriſtianis imperator Pius, quoad vixit, tranquillam & diuturnam pacem dedit; quæ multis annis ſervata, poſt obitum demum æquiſſimi & clementiſſimi principis rupta eſt. Hæc utique ſecus opinantibus cum viro docto [15] reponimus.

At de his hactenus. Ceterum illud monendum, Acta S. Juſtini ex nupera editione Pariſienſi, nonnullis obſervationibus pro more additis, fuiſſe heic typis excuſa; quum nimirum nobis adhuc incomperta eſſet Neapolitana Mazochii V. C. ad quam proinde noſtra omnino exigenda; iis tamen exceptis quæ de tempore martyrii, deque præfecto urbi ſub quo paſſus perhibetur Juſtinus, diſputavimus.

1. *Capitol.* Vit. Antonini Pii cap. v.
2. *Apul.* opp. pag. 242. edit. Lugd. Bat. 1623.
3. *Mazoch.* pag. 94.
4. *Juret.* ad Symmach. epiſt. 32. lib. VIII. pag. 221. edit. Pariſ. 1604.
5. *Gruter.* Inſcript. pag. 38. num. 13.
6. *Contelor.* de Præf. Urb. apud *Sallengr.* Supplem. tom. I. pag. 561.
7. *Juſtin.* Apol. II. §. 1. ſeqq.
8. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XVII.
9. Id. ibid. cap. XVI.
10. *Pagi* Crit. Bar. ad ann. 162. §. II. ſeqq.
11. Id. ibid. ad ann. 148. §. VI.
12. *Euſeb.* Chron. lib. II. pag. 168. edit. Amſt. 1658.
13. Ibid. pag. 213.
14. Ibid. pag. 45.
15. *Longuer.* Diſſert. de Vit. S. Juſtin. §. XXIX. pag. 234.

CAPUT XX.
DE
TATIANO.

SYNOPSIS.

I. Tatianus *cujas fuerit. Græcorum diſciplinis ſatis excultus. Quibus de cauſſis, ejurata ethnica ſuperſtitione, Chriſtianæ militiæ nomen dederit.*

II. *Juſtini M. primum auditor, mox ipſi adjutor in Chriſtiana religione propugnanda, poſtremo ejuſdem ſucceſſor in ſcholæ regimine, Romæ ab eo dudum inſtitutæ.*

III. *Sub initium magiſterii ſui Orationem adverſus Græcos ſive ſcripſiſſe ſive habuiſſe videtur Tatianus: nimirum paullo poſt Juſtini martyrium, circa Chriſti annum* CLI. *Hujuſmodi chronotaxi oppoſitæ difficultates diluuntur, eæque in primis quæ petitur ex ætate Protei philoſophi Cynici, cujus meminit auctor.*

IV. *Hinc porro arguitur Tatiani opus eſſe plane orthodoxum, quippe quod ab eo elucubratum, quum adhuc fidem catholicam profiteretur: contra ac ſentiebant præ ceteris præſtantes viri, Longuerueus & Lequienius.*

V. *Præcipuæ Tatianei operis editiones recenſitæ: Tigurina, Oxonienſis & Pariſienſis. Poſtrema heic exhibetur; altera vero in ſubſidium adhibita: nonnullis interim obſervationibus additis.*

I. Juſtinum M. excipit Tatianus ejus diſcipulus. Hic natione Aſſyrius fuit, ut ipſemet profitetur [1]: *γεννηθεὶς ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων γῇ*. Syrum appellant Clemens Alexandrinus [2] ac Theodoritus [3]. Sic item Epiphanius [4]; qui tamen alibi [5]: „ Tatianus, inquit, e Meſopotamia ortum „ duxiſſe traditur. „ *ἐλέγετο δὲ ἀπὸ Μεσοποταμίας ὁρμᾶσθαι*. Recte omnia. Primum enim Herodotus de Aſſyriis verba faciens, hæc habet [6]: *οὗτοι δὲ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν*. „ Iſti a Græcis quidem „ Syri appellabantur, a barbaris vero Aſſyrii ſunt „ vocati. „ Neque aliter Juſtinus [7] aliique veteres quos videas apud Allatium [8]. Deinde ſcribit Arrianus [9], Euphrate ac Tigri mediam Aſſyriam contineri: *unde*, inquit, *& ab indigenis Meſopotamia vocatur*. Quod quidem perſpexit cl. Maſſuetus [10].

Græcorum artibus ac diſciplinis ſatis excultus Tatianus [11], ſed philoſophiam in primis profeſſus [12], poſtquam multas peragraſſet regiones cum vanæ ſuperſtitionis cauſſa [13], tum vehementi litterarum ſtudio, Romæ tandem conſtitit: ubi quum in ſacras Chriſtianorum ſcripturas incidiſſet, nativa earum ſimplicitate illectus certiſque ſinceræ veritatis ſignis captus divinitus, ethnicam ſuperſtitionem ejuravit atque profanis Græcorum doctrinis nuntium remiſit [14]. Cujus quidem rei teſtem Tatianum ipſum audire juverit [15]: *κατ᾽ ἐμαυτὸν γενόμενος ἐζήτουν, ὅτῳ τρόπῳ τἀληθὲς ἐξευρεῖν δύναμαι· περινοοῦντι δέ μοι τὰ σπουδαῖα, συνέβη γραφαῖς τισιν ἐντυχεῖν βαρβαρικαῖς, πρεσβυτέραις μὲν ὡς πρὸς τὰ Ἑλλήνων δόγματα, θειοτέραις δὲ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων πλάνην· καί μοι πεισθῆναι ταύταις συνέβη διά τε τῶν λέξεων τὸ ἄτυφον, καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον, καὶ τῆς τοῦ παντὸς ποιήσεως τὸ εὐκατάληπτον, καὶ τῶν μελλόντων τὸ προγνωστικόν, καὶ τῶν παραγγελμάτων τὸ ἐξαίσιον, καὶ τῶν ὅλων τὸ μοναρχικόν.* Id eſt: „ Ut me ipſe collegi, quo tandem modo „ veritatem invenire poſſem inquirebam: quumque animum per optima quæque verſarem, in „ quoſdam barbaricos libros incidi, antiquiores „ quidem quam ut cum Græcorum diſciplinis, diviniores vero quam ut cum eorum erroribus „ conferantur. Mihi autem contigit ut his fidem „ adhiberem ob ſtili demiſſionem, ſcriptorum ſimplicitatem, univerſi creationis enarrationem captu facilem, futurorum præcognitionem, præceptorum excellentiam, ac ſingularem univerſorum principatum.

His vero ita expoſitis, ſtatim ſubdit quibus potiſſimum argumentis permotus, Chriſtianæ militiæ nomen dederit, ſic inquiens: *θεοδιδάκτου δέ μου γενομένης τῆς ψυχῆς, συνῆκα, ὅτι τὰ μὲν καταδίκης ἔχει τρόπον· τὰ δὲ ὅτι λύει τὴν ἐν κόσμῳ δουλείαν, καὶ ἀρχόντων μὲν πολλῶν καὶ μυρίων ἡμᾶς ἀποσπᾷ τυράννων· δίδωσι δὲ ἡμῖν οὐχ ὅπερ μὴ ἐλάβομεν, ἀλλ᾽ ὅπερ λαβόντες ὑπὸ τῆς πλάνης ἔχειν ἐκωλύθημεν.* „ Itaque mente mea divinitus edocta, intellexi quod „ priora illa ſcripta ad damnationem deducant; „ hæc vero mundi ſervitutem diſſolvant, noſque „ a multis principibus & ſexcentis tyrannis liberent, ac dono augeant, non illo quidem alias „ non conceſſo, ſed quod acceptum retinere error non ſiverat. „

II. Romæ igitur in Chriſtianorum cœtum admiſſus Tatianus, Juſtino M. qui tunc in urbe degebat ſtatim innotuit, illumque aſſectari cœpit ſtrenuum divinæ religionis vindicem, qui proinde ab ipſo appellatur [16] *ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος*, „ vir in „ primis admirandus. „ Quod quidem contigiſſe non diu ante mortem Juſtini, ex iis argui poſſe videtur quæ vix dum ipſo Juſtino e medio ſublato, ita elocutus eſt noſter Aſſyrius [17]: *Τατιανὸς ὑπὲρ τοὺς Ἕλληνας, ὑπὲρ τὸ ἄπειρον τῶν φιλοσοφούντων*

1. *Tatian.* Orat. adv. Græc. §. XLII.
2. *Clem. Alex.* Strom. lib. III. cap. XII. pag. 547.
3. *Theodorit.* Hæret. Fab. lib. I. cap. XX.
4. *Epiphan.* Hær. XLVI. §. 1.
5. Id. in Indic. Hær. tom. III. lib. I. pag. 231. Hunc locum exſcripſit *Jo. Damaſcenus* de Hæreſ. cap. XLVI. edit. Lequien. tom. I. pag. 86.
6. *Herodot.* Hiſt. lib. VII. cap. LXIII. pag. 539. noviſs. edit. Amſtel. 1763.
7. *Juſtin.* Hiſt. Philip. lib. II. cap. II.
8. *Allat.* Not. in Euſtath. Hexaem. pag. 7.
9. *Arrian.* lib. VII. exped. Alex.
10. *Maſſuet.* Diſſert. I. in Iren. §. 142.
11. *Tatian.* Orat. ad Græc. §§. I. XXXV.
12. Id. ibid. §§. XIX. XXVI.
13. Id. ibid. §. XXIX.
14. Id. ibid. §§. XXVII. XXVIII.
15. Id. ibid. §. XXIX.
16. Id. ibid. §. XVIII.
17. Id. ibid. §. XXXV.

καινοτομεῖ τὰ βαρβάρων δόγματα. „ Tatianus supra „ infinitam philoſophorum multitudinem novus eſt „ barbarorum doctrinæ ſectator. „ Ubi novitatem non de barbarorum doctrina, ſed de Tatiani eorum dogmata profitentis conſilio eſſe accipiendam, probe novit doctus Maranus [1].

Itaque Juſtini M. primum auditor, mox eidem adjutor in defendenda Chriſtiana religione revincendiſque pſeudophiloſophis, fuiſſe perhibetur Tatianus & ipſe philoſophus. Siquidem de ſtructis utrique a Creſcente Cynico inſidiis hæc ille habet [2]: θανάτου δὲ ὁ καταφρονῶν, οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ καὶ ἐμὲ, ὡς κακῷ τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι. —— τινὰς δὲ ἂν καὶ διῶξαι τῶν φιλοσόφων, εἰ μὴ μόνους ἡμᾶς εἰώθεν; „ Iſte autem mortis contemtor ita „ mortem metuebat, ut eam Juſtino, haud ſecus „ ac mihi, veluti malum aliquod machinationi- „ bus ſuis inferre conatus ſit. —— Quoſnam ve- „ ro philoſophorum, niſi nos ſolos inſectari ſo- „ lebat? „ Quamdiu autem Juſtino adhæſit atque cum eo neceſſitudinem habuit, fidem illibatam ſervavit, quippe magiſtri ſui laborum periculorumque conſors factus: dignus propterea qui, beatiſſimo illo Philoſopho pro fide cæſo, jam ſolus ſcholam ab eo Romæ dudum inſtitutam moderaretur. Neque enim ſtatim a martyrio S. Juſtini aliena ſapere ab Eccleſia cœpit Tatianus, ut nonnulli exiſtimarunt. Cujus quidem rei teſtis locupletiſſimus Rhodon, qui eadem tempeſtate floruiſſe comperitur. In eo namque libro quem ipſe Calliſtioni nuncupavit, Romæ a Tatiano ſe eruditum fuiſſe profitetur, ut refert Euſebius [3]: adeoque illum ſane audiverat Rhodon poſt ejuſdem S. Juſtini martyrium, cujus fuerat viventis diſcipulus & ipſe Tatianus: neque illum audiverat procul dubio hæreſim aperte profeſſum, quum Rhodon ab hæreſibus alieniſſimus fuerit, Marcionitarum nimirum impugnator acerrimus, ut recte arguit Dodvvellus [4]. Rhodoni ſuppar Irenæus teſtis alter accedit, qui de Encratitarum hæreſi verba faciens [5], in eamdem ſententiam hæc habet, nobis ab Euſebio ſervata [6]: καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ᾽ αὐτοῖς, Τατιανοῦ τινος πρώτως ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν· ὃς Ἰουστίνου ἀκροατὴς γεγονὼς, ἐφ᾽ ὅσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἐξέφηνε τοιοῦτον. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο. „ Atque hoc nuper apud illos „ excogitatum eſt, Tatiano quodam omnium pri- „ mo hujus impietatis auctore. Qui Juſtini audi- „ tor, quamdiu quidem cum illo verſatus eſt, „ nihil ejuſmodi protulit. Poſt martyrium autem „ illius, ab Eccleſia ſe abrumpens, doctoris ar- „ rogantia elatus ac tumidus, tamquam præſtan- „ tior ceteris, novam quamdam formam doctri- „ næ conflavit. „ Hæc Irenæus.

III. Itaque Juſtini præceptis & exemplis inſtitutus informatuſque Tatianus, ſuſcepto jam ſcholæ Juſtinianæ regimine, ſub initium magiſterii ſui, quo ſibi nomen acquireret, ut par eſt credere, ſuam adverſus Græcos Orationem, opus certe catholicum, ediddiſſe videtur: eo nimirum tempore, quo Romæ Rhodon inter ceteros, orthodoxus di-

A ſcipulus, ipſum quoque orthodoxum Tatianum audiebat, ut modo ex Euſebio didicimus. Et quidem magiſtri munus obiiſſe noſter Aſſyrius dum eam habuit Orationem, illa ſatis luculenter inſinuare videntur, quibus interdum auditores alloquitur. Ea vero ſunt hujuſmodi [7]: αὐτὸς ἐγὼ λαλῶ, καὶ ὑμεῖς ἀκούετε· καὶ οὐ δήπου διὰ τῆς μεταβάσεως τοῦ λόγου, κενὸς ὁ προσομιλῶν λόγου γίνομαι. „ Ego loquor, & vos auditis: neque pro- „ pter tranſmiſſionem ſermonis, ego qui allo- „ quor, ſermone vacuus fio. „ Et infra [8]: διόπερ, ὦ Ἕλληνες, κεκραγότος ὥσπερ ἀπὸ τοῦ μετεώρου κατακούσατέ μου. „ Quocirca, o Græci, me tam- „ quam e ſublimi clamantem audite. „ Sic item alibi. Ex quibus ergo ſatis aperte, mea quidem

B ſententia, liquet Romæ Orationem ſuam elucubraſſe ac recitaſſe Tatianum paullo poſt Juſtini martyrium, adeoque quum adhuc Chriſtianam fidem profiteretur. Conſtat enim ex Irenæo cujus verba modo retulimus, ipſum magiſterio quo fungebatur elatum, perinde ac ſapientia ceteros anteiret, novam quamdam doctrinæ formam propriumque characterem conflaſſe. Quum itaque probe noviſſet ille negotii plurimum ſe habiturum, ſi novam ſcholam Romæ inſtituiſſet ubi paullo ante veram fidem palam docuerat atque defenderat; idcirco ab Eccleſia ſe abrumpens atque in patriam profectus, in Meſopotamia demum larem poſuit, ſive inter eos Syros qui Euphrate ac

C Tigri utrimque clauduntur: ubi novam ſectam illum condidiſſe circa annum XII. Antonini cognomento Pii, diſertus teſtis eſt Epiphanius. Sic enim ipſe [9]: τὸ δὲ αὐτοῦ διδασκαλεῖον προεστήσατο ἀπ᾽ ἀρχῆς μὲν ἐν τῇ Μέσῃ τῶν ποταμῶν, ὡς περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς Καίσαρος ἐπικληθέντος. Quæ quidem Epiphaniana temporis notatio, eo ſenſu accepta quem ſuperius ex viro docto expoſuimus [10], ad annum Chriſti CLI. nos deducere perhibetur. Quibus enim argumentis eo loci demonſtratum eſt, ſanctum Juſtinum ſub Antonino Pio fuiſſe martyrio ſublatum; iiſdem plane conficitur, paullo poſt ſub eodem imperatore ad hæreſim defeciſſe Tatianum.

D Atqui hujuſmodi chronotaxi complura objicit præ ceteris cl. Maranus [11]. Et primum quidem, Euſebium in Chronico M. Aurelii anno XII. Tatiani hæreſim illigaſſe. At qua demum ratione de Tatiano hæretico aliter exiſtimaſſet Cæſarienſis epiſcopus, qui Juſtinum martyrem Marco imperante paſſum eſſe tradiderat? Verum in eo ipſum erraſſe ſupra oſtendimus, ubi de beatiſſimi Philoſophi Apologeticis nec non de ejus martyrii Actis diſputavimus: ut proinde in anteceſſum fuerit huic objectioni factum ſatis.

Inſtat vir doctiſſimus regeritque Irenæi teſtimonium, qui annis XL. aut ſaltem XXX. poſt annum Chriſti CLI. ſcribens, Tatiani hæreſim ut

E recentem ac *nuper* inventam his verbis commemorat [12]: *Contradicunt quoque ejus ſaluti, qui primus plaſmatus eſt; & hoc nuper inventum eſt apud eos*, καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ᾽ αὐτοῖς, *Tatiano quodam primo hanc introducente blaſphemiam*. Quæ quidem a V. C. propterea in medium adducta noſcuntur, ut conſtet ſerius, videlicet M. Aurelio imperante, ab Eccleſia diſceſſiſſe Tatianum. Verum ab iis Irenaicis objiciendis

1. *Maran.* Præfat. ad Juſtin. part. III. cap. x. §. II. p. xcix.
2. *Tatian.* Orat. adv. Græc. §. xix.
3. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. v. cap. xiii.
4. *Dodw.* Differt. iv. in Iren. §. xxxiii. pag. 357.
5. *Iren.* adv. Hær. lib. I. cap. xxviii.
6. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. iv. cap. xxix.
7. *Tatian.* Orat. §. v.
8. Id. ibid. §. xvii.
9. *Epiph.* Hær. xlvi. §. 1. pag. 391.
10. Proleg. cap. xix. §. II.
11. *Maran.* Præfat. ad Juſtin. cap. xi. §. 1. pagg. c. ci.
12. *Iren.* adv. Hær. lib. I. cap. xxviii.

temperaſſet ille, ut opinor, ſi ea ſibi ſuccurriſſent A quæ paullo ante ipſemet docuerat: nimirum illud νῦν de rebus *dudum* geſtis, a ſcriptoribus præſertim eccleſiaſticis, interdum fuiſſe uſurpatum. Anonymus auctor Epiſtolæ ad Diognetum, quæſtionem ſibi propoſitam de Chriſtiana religione νῦν exorta ſic refert [1]: Τί δήποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον νῦν, καὶ οὐ πρότερον; „ Cur novum hoc genus aut inſtitutum „ (Chriſtianorum) in conſuetudinem venire nunc „ cœperit, ac non prius? „ Juſtinus M. Antinoum ab Hadriano anno CXXXII. inter deos relatum, ſcribit νῦν exſtitiſſe [2]. Quin & deinde [3], Filium Dei νῦν incarnatum pronuntiat S. Pater. υἱὸς Θεοῦ ... νῦν διὰ θελήματος Θεοῦ ὑπὲρ B τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος. Quid igitur prohibet quo minus & illud νῦν apud Irenæum eodem ſenſu accipiatur? Atqui ne ad hanc quidem illius vocis Irenaicæ acceptionem confugere cogimur, quo noſtram temporis notationem de Tatiani Oratione adverſus Græcos evulgata tueamur. Neque enim ſtatim ut ab Eccleſia ſe abrupit ille, impia ſua dogmata excogitavit omnia, illud præſertim ſibi proprium de negata Adami ſalute; ſed pro temporis ratione, & fortaſſe ſub finem vitæ ut conjicit Dodvvellus [4]: C ſiquidem ſcribens Irenæus, καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ' αὐτοῖς, non Tatianum quidem qui tum jam deceſſerit, ſed Tatiani diſcipulos reſpexiſſe videtur.

At hæc leviora. Illud gravius quod ſubdit idem eruditiſſimus editor de Peregrino ſive Proteo philoſopho Cynico, cujus meminit Tatianus his verbis [5]: καὶ λέγοντες μὲν δεῖσθαι μηδενός· κατὰ δὲ τὸν Πρωτέα σκυτοδέψου μὲν χρήζοντες διὰ τὴν πήραν, ὑφάντου δὲ διὰ τὸ ἱμάτιον, καὶ διὰ τὸ ξύλον δρυοτόμου· διὰ δὲ τὴν γαστριμαργίαν, τῶν πλουτούντων καὶ ὀψοποιοῦ. „ Nullius quidem ſe egere dicunt „ (philoſophi:) ſed tamen Protei more, coria„ rio indigent propter peram, textore propter D „ veſtem, lignario propter baculum, divitibus „ propter ingluviem & coquo. „ Hinc vero arguit V. C. quo tempore iſta ſcribebat Tatianus, vel jam tum ſe ſe vivum combuſſiſſe Cynicum illum; quod quidem contigit in ludis Olympicis anno CLXV. vel ſaltem eumdem ſub Protei nomine omnibus innotuiſſe; quod ipſi ſub finem vitæ impoſitum fuiſſe videtur: adeoque laudatum Tatiani locum cum ea ſententia conciliari non poſſe, quæ ipſius ab Eccleſia defectionem anno illigat CLI.

Sed enim ad primum quod attinet, haud ſane comperitur eo loci Tatianus Proteum appellaſſe Peregrinum ob ſtultiſſimum mortis genus quam E ſibi conſcivit. Illud quidem tantummodo ex ejus verbis rite colligas, ipſum propterea probroſam Protei imitationem philoſophis objeciſſe, quod jam tum Cynicus ille ob varios vitæ caſus per ora vulgi ſub eo nomine volitabat, quo nimirum ipſemet potiſſimum delectari viſus eſt, ut ſcribit locupletiſſimus teſtis Lucianus [6]: Περεγρῖνος, ἢ ὡς αὐτὸς ἔχαιρεν ὀνομάζων ἑαυτὸν, Πρωτεύς.

Neque magis nos urget quod ſubdit vir doctus, Peregrinum videlicet ſub finem vitæ Protei cognomen ſumſiſſe aſſeverans. Aliter enim rem accidiſſe haud obſcure innuere videtur ipſe Lucianus, ſic inquiens [7]: καὶ ὁ βέλτιστος Περεγρῖνος, ἔτι γὰρ οὕτως ἐκαλεῖτο, καινὸς Σωκράτης ὑπ' αὐτῶν ὠνομάζετο. „ Atqui optimus ille Peregrinus (adhuc „ enim hoc nominis obtinebat) novus quoque „ Socrates ab illis appellabatur. „ Loquitur autem auctor de illo impoſtore, dum adhuc Chriſtianam religionem profitebatur: ſatis aperte, mea quidem ſententia, innuens, Peregrinum proprio ſuo nomine fuiſſe appellitatum dum Chriſtianis accenſebatur: ubi vero ab eorum cœtu diſceſſit, varias deinceps peregrinationes inſtituens, tum demum ab eo forte Protei cognomen aſſumtum, quo potiſſimum delectabatur, ut modo vidimus ex eodem Luciano: idque vero contigerit ex conjectura cl. Tillemontii [8], quo tempore in Ægyptum profectus, ad Agathobulum ſe contulit.

At enim Cynicum illum philoſophum neque in Ægypto id cognominis obtinuiſſe, neque in Italia quo relicta Ægypto contendit, ſed in Græcia in quam ſemet Italia pulſus recepit, ex Aulo Gellio erudimur. Sic enim ille [9]: *Philoſophum nomine Peregrinum, cui poſtea Proteus cognomentum factum eſt, virum gravem atque conſtantem vidimus, quum Athenis eſſemus, diverſantem in quodam tugurio extra urbem.* Nempe Gellii teſtimonio ſuam firmari ſententiam exiſtimat vir doctiſſimus? Ego vero, niſi plane nihil ſapio, Gellii verba eo ſenſu omnino eſſe accipienda putaverim, ut id ſolum ſcriptor iſte memoriæ tradidiſſe voluerit, ſe Athenis inviſiſſe philoſophum illum; qui quum *prius* nomine Peregrinus audiret, *poſtea* vero Protei cognomen accepit: vel ſi mavis, qui *tunc* quidem Proteus cognominabatur, quum tamen *antea* Peregrinus appellaretur. Neque ſane aliter Gellium intelligendum, ejus ætas ſuadere comperitur. Floruit enim imperante Antonino Pio; ſcripſit vero poſt annum Chriſti CXLIII. quo Herodes Atticus cum Torquato conſul proceſſit, quem nimirum ſemel iterumque *conſularem virum* appellat [10]; diemque ſupremum obiit pro Dodvvelli rationibus [11] ſub initium imperii M. Antonini Philoſophi: ut proinde Gellium haud perveniſſe ad annum CLXV. quo Proteus igne conſumtus periit, non immerito dixeris; adeoque minime omnium memoriæ tradiderit idem ſcriptor, paullo poſt ſuſceptum a M. Aurelio imperium, tunc *Peregrino cognomentum Proteus factum fuiſſe*: quod tamen admodum ſero & ſub finem vitæ Cynicum illum obtinuiſſe afferit V. C. Ex quibus ergo liquet, ut quidem opinor, Peregrinum longe ante annum CLI. Protei cognomen ſibimet indidiſſe: ut propterea eodem anno CLI. illius Cynici ſub ejuſmodi nomine Tatianus meminiſſe potuerit: quin & ipſum fortaſſe Romæ noverit noſter Aſſyrius; ſiquidem ex Ægypto in Italiam ſolvens eo commigraverat pſeudophiloſophus ille, Antonino Pio imperante, ut luculenter ſatis innuiſſe videtur Lucianus his verbis [12]: καὶ ἀποβὰς τῆς νεὼς, εὐθὺς ἐλοιδορεῖτο πᾶσι, καὶ μάλιστα τῷ βασιλεῖ, πρᾳότατον αὐτὸν καὶ ἡμερώτατον εἰδώς. „ Egreſſus autem e navi, ſtatim om„ nibus conviciabatur, cumprimis vero impera„ tori, quem natura placidiſſimum & manſuetiſ„ ſimum noverat. „ Verum de his ſatis.

1. *Anon.* Epiſt. ad Diogn. §. I.
2. *Juſtin.* Apolog. I. §. XXIX.
3. Id. ibid. §. LXIII.
4. *Dodw.* Diſſert. IV. in Iren. §. XXXIII. pagg. 357-360.
5. *Tatian.* Orat. §. XXV.
6. *Lucian.* de mort. Peregr. opp. tom. II. pag. 724. edit. Hagan. 1535. 8.
7. Id. ibid. pag. 730.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 182.
9. *A. Gell.* Noct. Attic. lib. XII. cap. XI.
10. Id. ibid. lib. IX. cap. II. & lib. XIX. cap. XII.
11. *Dodw.* Diſſert. de ætate peripli maris Euxini §. X. pag. 117. tom. I. Geograph. Græc. minor. edit. Hudſon.
12. *Lucian.* l. c. pag. 733.

IV. Eo autem potiſſimum ſpectant hactenus diſputata, ut conſtet Tatianum ſuam adverſus Græcos Orationem ſive ſcripſiſſe ſive pronuntiaſſe, dum adhuc fidem Chriſtianam coleret ac palam profiteretur; adeoque opus idem eſſe plane orthodoxum, quin & *librorum omnium quos ille ſcripſit, elegantiſſimum ſimul atque utiliſſimum*: quæ eſt ſententia Euſebii [1] atque Hieronymi [2]. Neque aliter ſane antiquiorum plerique, quorum teſtimonia operi eidem præmiſimus. His accedunt omnes ferme recentiores, nonnullis tamen & quidem magni nominis viris exceptis; eoſque inter eminet Longuerueus [3], quem preſſo pede ſecutus eſt quoque Lequienius [4]. Nimirum, eo judice, in Oratione Tatiani ,, nigræ loliginis ſuccus æru- ,, goque mera deprehenditur. Siquidem, inquit, ,, Encraticæ hæreſeos ſemina, erroreſque perab- ,, ſurdos quos auctor e Gnoſticorum penu de- ,, promtos dudum animo inſeverat, aliaque de- ,, liramenta, in primis vero adverſus divinita- ,, tem Verbi æternitatemque, atque animæ im- ,, mortalitatem & ſimplicitatem, eo in opuſculo ,, animadvertere in promtu eſt: adeo ut, ſi diis ,, placet, Tatianus in Oratione adverſus Græcos ,, male & improbe de auguſtioribus Chriſtianæ ,, religionis myſteriis ſentit, quippe qui jam tum ,, conſpiraverat cum Gnoſticis conſceleratiſque ,, hominibus, & a vera in Deum fide ac pieta- ,, te alieniſſimis. ,,

Scilicet a Chriſtianæ veritatis forma & evangelica regula quam longiſſime aberat, quo tempore habuit Orationem illam noſter Aſſyrius. Quis porro umquam ſibi perſuaſiſſet, in vetuſtiſſimum divinæ religionis Apologetam acriter adeo invehi potuiſſe virum pereruditum, poſteaquam præſertim de auctore deque ejus opere illud vere pronuntiavit, ea videlicet in Oratione adverſariorum mucronem belle retudiſſe Tatianum? At omnino aberrare qui ejuſmodi monſtra ſcriptori Aſſyrio affingunt, haud ita pridem luculentiſſime oſtendit doctiſſimus Maranus cum alibi [5] tum vero in adnotationibus ad ipſam Tatiani Orationem. Neque prætermittas velim aliud ejuſdem V. C. egregium plane opus, quatuor poſt annos evulgatum [6], in quo Tatiani doctrina enucleatius illuſtratur acriuſque defenditur. Adi ſis etiam Bullum [7] ejuſque adnotatorem Grabium, quorum uterque noſtrum Aſſyrium immerito notatum evincit.

V. Jam vero de præcipuis hujus operis editionibus breviter agendum. Primus itaque omnium Tatiani Orationem anno 1546. Tiguri typis Græcis conſignavit edid itque apud Chriſtophorum Froſchoverum Joannes Friſius, ex codice ms. quem variis ex alio exemplari lectionibus ad oram auctum, ab Arnoldo Arlenio Peraxylo Venetiis acceperat: cujus quidem editionis margini adlevit aliquot conjecturas Conradus Geſnerus, quocum codicem ſuum communicaverat idem Friſius.

Græcis ſeorſim excuſis, ſeorſim item prodiit ibidem eodemque anno 1546. hujus Orationis verſio Latina, Conrado Geſnero interprete, prolixis ejuſdem animadverſionibus additis: quæ quidem verſio Geſneriana ſæpius deinceps recuſa in bibliothecis Patrum, Pariſ. 1575. 1589. 1610. Colon. 1618. & Lugdun. 1677.

Deinde haud ſemel typis Græcis & Latinis impreſſum idem opus ex Geſneri verſione, abſque illius notis: Baſileæ nimirum 1555. fol. in Joannis Heroldi Orthodoxographis: Pariſiis in Auctario bibliothecæ Patrum cum eruditis Frontonis Ducæi notis: & ad calcem operum Juſtini M. editt. Pariſ. ann. 1615. & 1636. nec non Coloniæ ſeu potius Witebergæ ann. 1686. cum obſervationibus Chriſtiani Kortholti, quæ undecim ante annos Kilonii prodierant.

His autem editionibus cum ſollertiæ tum eruditionis laude præſtat Oxonienſis, quam e theatro Sheldoniano anno 1700. in lucem emiſit Wilhelmus Worth. Tatiani Orationem contulit induſtrius editor cum tribus codicibus mss. quorum varias lectiones inter contextum & notas ſtitit, additis etiam pag. 155. conjecturis quas ad oram exemplaris ſui notaverat Joannes Pearſonius; ſubjectaque præterea erudita celeberrimi Abbatis de Longuerue diſſertatione in Tatianum antea inedita, ubi nonnulla ſatis diſerta hæreſeos Tatianiſticæ veſtigia deprehendiſſe ſibi viſus eſt auctor, ut modo vidimus.

Denique omnium noviſſimam Tatiani editionem anno 1742. Pariſiis in lucem emiſſam atque operibus S. Juſtini ſubjectam novimus; eamque debemus Presbytero & Monacho e Congregatione S. Mauri doctiſſimo, Prudentio Marano: quæ quidem, ſive diligentiam ſive doctrinam ſive novæ interpretationis nitorem ſpectes, ceteras omnes anteire merito exiſtimatur. Quandoquidem vero ex hac præſtanti Pariſienſi editione, non ſolum Tatiani, ſed etiam Juſtini M., Athenagoræ, Theophili Antiocheni & Hermiæ Philoſophi apologetica ſcripta deſumenda cenſuimus: propterea operæ pretium fuerit, ipſum cl. editorem de conſilii atque inſtituti ſui ratione in iis adornandis diſſerentem audire. Sic igitur ille [8]: ,, Multæ pro- ,, fecto magnæque difficultates in his veteribus ,, monumentis occurrerunt. Magna librarii vul- ,, nera fecere, ſive nonnullis omittendis ſive im- ,, mutandis ſive etiam, id quod in toto capite ,, III. Apologiæ II. S. Juſtini obſervavi, in lo- ,, cum non ſuum transferendis. Huc accedit ſti- ,, lus nec verborum electione concinnus, nec ,, conſtructione accuratus, præſertim in Dialo- ,, go S. Juſtini, qui dum ſtudio fervet defenden- ,, dæ veritatis, non modo projicit ornamenta di- ,, cendi, ſed etiam ſermoni perſpicuitati parum ,, conſulit. Tatiani lepores elegenteſque picturæ, ,, ſæpe non minus negotii faceſſunt, quam in- ,, comtus inornatuſque ſermo; adeo ut viſus ſit ,, interpretibus & criticis, Creſcentem Cynicum ,, aculeis defigere, dum mimos nativis coloribus ,, deſcribit. Operoſa nonnumquam rerum profa- ,, narum apud hos ſcriptores explanatio: ſed ,, haud ſcio an operoſius fuerit, non dico quid ,, illi de Chriſti divinitate ſentiant perſpicere, ,, (mirus enim eſt illorum ardor animi in hoc ,, defendendo dogmate, & aperta in prædicando ,, teſtimonia) ſed argumenta nonnulla quibus in ,, hoc genere utuntur, explanare & omnibus ve- ,, ſtigiis perſequi.

,, Subſidio fuere ad hæc expedienda mss. codi- ,, ces, interpunctionis varietas, parentheſis ubi

1. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XXIX.
2. *Hieron.* de Vir. illuſtr. cap. XXIX.
3. *Longuer.* Diſſertat. in Tatian. ad calcem edit. Oxon. pagg. X. ſeqq.
4. *Lequien.* tom. I. opp. S. Joan. Damaſc. pag. 87. col. I.
5. *Maran.* Præfat. ad Juſtin. opp. part. II. cap. XI. §. III. & part. III. cap. XII. §. III. pagg. XLIX. CVI. ſeqq.
6. Id. de Divinit. J. C. lib. III. cap. III. §. I. & lib. IV. cap. VI. per tot. pagg. 316. 397. ſeqq.
7. *Bull.* Defenſ. fid. Nic. pagg. 20. 67. 72. 76. cet.
8. *Maran.* Præfat. ad Juſtin. part. I. cap. IV. pag. VIII.

,, opus fuit appositio, attenta denique locorum A
,, difficilium consideratio, & cum aliis ejusdem
,, aut diversi scriptoris collatio. Hæc autem sine
,, pluribus adnotationibus navari non potuerunt,
,, iisque interdum prolixis; quæ tamen, habita
,, brevitatis cura, intra contextus & scriptoris
,, sententiæ intelligentiam coerceri solent.
,, Ad novam autem interpretationem quod spe-
,, ctat, in hoc labore id curæ fuit, ut verbum
,, verbo fidus interpres redderem, nec mihi sine
,, necessaria caussa licentiam sumerem. Æque
,, enim religio esset aut de veritate quidquam
,, negligentia deterere, aut eam, quasi debilis
,, & infirma sit, astu exaggerare. Itaque mole-
,, stum fortasse nonnullis erit, testimonia ad B
,, dogmatum defensionem præclarissima, sed quæ
,, sola interpretum auctoritate nitebantur, in hac
,, mea interpretatione non reperire: quale est il-
,, lud ex Justini Dialogo §. LXXXVIII. *Humanum*
,, *genus per Adam in mortem & fraudem sedu-*
,, *ctionemque serpentis conciderat, ut interim pro-*
,, *priam pro se maligne agentium cujusque culpam*
,, *taceam*. Citatum etiam fuit illud Theophili ex
,, libro II. §. XXVII. *Quod autem sibi per injuriam*
,, *& inobedientiam homo accersiverat, id ei nunc*
,, *donat Deus, per suam humanitatem & mise-*
,, *ricordiam faciens homines sibi obsequentes*. Con-
,, textus in caussa exstitit, cur his testimoniis
,, mea interpretatio careret. Sed hoc damnum,
,, si tamen damnum videri debet, multa alia
,, compensabunt, quæ certis rationibus adductus
,, ita reddidi, ut scriptoris sententia in clarissi-
,, ma luce posita sit, ac tota lis dirimatur. ,,
Huc usque vir ille doctus.

Porro ex hactenus recensitis editionibus postremam Parisiensem typis excudendam existimavimus, quippe quæ nomine haud uno ceteris præstantior nobis visa fuerit, ut ex jam dictis animadvertere licet. Neque propterea Oxoniensem omnino præterivimus, quam scilicet magni & ipsam faciendam esse probe intelleximus: adeoque non solum veterum testimonia ex ea descripsimus, quorum tamen collectionem nonnihil auctam & pro temporis ratione dispositam exhibuimus; verum etiam ejus ductu pleraque loca in notis ad novissimam Parisiensem minus recte typothetarum incuria exposita reformavimus: quod & in textu alicubi contigisse, utramque conferenti compertum fiet. Nonnullas denique observationes pro more subjecimus, unum alterumve locum ceteris editoribus prætermissum illustrantes.

CAPUT XXI.

DE

S. PIO I.

SYNOPSIS.

SECTIO I. C

I. *Sanctus* Pius I. *in Cathedra Romana sedit, statim ab Hygino, ante & non post Anicetum.*

II. *Quamdiu in pontificatu vixerit.*

SECTIO II.

III. *De duabus S. Pii Epistolis ad Justum Viennensem episcopum. Variæ illarum editiones. Prior eidem Pontifici vindicatur.*

SECTIO III.

IV. *Posterior quoque ipsi asseritur.*

V. *Primi Viennenses episcopi contra Tillemontium suæ sedi redduntur.*

VI. *Colobium fuit tunica, solis episcopis propria.*

VII. *Epistolæ sancti Pii, a Blondello, Dallæo & Salmasio in suas sententias inique detortæ.*

VIII. *Permultis viris doctis probatæ.*

SECTIO I.

Quando & quamdiu sederit S. Pius I.

I. De duabus S. Pii. I. Epistolis Justo Viennensi episcopo inscriptis, triplex circumfertur virorum eruditorum sententia. Eas enim D alii sinceras, alii vero dubias, plerique supposititias agnoscunt. His postremis haud ita pridem accessit doctissimus *Epistolarum Romanorum Pontificum editor*, qui propterea easdem Pii Epistolas in Appendicem rejecit [1]; ubi monitum præmittens, potiores suppositionis caussas, ut ipse quidem putat, ex Tillemontio in primis petitas [2] diligenter exponit. Novissimus omnium Justus Fontaninus, vir doctrina & eruditione præstans, Epistolas de quibus agimus, germanas esse atque integras luculentissime ostendit [3]: cujus proinde argumenta in medium proferre operæ pretium duximus. Sed prius, quando & quamdiu sederit sanctus Pontifex, ex eodem V. C. inquirendum. Sic igitur ille [4]:

,, Sanctum Pium, quicumque summorum pon-
,, tificum res gestas, patria illorum expressa, lit-
,, teris consignarunt, *Aquilejensem & Rufini fi-*
,, *lium* uno ore dixerunt. *Pius natione Italus ex*
,, *patre Rufino de civitate Aquileja*, inquit vul-
,, gatus Anastasius ceterique pontificales nomencla-
,, tores. Utrum in Petri cathedra Anicetum vel
,, Hyginum exceperit, non omnino inter se con-
,, veniunt auctores: quandoquidem apud Optatum
,, summos pontifices enumerantem [5], *Hygino Ani-*
,, *cetus, Aniceto Pius, Pio Soter* succedit. Hanc
,, tamen Optati seriem vitio laborare dudum vi-
,, derunt præstantes viri, Franciscus Balduinus &
,, Gabriel Albaspinæus; propterea quod hæc ver-
,, ba, *Damaso Siricius* HODIE, scribere non po-
,, tuerit Optatus, qui opus suum circa A. D. 370.
,, perfecit: at Siricius non fuit pontifex ante A.
,, D. 383. Quare *Siricii* nomen a librario qui ejus

1. *Coutant.* Epistt. Rom. Pont. Append. pag. 18. seq.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 614. not. IV.
3. *Fontan.* Hist. Litter. Aquil. lib. II. cap. IV. p. 82. seqq.
4. Id. ibid. cap. III. §. I. pag. 70. seqq.
5. *Optat.* de schism. Donat. lib. II. cap. III. pag. 37. edit. Paris. 1679.

„ tempore Optatum exſcripſit, irrepſiſſe notavit Baronius [1]. Vulgatam Optati lectionem ſecutus videtur ſanctus Auguſtinus [2]; eamque Baronius fulciri putavit [3] a ſancto Hieronymo in Catalogo cap. XXII. ubi DECIMUS *poſt Petrum epiſcopus Anicetus* vocatur: qui numerus a Petro ductus, Pium Aniceti non deceſſorem, ſed ſucceſſorem facit.

„ Verum nihil vetat, quin Anicetus & *decimus* poſt Petrum, & etiam Pii *ſucceſſor*, non *deceſſor* exſtiterit: nam Hieronymus non ſolum in Catalogo, ſed etiam in Chronico Euſebiano, a ſe Latine expreſſo & aucto, Olympiade CCXXX. *decimum* poſt Petrum epiſcopum Anicetum conſtituit; ubi ei Pium præponit, quem *Romæ* NONUM *epiſcopum* vocat, excluſo nempe Anacleto vel cum Cleto confuſo: non enim Hieronymus numerum init a Petro, ſed ab ejus ſucceſſore Lino, de quo ait in Chronico: *poſt Petrum* PRIMUS *Romanam eccleſiam tenuit Linus*: unde Soter Aniceti ſucceſſor ab eodem Hieronymo pontifex *undecimus* appellatur. In Catalogo tamen cap. XV. Clemens qui poſt Linum Petri ſucceſſorem, Cleto vel Anacleto ſuccedit, vocatur *quartus poſt Petrum Romæ epiſcopus*; quod perinde eſt. Quare labitur Papebrochius [4], ratus Hieronymum circa Pii ſucceſſionem in Optati & Auguſtini ſententiam iviſſe. Ut clarius res pateat, Pontificum ordinem Hieronymianum, & vulgatum heic lectorum oculis ſubjiciam.

I.

„ Pontificum ſeries ex Hieronymo.

	Petrus.
„ 1.	Linus.
„ 2.	Cletus, *alias* Anacletus.
„ 3.	Clemens.
„ 4.	Evariſtus.
„ 5.	Alexander.
„ 6.	Sixtus.
„ 7.	Teleſphorus.
„ 8.	Hyginus
„ 9.	Pius.
„ 10.	Anicetus.
„ 11.	Soter.

II.

Pontificum ſeries vulgata.

1.	*Petrus*.
2.	Linus.
3.	Cletus.
4.	Clemens.
5.	*Anacletus*.
6.	Evariſtus.
7.	Alexander.
8.	Sixtus.
9.	Teleſphorus
10.	Hyginus
11.	Pius.
12.	Anicetus.
13.	Soter.

„ Irenæus pontifices Romanos recenſens [5], Hieronymianum ordinem tanto ante his verbis expreſſerat: *Valentinus venit Romam ſub Hygino, increvit vero ſub* PIO, *& prorogavit tempus uſque ad Anicetum. Cerdon autem qui ante Marcionem, & hic ſub Hygino qui fuit* OCTAVUS *epiſcopus*. Et paullo poſt: *Marcion autem illi ſuccedens, invaluit ſub Aniceto*, DECIMUM *locum epiſcopatus continente*. Ergo *nono* loco fuit Pius, & *decimo* Anicetus ſecundum Irenæum & Hieronymum. Eadem ex Irenæo habet Euſebius [6]; ubi tamen Hyginum *nonum* epiſcopum, non *octavum*, appellat. Ita pariter Cyprianus [7]: quia uterque non a *Lino*, ut Hieronymus, ſed a *Petro* numerum iniit. Hunc poſteriorem ordinem alibi ſecutus videtur Irenæus [8]. Sed Renatus Maſſuetus qui nuper Irenæum ab ſe egregie illuſtratum vulgavit, Hyginum ſemper *octavum*, Pium vero *nonum* ab apoſtolico Patre dictos contendit. Sane in duplici Indiculo Mabilloniano [9], utroque antiquiſſimo, ſi numerus ducatur a Lino qui in altero *primus* occurrit, Anicetus *decimus* erit Piique ſucceſſor. Adſtipulatur alius Indiculus [10], & hic vetuſtiſſimus, utpote ad ſanctum Silveſtrum uſque perductus. His non animadverſis, Emmanuel Schelſtratius [11] Euſebium tamquam ſibi non conſtantem arguit, quaſi in Hiſtoria [12] Pio Anicetum, quem *decimum* Pontificem vocat; deinde Aniceto Pium præpoſuiſſet in Chronico. Nimirum Schelſtratius Euſebium legens, ulterius procedere neglexit; alias Pii defuncti *decimus* Pontifex ſucceſſor, non deceſſor, Anicetus ſtatim illi occurriſſet.

„ Hunc eumdem quem digeſſimus ordinem, teſtes æquales undequaque confirmant. Nam Hegeſippus temporibus apoſtolicis proximus, de ſe ita loquitur [13]: *Γενόμενος δὲ ἐν Ρώμῃ διαδοχὴν ἐποιησάμην μέχρις Ανικήτου, οὗ διάκονος ἦν Ελεύθερος· καὶ παρὰ Ανικήτου διαδέχεται Σωτὴρ, μεθ' ὃν Ελεύθερος*. Hunc locum ſic vertit Joannes Pearſonius [14]: *Romæ vero quum eſſem, ſucceſſionem compoſui uſque ad Anicetum, cujus diaconus erat Eleutherus: & Aniceto ſucceſſit Soter*,

1. *Baron.* ad ann. 368. §. XVII.
2. *Aug.* Epiſt. LIII. al. CLXV. §. 2. opp. tom. II. p. 120.
3. *Baron.* ad ann. 158. §. III.
4. *Papebr.* Propyl. part. 1. pag. 22. ad Acta SS. Maii tom. IV.
5. *Iren.* adv. Hær. lib. III. cap. IV.
6. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XI.
7. *Cypr.* Epiſt. LXXIV.
8. *Iren.* lib. I. cap. XXVII. al. XXVIII.
9. *Mabill.* Analect. tom. III. pag. 426.
10. Inter opp. *S. Athanaſ.* nov. edit. tom. 1. pag. XC.
11. *Schelſtr.* Antiq. illuſtr. tom. 1. pag. 417.
12. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XI.
13. *Hegeſ.* apud *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XXII.
14. *Pearſ.* opp. poſth. pag. 25.

post quem Eleutherus. Pius ergo *præcessit*, non A *successit* Aniceto. Eusebius ex Irenæo hæc de Valentino hæretico protulerat [1], secundum interpretationem Rufini quæ heic præ aliis arridet: *Valentinus venit Romam sub Hygino. Invaluit autem temporibus* PII, *& ad Anicetum usque duravit*. Et post alia: PIUS *vero in urbe Roma quindecim annis in sacerdotio expletis, Aniceto post tradidit sedem. Cujus* (PII) *temporibus Hegesippus refert semetipsum Romam venisse, & permansisse inibi usque ad Eleutherum*. Rursus infra [2]: *Tum Hyginus, deinde* PIUS, *post Anicetus illo munere potiebatur*. Ex his Hyginum inter & Anicetum in cathedra pontificali sedisse Pium conspicimus: eamdem- B que seriem apud omnes Græcos haberi fatetur etiam Pearsonius [3]. Idem constat ex subsequentibus verbis Irenæi [4]: *deinceps Hyginus, post* PIUS, *post quem Anicetus*. Idem etiam ex fine libri III. poematis in Marcionem; quod viri docti jam memorati, quin sit Tertulliani, non ambigunt. Hanc eamdem sententiam fulcit auctoritas Epiphanii [5], Prosperi in Chronico apud Labbeum [6], & utriusque Nicephori, Callisti [7] & Constantinopolitani [8]. Nec certe dissentit Catalogus Bucherianus [9]: in quo tamen post Pium, vitio codicis abest Anicetus, Soterem inter & Pium, loco vacuo relicto. Denique concinit duplex Indiculus Mabillonianus: *ut jam* C *plane*, inquit nobiscum Baronius [10], *stultitia habeatur iis non acquiescere, qui eodem tempore quo iidem pontifices, in Ecclesia claruere, ut Hegesippus & Irenæus*: quorum alter *omnium doctrinarum curiosissimus explorator* dicitur a Tertulliano [11]; ille vero a Hieronymo [12] *omnes a passione Domini ad suam ætatem ecclesiasticorum actuum historias texuisse*. Quare Pii & Aniceti successio, hujusmodi testium auctoritate firmata, qui Pii, Aniceti & Soteris æquales sub Eleuthero scripserunt, certissima haberi debet. „

II. His ita enarratis, aliisque in eamdem sententiam discussis, inquirit V. C. quando & quamdiu sederit sanctus Pontifex [13]. „ Certus, inquit, D annorum numerus quos Pius in pontificatu transegit, ex recentium & paullo antiquiorum ecclesiasticis monumentis difficulter colligi potest. Nam Gilbertus Genebrardus [14], Baronius [15], Blondellus [16], Petavius [17] & Pagius [18], in spatio hujus pontificatus definiendo sibi non constant. Idem offenditur in vetustis Catalogis Henschenianis [19], Schelstratianis [20], Mabillonianis [21] & Pagianis [22]. Anastasius etiam vel Damasus, Ado Rosvveydi, Usuardus Florentinæ editionis & Martinus Polonus [23], plures aut pauciores annos Pio pontifici tribuunt. Ab his omnibus quam longissime abiit Pearsonius [24], qui unum Eutychium E Alexandrinum sæculi decimi scriptorem ceteris monumentis præferens, Pium tradidit Romanam cathedram implevisse ab anno Domini 127. ad annum 142. & licet scriptores antiqui ad unum omnes sub *Antonino* Pium claruisse testentur, ipse tamen ex suo illo Eutychio Pium retro ad imperium Hadriani detrusit, universa profecto antiquitate reclamante.

„ Ex hoc opinionum dissidio nihil certi educi potest, quum antiqui Catalogi librariorum arbitrio aucti & immutati fuerint. Ego tamen dum Pii annos alii augent, alii minuunt, Livianum illud recogito [25]: *Si aliquibus assentiri necesse est, media simillima veri sunt*. Quare in ea sum sententia, ut religio apud me sit recedere ab Eusebio, qui præ aliis diu noctuque versatus in tabulis ecclesiasticis, res Christianas, & singulatim Romanæ ecclesiæ, centum & quinquaginta annos post Pium litteris consignavit, ob oculos habens certæ fidei scripta Hegesippi eidem Pio æqualis. Contra, Eutychius scriptor novus & externus, cujus Historiam Eduardus Pocockius A. D. 1658. ex Arabico ab se in latinum sermonem translatam vulgavit Oxonii, veterum Romanorum Pontificum tempora scire non potuit; quum etiam decessorum ejus gesta ignoraverit, quæ tamen ab Eusebio discere potuisset; singulisque propemodum narrationibus crassos & fœdos errores chronologicos immiscuerit, ut bene adnotat Pagius [26]. Barbarum autem hujusmodi auctorem apud Pearsonium & Dodvvellum fidem meruisse, eo magis mirari subit, quo ex ejus scriptis constat, non solum cujusque Pontificis tempora ab illo supine ignorata, sed & nomina ridicule corrupta fuisse: nam *Hyginum* vocat *Eugenium*, & *Pium* mutat in *Marcum*. Itaque vero Guillelmus Cave [27] plurima apud Eutychium occurrere observat, *anilibus fabulis simillima; quæ si non ex proprio cerebro finxerit, saltem ex futilibus ecclesiæ suæ monumentis hausit*.

„ Eusebius ergo *quindecim* annos Pio tribuit his verbis [28]: *Romæ quum Pius anno episcopatus sui* QUINTO DECIMO *vitam cum morte commutasset, Anicetus ecclesiæ illius antistes factus est*. Eumdem numerum servat Eusebianæ historiæ interpres Rufinus, & exscriptor Joannes Zonaras [29]. Item plerique omnes Eusebii codices editi & mss. melioris notæ, ut fatetur Dodvvellus [30]: Chronicon etiam Eusebianum, a Scaligero & Auberto Miræo vulgatum, sub Olympiade CCXXX. Nicephorus C. P. [31], Prosper [32] & Chronographus Saxo [33]. Hæc produnt, Henschenio recte visum, in suo Catalogo I. qui a Bucheriano differri non debuit, numerum annorum Pii corruptum, & pro XV. olim scriptum fuisse XX. proclivi enim lapsu X. pro V. scribi potuit.

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XI.
2. Id. ibid. lib. V. cap. VI.
3. *Pears.* l. c. pag. 265.
4. *Iren.* lib. III. cap. III.
5. *Epiphan.* lib. III. Hær. XXVI.
6. *Labb.* Biblioth. mss. tom. I. pag. 32.
7. *Niceph.* Call. Hist. lib. III. cap. XXV.
8. *Niceph.* CP. Chronogr. pag. 411.
9. *Bucher.* de doctr. tempor. pag. 270.
10. *Baron.* ad ann. 158. §. III.
11. *Tertull.* lib. contra Valentin. cap. V.
12. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XXII.
13. *Fontanin.* l. c. cap. III. §. V. pag. 78. seq.
14. *Genebr.* Chronogr. lib. III. pag. 198.
15. *Baron.* ad ann. 167. §. I.
16. *Blond.* Apolog. pag. 18.
17. *Petav.* de doctr. temp. lib. XIII.
18. *Pagi* ad ann. 150. §. XX. & 165. §. III.
19. *Hensch.* ad Act. SS. April. tom. I. init.
20. *Schelstr.* Antiq. illustr. tom. I. pagg. 414. 633. 650.
21. *Mabill.* Analect. tom. I. pag. 426.
22. *Pagi* Critic. tom. I. pag. L. seqq.
23. *Mart. Pol.* Chron. pag. 10. edit. Jo. Fabricii, edit. Colon. 1616.
24. *Pears.* opp. posth. pag. 271.
25. *Liv.* lib. XXVI. cap. XLIX.
26. *Pagi* ad ann. 167. §. III.
27. *Cav.* Hist. litter. ad ann. 933.
28. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XI.
29. *Zonar.* Annal. lib. XII. cap. I. pag. 594. edit. Cangii.
30. *Dodw.* ad Pears. opp. posth. pag. 38.
31. *Niceph.* Chronogr. pag. 411.
32. *Prosp.* Chron. Labb. pag. 32.
33. *Chron. Sax.* Leibnit. pag. 26.

„ Hoc idem amplius firmatur, quoniam *a consulatu Clari & Severi usque duobus Augustis*, sub quibus in Catalogo I. pontificatum Pius tenuisse dicitur, non xx. sed xv. tantum annos præterlapsos, ipsa consulum collegia ibidem expressa certissimum reddunt: nempe ab A. D. 146. ad A. D. 161.

„ Hunc calculum illi antefero qui arrisit Tillemontio [1], dum ab A. D. 142. ad annum 157. Pium vixisse falso arbitratur ex Chronico Eusebii. Quum enim in Catalogo Bucheriano Pius sedisse dicatur *a consulatu Clari & Severi* usque ad consulatum *duorum Augustorum* (seu *M. Antonini Veri* & *L. Aurelii Commodi*;) recte inde consequitur, Pium pontificatum rexisse ab A. D. 146. ad annum 161. ex Fastis Norisianis, sive ab anno IX. imperii Antonini Pii ad annum I. M. Aurelii Antonini Veri. Quare non video cur Bucherianus Catalogus sit abjiciendus, ubi in ordine successionis fideliter exprimit Hegesippum & Irenæum; in annorum numero tempus in Historia & Chronico per Eusebium Pio adsignatum, undequaque confirmat; & duplex par consulum in eodem Catalogo expressum, vitium in annorum numero & termino cubans luculenter emendat. „

Huc usque vir eruditus de tempore quo sedit S. Pius, mox acturus de integritate duarum ejus Epistolarum ad Justum Viennensem Episcopum. Quibus positis, easdem Epistolas (vel saltem harum alteram) circa Christi annum CLXI. scriptas existimamus; siquidem in earum secunda hæc leguntur: *Revelatum mihi esse scias, collega beatissime, citius me finem hujus vitæ facturum*. Jam pergit Fontaninus [2].

SECTIO II.

De Epistola I. S. PII *ad Justum Viennensem episcopum.*

III. „ Sancti Pii duas Epistolas sinceras & genuinas, ad Justum Viennæ Allobrogum episcopum scriptas, & numquam ante Blondellum Pseudo-Isidorianis immixtas, fusius a criticorum accusationibus eidem sancto pontifici vindicandas aggredior.

„ Priorem ex veteri codice in Germania reperto, primus omnium eduxit Georgius Fabricius [3]. Utramque sexennio serius Joannes Jacobus Grynæus prodire jussit in *Monumentis sanctorum Patrum orthodoxographis* [4]. Idem quem dixi Fabricius, in epistola ad Joannem Haubitium iisdem *Monumentis* præfixa testatur, illum ut vocat Scriptorum *thesaurum* (ubi est utraque epistola S. Pii) e *bibliothecis vetustissimis* erutum. Alteram Pii epistolam, Aviti versibus subjectam, se in codicibus mss. legisse affirmat Petrus Pithœus [5]: eamdemque laudari in duplici Martyrologio mss. Ecclesiæ Viennensis produnt Socii Bollandiani [6], ubi hæc leguntur: *Pridie nonas Maii natalis sancti Justi martyris, sexti episcopi Viennensis; qui quo tempore Pius Papa I. Romæ sederet, accepit epistolam consolatoriam ab eo de sacri pallii (quod colobium episcoporum vocat) dignitate & fidei fervore*. Primam earumdem epistolarum jam recitaverant laudati Bollandiani [7]. Margarinus Bigneus utramque conjecit in suam Patrum bibliothecam [8]: non tamen ex editione Grynæi, neque ex tabulario Viennensi, ut memoriæ lapsu putavit Baronius [9], & ex eo Blondellus, Pagius aliique. Codicem unde illas Bigneus descripsit, vetustissimum fuisse, docet ipse l. c. his verbis: *Hæ duæ epistolæ his temporibus a Domino revelatæ sunt, & repertæ in sacrario basilicæ sancti Petri in urbe Lemovica, ubi hactenus latuerunt, defossæ in arca saxea sub terra, quæ præ nimia vetustate vix legi potuerunt*. Ergo palam est falli eos, qui ut epistolarum sinceritati detraherent, eas ex uno tabulario Viennensi emersisse commenti sunt, ut Blondellus, Pagius & alii.

„ Omnes porro allati scriptores utramque *Justo episcopo* inscribunt: ita ut plane aberraverit Joannes a Bosco, priorem *Vero fratri* directam prodens [10]. Annalium parens ut *plane aureas* commendat [11]; ambasque *germanas & legitimas* censet [12], & censendas esse pronuntiat tum ob rerum argumentum & admirabilem quamdam cum rebus gestis ejus temporis convenientiam, tum ob simplicissimum illum antiquitatis candorem quem in omnibus præ se ferre noscuntur. Joannes Cardinalis Bona sic pariter judicat [13]: *Eas recipiunt orthodoxi, nec audent omnino reprobare sectarii*.

„ Certe Blondellus, qui in Pseudo-Isidoro Genevæ impresso A. D. 1628. eas imposturæ accusaverat; postea senior, adeoque prudentior factus, veterem hanc suam de iis sententiam omnino exuit, ut ex posterioribus scriptis A. D. 1641. 1646. 1649. manifestum fit. Siquidem in libris de Primatu, de Sibyllis & in Apologia, utriusque epistolæ tamquam ad illum cujus nomen præferunt certissime pertinentis, testimoniis abutitur; quod etiam Claudium Salmasium & Joannem Dallæum, Henrico Hammondo reclamante, pridem fecisse inferius exponam. Cur ergo vel propter Blondellum nondum resipiscentem suspectiores nobis sint, nihil sane caussæ est. Nec magis movere debet, qui priorem illam Blondelli censuram nuper improvide exscripsit Tillemontius, vir alias in his litteris eximie præstans. Quis enim sententiam amplectatur, quam auctor prudens abjecerit? Tillemontio detractum minime cupio, dum heic aut alibi ob unius studium veritatis quam vir pius & doctus agnitam mirifice coluit, ei non accedo. Sed jam tandem quæ Criticis in Epistola I. sancti Pii displicuerunt, additis responsionibus nostris, ordinatim recenseamus.

1. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 312. & in not. pag. 654.
2. *Fontan.* l. c. cap. IV. §. II. pag. 84. seqq.
3. *Georg. Fabr.* in not. ad Poet. Christ. pag. 102. edit. Basil. 1563. apud Jo. Oporin.
4. *Gryn.* Orthod. tom. I. part. II. pag. 3. edit. Basil. 1569. apud Henr. Petri.
5. *Pith.* Advers. lib. 1. cap. XVI.
6. *Bollandd.* tom. II. Maii pag. 99.
7. Iid. tom. III. Mart. pag. 477. §. 2.
8. *Bign.* biblioth. PP. tom. 1. pag. 63. edit. Paris. 1575.
9. *Baron.* ad ann. 166. §. IV.
10. *Jo. a Bosco* biblioth. Floriac. part. III. pag. 22.
11. *Baron.* ad ann. 112. §. IV.
12. Id. ad ann. 166. §. IV.
13. *Bona* de reb. liturg. lib. I. cap. III.

I.

„ Primum itaque putant, Pii sæculo *Missæ vocabulum* in ea memoratum, *ad Cathecumenorum missionem subsequentemque sacramentorum administrationem significandam*, nondum inolevisse. Addit Tillemontius, Tertullianum, Cyprianum & Cornelium numquam illo usos, etsi alias uti debuissent; ideoque Ambrosio minime antiquius videri. Sed Ambrosius uti jamdudum usitatum, non uti recens, illud vocabulum usurpavit. *Missa* enim ad omnia Ecclesiæ officia significanda olim adhiberi consuevit, ceu vox Romanis frequentissima, quum a principum virorum basilicis & conventibus dimittentur: unde ad ipsum etiam conventum indicandum *Missa* pro voce *missio* vulgo usurpabatur; quomodo *accessa* pro *accessio*, *ulta* pro *ultio*, *remissa* pro *remissio*, *offensa* pro *offensio* & id genus alia. *Missa* pro *missione*, hoc est præteritum passivum generis feminei pro nomine verbali apud Grammaticos frequens est, inquit Josephus Vicecomes [1]: *missio* autem pro *dimissione*, sumta est ex re militari. Vide Barnabam Brissonium [2]. Hinc Avitus [3]: *In ecclesiis, palatiis sive prætoriis* MISSA *fieri pronuntiatur, quum populus ab observatione dimittitur: nam genus hoc nominis etiam in sæcularibus auctoribus invenietis.* Hanc rem erudite pertractat Panvinius in opusculo ms. Vaticano 4973. quod est de Missarum & Liturgiæ vocibus. Vide etiam Baronium [4], Cangii Glossarium Latinum & Jacobum Benignum Bossuetum [5].

„ Dum ergo Pius scribit ad Justum, se *Missas agere cum pauperibus in domo Euprepiæ*, de conventibus intelligit, non de simplici *missione cathecumenorum* aut de *sacramentorum administratione*, ut viri docti putarunt. Notanda est etiam formula *agere missas*, quæ tamquam vetus communisque in re sacra, semel iterumque usurpatur apud Victorem Vitensem [6]. Pearsonius ex hac eadem Epistola confectum existimat [7] decretum apud Gratianum [8], ubi altare cum quatuor linteis fieri statuitur: de quo Latinum Latinium, Franciscum Toletum & Franciscum Turrianum inter se disputasse colligimus ex Latinii lucubrationibus tom. I. pag. 369. Profecto si id verum est quod ait Pearsonius, decretum illud oportet esse antiquissimum, & ex sincero fonte deductum: illa enim Epistola sincera est & antiquissima. *

I I.

„ Vocem *superbeate* quam peculiari charactere signavit Blondellus, nec *simplicem* neque *latinam* censuit Tillemontius. Ea tamen nihil ad purioris latinitatis regulam exactius: nam *superbeate* idem est ac *valde beate*; ut aurei sæculi scriptor Virgilius nos docet [9], ubi de Junone in Trojanos irata sic canit:

„ *His accensa* SUPER, *jactatos æquore toto*
„ *Troas* &c.

A „ nempe *valde accensa*. Et infra [10] Andromachen loquentem inducit, quum donis Ascanium oneraret:

„ —— *cape dona extrema tuorum*
„ *O mihi sola mei* SUPER *Astyanactis imago.*

Ubi *super*, id est *valde*, *expresse*, *vehementer*, explicat Servius: quæ exempla in eamdem sententiam affert Nonius Marcellus. Ad hæc quis ignorat, primos illos Ecclesiæ Patres non elegantiam sermonis, sed sanctam modestiam verbis & moribus exprimentes, vocabulis & dicendi modis a vulgo petitis sæpe usos? Audiamus Hieronymum, de Hegesippo, sancto Pio æquali, scribentem [11]: *Ecclesiasticorum texens*
B *historias, quinque libros composuit* SERMONE SIMPLICI; *ut quorum vitam sectabatur*, DICENDI *quoque* EXPRIMERET CHARACTEREM.

I I I.

„ Viris doctis aqua hæret, ubi Pius Viennam *Senatoriam urbem* appellat. Blondellus enim hanc notulam ibidem appendit: *Cur vero* SENATORIA *Vienna dicatur, doceat qui potest.* Dodvvellus item vel hinc utramque Epistolam respuens, hæc profert [12]: *Urbem Viennensem* SENATORIAM *appellat in utraque Epistola Pseudo-Pius; quod quo jure fecerit, plane nescio.*
C Idem Blondellus in libro de Primatu pag. 713. ubi a sua priore sententia recedens, utramque Epistolam sinceram agnovit, Viennam quidem *Senatoriam* antiquitus dictam fatetur: sed unde illi hoc nomen adhæserit, se nondum assecutum prodit, sugillatque Philippum Berterium quasi ab Adone illud primo inventum tradidisset: de quo tamen Berterius non cogitavit. Tillemontius vero idem vocabulum, Epistolæ nequaquam proprium, cuique Viennensi magis, quam pontifici secundi sæculi consentaneum pronuntiat. Sic Critici, de rebus antiquis præpostere judicantes, per avia & devia feruntur. Sed non ita quidem judicavit Claudius Drusi filius in oratione super civitate Gallis danda
D apud Gruterum [13]: ubi ante Pium sæculo integro, & eo amplius, de eadem urbe Vienna sic loquitur imperator: *Ornatissima ecce colonia, valentissimaque Viennensium, quum longo jam tempore* SENATORES *huic curiæ confert.* Viden' unde Vienna *Senatoriæ* cognomentum acceperit? Gregorius Turonensis Viennensem civem & episcopum, nomine Virum, *Senatorem* appellat: *Obiit*, inquit [14], *Evantius Viennensis episcopus, in cujus sedem Virus presbyter de* SENATORIBUS, *rege eligente, substituitur.* Avitus Viennensis episcopus a Gregorio nequaquam abludens, hæc habet [15]: *Viennensis* SENATUS, *cujus tunc numerosis Illustribus curia florebat.*
E Rursus in epistola ad Festum se vocat SENATOREM *Romanum*, quum esset civis Viennensis. Ad hæc in epitaphio dicitur sepultus *in monasterio sanctorum Petri & Paulli apud* SENATORIAM *Viennensium urbem.* Sic Avitus. *Senatoriæ* autem nomen a Romanis Viennæ inditum, quod ejus Senatus Gallias moderaretur,

1. *Vicecom.* lib. I. de Missæ ritib. cap. V.
2. *Brisson.* lib. IV. de Formul. prope finem.
3. *Avit.* Epist. I.
4. *Baron.* ad ann. 34. §. IX.
5. *Bossuet.* Expl. prec. Miss. §. II.
6. *Vict. Vit.* de persecut. Vandal. capp. II, & XIII.
7. *Pears.* opp. posth. pag. 268.
8. *Gratian.* Distinct. II. de Consecr. C. *Si per negligentiam*.

* Vide *Coutant.* Epist. Rom. Pont. pag. 69. §. 7.
9. *Virgil.* lib. I. Æneid. v. 29.
10. Id. ibid. lib. II. v. 489.
11. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XXII.
12. *Dodw.* ad Pearf. pag. 90.
13. *Gruter.* pag. DCC. in tab. II. Lugdun.
14. *Gregor. Turon.* Hist. lib. VIII. cap. XXXIX.
15. *Avit.* hom. de rogat. apud Sirmond. tom. II. opp. pag. 136.

,, auctor est Ado in Chronico. Sed Philippus Ber-
,, terius [1] Adonem erraſſe contendit. At errave-
,, rit ille in cauſſa nominis adſignanda: in nomi-
,, ne ipſo quidem antiquitus adſignato nequaquam
,, erravit.

I V.

,, Quod ſcribit Pius de presbyteris ab Apoſto-
,, lis educatis : *qui a Domino vocati in* CUBILI-
,, BUS *æternis clauſi tenentur*, peculiari charactẽ-
,, re tamquam obelo dignum notavit Blondellus.
,, Heic tamen verba & ſenſus perpendi poſſunt.
,, In verbis nemo non videt, Pium reſpexiſſe il-
,, lud Pſalmi CXLIX. 5. *Exſultabunt ſancti in glo-*
B ,, *ria, lætabuntur in* CUBILIBUS *ſuis*; de quo Lu-
,, cas XVI. 19. & Auguſtinus [2]. Vide Ludovici Cap-
,, pelli diſſertationem, quam inſcripſit *Mortuorum*
,, *vitam* [3]. In ſenſu perpendi poteſt celebris &
,, olim pervulgata doctrina de *receptaculis anima-*
,, *rum*. De receptaculis animarum & ſtatu poſt
,, mortem antiqui Patres diſputantes, ab ipſis Apo-
,, ſtolorum temporibus ad Gregorii XI. pontifica-
,, tum Florentinumque concilium, hoc eſt toto
,, ferme quatuordecim ſæculorum ſpatio, incerti
,, interque ſe diſſentientes fuerunt, veluti in re
,, de qua Eccleſia catholica nondum quidquam
,, definierat : ſinguli enim in ſuis ſententiis prin-
C ,, cipia ſibi a divinis litteris ſuppeditari exiſti-
,, mabant. Conſulatur præfatio ad librum ſancti
,, Ambroſii *de Bono mortis* [4]. Nonnulli eorum,
,, animas corporibus exutas & procul a viſione Dei
,, in quibuſdam habitaculis concluſas, ad uſque ge-
,, neralem reſurrectionem ſervari putabant, ibi
,, mercedem operibus ſuis debitam, hoc eſt divi-
,, ni conſpectus fruitionem in die ultimo redden-
,, dam, exſpectaturas : qua de re multa congerit
,, clari ingenii & doctrinæ theologus Dionyſius
,, Petavius [5]. Verum quidem eſt, inter hujus ſen-
,, tentiæ ſectatores, Millenariorum ſomniis quoſ-
,, dam imbutos fuiſſe, ut Irenæus, Tertullianus,
,, Apollinarius, Lactantius, Victorinus & alii.
D ,, Non omnes tamen Patres, qui ante magnum
,, diem ſuſpenſam Sanctorum felicitatem adſtruere
,, viſi ſunt, Chiliaſtarum nugis adhæſerunt : non
,, quidem Ambroſius, Auguſtinus, Nazianzenus,
,, Chryſoſtomus, Bernardus & alii, quorum ſen-
,, tentias digerit Sixtus Senenſis [6] & Guillelmus
,, Eſtius [7].
,, Infinitus eſſem, ſi huc omnes adducerem qui
,, in hac ſententia fuerunt, antequam œcumenica
,, Synodus Florentina decerneret, animos nullo
,, poſt baptiſmum peccato fœdatos, vel jam con-
,, tracto omnino purgatos, *in cælum mox recipi,*
,, *& intueri clare ipſum Deum trinum & unum,*
,, *ſicuti eſt, pro meritorum tamen diverſitate alium*
,, *alio perfectius*. Ad quam quidem Florentini con-
E ,, cilii ſanctionem Sixtus Senenſis facile reduci ar-
,, bitratur nonnullas eorumdem Patrum ſenten-
,, tias, ſi duplicem ſcilicet beatitudinis ſtatum
,, divino conſpectu fruentium conſideremus; unum
,, animæ ſine corpore uſque ad univerſale judi-
,, cium : quem ſtatum veteres variis nominibus
,, deſcribentes, dixerunt *ſinum Abrabæ, Paradi-*

A ,, *ſum primis parentibus ademtum, Altare ex-*
,, *terius, ſub Altare Dei, Sanctorum veſtibu-*
,, *lum, Atria Dei, promtuaria animarum, ſe-*
,, *creta receptacula, animarum cuſtodiam, ſervitu-*
,, *tis requiem, adeptas repromiſſiones* & etiam *cu-*
,, *bilia æterna*, ut noſter pontifex Pius. Alter ſta-
,, tus animæ conſiderari poteſt, reſumto corpore
,, poſt extremum judicium : quem ſtatum ſimiliter
,, diverſis appellationibus nuncuparunt, *domum*
,, *Dei, Altare interius, ſuper Altare, ſublimiora*
,, *cælorum* & *conſummationem gloriæ*. Proinde quum
,, apud veteres Patres legimus juſtorum animas vi-
,, vere aut *in ſinu Abrahæ*, aut *in Paradiſi ne-*
,, *more*, aut *ſub altare Dei*, aut *in abditis rece-*
,, *ptaculis*, aut *in cubilibus æternis*, ibique exſpe-
,, ctare futuræ gloriæ præmia : non ſtatim ſuſpi-
,, cari debemus, eos crediđiſſe, animas Sanctorum
,, carere divini intuitus gloria, & nondum potiri
,, perfecta illa & conſummata felicitate, quam
,, poſt corporis reſurrectionem exſpectant. Ita rem
,, explicat etiam Magiſter Sententiarum [8], notans
,, ex Auguſtino, *majus futurum gaudium Sancto-*
,, *rum in reſurrectione, quam fuerit ante* : tunc
,, enim conſummabitur felicitas. Ideo Bernardus
,, enarrans cap. VI. Apocalypſeos docuit, animas
,, Sanctorum *uſque ad diem judicii quieſcere ſub*
,, *altare Dei, id eſt in ſola viſione humanitatis*
,, *Chriſti, donec veniat tempus in quo filius Dei*
,, *poſt univerſalem reſurrectionem oſtendat ſe ipſum*
,, *illis in forma Dei una cum Patre & Spiritu*
,, *ſancto*. Deinde alibi [9] tres animarum ſtatus re-
,, cenſet. I. in corpore corruptibili. II. ſine cor-
,, pore. III. in beatitudine conſummata.
,, Ex his nemo non videt, germanam antiqui-
,, tatem Epiſtolæ I. ſancti Pii vel illa phraſi invi-
,, cte probari, qua *in cubilibus æternis* animæ San-
,, ctorum *clauſæ* TENERI dicuntur. Licet vero ea-
,, dem phraſis illi perſimilis videatur qua utitur
,, Lactantius [10], ubi *animas* ait *in una communi-*
,, *que cuſtodia* DETINERI; quem loquendi modum
,, S. Hieronymus ferre non potuit in Vigilantio,
,, cui propterea exprobravit: *Tu Apoſtolis vincu-*
,, *la injicis, ut uſque ad diem judicii* TENEANTUR
,, *in cuſtodia* : attamen S. Pius veluti ceterorum
,, magiſter, unus omnium tutiorem & faciliorem
,, viam preſſit, dum Sanctorum animas non alibi
,, quam in cæleſti beatitudine diſerte collocavit,
,, earum cubilia *eterna* appellans; non vero *corpo-*
,, *reas*, non *ſubterraneas*, neque ad extremum uſ-
,, que judicium tantum duraturas habitationes, ut
,, ſenſit Lactantius & Tertullianus [11]. Hæc cubi-
,, lia ſunt *manſiones* illæ *in domo Patris*, quibus
,, Chriſtus varios gloriæ beatorum gradus deſigna-
,, vit [12]. Hinc piæ memoriæ Cardinalis Thoma-
,, ſius, interioris eccleſiaſticæ antiquitatis longe
,, peritiſſimus, *cubilia* in Pſalmo CXLIX. *manſio-*
,, *nes* interpretatus eſt [13]. Atque hæc procul ſunt
,, ab erroribus, nullam animam ante diem judi-
,, cii beatam eſſe dicentium, de quibus accurate
,, agit Alphonſus a Caſtro [14]. Sanctorum autem
,, animæ dicuntur cubilibus clauſæ teneri, vel ad
,, introitum regni cæleſtis per cuſtodiam reſerva-
,, ri, ut loquitur Hilarius Pictavienſis [15], quia
,, ibidem protectione & ſocietate Domini ab om-

1. *Berter.* Diatr. II. pag. 208.
2. *Aug.* lib. II. quæſt. XXXVIII. §. 3. in Evangel.
3. *Cappell.* opp. crit. 243-258. edit. Amſtel. 1689. ubi citata diſſertatio inſcribitur : *de ſtatu Animorum poſt mortem.*
4. *Ambroſ.* opp. tom. 1. col. 385. edit. nov. BB.
5. *Petav.* Dogm. theol. tom. 1. capp. XIII. XIV. pagg. 503. ſeqq.
6. *Sixt. Sen.* Bibl. ſacr. lib. VI. adnotat. CCCXLV.
7. *Eſt.* lib. IV. Sentent. diſtinct. XLV. §. 6.
8. *Pet. Lomb.* lib. IV. diſtinct. XLV. §. 1.
9. *Bern.* Serm. III. de feſt. omn. Sanctor.
10. *Lactant.* divin. Inſtitut. lib. VII. cap. XXI.
11. *Tertull.* de Anim. cap. LV.
12. *Joan.* XIV. 2.
13. *Thomaſ.* Pſalter. edit. II. ann. 1697. pag. 644.
14. *Alph. a Caſtro* lib. III. adv. hæreſ. pag. 221. opp. edit. Pariſ. 1571.
15. *Hilar.* in Pſalm. CXX. 16.

„ ni malo liberantur. Unde idem Hilarius [1] nihil A nobis a sæculi violentia timendum docet, quum *Christi consortium mors acquirat*. Consule clarissimos & celeberrimos viros, qui Hilarium nuper ediderunt [2]. Hæc satis pro *cubilibus æternis* sancti Pii vindicandis. „

Dum ista cl. Fontanini dictata exscribo atque ab eo Hilarium Pictaviensem excitatum video, præstans illa mihi succurrit dissertatio, qua celebris theologus Angelus Maria Feltrius ejusdem sancti Pictavorum antistitis sententiam *de Piorum statu in sinu Abrahæ ante Christi mortem* illustrat. In eo siquidem non minus diligenter elaborato quam elucubrato scripto, quo sibi ad illam satis implexam quæstionem enodandam viam sternat, demonstrat B vir doctissimus [3] sanctum Patrem docuisse, cælestem gloriam non exspectata carnis resurrectione justis novi Testamenti a Deo esse collatam. Cujus quidem Feltrianæ disputationis alibi opportunior usus. Ceterum Ecclesiæ catholicæ doctrinam qua erudimur, beatificam Dei visionem statim consequi justos quoscumque ab omni labis nexu liberos hinc emigrantes, hac nostra demum ætate contra Burnetum, Chandlerum atque Ruchatum qui eos Britannos nuper est affectatus [4], strenue confutati sunt ex Patribus tum Græcis tum Latinis, Muratorius præ ceteris [5], Maffeius [6], Ballerinii [7] aliique: ut superiore sæculo Petavius [8], Thomassinus [9], Huetius [10]. Sic porro pergit Fontaninus. C

V.

„ Aliud falsitatis argumentum Pii epistolæ objici video per hæc verba: *Salutant te Soter & Eleutherus digni presbyteri*. Nulla heic mentio Aniceti fieri putatur, propterea quod ab auctore epistolæ dudum ante Pium in Pontificatu mortuus existimaretur, errore ut creditur hausto ex Catalogo Henscheniano & ex Anastasio. Ita Pearsonius [11]: quo etiam judice, Eleutherus sub Pio presbyter esse non potuit, qui erat *diaconus* sub Pii successore Aniceto, ex Hegesippo teste oculato apud Eusebium [12]. Sed nonne ex codicibus mss. Anastasii, & ex consulatibus Bucheriani D Catalogi, ab Henschenio postmodum male habiti, Aniceto Pium, non Pio Anicetum præponi jam vidimus? Quei ergo errorem modo excogitatum, inde olim haurire potuit auctor epistolæ? At vero præteritus non fuit Anicetus, propterea quod reapse tunc amplius vivere non crederetur; sed aliam ob caussam nobis ignotam, vel quod Urbe tunc procul abesset dum verus Pius veram epistolam scripsit: etenim viri illi sanctissimi non semper una versabantur, sæpenumero huc & illuc magnis fidelium necessitatibus occurrentes. Pergo ulterius. Sicuti ex hac salutatione non sequitur, alios presbyteros & diaconos tunc Romæ non vixisse præter *So-* E *terem & Eleutherum*, propterea quod Pius singulos non expresserit; eodem pacto futilissimum est affirmare, Anicetum ideo præteritum quod ab auctore epistolæ jampridem ante Pium mortuus crederetur, errore scilicet ex corruptis Pontificum nomenclatoribus hausto. Concordius in Actis apud Bollandum [13] quæ elegantiæ commendantur a Tillemontio [14], dicitur in subdiaconum consecratus a Pio nostro, qui tamen nullam ejus mentionem facit in epistola I. ad Justum.

„ Quod *Eleutherum* spectat, a Pio cum Sotere *presbyterorum* nomine comprehensum, quem tamen Hegesippus sub Aniceto Pii successore *diaconum* dixerit, facillime respondetur. Etenim S. Joannes Chrysostomus ait [15], antiquitus nomine *presbyterorum* etiam *diaconos* venisse. Hoc præsertim factum ubi uterque simul contigit memorari, ut in epistola Pii, in qua *senioris* seu *presbyteri* nomen ad *diaconum* honoris caussa extensum est. Immo non *diaconos* tantum, sed & reliquam cleri partem complexum idem *presbyteri* nomen, docet epistola IX. S. Cornelii Papæ [16]. Pari pacto *diaconi* nomen in ecclesia antiqua presbyteros complexum, viri docti ad Clementinam epistolam I. ad Corinthios cap. XLII. adnotaverunt, nempe ad ministerii nomen, non ad alterutrius gradum respicientes. Quum vero *diaconi* nomen *ministrum* denotet, fortasse Hegesippus *ministrum* generatim sumtum judicare voluit, ubi Eleutherum Aniceti *diaconum* dixit. *Minister* enim late sumtus, non unus *diaconus*, sed etiam *presbyter*. Ceterum reliqua in epistola Pii dum recte conveniunt, unum *presbyteri* nomen Eleuthero *diacono* adscriptum nos remorari non debet, quominus hac una ex caussa illam Pio adjudicemus.

VI.

„ Blondello denique stomachum movet, a Pio palmam *perseverabilem* dici, & epistolam his verbis claudi: *Cerinthus primarches Satanæ multos avertit a fide*. Sed utrumque infeliciter: palmam enim *perseverabilem*, sive æternum duraturam, deduci a *persevero*, ut ejusmodi sexcenta alia, nemo nisi cavillandi studio negaverit. Illud porro gravius, quod in *Cerintho* reprehenditur: scilicet plus æquo longævum fieri, qui *multos* adhuc *avertere a fide* sub Pio tradatur. At si auctore Baronio [17], Polycarpus Apostolorum discipulus Pii tempora pertigit, *Cerinthus* etiam pertingere potuit; præcipue ubi iis consenserimus, qui *Cerinthum* post Carpocratem hæreses suas sparsisse crediderunt. Carpocrates enim erroribus suis inclaruit imperante Hadriano. Sed hæc nihili facit Nicolaus Nurrius [18]: quum Irenæus cujus vestigiis reliqui institerunt, in sua hæreticorum recensione tempora invertens, chronologico ordini minime inhæreat. Polycarpus autem, *Cerintho* jam amoto ceterisque Apostolis jam demortuis, Joannem valde senem audivit. Quare Epiphanius [19] scribit, *Cerinthum* & Ebionem antegressos *Valentinum*, quem illis posteriorem facit.

1. *Hilar.* in Psalm. CXIX.
2. *Coutant.* præfat. ad opp. Hilar. pag. 63. §. 6. num. 203.
3. *Feltr.* S. Hilar. sentent. de Pior. Stat. in sinu Abrah.
4. *Ruchat.* Lettres & Monumens de trois Peres apostoliques, pagg. 74. 559. 658.
5. *Murat.* de Paradis. regniq. cæl. glor. cap. II. p. 8. seqq.
6. *Maff.* Opusc. eccl. pag. 176.
7. *Ballerin.* ad S. Zenon. Sermon. Dissertat. II. cap. X. pag. CVII.
8. *Petav.* l. c.
9. *Thomass.* theolog. dogm. tom. II. lib. VI. cap. XVIII. pag. 372.
10. *Huet.* Origenian. lib. II. quæst. XI. §§. IX-XV. pag. 144. seq.
11. *Pearson.* opp. posthum. pag. 268. & Vindic. Ignat. part. II. cap. XIII. pag. 169.
12. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXII.
13. *Bolland.* Act. SS. tom. I. Januar. pag. 286.
14. *Tillemont.* Mem. eccl. tom. I. pag. 286.
15. *Chrysost.* in Epist. ad Philipp. I. 1.
16. *Coutant.* Epist. Rom. Pontif. pag. 147. not. 6.
17. *Baron.* ad ann. 166. §. II.
18. *Nourr.* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 281.
19. *Epiphan.* Hær. XXXI.

„ *Cerinthus* ergo sub Pio supereſſe non potuit: propterea que in alteram Baronii ſententiam eundum eſt; ut non *Cerinthum viventem*, ſed ejus hæreſim in ſectariis graſſantem multoſque avertentem a fide Pius innuere dicatur. Satis enim ſeducti a *Cerintho* videri poterant, qui a recto fidei inſtituto per ipſam ejus doctrinam abſtrahebantur: quomodo *Tatianus* qui inſanas *Valentini* de Æonibus opiniones animo imbiberat, ut docet Irenæus, cui Clemens Alexandrinus ejus æqualis ſuffragatur [1]. Ait enim, hæreſiarcham e *ſchola Valentini* prodiiſſe: non quod *Valentini* auditor fuerit umquam, ſed quod ejus exceperit diſciplinam, a qua totum habuit fere quidquid habuit. Hinc auctor appendicis ad Tertullianum *de Præſcriptionibus* affirmat Tatianum *totum cum Valentino ſapere*, obſervante *Longuerueo* [2]. Gnoſtica errorum portenta quæ *Cerinthus* excogitavit, deinde per *Valentinum* primarium ejus ſectæ diſcipulum in ſyſtema creviſſe, egregio doctrinæ apparatu oſtendit Georgius Bullus [3]. *Valentinus* autem, pontifice Hygino Pii deceſſore pravorum dogmatum plauſtra Romam invexit, viguitque ſub Pio uſque ad Anicetum ſuperſtes, uti ex Irenæo & Euſebio in comperto eſt. Non ergo de *Cerintho* etiamnum vivo intellexit Pius, ſed de eodem in *Valentino* contra Chriſti fidem graſſante: neque verbum *avertit* pro tempore elapſo accipiendum, ut accepit Labbeus [4]; quippe inſolens valde fuiſſet, de clade per *Cerinthum* ipſum catholicæ religioni olim allata, Juſtum epiſcopum tam ſero a Pio certiorem factum; qui quidem Juſtus nuper aut paullo ante Roma diſceſſerat.

„ Cenſuram vero in vocem ſemigræcam *primarcha* ſeu *primarches*, qua Pius Cerinthum ornat, non moror: quo enim tempore cives Romani Græcis erant permixti, adeo familiaris fuit Romæ Græcus ſermo, ut imperator M. Aurelius integros libros Græce conſcripſerit, & Chriſtiani ſuas Apologias itidem Græce imperatori eidem obtulerint. Quare, ut egregie adnotat V. C. Philippus Bonarotius [5], nihil mirum ſi tunc in ore vulgi Græcus ſermo cum Latino aliquando coaluit. Pari pacto ex eadem cauſſa in Græcorum ſcripta Latina vocabula irrepſerunt. In Epiſtolis genuinis Ignatii martyris legimus [6] *ἐξεμπλάριον*, *exemplarium* ſive exemplar: item [7] *δεσέρτωρ*, *deſertor*: *δεπόσιτα*, *depoſita*: *ἀκκεπτα*, *accepta* [8]. In nummo etiam apud Gisbertum Cuperum [9], ΔIVOΣ, *divus*. Non enim in noſtra Epiſtola, ut ſuſpicatur Blondellus, antiqui codices *patriarcha* potius quam *primarcha* exhibuiſſe putandi ſunt, quum *patriarchæ* nomen Pii tempore extra Hebræos non innoteſceret. Nec alias Pius voce tam ſacra in Cerinthi gratiam abuſus fuiſſet.

„ „ Præterea [10] veritati examuſſim cohæret & illud quod tradit Pius, presbyteros ſcilicet Apoſtolorum alumnos, tunc diem ſuum obiiſſe. Prima enim Apoſtolorum ſucceſſio uſque ad tempora M. Antonini producitur: quo imperante Polycarpus Joannis Apoſtoli diſcipulus coronam martyrii reportavit, ut in Euſebium notat Valeſius [11]. De ſanctis autem Timotheo & Marco, qui in hac eadem epiſtola I. *per bonum certamen* tranſiiſſe dicuntur, mentio ſupereſt in tabulis eccleſiaſticis die XXIV. Martii; ubi ex veteri Martyrologio ms. S. Cyriaci, ſub Antonino paſſos tradit Baronius: deque iis agunt Hagiologi Bollandiani [12]. Alteram Pii epiſtolam vindicare pergamus.

SECTIO III.

De Epiſtola II. ejuſdem S. Pii Juſto Viennenſi epiſcopo inſcripta.

IV. „ MUlta in Epiſtola II. improbat Blondellus. Suntque hujuſmodi.

I.

„ *Gaudium ineſtimabile facere*: qua tamen dictione vix quidquam magis latinum afferri poteſt, niſi Livium barbare ſcripſiſſe dicamus. Livius enim dixit [13]: *ineſtimabile gaudium*. Cicero [14]: *recta & honeſta quæ ſunt, ea* FACERE *per ſe* LÆTITIAM. Sic *terrorem*, *pavorem*, *dolorem & luctum* FACERE, occurrit apud Ciceronem & Livium; qui Circum Tiberi ſuperfuſo, *terrorem ingentem* FECISSE ſcribit [15]. Sed nec verbum *recognoſcet* arridet Blondello: & tamen Livius ait [16]: *biduum ad* RECOGNOSCENDAS *res datum*. Virgilius [17]:

„ *Dona* RECOGNOSCIT *populorum*.

Tacitus [18]: RECOGNOSCERE *ſpatia certaminum*. Atque iterum [19]: RECOGNOSENDA *dona*.

II.

„ Martyrum corpora cur *membra Dei* perperam dici putat Blondellus, ſi Paullus, *neſcitis*, inquit [20], *quoniam corpora veſtra*, MEMBRA *ſunt* CHRISTI? *Tollens ergo* MEMBRA CHRISTI, *faciam membra meretricis? Abſit*. Et paullo poſt: *An neſcitis, quia* MEMBRA *veſtra, templum ſunt Spiritus ſancti, qui in Vobis eſt, quem habetis a Deo, & non eſtis veſtri? Emti enim eſtis pretio magno. Glorificate &* PORTATE DEUM *in* CORPORE *veſtro* [21].

III.

„ Negat Apoſtolos Stephanum *curaviſſe*, quod

1. *Clem. Alex.* Strom. lib. III. pag. 465.
2. *Longuer.* pag. XIII. Diſſertat. in Tatianum ad calcem edit. Oxon. 1700. 8.
3. *Bull.* Defenſ. fid. Nic. ſect. III. cap. I. a pag. 288.
4. *Labb.* ad Concil. tom. I. pag. 576.
5. *Bonar.* Obſerv. ad ſacr. Vitr. pag. 203.
6. *Ignat.* Epiſt. ad Smyrn. cap. XII. ad Epheſ. cap. II. ad Trall. cap. III.
7. Id. Epiſt. ad Polycarp. cap. VI.
8. Vid. ſupra Prolegom. cap. VII. §. IV. pag. LIX.
9. *Cuper.* Apotheoſ. Homer. pag. 243.
10. *Fonta.* l. c. §. 4. pag. 90. & §. 6. pag. 92.
11. *Valeſ.* ad Euſeb. Hiſt. eccl. lib. II. cap. XXIII. ſub init.
12. *Bolland.* Act. SS. Maii tom. III. pag. 477.
13. *Liv.* lib. XXIX. cap. XXXII.
14. *Cic.* de Finib. cap. I.
15. *Liv.* lib. VII. cap. III.
16. Id. lib. V. cap. XVI.
17. *Virg.* Æneid. lib. VIII. v. 721.
18. *Tacit.* Hiſt. lib. II. cap. LXX.
19. Id. Vit. Agric. cap. VI.
20. I. Cor. VI. 15. 19. 20.
21. Vid. ſupra cap. I. §. VIII. ubi Clementis Rom. Epiſtolæ I. ad Corinth. locus inſignis de CHRISTI *divinitate* propugnatur.

„ Pius tamen affirmat. Sed Lucas rem ita narrat [1]: *Facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesia quæ erat Hierosolymis: & omnes dispersi sunt per regiones Judeæ & Samariæ*, PRÆTER *Apostolos*. CURAVERUNT *autem Stephanum* VIRI TIMORATI, *& fecerunt planctum magnum super eum*. Si *Apostolos* Hierosolymis permansisse certissimum est; cur ipsimet, *viri* profecto *timorati*, corpus Stephani *curare* non potuerunt? quod quidem non tam a Luca, quam a majorum traditione Pius didicisse credendus est. *Curare* hoc loco pertinet ad rem funerariam; unde Svetonius [2]: *imperavit, aquam simul & ligna conferri* CURANDO *mox cadaveri*.

IV.

„ Displicet etiam Blondello hæc clausula Epistolæ II. *Salutat te Senatus pauper Christi, apud Romam constitutus*. Non dissimulat, in Constitutionibus apostolicis dictum [3] *συνέδριον καὶ βουλὴν τῆς ἐκκλησίας*, *Senatum & curiam ecclesiæ*: & ab Ignatio [4], *εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων*, *in locum Senatus Apostolorum*. Verum *an similia scripserit Pius, judicent pii*, inquit Criticus. Sed quum sacra hac phrasi usus fuerit Apostolus Paullus [5]; quumque jam in Ecclesia invaluisset sæculi II. initio quo Ignatius martyr scripsit; non video cur eamdem exinde usurpare non potuerit etiam pontifex Pius. Ea paullo post usus est Origenes [6]: Οὕτω δὲ καὶ βουλὴν ἐκκλησίας Θεοῦ, βουλῇ τῇ καθ' ἑκάστην πόλιν συνεξετάζων, εὕροις ἂν τινες μὲν τῆς ἐκκλησίας βουλευταὶ ἄξιοί εἰσιν, εἴ τίς ἐστιν ἐν τῷ παντὶ πόλις τοῦ Θεοῦ, ἐν ἐκείνῃ πολιτεύεσθαι. *Sic etiam* SENATUM *ecclesiasticum si componas ad Senatum singularum civitatum, invenies quosdam* SENATORES *ecclesiasticos, dignos ubivis gentium administrare divinitus constitutam rempublicam*. In vetustissimis Liturgiis ab Joanne Mabillonio illustratis [7], *Sacerdotes* id est episcopos, *seniores* id est presbyteros, antiqua phrasi dictos invenies.

„ Sed Hermam audiamus ecclesiasticum sæculi apostolici scriptorem [8]: *Tu autem*, inquit, *leges in hac civitate cum* SENIORIBUS, *qui præsunt Ecclesiæ*, consilio tamen, non potestate clavium. Vide Petavii libros de ecclesiastica Hierarchia contra Salmasium. Apud Origenem [9], Rufino interprete, hæc leguntur: *Tu vero annuntiabis presbyteris Ecclesiæ*. Ergo *Seniores* & *Senatus*, sunt *presbyteri* & *presbyterium*. Quare *Senatum* & *Curiam*, ex episcopis, presbyteris & diaconis componi declarant Constitutiones apostolicæ [10]. Hinc tres distinctos in Ecclesia gradus aut ordines sacros fuisse nos docent genuinæ epistolæ Ignatii, ante Pium passi: I. *Episcopum* singularem. II. *Presbyterium* seu presbyterorum Senatum. III. *Diaconos*. Singulos doctissime comprobat Henricus Hammondus [11]. Pius ergo verbis illis, *Senatus pauper Christi*, suos presbyteros designavit: eamdemque phrasim postea usurparunt subsequentium etiam sæculorum scriptores nostri, Optatus [12], Ennodius [13] & Sidonius [14]; apud quos Ecclesiæ *Senatus* seu *presbyterium* non semel occurrit. Hoc *presbyterium* Rufinus *cleri Romani Senatum* vocat [15]: quas voces apud Latinos *ab ætatis notione ad honoris & dignitatis appellationem* transiisse notat Petavius [16]. Morem salutandi in fine litterarum, Christianis tunc fuisse acceptissimum, nos docet Ecclesia Smyrnensis in epistola de martyrio sancti Polycarpi, qui fuit Pio æqualis: ibi enim sic legitur [17]: *Salutate omnes sanctos. Hi qui nobiscum sunt, omnes salutant*: qua in re magnum Ecclesiæ doctorem majores nostri imitari studebant.

„ Hæc de stilo posterioris epistolæ, quam Beveregius *indubitatam* vocat [18], ejus testimonio usus, ut tres distinctos in Ecclesia ordines, episcopos, presbyteros & diaconos, A.D. 143. constitutos ostendat.

„ V. Tillemontius post Blondelli & Pearsonii censuras a me hactenus refutatas, alteri epistolæ sancti Pii majus negotium facessere putat, quod in eadem traditur de Vero Viennensi episcopo e vita sublato, deque *Justo* in ejus locum *a fratribus constituto*: quæ quidem, inquit vir eruditus [19], in concordiam redigi neutiquam possunt cum Sulpicio Severo affirmante, nullum Christi martyrem ante M. Aurelium imperatorem, sive ante annum vulgarem CLX. in Galliis obiisse. Adhæc *Verum* hunc *episcopum* & *martyrem* vel nusquam, vel *confessoris*, non *martyris* titulo memorari contendit: ideoque non ad *secundum*, sed ad *quartum* sæculum pertinere, eoque interfuisse Concilio I. Arelatensi. Chronico autem Adonis episcopi Viennensis, *Crescentem*, *Zachariam* & *Verum* (quem postremum silet Ado ipse in Martyrologio) ab aliena manu insertos videri, minime vero ab Adone eorumdem sanctorum præsulum successore. Addit vir doctus, simplicem *Veri* memoriam superesse in tabulis ecclesiæ Viennensis, at *martyris* elogium deesse in Martyrologio Romano. Sic Tillemontius. Quare heic mihi præcipue laborandum, ut *Verum episcopum & martyrem* ecclesiæ suæ Viennensi restituam: inde enim patebit sinceritas epistolæ sancti Pii.

„ Porro difficile est creditu, Adonem suæ ecclesiæ primordia tam supine ignorasse, ut ea Chronico suo non inseruerit, quum tamen de aliis ecclesiis id accurate præstiterit. Quamobrem Adonem ipsum, & non alium, seriem præsulum Viennensium a Crescente deductam, in Chronico suo digessisse autumo: consonat enim ipsemet Ado in Martyrologio [20], ubi hanc eamdem originem litteris consignavit hoc pacto:

1. *Act.* VIII. 1. 2.
2. *Sveton.* in Neron. cap. XLIX.
3. *Const. apost.* lib. II. cap. XXVIII.
4. *Ignat.* Epist. ad Magnes. cap. VI.
5. I. *Tim.* IV. 14.
6. *Origen.* contr. Cels. lib. III. §. 30. noviss. edit. Paris. & pag. 129. edit. Cantabr. Spenceri, ex qua Græca apposita cum versione Tarini.
7. *Mabill.* de Liturg. Gallic. pagg. 307. 337.
8. *Herm.* Past. lib. I. Vis. II. cap. IV. in fine.
9. *Origen.* Philocal. cap. 1. ex lib. IV. de Princip. cap. II.
10. *Const. apost.* lib. II. cap. XLIX. seqq.
11. *Hammond.* pro episcopat. jurib. Differt. II. cap. XXVI. pag. 117.
12. *Optat.* Gest. Cæcil. & Felic.
13. *Ennod.* Natal. Laurent.
14. *Sidon.* lib. IX. epist. III.
15. *Rufin.* Apol. lib. III. pag. 448. edit. nov. Hieron.
16. *Petav.* de eccl. Hier. lib. 1. cap. XII. §. XVI.
17. *Smyrn. Eccl.* Epist. de martyr. S. Polycarp. cap. XX.
18. *Bevereg.* in not. ad Canon. II. Apost. tom. 1. PP. Apost. pag. 459. col. 2. sub fin. edit. Amst. 1724.
19. *Tillem.* Mem. eccl. tom. I. pag. 584. tom. II. p. 615. & tom. III. pag. 621.
20. *Ado* Martyr. d. XXVII. Jun. pag. 109. edit. Plantin.

„ *Sanctus Crescens Viennæ, civitate Galliarum, per aliquot annos sedit, ibique Zachariam discipulum pro se episcopum ordinavit.* Ante Adonem eadem scripserat Paullus I. pontifex in epistola ad Carolum Magnum, ubi ecclesiam Viennensem, *Apostolorum collegam Crescentem, magistrum habere* meruisse affirmat [1]. Crescentem Gallias religionem edocuisse, ex Paulli epistola II. ad Timotheum colligit Petrus de Marca [2]. Neque ulla alia Galliarum ecclesia præter Viennensem Crescente antistite gloriatur. Nam vir eruditus Nicolaus Serarius qui Crescentem, episcopum Moguntinum facere nititur [3], nullam ejus mentionem in illius ecclesiæ tabulis haberi fatetur: quod primo auctori non contigisset. Petrus Cluniacensis, Galliæ ecclesiarum conditores enumerans, ait [4]: *Irenæus Lugdunensis*, CRESCENS *Viennæ* cet. Passus fuit sub Trajano, ex Baronio [5]. Hoc eodem tempore martyrium subiisse traditur ejus successor *Zacharias*, quem excepit *Martinus*; atque hunc sub eodem Trajano secutus est *Verus*, ut Ado auctor est. Quatuor autem episcopos brevi intervallo Viennensem ecclesiam rexisse, nemo mirabitur qui perpenderit in Hierosolymitana *quindecim* præsules *triginta* annis sedisse, teste Eusebio [6]: & in Romana ab A. D. 883. ad A. D. 912. nempe solis *triginta* annis *quatuordecim* pontifices numerari, ut constat ex Baronianis Annalibus. *Verus* ergo, quem nihil vetat sedisse usque ad A. D. 146. quo universæ Ecclesiæ præesse cœpit Pius, non sub Trajano, sed sub Antonino Magno passus jure dicetur, salva auctoritate Sulpicii, cujus hæc sunt verba [7]: *Sub Aurelio Antonini filio, persecutio quinta agitata: ac tum primum intra Gallias martyria visa, serius trans alpes Dei religione suscepta.*

„ Hunc Sulpicii locum critici recentiores, Sirmondus, Launojus & Tillemontius, interpretatione ex ipsius juris & rhetorum principiis petita, utinam cum diptychis ecclesiasticis in concordiam redigere maluissent: generi enim per speciem derogari docent Jurisconsulti. Petrus de Marca jure quidem, mea sententia, arbitratur [8], Sulpicium loqui de martyriis *generalibus*, nimirum de cæde pontificum simul & plebis Christianæ, quemadmodum in ecclesiis Viennensi & Lugdunensi sub M. Aurelio factum est; cui cladi similis ante in Galliis nulla contigerat. Nec propterea hæc ipsa *generalis* clades impedit, quin antiquitus alii præsules pro Christo mortem obierint, puta Crescens, Zacharias ceterique Viennenses; absque ullo tamen generali Christianæ plebis excidio, ut postea sub Decio pariter factum est, qui in solos episcopos sæviit. Non ideo tamen in rebus pertexendis erravit Sulpicius, qui summa tantum illarum capita libavit, præteriens Gallicanarum sedium origines, quas omnino intactas reliquit.

„ Quod vero ait, *serius trans alpes Dei religione suscepta*, hoc recte quidem ait comparatione habita partium orientalium ipsiusque Italiæ, quæ doctrina fidei prius imbuta est, A proventuque uberiori quam Galliæ, profanarum superstitionum tenaciores. Adhæc Viennam *intra* provinciam Romanam potius quam *intra* Gallias stetisse constat: nam in lemmate Epistolæ *de martyribus Viennensibus* & *Lugdunensibus* apud Eusebium [9], *Lugdunum* vocatur urbs *Galliæ*, quæ postmodum devicta fuit, quæque tunc extra terminos provinciæ Romanæ censebatur. Non ita *Vienna*, quæ proprie erat in provincia Romana; ideoque ad illa non extenditur locus Sulpicii: quod tamen de more audacter pronuntiavit Launojus. In eodem lemmate primum etiam locum habere Viennam propter ejus ecclesiæ antiquitatem, auctor est Blondellus [10]; B non vero, quod honoris prærogativa in ordine civili tunc Viennæ præ Lugduno ex instituto Galbæ competeret, ut visum est Petro de Marca [11]: nam in regimine ecclesiastico primis illis Ecclesiæ sæculis, civilis ejusmodi fastigii dignitatem minime attentam fuisse, egregie ostendit Joannes Morinus [12].

„ *Veri* ergo martyrium recte statuitur sub Antonino Pio, quamvis non eo anno quo illud locat Baronius, a quo vocatur [13] *primus Viennensis Ecclesiæ episcopus*, postquam ejus decessores jam memorasset; idque non errore, ut putavit Blondellus; neque consulto, quasi illum *primum* & non *quartum* Viennensem episcopum C credidisset, ut sibi persuasit Tillemontius: sed propterea quod *tres*, vel saltem *duo Veri* eam sedem diversis temporibus implevissent, ut mox dicam.

„ Nec obstat, ex Adonis Chronico [14] *Verum* A. D. CI. sub *Trajano* floruisse, & A. D. CLXIII. *Justum* ejus successorem martyrio coronatum: quum enim primis illis temporibus satiscat chronologia Adonis, satis est rem ipsam ab eodem fuisse litteris traditam, licet non adeo certo tempori affixam, eo quod res chronologica esset luxata sæculo IX. quo scripsit Ado.

„ Si autem *Verus* qui adest in Chronico Adonis, ab ejusdem Martyrologio abest; non inde D consequitur, ab aliena manu in Chronicon irrepsisse, quod Guillelmus Morellus typographus regius cum editione Jodoci Badii, & cum *antiquissimo* codice Viennensi collatum vulgavit Parisiis A. D. 1561. quippe neminem fugit, librarios in Martyrologiis exscribendis alios Sanctos addere, alios omittere consuevisse: unde quot sunt Martyrologii Usuardini codices calamo aut typis descripti, totidem spissa lectionum discrimina in iisdem occurrunt. Pari pacto Desiderius Veri II. successor in eadem sede Viennensi, qui martyr obiit A. D. 607. memoratur in Chronico Adonis [15], reticetur in Martyrologio, quamquam ipsemet Ado seorsum ejus E martyrium descripsit. Vide Cointium [16]. Itaque suscipienda est traditio ecclesiæ Viennensis, quæ *Verum* tamquam *martyrem*, sive ut phrasi utar Adonis, *confessione fidei illustrem* colit die prima Augusti: *victor enim de mundi principe triumphavit*, teste Pio; licet martyrii nota (quod alibi etiam sæpe contingit) desit in Bedæ, Ga-

1. Apud *Jo. a Bosco* biblioth. Floriac. part. III. pag. 45.
2. *Marca* Epist. ad Henr. Valef. §. III. pag. 425. Exstat subjecta Differtatt. *de Concordia*.
3. *Serar.* Mogunt. cap. II. pag. 231.
4. *Petr. Clun.* lib. I. epist. II.
5. *Baron.* ad ann. 118. §. IV. & in Martyrol. ad d. XXVII. Junii.
6. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. V.
7. *Sulp. Sev.* Hist. sacr. lib. II. cap. XXXII. pag. 246. edit. Lipf. 1709.
8. *Marca* Epist. ad Valef. §. XXIII.
9. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. I.
10. *Blondel.* de Primat. pag. 714.
11. *Marca* de Primatib. §. CXII.
12. *Morin.* lib. I. Exercit. XVIII.
13. *Baron.* ad ann. 166. §. VII.
14. *Ado* Chron. ætat. V. pagg. 124. 127.
15. Id. ibid. ætat. VI. pag. 189.
16. *Coint.* Annal. eccl. Francor. tom. II. pag. 576.

,, lesinii & Baronii martyrologiis; in Usuardo quoque Cartusiano & Bruxellensi apud Sollerium [1], ubi tamen non *Verus*, sed *Severus* dicitur.

,, Ex his patet, huic *Vero* martyri nihil esse commune cum *Vero* illo, qui A. D. 314. interfuit concilio I. Arelatensi, in quo sic legitur [2]: *Verus episcopus, Beda exorcista, de civitate Viennensi*: ubi nihilominus non *Verum*, sed *Claudium* interfuisse ait Ado [3]: forte enim in concilio obiit *Claudius*, cui statim suffectus est *Verus*: quare uterque interesse potuit; nisi idem fuerit binominis, vel Adonem ex Baronio [4] falsum esse malimus; quemadmodum falsus est affirmando, illud concilium ex episcopis *sexcentis* coactum tempore *Nicæni*, cui tamen *undecim* annos prævivit, *ducentisque* tantum episcopis constitit. Hic *Verus*, ut notat Baronius ad diem I. Augusti, *secundus* est ejus nominis episcopus Viennensis: *tertius* enim qui rectius dicitur *Virus*, vixit A. D. 583. post Evantium & ante Desiderium, ex Adone in Chronico & Martyrologio die III. Januarii. Hoc *Viri* nomen alias antiquis minime ignotum observat Petrus Franciscus Chiffletius [5]. Trium *Verorum* distinctionem post Baronium olfecit etiam Bollandus [6].

,, Jam ad *Justum* episcopum *Veri* I. successorem descendamus. Ado in Chronico, nimirum in proprio, non in alieno opere, eum non semel quidem, sed iterum & tertium nominat. Nam sub Hadriano, ait [7]: Hoc itidem tempore *Justus Viennensis ecclesiæ episcopus, illustrissimus in confessione exstitit*. Sub Antonino de eodem sic scribit [8]: *Viennensium episcopus Justus adhuc clarus habetur*. Et demum sub M. Aurelio [9]: *Justus Viennensis episcopus longo tempore exsilio maceratus, martyr gloriosus efficitur*. In appendice ad Martyrologium Adonis quod vulgavit Rosvveydus, die IV. Maii hæc de eo leguntur: *Memoria beatissimi Justi Viennensis episcopi*: & quasi hæc lectio sine expressione martyrii non esset satis genuina, eam Rosvveydus asterisco signavit. *Justus* eadem die recensetur in Bedæ Martyrologio, & etiam apud Usuardum, editionum Lubecensis & Coloniensis A. D. 1475. 1490. & in codice Bruxellensi apud Sollerium [10]. Rursus in duobus aliis Martyrologiis mss. ecclesiæ Viennensis, in Kalendario antiqui Missalis, in Florario ms. Sanctorum tomo II. Maii Bollandiani, & in Catalogo ibidem exscripto, in quo passus traditur sub M. Aurelio. Rectius profecto ejus sedes inter Antoninum & Marcum arctatur: ut proinde illi tribuendi non sint tot anni, ac vulgo tribuuntur.

,, Ex his quæ dicta sunt, existimo, epistolæ sancti Pii sinceritatem, iis quæ de Vero & Justo in ea memorantur, infirmari neutiquam posse. *Attalus* autem & litteras martyrum & nuntium de Veri triumpho ad Pium tulisse dicitur in hac ejusdem epistola; quia moris fuit, quum episcopus ad episcopum scriberet, alicui tantum Ecclesiæ ministro litteras credere. Adi Baronium ad diem III. Februarii. Neque is Attalus a celebri Pergameno diversus putandus est; cujus postea & ceterorum agonem egregie toleratum, epistola ecclesiarum Viennensis & Lugdunensis ad Asianos scripta testatur apud Eusebium [11]. Tunc Viennam episcopum proprium, & quidem *Justum* de quo loquimur, habuisse concludit Henricus Valesius in notis ad eamdem epistolam: dum enim *ex* UTRAQUE *ecclesia præstantissimi quique detenti* dicuntur, manifesto apparet Viennam perinde ac Lugdunum, suum tunc episcopum habuisse, nempe A. D. 177. qui fuit XVIII. imperii Marci; quippe *Ecclesia* ab antiquis scriptoribus non dicitur nisi *matrix*, quam *cathedralem* vocamus. Valesio adstipulatur Ruinartius [12]. Recte ergo sanctus Pius Justum recens electum sic alloquitur: *Tu vero apud Senatoriam urbem Viennensem ejus loco* (id est Veri) *a fratribus constitutus & colobio episcoporum vestitus, vide ut ministerium quod accepisti, in Domino impleas*. Hæc de re historica, in Pii litteris comprehensa.

VI. ,, Sed Blondellus & Tillemontius *Colobium* istud Justo detrahere conantur, ceu vestimenti genus episcopo minime proprium. An jure id agant, jam a nobis quærendum est. Veteres tam Romani quam Græci duplicem *tunicam* exteriorem habuerunt: aliam manicatam & longam, quam *chiriodotum*; aliam nec manicatam nec longam, quam *Colobium* Græce, Tunicam Latine dixerunt. Consulantur de hoc Justus Lipsius [13] & Octavius Ferrarius [14]. Tertullianus *tunicam* ejusmodi sive *colobium*, vestem tam Gentilibus quam Christianis alias communem, sic graphice delineavit [15]: *Neque trans crura prodige, nec intra genua inverecunde, nec brachiis parce, nec manibus arcte*. Sed erat etiam aliud *colobium* ab vulgari & communi diversum, quo uni episcopi in sacris utebantur, propterea dictum a Pio *colobium episcoporum*. De eo fit mentio in Actis Petri Alexandrini sub Maximino passi, quæ in suum Martyrologium transtulit Ado VII. Kal. Decembres: ibi enim vir sanctissimus Christum sibi apparuisse memorans: *Erat autem*, inquit, *indutus* COLOBIO LINEO CANDIDO, *nimis conscisso a summo usque deorsum, & ambabus manibus conjungebat illud circa pectus suum, quodammodo cooperiens nuditatem suam: quem ut vidi, timore nimio correptus, tandem confortatus ajo ad eum: quid est Domine, quod video* TUNICAM *tuam scissam a summo usque deorsum?* Eadem prostant in vulgato Martyrologio Bedæ, & in meo codice ms. Usuardi. Sic Petrus unum idemque vestimentum & *colobium* & *tunicam* vocat. His respondent Acta Græca edita a Francisco Combefisio, ubi legitur [16] Κολόβιον & Χιτῶνα: quod postremum Anastasius Bibliothecarius interpres, apud Baronium [17] generatim vertit *indumentum*, quum potius *tunicam* vertere debuisset.

,, Auctor *de divinis officiis* cap. XXXIX. [18], &

1. *Bolland.* Act. SS. Junii tom. VII. pag. 441.
2. *Labb.* Concil. tom. I. pag. 1429.
3. *Ado* Chron. A. D. 306. pag. 144.
4. *Baron.* ad ann. 314. §. XLIX.
5. *Chifflet.* not. ad Fulgent. Ferrand. pag. 269.
6. *Bolland.* Act. SS. Jan. tom. I. pag. 822.
7. *Ado* Chron. ad ann. 120. pag. 125.
8. Id. ibid. ad ann. 141. pag. 126.
9. Id. ibid. ad ann. 163. pag. 127.
10. *Bolland.* Act. SS. Jun. tom. VII. pag. 253.
11. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. I.
12. *Ruinart.* Act. martyr. pag. 63. edit. II.
13. *Lips.* Antiq. lection. lib. IV. cap. VIII.
14. *Ferrar.* de re Vestiar. lib. III. cap. VIII.
15. *Tertull.* de Pall. cap. I.
16. *Combef.* Illustr. martyr. triumph. pag. 197.
17. *Baron.* ad ann. 310. §. V.
18. Inter opp. Alcuini 1091.

„ Honorius Augustodunensis [1], *Colobium* a B. Silvestro in *Dalmaticam* versum affirmant: eamque ab eodem pontifice initium sumsisse tradit etiam Walafridus [2]; quorum dictis adquievit Cardinalis Bona [3]. Contra Anselmus Lucensis [4], Eusebio in testem adducto, Liberium *Dalmaticæ*, *Colobii* Silvestrum, auctores facit. Sed Anselmus dubio procul sua hausit ex Actis apocryphis S. Silvestri; quæ ideo tribuit Eusebio, quod initio Prologi occurrant hæc verba: *Historiographus noster Eusebius Cæsareensis quum historiam ecclesiasticam scriberet, prætermisit ea quæ se in aliis opusculis meminit scripsisse*. Hæc Acta Latina, sexcentis ab hinc annis exscripta, quæ mecum olim communicavit doctissimus æque ac piissimus cardinalis Thomasius, *colobii* institutionem tribuunt Silvestro occasione, qua Euphrosynus episcopus ex Oriente Romam profectus, *accedens ad sacrificandum Christi mysteria*, CANDIDISSIMO COLOBIO *utebatur*: quod COLOBIUM *sancti Jacobi fuisse perhibebat. Dicebat autem justam esse reverentiam, ut dum divinis mysteriis sacerdos assistit, his utatur vestibus quæ habitum Apostolorum in sacerdotibus exhibent*. Inde statim hæc subjunguntur: *Sicque factum est, ut a sancto Silvestro & presbyteris ejus* COLOBIORUM *usus sumsisset initium; quo Marcus & Julius & Liberius eo ordine usi sunt. Post hos autem* COLOBIA *in dalmaticas commutata sunt*. Hæc eadem occurrunt in Actis Silvestri Græce editis a Combefisio [5].

„ Verum quæ de *colobiis* heic narrantur, omnino falsa esse colligimus ex genuinis Cypriani episcopi & martyris Actis proconsularibus, in quibus quum ille duceretur ad supplicium, *colobium* seu *tunicam* dimisisse memoratur: *& quum se* TUNICA *exspoliasset, & diaconibus tradidisset, in linea stetit & cœpit spiculatorem sustinere*. Ita habent antiqui codices mss. teste Baronio [6], Ruinartio [7] & Joanne Fello ad opera Cypriani: unde prorsus contemnenda est vulgata lectio, quæ loco *tunicæ* habet *dalmaticam*. Hanc lectionem librariorum audaciæ tribuit idem Fellus: quum enim officiosi homines *tunicam* dignitati episcopali respondere non crederent, *dalmaticam* substituerunt. In Adonem Rosvveydi XVIII. Kal. Octobres, *dalmaticam* manifesto irrepsisse comperimus. Ibi enim de Cypriano sic legitur: *Dalmaticam* TUNICAM *tulit, & diaconibus tradidit, stans in linea*. Vox *dalmaticam* inepte redundat. Papias & vulgatus Alcuinus *colobia* ideo in *dalmaticas* versa scribunt, quia *nuditas brachiorum culpabatur*. Sed hoc ingenium magis quam fidem historicam sapit. *Colobium* fuit *tunica* exterior: interior autem *subucula*, ut patet ex Actis sancti Cypriani, qui deposito *colobio* sive *tunica* exteriore, in interiore nempe in *linea* stetisse dicitur. Quare licet *colobia* manicis ultra cubitum protensis carerent, non ideo tamen *nuditas brachiorum* culpari poterat, quæ ab interiore tunica tegebatur. Non ergo in ecclesia Latina *colobii* auctor fuit

A sanctus Silvester, aut eo recentior pontifex: sed Apostoli in suos successores episcopos hujus vestimenti morem & formam transmiserunt.

„ *Colobio* pallium superiniiciebatur: tantum abest ut *colobium* ipsum fuerit *pallium*; quo tamen nomine perperam appellatur in Martyrologio Viennensi superius adducto. Hinc Christum Dominum & *tunicam* indutui, & *pallium* amictui habuisse, colligimus ex Joanne [8]. Abdias fabulosus [9] de sancto Bartholomæo loquens: *Vestitus*, inquit, COLOBIO ALBO, *clavato purpura, induitur pallio albo, habente per singulos angulos singulas gemmas*. Vide Philippum Bonarotium [10]. Eumdem morem nos docent Acta Silvestri apud B Combefisium. Et sane in Occidente diu post Silvestrum ipsumque Liberium, sexto etiam sæculo episcopos *colobio* usos, duo luculenta testimonia confirmant. Unum est antiqui auctoris, qui descripsit miracula sancti Gibriani presbyteri, æqualis sancti Remigii Remensis episcopi, cujus hæc verba [11]: *Visum est in somnio cuidam ex nostris, sanctum Remigium de loco ubi jacet post altare*, COLOBIO ALBO *indutum prodire*. Alterum est Gregorii Turonensis, qui hæc narrat [12] de sancto Nicetio Lugdunensi antistite, cum quo adhuc puer versatus fuerat: *Oram vestimenti sui articulis arripiens, ita se* COLOBIO *concludebat, ut numquam artus mei beata ejus* C *membra contingerent*.

„ Quotquot autem auctores huc usque laudavi, *colobium* una voce *candidum* aut *album* dixerunt. Hoc ipsum confirmat Hieronymus, sacras hujusmodi vestes criminantem [13]: *Quæ sunt rogo*, ait, *inimicitiæ contra Deum, si* TUNICAM *habuero mundiorem: si episcopus, presbyter & diaconus, & reliquus ordo ecclesiasticus in administratione sacrificiorum*, CANDIDA *veste processerint?* Ex his apparet, sacrum *colobium* semper *album* fuisse: quod de colobio communi & vulgari non legimus, deque *dalmatica* multo minus; quam *post alia indumenta sacerdotalia* inventam memorat Bruno Astensis [14]: ejusque usum a summis pon- D tificibus non nisi privilegio concessum sexto sæculo, docet Magnus Gregorius [15]. Immo Hieronymus vestem *candidam* communiter induere, crimini vertit [16]. Quare lapsus est Walafridus, sic scribens [17]: *Primis temporibus, communi indumento vestiti, Missas agebant*.

„ Hæc a nobis fuse explicata pro *colobio* sacerdotali in epistola sancti Pii, contra insignium criticorum animadversiones, evincunt episcopos a primis usque temporibus *colobium* sibi unis proprium & a communi diversum habuisse; cui nihil fuit cum monachorum orientalium colobio sive *lebitonario*, ut appellatur in Vita sancti Pachomii cap. XIV. apud Isidorum [18] & apud E Cangium in Glossario Græco. Hoc instar *sacci linei* fuisse tradit Rufinus [19]. Episcopali *colobio* superiorem *tunicam* successisse puto, quam induunt episcopi subter casulam, ut est apud Amalarium [20], Rupertum [21] aliosque.

„ Denique Pius noster epistolam II. claudit,

1. *Honor. Aug.* Gemm. anim. lib. I. cap. CCXI.
2. *Walafr.* de reb. eccl. cap. XXIV.
3. *Bon.* rer. liturg. lib. I. cap. XXIV. §. 18.
4. *Ansel. Luc.* in lib. ms. Decret. apud Ciacon. in not. ad Cassian. pag. 684. edit. II. Vatic. ann. 1588.
5. *Combef.* Illustr. martyr. triumph. pag. 265.
6. *Baron.* notat. in Martyrol. die XXXI. Maii.
7. *Ruinart.* Act. Martyr. pag. 218. §. 15.
8. *Joan.* XIX. 23.
9. *Abdias* Hist. Apostol. lib. VIII.
10. *Bonar.* Comment. ad sacr. Vitr. pag. 37.
11. *Bolland.* Act. SS. Maii tom. VII. pag. 624. §. 14.
12. *Greg. Turon.* Vit. Patr. cap. VIII. §. 2.
13. *Hieron.* lib. I. contr. Pelag.
14. *Brun. Ast.* lib. de Sacram. bibl. PP. tom. XX. p. 1729. edit. Lugd.
15. *Greg. M.* lib. VII. Epist. CXII.
16. *Hieron.* epist. ad Nepotian.
17. *Walafr.* de reb. eccl. cap. XXIV.
18. *Isidor.* Origin. lib. XIX. cap. XXII.
19. *Rufin.* de Vit. Patr. lib. II. cap. III.
20. *Amal.* de eccl. offic. cap. XXII.
21. *Rupert.* lib. I. cap. XXIII.

„ Justum hortando, ut inter persecutionum procellas forti animo religionem christianam palam confiteatur: *Unum*, ait, *te rogabo: in communione sta, & mei ne obliviscaris:* „ Hæc displicent Tillemontio ægre ferenti, Pium sine caussa dubitare de fide & constantia sancti Justi. Sed hæc censura tanto viro indigna est: quot enim orationes parænetica occurrunt, sanctissimis viris inscriptæ, ne flagellis & ærumnis a fidei confessione averterentur? Ejusmodi vero temporibus Justum vixisse, huc usque probatum est, & ex ipsa epistola id satis clare cognoscitur.

VII. „ Hactenus pro utriusque Epistolæ sancti Pii veritate pugnavimus. Nunc superest ut interpretationes illorum excutiamus, qui easdem pro genuinis ab se receptas, in Calvinianæ sectæ commodum trahere conantur, novitatem quærentes in visceribus vetustatis. David Blondellus, qui pridem ut vidimus imposturæ suspectas esse pronuntiaverat, sagaciter postmodum ab hac sententia recedens, utramque probavit tum in opere *de Primatu* [1], tum in alio *de Sibyllis* [2]. Hæc Tillemontium fugerunt. Blondello enim contrariam sententiam affingit, perinde ac Pii Epistolas cum judicio Baronii, in suo eodem libro de Primatu recitatas, explosisset: qua in re vir eruditus, ut multa scribentibus sæpe contigit, memoria lapsus est, volumen *de Primatu* cum *Pseudo-Isidoro* confundens. Idem Blondellus suam hæresim antiquissimis testibus, si Deo placet, roboraturus, Pii epistolis tamquam veris alibi quoque abutitur [3]. Presbyterorum enim & primæ sedis prærogativam, in alios jure electionis & suffragiorum sub pontifice Pio transferri cœpisse nobis obtrudit: inde factum ratus ut ad Justum, episcopum constitutum & Roma Viennam paullo ante profectum, idem Pius hæc scriberet: *Presbyteri & diaconi te observent.* Ne quis autem presbyteros episcopali gradu dejectos putaret, ob unum quem communia Ecclesiæ suffragia illis præposuisset, Blondellus comminiscitur, a Pio more majorum apostolicos viros, quotquot antea dominicum gregem paverant, generali *presbyterorum* nomine nuncupatos his verbis: *Presbyteri illi qui ab Apostolis educati usque ad nos pervenerunt, cum quibus simul verbum Dei partiti sumus, a Domino vocati, in cubilibus æternis clausi tenentur.* Ita quidem Blondellus.

„ Quia vero novatorum studia semper in unam metam collineare noscuntur, hæc commenta avide arripuerunt Calvinianæ scholæ prima capita, Joannes Dallæus [4] & Walo Messalinus seu Claudius Salmasius [5]. Sed longe falluntur illi. Tantum enim abest, ut eorum caussæ ulla in re suffragetur Pius; ut maxime etiam penitus eamdem evertat. Hoc paucis & nullo negotio demonstro. Pius monet Justum dum ei gratulatur episcopatum, de munere diligenter implendo, ut ceteris inferioris gradus se præbeat exemplum: *Carceres sanctorum visita, ne aliquis tepescat in fide. Martyria sancta Spiritu sancto proba. Ut perseverent in fide, eis incitator existe. Presbyteri & diaconi non ut majorem, sed ut ministrum Christi te observent. Plebs universa sanctitate tua protegatur.* Itaque Pius jubet, episcopum ita se exerceri in operibus Christianæ pietatis, ut quamquam, ipsa episcopalis gradus prærogativa, suorum caput exsistat; modestia tamen, inferioris ordinis viros æquare studeat, ex more scilicet doctrinæ apostolicæ sancti Paulli ad Timotheum. Apposite ergo Henricus Hammondus Blondellianæ argumentationis levitatem irridens, Justum episcopali charactere supra presbyteros efferri considerat [6], ut eum ipsi observare jubeantur; quæque a Pio *de presbyterorum, eadem etiam de diaconorum observantia* dici: adeo ut non solum presbyteros episcopis, sed diaconos etiam presbyteris & episcopis æquatos, ex Pii verbis concludi possit, ubi fatua illa Calviniana expositio admittatur. De utriusque enim loquitur Pius: PRESBYTERI & DIACONI, *non ut* MAJOREM, *sed ut* MINISTRUM *Christi te* OBSERVENT. Quibus verbis Pius respexit ad illud Domini [7]: *Qui major est vestrum, erit minister vester.* Et iterum [8]: *Qui major est in vobis, fiat sicut minor; & qui præcessor est, sicut ministrator.* Ubi dici videtur *præcessor*, qui in Ecclesia sublimiorem consecutus est gradum: ut *Apostoli* erant consecuti, & *post eos episcopi*, inquit Hugo Grotius. Nemo autem ad Christi exemplum vitam suam efformasse censendus est, qui non *observantiam* omnem sibi ut ministro Christi, non certe ut majori, præstari velit. Huc facit quod Wibertus scribit [9] de sancto pontifice Leone IX. *Illud beati papæ Gregorii dictum præ oculis mentis videtur habere: Primus esse non audeat, qui subesse non didicerit.*

„ Cetera examinare pergamus. *Presbyteros ab Apostolis educatos* de quorum dormitione loquitur Pius, Calviniani *episcopos* fuisse garriunt. Vellem equidem addidissent, unde hoc colligerent: nam Pius secundi ordinis sacros ministros, non certe *collegas* aut *episcopos*, sed *presbyteros* vocat: *Salutant te Soter & Eleutherus, digni* PRESBYTERI. Sed Verum, episcopum Viennensem adlectum, *collegam* suum, non sane *presbyterum* appellat: Justumque ejusdem Veri *loco a fratribus constitutum, & colobio episcoporum vestitum* agnoscit; electione scilicet, non ordine antiquitatis. Quare *presbyteri ab Apostolis educati* qui diem suum obierant, non sunt ecclesiarum rectores qui in varias mundi regiones profecti, dominicum gregem episcopi paverunt, ut Blondellus & Salmasius comminiscuntur; sed sunt pauci illi *presbyteri* tunc superstites, quos Romæ & non alibi de facie noverat Justus, & cum quibus sibi subjectis *verbum fidei*, se veluti summum episcopum *partitum fuisse* testatur Pius; qui quum de clero sui temporis loqueretur, distinctionem ordinum & nominum accurate observavit, secus ac sectarii nugantur: quod adnotavit etiam Pearsonius [10], licet aureas hasce Epistolas parvi fecerit; perperam sane, ut satis probatum. Salmasium Pii epistolis abutentem, alia via refellit Petavius [11].

1. *Blondell.* de Primat. pag. 713.
2. Id. de Sibyll. lib. II. capp. VI. VII. IX. pagg. 60. 62. 69.
3. Id. Apolog. sect. II. §. IV. pag. 18.
4. *Dallæus* de script. Dionys. lib. II. cap. XXVI. p. 397.
5. *Salmas.* de episc. & presbyt. cap. IV. pag. 275. & in appar. de Primat. Pap. pag. 60.
6. *Hammond.* Differtat. V. pro jurib. episcopat. cap. X. §. 5. pag. 286.
7. *Matth.* XXIII. 11.
8. *Luc.* XXII. 20.
9. *Wibert.* Vit. S. Leon. IX. lib. I. cap. VI.
10. *Pearson.* Vindic. Ignat. part. II. cap. XIII. pag. 170.
11. *Petav.* de eccl. Hier. lib. I. cap. XII. §§. XXI. & XXII.

VIII. „ Ex his patet, Guillelmum Cave in Pearsonii & Dodwelli sententiam temere ivisse, his de suo praeterea superadditis contra easdem epistolas [1]: *Communi fere doctorum consensu, tamquam spurias rejici; nec ipsum Bellarminum qui ex iis testimonium citat* [2], *veluti indubitatae fidei, defendere audere*. Somniat Caveus: nam Bellarminus de litteris ad Justum Viennensem l. c. non loquitur, sed de epistola decretali Pium mentiente, *omnibus ecclesiis* inscripta: quas quidem epistolas decretales, non exspectato heterodoxorum judicio, inter spurias merces a nobis ultro rejici, ingenue fatetur Cardinalis Bona [3] ex ore Cardinalis Historici [4], quibus addatur Bellarminus l. c. tantosque triumviros nominasse, gratiam inire sit ab hostibus, qui crambem toties recoctam, nempe earumdem epistolarum falsitatem, idemtidem nobis objiciunt. Non moror Caveum, ubi Pii epistolarum fidem se imminuere arbitratur, propterea quod a veteribus memoratae non fuerint: quot enim antiquissima monumenta superiore saeculo emerserunt, quorum tamen nulla exstabat memoria? Neque sane opus fuit, binas epistolas, easque brevissimas, in Scriptorum catalogos conjici, alias non passim vulgatas, quum Ecclesiam universalem nequaquam respicerent. Sanctus Pontifex Leo Magnus quot epistolas scripsit? Et tamen Gennadius, ceteris praetermissis, unam ad Flavianum contra Eutychen memorat [5]. Idem auctor celebrem epistolam sancti Eucherii ad Hilarium Arelatensem *de Laude eremi* omnino reticuit [6]. Reticuit etiam ejusdem Hilarii *expositionem Symboli* [7], ab Honorato Massiliensi in ejus Vita laudatam; nullamque omnino mentionem fecit *Eusebii*, *Silvii* & *Domnoli*, illustrium Gallicanae ecclesiae doctorum qui *scriptis meritissime claruerunt*, teste eodem Honorato in Vita Hilarii.

„ Post Caveum dormitavit etiam Tillemontius, ratus a Natali Alexandro [8] & ab Joanne Baptista Cotelerio [9] epistolas Pii ad Justum Viennensem reprobari: neuter enim loquitur de alia epistola, quam de illa, omnium criticorum calculis commentitiam, quae *omnibus ecclesiis* directa est. Haud absimili errore captus est Pagius, a Labbeo non magis utramque probari scribens [10], quam duas decretales doctorum omnium consensu improbatas. Sed tantum abest, hoc Labbeo in mentem venisse, ut e contrario nostras pro sinceris & genuinis receperit. Etiam Claudius Castellanus, *a nemine*, ait [11], *in dubium vocari quin epistolae Pii ad Justum Viennensem, sint suppostitiae*. Haec toties dicta ferri non possunt. Numquid pro *nemine* habendi sunt tot viri doctissimi, qui easdem undequaque probarunt? Georgius Fabricius in epistola ad Joannem Haubitium, *thesauri e bibliothecis vetustissimis eruti* loco eas habuit. Joannes Jacobus Grynaeus in praefatione ad Monumenta sanctorum Patrum orthodoxographa: *Pii*, inquit, *Romani episcopi duae epistolae ob oculos ponunt velut in tabula, illustria exempla vigilantis episcopi, liberalitatis erga Ecclesiam & constantiae in martyrio*. Et paullo post: *Spirant autem ipsius epistolae singularem quamdam erga Symmistas caritatem & curam de Ecclesia*. Margarinus Bigneus, Caesar Baronius, Joannes a Bosco, Severinus Binius, Petrus Pithoeus, Joannes Savaro [12] & Papirius Massonus [13], illas velut sinceras uno ore laudarunt. Henricus Spondanus [14] *plane aureas* (post Baronium) appellat. Josephus Vicecomes [15], Philippus Labbeus [16], Joannes Bona, Franciscus Maria Florentinius [17], Dominicus & Carolus Macri in Hierolexico, Carolus Cangius in Glossario Latino & Godefridus Henschenius die IV. Maii, earumdem utpote a sancto Pio scriptarum, sacram auctoritatem plurimi palam fecerunt: ne iterum memorem recentiores heterodoxos, Dallaeum, Blondellum, Salmasium & Hammondum; quorum hic utramque a se receptam contra presbyteriani dogmatis pravas interpretationes, catholice tuetur; ceteri vero utraque, itidem a se recepta tamquam omni suspicione carente, ad suas impias sententias confirmandas de more abutuntur.

„ Profecto nihil non vetustissimum & vere apostolicum in illis elucet. Ut unum adhuc alterumve insigniorem venerandae antiquitatis characterem indicemus: *collegae*, *fratres*, *plebs*, & reliqua christiana & ecclesiastica nomina, passim occurrunt in genuinis Epistolis Ignatii & Cypriani; eadem etiam aliquando structura verborum, ac in epistolis sancti Pii. Quod vero Pius jubet *de curandis martyrum corporibus*, omnino consonat epistolae VIII. al. III. sancti Cypriani, illique quam Ecclesia Smyrnensis scripsit de martyrio sancti Polycarpi. Quod demum significat Pius, revelatum sibi fuisse, citius se diem obiturum, simile est exemplo Polycarpi, de quo scribit Ecclesia Smyrnensis [18]: *Signum, ante triduum quam comprehenderetur, revelationis accepit*. Sic etiam Cyprianus revelationes sibi a Domino ostensas amicis patefecit [19]. Haec fusius persequi oportuit, ut omnes suspicionum nebulas ab integerrimis epistolis amoliremur. „

Hactenus vir eruditissimus: qui & alibi [20] habet complura de *Hermete* S. Pii fratre, cui cognomentum *Pastor*; eaque simul illustrat quae de eodem *Pastore* in secunda epistola ad Justum episcopum Viennensem scribit sanctus pontifex: ubi & virorum illustrium de *Hermete* atque *Herma* eorumque libris differentium lapsus detegit. Id autem admonuisse propterea oportuit, ne lectorem ea remorentur, quae ad illum laudatae epistolae secundae locum placuit cl. Coutantio adnotasse [21].

1. *Cav.* Hist. litter. ad ann. 158.
2. *Bellarm.* de Rom. pontif. lib. II. cap. XIV.
3. *Bona* de reb. liturg. lib. I. cap. III. §. 1.
4. *Baron.* ad ann. 865. §. IV.
5. *Gennad.* Catal. cap. LXX.
6. Id. ibid. cap. LXIII.
7. Id. ibid. cap. LXIX.
8. *Nat. Alex.* Hist. eccl. saec. I. cap. X. art. VII.
9. *Cotel.* ad PP. Apost. pag. 42. edit. I.
10. *Pagi* Crit. ad ann. 165. §. IV.
11. *Castell.* not. ad d. XIII. Jan.
12. *Savar.* ad Sidon. lib. IV. epist. III. & lib. IX. epist. III.
13. *Masson.* de Episc. Urb. lib. I. pag. 11.
14. *Spondan.* ad ann. 112. §. IV.
15. *Vicecom.* de Miss. ritib. lib. I. cap. VIII. & de Miss. appar. lib. III. cap. XXIV.
16. *Labb.* Conc. tom. I. pag. 576.
17. *Florent.* ad Martyr. vet. pag. 715.
18. *Eccl. Smyrn.* Epist. de martyr. S. Polycarpi, cap. V.
19. *Cypr.* Epist. XI. & XVI. al. VIII. & X. & lib. de Mortal.
20. *Fontan.* Hist. litt. Aquil. lib. II. capp. I. & II. pagg. 63. 67. seqq.
21. *Coutant.* Append. ad Epistt. Rom. Pontif. pag. 19.

CAPUT XXII.

DE ACTIS S. FELICITATIS,

EJUSQUE SEPTEM FILIORUM.

SYNOPSIS.

I. Felicitas & *Symphoroſa, utraque quidem ſeptem filiorum parens, utraque inſuper martyr cum filiis ſuis: inter ſe tamen tum nomine tum re diſtinguendæ.*

II. *Quo tempore hi martyres paſſi exiſtimentur.*

III. *Acta eorum a SS. Gregorio Magno & Petro Chryſologo laudata. Eadem contraxit Ado Vienenſis epiſcopus.*

IV. *Horum editio Ruinartiana typis expreſſa, collata cum Adone ac Bollandianis. Quid de iis Actis ſentiendum. Eorum uſus ad Chriſti divinitatem propugnandam.*

I. Dubitatum olim fuit, an Felicitas eadem ſit cum Symphoroſa, cujus Acta ſuperius retulimus. Dubitandi ratio ex eo petita, quod utriuſque nominis eadem pæne ſignificatio videatur; in primis vero quod utraque ſeptem filiorum parens, utraque item cum ſeptem filiis paſſa feratur. Verum dubitationem tollit Baronius noſter his verbis [1]: ,, Ob magnam quamdam ſimilitudinem quæ ,, inter ſanctam Felicitatem & ſanctam Symphoroſam intercedit, dubitaſſe ſcio virum eruditum, ,, familiarem meum, num una eademque eſſet femina, quod eorumdem nominum eadem ferme ,, ſignificatio eſſet: nempe quod interdum συμφορὰ idem ſit, quod bonus eventus, ſeu fortuna ,, proſpera; ſicque pro bono eventu vel fortuna, ,, *Felicitas* eſſet Latine reddenda; quod nomen ,, magis conveniat feminæ: ceterum ejus vocis ambiguæ diverſa reperitur interpretatio. Verum ,, σύμφορος a συμφέρω, quod eſt prodeſſe, idem ,, eſt quod utilis vel commodus: σύμφορος item, ,, qui ſimul verſatur, aſſecla vel comes, dictus ,, reperitur. Quamobrem æquius eſt ut exiſtimemus, Symphoroſæ nomen deductum a σύμφορος, ,, quod eſt utilis vel commodus, quam a συμφορὰ ,, voce ambigua, quæ interdum bonum eventum, ,, interdum vero infortunium adverſamque fortunam ſignificet: quamobrem ut in bonam partem ,, ea vox acciperetur, majores aliquid aliud addere conſueverunt, ut habet Suidas ex Simonide, quod ille dicat: πῖνε πῖν' ἐπὶ συμφοραῖσιν ἀγαθαῖς, quod eſt: *Bibe, bibe in bonum eventum.*

,, Sed quæ nomine diſcrepant, longius rebus ,, eſſe diſtinctas ac plane diverſas, res cujuſque ,, ipſarum evidentius manifeſtant. Nam illa Tiburtina, ſub Hadriano, Tibureque martyrio coronata eſt: hæc Romana, ſub M. Antonino paſſa eſt, & Romæ. Nomina quoque ſeptem filiorum cujuslibet ipſarum diverſa prorſus eſſe reperiuntur: inſuper & martyriorum genera hos ab ,, illis omnino diſcriminant atque diſtinguunt. Extant enim tum illorum quorum ſuperius facta ,, eſt mentio, Acta; tum horum, quæ ex antiquioribus eccleſiaſticis monumentis edita habentur [2], ac ſane fidelia. ,, Hactenus Baronius.

II. Quo autem tempore paſſa fuerit ſancta Felicitas cum filiis ſuis, ita definiunt Bollandiani [3]. ,, Placuit, inquiunt, Baronio horum Martyrum ,, paſſionem annectere anno CLXXV. quo regnabant ,, duo poſtremi Antonini, id eſt, Marcus Aurelius & Lucius Verus: fortaſſe quia ſub horum, ,, quam ſub deceſſoris imperio, multo gravius ferbuerit perſecutio. Calculo Baronii ſubſcribit Tillemontius [4]; *eo*, inquit, *libentius quod Acta* ,, *loquuntur de pluribus Auguſtis:* quæ locutio non ,, concordat cum regno Titi Antonini, ſed bene ,, admodum quadrat tempori, quo Aurelius regnabat cum L. Vero.

,, Sed mera hæc conjectura eſt: nam dum dicit, ,, *Acta loqui de pluribus Auguſtis*, oculos conjecerit in locum Actorum, ubi dicitur [5]: *Sacrifica* ,, *diis, ut poſſis amicus Auguſtorum fieri.* Et paullo poſt exprobatur Martiali: *Crudelitatis veſtræ* ,, *fautores effecti, Auguſtorum inſtituta contemnitis.* Sed quam indubitatum eſt, in hoc ultimo ,, loco reſpici a dicente potuiſſe ad Auguſtos ſuperiorum temporum, qui ab Eccleſiæ incunabulis egerant idolorum vindices & Chriſtianorum ,, tyrannos: vel, ſi hoc non vis, quam vulgo notum eſt, non raro apud Grammaticos uſurpari ,, numerum pluralem pro ſingulari, inoffenſa conſtructione; tam videtur certum e numero plurali *Auguſtorum*, bis tantum in Actis adhibito, ,, confici ne quidem veroſimiliter, nedum probabiliter poſſe, duos intelligendos eſſe *Auguſtos* ,, qui ſimul regnarunt, alibi ſemper recurrente ſolo *Antonino*.

,, Jam vero, quia ſolius Antonini nomen ſemper in Actis exprimitur, conjicit idem Tillemontius martyrium illud accidiſſe, quo tempore L. Verus verſabatur in Oriente, bellum gerens cum Parthis, adeoque verſus annum CLXIV. ,, quandoquidem L. Verus profectus fuerit Roma ,, anno CLXII. eoque reverſus CLXVI. Sic ille opinatur ex conjectura non improbabili. A quo ,, diſſentit Ruinartius, aſſignans annum circiter ,, CL. Quum itaque nihil ſuppetat præter meras conjecturas ad determinate figendum annum obitus ,, ſanctorum Martyrum, affigamus eum medio circiter ſæculo II. aut aliquanto ſerius. ,, Hæc Bollandiani.

III. De his Martyribus, in primis vero de S. Felicitate eorum matre, S. Gregorius Magnus ex *ejus geſtis emendatioribus*, ut ipſemet profitetur, præclarum contexuit elogium [6]. *Adeſt*, inquit,

1. *Baron.* ad ann. 175. §§. v. vi.
2. Apud *Sur.* tom. iv. die x. Julii.
3. *Bollandd.* Act. SS. tom. III. Jul. pag. 10.
4. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pagg. 312. 327.
5. *Paſſ.* S. *Felicit.* §. iv.
6. *Greg. M.* hom. III. in Evang. §. 3. opp. tom. 1. p. 1444.

beata Felicitas, cujus hodie natalitia celebramus; quæ credendo exstitit ancilla Christi, & prædicando facta est mater Christi. Septem quippe filios, sicut in gestis ejus emendatioribus legitur, sic post se timuit vivos in carne relinquere, sicut carnales parentes solent metuere ne mortuos præmittant. In persecutionis enim labore deprehensa, filiorum corda in amore supernæ patriæ prædicando roboravit: & parturivit spiritu, quos carne pepererat; ut prædicatione pareret Deo, quos carne pepererat mundo... Ad mortem stetit imperterrita. Amittere se in filiis lumen veritatis timuit, si non fuisset orbata... Non ergo hanc feminam martyrem, sed plus quam martyrem dixerim; quæ septem pignoribus ad regnum præmissis, toties ante se mortua, ad pœnas prima venit, sed pervenit octava. Hæc aliaque plura in eamdem sententiam S. Pater.

Gregorio Magno præiverat egregia concione in his celebrandis Martyribus S. Petrus Chrysologus, qui & ipse eorum Acta lectitasse videtur [1]. Neque omittendus Ado Viennensis episcopus, qui eadem Acta verbo tenus contraxisse comperitur [2], e quo proinde aliquot lectiones haud contemnendas excerpsimus.

IV. Ceterum Ruinartii editionem secuti sumus, A qui eam ex pluribus codicibus mss. cum editis collatam, in suam conjecit præclaram Actorum Martyrum syllogen: additis quoque nonnullis variantibus ex Adone in primis & Bollandianis. De horum vero Actorum integritate, Joannis Pinii V. C. judicium heic liber exscribere [3]: „ Non „ mediocre, inquit, illorum est pretium, non „ modicus valor, candida sinceritate brevitatem „ compensante. Veritas autem non obscure se „ prodit, sponte se ubique passim in legentium „ animos insinuans. Enimvero Baronius judicat „ *ea fidelia* [4]. Videtur aliquid in iisdem desiderare Tillemontius [5], dicens nihil ea continere „ nisi quod bonum; verum non omnes in illis B „ relucere characteres Actorum originalium: non „ edisserens cur ita sentiat. Sane pro genuinis illa suspexit Ruinartius, quando Actis sinceris & „ selectis a se vulgatis intexuit. Optandum fo„ ret, ut plura ejusdem generis ad posteros per„ venissent. „ Hæc ille.

Denique monendum ducimus, Prudentium Maranum virum doctissimum luculenter ostendisse [6], magni momenti testimonia depromi ex his aliisque Martyrum Actis, quibus adversus Socinianos divinitas Domini nostri Jesu Christi comprobetur confirmeturque.

CAPUT XXIII.

DE

S. DIONYSIO

CORINTHIORUM EPISCOPO.

SYNOPSIS.

I. *Quo tempore floruerit* Dionysius *Corinthiorum episcopus. Scripsit ante Hegesippum. Circa annum Christi* clxx. *in ecclesiæ Corinthiacæ regimine Primo successisse videtur.*

II. *Epistolas variis ecclesiis inscripsit, quarum recensio instituitur.*

C III. *Ex quibus colligitur arcta ecclesiarum inter se necessitudo & communio, cujus centrum erat ecclesia Romana.*

IV. *Ex fragmentis vero quæ supersunt epistolæ ad Romanos, plane conficitur, S. Petrum Romæ fuisse.*

I. Dionysius Corinthiorum ecclesiæ præerat, quo tempore Soter pontifex Romanus ecclesiam universam regebat; nimirum circa Christi annum clxx. imperante M. Aurelio Antonino. Porro iste præsul amplissimus *tantæ eloquentiæ & industriæ fuit*, verbis utor Hieronymi [7], *ut non solum suæ civitatis & provinciæ populos, sed & aliarum urbium & provinciarum episcopos epistolis erudiret.* Quas quidem epistolas ille scripsisse ante perhibetur, quam sua Hegesippus ὑπομνήματα litteris consignarit: licet uterque eadem tempestate floruerit. Scripsit enim Dionysius ad Soterem epistolam, quam *septimam* vocat Hieronymus, ordinem Eusebianum secutus: Hegesippus vero suos commentarios, sedente Eleuthero qui Soteri successit, ut ex his ejus verbis compertum fit [8]: Καὶ παρὰ Ανικήτε διαδέχεται Σωτὴρ, μεθ' ὃν Ελεύθερος. „ Post obitum Aniceti successit So„ ter, quem excepit Eleutherus. „

Dodvvellus vero quum plerosque Soteris pontificatus annos Antonini Pii temporibus assignandos existimet [9], sub eodem proinde imperatore Corinthiacam ecclesiam rexisse Dionysium, adeoque suam Soteri epistolam inscripsisse contendit. In hac siquidem ex Critici ejusdem sententia, quæ tradit Dionysius de fratribus ad metalla damnatis, deque subsidiis ad multas ecclesias κατὰ πᾶ- D σαν πόλιν a Sotere transmissis, nemo est qui jure dubitet ad persecutionem illam spectare; cujus nimirum occasione, ut refert Melito Sardiensis [10], scripserit Antoninus Pius ad Larissæos, ad Thessalonicenses, ad Athenienses, ad reliquos denique Græcos qua versabatur Dionysius. Verum his placitis Dodvvellianis mire perturbari chronologiam pontificiam norunt eruditi: ut proinde illa insuper habenda existimarint.

Pro nostris itaque rationibus, ad mentem chronologorum solidioris judicii superius positis, haud paucos demum post annos ab obitu ejusdem Antonini, ecclesiæ Corinthiacæ regimen fuerit

1. *Petr. Chrys.* Serm. cxxxiv.
2. *Ado* Vienn. Martyr. ad d. 23. Nov. & ad d. 10. Jul.
3. *Bolland.* Act. SS. tom. III. Jul. pag. 11. num. 32.
4. *Baron.* ad ann. 175. §. vi.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 324.
6. *Maran.* Divin. D. N. J. C. &c. lib. II. cap. iv. §. iv. pag. 223.
7. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. xxvii.
8. *Heges.* apud Euseb. Hist. eccl. lib. iv. cap. xxii.
9. *Dodw.* Differt. sing. inter opp. posth. Pears, cap. iv. §. 1.
10. *Melit.* apud Euseb. Hist. eccl. lib. iv. cap. xxvi.

adeptus Dionysius. Sedente quippe Aniceto il- A
lam gubernabat ecclesiam Primus, quicum fami-
liariter collocutus fuit Hegesippus, ut ipsemet
luculenter testatur [1]. Atqui Anicetus juxta Eu-
sebium aliosque recentiores [2], sub finem imperii
Antonini Pii, aut si mavis cum Fontanino, ut
paullo ante vidimus, quum primum rerum po-
tiretur M. Aurelius, pontificatum suscepisse com-
peritur; eumque deinceps post annos undecim
Soter excepit: adeoque in ecclesia Corinthiorum
regenda circa Christi annum CLXX. Primo succes-
serit noster Dionysius.

II. Septem epistolas quas Eusebius *catholicas*
vocat, variis ecclesiis inscripsisse perhibetur vir B
pietate ac doctrina præstans. At de iis deque ea-
rum auctore, ipsummet Cæsariensem episcopum
audire juverit. Sic igitur ille [3]: Ac primum
,, quidem de Dionysio dicendum est, qui Co-
,, rinthiorum ecclesiæ episcopatum gessit, nec so-
,, lum populis sibi commissis, verum etiam alia-
,, rum regionum incolis divinos labores suos pro-
,, lixe communicavit; omnium commodis utili-
,, tatique inserviens, in catholicis illis quas ad
,, diversas ecclesias scripsit epistolis.

,, Ex quibus una quidem est ad *Lacedæmonios*,
,, rectæ fidei institutionem continens, pacemque
,, & unitatem insinuans.

,, Altera vero ad *Athenienses* scripta, excitans C
,, ad fidem & ad vitam ex præcepto evangelii
,, traducendam: qua in re negligentiam arguit
,, Atheniensium, quippe qui a fide propemodum
,, descivissent, ex quo Publius ipsorum episco-
,, pus in persecutionibus tunc temporis excitatis
,, martyrium subierat. Meminit etiam Quadra-
,, ti, qui post martyrium Publii episcopus Athe-
,, niensium est constitutus: ejusque labore & in-
,, dustria cives denuo in ecclesiam convenisse,
,, & redivivum fidei ardorem in illis reparatum
,, esse testatur. Refert præterea Dionysium Areo-
,, pagitam, qui a Paullo Apostolo ad fidem con-
,, versus est, quemadmodum traditur in Actibus
,, Apostolorum [4], primum omnium ecclesiæ Athe- D
,, niensis sacerdotium suscepisse.

,, Sed & alia ejus epistola exstat ad *Nicome-*
,, *dienses*, in qua Marcionis hæresim impugnans,
,, veritatis regulæ firmiter adhærescit.

,, Ecclesiæ præterea *Gortynensium* & reliquis
,, simul ecclesiis Cretæ litteras scribens, episco-
,, pum ipsorum Philippum magnopere prædicat,
,, quippe cujus ecclesia egregiam laudem fortitu-
,, dinis & generosi animi, communi omnium
,, consensu retulisset: monetque ut ab hæretico-
,, rum fraude ac versutia sibi caveant.

,, In epistola vero quam scribit ad ecclesiam
,, *Amastrianorum* & ceteras simul ecclesias *Pon-*
,, *ti*, se quidem a Bacchylide & Elpisto ad scri-
,, bendum impulsum esse commemorat. Episco- E
,, pum autem ipsorum Palmam nominatim ap-
,, pellans, sacrarum scripturarum expositionem af-
,, fert. Multa quoque de nuptiis & castitate eis
,, præcipit: & cunctos qui a quovis lapsu sive
,, delicto, sive etiam ab hæretica pravitate resi-
,, liunt, benigne suscipi jubet.

,, In eodem volumine continetur etiam episto-
,, la ad *Gnossios*, in qua Pinytum ecclesiæ illius
,, episcopum monet, ne grave onus castitatis fra-
,, trum cervicibus tamquam necessarium imponat,
,, sed ejus quæ in plerisque hominibus inest, in-
,, firmitatis rationem habeat. Cui epistolæ respon-
,, dens postea Pinytus, admiratione quidem ac
,, laudibus effert in primis Dionysium: sed ta-
,, men hortatur ut solidiorem cibum tandem im-
,, pertiat, & transmissis iterum perfectioris do-
,, ctrinæ litteris plebem sibi commissam alere ve-
,, lit: ne forte lacteis sermonibus perpetuo in-
,, nutriti homines, in infantili quadam disciplina
,, paullatim consenescant. Quæ quidem epistola
,, & rectam Pinyti fidem & solicitudinem de pro-
,, fectu plebis ipsi commissæ, eloquentiam quo-
,, que & peritiam rerum divinarum, velut ta-
,, bella quadam picta egregie commonstrat.

,, Exstat etiam epistola ejusdem Dionysii ad
,, *Romanos*, Soteri tunc temporibus episcopo Ro-
,, manæ urbis nuncupata. ,, Hujus porro episto-
læ Dionysianæ ad Romanos fragmenta quæ nobis
servavit Eusebius, habes infra suo loco.

Denique Dionysii epistolarum recensionem ab
Eusebio institutam, his claudimus ejusdem hi-
storici verbis: ,, Habetur præterea, inquit, alia
,, ejusdem epistola ad *Chrysophoram* fidelissimam
,, sororem, cui convenientia scribens, spiritale
,, ut decuit pabulum subministrat. Atque hæc de
,, Dionysii scriptis a nobis dicta sint. ,, Hacte-
nus Eusebius: ex quo ista saltem specimina de-
scripsisse oportuit, quum ejusdem Corinthiorum
episcopi epistolæ omnes huc usque laudatæ omni-
no interierint, si paucula quæ supersunt ex epi-
stola ad Romanos excipias.

,, Memoratam vero heic sub finem *Chrysopho-*
,, *ram*, inquiunt Bollandiani [5], ex inscriptione
,, ut opinamur S. Dionysii appellatam πιϛοτάτην
,, ἀδελφήν, *sororem fidelissimam* seu *fide plenissi-*
,, *mam*, autumamus illustrem fuisse matronam seu
,, virginem Deo sacram & devotam, & ideo *so-*
,, *rorem* more illius ævi dictam. ,, Rectissime
scilicet: eodem quippe sensu *sanctam feminam* il-
lam vocasse comperitur Hieronymus [6]: qui &
alibi de eodem Dionysio verba faciens [7], docet
eum suis scriptis ostendisse *origines hæreseωn sin-*
gularum, & ex quibus philosophorum fontibus
emanarint.

III. Porro ex hactenus relatis de Dionysii epi-
stolis ad varias ecclesias transmissis, illud colli-
gere præstat, quod scite animadvertit V. C. Pru-
dentius Maranus [8]: ,, Nemo nescit, inquit,
,, quanta esset his temporibus inter ecclesias ca-
,, tholicas necessitudo. Si quid majoris rei sta-
,, tuendum esset; si quod insigne contigisset mar-
,, tyrium; si qua hæresis exorta: scribebatur ad
,, omnes ecclesias. Episcopi, etsi ecclesiæ suæ re-
,, bus erant attentissimi, partem tamen curarum
,, in vicinas ecclesias, interdum in remotissimas,
,, sæpissime in universam ecclesiam derivabant.
,, Hinc clerici de rebus ecclesiasticis missi ibant
,, & redibant, ubique excepti perhonorifice, &
,, quid ubique ageretur & crederetur, testes cer-
,, tissimi.

,, Hujus inter ecclesias necessitudinis & com-
,, munionis centrum erat ecclesia Romana, quæ
,, ad ceteras ecclesias mittebat qui auxilium fer-
,, rent, & ad quam ceteræ ecclesiæ consulendi
,, caussa quotidie mittebant. ,, Et primum qui-

1. *Heges.* apud Euseb Hist. eccl. lib. IV. cap. XXII.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pagg. 406. 662.
Coutant. Epistt. Pontif. Rom. pag. 71.
3. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXIII.
4. *Act.* XVII.
5. *Bolland.* Act. SS. tom. I. April. pag. 743.
6. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XXVII.
7. Id. epist. LXX. §. IV. al. LXXXIV.
8. *Maran.* Divin. D. N. J. C. lib. II. cap. XIII. §. III.
pag. 292.

dem vir doctus confirmat præ ceteris exemplo **A** Dionysii Corinthiorum episcopi, ex ejus epistola ad Soterem desumto; in qua Romanis gratulatur hanc apud eos institutam ab ipso religionis exordio consuetudinem varia in omnes fratres beneficia conferendi, ac subsidia quamplurimis ecclesiis mittendi, tum ad egenorum tum ad fratrum in metallis laborantium inopiam sublevandam. Alterum vero confirmatur ex litteris quas Corinthii ad ecclesiam Romanam perferendas curarunt, ab ea enixe petentes auxilium quo seditio inter illius ecclesiæ fideles exorta componeretur, omnesque demum ad pacem & concordiam redirent. Quibus deinde Romanæ ecclesiæ nomine Clemens respondit, ad eos mittens celeberrimam illam **B** epistolam, cujus etiam meminit noster Dionysius. Hinc liquet ab ipsis temporibus apostolicis sive afflictas sive turbatas ecclesias ad Romanam confugere consuevisse. Et optimo quidem jure: *Ad hanc enim Ecclesiam*, inquit Irenæus [1], *propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles; in qua semper ab his qui sunt undique, conservata est ea quæ est ab Apostolis traditio.*

IV. Ceterum huc usque observatis & illud addere juverit: ex IV. nimirum fragmento epistolæ a nostro Dionysio Romanis inscriptæ, plane confici S. Petrum Romæ aliquando exstitisse, ut apposite Pearsonius advertit [2]: qui proinde hac arrepta occasione pluribus contendit, locum illum minus recte Latine redditum fuisse a Valesio, adeoque ita vertendum censuit: *Ita & vos ex tanta admonitione plantationem Romanorum & Corinthiorum a Petro & Paullo factam commiscuistis. Ambo enim in urbe nostra Corintho plantantes nos, similiter docuerunt; similiter autem & in Italia audacter docentes, circa idem tempus martyrium passi sunt.*

CAPUT XXIV.

DE

MELITONE

SARDIENSI EPISCOPO.

SYNOPSIS.

I. *Quis quantusque fuerit* MELITO *Sardiensis episcopus.* **C**

II. *Plura scripsit, ab Eusebio ac Hieronymo memorata. Ea heic recensita, quorum superant fragmenta. Liber ejus apologeticus oblatus M. Aurelio circa annum* CLXX. *post quem non diu superstes auctor fuisse videtur.*

III. *Nonnulla notanda de opere,* CLAVIS *inscripto.*

IV. *De reliquis Melitonis fragmentis, ex Anastasio Sinaita desumtis.*

I. MELITO Asianus, ecclesiæ Sardium in Lydia episcopus, floruit M. Aurelio Antonino imperante, pietate ac doctrina perinde clarus. De eo namque Polycrates Ephesius hæc habet [3]: Τί δὲ δεῖ λέγειν .... Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον; ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. „ Quid vero attinet dicere .... Melitonem eunuchum, **D** „ qui Spiritu sancto afflatus cuncta gessit? qui & „ Sardibus situs est, adventum Domini de cælo „ in quo resurrecturus est, exspectans. „ Præterea Hieronymus, postquam ejus *elegans & declamatorium ingenium* laudavit [4], ipsum deinceps inter illustriores Ecclesiæ scriptores recensuit [5]. Denique, ut alios omittamus, Anastasio Sinaitæ dicitur [6] ὁ θεῖος καὶ πάνσοφος ἐν διδασκάλοις Μελίτων. „ Divinus & sapientissimus inter doctores „ Melito „: paucisque interjectis, ὁ θεόσοφος, „ divina sapientia refertus „ nominatur.

II. Plura scripsit Melito, ab Eusebio [7] & Hieronymo memorata, quæ tamen ferme omnia temporis injuria interciderunt. **E** Heic vero de iis tantum agimus, quorum nonnulla fragmenta supersunt, infra suo loco junctim exhibita. Primum itaque opus de Pascha refert episcopus Cæsariensis, e quo & paucula quædam recitat; ejusque insuper meminisse in opere suo Paschali Clementem Alexandrinum enarrat: *quod quidem*, inquit, *ut conscriberet, Melitonis librum caussam sibi præbuisse testatur.*

Porro liber pro Christiano dogmate quem obtulit auctor M. Antonino, ceteris ejus scriptis præstitisse videtur. Eusebio siquidem, qui ex eo excerptum fragmentum satis longum nobis servavit, dicitur χρησιμωτάτη ἀπολογία [8]. Jam vero ad illum locum vidimus ex Valesio, libellum hunc apologeticum *longe utilissimum*, post obitum demum L. Aurelii Veri scriptum fuisse oblatumque Marco ejus fratri: id est, ut arguit Dodvvellus [9], post annum imperii Marci IX. Domini vero pro æra vulgari CLXX. quod quidem & ex Chronico Eusebiano firmatur [10]: ibi enim signatur annus Abrahamiticus MMCLXXXVI. Kalendis Octobris anni Christi CLXIX. inchoatus: ad quem locum si placet Scaligerum consule [11]. Quum autem liber iste apologeticus, Eusebio teste, omnium postremus fuerit a Melitone perscriptus: hinc propterea ipsum non diu post annum CLXX. supremum diem obiisse, cum Baraterio [12] existimamus; quippe qui scribendo intentus numquam non fuisse comperitur.

In Palæstinam autem profectus est aliquando

1. *Iren.* lib. III. cap. III. §. 2.
2. *Pears.* opp. posth. Differtat. I. cap. VII. §. III. pag. 34. seqq.
3. *Polycr.* apud Euseb. Hist. eccl. lib. V. cap. XXIV.
4. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XXIV.
5. Id. Epist. LXX. §. 4. al. LXXXIV.
6. *Anast.* Sin. in Hodeg. cap. XIII.
7. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXVI.
8. *Euseb.* l. c. cap. XIII.
9. *Dodw.* Differt. XI. Cypr. §. XXXIX. pag. 264.
10. *Euseb.* Chron. ad ann. 2186. pag. 169.
11. *Scalig.* Animadv. ad Euseb. Chron. pag. 221.
12. *Barat.* Disquis. chron. cap. XVIII. §. 3. pag. 220.

noster auctor, quo nimirum ex illius provinciæ fidelibus perdisceret, quinam essent veteris Testamenti libri omnium consensu recepti; quorum proinde indicem contexuit: isque primus est sacrarum scripturarum canon, ab ecclesiastico scriptore confectus. Instructus itaque veteris Fœderis codicibus, domumque reversus, excerpta quædam ex lege & prophetis ad Christum fidemque nostram universam spectantia collegit, quæ in sex libros postea distribuit. Horum autem excerptorum præfatio sive epistola Onesimo cuidam inscripta, una hodie superat.

III. Quandoquidem vero sermo incidit de hoc opere, ex variis divinorum librorum locis contexto; illius etiam heic juverit meminisse, cui titulus *Clavis*. Et istud quidem cum eo idem videtur esse, cujus vetus Latina versio inter codices mss. Collegii Claromontani occurrit, cum ejusmodi inscriptione, prout eam recitat Magnus Crusius [1]: *Melitonis Asiani Clavis scripturæ sacræ*: opus haud multum diversum, ut refert Labbeus [2], a Formulis spiritualis intelligentiæ, quæ inter opera Eucherii adnumerantur. Ex hac autem *Clavi Scripturæ* desumtus forte locus ille, qui ad *Genes.* xxii. 13. in bibliis Sixtinis sic a Nobilio citatur: „ *Melito*, Syrus & Hebræus di„ cunt, *κρεμάμενος*, *pendens*, ut manifestius effin„ geret crucem.

Ceterum quum laudatus Crusius pridem in se recepisset semet editurum cum aliis ecclesiasticæ antiquitatis monumentis, antiquam illius operis versionem cum emendationibus Sirmondianis, neque umquam quod quidem sciam promissis stetisset: propterea amicorum optimus meo nomine ad virum perillustrem Parisiis agentem litteras perferendas curavit, quibus tum de hoc Melitonis opere sciscitabatur, tum de ipso codice manu exarato describendo consilium studiumque aperiebat. Verum ab eo V. C. responsum tulit hujusmodi: „ Le livre „ qu'on demandoit sous le nom de Κλεὶς, seu *Cla*„ *vis Melitonis Sardiensis*, ms. du College de Clermont, est une espece de Dictionaire ou Vocabulaire interpretatif des mots difficiles de l'Ecriture sainte. Son veritable titre est: *Miletus* „ (sic) *Asianus episcopus hunc librum edidit, quem* „ *& congruo nomine* Clavem *appellavit*. L'ouvrage est un in-quarto assez mince, d'environ 300. pages en velin, dont l'écriture est de la fin du xii. ou commencement du xiii. siecle. Cet ouvrage ne paroit pas pouvoir être d'une grande „ utilité. „

IV. Jam vero de reliquis duobus fragmentis quæ hactenus recensitis subjecimus, sermo recurrat. Utrumque ex Anastasio Sinaita desumtum: & alterum quidem tamquam excerptum ex libro III. περὶ σαρκώσεως Χριστοῦ, alterum vero ex Oratione εἰς τὸ πάθος. Neutrum sane opus verbo tenus memoratur ab Eusebio: at probe novimus Cæsariensem episcopum palam esse professum [3], se illorum tantum Melitonis operum seriem subjecisse, quæ ad suam notitiam pervenerunt: ταῦτα εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἀφῖκται τὰ ὑποτεταγμένα: ut propterea neque Eusebii silentium neque Hieronymi qui eum plerumque affectatur, nihil obstet quo minus fragmenta nobis infra relata, Melitonis esse agnoscamus, accedente in primis gravissimo Anastasii Sinaitæ testimonio.

Neque porro immerito quis conjecerit, mea quidem sententia, libros *de Incarnatione Christi* Eusebium fortasse respexisse, dum alibi de Melitonis scriptis hæc habet [4]: Τὰ γὰρ Εἰρηναίου τε καὶ Μελίτωνος καὶ τῶν λοιπῶν τίς ἀγνοεῖ βιβλία, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον καταγγέλλοντα τὸν Χριστόν; „ Irenæi quidem „ & Melitonis & reliquorum scripta quis est qui „ ignoret, in quibus Christum Deum simul at„ que hominem prædicarunt? „ Siquidem Melito in utroque fragmento Anastasiano Christi divinitatem, veritatemque utriusque in eo naturæ, altissime prædicare comperitur: qua de re pluribus Grabius [5].

CAPUT XXV.

DE

S. CLAUDIO APOLLINARI,

EPISCOPO HIERAPOLITANO.

SYNOPSIS.

I. *De* Claudii Apollinaris *ætate. Quæ scripsit pro religione Christiana, penitus interciderunt.*

II. *An fragmenta librorum adversus Cataphrygas ab Eusebio recitata, huic Hierapolitano episcopo a nonnullis jure asserantur.*

III. *Eidem vindicata fragmenta duo libri* de Paschate, *ab auctore Chronici Paschalis relata.*

I. Claudius Apollinaris Hierapolitanus episcopus, ex Eusebio [6] atque Hieronymo [7], M. Aurelio Antonino imperante floruisse traditur: Ἰουστίνου τελειωθέντος καὶ ἄλλων πολλῶν „ Justino aliis„ que haud paucis martyrio jam defunctis „ inquit Chronici Paschalis auctor [8]. Plura scripsit pro religione Christiana „ vir laude dignus, & qui „ præter divinarum rerum cognitionem, externa „ quoque disciplina fuit excultus „ judice Theodorito [9]: ἀνὴρ ἀξιέπαινος, καὶ πρὸς τῇ γνώσει τῶν θείων καὶ τὴν ἔξωθεν παιδείαν προσειληφώς. Quæ quidem deinceps exscripsit Nicephorus [10]. Neque aliter profecto de eo censuit Photius [11]: Ἀξιόλογος δὲ ὁ ἀνὴρ, καὶ φράσει ἀξιολόγῳ κεχρη-

1. *Cruf.* Differt. epist. pag. 13.
2. *Labb.* Differt. de Script. eccl. tom. II. pag. 87.
3. *Euseb.* Hist. eccl. lib. iv. cap. xxvi.
4. Id. ibid. lib. v. cap. xxviii.
5. *Grab.* ad Bulli defens. sect. II. cap. v. pag. 86.
6. *Euseb.* Hist. eccl. lib. iv. cap. xxvi.
7. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. xxvi.
8. *Chron. Pasch.* pag. 259.
9. *Theodor.* Hæret. fabul. lib. III. cap. II. opp. tom. iv. pag. 227.
10. *Niceph. Call.* Hist. eccl. lib. iv. cap. xx.
11. *Phot.* Bibl. cod. xiv.

μένος. „ Vir sane præstans, & stilo præstanti usus. „

Ex iis vero quæ litteris tradidit illustris iste Ecclesiæ scriptor, ejusmodi sunt veteribus laudata. I. Oratio pro fidei defensione ad M. Antoninum Verum, anno circiter ejus imperii x. Christi autem pro æra vulgari CLXX. oblata, ut arguit Dodvvellus [1]. II. Adversus gentes libri quinque. III. De veritate libri duo. IV. Duo item adversus Judæos. V. Et alii quos postmodum exaravit adversus Cataphrygas, tunc primum exortos: de quibus postremis libris eodem sæculo II. labente Serapion episcopus Antiochenus ad Caricum & Ponticum scribens, apud Eusebium hæc habet [2]: πέπομφα ὑμῖν καὶ Κλαυδίου Ἀπολιναρίου τοῦ μακαριωτάτου γενομένου ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας ἐπισκόπου γράμματα. „ Beatissimi Claudii Apollinaris qui Hierapolitanæ urbis in Asia episcopus fuit, scripta „ *sive* libros ad vos misi. „ Sic enim vocem γράμματα Latine reddere malumus cum Baluzio [3] & Fabricio [4], quam *litteras* cum Lango [5] & Valesio [6]. Verum hæc aliaque Hierapolitani hujus episcopi modo memorata hodie desiderantur, eorumque tantum inscriptiones ad nos pervenerunt.

II. Haud equidem ignoro, nonnullos viros doctissimos Claudio Apollinari adscribenda existimasse fragmenta illa contra Montanistas, quæ recitat Eusebius ex auctoris anonymi libris Avircio Marcello nuncupatis [7]. Ita quidem Baronius [8], Rufini [9] ut videtur & Nicephori [10] auctoritate ductus: quorum sententia scriptori quoque libelli Synodici apud Labbeum arrisisse perhibetur [11]. Neque aliter sane Baluzius [12]; qui ex Eusebii potissimum testimonio libros illos Claudio Apollinari asserendos contra Valesium contendit. Sed frustra, meo quidem judicio: neque enim Eusebius id uspiam memoriæ commendavit. Testatur quidem semel iterumque episcopus Cæsariensis, adversus Cataphrygarum hæresim stilum strinxisse Apollinarem: *sed alios cum eo quamplures doctrina & eloquentia præstantes viros, tamquam validum atque invictum telum, tunc excitasse propugnatorem veritatis Deum* tradit [13]: cujusmodi sane fuere Miltiades, Rhodon & Apollonius, de quibus agit deinceps idem Historicus. Quibus enarratis ita pergit: *Unus igitur ex illis in ipso principio operis quod adversus Cataphrygas composuit; prius cum illis nuda voce dimicasse asserit, eorumque errores coarguisse. Sic enim sermonem suum orditur: Quum jamdudum id mihi munus injunxeris, Avirci Marcelle carissime*, cet. Quis porro ex his Eusebii verbis rite colligat, libros Avircio Marcello nuncupatos, ab Apollinari fuisse conscriptos, quum Cæsariensis episcopus, *quampluribus* recensitis qui adversus Cataphrygas scripsere, *unum ex illis*, tacito ejus nomine, eorum librorum auctorem fuisse testetur?

His autem vel illud maxime accedit, ut recte Valesius, Apollinarem Eusebio teste [14] tunc temporis Montanistarum hæresim scriptis exagitasse, quum primum enasci cœpit; nimirum circa Christi annum CLXXI. Καὶ ἃ μετὰ ταῦτα συνέγραψε κατὰ τῆς Φρυγῶν αἱρέσεως μετ᾽ οὐ πολὺν καινοτομηθείσης χρόνον. τότε γε μὲν ὥσπερ ἐκφυεῖν ἀρχομένης, ἔτι τοῦ Μοντανοῦ ἅμα ταῖς αὐτοῦ ψευδοπροφήτισιν ἀρχὰς τῆς παρεκτροπῆς ποιουμένου. Quo igitur tempore scribebat Apollinaris, Montanus cum falsis vatibus suis, hæreseos suæ *fundamenta jaciebat*; quæ quidem non longe postea maximos tumultus excitavit. Verum auctor innominatus Eusebianus quo de agimus, post Montani demum, Maximillæ ac Theodoti mortem, id est non ante annum CCXII. libros suos exaravit, ut ex eorum fragmentis ab Eusebio servatis compertum fit. Quapropter insuper habenda cum Dodvvello [15] Rufini auctoritas, licentissimi nimirum interpretis: neque magis ducenda sequioris ævi scriptorum assertio, Nicephori Callisti libellique Synodici auctoris; quorum hic sæculo IX. ille vero XIV. floruisse perhibetur: hi siquidem Eusebii mentem haud assecuti, ejus narrationem pro arbitrio interpolasse noscuntur.

Huic demum sententiæ de fragmentis ab Eusebio recitatis, Claudio Apollinari adscribendis, nuper quam proxime accessit cl. Lequienius [16]. Ex quadam enim vita S. Abercii Hierapolis in Phrygia episcopi, quam ex Metaphaste Latine primum vulgarunt Lipomanus [17] & Surius [18], Græce vero Halloixius [19], conjicit vir eruditus „ hunc ipsum „ esse Abercium, cui Apollinaris Hierapolitanus „ opus contra Cataphrygas nuncupavit: ut proin„ de Apollinaris ecclesiæ Hierapolitanæ presbyter „ dumtaxat tunc fuerit, qui episcopo suo præcipiente sectarios illos confutavit. „ Hactenus ille. Verum, ut ea prætereamus quæ modo edisseruimus, quam fluxa sit istiusmodi vitæ S. Abercii fides, cui uni Lequienii conjectura innititur, pluribus post Baronium [20] ostendit Tillemontius [21].

III. Præter hactenus memorata opera quæ penitus interciderunt, librum quoque *de Paschate* scripsisse comperitur Apollinaris, cujus fragmenta duo quæ heic typis excudenda curavimus, apud auctorem Chronici Paschalis vulgo Alexandrini supersunt. De horum autem fragmentorum sinceritate nonnulli recentiores dubitasse noscuntur, quos inter eminet Tillemontius [22]; eo nimirum nomine quod Claudii Apollinaris opera recensens Eusebius, illud *de Paschate* tacitus prætererierit, neque uspiam apud scriptorum ecclesiasticorum nomenclatores ejus mentio recurrat. Esto: de illo quidem opere silet Eusebius; eoque silente, nihil sane mirum, si Hieronymus quoque, Gennadius, Honorius aliique de ipso reticeant, qui ad vetustiorum saltem temporum scriptores quod attinet, unum Eusebium sequi consueverunt. Verum quid tum postea? Num ideo episcopus ille Hierapolitanus opus *de Paschate* haud scripsisse dicendus? Minime omnium. Accipe isthæc Eusebii verba [23]: Τοῦ Ἀπολιναρίου πολλῶν παρὰ πολλοῖς σωζομένων, τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα ἐστὶ τάδε. „ Apollinaris licet penes

1. *Dodw.* Differt. XI. Cypr. §. XXXIX. pag. 264. & Differt. IV. Iren. §§. XXXIV. XXXIX. pagg. 359. 372.
2. *Serap.* apud Euseb. Hist. eccl. lib. V. cap. XIX.
3. *Baluz.* Nov. Concil. collect. pag. 6.
4. *Fabric.* ad Hieron. de Vir. illustr. cap. XLI.
5. *Lang.* ad Niceph. IV. 27.
6. *Valef.* ad Euseb. V. 19.
7. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. capp. XVI. & seq.
8. *Baron.* ad ann. 173. §. IX. seqq.
9. *Rufin.* interpr. Euseb. lib. V. cap. XV.
10. *Niceph. Call.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXIII.
11. *Labb.* Conc. tom. I. col. 615. edit. Venet.
12. *Baluz.* apud Labb. ibid. col. 593.
13. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. XVI.
14. Id. ibid. lib. IV. cap. XXVII.
15. *Dodw.* Differt. IV. Iren. §. XXXVIII. pag. 369. & Differt. IV. Cyprian. §. IV. pag. 40.
16. *Lequien.* Or. Chr. tom. I. col. 833.
17. *Lipom.* Vit. SS. tom. VI.
18. *Sur.* Vit. SS. ad d. 22. Octob.
19. *Halloix.* Illustr. eccl. orient. script. tom. II. pag. 120.
20. *Baron.* ad ann. 163. §. XV.
21. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pagg. 299. 621.
22. *Tillem.* Lettre au R. P. Lamy §. LXXII. à la fin du tom. II. des Mem. eccl. pag. 748. Ibid. pag. 453.
23. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXVII.

„ multos multa exstent opera, hæc tamen sola A „ ad nos pervenerunt. „ Audin'? *Multa* scripsit Apollinaris, ex quibus quinque *sola* novit Eusebius, quæ illic enumerat; quique proinde illa non vidit quæ *contra Severianos Encratitas* ipsum scripsisse tradit Theodoritus [1]; neque librum περὶ εὐσεβείας, *de pietate*, quem legit Photius [2]. Quidni porro opus quoque *de Paschate* scripserit, ut auctor est Chronici Paschalis scriptor anonymus? Melitonem enimvero Sardiensem episcopum, qui floruit iisdem temporibus quibus Apollinaris, de eodem argumento, licet non eadem sententia, libros duos perscripsisse, testem habemus ipsummet Eusebium [3]. Nam Polycrates in epistola ad Victorem [4], Sardiensem illum episcopum inter B eos recenset, *qui diem Paschæ quartadecima luna juxta evangelium observarunt*: quum contra omnino sensisse Apollinarem, ex allatis fragmentis constet. Nimirum, ut apposite V. C. Bernardus Lamy [5]: „ Quartadecimani supponentes pascha Judaicum a „ Jesu Christo factum quarta decima die, quæ oc„ curreret in pervigilio mortis ejus, contende„ bant quacumque feria in quam incideret eadem „ decima quarta dies, Domini exemplo pascha „ Christianum potius esse celebrandum, quam in „ die dominica. Verum sancti Doctores (quos in„ ter noster Apollinaris) arguebant eos niti fal„ so fundamento: quoniam Jesus eo anno quo „ passus est, non fecisset pascha, sed fuisset. „ C Hæc vir doctus. In eadem porro sententia cum nostro episcopo Hierapolitano, plerique Patres deinceps fuerunt, Clemens Alexandrinus, Hippolytus Portuensis, Petrus Alexandrinus aliique, quos apud eumdem Lamyum videas [6].

Tillemontius quidem omnem lapidem movet [7], quo suspectam reddat Chronici Paschalis præfationem, ubi Apollinaris aliorumque veterum Patrum fragmenta *de Paschate* occurrunt: eorum tamen integritatem palam oppugnare non audet, ut probe advertit laudatus Lamyus Tillemontii argumenta retundens [8]. Neque aliter sane Cangius: cujus notam margini adlitam, *falsa sunt ista* [9], de auctorum quidem sententia, non vero de ipsorum textu accipiendam nemo non videt. Ita quoque jampridem censuerat doctissimus Petavius, qui eadem fragmenta Græce recitans [10], de iis in præfatione ad lectorem hæc habet: „ Accessit Anonymi cujus„ dam Diatriba de Paschate novissimo Christi.... „ Duplex fragmenti esse istius argumentum vide„ tur. Primum enim Christum demonstrat ultima „ in cœna legale Pascha non celebrasse; quod pri„ die ejus diei quo a Judæis peractum est, my„ sticum suum ac novi Testamenti proprium Pa„ scha Christus obierit. Cujus opinionis Veteres „ nonnullos citat. Sed ea videlicet, quod illorum „ pace dixerim, falsa & evangeliorum auctorita„ ti contraria est. „ Hactenus ille. Denique Tourneminius vir eruditissimus in epistola Bernardo Lamyo inscripta, non solum fragmentorum illorum sinceritatem, sed etiam sententiarum veritatem agnoscit [11]. Quorum ergo virorum doctorum auctoritate permoti, duo illa fragmenta *de Paschate* quæ in Chronico Paschali Apollinari Hierapolitano adscribuntur, eidem sancto Patri nos quoque fidenter asserimus.

CAPUT XXVI.

DE

BARDESANE

SYRO.

SYNOPSIS.

I. BARDESANES *natione Syrus, patria Edessenus. Vir primum pietate ac doctrina præstans, in hæresim postea lapsus.*

II. *Innumera pæne scripsit pro religione, quæ omnia tamen periere, uno excepto Dialogi* DE D FATO *insigni fragmento. Num Græce scripserit.*

III. *Quo tempore floruerit. An Bardesanes Recognitionum auctore posterior sit habendus.*

IV. *Nonnulla in ejus Dialogo notatu digna, deque illius fragmento edito atque illustrato.*

I. BARDESANEM natione Syrum fuisse tradit Eusebius [12]; Edessæ autem in Mesopotamia ortum duxisse testatur Epiphanius his verbis [13]: ἐκ Μεσοποταμίας μὲν τὸ γένος ἦν, τῶν κατὰ τὴν Εδεσσηνῶν πόλιν κατοικούντων. Utrique vero adhærens Theodoritus, ipsum & Syrum appellat & Edessenum [14]. Et recte quidem: qua de re vide sis quæ de Tatiano superius edisseruimus. Babylonius quoque dicitur Hieronymo [15] atque Porphy- E rio [16]; propterea fortasse quod Babylone potissimum inclaruerit: siquidem, Eusebio teste l. c. summam Chaldaicæ doctrinæ perfectionem fuit adeptus: ἐπ' ἄκρον τῆς Χαλδαϊκῆς ἐπιστήμης ἐληλακώς.

Is itaque, ut scribit S. Epiphanius „ principio „ longe optimus vir fuit, ac libros haud paucos „ conscripsit, quum adhuc sana atque integra men„ te esset. Quippe in ecclesia Dei versabatur: quum„ que Abgaro Edessenorum regulo viro sanctissimo „ familiaritate conjunctus esset atque cum eo con„ corditer se in omnibus gereret, ejusdemque di-

1. *Theodor.* Hæret. fabul. lib. I. cap. XXI. opp. tom. IV. pag. 208.
2. *Phot.* Bibl. cod. XIV.
3. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXVI.
4. *Polycr.* apud Euseb. ibid. lib. V. cap. XXIV.
5. *Lamy* Differt. de Pasch. Jud. §. XI. in Harmon. p. 437.
6. *Lamy*, Traité de l'ancienne Paq. II. part. chap. VI. pag. 349-373.
7. *Tillem.* l. c. Mem. eccl. tom. II. pag. 736. seq.
8. *Lamy*, Réponse à la Lettre de M. de Tillemont, pag. 121. dans la Suite du Traité de la Paq.
9. *Cang.* Chron. Pasch. pag. 5.
10. *Petav.* Uranol. pag. 213. seq.
11. *Tournem.* apud Lamy, Suite du Traité de la Paq. pag. 79. suiv.
12. *Euseb.* Præpar. evang. lib. VI. capp. IX. & X. pagg. 273. 280.
13. *Epiph.* Hær. LVI. cap. I.
14. *Theodor.* Hæret. fab. lib. I. cap. XXII. opp. tom. IV. pag. 208.
15. *Hieron.* adv. Vigilant. lib. II. cap. XIV.
16. *Porphyr.* de abstin. lib. IV. cap. XVII.

„ sciplinæ particeps esset; de fide catholica quam „ primum profitebatur, optime meritus est: quin „ & ejusdem fidei confessionem coram Apollonio „ Antonini imperatoris familiari adeo præclaram „ edidit, ut σχεδὸν ἐν τάξει ὁμολογίας, *inter fidei* „ *confessores propemodum* fuerit relatus. „ Quibus enarratis, subdit S. Pater: „ At vir ille præcla- „ rissimis ornamentis præditus, sicut egregia na- „ vis, infinitis onusta mercibus ad portum illisa, „ naufragium fecit. „ Nam in Valentini tandem hæresim incidit: „ cujus impietatem, inquit Eu- „ sebius [1], quum postea comperisset improbasset- „ que, ipse quidem sibi visus est ad rectiorem sen- „ tentiam transivisse; vetusti tamen atque inoliti „ erroris sordes non penitus extersit. „

II. Innumera pæne in religionis patrocinium scripsisse fertur vir disertissimus atque in disputando acerrimus, adversus omnes ferme hæreticos qui ejus ætate exorti erant, in primis vero adversus Marcionem: ut alia multa prætereamus litteris ab eo tradita ex occasione persecutionis, quæ tunc temporis in Christianos grassata est. Verum inter ea celebratur potissimum apud scriptores veteres ejus Dialogus *de Fato* adversus Abidam astrologum, Antonino inscriptus; Eusebio propterea dictus ἱκανώτατος, Hieronymo autem *clarissimus & fortissimus liber* [2]. Omnia tamen Syri hujus scriptoris opera interiere, uno excepto ejusdem Dialogi de Fato insigni fragmento, nobis ab Eusebio servato; ex quo etiam auctor Recognitionum [3], & Cæsarius [4] plura desumsisse noscuntur.

Scripsisse autem Bardesanem patria lingua, id est Syriaca, cum quamplurimis aliis opusculis etiam dialogos, quos quidem ejus discipuli Græce reddiderint, memoriæ prodidere post Eusebium, Hieronymus, Theodoritus aliique. Verum, Epiphanio teste, vir fuit utriusque linguæ, Græcæ videlicet ac Syriacæ, peritus: λόγιός τις ὢν ἐν ταῖς δυσὶ γλώσσαις, Ἑλληνικῇ τε διαλέκτῳ καὶ τῇ τῶν Σύρων φωνῇ: ut proinde Græce quoque illum scripsisse verisimillimum Dodvvello videatur [5]. Qua quidem conjectura, Epiphanii potissimum auctoritate firmata, eo tandem adducimur ut existimemus, Bardesanem Dialogum saltem de Fato Græcis litteris consignasse; adeoque in illius operis fragmento quod hodie superat, nos utique Bardesanem ipsum, non autem ejus interpretem, loquentem audire. Atque in hac sententia eo libentius conquiescimus, quod veteres plerique tradiderint, Dialogum illum Antonino Augusto fuisse ab auctore nuncupatum; sive is demum fuerit M. Aurelius, ex sententia S. Hieronymi; sive alius ex Antoninis, ut puta Commodus, Caracalla, Elagabalus, qui & ipsi post Pium & M. Aurelium, Antonini nomen sortiti sunt. Neque enim verisimile est, hunc Bardesanis Antoninum, non Augustum fuisse, sed unum ex nostri Syri scriptoris amicis Syriace cum eo colloquentibus; quod post Valesium censuit Tillemontius [6]: Syrorum enim Antonini nomen non fuit, ut scite Fontaninus [7]: adeo ut Antonino viro Latino Græce docto, & quidem Augusto, Dialogum suum non Syro ser-

A mone, sed Græco perscriptum, nuncupasse Bardesanes sit existimandus.

III. De tempore quo floruit auctor hic Edessenus, varia circumfertur tum veterum tum recentiorum sententia. Eusebius quidem sive in Chronico [8] sive in Historia [9], ipsum scriptis suis sibi nomen adscivisse ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας, id est, M. Aurelio imperante de quo supra verba fecerat, luculenter testatur. Idem quoque tradunt Epiphanius, Hieronymus ac Theodoritus ll. cc. Hanc autem temporis notationem sequuntur præ ceteris viri doctissimi, Baronius [10], Tillemontius [11] ac nuper Fontaninus latissime [12]: quam B ergo nos item retinendam primum duximus.

Verum aliter scriptores exotici; auctor, inquam, Chronici Edesseni, & Moses Chorenensis. Ille siquidem anno Græcorum CCCCLXV. die XI. Julii, hoc est anno Christi CLIV. Bardesanem natum refert [13]; hic vero, præter alia nonnulla lectu non indigna quæ de eo litteris tradidit, hæc ad rem nostram enarrat [14]: *Bardesanes sub Antonino ultimo floruit*: ut proinde, si utriusque scriptoris verba componantur, quum Bardesanes anno Christi CLIV. natus dicatur, sexagenario major fuerit Elagabalo imperante, sub quo floruisse fertur; qui videlicet *Antoninorum ultimus* anno quinto post Caracallam, Christi CCXXII. periisse comperitur: C adeoque haud inclaruerit sub M. Antonino seniore; quo nimirum e vivis erepto anno Christi CLXXX. die XVII. Martii, nondum excesserit ætatis annum XXVI. Quæ est demum sententia Dodvvelli [15], Grabii [16], & Bayeri [17], a V. C. Francisco Wise pluribus præterea firmata [18].

Scilicet rata isthæc Bardesanis ætatis epocha haud immerito existimatur. Neque enim demum Chronici saltem Edesseni auctori fides deneganda videtur; qui Chronicon illud circa sæculi VI. medium contexens, celeberrimi scriptoris itidem Edesseni non solum annum, sed etiam natalem diem, ex ejusdem sane urbis tabulis erutum, memoriæ prodidit ipsemet Edessenus. Assemanus enimvero vir doctissimus, ejusdem Chronologi ab se editi D auctoritate permotus, Bardesanis vitam post mortem M. Aurelii, refragante licet Epiphanio, ut minimum usque ad annum Christi CXC. producendam esse censuit: ut propterea mirari subeat, Fontaninum vetustis scriptoribus, Græcis in primis, accensuisse quoque Chronologum hunc Edessenum, qui ab eorum placitis longissime abesse perhibetur, cuique insuper ad eamdem temporis notationem confirmandam Moses Chorenensis accedit, & quidem testis locupletior, sæculo plus nimirum eo antiquior.

At enim huic posteriori sententiæ illa repugnare videntur, quæ sub hujus capitis initium diximus de Recognitionum Clementinarum auctore, E qui Bardesanem exscripsit. Constat enim Bardesanis Dialogo recentiores fuisse Recognitiones, ut post Grabium laudatus Fontaninus luculenter evicit [19]. Atqui auctor Recognitionum manifeste ob oculos ponit Antonini Caracallæ constitutionem qua circa annum Domini CCXV. gentes Romano

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXX.
2. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XXXIII.
3. *Recognit. Clem.* lib. IX. capp. XIX - XXIX.
4. *Cæsar.* Dial. II. Interr. CIX. CX.
5. *Dodw.* Differt. IV. Iren. §. XXXV. pag. 361.
6. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 676.
7. *Fontan.* Hist. litter. Aquil. lib. V. cap. X. §. VII. p. 333.
8. *Euseb.* Chron. ad ann. MMCLXXXVIII.
9. Id. Hist. eccl. lib. IV. cap. XXX.
10. *Baron.* ad ann. 175. §. XVI. seq.
11. *Tillem.* l. c. pag. 454.
12. *Fontan.* l. c.
13. *Chron. Edess.* apud Asseman. Bibl. orient. tom. I. p. 389.
14. *Mos. Chor.* Hist. Armen. lib. II. cap. LXIII. pag. 185.
15. *Dodw.* Differt. IV. Iren. §. XXXV. pagg 360 - 363.
16. *Grab.* Spicil. tom. I. pag. 317.
17. *Bayer.* Hist. Osrhoen. lib. III. cap. XXVIII. pag. 172.
18. *Wis.* Epist. de numm. Abgar. pagg. 16. 17. Oxon. 1736. 4.
19. *Fontan.* l. c.

imperio subjectas, propriisque antea legibus usas, in Urbis rerum dominæ jura primus omnium transire jussit. Ne res vero in dubitationem adducatur, locum ipsum scriptoris Recognitionum recitat V. C. cui etiam Bardesanis verba e regione A conjungit, ut Bardesanem quodammodo cum ipso Recognitionum auctore committens, clare demonstret, quid hic posterior, tamquam a Clemente Romano dictum, Bardesanis verbis de suo addiderit, quidve immutaverit. Utraque autem sic se habent [1]:

AUCTOR RECOGNITIONUM.

Certe, quod in promtu est noscere, quanti imperatores gentium quas vicerant, leges & instituta mutarunt? Quod evidenter a ROMANIS *factum docetur, qui* OMNEM *pæne* ORBEM *omnesque nationes propriis* PRIMO *& variis legibus institutisque viventes, in* ROMANORUM JUS *&* CIVILIA SCITA *verterunt.*

BARDESANES.

Πόσοι βασιλεῖς κρατήσαντες ἐθνῶν, παρήγαγον τὰς πρὸ αὐτῶν νόμους, καὶ ἔθεντο τὰς ἰδίας;

Quam multi reges, debellatis victisque nationibus novas ipsi propriasque leges, antiquatis prioribus, imposuerunt?

B

„ Jam, inquit vir eruditus, ex collatione utriusque scriptoris perspectum redditur, Bardesanem generatim locutum, nullam ante se legem particularem ab Augustis editam respexisse, eoque minus Caracallæ constitutionem. Verba insuper modo adducta Bardesanem eadem constitutione antiquiorem omnino produnt: atque hoc ipsum in caussa fuit, cur eadem Bardesanis verba a posterioris ætatis homine Pseudo-Clemente suppilata interpolarentur. „ Hæc aliaque vir eruditus in eamdem sententiam.

Haud equidem repugnaverim, Recognitionum auctorem sua potius e Bardesane, quam hunc ex eo fuisse mutuatum. Hinc tamen Chronologi Edesseni & Mosis Chorenensis auctoritatem detrectare non cogimur. Qui enim sub Elagabalo sexagenario major erat Bardesanes, quid prohibet quin plures ante annos quam illa Caracallæ constitutio ederetur, sub aliis nimirum Antoninis, aut si mavis, vel ipso Antonino Caracalla imperante, dialogum de Fato perscripserit auctor Syrus, adeoque sua inde hauserit eo recentior Pseudo-Clemens?

Illud quoque urget laudatus Fontaninus, cui non parum inesse momenti existimat. „ Bardesanes, „ inquit, hæc habet [2]: Χθὲς οἱ Ρωμαῖοι τῆς Αραβίας κρατήσαντες, τὰς τῶν βαρβάρων νόμους ἤλλαξαν. „ NUDIUS TERTIUS *Romani Arabia potiti, barbarorum leges mutarunt*. Quibus allatis ita subdit: „ Trajanus Augustus Arabiam primo subegit „ ex Dione [3]: unde antiquarii in ejus nummis „ legi norunt *Arab. Adquis*. Vide Spanhemium [4]. „ Sed & sub M. Aurelio rursus bello subactam, „ constat ex Dione [5]: quod A. D. 170. illigandum censet Tillemontius [6]. Bardesanes tamen „ ineunte sæculo III. sub Elagabalo inepte dixisset, Arabiam *nudius tertius* a Romanis subactam, quam initio sæculi II. Trajanus, vel M. „ Aurelius tunc primum subegisset. Bene vero de „ utroque id dicere potuit ipse sub Marco vivens. „ Hæc ille.

Atqui ex Dione comperimus [7], Arabiam tertio subactam sub Severo; qui propterea, *triumpho delato, appellatus est Arabicus*, inquit Spartianus [8]. Neque aliter sane Aurelius Victor [9], Eutropius [10] atque Herodianus [11]: quod quidem ad annum CC. refert Eusebius [12]; ut proinde Arabiam *nudius tertius* a Romanis perdomitam vere scripserit sub Elagabalo Bardesanes. At de his hactenus.

C IV. Illud potius observatione dignissimum ex ejusdem Bardesanis dialogo juverit cum magno Baronio adnotasse [13] „ non fuisse hoc tempore in Orbe provinciam, immo nec civitatem, in qua „ non essent Christiani: itemque adeo potentem „ fuisse evangelicam prædicationem, ut in diversum ac plane contrarium habitum naturam hominum transformaret: ut sive Persæ, sive Medi, aut Parthi Ægyptiive, vel aliæ barbaræ nationes essent quæ reciperent evangelium, mox „ inolitas illas apud gentiles suos turpes consuetudines, feralesque atque nefandos mores penitus antiquarent, eosdemque longius abdicarent [14]. „ Hæc ille. Quibus addas maxime velim quæ refert Photius [15] ex Diodoro Tarsensi, D Bardesanem oppugnante quod licet hominis animum a fato liberum esse docuerit, corpus tamen fato regendum subjecerit. Conferantur Photiana excerpta cum iis quæ in nostro fragmento sub finem occurrunt.

Ceterum illud Bardesanis fragmentum ex Eusebio desumsimus [16], addita cl. Vigeri versione, cui e regione interpretem Recognitionum statuimus, atque ipsius Vigeri & Cotelerii notas subjecimus: neque Grabii observationes omisimus, qui textum Bardesanis Eusebianum cum ms. codice bibliothecæ Collegii S. Joannis Baptistæ a se collatum testatur.

1. Vid. infra pag. 687. d.
2. Ibid.
3. *Dio* lib. LXVIII. pag. 777.
4. *Spanh.* de præst. Numism. tom. I. Differt. IX. p. 185.
5. *Dio* lib. LXXI. pag. 812.
6. *Tillem.* Hist. des Emper. tom. II. pag. 366.
7. *Dio* lib. LXXV. pag. 849.
8. *Spart.* Sev. vit. cap. IX.
9. *Vict.* de Cæsar. cap. XX.
10. *Eutrop.* Brev. lib. VIII. cap. XVIII.
11. *Herodian.* Hist. lib. III. capp. IX. X.
12. *Euseb.* Chron. ad ann. MMCCXV. pag. 172.
13. *Baron.* ad ann. 175. §. XXI.
14. *Bardes.* Dial. §. X. infr. pag. 688.
15. *Phot.* Bibl. cod. CCXXIII. pag. 662.
16. *Euseb.* Præp. evang. lib. VI. cap. X.

CAPUT XXVII.

DE ECCLESIARUM VIENNENSIS ET LUGDUNENSIS EPISTOLA,

UBI DE MARTYRIO

S. POTHINI EPISCOPI ET ALIORUM PLURIMORUM.

SYNOPSIS.

I. *Præstantia & amplitudo* EPISTOLÆ DE MARTYRIBUS ECCLESIARUM VIENNENSIS ET LUGDUNENSIS. A

II. *Horum Martyrum Acta ab iis qui aderant, litteris consignata. Quisnam illa perscripsisse existimetur.*

III. *Quo tempore ferantur hi Martyres passi.*

IV. *Nominum eorum recensio.*

V. *Memoria. Locus.*

VI. *Editio ex Valesiano Eusebio descripta. Præmittitur fragmentum epistolæ Martyrum Lugdunensium ad S. Eleutherum Romanum pontificem.*

I. „ EPISTOLA VIENNENSIUM AC LUGDUNENSIUM MARTYRUM, inquit Valesius vir „ summus [1], pulcherrimum est atque vetustissimum „ totius Ecclesiæ in hoc genere monumentum. „ De cujus laudibus quum multa jam dicta sint „ a multis, nemo tamen pro illius dignitate ha„ ctenus est locutus. Adeo ejus Epistolæ meritum „ ac pondus, omnem dicendi vim superat. Atque B „ id fatebuntur, quicumque eam sæpius legerint. „ Quo plus enim legitur, eo semper videtur es„ se præstantior. Hoc vero tam insigne ecclesiæ „ Gallicanæ monumentum, uni Eusebio acceptum „ ferre debemus: qui nisi historiarum suarum li„ bris illud intexuisset, tanto antiquitatis ecclesia„ sticæ thesauro nunc fortasse careremus. „ Hæc ille.

II. Jam vero quæ ad hanc Epistolam spectant reliqua, ea potissimum ex Ruinartio repetere juverit. Sic igitur vir iste doctus [2]: „ Quum Acta „ Martyrum Lugdunensium ab iis ipsis conscripta „ sint qui rebus gestis præsentes adfuerunt; his C „ nihil certius aut luculentius haberi potest. Tam „ pretiosum antiquitatis ecclesiasticæ monumentum „ nobis servavit Eusebius, qui ut aliquod speci„ men gravissimæ persecutionis qua sub M. Aure„ lio imperatore agitata est Ecclesia, posteris re„ linqueret, Epistolam ecclesiarum Viennensis & „ Lugdunensis in qua hæc Acta continentur, hi„ storiæ suæ ecclesiasticæ inseruit [3], afferens in „ suæ narrationis procemio, *innumerabiles prope* „ *martyres* tunc *per universum orbem enituisse*, „ quum non minus in aliis provinciis quam in „ Gallia persecutio fureret. „

Porro de hujus Epistolæ auctore silet Ruinartius, quem tamen alii fuisse Irenæum eo tempore Lugdunensis ecclesiæ presbyterum, haud immerito D existimant. Quod quidem primus omnium suspicatus est Valesius [4], quem deinceps secuti sunt Tillemontius [5], Dodvvellus [6] ac Massuetus [7], ut alios prætereamus. Oecumenius enimvero nonnulla refert de martyribus Lugdunensibus, ex iis desumta, ut ipsemet testatur [8], quæ scripsit Irenæus περὶ Σάγκτυ καὶ Βλανδίνης τῶν μαρτύρων „ de Sancto & Blandina martyribus. „ Haud αὐτολεξεὶ quidem ea recitat Oecumenius, compendio usus: ὡς δὲ διὰ βραχέων παραθέσθαι: quæ tamen in medium profert ipse, non aliunde quam ex nostra Epistola exscripsisse videtur.

III. Pergit porro V. C. ad tempus inquirendum, quo hi Martyres feruntur passi: qua de re alibi quoque agit, Dodvvellum perstringens [9]. „ Id „ vero, ait, anno XVII. M. Aurelii imperatoris „ contigisse tradit Eusebius disertis verbis in proœ„ mio jam laudato, ubi eodem anno Eleutherum „ Romanum pontificem in Soteris mortui locum „ electum fuisse affirmat. Is est annus Christi „ CLXXVII. quem idem Eusebius in Chronico cum „ M. Aurelii anno XVI. conjungit. Hunc nume„ randi modum amplexus est Chronici Alexandri„ ni auctor, qui ad eumdem XVI. Marci annum, „ Pothini ceterorumque Martyrum Lugdunensium „ passionem refert. Aliam tamen viam iniit Hen„ ricus Dodvvellus [10]: hanc enim persecutionem „ ad VII. M. Aurelii annum, Christi CLXVII. re„ fert; ne, si eam cum aliis veteribus & recen„ tioribus scriptoribus ad annum ejus imperatoris „ XVI. aut XVII. prorogaret, fateri cogeretur per„ secutionem quæ sub M. Aurelii principatu sæ„ viit, vel diuturniorem, vel saltem post aliquod „ tempus renovatam fuisse; quum infitiari non „ auderet, persecutionem sub ejus imperatoris ini„ tiis, in orientalibus saltem provinciis fuisse com„ motam.

„ Nec objiciendum est, quod Eusebius in Chro„ nico Martyrum Gallicanorum necem ad M. Au„ relii annum VII. videatur referre. Certum est

1. *Valef.* in epist. nuncup. Euseb. hist.
2. *Ruinart.* Admonit. in Act. SS. Martyr. Lugd. pag. 50.
3. *Euseb.* Hist. eccl. lib. v. capp. I-III.
4. *Valef.* ad Euseb. Hist. eccl. lib. v. cap. I. not. 2.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. III. pag. 2.
6. *Dodw.* Differt. sing. cap. x. §. 2. pag. 154. addit. opp. post. Pearf.
7. *Massuet.* Differt. II. Iren. §§. XI. LX.
8. *Oecum.* Comment. in I. Petr. epist. cap. III. tom. II. pag. 498.
9. *Ruinart.* præfat. in Act. Martyr. §. XXXVIII. pag. XXXVII.
10. *Dodw.* Differt. XI. Cypr. §. XXXVI. pag. 259. & Differt. singul. de Rom. Pontif. successf. cap. XIV. §. 3. p. 180.

enim, Eusebium in Chronico sæpius temporum seriem accurate non observasse, præsertim quum de Martyribus egit, quos potius ad aliquam e persecutionibus quas decem enumerat, quam ad annum quo passi fuerunt referre curavit. Unde sub tertiæ persecutionis titulo, Symeonem Cleopæ filium simul cum sancto Ignatio & iis qui a Plinio Secundo interfecti sunt, conjungit. Ceterum favet nobis Eusebius etiam in Chronico, qui Eleutheri papæ initium ad annum CLXXVII. refert, sub cujus pontificatus initio Martyres Lugdunenses passos fuisse certum est, non ex Eusebii solum verbis, sed ex ipsorummet Martyrum Lugdunensium epistola, quam per sanctum Irenæum ad eum pontificem direxerunt. *Te per omnia*, inquiunt, *ac perpetuo optamus in Deo valere, pater Eleuthere*.

IV. Adhæc numerum inquirit & nomina eorum Martyrum vir eruditus, sic inquiens: ,, Horum omnium Martyrum nomina in eadem epistola recensita erant. Sed excidit pretiosum illud antiquitatis monumentum, præter unum breve fragmentum quod refert Eusebius [1]; cui hæc ille subjungit: *Quid opus est expressum in supradicta epistola catalogum Martyrum heic recensere, quorum alii securi percussi, alii feris objecti, alii in carcere exanimati sunt?* Hos Martyres in totidem classes distribuunt Gregorius Turonensis [2], Ado & Notkerus [3]; quos quadraginta & octo fuisse ajunt, eorumque nomina recensent, quæ ex istis auctoribus huc proferre visum est, usque dum antiquiora inveniantur monumenta.

,, Hoc itaque ordine a Gregorio Turonensi referuntur [4]: *Vettius Epagathus*, *Zacharias*: hunc presbyterum fuisse ceteri referunt: *Macarius*, *Alcibiades*: istum alio nomine, *Asclepiadem* vocari observat Notkerus; & re ipsa sic nominatur in Martyrologio, quod sancto Hieronymo tribuitur: *Silvius*, *Primus*, *Ulpius* [a], *Vitalis*, *Comminius*, *October*, *Philominus*, *Geminus*, *Julia*, *Albina*, *Grata*, *Rogata*: hanc Gregorius Turonensis cum Martyrologio Hieronymiano omisit: *Æmilia*, *Posthumiana*: sic Gregorius, alii *Potamiam* appellant: *Pompeja*, *Rodone* seu *Rhodana*, *Biblis*, *Quarta*, *Materna*, *Elpenipsa*, *Stamas*: sic Gregorius; Ado autem & Notkerus, *Helpes quæ & Amnas*. *Hi quidem diversissimis mortibus interemti sunt*. *Hi autem bestiis traditi sunt*: *Sanctus*, *Maturus*, *Attalus*: a Gregorio omissus: *Alexander*, *Ponticus*, *Blandina*. *Hi sunt qui in carcere spiritum reddiderunt*: *Arescius*: Ado & Notkerus, *Aristæus*: *Fotinus*, *Cornelius*, *Zotimus*, *Titus*, *Zoticus*, *Julius*, *Apollonius*, *Geminianus*, *Julia*, *Ausonia*: quatuor postremos non habet Gregorius: *Æmilia*, *Gamnite*: sic Gregorius; alii *Jamnica*: *Pompeja*, *Alumna*, *Mamilia*: hæ duæ desunt in Adone & Notkero; sed habent *Domnam*, quæ in Gregorio desideratur: *Justa*, *Trifime*: Ado & Notkerus, *Trophima*: *Antonia & beatus Fotinus* [b] *episcopus*. In fragmento vitæ sancti Barnardi [5] archiepiscopi Viennensis, *Severinus*, *Exsuperius* & *Felicianus* ex horum Martyrum numero laudantur.

V. ,, Eorumdem Martyrum, sed absque nominum recensione, meminerunt etiam alia Martyrologia; Bedæ sincerum, Usuardi, Rabani cum duplici Romano, Florentinii scilicet & Baronii ad eumdem diem 2. Junii: quamvis diversis diebus, idque potissimum circa finem Julii & initium Augusti, ut ex Actis patet, passi sint. De his Martyribus homiliam habuit Eucherius Lugdunensis, quæ *de sancta Blandina* inscribitur; exstatque inter eas quæ sub Eusebii Gallicani nomine vulgatæ sunt [6]. Hos *populum Martyrum* ibi appellat Eucherius: unde plures fuisse conjicimus, quam a Gregorio enumerantur. Certe in Actis sanctorum Alexandri & Epipodii legimus [7], *plurimos quidem ex his Martyribus distinctis passionibus atque nominibus ad succedentium memorias pervenisse; innumeros vero, qui vel indiscreta cæde concisi sunt, vel vincti in ergastulis defecerunt, inscriptos in cælestis vitæ libro tantum contineri*.

,, Celebris est etiam nunc locus, *Athanacum* [c] appellatum, ubi passi dicuntur ii Martyres; a quo, ut ait Gregorius Turonensis l. c. vocantur a nonnullis *Martyres Athanacenses*. ,, Huc usque vir doctus.

VI. Ecclesiarum Viennensis & Lugdunensis Epistolam, prout eam refert Eusebius [8], proferimus; iis omissis quæ Historiographus Cæsariensis intexuit, ubi unum alterumve ejusdem Epistolæ locum præteriit, ne vetustissimi simulque pretiosissimi hujus monumenti scriptoris verba abrumperentur alienis. Valesii versionem addidimus cum eruditis ejus observationibus, quibus & nonnulla subjecimus aliunde petita.

Eidem porro Epistolæ præmittendum censuimus ex ipso Eusebio [9] fragmentum Epistolæ sanctorum Martyrum Lugdunensium ad sanctum Eleutherum Romanum pontificem. ,, Has quidem litteras, verbis utor Massueti viri doctissimi [10], a Martyribus ipsis scriptas fuisse negat Blondellus [11], sed potius a clero Lugdunensi: quia, inquit, anno VII. imperii Marci, Christi CLXVII. quo martyrium Pothini ac Lugdunensium contigit, Soter Romanam ecclesiam regebat, non Eleutherus. Sed ut id assequatur, prius Eusebii fidem elevet necesse est, qui eas litteras a Martyribus adhuc in carcere positis scriptas, eosque sub Eleuthero, anno XVII. Marci Aurelii

a Al. *Alpius*. RUINART. ad Gregor. Turon. pag. 779.
b Al. *Photinus*, melius ex Græco scriberetur *Pothinus* RUINART. ibid.
c Cod. Colb. a. *Athenaco*, & infra *Athenacenses*: quæ lectio nominis etymologiæ magis congrua videtur. Sic enim dictus est locus ille ab Atheneis, quod ibi ara esset celebris apud veteres, ob certamina facundiæ Græcæ & Latinæ a Cajo Caligula instituta. Celebrior postmodum fuit ob sanctos Martyres: ibique basilica nobilis excitata est cum monasterio insigni Ordinis Benedictini, quod nostris diebus ad canonicos sæculares transiit. RUINART. ad *Greg. Turon.* l. c.


1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. IV. Habes illud infra pag. 693.
2. *Greg. Tur.* de glor. Martyr. lib. I. cap. XLIX.
3. *Ado* & *Notk.* in Martyrol. ad d. 2. Jun.
4. Vid. *Baron.* ad ann. 179. §. XXXV.
5. Sic. Exstat in Sæc. IV. Benedict. part. II. pag. 573.
6. *Bibl. PP. Colon.* tom. V. part. I.
7. *Ruinart.* Act. sinc. Mm. Alex. & Epipod. §. II. p. m. 63.
8. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. capp. I-III.
9. Id. ibid. cap. IV.
10. *Massuet.* Differt. II. in Iren. §. VI. p. m. 67.
11. *Blondell.* Apolog. pro sent. Hieron. cap. VIII.

„ passos esse affirmat. Hinc ergo potius concludere debebat Blondellus, eos saltem anno CLXX. „ quo pontificatum iniisse vult Eleutherum, „ (tardius ego iniisse putem) martyrium subiisse, quam id vanis conjecturis nixus ad annum CLXVII. referre. Certe post annum CLXVII. „ immo & CLXX. exaratam fuisse illam epistolam, „ demonstrat scribendi occasio. „ Huc usque cum V. C. quem tamen in eamdem sententiam præcesserat Pearsonius [1], Salmasium simul ipsumque Blondellum perstringens. Ea de re præterea doctum quoque Coutantium adire juverit [2].

A

Et hactenus quidem de iis veterum Ecclesiæ Patrum scriptorumque operibus, quæ in hoc primo Bibliothecæ nostræ volumine continentur. Quandoquidem vero superiorem præfationem S. Augustini verbis concludere placuit; his item prolegomenis ceterisque in operis processu mihi enuntiatis, operæ pretium fuerit præclaram ejusdem sancti Doctoris hujusmodi sententiam adtexere [3]: *Quidquid bonum dixi, quidquid verum dixi, Dei dixi, & de Deo dixi: quidquid forte aliud dixi quod dicere non debui, homo dixi, sed sub Deo dixi.*

1. *Pears.* Vindic. Ignat. part. II. cap. XIII. p. m. 417.
2. *Coutant.* Epistt. Roman. Pontiff. pag. 87.
3. *Aug.* Enarrat. in Psalm. LV. §. 10. opp. tom. IV. pag. 523.



INDEX

EORUM QUÆ IN PRÆFATIONE GENERALI, AC PROLEGOMENIS

CONTINENTUR.

PRÆFATIO GENERALIS.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE S. CLEMENTE ROMANO.

SECTIO I.

SECTIO II.

CAPUT II.

DE S. HERMA.

CAPUT III.

DE S. BARNABA.

CAPUT IV.

De Epistola Presbyterorum & Diaconorum

ACHAJÆ,

DE MARTYRIO

S. ANDREÆ APOSTOLI.

INDEX CHRONOLOGICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,

QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SÆCULUM I.


SÆCULUM II.



INDEX ALPHABETICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,

QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.





DUÆ EPISTOLÆ

S. CLEMENTIS

(ROMANI)

DISCIPULI PETRI APOSTOLI.

[illegible]

PORRO EPISTOLA PRIOR

BEATI CLEMENTIS

DISCIPULI

PETRI APOSTOLI.

CAPUT I.

A Omnibus amantibus & diligentibus salutem suam in Christo per Deum Patrem, & obedientibus veritati Dei in spe vitæ æternæ, diligentibus fratres suos & diligentibus proximos suos in amore Dei, virginibus (*fratribus*) beatis qui constituerunt servare virginitatem propter regnum cælorum, & virginibus (*sororibus*) sanctis in Deo salutem.

CAPUT II.

B Unicuique virginum (*fratrum*) & virginum (*sororum*,) qui in veritate constituerunt servare virginitatem propter regnum cælorum, necesse est, ut sit aptus ad regnum cælorum in omnibus. Non enim verbo aut nomine aut forma aut genere aut pulcritudine aut vi aut tempore multo apprehenditur regnum cælorum, sed apprehenditur virtute fidei, quum homo ostendit opera fidei. Qui enim justus est vere, opera ejus testantur de fide ejus, ipsum
C vere fidelem esse fide magna, fide perfecta, fide in Deum, fide lucente per opera bona, ut glorificetur Pater omnium per Christum. Qui autem vere sunt virgines (*fratres*) & virgines (*sorores*) propter Deum, audiunt eum qui dixit [a]: *Justitia & fides non destituent te. Liga illas in collo tuo, & invenies misericordiam animæ tuæ, & cogitabis* [1] *bonitatem coram Deo & coram hominibus.* [b] *Viæ ergo justi ut lux lucent, & ibit lux earum donec ordinetur dies.* Splendores enim luminis eorum illustrant o-
D mnem creaturam etiam nunc per opera bona, tamquam qui vere sunt [c] *lux mundi*, quæ lucet [d] *sedentibus in tenebris*, ut surgant, & transeant ex tene-

[illegible]

a Prov. III. 3. 4. *b* Prov. IV. 18. *c* Matth. V. 14. *d* Psal. CVI. 10. Matth. IV. 16.

[illegible] FIN. a
[illegible] Id. b
[illegible] Id. c
[illegible] Id. d

1 FIN. *Cogitabis bona.*

[illegible]

A bris per lucem operum bonorum timoris Dei, [a] *ut videant opera bona, & glorificent patrem ſuum cæleſtem*. Homini enim Dei neceſſe eſt, ut in omnibus verbis & factis ſuis ſit perfectus, & ornatus in converſationibus ſuis in omni ſchemate honeſto & ordinato, & ut in juſtitia faciat omnia opera ſua ut homo Dei.

CAPUT III.

B VIrgines enim (*fratres*) & virgines (*ſorores*), pulcra ſunt exempla credentibus & credituris. Nomen enim ſolum ſine operibus non introducit in regnum cælorum. Qui enim vere fidelis fuerit, poterit ſervari: qui autem fidelis vocatur nomine ſolum, & in operibus non eſt fidelis, ſervari non poteſt. [b] *Ne quis igitur ſeducat vos verbis inanibus deceptionis*. Qui enim vocatur virgo (*frater*) vel virgo (*ſoror*), & C opera abundantia, pulcra & convenientia virginitati non habet, ſervari nequit. Dominus enim *virginitatem* talem *ſtultam* vocat, ſicut ait in Evangelio [c]; quæ quum nec oleum nec lumen haberet, manſit extra regnum cælorum, & privavit ſe gaudio ſponſi, & cum inimicis ſponſi reputata eſt: apud tales enim eſt [d] *forma timoris Dei ſolum, virtutem autem negant*; [e] *putant enim in animo ſuo, ſe eſſe aliquid, dum non ſunt, & errant*. Quilibet autem exploret opera, & cognoſcat ſe ipſum, D quia *cultum vanum* colit omnis homo, qui gloriatur in virginitate & ſanctitate, & virtutem ejus abnegat. Virginitas enim talis eſt immunda & reprobata ab omnibus operibus bonis. [f] *Omnis enim arbor ex fructibus ſuis cagnoſcitur*. [g] *Conſidera, quæ* [1] *dixi; det tibi Deus intellectum*. Quicumque enim [2] profitetur coram Domino, ſe ſervaturum caſtitatem, debet cingi omni virtute ſancta Dei; & ſi vere in tiE more [h] *crucifixit corpus* ſuum propter pietatem, [3] deprecatur verbum dicens;

[a] Matth. V. 16. [b] Epheſ. V. 6. [c] Matth. XXV. 2. ſeq. [d] Tit. I. 16. [e] Gal. VI. 3. [f] Matth. XII. 33. [g] II. Tim. II. 7. [h] Gal. V. 24.

a FIN. [illegible].
b Id. [illegible].
c Id. [illegible].

1 FIN. *quæ dico*.
2 Id. *promittit coram D.*
3 Id. *recuſat verbum*.

[1] ܢܣܓܘܢ ܦܐܪܝܢ. ܡܛܠ ܕܝܗܒ ܠܐܠܗܐ ܐܦܢܝܬܗ ܡܢ A
ܗܘ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ. ܕܦܪܘ ܘܣܓܘ. ܘܡܢ ܟܠܗ ܪܥܝܢܗ
ܘܪܓܬܗ ܘܛܥܝܘܬܗ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ. ܘܡܢ
ܒܘܣܡܘܗܝ. ܘܡܢ ܪܘܝܘܬܗ. ܘܡܢ ܟܠܗ ܚܒܝܒܘܬܗ
ܘܢܝܚܗ. [2] ܘܐܣܬܪܩ ܡܢ ܟܠܗ ܕܘܒܪܗ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ.
ܘܡܢ ܦܚܘܗܝ ܘܡܨܝܕܘܗܝ ܘܥܘܩܘܗܝ. [3] ܘܟܕ ܡܗܠܟ
ܐܢܬ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܐܚܒ ܕܬܗܘܐ ܦܘܠܚܢܟ ܘܬܫܡܫܬܟ
ܒܫܡܝܐ::

ܦܣܘܩܐ ܕ

B ܡܢ ܕܪܓܝܓ ܠܗ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܕܪܘܪܒܢ ܘܡܝܬܪܢ:
ܡܛܠܗܢܐ ܡܣܬܪܩ ܘܡܬܦܪܫ ܡܢ ܟܠܗ ܥܠܡܐ. ܕܢܐܙܠ
ܢܐܚܐ ܚܝܐ ܐܠܗܝܐ ܘܫܡܝܢܝܐ. ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ ܩܕܝܫܐ.
ܒܦܘܠܚܢܐ ܕܟܝܐ ܘܩܕܝܫܐ. ܘܒܩܕܝܫܘܬܐ ܕܪܘܚܐ
ܕܐܠܗܐ. ܘܕܢܫܡܫ ܠܐܠܗܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܒܝܕ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ ܡܛܠ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܬܦܪܫ
ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܪܓܝܓܬܗ ܕܦܓܪܐ. ܘܠܐ ܗܘܐ
ܒܠܚܘܕ ܡܢ ܗܕܐ ܕܦܪܘ ܘܣܓܘ ܡܫܬܐܠ. ܐܠܐ ܪܓ
C ܠܣܒܪܐ ܕܡܠܟܝܢ ܘܡܛܝܒ ܘܣܝܡ ܒܫܡܝܐ.
ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܫܬܘܕܝ ܒܦܘܡܐ ܘܠܐ ܡܕܓܠ.
ܕܡܝܬܪ ܗܘ ܡܢ ܒܢܝܐ ܘܡܢ ܒܢܬܐ. ܘܢܬܠ ܠܒܬܘܠܐ
ܘܠܒܬܘܠܬܐ ܐܬܪܐ ܡܫܡܗܐ ܒܒܝܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܕܡܝܬܪ
ܡܢ ܒܢܝܐ ܘܡܢ ܒܢܬܐ. ܘܡܝܬܪ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܐܙܕܘܓܘ
ܒܩܕܝܫܘܬܐ: ܘܠܐ ܐܬܛܘܫܘ ܒܡܫܟܒܗܘܢ. ܢܬܠ.
ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܠܒܬܘܠܐ ܘܠܒܬܘܠܬܐ ܡܠܟܘܬܐ
ܕܫܡܝܐ ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ ܩܕܝܫܐ. ܒܝܕ ܡܘܕܝܢܘܬܐ ܗܕܐ
ܪܒܬܐ ܘܡܫܒܚܬܐ:: D

ܦܣܘܩܐ ܗ

ܒܬܘܠܐ ܕܬܗܘܐ ܨܒܐ ܐܢܬ ܐܚܝ. ܝܕܥ
a ܐܢܬ ܟܡܐ ܥܡܠܐ ܘܠܐܘܬܐ ܐܝܬ ܒܗ ܒܒܬܘܠܘܬܐ ܕܫܪܪܐ.
ܗܝ ܕܐܡܣܝܒܐ ܩܝܡܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܒܟܠ ܥܕܢ. ܘܠܐ
ܡܬܦܢܝܐ. ܘܝܨܝܦܐ ܕܬܫܦܪ ܠܡܪܝܐ ܒܦܓܪܐ
ܩܕܝܫܐ ܘܒܪܘܚܐ. ܝܕܥ ܐܢܬ ܐܝܕܐ ܫܘܒܚܐ ܪܒܐ ܐܝܬ
ܠܒܬܘܠܘܬܐ. ܘܡܛܠܗܢܐ ܥܒܕ ܐܢܬ ܗܕܐ. ܐܘ ܝܕܥ
ܘܡܣܬܟܠ ܐܢܬ ܕܡܢܐ ܪܓܝܓ ܠܡܥܒܕ. ܐܘ ܝܕܥ

A [a] *creſcite & multiplicamini*, & [1] totam mentem & cogitationem & concupiſcentiam, & deceptionem mundi hujus, & delicias & ebrietatem, & omnem amorem ejus & otium ejus; & [2] exinanitus eſt ab omni converſatione mundi hujus, & ex laqueis & retibus & impedimentis ejus. [3] Et ambulans ſuper terram, dilige ut ſit cultus tuus & miniſterium tuum in cælo.

CAPUT IV.

B Qui enim hæc ſibi deſiderat magna & excellentia, propterea [4] exinanitur & ſe ſeparat a toto mundo, ut abeat & vivat vitam divinam & cæleſtem, [b] *ſicut angeli* ſancti, in cultu puro & ſancto, & in ſanctitate ſpiritus Dei, & ut ſerviat Deo omnipotenti per Jeſum Chriſtum propter regnum cælorum. Propterea ſeparat ſe ab omnibus concupiſcentiis corporis, & non ſolum [5] deprecatur illud: *fructificate & multiplicate*, ſed deſiderat ſpem promiſſam & præparatam & poſitam in C cælis [6] Deo, qui promiſit ore [c] & non mentitur; [7] qui major eſt filiis & filiabus, & dabit virginibus (*fratribus*) & virginibus (*ſororibus*) locum [8] celebrem in domo Dei, excellentiorem filiis & filiabus, & excellentiorem illis qui conjuges fuerunt in ſanctitate, & non [d] *polluti ſunt e concubitu* ſuo. Dabit enim Deus illis virginibus (*fratribus*) & virginibus (*ſororibus*) regnum cælorum, ut angelis ſanctis, per confeſſionem hanc [9] magnam & ingentem. D

CAPUT V.

Vis ne ergo virgo eſſe, frater? ſcis ne quantum laboris & moleſtiæ ſit in virginitate vera? [e] *Hæc perſeveranter ſtat coram Deo ſemper, & non recedit; &* [f] *ſolicita eſt, quomodo placeat Domino in corpore ſancto & in ſpiritu.* Noſti ne quanta ſit virginitatis gloria, & propterea facis hoc? an ſcis & intelligis, quid facere deſideres? an ſcis opus magnum ſanctæ virginitatis? an ut vir ſciens legitime oſtendere agonem

a Gen. I. 28. *b* Matth. XXII. 30. Marc. XII. 25. Luc. XX. 36. *c* Iſa. LV. 3. 5. *d* Apoc. XIV. 4. *e* Apoc. XIV. 4. 5. *f* I. Cor. VII. 32. 34.

ܦܐܪܐ. Fin. a

1 Fin. *& totum ornatum & curam*.
2 Id. *& ſe evacuat*.
3 Id. *Tu itaque ambulans*.
4 Id. *propterea ſe evacuat & ſeparat*.
5 Id. *non ſolum recuſat*.
6 Id. *a Deo*.
7 Id. *quod major futurus ſit*.
8 Id. *locum nominatum*.
9 Id. *propter confeſſionem*.

[illegible]

A hunc, luctaris in virtute spiritus sancti, eligens tibi hoc ut geras coronam lucis? & discernis naturam tuam in [a] *Hierusalem superna?* Si igitur hæc omnia desideras, vince corpus, vince affectus carnis, vince mundum in spiritu Dei, vince vanitates temporis transeuntes & veterascentes, corruptas & deficientes. Vince draconem, vince leonem, vince serpentem, vince Satanam per Jesum Christum, qui corroborat te per auditum verborum suorum & Eucharistiam divinam. [b] *Tolle crucem* B *tuam, & abi retro illum*, qui mundavit te, Jesum Christum Dominum tuum. [c] *Luctare cursum recte & certo*, non in timore, sed in fiducia, sperans in exspectatione Domini tui, ut *apprehendas coronam justitiæ vocationis tuæ supernæ per Jesum Christum*. Omnis enim qui [1] contenderit perfectus in fide, & non timuerit, revera accipit coronam virginitatis, cujus labor multus est & merces multa. An intelligis & nosti, quantam gloriam petat sanctitas? an C intelligis, quanta & quam gloriosa & excellens sit laus virginitatis?

CAPUT VI.

UTerus virginitatis sanctæ gestavit Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei, & corpus quod gestavit Dominus noster & in eo agonem in hoc mundo fecit, ex virgine sancta induit. Hinc ergo intellige majestatem & gloriam [2] virginitatis. Christianus vis esse? imitare Christum in D omnibus. [d] *Joannes* [3] *angelus* fuit, ut veniret *ante Dominum* nostrum, [e] *quo non fuit major inter natos mulierum*: Angelus sanctus Domini, virgo fuit. Imitare igitur legatum Domini, & dilige eum in omnibus. Rursus *Joannes*, [f] *qui cecidit super pectus Domini*, qui dilexit eum valde, etiam sanctus fuit; non enim frustra dilexit eum Dominus. Porro *Paullus*, *& Barnabas & Timotheus* [g] *cum ceteris, quorum nomi-* E *na scripta sunt in libro vitæ*: hi enim omnes sanctitatem amarunt & dilexerunt, & [h] *in certamine cucurrerunt & cursum suum absolverunt* sine macula,

a Gal. IV. 26. *b* Luc. IX. 23. *c* I. Tim. VI. 12. *d* Mal. IV. 5. Matth. XI. 10. Marc. I. 2. Luc. I. 17. *e* Matth. XI. 11. Luc. VII. 27. *f* Joan. XX. 21. *g* Philipp. IV. 3. *h* II. Tim. IV. 7.

a Fin. Forte [illegible].
b Id. [illegible].

1 Fin. *qui ambulaverit perfectus*.
2 Id. Forte, *Virginis*.
3 Id. *legatus* fuit, qui venit.

A ficut imitatores Chrifti, & filii Dei viventis. Certe etiam *Eliæ* & *Elifæ*, & multorum aliorum Sanctorum reperimus converfationem fuiffe fanctam & fine macula. Si igitur hos cupis imitari, imitare eos fortiter. Dixit enim: [a] *Seniores veftros honorate, & quando videtis converfationes eorum & mores eorum, imitamini eorum fidem.* Et iterum dicit: [b] *Eftote imitatores mei, fratres, ficut ego Chrifti.*

ܦܣܘܩܐ ܙ.

B

CAPUT VII.

Qui igitur Chrifto fimiles funt, omnino illi funt fimiles. Qui enim [c] *Chriftum* vere *induerunt*, fimilitudinem ejus efformarunt in mente fua, in omni vita fua & in omni converfatione fua, & in verbis & in factis, in patientia, in virtute, in cognitione, in caftitate, in longanimitate, in corde puro, in fide, in fpe, in amore perfecto & pleno erga Deum. Omnis ergo C virgo (*frater*) & virgo (*foror*), nifi fuerint omnino ut Chriftus, & ut illi, qui funt ejus, fervari non poffunt. Omnis enim virgo (*frater*) & virgo (*foror*) in Domino [d] *fancta eft in corpore & fpiritu* fuo, & perfeverans in cultu Domini fui; & aliorfum non fecedit ab eo, fed miniftrat femper in [1] caftitate & fanctitate in fpiritu Dei, *ut placeat Domino* fuo pure & fine macula, & *folicita eft, ut placeat coram eo* in omnibus. Talis non migrat a Do- D mino, fed fpiritu cum Domino fuo eft, ficut fcriptum eft: [e] *Eftote fancti, ficut ego fanctus fum, dicit Dominus.*

ܦܣܘܩܐ ܚ.

CAPUT VIII.

Abfit enim, fi quis nomine tantum vocetur fanctus, ut fit fanctus; fed omnino fanctus fit in corpore & fpiritu, & lætetur femper virgo (*frater*) aut virgo (*foror*) Deo & Chri- E fto ejus fimilis fieri, & tales imitari. In talibus enim cogitatio carnis non eft: qui vere fideles funt, & [f] *fpiritus Chrifti habitat in ipfis*, in illis non poteft effe [g] *cogitatio carnis, quæ eft fcortatio, impudicitia, impuritas; idololatria,*

a Heb. XIII. 7. b I. Cor. XI. 1. c Rom. XIII. 14. Gal. III. 27. d I. Cor. VII. 32. 34. e Levit. XI. 44. XIX. 2. XX. 7. 26. I. Pet. I. 16. f Rom. VIII. 9. g Gal. V. 19. 20. 21. II. Cor. XII. 20.

1 Fin. *puritate*.

[illegible]

A *veneficium*, *inimicitia*, *invidia*, *contentio*, *ira*, *rixa*, *divisio*, *zelus*; *ebrietas*, *comessatio*, [a] *scurrilitas*, *sermones stulti*, contumelia, tumultus, obtrectatio, mussitatio, amarulentia, excandescentia, vociferatio, blasphemia, impudentia, malitia, inventio mala, mendacium, multiloquium, vaniloquentia, indignatio, stridor dentium; accusatio, contritio, convicium, supplantatio, declinatio, negligentia, susurratio, arrogantia, superbia, inflatio, genus, forma, locus, divitiæ, brachium carnis, astu- B tia, stultitia, amor victoriæ, odium, inimicitia, æmulatio, invidia, retributio malorum, ἀσωτία, ingluvies, calumnia, [b] *quæ est idololatria*, *avaritia*; [c] *quæ est radix omnium malorum*, amor ornatus, vana gloria, amor primatus, audacia, [d] *superbia* quæ vocatur mors, *contra quam Deus bellum gerit*. Tales omnes illisque similes sunt homines carnis; [e] *qui enim natus est ex carne*, *caro est*. *Et qui de terra est*, *de terra loquitur*, *& de terra cogitat*: *&* [f] *desiderium carnis inimicum est Deo*; *non e-* C *nim subditum est legi Dei*; *nec potest*: *quia* [g] *in carne est in qua non habitat bonum*, *quia spiritus Dei non est in eo*. Propterea recte dicit generationi tali: [h] *Non habitabit spiritus meus in homine in sæculum*, *quia caro sunt*. [i] *Omnis igitur in quo spiritus Christi non est*, *non est ejus*; sicut scriptum est: [k] *Recessit spiritus Dei a Saule*, *& vexavit eum spiritus malus*, *immissus ei a Deo*.

D

CAPUT IX.

[illegible]

IN quocumque est spiritus Dei, is voluntatem spiritus Dei perficit; & quia consentit spiritu Dei, [l] *opera carnis mortificat*, *& vivit Deo*, [m] *subjiciens & in servitutem redigens corpus suum*, *& affligens illud*, *ut aliis prædi-* E *cans* sit signum & forma pulcra credentibus. Et dictum est [n] de servis talibus, *dignos esse Spiritu sancto*, *tamquam qui non reprobantur*, sed erunt [o] *electi coram Deo & coram hominibus*: in ho-

a Ephes. V. 5. b Coloss. III. 5. c I. Tim. VI. 10. d Dan. V. 20. Jac. IV. 6. I. Pet. V. 5. e Joan. III. 6.
f Rom. VII. 7. g Rom. VII. 17. 18. h Gen. VI. 3. i Rom. VIII. 9. k I. Reg. XVI. 14. 15.
l Rom. VIII. 13. m I. Cor. IX. 27. n I. Cor. VII. 14.

[illegible]

A mine enim Dei ex desideriis carnis nihil est, præcipue in virginibus (*fratribus*) & virginibus (*sororibus*;) sed omnes fructus eorum sunt spiritus & vitæ: & vere sunt civitas Dei, & domus & [a] *templum in quo hospitatur & habitat Deus, & ambulat inter eos in civitate sancta cælesti*. In his enim [b] *apparetis mundo ut luminaria, verbo vitæ attendentes*, & ita [c] *eritis* vere *laus & gloria, & corona oblectationis & gaudium servorum bonorum in Domino* Jesu Christo. B Omnes enim vos videntes agnoscent, vos esse [d] *semen cui benedixit Dominus*, vere semen gloriosum & sanctum, & [e] *regnum sacerdotale, populum sanctum, populum hæreditatis*, hæredes promissionum Dei, quæ non corrumpuntur nec pereunt. [f] *Quod oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non adscendit, quod præparavit Deus diligentibus ipsum*, & custodientibus præcepta ejus.

C

CAPUT X.

[illegible]

[g] *Confidimus autem de vobis, fratres, vos cogitaturos ea quæ necessaria sunt saluti vestræ:* sed ita loquimur de iis quæ loquimur, propter famam & rumorem malum de hominibus impudentibus, qui habitant cum virginibus prætextu pietatis, & conjiciunt animam suam in periculum, & eunt cum illis in semita & in deserto soli viam pleD nam periculis, & plenam offendiculis & laqueis & foveis. Prorsus non decet Christianos & timentes Deum ita conversari. Alii autem edunt & bibunt cum virginibus & sanctis in accubitu, in remissionibus & in turpitudinibus multis; id quod non decet fideles, illos præcipue qui elegerunt sanctitatem. Alii autem congregantur ad verba vana & otiosa, & ad risum, & ut loquantur mala alter de altero, & veniantur verba alter contra alterum, & sunt otiosi: [h] *cum quibus ne panem quiE dem edere* [1] suademus. Alii autem circumeuntes per domos virginum fratrum & sororum, prætextu visitandi eos, aut legendi scripturas, aut exorcizandi eos, aut docendi eos, quia sunt otiosi & non laborant quidquam,

a II. Cor. VI. 16. *b* Philipp. II. 15. *c* Isa. XXVIII. 5. *d* Isa. LXI. 9. *e* I. Pet. II. 9. *f* I. Cor. II. 9. g II. Thess. III. 4. *h* II. Joan. *vers.* 10.

1 Lit. *permittimus*.

A perveſtigantes ea quæ non ſunt neceſſaria, & *per verba delicata* nundinantes nomine Chriſti; quos averſatur Apoſtolus divinus [a] propter multitudinem nequitiæ eorum, ſicut ſcriptum eſt [b]: *Spinæ germinant in manibus otioſorum: & viæ otioſorum plenæ ſpinis.*

CAPUT XI.

B QUiſquis enim otioſus eſt, ſine opere eſt & ſine utilitate. Tales ſunt viæ omnium qui non laborant, ſed venantur verba, & ſibi imaginantur hanc eſſe utilitatem & juſtitiam. Talium enim labores ſimiles ſunt [c] *viduis otioſis & garrulis, quæ circumvagantur & oberrant inter domos* in garrulitate ſua, & venantur verba otioſa, & deferunt e domo in domum in extenſione multa, ſine timore Dei, & cum his omnibus in impudentia ſua prætextu doctrinæ loquuntur verba va-
C ria. Utinam autem doctores eſſent doctrinæ veræ, & beati eſſent! ſed ſunt moleſti, [d] *non intelligentes quid velint, & affirmantes quæ non ſunt, quia volunt eſſe doctores*, & oſtentant ſe ſcire ea, quæ loquuntur; quia mercantur iniquitatem in nomine Chriſti. Hæc contingunt multis, quod non decet ſervos Dei; & non audiunt dicentem: [e] *Non multi doctores ſint in vobis, fratres, & ne ſitis omnes prophetæ. Qui enim in verbo non tranſgreditur, hic homo perfectus eſt, potens domare & in*
D *ſervitutem redigere totum corpus ſuum.* Et [f] *ſi quis loquitur, loquatur in verbo Dei.* Et [g] *ſi eſt in te intelligentia, da verbum fratri tuo; & ſi non, pone manum tuam ſuper os tuum:* [h] *in tempore enim tacendum, & in tempore loquendum.* Et iterum dicit: [i] *Qui loquitur in tempore ſuo, pulcrum eſt ei;* Et iterum dicit: [k] *Sint ſermones veſtri conditi in gratia.* Opus eſt enim homini ut ſciat, quomodo detur verbum omni
E homini in loco ſuo. Qui enim loquitur quidquid venit in buccam, ſemper diſputationes facit; & [l] *qui loquitur verba abundantia auget dolorem*, & [m] *præceps in labiis ſuis cadit in mala;* nam [n] *per petulantiam linguæ adducit iram: &* [o] *integer cuſtodit linguam ſuam, &*

a Rom. XVI. 18. *b* Prov. XV. 19. *c* I. Tim. V. 13. *d* I. Tim. I. 7. *e* Jac. III. 1. 2. 6. 8. *f* I. Pet. IV. 11.
g I. Cor. XIV. 27. 28. *h* Eccle. III. 7. *i* Prov. XXV. 11. *k* Coloſſ. IV. 6. *l* Eccli. XX. 8.
m Prov. XIII. 3. Eccle. X. 12. *n* Prov. XVI. 27. 28. *o* Prov. XIII. 3. XXI. 23.

[illegible]

A *diligit animam suam ad vitam.* [a] *Hi enim qui per benedictionem & verba blanda decipiunt corda simplicium, dantes ipsis beatitudinem, decipiunt eos.* [1] Metuamus ergo pœnam sancitam de doctoribus: [b] *judicium enim abundantius accipient* Doctores [c] *qui docent & non faciunt*, qui portant nomen Christi in falsitate, & dicunt [2] se vere doctores esse; & circumeunt & evagantur temere, & exaltantur & gloriantur in cogitatione carnis. Hi autem sunt *ut* [d] *cæcus, qui cæcum ducit, & ambo cadunt in* B *foveam;* & [e] *portant judicium*, quia in garrulitate & in doctrina sua vana docent [f] *sapientiam animalem*, & errorem vanum [g] *verborum persuasionis sapientiæ humanæ*, [h] *juxta voluntatem principum & potestatum aeris & spiritus, qui efficax est in filiis inobedientiæ*, [i] *secundum mundanitatem hujus sæculi, & non secundum doctrinam Christi.* Ex complemento enim sermonis homo noscitur. Verumtamen si accepisti verbum scientiæ, aut occasionem doctrinæ, aut prophetiæ, aut ministerii, benedic Deo, qui C juvat omnem hominem, nec invidet; [k] *Deo* inquam, *qui omni homini dat, & non exprobrat.* In dono igitur quod accepisti a Domino, inservi fratribus spiritualibus, prophetis, qui sciunt verba quæ loqueris, esse verba Domini; & enarra dona quæ accepisti in Ecclesia ad ædificationem fratrum in Christo, ut sint bona & abundantia, quæ adjuvent homines Dei, si vere apud te sunt. D

[illegible]

CAPUT XII.

[illegible]

PORRO autem hoc [1] *pulcrum & utile est, ut quis visitet orphanos & viduas, præcipue pauperes* habentes liberos multos: [m] *ante omnia autem domesticos fidei*, qui sine dubio opus habent, & pulcri sunt & speciosi servis Dei, sive vere sunt homines veritatis. Porro autem E etiam hoc elegans est & justum & pulcrum fratribus in Christo, ut visitent exagitatos a *spiritibus malis*, & orent, & exorcizent super eos pru-

[illegible]

a Prov. XXVIII. 23. Rom. XVI. 18. *b* Jac. III. 1. *c* Matth. XXIII. 4. *d* Matth. XV. 14. Luc. VI. 39. *e* Gal. V. 10. *f* Jac. III. 15. *g* I. Cor. II. 4. 6. *h* Ephes. II. 2. *i* Coloss. II. 8. *k* Jac. I. 5. *l* Jac. I. 27. *m* Gal. VI. 10.

1 Fin. *Cavemus.*
2 Id. *& dicunt: nos in veritate docemus.*

[illegible]

A denter orationem acceptam coram Deo; non in verbis ornatis & multis diſpoſitis & præparatis, ut videantur homines eloquentes & felicis memoriæ, ſimiles tibiæ quæ dat ſonum, aut cymbalo ſonanti garrulitates eorum, & nihil juvant illos ſuper quos exorcizant; ſed in verbis terribilibus loquuntur, & terrent homines verbis ſuis, & non faciunt in fide recta, ſecundum doctrinam Domini, qui dixit [a]: *Hoc genus non exit niſi in jejunio & oratione* perſeverante ſemper, & in
B mente attenta: & ſancte rogent & petant a Deo, in gaudio & omni vigilantia & caſtitate, ſine odio & malitia. Sic appropinquemus ad fratrem aut ſororem ægrotantes, & viſitemus eos, ut æquum eſt, ſine fraude & ſine amore pecuniæ, ſine tumultu & ſine garrulitate, & non in ſchemate peregrino pietatis; & ſine ſuperbia, ſed in ſpiritu demiſſo & humili Chriſti. In jejunio igitur & precibus exorcizent, non in verbis ornatis & diſpoſi-
C tis & ordinatis doctrinæ, ſed ſicut viri qui acceperunt donum ſanationis a Deo. [b] *Gratis accepiſtis, gratis date*, fidenter ad laudem Dei in jejuniis & precibus & vigilia veſtra perſeverante ſemper, cum factis aliis pulcris: [c] *mortificate opera carnis in virtute ſpiritus ſancti*. Talis eſt templum ſpiritus ſancti Dei. Hic ejicit dæmonia, & Deus illum adjuvat. Pulcrum enim eſt, ut quis adjuvet ægrotantes. Dixit Dominus: [d] *dæmonia ejicite* cum ſanationibus aliis multis, & *gratis accepiſtis,*
D *gratis date*. Talium eſt merces bona a Deo, qui ſerviunt fratribus ſuis donis a Domino datis. Hoc eſt pulcrum & utile ſervis Domini, ut faciant juxta præceptum Domini, qui dixit [e]: *Ægrotus fui; & viſitaſtis me*, & ſimilia: & hoc pulcrum & æquum rectumque eſt, ut viſitemus vicinos propter Deum in omni ſchemate pulcro & in converſatione verecunda, ſicut dixit Apoſtolus: [f] *Quis ægrotat & ego non ægroto? & quis offenditur*

E

a Matth. XVII. 20. Marc. IX. 28. *b* Matth. X. 8. *c* Rom. VIII. 13. Coloſſ. III. 5. *d* Marc. XVI. 17. *e* Matth. XXV. 36. *f* II. Cor. XI. 29.

[illegible] FIN. a

A *& ego non impingo?* Et hæc omnia propter amorem quo quis amat proximum suum, dicta sunt; & in his simus sine offendiculo, & non faciamus quidquam in acceptione personarum, aut tamquam ad pudorem aliorum, sed diligamus pauperes ut servos Dei, & præveniamus eos visitantes. Hoc enim pulcrum coram Deo & coram hominibus, ut simus memores pauperum, & diligamus fratres & peregrinos propter Deum & propter eos qui credunt in Deum, sicut didicimus ex B lege & Prophetis, & Domino Jesu Christo de amore fraterno, & hospitalitate; quia hoc suave & acceptum est vobis; propterea quod [a] *omnes vos estis docti Dei*. Nostis enim verba dicta de amore fratrum & de amore hospitum: valide enim dicta sunt verba omnibus facientibus ea.

CAPUT XIII.

C O Fratres dilecti! quilibet ædificet & confirmet fratres in fide, quod unus sit Deus: hoc manifestum & notum est. Rursus & hoc pulcrum, ne quis [1] derideat proximum suum. Iterum autem decorum & pulcrum est, ut qui in timore Dei colunt cultum Domini, omnes Deum colentes colant: itaque oportet ut recordentur [b] *messem esse multam, & operarios paucos;* & hoc notum & manifestum est, propterea *petamus a domino messis, ut extru-* D *dat operarios in messem suam*, tales operarios qui [c] *secant* & proferunt *acute sermonem veritatis*, [d] *operarios non erubescentes*, operarios fideles, operarios qui sunt [e] *lux mundi*, operarios qui [f] *operantur non hunc cibum qui perit, sed cibum manentem in vitam æternam;* operarios qui sunt sicut Apostoli; operarios imitantes Patrem & Filium & Spiritum sanctum, qui soliciti sunt de salute hominum: non operarios [g] *mer-* E *cenarios*, non operarios qui [h] *reputant timorem Dei & justitiam ut negotiationem*, non operarios [i] *servientes ventri suo*, non operarios [k] *qui per benedictionem & verba dulcia decipiunt corda simplicium;* non operarios qui similes sunt filiis lucis, quum non sint lux sed te-

a Isa. LIV. 13. Joan. VI. 45. *b* Matth. IX. 37. 38. *c* II. Tim. II. 15. ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Vulg. *recte tractantem verbum veritatis*. *d* Ibid. ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον. Vulg. *operarium inconfusibilem*. *e* Matth. V. 14. *f* Joan. VI. 27. *g* Joan. X. 12. 13. *h* I. Tim. VI. 5. *i* Rom. XVI. 18. *k* Ibid.

a FIN.

1 FIN. ne quis invideat proximo suo.

ܚܫܘܟܐ. ܗܢܘܢ ܕܫܘܠܡܗܘܢ ܐܒܕܢܐ ܗܘ. ܠܐ ܦܥܠܐ A
ܕܦܠܚܝܢ ܥܘܠܐ ܘܒܝܫܘܬܐ ܘܢܟܠܐ. ܠܐ ܦܥܠܐ ܢܟܘܠܐ.
ܠܐ ܦܥܠܐ ܪ̈ܘܝܐ ܘܠܐ ܡܗܝܡܢܐ. ܠܐ ܦܥܠܐ ܐܝܠܝܢ
ܕܬ̈ܐܓܪܐ ܐܢܘܢ ܒܡܫܝܚܐ. ܘܠܐ ܡܛܥܝܢܐ. ܘܠܐ
ܪ̈ܚܡܝ ܟܣܦܐ ܘܠܐ ܒܥܠܕܒ̈ܒܐ. ܡܛܠܗܢܐ ܚܙܘ
ܘܢܬܕܡܐ ܠܡܗܝ̈ܡܢܐ ܐܝܠܝܢ a ܕܐܝܟܢ ܢܗܦܘܟ ܒܡܪܢ.
ܐܝܟ ܕܝܐܐ. ܘܙܕܩ ܠܩܪܝܢܢ ܘܠܡܘܕܝܢܘܬܢ. ܗܟܢܐ
ܢܦܠܘܚ ܘܢܫܦܪ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܒܬܪܝܨܘܬܐ ܘܒܟܐܢܘܬܐ
ܕܠܐ ܡܘܡ. ܟܕ ܡܬܚܫܒܝܢ ܛܒ̈ܬܐ ܘܫܦܝܪ̈ܬܐ
B ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܐܦ ܩܕܡ ܒܢ̈ܝܢܫܐ. ܗܕܐ ܓܝܪ ܫܦܝܪܐ.
ܕܐܠܗܐ ܢܫܬܒܚ ܒܢ ܒܟܠܡܕܡ. ܐܡܝܢ.

ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܩܠܝܡܝܣ܀

A nebræ, [a] *quorum finis est perditio;* non operarios operantes iniquitatem & nequitiam & fraudem, non operarios dolosos, non operarios ebriosos & infideles, non operarios qui negotiantur in Christo; non deceptores, nec avaros, nec inimicos. Propterea spectemus & imitemur fideles illos, ut nos geramus decenter in Domino, sicut pulcrum & æquum est vocationi nostræ & professioni nostræ. Sic serviemus & placebimus coram Deo in rectitudine & justitia sine macula, [b] *cogitantes bona & B pulcra coram Deo, etiam coram hominibus.* Hoc enim pulcrum est, ut Deus glorificetur in nobis in omnibus. Amen.

Explicit Epistola prima Clementis.

a Philipp. III. 19. *b* Philipp. IV. 8.

a Fin. ܕܐܬܕܒܪ.



POR-

PORRO EPISTOLA SECUNDA

EJUSDEM CLEMENTIS.

CAPUT I.

A VOlo autem fciatis, fratres, ut quomodo fuerunt converfationes noftræ in Chrifto cum omnibus fratribus noftris in locis ad quæ venimus, fi hæc vobis placent in timore Dei, etiam vos converfemini in Domino. Nos autem Deo nos adjuvante, ita converfamur. Cum *virginibus* non habitamus, & inter illas nihil habemus negotii; & cum virginibus nec edimus nec bibimus; & ubi dormit virgo, B non dormimus; nec lavant mulieres pedes noftros, nec ungunt nos; & prorfus ubi dormit virgo quæ viri non eft, aut filia nubilis, non dormimus: etiam fi fit in alio loco fola, non pernoctamus ibi.

Si autem accidit, ut opprimat nos tempus in loco, five in agro, five in urbe, five in villa; in quo loco nobis occurrunt & reperiuntur fratres, intramus ad eum qui frater eft, & eo con- C vocamus omnes fratres, & loquimur cum illis verba exhortationis & honeftatis; & qui inter nos fciunt loqui, loquuntur vigilantes & cincti, & verba gravia & reverenda & fobria in timore Dei, & ut placeant Deo in omnibus, & ut excellant & præveniant illos in operibus bonis, & fint in omnibus fine fuco: ficut pulcrum & juftum eft populo Dei. D

CAPUT II.

SIn autem contingat, nos longe abeffe a domibus & propinquis, & inclinet fe dies, & obruat nos tempus vefperæ, & cogant nos fratres per φιλαδελφίαν & φιλοξενίαν, ut maneamus apud ipfos, ita ut vigilemus cum ipfis, E & ut audiant verba fancta Dei & faciant, & alantur in verbis Domini, ut eorum fint memores; & offerant nobis panem & aquam, & quod præparavit Deus: & voluerimus & fubmittamus nos pernoctare cum illis, fi eft ibi vir fanctus, ad ipfum ingredimur & ma-

a Fin.

b Id.

[illegible]

A nemus; & iste frater parabit & ordinabit quicquid nobis est necessarium, & ipse ministrabit nobis, & ipse lavabit nobis pedes, & unget nos oleo, & ipse sternet nobis lectum, in fiducia Dei: & dormiemus. Hæc enim omnia frater ille sanctus, qui est in loco illo in quo manemus, faciet per semet ipsum, & ministrabit fratribus; & singuli fratrum qui sunt in illo loco, ministrabunt cum illo omnem rem fratribus necessariam. Nobis autem mulier quæ est puella, aut quæ habet ma-
B ritum illo tempore, ne sit ibi, sive dives, sive filia nubilis, sive ancilla Christiana vel ethnica; sed soli viri cum viris sint. Et si videamus, opus esse ut stemus & oremus propter mulieres, & loquamur verba exhortationis & ædificationis, vocamus fratres & omnes sorores sanctas & virgines, & omnes mulieres quæ ibi sunt, in omni modestia & in figura decente, ut veniant ad oblectationem veram; & qui inter nos sciunt loqui, loquimur &
C exhortamur illos sermonibus, quos Deus nobis dedit. Et tunc oramus & salutamus viri viros: uxores autem & virgines involvant manus in vestibus suis: nos etiam in vigilia & in omni verecundia tollentes oculos sursum verecunde, & in omni figura decente involvemus manum nostram dextram veste nostra, & tunc veniant & salutent dextram nostram involutam vestibus: tunc imus, quo dabit nobis Dominus.

D

[illegible]

CAPUT III.

[illegible]

Porro si incurramus in locum ubi non est frater sanctus, sed omnes sunt socii, & recipiunt illum fratrem qui venit ad eos; omnes qui sunt ibi, ministrent ei & curent eum in omnibus solicite, voluntate bona: ille autem frater, ut par est, ministretur ab
E illis, ut par est; & dicat iste frater sociis qui sunt in illo loco: Nos sancti cum mulieribus nec edimus, nec bibimus, nec ministrant nobis mulieres vel virgines; & mulieres non lavant nobis pedes, nec ungunt nos, & non conveniunt nobis mulieres, neque dormimus, ubi dormiunt mulieres; ut simus sine reprehensione in omnibus,

[illegible]

[illegible]

ܦܣܘܩܐ ܕ.

[illegible]

ܦܣܘܩܐ ܗ.

[illegible]

A ne quis in nobis offendatur aut impingat; & ministrantes hæc omnia simus sine offendiculo omni homini. Sicut homines igitur [a] *scientes timorem Domini, persuademus hominibus, Deo autem manifesti sumus.*

CAPUT IV.

SI autem contingat, ut nos recipiamus in locum ubi vir non est, sed omnes sunt mulieres & virgines fideles, cogantque nos pernoctare in illo B loco, vocamus omnes illas in unum locum ad latus dextrum, & rogamus eas, quomodo agant, tamquam aliquid ab illis discere velimus; & videntes mentem earum, loquimur cum illis, sicut decet, ut homines timentes Deum: & quando congregatæ veniunt omnes, & videmus quomodo in pace sunt, loquimur cum illis verba castitatis in timore Dei, & legimus illis Scripturam C in verecundia & in verbis adstrictis & gravibus timoris Dei in omni gravitate & mente stricta, tamquam ad ædificationem & confirmationem earum facientes omnia, & cum illis quæ sociæ, prout justum est, loquimur in Domino. Si autem inclinet se dies, & tempus vesperæ ingruat ut pernoctemus ibi, eligimus mulierem vetulam & modestam præ aliis omnibus, & dicimus ei, ut det nobis locum pri- D vatim, quo nec mulier veniat nec virgo; & illa mulier vetula afferat nobis lucernam, & quidquid nobis est necessarium afferat nobis, utpote quæ ex dilectione fratrum adducit quidquid est necessarium ad ministerium fratrum hospitum. Vetula autem illa est, quæ in cogitationibus multis tempore multo perspecta est, [b] *si educavit liberos, si excepit hospites, si lavit pedes sancto-* E *rum*. Et hæc, quum venerit tempus somni, recedat, eatque domum in pace.

CAPUT V.

SI autem recipiamus nos in locum, & inveniamus ibi unicam mulierem fidelem solam, nec quisquam alius ibi sit nisi illa sola, non stamus ibi, neque oramus ibi, neque legimus

[illegible]

a II. Cor. V. 11. *b* I. Tim. V. 10.

[illegible]

A ibi scripturas, sed fugimus sicut coram facie serpentis, & tanquam coram laqueo peccati. Nequaquam autem mulierem fidelem spernimus; absit ut tale cogitemus de fratribus in Christo: sed quia sola est, timemus, ne quis imponat nobis ζήτημα in verbis mendacii; corda enim hominum in malo posita sunt & obfirmata; & [a] *ne demus occasionem illis qui volunt, ut teneant occasionem post nos*, & loquantur de nobis mala, & ut nemini simus offendi-
B culo. Propterea [b] *amputamus occasionem eorum, qui quærunt ut apprehendant post nos occasionem*. Propterea cavemus, ut [c] *nemini simus offensioni, non Judæo, non ethnico, nec ecclesiæ Dei; nec petimus quidquam nobis solis utilitatis, sed id quod utile est multis, ut serventur*: neque enim nobis prodest, ut quis offendatur propter nos. Caveamus ergo solicite omni tempore, ne impingamus
C in fratres, & propinemus eis mentem turbatam per hoc, ut simus illis offendiculo. [d] *Si enim propter cibum tristitia afficitur frater, aut offenditur, aut infirmatur, aut scandalizatur, non ambulamus in amore Dei. Propter cibum tuum perdis eum, propter quem mortuus est Christus. Sic enim peccantes in fratres vestros, & colaphos impingentes conscientiæ eorum infirmæ, in Christum peccatis.*
D *Si enim propter cibum scandalizatur frater*, dicamus nos fideles *in æternum carnem nos non esuros, ne fratrem nostrum scandalizemus*. Hæc autem omnia facit, quicumque vere diligit Deum, qui vere portat crucem suam, & induit Christum, & diligit proximum suum; qui custodit animam suam, ut nemo ipsi sit offendiculo, neque quisquam offendatur propter eum, & moriatur, propterea quod frequentat vir-
E gines, & habitat apud eas, quod non decet, in destructionem eorum qui vident, & audiunt malas conversationes tales offensionis & periculi, & propinquas morti, quod non decet Christianum. Beatus autem homo, qui cavet & metuit omnia propter castitatem.

CAPUT VI.

[illegible]

SI autem contingat, ut eamus in locum ubi non est Christianus, &

a Ibid. vers. 14. b II. Cor. XI. 12. c I. Cor. X. 32. 33. d I. Cor. VIII. 10. 11. 12. 13.

[illegible] Fin. a

[illegible]

A cogant nos ibi paucos dies; simus [a] *sapientes ut serpentes, & simplices ut columbæ;* & ne simus sicut stulti, sed sicut sapientes, in omni eruditione timoris Dei, ut laudetur Deus in omnibus per Dominum Jesum Christum, per conversationes vestras castas & sanctas [b]: *si enim edimus, & si bibimus, & si quid aliud facimus, ut ad gloriam Dei faciamus;* ut omnes videntes nos agnoscant, nos esse semen benedictum & sanctum, filios Dei viventis, in omnibus, in omnibus verbis, in reve-
B rentia, in verecundia, in [1] rectitudine; ut in nulla re gentes imitemur, neque fideles hominibus simus similes, sed in omnibus alieni simus a malis, & [c] *ne projiciamus sanctum canibus, & margaritas porcis;* sed in omni disciplina, & in omni scientia, & in omni timore Dei, & in omni instantia mentis glorificemus Deum. Non enim servimus ut ebriæ gentes blasphemantes in deliciis suis, in verbis [2] deceptionis propter impietatem suam. Propterea non
C psallimus gentibus, neque legimus illis scripturas, ne simus similes psallentibus aut pulsantibus citharas aut canentibus voce, aut ariolis; ut multi qui in his versantur & hæc faciunt, ut satientur buccella panis stultitiæ, & propter mixturam vini pauci euntes & [d] *psallentes psalmos domini in terra peregrina gentium,* & facientes quod non decet. Nolite ita facere, fratres; oramus vos, fratres: non ministrentur hæc inter vos, sed impedite eos qui sic elegerunt sibi, & conversantur in fatui-
D tate & stultitia. Non necesse est, fratres, ut hæc ita sint. Rogamus autem vos, fratres justitiæ nostræ, ut hæc ita sint apud nos [3] in exemplum fidelium qui credituri sunt. Simus ex ovibus Christi, in omni justitia & in omnibus conversationibus sanctis & rectis, conversantes in rectitudine & in sanctitate, ut decet fideles, & observantes honestos & verecundos & sanctos, glorificantes & magnificantes, &
E

a Matth. X. 16. *b* I. Cor. X. 31. *c* Matth. VII. 6. *d* Psal. CXXXVI. 4.

[illegible] FIN. a
[illegible] Id. b

1 FIN. *in humilitate.*
2 Id. *in verbis immunditiæ.*
3 Id. *apud nos & apud vos in exemplum.*

[illegible]

A fitis adornantes omnes cooperantes. Vos enim estis [a] *gaudium nostrum*, *& corona nostra*, & spes nostra & vita nostra, *si statis in Domino*, fidelesque & recti vere sitis in omnibus in Domino. Amen.

CAPUT VII.

[illegible]

Consideremus igitur, fratres, & videamus, quomodo conversati fuerint omnes Patres justi toto tempore B habitationis vitæ suæ: inquiramus & scrutemur a Lege ad Novum Testamentum. Et pulcrum enim hoc & utile est ut sciamus, quot homines, & qui perierint per feminas, & quænam & quot feminæ perierint per viros propter frequentationem, qua se invicem frequentarunt: porro etiam inde ostendo, quot & qui viri cum viris habitaverint omni tempore vitæ suæ, & usque ad finem perstiterint erga se invicem in cultu castitatis sine macula. C

CAPUT VIII.

[illegible]

Et hoc manifestum & notum est, talem fuisse *Josephum* fidelem & prudentem & sapientem & justum & pium in omnibus. Nonne [b] pulcritudinem hujus casti & recti concupivit mulier? ut in concupiscentia, quum non se subjiceret & inclinaret ut faceret libidinem & voluntatem ejus, in omnem afflictionem & in omnem cruciatum conjiceret virum justum usque ad mortem in testimonio falso: Deus D autem liberavit illum ex omnibus malis, quæ venerant super eum per uxorem vilem. Videte, fratres, assiduitatem aspectus corporis Ægyptiæ illius, quomodo urserit virum justum: propterea ne simus frequenter apud mulieres & virgines; non enim hoc prodest illis qui volunt videre lumbos suos in veritate. Oportet enim diligere sorores E in omni sanctitate & castitate & omni contentione mentis, in timore Dei, non frequenter cum illis conversantes, [c] *nec assuescat pes noster esse apud eas* omni hora.

a Philipp. IV. 1. *b* Gen. XXXIX. 7. seqq. *c* Prov. V. 8. Eccli. IX. 4.

[illegible] Fin. a
[illegible] Id. b
[illegible] Id. c
[illegible] Id. d
[illegible] Id. e

A

CAPUT IX.

Non audiviſti [a] de *Simpſone* Naſiræo, cum quo fuit ſpiritus Dei, viro forti? Is vir Naſiræus fuit, & Sanctus Dei, & fuit in fortitudine & robore: mulier illum perdidit per corpus vile, & per concupiſcentiam malam. Non eſto ſicut ille; noris te, & noris menſuram tuam: uxor autem viri animas pretioſas venatur; ideo non ſuademus omnino viro, ut ſedeat apud
B uxorem viri, nedum ut quis habitet cum filia nubili, aut ut dormiat ubi dormit, aut ut ſit frequens cum ea. Hoc enim deteſtabile & reprobatum eſt timori Dei.

CAPUT X.

Nonne docet te [b] illud *Davidis*, quem *invenit Deus virum ſecundum cor ſuum*, hominem fidelem, per-
C fectum, ſanctum, verum? Hic pulcritudinem mulieris vidit, dico autem *Bathſebae*, videns purificantem & lavantem ſe nudam. Hanc vidit vir ſanctus, & vere captus eſt deſiderio aſpectus ejus. Videte igitur, quanta mala commiſerit propter mulierem: & peccavit Vir ille juſtus, & præcepit occidi maritum ejus, idque in prælio. Videtis, quot dolos malos ſtruxerit & fecerit, & occidit propter concupiſcen-
D tiam mulieris cæde. David qui [c] *Chriſtus Domini* vocatus eſt. Diſce, o homo, ſi enim viri tales per mulieres perierunt, quænam tua juſtitia, aut quis tu inter ſanctos, ut cum mulieribus & virginibus converſeris nocte dieque in dementia multa ſine timore Dei? Non, fratres, non ſic converſemur ſecundum ruinam eorum, ſed ſimus memores verbi dicentis de muliere: [d] *manus ejus tendunt laqueos, &*
E *cor ejus parat retia; juſtus autem eripit ſe ab illa, & impius cadit in manus ejus*. Ideo caveamus, ne habitemus cum filia nubili nos ſancti; non enim pulcræ neque juſtæ ſunt tales converſationes ſervi Dei.

CAPUT XI.

Nonne legiſti [e] de *Amnone & Thamare* liberis Davidis? iſte Amnon ſororem ſuam concupivit, & humiliavit & non pepercit illi, quia concupi-

a Judic. XIII. XIV. *b* II. Reg. XI. *c* Pſal. LXXXVIII. 21. Act. XIII. 22. *d* II. Reg. XIX. 21. XXII. 51. *e* Eccle. VII. 27. *f* II. Reg. XIII.

[illegible]

ܦܣܘܩܐ ܝܒ.

[illegible]

ܦܣܘܩܐ ܝܓ.

[illegible]

A verat illam concupiscentia abominanda, & fuit malus & impius propter consuetudinem cum illa, quæ non erat in timore Dei; & [a] *fecit rem abominabilem in Israele*. Propterea non oportet & non decet, ut conversemur in risu & relaxatione cum sororibus, sed cum omni castitate & sanctitate, & in timore Domini.

CAPUT XII.

B NOn legisti [b] de familia *Salomonis* filii Davidis, cui dedit Deus sapientiam & scientiam & magnitudinem cordis & divitias, & gloriam multam præ omnibus hominibus? & hic per mulieres periit & recessit a Domino.

CAPUT XIII.

NOn legisti & scis [c] de *presbyteris illis in diebus Susannæ*, qui quoniam frequenter fuerunt cum mulieribus, & contemplati fuerunt pulcritudi-
C nem alienam, ceciderunt in profundum concupiscentiæ, & non invenerunt ut continerent se in scientia castitatis, sed [1] venditi sunt a mente mala, & surrexerunt contra Susannam beatam, ut corrumperent eam? Illa autem non perfecit desiderium eorum turpe, sed manifestavit Deo, & liberavit eam Deus e manibus senum impiorum. Nonne igitur oportet nos horrere, & timere ab illis, quia isti senes, judices, & presbyteri populi Dei, ceciderunt ab honore suo propter feminam?
D Non enim recordati sunt dicti illius [d]: *Noli contemplari pulcritudinem alienam*. Et [e] *pulcritudines mulierum multos perdiderunt*. Et: [f] *Cum uxore viri ne sedeas*. Et iterum ejus qui dicit [g]: *Num quis ponit ignem in sinum suum, & vestimenta non comburit? aut ambulat vir super ignem, & pedes ejus non adurantur? sic quicumque intrat ad uxorem viri, non purus est a malo; neque evadet, quisquis accedit ad eam*. Et iterum di-
E cit [h]: *Ne desideres pulcritudinem mulieris, ne captivum te ducat palpebris suis: neque contemplare virginem, ne pereas in desiderio ejus; & cum muliere canente pulchre ne sis frequens*. Et [i]: *Qui putat se stare, videat ne cadat*.

a Judic. XIX. 30. XX. 6. *b* III. Reg. XI. *c* Dan. XIII. *d* Eccli. XLI. 27. *e* Eccli. IX. 9. *f* Ibid. vers. 12 *g* Prov. VI. 27. 28. 29. *h* Eccli. IX. 3. 4. 5. *i* I. Cor. X. 12.

1 FIN. *sed victi sunt*.

A

CAPUT XIV.

VIdete, quæ dixerunt etiam de Prophetis viri ſancti & de Apoſtolis Domini noſtri. [1] Videbitis, nullum ex Sanctis frequenter fuiſſe cum virginibus aut cum uxoribus virorum juvenculis, aut cum [a] *viduis* quas fugit divinus Apoſtolus. [2] *Intelligamus* in timore Dei converſationem virorum ſanctorum. Ecce reperimus quod ſcriptum
B eſt [b] de *Moſe* & *Aarone*, converſationes & habitationes eorum fuiſſe cum viris, qui [3] ad ipſos ſe converterunt. Ita etiam *Jeſus filius Nun*: & mulier non fuit cum illis; ſed ipſi ſoli ſancte miniſtrarunt coram Deo, viri cum viris. Nec hoc ſolum, ſed docuerunt populum, ut quoties proficiſceretur exercitus, omnis tribus ſeorſim proficiſceretur, & mulieres cum mulieribus ſeorſim ſequerentur poſt exercitum; viri autem ſeorſim in tribu ſua. Et juxta mandatum Domini ſic profecti ſunt,
C tamquam populus ſapiens, ne eſſet conturbatio ulla propter mulieres: quando proficiſcebatur exercitus eorum in ſchemate pulcro & ordinato, profecti ſunt ſine offendiculo. Sic enim Scripturæ ſacræ teſtantur ad verbum: [c] *Quum tranſirent filii Iſraelis mare Suph, laudarunt Moſes & filii Iſraelis laudes Domini, dicentes: Laudemus Dominum, quia laudandus eſt valde.* Et poſteaquam Moſes ceſſavit a laude, tum *Miriam ſoror Moſis & Aaronis* accepit cymbalum in manus ſuas, & exiverunt omnes mulie-
D res poſt eam, & laudarunt cum ea, mulieres cum mulieribus ſeorſim, & viri cum viris ſeorſim. Porro etiam *Eliſam & Gebaſi & filios Prophetarum* pariter reperimus [d] timore Dei, & hoſpita non fuit eis. *Micham* & Prophetas omnes pariter ſic reperimus [e] habitaſſe in timore Domini.

E

CAPUT XV.

ET ne nimis longum faciamus ſermonem noſtrum, quid dictum eſt de Domino *Jeſu Chriſto?* Ipſe Dominus cum duodecim diſcipulis ſuis aſſi-

a I. Tim. V. II. b Exod. XV. 1. 20. c Ibid. d IV. Reg. II. 3. 15. 16. 18. 19. 25. IV. 38. VI. 1. IX. 1. e I. Reg. X. 10. XIX. 20. III. Reg. XVIII. 4.

FIN. a
Id. b

1 FIN. *Videamus, num quiſquam ex Sanctis frequenter fuerit.*
2 Id. *Conſideremus.*
3 Id. *qui ſicut ipſi converſabuntur.*

[illegible]

A duus fuit, quando venit in mundum. Nec hoc solum, verum etiam quum eos mitteret, [a] *binos binos misit* pariter, viros cum viris: mulieres autem non missæ sunt cum illis; & neque in via, neque domi habitarunt cum mulieribus aut cum virginibus. Et sic placuerunt Deo in omnibus. Etiam ipse Dominus Jesus Christus quum loqueretur cum illa muliere [b] *Samaritide ad* B *puteum seorsim, & discipuli venientes reperirent eum loquentem cum ea, mirati sunt, quod cum muliere staret & loqueretur Jesus*. Nonne hic limes est non dimovendus, & scopus & exemplar omnibus familiis hominum? Nec hoc solum, sed etiam postquam surrexit Dominus a mortuis, & veniret *Maria* ad sepulcrum currens, & cadens ad pedes Domini, & adorans eum, & quærens eum apprehendere, ipse dixit ei [c]: C *Noli me tangere, nondum enim adscendi ad Patrem meum*. Nonne igitur mirabile est de Domino, quod non permisit Mariæ mulieri beatæ, ut tangeret pedes ejus; tu autem habitas cum illis, & tibi ministrant mulieres & virgines, & dormis ubi illæ dormiunt, & lavant tibi pedes, & ungunt te mulieres? Væ tali menti, quæ non justa est! Væ tali menti, quæ est sine timore! Væ huic audaciæ & stultitiæ, quæ est D sine timore Dei! Nonne condemnas te? non exploras te? non nosti te & mensuram tuam? Hæc sunt fidelia, hæc recta & justa. Hi sunt limites non dimovendi illis, qui fincere conversantur in Domino. Mulieres autem multæ sanctæ [d] *ministrarunt sanctis e possessionibus suis*, sicut ministravit [e] *Sulamitis Elisæ*; sed cum eo non habitavit, & ipse propheta in domo seorsim habitavit: & quum mortuus esset filius ejus, E voluit se projicere ad pedes Prophetæ, & non permisit minister ejus, sed vetuit eam, & dixit Elisa puero [f]: *dimitte illam, quia anima ejus amara est*. Ex his igitur oportet ut intelligamus habitationem eorum: Domino Jesu Christo ministrarunt mulieres e possessionibus suis, sed cum illo non habitarunt: etiam Apostolis, etiam Paullo, reperimus [g] ministrasse mulieres, sed cum illis non habitarunt, sed verecun- F de & sancte & sine macula conversati sunt coram Domino, & [h] *absolverunt*

a Marc. VI. 6. Luc. X. 1. *b* Joan. IV. 27. *c* Joan. XX. 17. *d* Luc. VIII. 3. *e* IV. Reg. IV. 8. *f* IV. Reg. IV. 27. *g* I. Cor. IX. 5. *h* II. Tim. IV. 8.

[illegible] A *cursum suum, & acceperunt coronam suam a Domino Deo omnipotente.*

ܦܣܘܩܐ ܝܘ.

CAPUT XVI.

[illegible]


IDeo rogamus vos, fratres in Domino, ut hæc servemus inter nos; & hæc cogitemus, ut nos in vobis unum simus, & vos sitis unum in nobis; & in omnibus omnes nos simus una anima & cor unum in Domino. [a] *Quicumque novit Dominum, audit nos; & qui non est ex Deo, non audit nos.* Qui vult
B servare sanctitatem in veritate, audit nos; & virgo quæ in veritate vult servare virginitatem, audit nos; & quæ non servat virginitatem suam in veritate, non audit nos.

Deinceps valete in Domino, & gaudete in Domino omnes sancti. Pax & gaudium sit vobiscum a Deo Patre per Jesum Christum Dominum nostrum. Amen.

[illegible]

Explicit Epistola secunda Clementis discipuli Petri.

[a] I. Joan. IV. 8.



SANCTI
CLEMENTIS
ROMANI
EPISTOLÆ DUÆ
AD CORINTHIOS.
ITEM ALIÆ DUÆ,

Quas nuper ex Codice Syriaco eruit,
Latine vertit, ediditque

JO. JACOBUS WETSTENIUS.

VETERUM TESTIMONIA
DE
S. CLEMENTIS
EPISTOLIS.

I.

S. IRENÆUS *lib.* III. adversus Hæreses *cap.* III.

Interpretatio vetus.

FUndantes igitur & instruentes beati Apostoli Ecclesiam, Lino episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt. Hujus Lini Paullus in his quæ sunt ad Timotheum litteris meminit. Succedit autem ei Anacletus. Post eum tertio loco ab Apostolis episcopatum sortitur *Clemens*; qui & vidit ipsos Apostolos, & contulit cum eis; & quum adhuc insonantem prædicationem Apostolorum, & traditionem ante oculos haberet, non solus: adhuc enim multi supererant tunc, ab Apostolis docti. Sub hoc igitur *Clemente*, dissensione non modica inter eos qui Corinthi essent, fratres facta, scripsit quæ est Romæ Ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuntians quam in recenti ab Apostolis acceperat traditionem, annuntiantem unum Deum omnipotentem, factorem cæli & terræ, plasmatorem hominis, qui induxerit cataclysmum, & advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Ægypti, qui collocutus sit Moysi, qui Legem disposuerit, & Prophetas miserit, qui ignem præparaverit diabolo & angelis ejus. Hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi ab Ecclesia annuntiari, ex ipsa scriptura qui velint discere possunt, & apostolicam Ecclesiæ traditionem: quum sit vetustior Epistola his qui nunc falso docent, & alterum Deum super Demiurgum & factorem horum omnium quæ sunt, commentiuntur.

Apud Eusebium *Hist. Eccl. lib.* V. *cap.* VI.

ΘΕμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι Ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν. Τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται· διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος· μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους Ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς· καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν Ἀποστόλων, καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, οὐ μόνος· ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε, ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. Ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης, τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει.

Interpretatio Valesii.

FUndata jam & ædificata Ecclesia, beatissimi Apostoli episcopatus officium Lino tradiderunt. Hujus Lini mentionem facit Paullus in litteris ad Timotheum. Huic successit Anencletus. Post quem tertio ab Apostolis loco pontificatum sortitus est *Clemens*; qui quidem beatissimos Apostolos viderat, & cum iisdem familiariter versatus fuerat: & prædicationem Apostolorum adhuc auribus suis insonantem, traditionemque præ oculis habebat. Nec vero ipse solus: sed & alii plurimi etiam tum supererant, ab Apostolis instituti. Hujus *Clementis* temporibus quum gravissima dissensio Corinthi exorta esset inter fratres, Ecclesia Romana luculentissimam epistolam Corinthiis scripsit, qua eos ad pacem concordiamque revocaret, & fidem illorum, & quam recens ab Apostolis susceperant traditionem, renovaret.

I I.

CLEMENS ALEXANDRINUS Στρωμ. *lib.* I. *cap.* VII. *edit. Oxon. an.* 1715. *tom.* I. *p.* 339.

Ἐὰν δὲ τὴν βασιλικήν τε καὶ αὐθεντικὴν εἴσοδον ζητῇς, ἀκούσῃ· Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου· δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἦν ἐν Χριστῷ.

Quod si viam regiam & authenticum ingressum quæris, audies: *Hæc est porta Domini: justi intrabunt in eam.* Quum ergo multæ apertæ sint portæ in justitia, hæc in Christo invenienda est. *Clem. Epist.* I. *cap.* XLVIII.

IDEM *ibid. lib. & cap. citt.*

Αὐτίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, κατὰ λέξιν φησὶ, τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν δοκίμων· Ἤτω τὶς πιστός· ἤτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν· ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων· ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις. Eadem repetit Alexandrinus infra *lib.* VI. *cap.* VIII. *tom.* II. *p.* 773.

Jam *Clemens* in Epistola ad Corinthios his verbis inquit, exponens differentiam eorum qui sunt probati in Ecclesia: *Sit aliquis fidelis, sit potens in explicanda cognitione, sit sapiens in discretione sermonum, sit stupendus in operibus.* Locus exstat in eodem *cap.* XLVIII. *Epist.* I.

IDEM *ibid. lib.* IV. *cap.* XVII. *tom.* I. *pagg.* 609. 610.

Ναὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ ὁ Ἀπόστολος Κλήμης, καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τοῦ γνωστικοῦ ὑπογράφων, λέγει· Τίς γὰρ παρεπιδημήσας

Porro autem *Clemens* Apostolus in Epistola ad Corinthios, ipse quoque nobis quamdam Gnostici imaginem describens, dicit: *Quis enim apud vos*

πρὸς ὑμᾶς κ. τ. λ. Heic *Clemens Alex.* capita e regione notata excerpsit.

diversatus &c. Epist. I. Capp. I. IX. X. XI. XII. XVII. XVIII. XXI. XXII. XXXVI. XXXVIII. XL. XLI. XLVIII. XLIX. L. LI. LIII.

IDEM *ibid. lib.* V. *cap.* XII. *tom.* II. *pag.* 693.

Ἀλλὰ κἂν τῇ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ· ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις γέγραπται, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι.

Quin etiam in Epistola Romanorum ad Corinthios scriptum est: *Oceanus infinitus, & qui sunt post ipsum mundi.* Epist. I. cap. XX.

IDEM *ibid. lib.* VI. *cap.* VIII. *tom.* II. *pag.* 773.

Τοσούτῳ γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι· ὁ Κλήμης, ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησί.

Eo enim debet esse humilior, quo videtur esse major: dicit *Clemens* in Epistola ad Corinthios. *Epist.* I. *cap.* XLVIII.

III.

ORIGENES περὶ ἀρχῶν *lib.* II. *cap.* III. *num.* 6. *edit. Paris.* 1733. *tom.* I. *p.* 82.

Meminit sane *Clemens* Apostolorum discipulus etiam eorum quos ἀντίχθονας Græci nominarunt, atque alias partes orbis terræ ad quas neque nostrorum quisquam accedere potest, neque ex illis qui ibi sunt quisquam transire ad nos; quos & ipsos *mundos* appellavit, quum ait: *Oceanus intransmeabilis est hominibus, & hi qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem dominatoris Dei dispositionibus gubernantur.* Paucisque interjectis .... Ex his tamen quæ *Clemens* visus est indicare quum dicit: *Oceanus qui intransmeabilis est hominibus, & hi mundi qui post ipsum sunt:* qui post ipsum sunt mundos pluraliter nominans, quos & eadem Dei providentia agi regique significat, semina quædam nobis hujusmodi intelligentiæ videtur aspergere, quo putetur omnis quidem universitas eorum quæ sunt atque subsistunt, cælestium & supercælestium, terrenorum infernorumque, unus & perfectus mundus generaliter diei: intra quem vel a quo (si qui illi sunt) putandi sunt contineri. *Epist.* I. *cap.* XX.

IDEM in Ezechiel. *cap.* VIII. *tom.* III. *pag.* 422. A.

Φησὶ δὲ ὁ Κλήμης· ὠκεανὸς ἀπέρατος ἀνθρώποις, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι ταῖς αὐταῖς διαταγαῖς τοῦ δεσπότου διοικοῦνται.

Dicit quoque Clemens: *Oceanus impermeabilis hominibus, & qui post eum mundi, tantis Domini ordinationibus gubernantur.* Epist. I. cap. XX.

IDEM in Joann. *tom.* IX. 3 *Part.* II. *pag.* 143. *edit.* Huet. *Colon.* 1685.

Μεμαρτύρηται δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι πολλοί τινες λοιμικῶν ἐνσκηψάντων νοσημάτων ἑαυτοὺς σφάγια ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ παραδεδώκασι· καὶ παραδέχεται ταῦθ' οὕτως γεγονέναι οὐκ ἀλόγως πιστεύσας ταῖς ἱστορίαις ὁ πιστὸς Κλήμης, ὑπὸ Παύλου μαρτυρούμενος, λέγοντος· μετὰ Κλήμεντος κ. τ. λ.

Relatum autem atque testatum apud Gentiles est, multos quum pestilentes morbi grassarentur, se ipsos ut victimas pro patria tradidisse: atque hæc ita evenisse admittit non sine caussa, historiis credens *Clemens* ille fidelis, cui testimonium perhibet Paullus dicens: *Cum Clemente* &c. Epist. I. cap. LV.

IV.

EUSEBIUS *Hist. Eccl. lib.* III. *cap.* XVI.

Rufino *interprete*.

Hujus *Clementis* Epistola habetur ad Corinthios scripta, præcipua plane & valde mirabilis: quam velut ex persona Romanæ Ecclesiæ dictavit, quum dissensio apud Corinthios fuisset exorta. Quam Epistolam in plurimis Ecclesiis publice legi, & veterum & nostris etiam temporibus constat. Verum de seditione facta apud Corinthios ac dissensione plebis, testis valde fidelis Hegesippus indicat.

Τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης. Ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν. Καὶ ὅτι γε κατὰ τὸν δηλούμενον, τὰ τῆς Κορινθίων κεκίνητο στάσεως, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος. Lege *Nicephorum* lib. III. cap. XVI.

Hujus igitur *Clementis* exstat Epistola uno consensu recepta, eximia prorsus atque mirabilis; quam nomine Ecclesiæ Romanæ ad Corinthiorum Ecclesiam scripsit, quum apud eos gravis esset exorta dissensio. Hanc in plerisque Ecclesiis & nostra & superiori memoria palam recitari consuevisse comperimus. Porro supradicti *Clementis* tempore seditionem inter Corinthios esse commotam locupletissimus testis est Hegesippus.

IDEM *ibid. lib.* III. *cap.* XXXVIII.

Rufino *interprete*.

Clemens in Epistola quam Corinthiis scribit, meminit Epistolæ Paulli ad Hebræos, & utitur ejus testimoniis. Unde constat, quod Apostolus tamquam

Τοῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀνωμολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο. Ἐν ᾗ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα παραθείς, ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεὶ ῥητοῖς τισιν ἐξ αὐτῆς χρη-

Clementis illa Epistola ab omnibus recepta, quam Ecclesiæ Romanæ nomine ad Corinthiorum Ecclesiam scripsit. In qua quum multas inserat sententias desumtas ex Epistola ad Hebræos, iisdemque in-

Hebræis mittendam patrio eam ſermone conſcripſerit: & ut quidam tradunt, Lucam Evangeliſtam; alii autem hunc ipſum *Clementem* interpretatum eſſe. Quod & magis verum eſt: quia & ſtilus ipſe Epiſtolæ *Clementis* cum hac concordat; & ſenſus nimirum utriuſque Scripturæ plurimam ſimilitudinem ferunt. Dicitur tamen eſſe & alia *Clementis* Epiſtola, cujus nos notitiam non accepimus.

σάμενος, σαφέστατα παρίστησιν ὅτι μὴ νέον ὑπάρχει τὸ σύγγραμμα. Ὅθεν εἰκότως ἔδοξεν, αὐτὸ τοῖς λοιποῖς ἐγκαταλεχθῆναι γράμμασι τοῦ Ἀποστόλου. Ἑβραίοις γὰρ διὰ τῆς πατρίου γλώττης ἐγγράφως ὡμιληκότος τοῦ Παύλου, οἱ μὲν τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, οἱ δὲ τὸν Κλήμεντα τοῦτον αὐτὸν, ἑρμηνεῦσαι λέγουσι τὴν γραφήν. Ὃ καὶ μᾶλλον εἴη ἂν ἀληθὲς, τῷ τὸν ὅμοιον τῆς φράσεως χαρακτῆρα τήν τε τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολὴν, καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους ἀποσώζειν· καὶ τῷ μὴ πόῤῥω τὰ ἐν ἑκατέροις τοῖς συγγράμμασι νοήματα καθεστάναι. Ἰστέον δὲ ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἔθ᾽ ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα· ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. Et infra: ἡ μὲν οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη γραφὴ, πρόδηλος. Lege *Nicephorum* lib. II. cap. XLVI. & lib. III. cap. XVIII.

terdum verbis utatur, ſatis indicat opus illud nequaquam recens eſſe. Quamobrem cum reliquis Apoſtoli ſcriptis non ſine cauſſa hoc etiam recenſitum videtur. Quum enim ad Hebræos patrio ſermone ſcripſiſſet Paullus, alii Lucam Evangeliſtam, alii hunc de quo loquimur *Clementem*, Epiſtolam illam eſſe interpretatum ferunt. Quod quidem verius videtur; quum præſertim & *Clementis*, & illa ad Hebræos Epiſtola eumdem habeat ſtilum, nec utriuſque ſcripti ſententiæ valde inter ſe diſcrepent. Sciendum tamen eſt, alteram quoque *Clementis* Epiſtolam circumferri. Verum hanc non perinde receptam atque approbatam fuiſſe, pro certo habemus: quandoquidem vetuſtiores ejus teſtimonio nequaquam uſos eſſe comperimus. *Et infra*: Et *Clementis* quidem quæ genuina & omnium conſenſu recepta ſint ſcripta, jam ſatis liquet. *Lege* Maximum *in prologo ad opera Dionyſii*.

Idem *ibid. lib.* IV. *cap.* XXII.

Rufino *interprete*.

Simul & de Epiſtola *Clementis* quædam commemorat (Hegeſippus) quæ etiam inſerere huic Operi noſtro neceſſarium duxi.

Ἀκοῦσαί γε τοι πάρεστι, μετά τινα περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῷ εἰρημένα, ἐπιλέγοντος ταῦτα. Lege *Niceph.* lib. IV. cap. V.

Poſtquam (Hegeſippus) de *Clementis* ad Corinthios Epiſtola quædam commemoravit, hæc addit, quæ nos, ſi placet, audiamus.

Idem *ibid. lib.* IV. *cap.* XXIII.

Rufino *interprete*.

In hac ipſa ſcriptura meminit etiam (Dionyſius) Epiſtolæ *Clementis* ad Corinthios ſcriptæ; ſignificans veteri inſtituto & antiqua conſuetudine ſemper ipſam Epiſtolam lectam eſſe in Eccleſia. Denique ſic dicit: *Beatam*, inquit, *duximus hodiernam dominicam diem, in qua legimus Epiſtolam veſtram; quam & ſemper ad noſtri commonitionem legemus, ſicut & illam priorem a* Clemente *ad nos ſcriptam*.

Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Λέγει γοῦν· Τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. Lege *Niceph.* lib. IV. cap. VIII.

In hac ipſa etiam epiſtola (ad Soterem) meminit (Dionyſius Corinthius) *Clementis* Epiſtolæ ad Corinthios ſcriptæ, quam ex priſca conſuetudine in Eccleſia legi ſolitam eſſe teſtatur his verbis: *Hodie*, inquit, *ſacrum diem dominicum tranſegimus, in quo Epiſtolam veſtram legimus: quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a* Clemente *ſcriptam Epiſtolam, optimis præceptis ac documentis abundabimus*.

Idem *ibid. lib.* VI. *cap.* XIII.

Rufino *interprete*.

Utitur ſane exemplis, etiam ex his libris qui a nonnullis minime recipiendi videntur: id eſt, ex Sapientia quæ dicitur Salomonis, & ex Sapientia Sirach quæ appellatur Eccleſiaſticus apud Latinos: ſed & de Barnabæ, & *Clementis* Epiſtola ponit exempla.

Κέχρηται δ᾽ ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις· τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος σοφίας, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιρὰχ, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα, καὶ Κλήμεντος, καὶ Ἰούδα. Niceph. *lib.* IV. *cap.* XXXIII.

In iiſdem libris (Stromateis) affert (Clemens Alexandrinus) teſtimonia ſcripturarum quæ a nonnullis repudiantur: nempe ex Sapientia quæ dicitur Salomonis, & ex Sapientia Jeſu filii Sirach; item ex Epiſtola ad Hebræos, & ex Barnabæ, *Clementis*, Judæque Epiſtolis.

V.

Cyrillus Hierosolymitanus Catecheſ. XVIII. *cap.* VIII. *edit. Pariſ.* 1720. *pag.* 288. D.

Ἤδει Θεὸς τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀπιστίαν, καὶ ὄρνεον εἰς τοῦτο κατειργάσατο, φοίνικα οὕτω καλούμενον. Τοῦτο, ὡς γράφει Κλήμης, καὶ ἱστοροῦσι πλείονες ὑπάρχον, κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἐν περιόδοις πεντακοσίων ἐτῶν ἐρχόμενον, δείκνυσι τὴν ἀνά-

Noverat Deus hanc hominum in credendo pervicaciam, atque ad id avem comparavit, Phœnicem appellatam. Hæc, ut ſcribit *Clemens*, aliique complures narrant, quum ſit unigena, in Ægyptiorum regionem quingentis quibuſque annis ad

στασιν, οὐκ ἐν ἐρήμοις τόποις, ἵνα μὴ ἀγνοηθῇ τὸ μυστήριον γινόμενον, ἀλλ' ἐν φανερᾷ πόλει παραγενόμενον, ἵνα ψηλαφηθῇ τὸ ἀπιστούμενον. Σηκὸν γὰρ ἑαυτῷ ποιῆσαι ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης καὶ λοιπῶν ἀρωμάτων, καὶ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν ἐτῶν εἰς τοῦτον εἰσελθὸν, τελευτᾷ φανερῶς καὶ σήπεται· εἶτα ἐκ τῆς σαπείσης σαρκὸς τοῦ τελευτήσαντος, σκώληξ τις γεννᾶται, καὶ οὗτος αὐξηθεὶς, εἰς ὄρνεον μορφοῦται. Paucisque interjectis: εἶτα πτεροφυήσας ὁ προειρημένος Φοῖνιξ, καὶ τέλειος οἷος ἦν ὁ πρότερος Φοῖνιξ γενόμενος, ἀνίπταται τοιοῦτος εἰς ἀέρα, οἷος καὶ τετελευτήκει, σαφεστάτην νεκρῶν ἀνάστασιν ἀνθρώποις ἐπιδείξας.

veniens, resurrectionem ostendit: non in desertis locis, ne res illa mysterium facta, lateret; sed in urbe conspicua præsentem se sistens, ut manu contrectetur quod alioqui fidem non inveniret. Constructo enim sibi ex thure, myrrha ceterisque aromatibus nido, in hunc expleto annorum curriculo ingrediens moritur palam ac putrescit. Deinde ex putrefacta mortuæ avis carne vermis quidam enascitur; hicque augmentum capiens, in volucrem conformatur. *Paucisque interjectis*: Postea Phoenix prædictus plumescit, perfectusque, qualis erat prior, Phoenix factus, in aera talis avolat, qualis erat quum moreretur, evidentissimam mortuorum resurrectionem hominibus ostentans. *Epist.* I. *cap.* XXV.

VI.

Epiphanius adverſ. Carpocrasios, *Hæresi* XXVII. *num.* VI.

Λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· ἀναχωρῶ, ἄπειμι, εὐσταθήτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ· τισὶ τοῦτο συμβουλεύων· εὕρομεν γὰρ ἔν τισιν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον.

Dicit enim (*Clemens*) in una Epistolarum suarum: *Recedo, abeo, instet populus Dei*; nonnullis videlicet hoc modo consulens: nam in quibusdam commentariis ita scriptum reperimus. *Epist.* I. *cap.* LIV.

Idem adverſ. Ebionæos, *Hæresi* XXX. *num.* XV.

Αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων, τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος, παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς Περιόδοις νενοθευμένα· αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται· αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν, καὶ Δαβὶδ, καὶ Σαμψὼν, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται.

Clemens ipse omnibus illos (Ebionæos) modis redarguit iis Epistolis circularibus, quæ ab eo scriptæ in sacrosanctis Ecclesiis leguntur. Ex quibus constat, longe ab iis quæ in Circuitibus illis sub ejus nomine adulterina exstant, illius fidem ac sermonem abhorruisse. Etenim virginitatem *Clemens* edocuit, & isti repudiant: ille Eliam, Davidem & Sampsonem omnesque Prophetas commendat; quos hi detestantur.

VII.

Hieronymus *lib.* de Viris illustribus, *cap.* XV. *cum vetere Græco* Interprete.

Clemens, de quo Apostolus Paullus ad Philippenses (IV. 3.) scribens ait: *Cum Clemente & ceteris cooperatoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ*: quartus post Petrum Romæ Episcopus: siquidem secundus Linus fuit, tertius Anacletus; tametsi plerique Latinorum, secundum post Petrum Apostolum putent fuisse *Clementem*. Scripsit ex persona Romanæ Ecclesiæ ad Ecclesiam Corinthiorum valde utilem Epistolam, quæ & in nonnullis locis publice legitur, quæ mihi videtur characteri Epistolæ quæ sub Paulli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed & multis de eadem Epistola, non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem abutitur. Fertur & secunda ejus nomine Epistola, quæ a veteribus reprobatur. Et Disputatio Petri & Apionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio Historiæ Ecclesiasticæ volumine coarguit. Obiit tertio Trajani anno, & nominis ejus memoriam usque hodie Romæ exstructa Ecclesia custodit.

Κλήμης, περὶ οὗ Παῦλος ὁ Ἀπόστολος πρὸς Φιλιππησίους γράφων, λέγει· Μετὰ καὶ Κλήμεντος. Τέταρτος μετὰ Πέτρον Ῥώμης ἐπίσκοπος· δεύτερος γὰρ Λῖνος ἐγένετο, τρίτος Ἀνέγκλητος, εἰ καὶ πολλοὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπολαμβάνουσι, δεύτερον μετὰ τὸν Ἀπόστολον γεγενῆσθαι Κλήμεντα. Ἔγραψεν ἐκ προσώπου τῆς ἐκκλησίας Ῥώμης πρὸς τὴν ἐν Κορίνθῳ ἐκκλησίαν ἐπιστολὴν πάνυ θαυμαστὴν, ἥτις ἐν φανεροῖς τόποις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται, τῷ χαρακτῆρι τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς Παύλου συνᾴδουσα, οὐ μόνον νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ λόγοις. Καὶ ἁπλῶς μεγίστη ἐστὶν ἐν ἑκατέρᾳ ὁμοίωσις. Φέρεται καὶ ἑτέρα ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ εἶναι ἐπιστολὴ, ἥτις παρὰ πάντων ἀποδοκιμάζεται. Καὶ διάλογος Πέτρου καὶ Ἀπίωνος μακρῷ λόγῳ συνταγεῖσα, ἥν τινα Εὐσέβιος εὐθύνει ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τεύχει. Τελευτᾷ τῷ τρίτῳ ἐνιαυτῷ Τραϊανοῦ, καὶ τὴν τούτου μνήμην ἄχρι σήμερον ἐν τῇ Ῥώμῃ οἰκοδομηθεῖσα ἐκκλησία φυλάττει.

Idem *lib.* I. adverſ. Jovinianum, *cap.* VII.

Ad hos (eunuchos) & *Clemens* successor Apostoli Petri, cujus Paullus Apostolus meminit (*Philipp.* IV. 3.) scribit Epistolas, omnemque pæne sermonem suum de virginitatis puritate contexuit.

Idem *lib.* XIV. Comment. in Isajæ LII. 13.

Clemens vir apostolicus, qui post Petrum rexit Ecclesiam, scribit ad Corinthios: *Sceptrum Dei Dominus Jesus Christus, non venit in jactantia superbiæ, quum possit omnia, sed in humilitate*. Epist. I. cap. XVI.

IDEM *lib.* I. Comment. in Epist. ad Ephes. II. 2.

Quærimus quoque quid sit : *In quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus :* utrum nam & aliud sæculum sit, quod non pertineat ad mundum istum, sed ad mundos alios, de quibus & *Clemens* in Epistola sua scribit : *Oceanus, & mundi qui trans ipsum sunt.* Epist. I. cap. XX.

IDEM *ibid. lib.* II. *ad cap.* IV. 1.

Cujus rei & *Clemens* ad Corinthios testis est : *Vinculum caritatis Dei quis poterit enarrare?* Epist. I. cap. XLIX.

VIII.

PSEUDO-JUSTINUS, seu Auctor *Quæstionum & Responsionum ad Orthodoxos*, in Respons. ad Quæst. LXXIV. (inter Opera *S. Justini Martyris* pag. 469. B. edit. Paris. 1742.

Εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθὼς φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ Ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθὼς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.

Si præsentis rerum status finis est impiorum per ignem judicium, prout testantur Scripturæ Prophetarum & Apostolorum, atque etiam, ut ait beatus *Clemens* in Epistola ad Corinthios, Sibyllæ.

IX.

DOROTHEUS *Archimandrita*, Doctrina XXIII. *sub finem*.

Ὡς λέγει καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης· κἂν μὴ στεφανῶταί τις, ἀλλὰ σπουδάσῃ μὴ μακρὰν εὑρεθῆναι τῶν στεφανουμένων.

Ut enim ait & sanctus Clemens : *Etiam si quis non coronetur, studeat tamen non procul a coronatis inveniri.* Epist. II. cap. VII.

X.

GEORGIUS SYNCELLUS Chronogr. *pag.* 344. *edit. Paris.*

Τούτου ἐπιστολὴ ἡ μία γνησία Κορινθίοις φέρεται, ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας γραφεῖσα, στάσεως ἐν Κορίνθῳ συμβάσης τότε, ὡς μαρτυρεῖ Ἡγήσιππος, ἥτις καὶ ἐκκλησιάζεται.

Hujus (*Clementis*) Epistola quæ unica genuina est, ad Corinthios fertur, tamquam ab Ecclesia Romana scripta, seditione tunc temporis, ut testatur Hegesippus, Corinthi orta; quæ etiam ab Ecclesia recipitur.

XI.

PHOTIUS Biblioth. *Cod.* CXIII.

Οὗτός ἐστιν ὁ Κλήμης, περὶ οὗ φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ· μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Οὗτος καὶ ἐπιστολὴν ἀξιόλογον πρὸς Κορινθίους γράφει, ἥτις παρὰ πολλοῖς ἀποδοχῆς ἠξιώθη, ὡς καὶ δημοσίᾳ ἀναγινώσκεσθαι. Ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται· ὥσπερ ἐπιγραφόμενος ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ Πέτρου καὶ Ἀπίωνος πολύστιχος διάλογος. Τοῦτόν φασιν οἱ μὲν δεύτερον μετὰ Πέτρον ἐπισκοπῆσαι Ῥώμης, οἱ δὲ τέταρτον· Λῖνον γὰρ καὶ Ἀνάκλητον μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Πέτρου Ῥώμης ἐπισκόπους διαγεγονέναι· τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν τρίτῳ ἔτει Τραϊανοῦ.

Hic *Clemens* ille est, de quo divinus Paullus ad Philippenses ait : *Cum Clemente & ceteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.* Scripsit idem magni faciendam ad Corinthios Epistolam, quæ a plerisque tanto in pretio est habita, ut etiam publice legi soleret. At quæ Secunda dicitur ad eosdem, ut notha rejicitur : quemadmodum & longa illa Disputatio, ipsius Petri & Apionis nomen falso præferens. Hunc secundum a Petro Romæ episcopatum gessisse quidam autumant, alii vero quartum : Linum enim & Anacletum, inter ipsum & Petrum, Romæ episcopos fuisse, ac tertio demum Trajani anno vitam finiisse.

IDEM *ibid. Cod.* CXXVI.

Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον, ἐν ᾧ Κλήμεντος ἐπιστολαὶ πρὸς Κορινθίους ἐνεφέροντο· ὧν ἡ πρώτη δι' αἰτίας αὐτοὺς ἄγει, στάσεσι καὶ ταραχαῖς καὶ σχίσμασι τὴν πρέπουσαν αὐτοῖς εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἐμπολιτεύεσθαι λύσαντας, καὶ παραινεῖ παύσασθαι τοῦ κακοῦ. Ἁπλοῦς δὲ κατὰ τὴν φράσιν, καὶ σαφής ἐστιν, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ, καὶ ἀπεριέργου χαρακτῆρος. Αἰτιάσαιτο δ' ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις· ὅτι τε τοῦ ὠκεανοῦ ἔξω κόσμους τινὰς ὑποτίθεται εἶναι· καὶ δεύτερον ἴσως, ὅτι ὡς παναληθεστάτῳ τῷ κατὰ τὸν Φοίνικα τὸ ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται· καὶ τρίτον ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλο-

Lectus est libellus, in quo *Clementis* Epistolæ duæ ad Corinthios continebantur : quarum prima ipsos accusat, quod seditionibus, turbis ac dissidiis, pacem & concordiam quæ inter ipsos versari debuerat, solverint; hortaturque ab hoc malo cessare. Est autem dictione simplex ac perspicuus, accedensque ad ecclesiasticam & inelaboratam dicendi formam. Reprehenderit vero in illis quispiam: quod extra Oceanum mundos quosdam exsistere supponit : deinde forte etiam, quod Phoenicis avis exemplo tamquam verissimo utitur : tertio quod Pontificem Præsidemque Dominum nostrum Jesum Christum appellans, illas Deo convenientes ac sublimiores de eo voces non

τέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς· οὐ μὴν οὐδ' ἀπαρακαλύπτως αὐτὸν οὐδαμῇ ἐν τούτοις βλασφημεῖ. Ἡ δὲ δευτέρα καὶ αὐτὴ νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ Χριστὸν τὸν Θεὸν κηρύσσει. Πλὴν ὅτι ῥητά τινα, ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, ξενίζοντα παρεισάγει· ὧν οὐδ' ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς. Καὶ ἑρμηνείας δὲ ῥητῶν τινων ἀλλοκότους ἔχει· ἄλλως τε δὲ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς νοήματα ἐῤῥιμμένα πως, καὶ οὐ συνεχῆ τὴν ἀκολουθίαν ὑπῆρχε φυλάττοντα.

protulit; tametsi nec aperte ipsum ullibi in his blasphemet. Secunda vero & ipsa institutionem ac admonitionem melioris vitæ inducit; atque in principio Christum Deum prædicat. Verum dicta quædam peregrina velut e sacra Scriptura subinducit: quibus ne prima quidem Epistola omnino vacat. Et interpretationes locorum quorumdam alieniores profert. Alioquin ipsa quæ in his Epistolis insunt sensa, nonnihil abjecta sunt, neque continentem seriem ac consequentiam servant.

XII.

ANASTASIUS BIBLIOTHECARIUS Hist. Eccles. *edit. Paris. pag.* 17.

Hujus (*Clementis*) Epistola fertur ad Corinthios missa, quam tota recipit, ut Hegesippus testatur, Ecclesia.

XIII.

NICON *Monachus in* Pandect. *Serm.* XVIII.

Κλήμεντος Ῥώμης. Δίκαιον οὖν καὶ ὅσιον ---- καὶ στάσεις τοῦ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος. Τοίνυν ἀκολουθήσωμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας ---- Πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ ---- Κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθώοις καὶ δικαίοις· εἰσὶ δὲ οὗτοι, ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Γέγραπται γάρ· κολλᾶσθαι τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς, ἁγιασθήσονται. Καὶ ὁ Κύριος λέγει. τὸν ὁμολογήσαντά με τοῦ πατρός μου. Ἐν τίνι δὲ ---- τῶν ἐντολῶν. Ex Codd. regiis 2418. 2423. 2424. descripsit Cotelerius, ediditque in Not. ad Epist. I. *Clem.* cap. XIV.

Clementis Romani. Justum ergo & sanctum ---- in dissidia & seditiones (homines collimantes) ut nos a recto & honesto avertant. Eos ergo sequamur, qui cum pietate ---- Procul a me abest ---- Adhæreamus ergo viris honestis & justis: hi vero sunt electi Dei. Scriptum est enim: *Facite ut sanctis adhæreatis, quia qui illis adhærent, sanctificabuntur*. Et Dominus dicit: *Qui me confessus fuerit .... Patris mei*. In quonam autem ---- mandata illius (non spernendo.) *Epist.* I. *capp.* XIV. XV. & XLVI. *Epist.* II. *cap.* III.



ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΡΩΜΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Α'.

Sæcul. I.
circa
Ann. Chr.
68.

S. CLEMENTIS

EPISCOPI ROMANI EPISTOLA AD CORINTHIOS I.

Interprete J. B. Cotelerio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

A



Η Ε'ΚΚΛΗ]ΣΙ'Α τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα [Ῥώμην], τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ [a] τῇ πα[ροικοῦ]σῃ Κόρινθον, κλητοῖς, ἡγι[ασμέν]οις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ [Κυρίου ἡμ]ῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· [χάρις ὑ]μῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντο[κράτο]ρος Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη. [[b] Διὰ τὰς] αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους [τὰς γενομ]ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ [περι-]πτώσεις, ἀδελφοὶ, [c] βράδειον, [d] [γνωρ]ίζομεν ἐπιστροφὴν πεποιη[κέν]αι περὶ τῶν ἐπιζητουμένων [πα]ρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοὶ, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ [e] ξένοις
B
τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου στάσεως,

CAPUT I.



Ecclesia Dei quæ incolit Romam, ecclesiæ Dei quæ incolit Corinthum, vocatis, ſanctificatis in voluntate Dei per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: Gratia vobis & pax ab omnipotente Deo per Jeſum Chriſtum multiplicetur. Propter ſubitas ac ſibi invicem ſuccedentes calamitates & caſus adverſos qui nobis acciderunt, tardius, fratres, noſmet ipſos convertiſſe agnoſcimus ad ea quæ fuerunt quæſita
B
a vobis, dilecti, & ad ſeditionem impiam ac deteſtandam, advenis Deique electis alienam;

a *Τῇ παροικούσῃ*] Jun. cum editt. omittit *τῇ*: quem articulum Wott. reſtituit ex Ms.


b *Διὰ τὰς αἰφνιδίους*] Ex acriori Ms. inſpectione ſic legit ediditque Wott. clauſa ſententia cum *πληθυνθείη*. Paullo aliter Pearson. Vitio ſane laborat Jun. & Codd. impp. lectio. Quorſum enim iſta, *ἐφ' ὑμῶν ἰδίους καὶ ἐπ' ἀλλήλους*, poſt *πληθυνθείη* ſubjecta? Plura vide ſis apud ipſum Wottonum.

c *Βράδειον*] Al. *βράδιον*. At Cler. & Birr. *βραδεῖαν — ἐπιστροφὴν*: id eſt: *Seram nos adverſionem* (animi) *feciſſe intelligimus*.

d *Γνωρίζομεν*] Jun. *δυσοίζομεν*: ſatis incommode. Cler. *δοκήσομεν*: contra Ms. fidem. Al. cum Wott. *νομίζομεν*. At Wetst. in Proleg. ad Nov. Teſt. Gr. pag. 65. *γνωρίζομεν*: preſſius ad ſtilum S. Paulli, quem paſſim uſurpat S. Pater. Hæc lectio probatur Freyo & Birrio.

e *Ξένοις*] Legit Wott. cum Cot. aliiſque, *ξένης*. Congrua tamen Ms. lectio, adeoque retinenda videtur Millio. Nimirum S. Pater ſchiſma exhinc reprehendit, quod ſit Chriſtianis, *ξένοις* ſcilicet ac anteceſſorum fidelium more, *advenis in terra electiſque a Deo*, maxime abominandum. Tertullianus *Apol. cap.* I. alloquens Imperii Romani antiſtites qui religionem Chriſtianam inſectabantur: *Scit hæc religio ſe peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire: ceterum genus, ſedem, ſpem, gratiam, dignitatem in cælis habere.*

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 68.



quam pauci homines insolentes & audaces in tantum vecordiæ inflammarunt, ut venerabile ac illustre, dignumque quod ab omnibus ametur nomen vestrum, magnopere blasphemetur. Quis enim apud vos diversatus, omni virtute plenam firmamque fidem vestram non probavit? sobriam & mitem in Christo pietatem non est admiratus? magnificentiam qua hospites excipere soletis, non celebravit? perfectam denique certamque cognitionem vestram, non beatam prædicavit? Omnia enim sine personarum acceptione a vobis fiebant, & in Dei legibus ambulabatis, præpositis vestris subditi, & senioribus qui sunt inter vos debitum honorem tribuentes. Juvenibus, ut moderata & honesta sectarentur, mandabatis; mulieribus, ut in inculpabili, gravi & casta conscientia omnia peragerent, diligendo viros suos, prout officium postulat, denuntiabatis; utque in obedientiæ canone constitutæ, res domesticas honeste administrarent modestissimeque se gererent, docebatis.

A τὴν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα, εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον, ὄνομα ὑμῶν, μεγάλως βλασφημηθῆναι. Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ [a] τοῖς νόμοις τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις· νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε· B γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν· ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας, τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας.

CAPUT II.

OMNES autem humili animo eratis, nullatenus superbientes, magis [a] subjecti quam subjicientes, [b] *dantes lubentius quam accipientes*: Dei viatico contenti, verbaque ejus diligenter attendentes, dilatati eratis in visceribus; ejusque passiones vobis præ oculis erant. Sic alta & abundanti pace fruentes, inexplebile benefaciendi desiderium omnes tenebat, plenaque Spiritus sancti super omnes effusio erat: sancta quoque voluntate referti, bono atque alacri animo cum pia fiducia manus vestras extendebatis ad omnipotentem Deum, ei supplicantes [c] ut propitius esset, si quid inviti peccassetis. Diu noctuque soliciti eratis pro universa fraternitate, ut numerus electorum Dei cum misericordia & conscientia salvaretur. Sinceri & simplices eratis, atque injuriarum invicem acceptarum immemores. Omnis dissensio omnisque scissura vobis abominationi erat: proximorum delicta lugebatis: illorum defectus, vestros censebatis; benefacti nullius pœnitebat vos, [d] *ad omne bonum opus parati*. Veneranda & virtutum omnium referta conversatione ornati, omnia in timore ejus peragebatis: mandata & præcepta Domini [e] *in tabulis cordis vestri* scripta erant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

ΠΑ'ΝΤΕΣ τε ἐταπεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες, [b] ἥδιον διδόντες ἢ λαμβάνοντες· τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι, καὶ προσέχοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς, [c] ἐστερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, C καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Οὕτως εἰρήνη βαθεῖα καὶ λιπαρὰ ἐδέδοτο πᾶσιν, καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς ἀγαθοποιΐαν, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο· μεστοί τε ὁσίας βουλῆς ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' εὐσεβοῦς πεποιθήσεως ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα Θεόν, ἱκετεύοντες αὐτὸν [d] ἵλεως γενέσθαι, εἴ τι ἄκοντες ἡμάρτετε. Ἀγὼν ἦν ὑμῖν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὑπὲρ πάσης τῆς ἀδελφότητος, τὸ σώζεσθαι μετ' ἐλέους καὶ [e] συνειδήσεως τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ· εἰλικρινεῖς καὶ ἀκέραιοι ἦτε, καὶ [f] ἀναμνησίκακοι εἰς ἀλλήλους. Πᾶσα στάσις, καὶ πᾶν σχίσμα βδελυκτὸν ὑμῖν· ἐπὶ τοῖς παραπτώμασι τοῖς πλησίον ἐπενθεῖτε· τὰ D ὑστερήματα αὐτῶν ἴδια ἐκρίνετε· ἀμεταμέλητοι ἦτε ἐπὶ πάσῃ ἀγαθοποιΐᾳ, ἕτοιμοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Τῇ παναρέτῳ καὶ σεβασμίῳ πολιτείᾳ κεκοσμημένοι, πάντα ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ ἐπετελεῖτε· τὰ προστάγματα [g] καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ Κυρίου ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς καρδίας ὑμῶν ἐγέγραπτο.

CAPUT III.

OMNIS honor & latitudo vobis data est, & illud Scripturæ impletum est: [f] *Edit & bibit, & dilatatus est & incrassatus, & recalcitravit dilectus*. Hinc æmulatio, invidia, con-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

ΠΑ͂ΣΑ δόξα καὶ πλατισμὸς ἐδόθη ὑμῖν καὶ ἐπετελέσθη τὸ γεγραμμένον· Ἔφαγεν καὶ ἔπιεν, καὶ ἐπλατύνθη καὶ ἐπαχύνθη, καὶ [h] ἀπεγαλάκτισεν E ὁ ἠγαπημένος. Ἐκ τούτου ζῆλος [i] καὶ φθόνος,

a I. Pet. v. 5. b Act. xx. 35. c Heb. viii. 12. II. Machab. vii. 37. d Tit. III. 1. e Prov. vii. 3. f Deut. xxxii. 15.

a Καὶ τοῖς νόμοις] Clem. Alex. Στρωμ. lib. IV. cap. XVII. p. 610. edit. Oxon. καὶ ἐν τοῖς νομίμοις. Sic & ipsemet S. Pater infra Capp. III. & XL.

b Ἥδιον] Pro μᾶλλον quod habet Jun. cum editt. Wott. ἥδιον ex Ms. restituit. Sic legit & Grabius. Sic quoque Millius in *Prolegom. ad N. T.* n. 140. Lectio sane propior ad *Act.* XX. 35.

c Ἐστερνισμένοι — τοῖς] Al. ἐνεστερνισμένοι. Cot. ἐστερνισμένοι -- ἐν τοῖς. Vid. II. Cor. VI. 12.

d Ἵλεως] Wott. videtur vox satis apta τῷ γενέσθαι, *animo propitio*. Al. malunt ἵλεων.

e Συνειδήσεως] Al. συνιδέσεως, vel συνευδοκήσεως. Ms. adhæreo cum Wott. Sed verterem potius, *unanimi consensu*. Eaque videtur fuisse S. Patris sententia, quo iterum schisma retunderet. Ipsemet sane Cot. infra *Cap.* XXXIV. τῇ συνειδήσει, *communi consensu*, est interpretatus.

f Ἀναμνησίκακοι] Ms. lectionem mendosam Wott. cum aliis sic emendat, ἀμνησίκακοι. Mallem cum Birr. παναμνησίκακοι. Id est: *Omnis inter vos offensæ immemores*. Vel: *Nullius omnino invicem injuriæ memores*. Delectatur certe hujuscemodi compositis S. Pater. Sic mox heic: Τῇ παναρέτῳ --- πολιτείᾳ. *Cap.* XXXIII. τῷ παμμεγεθεστάτῳ αὐτοῦ κράτει. Et post pauca: τὸ ἐξοχώτατον καὶ παμμεγεθὲς κατὰ διάνοιαν. *Cap.* XXXV. ὁ πανάγιος. *Cap.* XLV. τῷ παναρέτῳ ὀνόματι αὐτοῦ. *Cap.* LVII. ἡ πανάρετος σοφία. &c.

g Καὶ τὰ δικαιώματα] Hæc verba quæ desunt editt. restituit ex Ms. Wott. Ea quoque legebat in suo exemplari Bois. Sic enim ille, in notis ad h. l. *Malim ἐν τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, ut deinde lin. seq. pro τὰ δικαιώματα τοῦ Κυρίου, scribatur τὰ δικαιώματα αὐτοῦ*. Quin & illa legit Jun. ut patet ex ejus versione, ubi sic: *mandata & præcepta Domini*.

h Ἀπεγαλάκτισεν] Leg. cum Col. aliisque, ἀπελάκτισεν.

i Καὶ φθόνος] Sic Wott. ex Ms. Ista omittunt editi, quæ tamen agnoscit Junii versio: *æmulatio, invidia, contentio*.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 68.

καὶ ἔρις, καὶ στάσις, διωγμὸς καὶ ἀκαταστασία, πόλεμος καὶ αἰχμαλωσία. οὕτως ἐπηγέρθησαν οἱ ἄτιμοι ἐπὶ τοὺς ἐντίμους, οἱ ἄδοξοι ἐπὶ τοὺς ἐνδόξους, οἱ ἄφρονες ἐπὶ τοὺς φρονίμους, οἱ νέοι ἐπὶ τοὺς πρεσβυτέρους. Διὰ τοῦτο πόῤῥω ἄπεστιν ἡ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη, ἐν τῷ ἀπολείπειν ἕκαστον τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ ἀμβλυωπῆσαι, μηδὲ ἐν τοῖς νομίμοις τῶν προσταγμάτων αὐτοῦ πορεύεσθαι, μηδὲ πολιτεύεσθαι κατὰ τὸ καθῆκον [a] τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ ἕκαστον βαδίζειν κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ τὰς πονηράς, ζῆλον ἄδικον καὶ ἀσεβῆ [b] ἀνειληφότας, δι' οὗ καὶ θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.

A tentio, seditio, persecutio, commotio, bellum & captivitas manarunt. Sic [a] viles & inglorii contra honoratos & gloriosos, sic insipientes contra sapientes, & *juvenes contra seniores* insurrexerunt. Hanc ob caussam procul absunt justitia & pax, dum unusquisque Dei timorem deserit, & in fide ejus cæcutit, neque in institutis præceptorum ejus ambulat, aut vitam Christo dignam degit; sed secundum pravas ipsius concupiscentias incedit, iniquam & impiam invidiam resumendo, [b] *per quam & mors in mundum intravit.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

ΓΕΓΡΑΠΤΑΙ γὰρ οὕτως· Καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας, ἤνεγκεν Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ Θεῷ· καὶ Ἄβελ ἤνεγκεν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων, καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν· Καὶ [c] ἔπιδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ Κάϊν, καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν. Καὶ ἐλυπήθη Κάϊν [d] λίαν, καὶ συνέπεσεν τῷ προσώπῳ αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Κάϊν· Ἵνα τί περίλυπος ἐγένου; καὶ ἵνα τί συνέπεσεν τὸ πρόσωπόν σου; οὐκ [e] ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον· πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν Κάϊν πρὸς Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, ἀνέστη Κάϊν ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ὁρᾶτε ἀδελφοί, ζῆλος καὶ φθόνος ἀδελφοκτονίαν [f] κατειργάσαντο. Διὰ ζῆλον ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰακὼβ ἀπέδρα ἀπὸ προσώπου Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Ζῆλος ἐποίησεν Ἰωσὴφ μέχρι θανάτου διωχθῆναι, καὶ μέχρι δουλείας εἰσελθεῖν. Ζῆλος φυγεῖν ἠνάγκασε Μωϋσῆν ἀπὸ προσώπου Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου, ἐν τῷ ἀκοῦσαι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὁμοφύλου· Τίς σε κατέστησεν κριτὴν ἢ δικαστὴν ἐφ' ἡμῶν; μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες ἐχθὲς τὸν Αἰγύπτιον; Διὰ ζῆλον Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ ἔξω τῆς παρεμβολῆς ηὐλίσθησαν. Ζῆλος Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν ζῶντας κατήγαγεν εἰς ᾅδου, διὰ τὸ στασιάσαι αὐτοὺς πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν. Διὰ ζῆλον Δαβὶδ φθόνον ἔσχεν, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Σαοὺλ βασιλέως Ἰσραὴλ ἐδιώχθη.

CAPUT IV.

B SIC enim scriptum est [c]: *Et factum est post dies, obtulit Cain ex fructibus terræ sacrificium Domino: Abel autem obtulit & ipse de primogenitis ovium suarum, & de adipibus earum. Et respexit Deus super Abel, & super munera ejus: super Cain autem, & super sacrificia ejus non advertit. Et contristatus est Cain valde, & concidit vultu suo. Et dixit Deus ad Cain: Quare tristis factus es? & quare concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, non autem recte dividas, peccasti? Quiesce: ad te conversio ejus, & tu dominaberis ipsius. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: Transeamus in campum. Et factum est dum* C *essent in campo, surrexit Cain super Abel fratrem suum, & occidit eum.* Videtis fratres, propter æmulationem & invidiam fratricidium commissum. Propter æmulationem [d] pater noster Jacob a facie fratris sui Esau aufugit. Æmulatio effecit, ut [e] Joseph ad mortem usque persecutionem sustineret, & in servitutem addiceretur. Æmulatio Mosem a facie Pharaonis regis Ægypti fugere compulit, quum popularem suum dicentem audiret [f]: *Quis te constituit principem & judicem super nos? numquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Ægyptium?* Propter æmulationem [g] Aaron & Maria extra castra segregati habitarunt. Æmula- D tio [h] Dathan & Abiron vivos ad inferos detrusit, quod cum Moyse Dei famulo seditione contenderent. Ob æmulationem [i] David non tantum alienigenis invisus, sed etiam a Saul rege Israel fuit vexatus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

ΑΛΛ' ἵνα τῶν ἀρχαίων ὑποδειγμάτων παυσώμεθα, ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. Διὰ ζῆλον καὶ φθόνον, [ἐκκλησίας [g] πι-]στοὶ καὶ δικαιότατοι στύλ[οι ἐδιώ]χθησαν καὶ ἕως [h] θανάτο[υ δεινοῦ]. Λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶ[ν ὑμῶν] τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλου[ς. Πέτρ]ος διὰ ζῆλον ἄδικον οὐχ [ἕνα οὐ]δὲ δύο, ἀλλὰ πλείονας [i] ὑπή[νεγκεν] πόνους,

CAPUT V.

SED ut vetera exempla relinquamus, veniamus ad proximos athletas, & sæculi nostri generosa exempla proponamus. Propter æmulationem & invidiam, qui Ecclesiæ erant fideles & justissi- E mæ columnæ, ad mortem usque acerbam persecutionem passi sunt. Ponamus nobis ante oculos sanctos Apostolos. Propter æmulationem iniquam Petrus non unum aut alterum, sed plures labores suf-

a Isa. III. 5. *b* Sap. II. 24. *c* Gen. IV. 3 - 8. *d* Gen. XXVII. 41. &c. *e* Gen. XXXVII. *f* Exod. II. 14. *g* Num. XII. *h* Num. XVI. 33. *i* 1. Reg. XVIII. 8. &c.

a Τῷ Χριστῷ] Licet probetur hæc lectio WOTT. ea tamen displicet DAV. quam ideo sic supplet: τῷ ἐν Χριστῷ, phrasi ab Apostolo passim usurpata.

b Ἀνειληφότας] Mallet WOTT. ἕκαστον — ἀνειληφότα. At nihil mutandum, ista suadent: *Matth.* XXVI. 22. ἤρξαντο λέγειν — ἕκαστος. Act. II. 6. ἤκουον εἷς ἕκαστος. Et com. 8. Καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος. Sic alibi passim nomen collectivum singulare verbo plurali junctum reperitur.

c Ἔπιδεν] Ms. ita se habet. Editt. ἐπεῖδεν.

d Λίαν] Sic ex Ms. WOTT. Sic & apud LXX. Editi vero, ἄγαν. Hinc in errorem lapsus SCHOTANUS in *Diatrib. de auctor. Vers.* LXX. *Interpr.* cap. IV. pag. 108.

e Οὐκ ἐὰν ὀρθῶς — εἰς τὸ πεδίον] Hunc locum illustrat PEARSON. in *Præfat. parænet. ad Vers.* LXX.

f Κατειργάσαντο] Sic Ms. Alex. Et mox, φυγεῖν. Codd. impp. κατειργάσατο — φεύγειν.

g Ἐκκλησίας πιστοὶ] Mallet BIRR. addito articulo, οἱ πιστοί. Quin & fortasse legendum, ἄριστοι, vel μέγιστοι, aut κράτιστοι, ex latiore lacunæ spatio conjicit.

h Καὶ ἕως θανάτο[υ δεινοῦ] Ms. hiatum ita supplet JUN. Mallet tamen WOTT. καὶ ἕως θανάτο[υ ἦλθον]: *& venerunt usque ad mortem*. Fortasse melius. Sic sup. *cap.* IV. Ἰωσὴφ μέχρι θανάτου διωχθῆναι, καὶ μέχρι δουλείας εἰσελθεῖν.

i Ὑπήνεγκεν] Editi ad unum omnes, ὑπ[έμεινεν] contra fidem Cod. Ms. qui teste WOTT. sic se habet ὑπη — cum spatio sex circiter litterarum. Hinc ipse legit ὑπή[νεγκεν.]

A σαρκὶ ἀποληψόμεθα τὸν μισθόν. Ἀγαπῶμεν ἦν ἀλλήλους, ὅπως ἔλθωμεν πάντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ὡς [a] ἔχομεν καιρὸν τοῦ ἰαθῆναι, ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τῷ θεραπεύοντι Θεῷ, ἀντιμισθίαν αὐτῷ διδόντες. Ποίαν; τὸ μετανοῆσαι ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας. Προγνώστης γάρ ἐστιν τῶν πάντων, καὶ εἰδὼς ἡμῶν τὰ ἐν καρδίᾳ. Δῶμεν ἦν αὐτῷ [b] αἰώνιον, μὴ ἀπὸ στόματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ καρδίας, ἵνα ἡμᾶς προσδέξηται ὡς [c] υἱούς. Καὶ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος· Ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν, οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου.

CAPUT X.

B

ITAQUE, fratres mei, faciamus voluntatem Patris qui vocavit nos, ut vivamus; & persequamur potius virtutem, vitium autem derelinquamus veluti præcursorem peccatorum nostrorum; & fugiamus impietatem, ne nos mala comprehendant. Nam si bene agere studuerimus, consectabitur nos pax. Ob eam siquidem caussam non est reperire hominem. Quilibet humanis timoribus ducuntur, præponentes voluptatem præsentem repromissioni futuræ. Ignorant enim quantum habeat tormen- C tum præsentium usus; & quantas habeat delicias futura promissio. Ac quidem, si illi ista facerent soli, tolerabile esset: jam vero perseverant insontes animas pravis doctrinis imbuere; nescientes quod duplicem habebunt condemnationem, & ipsi, & qui audiunt eos.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι΄.

ὭΣΤΕ, ἀδελφοί μου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν, καὶ διώξωμεν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν, τὴν δὲ κακίαν καταλείψωμεν, ὡς προοδοίπορον τῶν [d] ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ φύγωμεν τὴν ἀσέβειαν, μὴ ἡμᾶς καταλάβῃ [e] κακά. Ἐὰν γὰρ σπουδάσωμεν ἀγαθοποιεῖν, διώξεται ἡμᾶς εἰρήνη. Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν [f] ἄνθρωπον. Οἵτινες [g] παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους, προῃρημένοι μᾶλλον τὴν ἐνθάδε ἀπόλαυσιν, ἢ C τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν. Ἀγνοοῦσιν γὰρ ἡλίκην ἔχει βάσανον ἡ ἐνθάδε ἀπόλαυσις, καὶ οἵαν τρυφὴν ἔχει ἡ μέλλουσα ἐπαγγελία. Καὶ εἰ μὲν αὐτοὶ μόνοι ταῦτα ἔπρασσον, ἀνεκτὸν ἦν· νῦν δὲ ἐπιμένουσιν κακοδιδασκαλοῦντες τὰς [h] ἀνετίους ψυχὰς, οὐκ εἰδότες ὅτι δισσὴν ἕξουσιν τὴν κρίσιν, αὐτοί τε, καὶ οἱ ἀκούοντες αὐτῶν.

CAPUT XI.

NOs ergo in corde mundo Deo serviamus, & erimus justi: quod si non servierimus quia D fidem non habemus promissioni Dei, erimus miseri. Dicit enim & sermo propheticus [b]: *Miseri sunt qui animo duplices, & corde incerti sunt; qui dicunt, Hæc omnia audivimus etiam tempore patrum nostrorum filii; nos vero diem de die exspectantes, nihil horum vidimus. Amentes, comparate vos arbori: sumite vitem: primo quidem foliis defluit, deinde germinat; postea uva acerba oritur, indeque uva matura. Ita & populus meus agitationes & pressuras tulit; dehinc bona excipiet.* Itaque, fratres mei, animo ne vacillemus, sed sperantes sustineamus, ut & mercedem E

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ΄.

ἩΜΕΙΣ ἦν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ δουλεύσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα δίκαιοι· ἐὰν δὲ μὴ δουλεύσωμεν, διὰ τοῦ μὴ πιστεύειν ἡμᾶς τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ Θεοῦ, ταλαίπωρ[οι] ἐσώμεθα. Λέγει [i] γὰρ καὶ ὁ προ[φη]τικὸς λόγος· Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τῇ καρδίᾳ, οἱ [k] λέγοντες· ταῦτα πά[ντα] ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἡμεῖς [l] δὲ υἱοὶ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας προσδεχόμενοι, οὐδὲν τούτων [m] ἑωράκαμεν ἔτι. Ἀνόητοι, συμβάλετε ἑαυτοὺς ξύλῳ· λάβετε ἄμπελον· πρῶτον μὲν φυλλοῤῥοεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα· οὕτως καὶ ὁ λαός μου ἀκαταστασίας καὶ θλίψεις ἔσχεν, ἔπειτα ἀπολήψεται τὰ ἀγαθά. Ὥστε, ἀδελφοί μου, μὴ διψυχῶμεν, ἀλλὰ ἐλπίσαντες ὑπομείνω-

a Matth. XII. 50. *b* Vid. sup. Epist. I. cap. XXIII.

a Ὡς ἔχομεν] Editi, si Londin. excipias, exhibent ἕως. Retinet WOTT. lectionem Ms. ὡς. Recte. Sic *Gal.* VI. 10. Ὡς καιρὸν ἔχομεν: quo forte respexit S. Pater.

b Αἰώνιον] Al. αἶνον, vel δόξαν αἰώνιον. BIRR. scripsisse Clementem αἶνον αἰώνιον indubitanter affirmat; errorem inde manasse contendens, quod alterum vocabulum inter dictandum vel describendum, ob similitudinem fuerit omissum.

c Ὡς υἱούς] Editi, ὡς Θεοῦ υἱούς. Verum apud WOTT. Ms. Θεοῦ non agnoscit, neque postulat contextus.

d Ἁμαρτιῶν] Al. τιμωριῶν. Sic & COT. qui vertit *suppliciorum*. Retinet WOTT. Ms. lectionem. Vox enim κακία denotare potest internum mentis affectum, τὴν ἐπιθυμίαν; & ἁμαρτία scelus foris peractum. Et recte sane. Quidni enim respexerit Clemens ad illud *Jac.* I. 15. ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν: *Concupiscentia quum conceperit, parit peccatum?*

e Κακά] MILL. & WOTT. leg. in Ms. κακὰ, absque articulo τὰ, quod exhibent editi.

f Ἄνθρωπον] Forte legendum est ἂν Θεόν. Quum enim in hoc Ms. hoc modo scribatur ANŌN; deleta transversa linea τοῦ Θ, ANΘN, id est ἂν Θεὸν, exhibet ANŌN, sive ἄνθρωπον. Quod si ita legatur, oportet ut inseramus, αὐτοῖς post ἔστιν, sicque restituatur lectio: Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς εὑρεῖν, οἵτινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους. WOTT. — Scribendum puto: οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οὐρανὸν, οἵ τινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους: *Cælum non possunt invenire, qui hominum metum præ se ferunt.* DAV. — Si modestiori conjecturæ locus est, totum locum, parvula mutatione, sic arbitror restituendum esse: Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἀνθρώπων, οἵτινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους: id est: *Hanc enim ob caussam non est invenire hominum, qui prætereunt timores humanos.* Vel ut Latinitas nil detrimenti capiat: *Quam ob caussam non temere inter homines invenias, qui humanos timores negligant.* Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἀνθρώπων, constructio Græcanica nota est. BIRR.

g Παράγουσι] Ita Ms. apud WOTT. At editi, præter Lond. γὰρ ἄγουσι. BOIS. vero leg. γὰρ ἔχουσι.

h Ἀνετίους] Quum WOTT. observarit in Ms. ε pro αι frequenter poni, procul dubio legit ἀναιτίους. DAV. mallet ἀνοήτους. His similia habet S. Ignatius ad *Ephes.* cap. XVI.

i Λέγει γὰρ καί] Editi, præter Londin. omittunt καὶ, quod exhibet Ms. apud WOTT.

k Οἱ λέγοντες] Ms. non agnoscit δὲ, quod interserunt editi. WOTT.

l Ἡμεῖς δὲ υἱοί] Editi omittunt υἱοί: quam vocem, interlinearem quidem & minutiore charactere, at eadem manu exaratam exstare in Ms. testatur WOTT. Verum DAV. pro inani additamento habet. Ea sane non comparet in superioris Epist. *cap.* XXIII. ubi hæc pæne eadem occurrunt.

m Ἑωράκαμεν ἔτι] Habetur in Ms. vox OTI, interlinearis eodem modo quo præcedens υἱοί. Procul dubio legendum est ἔτι. Deest in editis præter Londin. Ex WOTT.

μεν, ἵνα καὶ τὸν μισθὸν κομισώμεθα. Πιςὸς γάρ A ἐςιν, ὁ ἐπαγγειλάμενος τὰς ἀντιμισθίας ἀποδιδόναι ἑκάςῳ τῶν ἔργων αὐτῦ. Ἐὰν ὖν ποιήσωμεν τὴν δικαιοσύνην ἐναντίον τῦ Θεῦ, εἰσήξομεν εἰς τὴν βασιλείαν αὐτῦ, καὶ ληψόμεθα τὰς ἐπαγγελίας, [a] ἃς [ὖς] ὐκ ἤκυσεν, ὐδὲ ὀφθαλμὸς ἴδεν, ὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπυ ἀνέβη.

reportemus. Fidelis enim eſt, qui promiſit ſe unicuique retributurum ſecundum opera ejus. Si ergo fecerimus juſtitiam coram Deo, in regnum illius ingrediemur, & accipiemus promiſſiones, [a] *quas nec auris audivit, nec oculus vidit; quæque in cor hominis non aſcenderunt*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒʹ.

Ἐκδεχώμεθα ὖν [b] καθ' ὥραν τὴν βασιλείαν τῦ B Θεῦ, ἐν ἀγάπῃ καὶ δικαιοσύνῃ· ἐπειδὴ ὐκ οἴδαμεν τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιφανείας τῦ Θεῦ. Ἐπερωτηθεὶς γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος ὑπό τινος, πότε ἥξει αὐτῦ ἡ βασιλεία, εἶπεν· Ὅταν ἔςαι τὰ δύο ἕν, καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, ὔτε ἄρσεν ὔτε θῆλυ. Τὰ δύο δὲ ἕν ἐςιν, ὅταν λαλῶμεν [c] αὐτοῖς ἀλήθειαν, καὶ ἐν δυσὶ σώμασιν ἀνυποκρίτως εἴη μία ψυχή. Καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, τῦτο λέγει· τὴν ψυχὴν λέγει τὸ ἔσω, τὸ C δὲ ἔξω τὸ σῶμα λέγει. Ὃν τρόπον ὖν συ τὸ σῶμα φαίνεται, ὕτως καὶ ἡ ψυχή συ [d] δῆλος ἔςω ἐν τοῖς καλοῖς ἔργοις. Καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, ὔτε ἄρσεν ὔτε θῆλυ [e], τῦτο * * * * * * * * * * * * * * * * * *

CAPUT XII.

IGITUR in horas regnum Dei exſpectemus, in caritate & juſtitia: quandoquidem Dei adventus diem neſcimus. Interrogatus enim a quodam ipſe Dominus, quando venturum eſſet regnum ejus, dixit: *Quum duo erunt unum, & quod foris ut quod intus, & maſculum cum femina, neque mas neque femina*. *Duo* autem ſunt *unum*; quando alter ad alterum loquemur veritatem, & in duobus corporibus abſque ſimulatione fuerit una anima. *Et quod foris ut quod intus*, hoc ait: animam vocat, *quod intus*; & corpus, *quod foris*. Quo modo igitur corpus tuum conſpicuum eſt, ita & anima tua manifeſta ſit in bonis operibus. *Et maſculum cum femina, neque mas neque femina*: hoc * * * * * * * * *

Reliqua deſunt.

Reliqua deſunt.

a Iſa. LXIV. 4. I. Cor. II. 9.


a Ἃς ὖς ὐκ ἤκυσεν] Οὖς deſideratur in Ms. recte ſuppletum in editis ex I. *Cor.* II. 9. WOTT.

b Καθ' ὥραν] Id eſt *ſingulis horis*: ut καθ' ἡμέραν, *ſingulis diebus*: κατὰ μῆνα, *ſingulis menſibus*: κατ' ἐνιαυτὸν, *ſingulis annis*. Plena locutio eſt καθ' ἑκάςην ὥραν. BOIS.

c Αὐτοῖς] JUN. ἄλλοις vel ἀλλήλοις. MILL. mallet nil mutatum, vel certe legendum ἑαυτοῖς. Vide ſupra ad *cap.* IV. not. (*a*).

d Δῆλος] Al. δήλη. Al. πρόδηλος: qua ſane voce utitur S. Pater *Epiſt.* I. *capp.* XI. & XII.

e Τῦτο ***] Reliqua deſunt: ſupplenda tamen ex Clem. Alex. Στρωμ. lib. IV. cap. 13. pag. 553. Ad quem locum vide Grabii *Spicil.* tom. I. pagg. 35. 263.



FRAGMENTA
SUPERIORUM EPISTOLARUM
S. CLEMENTIS

Quæ in his non exſtant, ſeu aliorum operum, apud veteres relicta.

I.

Ex S. Basilio *lib.* de Spiritu ſancto *cap.* XXIX. *num.* 72. *tom.* III. *pag.* 61. A. *edit. Pariſ.* 1730.

Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης [a] ἀρχαϊκώτερον· ζῇ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον,

Sed & Clemens ſimplicius: *Vivit*, inquit, *Deus & Dominus Jeſus Chriſtus & Spiritus ſanctus.*

II.

Ex vetere Codice bibliothecæ regiæ Pariſienſis.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης, μετὰ τὸν ἀπόστολον Πέτρον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγησαμένου, εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα.

ΜΑΚΑΡΙΟΣ ὁ κεκλεισμένους ὀφθαλμοὺς ἀνοίξας, καὶ διωκόμενον ἄσθματι πνεῦμα διὰ τοῦ ἐγεῖραι ἀναλαβών. Τὸ χαμαὶ κεῖσθαι τοῦτο ἦν, καὶ τὸ ἐπὶ ποδῶν μὴ ἑστάναι, τὸ τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔχειν. Ἀνάστασις δέ ἐστι πατρὸς ἡ ἐπίγνωσις, καὶ ἐπιφάνεια τοῦ υἱοῦ, ἣ τὰς αἰσθήσεις ἐφανέρωσε. Μακάριος ἀνὴρ ὁ γινώσκων τὴν τοῦ πατρὸς δόσιν, δι' ἐκπορεύσεως τοῦ παναγίου πνεύματος. Μακάριος ὁ γινώσκων καὶ λαβὼν, ὅτι τὸ ἅγιον πνεῦμά ἐστιν ἡ δόσις αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο ἐν τύπῳ περιστερᾶς παρέσχε. Τὸ γὰρ ζῶον ἀκακίαν ἔχει, καὶ ἄχολόν ἐστιν. Ἄκακος δὲ ὁ πατὴρ, πνεῦμα ἔδωκεν ἄκακον, ἀνόργητον, ἀπίκραντον, τέλειον, ἀμίαντον, ἀπὸ σπλάγχνων ἰδίων προϊέμενος, ἵνα ῥυθμίσῃ τοὺς αἰῶνας, καὶ τοῦ ἀοράτου δῷ τὴν ἐπίγνωσιν. Ἔστιν οὖν τοῦτο, ἅγιον καὶ εὐθὲς, τὸ ἀπ' αὐτοῦ προελθὸν, καὶ δύναμις αὐτοῦ, καὶ θέλημα αὐτοῦ, εἰς πλήρωμα δόξης αὐτοῦ φανερωθέν. τοῦτο οἱ λαβόντες, τυποῦνται ἀληθείας τύπῳ, χάριτος τελείας.

Sancti Clementis Epiſcopi Romani, qui poſt Apoſtolum Petrum ſedi Apoſtolicæ præfuit, *De Spiritu ſancto.*

Beatus qui oculos clauſos aperuit, & expulſum flatus difficultate ſpiritum, per reſurrectionem recepit. Hoc erat humi jacere, & in pedes non ſtare, non habere veritatem. Reſurrectio autem eſt, Patris agnitio, & apparitio Filii, qua ſenſus patefecit. Beatus vir qui cognoſcit Patris donum per proceſſionem ſanctiſſimi Spiritus. Beatus vir qui agnoſcit & comprehendit, Spiritum ſanctum eſſe donum illius. Equidem illud in figura columbæ tradidit. Hoc enim animal innocentiam habet, & caret felle. Pater autem ab omni malitia alienus, Spiritum dedit innocentem, expertem iræ atque acerbitatis, perfectum, intaminatum, e ſuis viſceribus emittens, ut componeret ſæcula, & ejus qui videri non poteſt præberet cognitionem. Ille ergo Spiritus, ſanctus eſt & rectus, qui ab ipſo procedit; item virtus illius & voluntas ejus, qui ad plenitudinem gloriæ ejus apparuit. Hunc qui accipiunt, veritatis & gratiæ perfectæ typo ſignantur.

III.

Ex Sermone VIII. S. Maximi, *tom.* II. *pag.* 556. *edit. Combefis.*

ΟΥ δίκαιόν ἐστι, τοῦ δεδωκότος ἐγκαταλειφθέντος, τὰ δοθέντα παραμένειν τοῖς ἀγνώμοσιν.

Haud æquum eſt, eo qui dedit derelicto, quæ data ſunt apud ingratos remanere.

IV.

Ex Ms. Collectione Sententiarum ex Patribus aliiſque auctoribus decerptarum, Cod. 143. *Barocc. bibliothecæ Bodlejanæ, Cap.* περὶ συνηθείας καὶ ἔθους. *fol.* 136. *pag.* 2.

Κλήμεντος Ῥώμης.

ΔΙΑΦΟΡΑ τυγχάνει ἀληθείας καὶ συνηθείας· ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια γνησίως ζητουμένη εὑρίσκεται· τὸ δὲ ἔθος, ὁποῖον ἂν παραληφθῇ, εἴτε ἀληθὲς εἴτε ψευδὲς, ἀκρίτως ὑφ' ἑαυτοῦ κρατύνεται. Ἐν οἷς γὰρ ἕκαστος ἐκ παιδόθεν ἐθίζεται, ταύταις [b] ἐμμαίνειν ἥδεται. Ὃ γὰρ [c] μισεῖ τις διὰ τὴν ἐπιοῦσαν τῇ ἡλικίᾳ σύνεσιν, τοῦτο διὰ τὴν πολυχρόνιον τῶν κακῶν συνήθειαν πράττειν συναναγκάζεται, δεινὴν σύνοικον τὴν ἁμαρτίαν παρειληφώς.

Clementis Romani.

Est differentia inter veritatem & conſuetudinem: veritas enim ſincere quæſita invenitur; conſuetudo autem, qualiſcumque etiam aſſumatur, ſive recta ſive vana, indiſcriminatim a ſemet ipſa firmatur. Quibus enim quiſque a puero aſſueſcit, illis inhærere amat. Quod enim quis odit pro ea prudentia quam ætas invexit, id ob diuturnam malorum conſuetudinem facere cogitur, peccatum nactus gravem contubernalem.

a Ἀρχαϊκώτερον] Sic Mss. Codices, & editio prima Baſileenſis. Aliæ ἀρχαϊκώτερος. Garn.
b Ἐμμαίνειν] Leg. ἐμμένειν.
c Ὃ γὰρ μισεῖ τις] Verba hæc ad finem uſque, exhibet etiam S. Maximus *Serm.* LVII. pag. 673. edit. Combefis.

V.

Ex S. JOANNE DAMASCENO, Eclog. *lib.* I. *Tit.* XLIX. *tom.* II. *pag.* 752. *edit. Parif.* 1712.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης.

ΑΥΤΑΡΚΗΣ εἰς σωτηρίαν ἡ εἰς Θεὸν ἀνθρώπου ἀγάπη. Εὐγνωμοσύνης γάρ ἐστι τὸ πρὸς τὸν τοῦ εἶναι ἡμᾶς αἴτιον ἀποσώζειν στοργὴν, ὑφ᾽ ἧς καὶ εἰς δεύτερον, καὶ ἀγήρω αἰῶνα διασωζόμεθα.

Τοῦ αὐτοῦ. ἘΠΕΙΡΑΣΕΝ ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ, οὐκ ἀγνοῶν τίς ἦν, ἀλλ᾽ ἵνα τοῖς μετὰ ταῦτα δείξῃ, καὶ μὴ κρύψῃ τὸν τοιοῦτον, καὶ διεγείρῃ εἰς μίμησιν τῆς ἐκείνου πίστεως καὶ ὑπομονῆς, καὶ πείσῃ, καὶ τέκνων στοργῆς ἀμελεῖν πρὸς ἐκπλήρωσιν θείου προστάγματος· ὅθεν ἔγγραφον περὶ αὐτοῦ ἱστορίαν γενέσθαι ᾠκονόμησεν.

Sancti CLEMENTIS Epifcopi Romani.

AD falutem fufficit, hominis erga Deum amor. Grati fiquidem animi eft, dilectionem erga eum confervare, qui nobis ut fimus eft auctor: qua fit etiam, ut ad alterum ac fenii expers fæculum falvi evadamus.

Ejufdem. TENTAVIT Deus Abraham, non quidem ignorans quis effet, fed ut pofterioribus fæculis notum faceret, nec latere pateretur tantum virum; quin potius alios ad fidem & patientiam illius imitandam excitaret, fuaderetque filiorum amorem præ divini præcepti exfecutione negligendum effe: quamobrem profpexit ac fecit, ut ejus hiftoria litteris commendaretur.

VI.

Ex eodem S. JOANNE DAMASCENO, *ibid. pag.* 783.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης, ἐκ τῆς β΄. πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς.

ΜΗ' ταρασσέτω τὴν καρδίαν ὑμῶν, ὅτι βλέπομεν τοὺς ἀδίκους πλουτοῦντας, καὶ στενοχωρουμένους τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους. οὐδεὶς γὰρ τῶν δικαίων ταχὺν καρπὸν ἔλαβεν, ἀλλ᾽ ἐκδέχεται αὐτόν. εἰ γὰρ τὸν μισθὸν τῶν δικαίων ὁ Θεὸς συντόμως ἀπεδίδου, ἐμπορίαν ἠσκοῦμεν, καὶ οὐκ θεοσέβειαν. ἐδοκοῦμεν [a] γὰρ εἶναι δίκαιοι, οὐ διὰ τὸ εὐσεβὲς, ἀλλὰ τὸ κερδαλέον διώκοντες.

Sancti CLEMENTIS Epifcopi Romani, ex Epiftola II. ad Corinthios.

NON turbet cor veftrum, quod iniquos ditefcentes videamus, & Dei fervos anguftiis afflictos. Nemo quippe juftorum cito fructum retulit, fed illum exfpectat. Si enim juftorum mercedem Deus ftatim redderet, mercaturæ, non pietati operam daremus. Jufti fiquidem effe non religionis, fed quæftus gratia videremur.

VII.

Ex eodem S. JOANNE DAMASCENO, *ibid. pag.* 787.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β΄. ἐπιστολῆς.

Ὁ τῶν παρόντων αἰσθητικὸς, συνίησιν ὡς οὔτε ἃ λογίζονταί τινες εἶναι τερπνὰ, ξένα καὶ μακράν ἐστι τῶν ἀπεχθῶν. Ἀλλὰ καὶ πλοῦτος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔθλιψε, καὶ ὑγεία πλέον ἠνίασε νόσου. καὶ καθόλου τῶν λυπηρῶν καὶ φευκτῶν πάντων ὑπόθεσις καὶ ὕλη, ἡ τῶν ἀσπαστῶν καὶ κατ᾽ ἀρχὴν περιβολὴ γίνεται.

Sancti CLEMENTIS ex Epiftola II. ad Corinthios.

QUI præfentia fentit, intelligit, ea quæ nonnulli jucunda reputant, aliena & procul diffita non effe ab iis quæ odio habentur. Quin etiam divitiæ fæpenumero magis quam paupertas læferunt, & fanitas plus morbo afflixit. In fumma, gratarum optatarumque rerum affluentia, omnium triftium ac fugiendarum cauffa & materia evadit.

a Ἐδοκοῦμεν γὰρ εἶναι δίκαιοι] Ifta exciderunt in editione Cl. COUTANTII, pag. 47.

INDEX CAPITUM

PRIMÆ S. CLEMENTIS

Epistolæ ad Corinthios.

ARGUMENTUM.

Scripsit S. Clemens hanc Epistolam ad sedandam seditionem, qua per unum aut alterum concitata, Presbyteri ab Apostolis constituti, injuste ab officio dejecti fuerant.

Capp. I. & II. *Post salutationem, cur tardius litteris Corinthiorum rescribat exponit, simulque eorum elogium exorditur: laudat ipsorum fidem pietatem, hospitalitatem & εὐταξίαν, quæ ante natum schisma floruerint.*

III. *Seditione oborta ex invidia & æmulatione, tristem Corinthiacæ Ecclesiæ statum describit.*

IV. V. VI. *Quanta mala ex hoc fonte profluxerint, exemplis vetustis & recentioribus confirmat.*

VII. VIII. *Ad pœnitentiam Corinthios hortatur, cujus gratiam toti mundo oblatam docet.*

IX. X. *Sanctorum exempla ipsis imitanda proponit; obedientiæ in primis & hospitalitatis Abraham.*

XI. XII. *Lot ac Rahab hospitalitatem, pietatem fidemque commemorat.*

XIII. *Humilitatem commendat.*

XIV. *Seditionis auctores deserendos suadet.*

XV. *Adhærendum qui pacem colunt, non qui fingunt, inculcat.*

XVI. XVII. XVIII. *Rursus ad humilitatem sectandam eos pertrahere studet, Christi, Abrabæ ac David exemplis propositis.*

XIX. XX. *Deum pacis & concordiæ amantem esse, argumentis ex rebus creatis desumtis probat.*

XXI. *A Dei bonitate & omni-præsentia, Christianorum erga unumquemque officia demonstrat.*

XXII. *Quæ sane officia, fide quæ est in Christo, confirmari ostendit.*

XXIII. *Non ambigendum quin voluntas Dei perficienda sit, declarat.*

XXIV. *Transit ad alterum Epistolæ caput de Resurrectione, cujus veritatem nobis Deum ostendere variis argumentis ex naturæ ordine constituto petitis, adstruit.*

XXV. *Phœnicis quamdam resurrectionem proponit.*

XXVI. *Resurrectionem a sanctis creditam evincit.*

XXVII. *In primis vero istum fidei articulum comprobat ab omnipotentia Dei, qui resurrectionem promisit, quique mentiri non potest.*

XXVIII. *Iterum hortatur Corinthios ad virtutes acquirendas: Deumque timendum, cujus judiciis nemo se subducere valet, ostendit.*

XXIX. *Deum nos peculiariter sibi elegisse;*

XXX. *Ut pars ac sors Dei, quæ ipsum deceant sectemur.*

XXXI. *Qua ratione benedictionem divinam consequamur, exemplo Abraham & Jacob docet.*

XXXII. *Justi efficiuntur per fidem.*

XXXIII. *Nec tamen caritas & bona opera sunt derelinquenda, exemplo Dei proposito.*

XXXIV. *Bona opera fiduciam præstare apud Deum, exemplo Angelorum docet.*

XXXV. *Præmii excellentiam, beatitudinem æternam, adducit, viamque ad illam consequendam indicat.*

XXXVI. *Christus quid nobis præstet, luculenter ostendit.*

XXXVII. *Ut ordinem & stationem quilibet suam observet, membrorum nostri corporis mutua necessitudine proposita, monet.*

XXXVIII. *Quomodo in Ecclesia alii aliis subjici debeant; & pro diversis divinitus acceptis donis, Deo præstandum sit obsequium, arguit.*

XXXIX. *Homini non esse unde extollatur, urget.*

XL. *Ordo servandus:*

XLI. *Præsertim in oblationum ritu.*

XLII. *Ordo ministrorum in Ecclesia a Christo constitutus: Episcopi & Diaconi ab Apostolis ordinati.*

XLIII. *Moysis exemplum in medium profert, qui contentionem de Sacerdotali dignitate ortam sedavit.*

XLIV. *Apostolorum regulam de creandis Episcopis proponit: legitime electos ac recte viventes, de munere suo dejicere nefas.*

XLV. *Non leguntur justi a justis, sed ab iniquis vexati.*

XLVI. *Corinthiorum dissensio quam perniciosa:*

XLVII. *Quam ipsis ignominiosa.*

XLVIII. *Ut ad fraterni amoris studium cito redeant, hortatur.*

XLIX. *Caritatis encomium.*

L. *Quam expetenda sit caritas.*

LI. *Ad peccati confessionem dissidii auctores allicit: præstare de lapsibus confiteri, quam indurare cor monet.*

LII. *Confessionem desiderat Deus, nullius rei indigus:*

LIII. *Quod adstruit Moysis exemplo; ejusque caritatem extollit.*

LIV. *Generosi animi indolem insinuat, quo schisma penitus exscindatur.*

LV. *Idque Gentilium primum, deinde Judith & Esther exemplis confirmat.*

LVI. *Quomodo delinquentes sint corripiendi: oratio & admonitio mutua persequenda.*

LVII. *Iterum dissidii auctoribus modestiam & humilitatem inculcat.*

LVIII. *Precatio ac votum.*

LIX. *Ut missos cito remittant Corinthii, rescribantque de pace, petit.*

INDEX CAPITUM

SECUNDÆ S. CLEMENTIS

EPISTOLÆ AD CORINTHIOS.

ARGUMENTUM.

De præstantia vocationis Christianæ: de mundi contemtu: pœnitentiæ locum non esse post hanc vitam: de bonis promissis, præstantium voluptatum abdicatione promerendis.

CAP. I. *Christus Deus: magnifice de Christo sentiendum: quanta ei debeamus: per misericordiam Dei salvi facti sumus.*

II. *Ecclesiæ prius sterilis mira fecunditas: Gentiles per Christum salvandos, Isaias prænuntiavit.*

III. *Christus ergo a nobis agnoscendus, qui nos a cultu deorum mortuorum revocavit, notumque nobis fecit veritatis Patrem.*

IV. *Quis Christum vere confiteatur.*

V. *Mundus contemnendus, & ad alterius vitæ felicitatem nobis contendendum est.*

VI. *Sæculum præsens & futurum, duo inimici: Christi mandata spernentibus, nulla salutis spes.*

VII. *Sic certandum ut coronemur, aut coronæ proximi simus.*

VIII. *Pœnitentiæ locus non est, nisi in hac vita.*

IX. *Resurrectio carnis: Caro casta servanda, quia in carne judicabimur.*

X. *Vitio relicto virtutem persequamur: Bonis promissis præsens voluptas posthabenda.*

XI. *De promissis Dei non ambigendum.*

XII. *Regnum Dei quotidie exspectandum.*



SANCTI
HERMÆ
VIRI APOSTOLICI,
PASTOR.

VETERUM TESTIMONIA
DE
S. HERMÆ PASTORE.

I.

S. Irenæus, adverſus Hæreſes, *lib.* IV. *cap.* XX. *num.* 2. *edit.* Maſſuet.

Bene ergo pronuntiavit Scriptura, quæ dicit: *Primo omnium crede, quoniam unus eſt Deus, qui omnia conſtituit, & conſummavit, & fecit ex eo quod non erat, ut eſſent omnia: omnium capax, & qui a nemine capiatur.* Exſtat lib. II. Mand. I.

II.

Clemens *Alex.* Στρωμ. *lib.* I. *cap.* XVII. *pag.* 369. *edit.* Oxon.

Λέγει δὲ καὶ ὁ Ποιμὴν, ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας, τῷ Ἑρμᾷ, περὶ τοῦ ψευδοπροφήτου· τινὰ γὰρ ῥήματα ἀληθῆ λαλεῖ. ὁ γὰρ διάβολος αὐτὸν πληροῖ τῷ ἑαυτοῦ πνεύματι, εἴ τινα δυνήσεται ῥῆξαι τῶν δικαίων.

Dicit autem & *Paſtor*, Angelus pœnitentiæ, ad Hermam, de pſeudopropheta: *Quædam enim verba vera loquitur. Diabolus enim eum implet ſuo ſpiritu, ſi quem poſſit ex juſtis frangere.* Lib. II. Mand. X. cap. I.

Idem *ibid. cap.* XXIX. *pag.* 426.

Θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα, τὰ ὁράματα, φησὶ, καὶ τὰ ἀποκαλύμματα, διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐστὶ ταῦτα, ἢ οὐκ ἔστιν.

Divine ergo Poteſtas illa quæ *Hermæ* loquitur in revelatione, *Viſiones*, inquit, *& revelationes propter eos qui ſunt duplici corde, qui diſputant in cordibus ſuis, ſint ea, nec ne.* Lib. I. Viſ. III. cap. IV.

Idem *lib.* II. *cap.* I. *pag.* 430.

Φησὶ γὰρ ἐν τῷ ὁράματι τῷ Ἑρμᾷ ἡ δύναμις ἡ φανεῖσα· Ὃ ἐὰν ἐνδέχεται ἀποκαλυφθῆναι, ἀποκαλυφθήσεται.

Dicit enim, quæ *Hermæ* in viſione apparuit, Poteſtas: *Quod tibi contingit revelari, revelabitur.* Lib. I. Viſ. III. cap. III.

Idem *ibid. cap.* IX. *pag.* 452.

Ὁ Ποιμὴν δὲ, ἁπλῶς ἐπὶ τῶν κεκοιμημένων θεὶς τὴν λέξιν, δικαίους οἶδέ τινας ἐν ἔθνεσι καὶ ἐν Ἰουδαίοις, οὐ μόνον πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, ἀλλὰ καὶ πρὸ νόμου, μετὰ τὴν πρὸς Θεὸν εὐαρέστησιν, ὡς Ἄβελ, ὡς Νῶε, ὡς εἴ τις ἕτερος δίκαιος. Φησὶ γοῦν τοὺς ἀποστόλους καὶ διδασκάλους, τοὺς κηρύξαντας τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ Θεοῦ, καὶ κοιμηθέντας, τῇ δυνάμει καὶ τῇ πίστει κηρύξαι τοῖς προκεκοιμημένοις. Εἶτα ἐπιφέρει· Καὶ αὐτοί. κ. τ. λ.

Paſtor autem de iis ſolis qui dormiiſſent, verba faciens, novit quoſdam juſtos in Gentibus & in Judæis, non ſolum ante adventum Domini, ſed etiam ante Legem, qui Deo grati acceptique fuerint; ut Abel, ut Noe, ut ſi quis alius juſtus. Dicit ergo, Apoſtolos & Doctores qui prædicarunt nomen Filii Dei, etiam quum dormiiſſent, poteſtate ac fide prædicaſſe iis qui ante dormierant. Deinde ſubdit: *Et ipſi* &c. *Lib.* III. *Simil.* IX. *cap.* XVI.

Idem *ibid. cap.* XII. *pag.* 458.

Ἡ τοίνυν συνέχουσα τὴν ἐκκλησίαν, ὥς φησιν ὁ Ποιμὴν, ἀρετὴ, ἡ πίστις ἐστὶ, δι' ἧς σώζονται οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ· ἡ δὲ ἀνδριζομένη, ἐγκράτεια. Ἕπεται δὲ αὐτοῖς ἁπλότης, ἐπιστήμη, ἀκακία, σεμνότης, ἀγάπη. Πᾶσαι δὲ αὗται πίστεώς εἰσι θυγατέρες.

Quæ ergo continet Eccleſiam, ut *Paſtor* inquit, virtus, Fides eſt, per quam ſalvi fiunt electi Dei: quæ autem viriliter agit, Abſtinentia. Sequuntur vero eas Simplicitas, Diſciplina, Innocentia, Modeſtia, Caritas. Illæ autem omnes ſunt filiæ Fidei. *Lib.* I. *Viſ.* III. *cap.* VIII.

Idem *ibid. paullo poſt.*

Φοβητέον οὖν τὸν Κύριον, λέγει, εἰς οἰκοδομὴν, ἀλλ' οὐ τὸν διάβολον εἰς καταστροφήν. Ἔμπαλιν δὲ, τὰ μὲν ἔργα τοῦ Κυρίου, τουτέστι τὰς ἐντολὰς, ἀγαπητέον καὶ ποιητέον· τὰ δὲ ἔργα τοῦ διαβόλου, φοβητέον καὶ οὐ ποιητέον.

Dicit itaque, timendum eſſe Dominum ad ædificationem, ſed non Diabolum ad everſionem. Et rurſus: opera quidem Domini, hoc eſt præcepta, eſſe diligenda & facienda; opera vero Diaboli timenda eſſe, & non facienda. *Lib.* II. *Mand.* VII.

IDEM *ibid. paucis interjectis.*

Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τὴν μετάνοιαν σύνεσιν εἶναί φησι μεγάλην. Μετανοῶν γὰρ ἐφ' οἷς ἔδρασεν, οὐκ ἔτι ποιεῖ ἢ λέγει. Βασανίζων δὲ ἐφ' οἷς ἥμαρτε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἀγαθοεργεῖ. Ἄφεσις τοίνυν ἁμαρτιῶν μετανοίας διαφέρει· ἄμφω δὲ δείκνυσι τὰ ἐφ' ἡμῖν. Τὸν οὖν εἰληφότα τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, οὐκ ἔτι ἁμαρτάνειν χρή· ἐπὶ γὰρ τῇ πρώτῃ καὶ μόνῃ μετανοίᾳ τῶν ἁμαρτιῶν· αὕτη ἂν εἴη τῶν προϋπαρξάντων κατὰ τὸν ἐθνικὸν καὶ πρῶτον βίον· τὸν ἐν ἀγνοίᾳ λέγω· αὐτίκα τοῖς κληθεῖσι πρόκειται μετάνοια, ἡ καθαίρουσα τὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῶν πλημμελημάτων, ἵνα ἡ πίστις θεμελιωθῇ. Καρδιογνώστης δὲ ὢν ὁ Κύριος, καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκων, τό τε ἀμετάβολον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ παλίμβολον καὶ πανοῦργον τοῦ διαβόλου, ἄνωθεν ἀρχῆθεν προεῖδεν, ὡς, ζηλώσας ἐπὶ τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν τὸν ἄνθρωπον, προσεὑρήσεταί τινας αἰτίας τῶν ἁμαρτημάτων τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, φρονίμως πονηρευόμενος, ὅπως δὴ καὶ αὐτοὶ συνεκπέσοιεν αὐτῷ. Ἔδωκεν οὖν ἄλλην ἐπὶ τοῖς κἂν τῇ πίστει περιπίπτουσί τινι πλημμελήματι, πολυέλεος ὢν, μετάνοιαν δευτέραν· ἵν', εἴ τις ἐκπειρασθείη μετὰ τὴν κλῆσιν, βιασθεὶς δὲ καὶ κατασοφισθεὶς, μίαν ἔτι μετάνοιαν ἀμετανόητον λάβῃ.

Idem autem & dicit, pœnitentiam esse sensum magnum. Qui enim pœnitentiam agit eorum quæ fecit, non amplius facit vel dicit. Torquens vero animam suam propter ea quæ peccavit, operatur bene. Remissio ergo peccatorum differt a pœnitentia: ambo autem ostendunt ea esse in nostra potestate. Eum igitur qui accepit remissionem peccatorum, non oportet amplius peccare: nam in prima & sola peccatorum pœnitentia (ea autem fuerit eorum, quæ prius exstiterunt in gentili & priori vita; ea, inquam, quæ fuit in ignorantia) iis etiam qui vocati sunt, proponitur pœnitentia, expurgans locum animæ a delictis, ut fides fundetur. Quum vero Dominus cogitationes præcordiorum norit, & futura præsciat; facilem hominis mutationem, & multiplicem nequitiam Diaboli, jam inde a principio prævidit; quod homini invidens propter remissionem peccatorum, aliquas caussas delictorum suggeret servis Dei, astute & maligne moliens, ut ipsi quoque cum eo cadant. Dedit ergo, quum sit multæ misericordiæ, iis qui etiam in fide incidunt in aliquod peccatum, aliam & secundam pœnitentiam: quam, si quis tentatus fuerit post vocationem, & coactus, & callide circumventus, unam adhuc non pœnitendam accipiat pœnitentiam. *Lib.* II. *Mand.* IV. *capp.* II. & III.

IDEM *ibid. lib.* IV. *cap.* IX. *pagg.* 596. 597.

Αὐτίκα ὁ Ποιμήν φησιν· Ἐκφεύξεσθε τὴν ἐνέργειαν τοῦ ἀγγέλου, ἐὰν ἡ καρδία ὑμῶν γένηται καθαρὰ καὶ ἄμωμος.

Jam vero *Pastor* dicit: *Effugietis vim feræ bestiæ, si cor vestrum fuerit purum ac sine macula.* Lib. I. Vis. IV. cap. II.

IDEM *ibid. lib.* VI. *cap.* XV. *pag.* 806.

Ἦ γὰρ οὐχὶ καὶ ἐν τῇ ὁράσει τῷ Ἑρμᾷ ἡ δύναμις ἐν τῷ τύπῳ τῆς ἐκκλησίας φανεῖσα, ἔδωκεν τὸ βιβλίον εἰς μεταγραφὴν, ὃ τοῖς ἐκλεκτοῖς ἀναγγελῆναι ἐβούλετο; τοῦτο δὲ μετεγράψατο πρὸς γράμμα, φησὶ, μὴ εὑρίσκων τὰς συλλαβὰς τελέσαι.

An non enim & Virtus, quæ in visione apparuit *Hermæ* in figura Ecclesiæ, dedit librum, ut describeret, quem electis annuntiari volebat? Eum autem, inquit, transcripsit ad litteram; non inveniens quo modo syllabas perficeret. *Lib.* I. *Vis.* II. *cap.* I.

III.

TERTULLIANUS, *Catholicus*, *lib.* de Oratione *cap.* XII.

Quod adsignata oratione assidendi mos est quibusdam, non perspicio rationem, nisi si *Hermas* ille, cujus scriptura fere *Pastor* inscribitur, transacta oratione, non super lectum assedisset, verum aliud quid fecisset, id quoque ad observationem vindicaremus. Utique non. Simpliciter enim & nunc positum est: *Quum adorassem, & assedissem super lectum*: ad ordinem narrationis, non ad instar disciplinæ. Alioquin nusquam erit adorandum, nisi ubi fuerit lectus: immo contra Scripturam fecerit, si quis in cathedra aut subsellio sederit. *Lib.* II. *in Proœm.*

Idem TERTULLIANUS, *Hæreticus*, *lib.* de Pudicitia, *cap.* X.

Deus bonus est: suis, non Ethnicis sinum subjicit: secunda te pœnitentia excipiet: eris iterum de mœcho Christianus. Hæc tu mihi, benignissime Dei interpres! Sed cederem tibi, si scriptura *Pastoris* quæ sola mœchos amat, divino Instrumento meruisset incidi; si non ab omni concilio Ecclesiarum, etiam vestrarum, inter apocrypha & falsa judicaretur; adultera & ipsa, & inde patrona sociorum; a qua & alias initiaris: cui ille si forte patrocinabitur Pastor quem in calice depingis, prostitutorem & ipsum Christiani sacramenti; merito & ebrietatis idolum, & mœchiæ asylum post calicem subsecuturæ; de quo nihil libentius bibas, quam ovem pœnitentiæ secundæ. At ergo ejus Pastoris scripturas haurio, qui non potest frangi. *Lib.* II. *Mand.* IV. *capp.* III. & IV.

IDEM *ibid. cap.* XX.

Et utique receptior apud Ecclesias Epistola Barnabæ (id est *Epistola* ad Hebræos) illo apocrypho *Pastore* mœchorum.

IV.

AUCTOR *Homiliæ* de Aleatoribus, *sub init.* Exstat ad calcem Operum S. CYPRIANI, *pag.* XIX. *edit. Parif.* 1726.

Dicit enim Scriptura divina: *Væ erit paſtoribus. Quod ſi ipſi paſtores negligentes reperti fuerint; quid reſpondebunt Domino pro pecoribus?* Quid de Domino pecora dicent? *a pecoribus ſe eſſe vexatos? non creditur illis: incredibilis res eſt, paſtores pati poſſe aliquid a pecore: magis punientur propter mendacium ſuum.* Lib. III. Simil. IX. cap. XXXI.

V.

ORIGENES *Homil.* VIII. *in* Numeros: *tom.* II. *pag.* 294. B. *edit. Parif.* 1733.

Quod autem dies peccati in annum pœnæ reputetur, non ſolum in hoc libro, in quo nihil omnino eſt quod dubitari poſſit, oſtenditur; ſed & in libello *Paſtoris*, ſi cui tamen ſcriptura illa recipienda videtur, ſimilia deſignantur. *Lib.* III. *Simil.* VI. *cap.* IV.

IDEM *Homil.* X. *in* Joſuam: *tom.* III. *pag.* 423. D.

Similis quoque, etiam in libello qui appellatur *Paſtoris*, de his figura deſcribitur. Ait enim: quia eſt arbor quædam quæ ulmus appellatur, quæ fructum non affert, portat tamen vitem quæ affert plurimum fructum; & ex eo quod adminiculo eſt viti, quæ ejus viribus nitens, vel afferre, vel ſervare poteſt plurimum fructum, etiam ulmus quæ infructuoſa eſt, neceſſaria videtur & utilis, ex hoc ipſo quod frugiferæ deſerviat viti. *Lib.*III. *Simil.*II. Vide Homiliam *Cæſarii Arelat.*XVII.*edit. Baſil.*(XXIV. *in Biblioth. Patrum.*)

IDEM *Homil.* I. *in* Pſalmum XXXVII.: *tom.* II. *pag.* 681. D. E.

Eſt autem quando erudimur etiam a procuratoribus & actoribus, id eſt, ab his Angelis, quibus creditæ ſunt diſpenſandæ & regendæ animæ noſtræ: quemadmodum deſcribitur in quodam loco Angelus pœnitentiæ, qui nos ſuſcipit caſtigandos; ſicut *Paſtor* exponit: ſi cui tamen libellus ille recipiendus videtur. *Lib.* III. *Sim.* VI. *cap.* III.

IDEM *Homil.* XIII. *in* Ezechielem: *tom.* III. *pag.* 404. F.

In libro *Paſtoris* in quo Angelus pœnitentiam docet, duodecim virgines habent nomina ſua: Fides, Continentia, &c. Poteſtis quippe legere, ſi vultis. Deinde quando turris ædificatur, quum aſſumſeris fortitudines virginum, pariter accipies & id quod de portis dicitur. *Lib.* III. *Sim.* IX. *capp.* II. & XV.

IDEM *Comment. in* Oſee *ex* Philocaliæ *cap.* VIII. *tom.* II. *pag.* 439. E.

Καὶ ἐν τῷ Ποιμένι δὲ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου διὰ πολλῶν μὲν λίθων οἰκοδομουμένην, ἐξ ἑνὸς δὲ λίθου φαινομένην εἶναι τὴν οἰκοδομὴν, τί ἄλλο ἢ τὴν ἐκ πολλῶν συμφωνίαν καὶ ἑνότητα σημαίνει ἡ γραφή;

Et in libro qui *Paſtor* inſcribitur, ædificationem turris ex multis quidem factam lapidibus, ex uno vero lapide factum videri ædificium; quid aliud quam e multis concentum & unitatem, ſcriptura hæc ſignificat? *Lib.* I. *Viſ.* III. *cap.* II. & *lib.* III. *Simil.* IX. *capp.* IX. XV. XVIII.

IDEM *Comment. in* Matth. *tom.* XIV. *Opp. tom.* II. *pag.* 644. D. E.

Εἰ δὲ χρὴ τολμήσαντα καὶ ἀπό τινος φερομένης μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γραφῆς, οὐ παρὰ πᾶσι δὲ ὁμολογουμένης εἶναι θείας, τὸ τοιοῦτον παραμυθήσασθαι, ληφθείη ἂν τὸ ἀπὸ τοῦ Ποιμένος περί τινων ἅμα μὲν τῷ πιστεύειν ὑπὸ τῷ Μιχαὴλ γινομένων, διὰ δὲ φιληδονίαν ἀποπιπτόντων ἐκείνου, καὶ γινομένων ὑπὸ τὸν τῆς τρυφῆς, εἶτα ὑπὸ τὸν τῆς τιμωρίας, μεθ᾽ ὃν ὑπὸ τὸν τῆς μετανοίας.

Sin ad id emolliendum libro uti audebimus, qui in Eccleſia quidem circumfertur, ſed ab omnibus pro divino non habetur, illud adhibeamus quod in libro *Paſtoris* de quibuſdam traditur; qui ſtatim atque fidem amplexi ſunt, Michaeli ſubjiciuntur, ſed propter voluptatis ſtudium illius tutela ac patrocinio excidunt, & ei qui luxui & deliciis, deinde vero alteri qui pœnæ ac ſuppliciis, atque ei poſtmodum qui pœnitentiæ præfectus eſt, ſubduntur. *Lib.* III. *Simil.* VIII. *cap.* III.

IDEM *Tract.* XXX. *Comment. in* Matth. *cap.* XXIV. 32. *Opp. tom.* II. *pag.* 872. *col.* 2. A.

Sic & in aliqua parabola refertur *Paſtoris*, (ſi cui placeat etiam illum legere librum) quoniam ſæculum præſens hyems eſt juſtis, qui apparent ſimiles proximis ſuis natura, & arboribus videlicet ceteris ſiccis, tempore autem opportuno in fructibus ſuis apparent. *Lib.* III. *Simil.* III.

IDEM *Tract.* XXXI. *Comment. in* Matth. XXIV. 42. *ibid. pag.* 877. *col.* 2. B.

Nam, ſicut legimus apud *Paſtorem*, vaſa plena non cito quis guſtat, nec enim mutantur facile; ſemiplena autem quia facile creduntur mutari, frequenter guſtantur. *Lib.* II. *Mand.* XII. *cap.* V.

IDEM *Homil.* XXXV. *in* Lucam *cap.* XII. 58. *ibid. pag.* 973. B. C.

Legimus (si tamen cui placet hujusmodi scripturam recipere) justitiæ & iniquitatis Angelos super Abrahæ salute & interitu disceptantes, dum utræque turmæ suo eum volunt cœtui vendicare. Quod si cui displicet, transeat ad volumen quod titulo *Pastoris* scribitur, & inveniet cunctis hominibus duos adesse Angelos: malum qui ad perversa exhortatur, & bonum qui ad optima quæque persuadet. *Lib.* II. *Mand.* VI. *cap.* II.

IDEM *tom.* I. *Comment. in* Joann. I. 1. *Opp. tom.* II. *pag.* 17. E. *edit.* Huetii.

Ἀλλ' οὐ παρ' ἡμῖν τοῖς πειθομένοις ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ὡς ἡ μήτηρ τῶν ἑπτὰ μαρτύρων ἐν μακκαβαϊκοῖς, καὶ ὁ τῆς μετανοίας ἄγγελος ἐν τῷ Ποιμένι ἐδίδαξε. Vid. inf. lib. II. περὶ ἀρχῶν cap. I. num. 5.

Secus vero apud nos est qui credimus, ex non entibus Deum entia fecisse, ut mater illa septem martyrum in Maccabæorum gestis, & pœnitentiæ Angelus in *Pastore* docuit. *Lib.* I. *Vis.* I. *cap.* I. & *lib.* II. *Mand.* I.

IDEM *lib.* I. περὶ ἀρχῶν *cap.* III. *num.* 3. *edit. Paris. nov. tom.* I. *pag.* 61. C.

Nam & in eo libello qui *Pastoris* dicitur Angeli pœnitentiæ, quem *Hermas* conscripsit, ita refertur: *Primo omnium crede, quia unus est Deus qui omnia creavit atque composuit: qui, quum nihil esset prius, esse fecit omnia: qui est omnia capiens, ipse vero a nemine capitur.* Lib. II. Mand. I.

IDEM *ibid. lib.* II. *cap.* I. *num.* 5. *l. c. pag.* 79. *col.* 1. B.

Ut autem etiam ex Scripturarum auctoritate hæc ita se habere credamus, audi quomodo in Maccabæorum libris, ubi mater septem martyrum unum ex filiis cohortatur ad toleranda tormenta, de hoc dogmate confirmatur: *Rogo te fili, respice cælum & terram, & ad omnia quæ in eis sunt; & videns hæc scito, quia Deus hæc omnia quum non essent, fecit.* Sed & in libro *Pastoris* in primo *Mandato* ita ait: *Primo omnium crede, quia unus est Deus qui omnia creavit atque composuit, & fecit ex eo quod nihil erat, ut essent universa.* Lib. II. Mand. I.

IDEM *ibid. lib.* III. *cap.* II. *num.* 4. *l. c. pag.* 140. *col.* 2. D.

Sed & *Pastoris* liber hæc eadem declarat dicens, quod bini Angeli singulos quosque hominum comitentur: & si quando bonæ cogitationes cor nostrum ascenderint, a bono Angelo suggeri dicit: si vero contrariæ, mali Angeli dicit esse instinctum. *Lib.* II. *Mand.* VI. *cap.* II.

IDEM *ibid. lib.* IV. *cap.* II. *num.* 8. *l. c. pag.* 168. *ex* Philocaliæ *cap.* I.

Ex interpretat. Rufini.

Quod nos etiam in libello *Pastoris*, qui a nonnullis contemni videtur, designatum videmus, quum jubetur *Hermas* duos libellos scribere, & postea denuntiare presbyteris Ecclesiæ quæ a Spiritu didicit. Quod his verbis scriptum est: *Et scribes*, inquit, *duos libellos & dabis unum Clementi & unum Graptæ. Et Grapte quidem commoneat viduas & orphanos. Clemens vero mittat per omnes civitates quæ foris sunt: tu vero annuntiabis presbyteris Ecclesiæ.*

Διὰ τοῦτο ἡμεῖς καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ Ποιμένι, περὶ τοῦ προστάσσεσθαι τὸν Ἑρμᾶν δύο γράψαι βιβλία, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἀναγγέλλειν τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας ἃ μεμάθηκεν ὑπὸ τοῦ πνεύματος, οὕτω διηγούμεθα. Ἔστι δὲ ἡ λέξις αὕτη· γράψεις δύο βιβλία, καὶ δώσεις ἓν Κλήμεντι, καὶ ἓν Γραπτῇ. καὶ Γραπτὴ μὲν νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. Κλήμης δὲ πέμψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις. σὺ δὲ ἀναγγελεῖς τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας. Lib. I. Vis. II. cap. IV.

Ex interpretat. Delarue.

Proinde nos, quod dicitur in libro qui inscribitur *Pastor* & a nonnullis contemnitur, *Hermæ* imperatum esse ut duos libros scriberet ac postea presbyteris Ecclesiæ annuntiaret quæ didicerat a Spiritu, ad hunc modum exponimus. Sic autem ad verbum legitur: *Duos libros scribes, dabisque unum Clementi & alterum Graptæ. Et Grapte quidem commonebit viduas & pupillos: Clemens autem mittet ad externas urbes: tu vero annuntiabis presbyteris Ecclesiæ.*

IDEM *lib.* X. *Explanationum in Epist.* ad Rom. XVI. 14.

Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermen, Patroban, Herman, & qui cum eis sunt fratres. De istis simplex est salutatio, nec aliquid eis insigne laudis adjungitur. Puto autem quod *Hermas* iste sit scriptor libelli illius qui *Pastor* appellatur: quæ scriptura valde mihi utilis videtur, & ut puto, divinitus inspirata. Quod vero nihil ei laudis adscripsit, illa, opinor, est caussa; quia videtur, sicut scriptura illa declarat, post multa peccata ad pœnitentiam fuisse conversus: & ideo nec opprobrium ei aliquod adscripsit; didicerat enim scripturam non improperare homini convertenti se a peccato: neque laudis aliquid tribuit, quia adhuc positus erat sub Angelo pœnitentiæ, a quo, tempore opportuno, Christo rursus deberet offerri. *Lege* Sedulium *in* Collectaneis *ad eumdem Apostoli locum, nec non* Anselmo *tributa* Commentaria.

VI.

Eusebius *Hiſt. Eccl. lib.* III. *cap.* III.

Ex interpret. Rufini.

Et libellus *Hermæ* qui appellatur *Paſtoris*, cujus Paullus in Epiſtolis ſuis meminit; a plurimis non eſt receptus: ab aliis autem neceſſarius judicatus eſt, propter eos qui primis ad fidem inſtitutionibus imbuuntur: unde & in nonnullis Eccleſiis legitur, & multi veterum ſcriptorum uſi ſunt teſtimoniis ejus.

Ἐπεὶ δὲ ὁ αὐτὸς ἀπόστολος ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει προσρήσεσι τῆς πρὸς Ῥωμαίους, μνήμην πεποίηται, μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ Ἑρμᾶ, οὗ φασὶν ὑπάρχειν τὸ τοῦ Ποιμένος βιβλίον· ἰστέον ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μὲν τινῶν ἀντιλέλεκται, δι' οὓς οὐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένοις τεθείη· ὑφ' ἑτέρων δὲ ἀναγκαιότατον, οἷς μάλιστα δεῖ στοιχειώσεως εἰσαγωγικῆς, κέκριται· ὅθεν ἤδη καὶ ἐν ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ δεδημοσιευμένον, καὶ τῶν παλαιοτάτων δὲ συγγραφέων κεχρημένους τινὰς αὐτῷ κατείληφα.

Ex interpret. Cotelerii.

Quoniam vero Apoſtolus Paullus in ſalutationibus illis quæ ſub finem Epiſtolæ ad Romanos leguntur, inter ceteros mentionem fecit etiam *Hermæ*, cujus eſſe fertur liber *Paſtoris*: ſciendum eſt eum librum a nonnullis quidem in dubium eſſe revocatum, ob quos inter receptæ auctoritatis libros poni non poteſt: ab aliis vero maxime neceſſarius, iis præſertim qui introductoria ad religionem indigent inſtitutione, judicatus eſt: unde etiam in Eccleſiis eum publice lectum ſcimus, & quoſdam ex vetuſtiſſimis ſcriptoribus teſtimonio ipſius uſos fuiſſe comperi. *Lege* Nicephorum, *lib.* II. *c.* XLVI.

Idem *ibid. lib.* III. *cap.* xxv.

Ex interpret. Rufini.

Poſt hæc jam ſcriptura eſt, quæ dicitur *Actus Paulli*: ſed & libellus qui appellatur *Paſtoris*, &c. de quibus quam maxime dubitatur.

Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφὴ, ὅ, τε λεγόμενος Ποιμήν.

Ex interpret. Cotelerii.

Inter libros nothos collocetur & *Actuum Paulli* ſcriptura, & liber qui dicitur *Paſtor*.

Idem *ibid. lib.* V. *cap.* viii.

Ex interpret. Rufini.

Nec non & libellum qui vocatur *Paſtoris*, amplectitur (Irenæus), dicens: Bene ergo refert Scriptura, quæ dicit: *Primo omnium credendum eſt, quia unus eſt Deus, qui omnia creavit atque compoſuit.*

Οὐ μόνον δὲ οἶδεν, ἀλλὰ καὶ ἀποδέχεται τὴν τοῦ Ποιμένος γραφὴν, λέγων· Καλῶς οὖν εἶπεν ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ex interpret. Cotelerii.

Non ſolum autem [Irenæus] novit, ſed & recipit *Paſtoris* ſcripturam, dicens: Recte igitur dixit Scriptura, quæ ait: *Primo omnium crede, quod unus eſt Deus, qui omnia creavit & conſummavit; & cetera.* Lib. II. Mand. I. *Lege* Niceph. *lib.* IV. *cap.* XIV.

VII.

Athanasius, De Incarnatione Verbi Dei, *num.* 3. *tom.* I. *pag.* 49. D. *edit. Pariſ.* 1698.

Ἡ δὲ ἔνθεος διδασκαλία, καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πίστις — φησὶ διὰ μὲν Μωϋσέως — διὰ δὲ τῆς ὠφελιμωτάτης βίβλου τοῦ Ποιμένος· πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι.

At divina doctrina & Chriſti fides — ait per Moyſem quidem — & in utiliſſimo *Paſtoris* libro: *Primum omnium crede unum Deum eſſe, qui omnia creavit & perfecit, eaque quæ non erant, ut eſſent fecit.* Lib. II. Mand. I.

Idem, De Decretis Nicænæ Synodi, *num.* 4. *tom.* I. *pag.* 211. D.

Τοῦτο δὲ, ὡς ὁ Ποιμὴν εἴρηκεν, ἔκγονόν ἐστι διαβόλου.

Id vero, ut ait *Paſtor*, non niſi a diabolo ortum habet. *Lib.* II. *Mand.* IX.

Idem *ibidem num.* 18. *pag.* 223. F.

Ἐν δὲ τῷ Ποιμένι γέγραπται· ἐπειδὴ καὶ τοῦτο, καί τοι μὴ ὂν ἐκ τοῦ κανόνος, προφέρουσι· πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα.

In *Paſtore* autem ſcriptum eſt, (quandoquidem librum hunc citant, quamvis non ſit ex Canone:) *Primum omnium crede unum eſſe Deum, qui omnia creavit & perfecit, omniaque ex nihilo, ut eſſent fecit.* Lib. II. Mand. I.

Idem *in* Epiſt. ad Afros Epiſcopos, *num.* 5. *tom* II. *pag.* 895. B.

Ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἐν τῷ Ποιμένι γραφέν· πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι.

Cogitabant quoque illud in *Paſtore* ſcriptum: *Ante omnia crede, unum eſſe Deum qui creavit & adornavit omnia, & fecit ea ex non exſiſtentibus exſiſtere.* Lib. II. Mand. I.

IDEM *in* Epiſtola Feſtali *ſub finem*, *tom.* II. *pag.* 963. A.

Ἔστι καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν, οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· σοφία Σολομῶντος — καὶ ὁ Ποιμήν.

Sunt nimirum alii libri præter iſtos, non in Canonem quidem redacti, ſed quos a Patribus decretum eſt, legendos ab iis eſſe qui nuper ediſcendi pietatis verbi gratia acceſſerint: Sapientia Salomonis — & *Paſtor*.

VIII.

DIDYMUS *in* Catena ad Jobi VIII. 17. 18. *pag.* 202. *edit. Lond.* 1637.

Ὁ ἀσεβὴς οὖν ἅπασαν τὴν διαγωγὴν ἐν οἴκῳ κακίας ἔχει, διαλελυμένος, κατὰ τοὺς ἔξω τῆς οἰκοδομῆς λίθους, οἳ οὐχ ἁρμόζουσι τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου, κατὰ τὸν Ποιμένα.

Omnis igitur diſſoluti impii converſatio in domo pravitatis eſt, non aliter quam lapides extra ædificium, qui ædificandæ turri plane inepti ſunt, juxta *Paſtorem*. Lib. I. Viſ. III. capp. II. VI. & VII. & lib. III. Simil. IX. capp. VI. VII. XXXI.

IX.

HIERONYMUS *lib.* de Viris illuſtr. *cap.* X. *cum vetere Græco Interprete*.

Herman cujus Apoſtolus Paullus ad Romanos (XVI. 14.) ſcribens meminit: *Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Herman, Patrobam, Hermen & qui cum eis fratres ſunt*: aſſerunt auctorem eſſe libri qui appellatur *Paſtor*, & apud quaſdam Græciæ Eccleſias jam publice legitur. Revera utilis liber; multique de eo ſcriptorum veterum uſurpavere teſtimonia: ſed apud Latinos pæne ignotus eſt. *Lege* Adonem Viennenſem *lib.* de Feſtivitatibus *&c.* Freculſum *tom.* II. *lib.* II. *cap.* IV. Honorium Auguſtodunenſem *cap.* X. de Luminaribus Eccleſiæ.

Ἑρμᾶς οὗ ὁ ἀπόστολος πρὸς Ῥωμαίους γράφων μέμνηται· Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν· λέγεται αὐθέντης γεγενῆσθαι βίβλου ἐπιγραφείσης Ποιμὴν, ἥτις ἐν τισιν ἀνατολικαῖς ἐκκλησίαις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται. Καὶ ἀληθῶς χρήσιμος ὁ λόγος, ἀφ' οὗ πολλοὶ τῶν παλαίων συγγραφέων ὑπέκλεψαν μαρτυρίας· ἀλλὰ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄγνωστος εἶναι δοκεῖ.

IDEM *in* Prologo galeato.

Igitur Sapientia quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Jeſu filii Sirach liber, & Judith, & Tobias, & *Paſtor* non ſunt in Canone.

IDEM *lib.* II. Comment. *in* Oſee *ad cap.* VII. 9.

Unde & in libro *Paſtoris*, ſi cui tamen placet illius recipere lectionem, *Hermæ* primum videtur Eccleſia cano capite; deinde adoleſcentula & ſponſa crinibus adornata. *Lib.* I. *Viſ.* I. *cap.* II. *Viſ.* II. *capp.* I. IV. *Viſ.* III. *capp.* I. X. *&* *Viſ.* IV. *cap.* II.

IDEM *lib.* I. *in* Habacuc *ad cap.* I. 14.

Ex quo liber ille apocryphus ſtultitiæ condemnandus eſt; in quo ſcriptum eſt, quemdam Angelum nomine Tyri præeſſe reptilibus. *Lib.* I. *Viſ.* IV. *cap.* II.

X.

RUFINUS Comment. in Symbol. Apoſtol. *num.* 38. *pag.* 110. *edit. Veron.* 1745.

Alii libri ſunt qui, non Canonici, ſed Eccleſiaſtici a majoribus appellati ſunt — In Novo Teſtamento libellus qui dicitur *Paſtoris* ſive Hermes, qui appellatur Duæ Viæ, vel Judicium Petri.

XI.

AUCTOR Operis imperfecti in Matth. XIX. 28. *Homil.* XXXVIII. pag. CXLII. A. *Append. ad tom.* VI. *Opp. S. Joan. Chryſoſt. noviſs. edit. Pariſ.* 1724.

Adhuc autem audeo & ſubtiliorem introducere ſenſum, & ſententiam alterius ſapientis cujuſdam viri referre. Exponit enim ſic: Quoniam ſicut Judæorum populus in duodecim tribus fuit diviſus; ſic & univerſus populus Chriſtianus diviſus eſt in duodecim tribus, ſecundum quaſdam proprietates animorum & diverſitates cordium, quas ſolus Deus diſcernere & cognoſcere poteſt: ut quædam animæ ſint quaſi de tribu Ruben, quædam autem de tribu Simeon, vel Levi, vel Juda. Puto enim, quia omnes ſancti quinque Virgines prudentes eſſe dicuntur, (*Matth.* XXV. 2.) quamvis ſint innumerabiles, propter quinque ſenſus ſpirituales: & omnes peccatores, quinque Virgines fatuæ, quamvis innumerabiles ſint, propter quinque ſenſus carnales. Et ſicut omnes eccleſiæ Chriſti ſeptem eccleſiæ dicuntur (*Apoc.* I. 4.) propter ſeptem ſpiritus, quamvis ſint multæ. Omnes enim in quibus præ ceteris virtutibus abundantior eſt ſapientiæ virtus, una habetur eccleſia. Item in quibus præ ceteris vir-

tutibus abundantior est intellectus, altera dicitur ecclesia: & sic per singulos spiritus tractans, invenies septem ecclesias. Similiter & propter gratias duodecim quas in persona duodecim Virginum exponit Angelus in *Pastore*, si tamen placet illa Scriptura omnibus Christianis, inveniuntur duodecim esse tribus: ut puta omnes animæ in quibus præ ceteris virtutibus præcellit virtus veritatis, una est tribus. Nec enim omnes gratiæ æqualiter in omnibus sunt: sed unus quidem amplius præcellit in ista, alter vero in illa. *Lib.* III. *Simil.* IX. *capp.* II. *&* XV.

XII.

CASSIANUS Collatione VIII. *cap.* XVII.

Nam quod unicuique nostrum duo cohæreant Angeli, id est bonus & malus, Scriptura testatur: de bonis quidem, &c. De utrisque vero liber *Pastoris* plenissime docet. *Lib.* II. *Mand.* VI. *cap.* II.

IDEM Collatione XIII. *cap.* XII.

Adjacere autem homini in quamlibet partem arbitrii libertatem, etiam liber ille qui dicitur *Pastoris*, apertissime docet; in quo duo Angeli unicuique nostrum adhærere dicuntur, id est bonus ac malus; in hominis vero optione consistere, ut eligat quem sequatur. *Ibidem*.

XIII.

PROSPER *lib.* contra Collatorem, *cap.* XXX.

Post illud autem nullius auctoritatis testimonium, quod disputationi suæ de libello *Pastoris* inseruit, &c. *Ibidem*.

XIV.

CONCILIUM ROMANUM, *sub* Gelasio.

Liber qui appellatur *Pastoris*, apocryphus. *Idem censet* NICEPHORUS *Constantinopolitanus*, *in fine* Chronographiæ.

XV.

MAXIMUS *lib.* de divinis nominibus, *cap.* IV.

Καὶ ἐπὶ τοῦ Ποιμένος τὸν Ἑρμᾶν τελειώσαντος, ὡς ἐκεῖ ἀνέγνωμεν ἐν τῷ Ποιμένι — Οὕτω καὶ ἐν τῷ Ποιμένι ἀνέγνωμεν.	Atque in Pastore Hermam perficiente, sicut ibi legimus in *Pastoris* libro. *Et paullo post*: Sic etiam in *Pastore* legimus.

XVI.

BEDA *in* Exposit. Actuum Apostol. *ad cap.* XII. 15.

Quod unusquisque nostrum habeat Angelum, & in libro *Pastoris* & multis sanctæ Scripturæ locis invenitur. *Lib.* II. *Mand.* VI. *cap.* II.

XVII.

WALAFRIDUS STRABO, *Visionibus Wettini* V. 675.

Cælicolas hominum custodes esse sacrata
Scripta ferunt, Dominusque docens ostendit Jesus,
Ante Patris faciem stantes servire fideles:
Atque liber *Pastoris* opem demonstrat eamdem. *Ibid.*

XVIII.

LIBER PONTIFICALIS *in vita* PII I. *num.* II. *pag.* 29. *edit.* Rom. 1724. *in*-4.

Sub hujus episcopatu frater ipsius Hermes librum scripsit, in quo Mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, quum venit ad eum in habitu Pastoris, ut sanctum Pascha die Dominico celebraretur. *Lege Martyrologia*, Bedam, Adonem, Reginonem, *&c.*

XIX.

In Epistola I. earum, quæ PIO *Papæ falso adscribuntur.*

Nosse vos volumus, quod Pascha Domini die Dominica annuis solennitatibus sit celebrandum. Istis ergo temporibus Hermes doctor fidei & Scripturarum effulsit inter nos. Et licet nos idem Pas-

cha prædicta die celebremus : quia tamen quidam inde dubitarunt ; ad corroborandas animas eorum eidem *Hermæ* Angelus Domini in habitu Pastoris apparuit, & præcepit ei, ut Pascha die Dominico ab omnibus celebraretur.

XX.

PSEUDO-TERTULLIANUS *lib.* adversus Marcionem.

Post hunc deinde Pius ; Hermas cui germine frater,
Angelicus *Pastor*, * quia (* qui) tradita verba locutus.

XXI.

NICETAS *ad illud* Gregorii Nazianzeni *Orat.* IV. *circa finem*,
πίστευε τὸν σύμπαντα κόσμον, ὅσος τε ὁρατὸς καὶ ὅσος ἀόρατος, ἐξ οὐκ ὄντων παρὰ Θεοῦ γενόμενον.

Πίστευε ὅτι, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ Ποιμένι, Εἷς ἐστι Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα.

Crede quod, quemadmodum in *Pastoris* libro habetur, *Unus est Deus, qui omnia creavit atque perfecit, & ex nihilo in rerum naturam produxit*. Lib. II. Mand. I.

XXII.


SCRIPTOR Vitæ S. Genovefæ, *cap.* IV. *num.* 15. *apud* Bollandum 3. *Januarii*, *tom.* I. *pag.* 139.

Duodecim enim Virgines spirituales, quas Hermas qui & *Pastor* nuncupatus est, in libro suo descripsit, ei individuæ comites exstitere ; quæ ita nominantur : Fides, Abstinentia, Patientia, Magnanimitas, Simplicitas, Innocentia, Concordia, Caritas, Disciplina, Castitas, Veritas & Prudentia. *Lib.* III. *Simil.* IX. *capp.* II. XV. *&* *seqq.*

XXIII.

JOANNES SARISBERIENSIS *Epistola* CLXXII.

Liber vero Sapientiæ & Ecclesiasticus, Judith, Tobias & *Pastor*, ut idem Hieronymus asserit, non reputantur in Canone — Ille autem qui *Pastor* inscribitur, an alicubi sit, nescio : sed certum est, quod Hieronymus & Beda illum vidisse & legisse se testantur.



S. HERMÆ PASTOR.

LIBER PRIMUS, QUI INSCRIBITUR VISIONES.

VISIO I.

Contra turpes & elatas cogitationes, & negligentem Hermæ filiorum castigationem.

CAPUT I.


QUI enutriverat me, vendidit quamdam puellam Romæ. Post multos autem annos hanc visam ego recognovi; & cœpi eam diligere ut sororem. [1] Exacto autem tempore aliquo, lavari eam in flumine Tiberi vidi; & porrexi ei manum, & eduxi eam e flumine. [2] Visaque ea, cogitabam in corde meo, dicens: Felix essem, si talem uxorem & specie & moribus sortitus essem. Hoc solum, nec ultra quidquam cogitavi. Post tempus autem aliquod cum iis cogitationibus proficiscens, honorificabam creaturam Dei, [3] cogitans quam magnifica & pulcra sit. Et dum ambulassem, obdormivi. Et spiritus me rapuit, & tulit me per quemdam locum ad dexteram, per quem non poterat homo iter facere. Erat autem locus ille in rupibus, & abruptus, [4] & invius ab aquis. Quumque transissem locum illum, veni ad planitiem; & genibus positis cœpi orare Dominum, & confiteri peccata mea. Et orante me, apertum est cælum; & video mulierem quam concupiveram, salutantem me de cælo, & dicentem: Herma, ave. Et ego prospiciens illam, dico ei: [5] Domina, quid tu heic facis? At illa respondit mihi: [6] Recepta sum [7] huc, ut peccata tua arguam apud Dominum. Domina, inquam, num tu me argues? Non, inquit. Sed audi verba, quæ tibi [8] dictura sum. Deus qui in cælis habitat, & [9] condidit ex nihilo ea quæ sunt, & multiplicavit propter sanctam Ecclesiam suam, irascitur tibi quoniam peccasti in me. Respondens dico ei: Domina, si in te ego peccavi, ubi, aut quo in loco, aut quando tibi turpe verbum aliquod locutus sum? [10] Nonne semper te quasi Dominam arbitratus sum? Nonne semper te reveritus sum velut sororem? [11] Quid in me comminisceris hæc tam nefanda? Tunc illa arridens mihi, ait: In corde tuo ascendit concupiscentia nequitiæ. [12] An non videtur tibi, viro justo rem [13] iniquam esse, si ascenderit in corde [14] mala concupiscentia? Peccatum est ei, & quidem grande. Justus enim vir justa cogitat. Cogitante ergo illo quæ justa sunt, & recte eo incedente, in cælis propitium habebit Dominum in omni negotio suo. Qui autem nefanda cogitant in cordibus suis, mortem & captivitatem [15] assumunt: maxime ii qui sæculum hoc diligunt, & gloriantur in divitiis suis; & qui non exspectant futura bona, [16] vacuantur animæ eorum. Hæc autem faciunt [17] dubii, qui non habent spem in [18] Domino, & contemnunt & negligunt vitam suam. Sed tu ora ad Dominum; & sanabit peccata tua, totiusque domus tuæ, & omnium Sanctorum.

CAPUT II.

POSTQUAM autem locuta est verba hæc, clausi sunt cæli. Et ego totus eram in mœrore & metu; & dicebam intra me: Si hoc mihi peccatum adscribitur, quo modo potero salvus esse? Aut quo modo exorabo Dominum pro peccatis meis [19] abundantissimis? Quibus verbis rogabo Dominum, ut mihi propitius sit? Hæc me recogitante & discernente in corde meo; video contra me cathedram de lanis candidis, sicut nix, fa-

1 Mss. Bodl. & Lamb. *Post tempus aliquod.*
2 Mss. S. Germ. Carm. Bodl. & Lamb. *Visaque ea dixi: Felix essem, si talem uxorem haberem. Et speciem quum vidissem, cogitabam in corde meo dicens: Felix essem, si talem uxorem haberem & specie & moribus. Hoc solum cogitavi, nec ultra aliquid cogitavi.*
3 Desunt ista in Mss. S. Germ. & S. Vict.
4 Hæc item desunt in utroque Cod.
5 Sic Ms. Lamb. *Domina mea, quid heic? Præcepta sum a Domino, ut peccata tua arguam. Domina, nunc tu me arguis?*
6 Ms. Carm. *Præcepta*, sicut modo Lamb.
7 Deest *huc* in Codd. S. Germ. & S. Vict.
8 Lamb. & Carm. *incipio dicere.*
9 Vide infra *Lib.* II. *Mand.* I. Laudat hunc locum Origenes *tom.* I. *Comment. in Joann.* I. 1. Græca Origeniana protulimus supra inter Veterum testimonia, ex edit. Cl. Huetii, a præcedentibus Editoribus *Pastoris* omissa.
10 Lamb. *Nam semper te ac si Deam.* Mox autem pro *reveritus*, Fellus exhibet *veritus* in sua edit. Oxon.
11 Lamb. *Quid mei commemoratis.*
12. Lamb. *Aut non.*
13 Mss. Carm. & Lamb. *sævam.*
14 Lamb. addit *illius.* Sic & Fellus. Et mox idem Ms. *ei equidem magnum.*
15 Lamb. *sibi assumunt.*
16 Mss. Angl. *vagantur.*
17 Δίψυχοι. Hanc vocem auctorem scrisipsse ex Clem. Alex. discimus. Vid. S. *Jac.* I. 8. FELLUS. — Locus Alex. exstat Στρωμ. lib. I. cap. XXIX. pag. 426. sed respicit *Vis.* III. *cap.* IV. Vide sis etiam *Lib.* II. Mand. IX. Eadem quoque vox usurpatur a Clemente Romano, *Epist.* I. *ad Cor. cap.* XXIII. & *Epist.* II. *cap.* XI. Ceterum hunc Hermæ locum illustrat Dodwellus in Dissert. *de Rom. Pontif. success.* cap. XI. §. 6. pag. 160.
18 Lamb. *Deo.*
19 Lamb. *pessimis? Quantis.*

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.



ctam magnam. Et venit [1] mulier anus in veste [2] splendida, habens librum in manu; & sedit sola, & salutavit me: Herma, ave. Et ego mœstus & plorans, dixi: Domina, ave. Et illa dixit mihi: Quid mœstus es, Herma, qui eras patiens, & modestus, & semper hilaris? Respondens dico ei: Domina, [3] contumelia mihi objecta est a muliere optima, dicente, quod peccavi in eam. At illa dixit mihi: Absit a servo Dei res ista. Sed forte in corde tuo ascendit [4] illius concupiscentia. Est quidem in servis Dei talis cogitatio, peccatum inferens. Non enim debet hæc cogitatio abhorrenda, esse in servo Dei; neque [5] spiritus probatus, concupiscere malum opus; & præcipue Hermas qui est continens ab omni [6] concupiscentia scelesta, & est omni simplicitate plenus, & innocentia magna.

CAPUT III.

VERUMTAMEN non caussa tui irascitur Dominus; sed propter domum tuam, quæ nefas admisit in Dominum & in parentes suos. Et tu quum sis amator filiorum, non commonuisti domum tuam, sed dimisisti illos [7] conversari violenter; propter hoc enim irascitur tibi Dominus: sed [8] sanabit omnia, quæ [9] ante gesta sunt mala in domo tua. Propter illorum enim peccata & iniquitates, [10] consumtus es a sæcularibus negotiis. Jam enim misericordia Dei miserta est tui & domus tuæ, & [11] conservavit te in gloria. Tu tantum noli vagari; sed animæquus esto, & conforta domum tuam. Tamquam [a] ærarius producens opus suum, [12] exponit ei cui vult: sic & tu verbum quotidianum [13] justum docens, abscindes grande peccatum. [14] Ne desinas ergo commonere natos tuos: scit enim Dominus quod pœnitentiam agent ex toto corde suo; & [15] scribet te in libro vitæ. Quumque finisset verba hæc, ait mihi: Vis audire me legentem? Dico [16] ei: Domina, volo. Esto ergo auditor. Et revoluto libro, legebat [17] gloriose, magnifice, & mirifice, quæ non poteram in memoria retinere. Erant enim verba terrifica, quæ non poterat homo sustinere. Novissima tamen verba memoriæ mandavi; erant enim pauca & utilia nobis: Ecce Deus virtutum, qui invisibili virtute, & magno sensu suo condidit mundum, & honorifico consilio [18] circumdedit decorem creaturæ suæ, & fortissimo suo verbo confixit cælum, & [b] fundavit terram super aquas, & virtute sua potenti condidit sanctam Ecclesiam suam, quam benedixit; ecce transferet cælos ac montes, colles ac maria; & omnia [19] plana fient electis ejus; ut reddat illis repromissionem quam repromisit [20] cum multo honore & gaudio, si servaverint legitima Dei, quæ acceperunt in magna fide.

CAPUT IV.

QUUMQUE consummasset legendo, exsurrexit de cathedra: & venerunt quatuor juvenes, & tulerunt cathedram ad Orientem. Et vocavit me ad se, & tetigit pectus meum, aitque mihi: Placuit tibi lectio mea? Dico ei: Domina, hæc mihi novissima placent; priora autem sæva & dura sunt. At illa ait mihi: Hæc novissima [21] justis; priora autem refugis & ethnicis. Et quum loqueretur mecum, duo quidam viri apparuerunt; & sustulerunt illam [22] humeris, & abierunt, ubi & cathedra erat, ad Orientem. Hilaris autem discessit. Et quum abiret, ait mihi: Confortare, Herma.

VISIO II.

Rursum de negligenti uxoris loquacis & filiorum libidinosorum castigatione, & ejus moribus.

CAPUT I.

QUUM vero proficiscerer [23] cum his circa illud tempus quo & anno priore, [24] ambulans, commemoratus sum anni prioris visionem. Rursumque me abstulit spiritus, & [25] duxit me in eumdem locum, quo anno primo. [26] Quumque venissem ad illum locum, positis genibus cœpi orare Dominum, & honorificare nomen ejus, quod dignum me arbitratus sit, & manifestaverit mihi peccata pristina. Et quum surrexissem ab oratione, [27] video contra me anum illam quam & anno superiore videram, ambulantem & legentem libellum aliquem. Et ait mihi: Potes hæc electis Dei renuntiare? Dico ei: Domina, tanta in memoria retinere non possum; da autem mihi libellum, & describam. Accipe, inquit, & restituas mihi

a Matth. XIII. 52. XXV. 27. Luc. XIX. 13. b II. Pet. III. 5.

1 Hieron. in Osee VII. 9. *Hermæ primum videtur Ecclesia cano capite.*
2 Lamb. *candida*. Et mox, *singularis* pro *sola*.
3 Mss. Angl. *lascivia*.
4 Ms. S. Germ. *illa*, omissa voce, *concupiscentia*.
5 Ms. Carm. *spiritu*.
6 Lamb. *pollutione*.
7 Lamb. & Carm. *conviolari sæve*.
8 Lamb. *sanavit omnia quæ ante gesta sunt in domo tua mala*.
9 Sic Mss. S. Germ. & Carm. præter Lamb. Editi, *in te*. Fellus tamen sic: *quæ ante patrata sunt mala a domo tua*.
10 Ita Mss. Angl. apud Fellum: cujus tamen editio exhibet, *contritus*.
11 Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. *confortavit*.
12 Mss. Vict. & Germ. *obtingit*. Fellus autem omittit, *ei*.
13 Lamb. *juste*. Carm. *optimum*.
14 Sic Lamb. sic & Fellus. Al. *Non*.
15 An *scribentur in*?
16 Carm. Ms. *& ego*.
17 Lamb. *glorias — quas*, pro *gloriose — quæ*. Fellus autem omittit *& mirifice*, quod varia ipsi videatur lectio.
18 Quinque hæc verba, *circumdedit — fortissimo*, desunt in Lamb.
19 Ita Mss. Vict. Carm. Bodl. & Lamb. Ita & Fellus, Editi, *plena*.
20 Mss. Codd. Vict. Carm. Lamb. & vet. impressi, *repromisit — si servaverint*. Fellum secuti, hanc retinuimus lectionem. Al. *repromisit, cum — gaudio servaverint*.
21 Sic Lamb. Sic & Fellus. Editi, *istis*.
22 Lamb. *in humerum*.
23 Quidni forte legendum cum Cl. Cotelerio, *Cumis*? Infra enim *Vis.* IV. *cap.* I. *Proficiscebar in illa via Campana*.
24 Ms. S. Germ. *videram ambulans*.
25 Lamb. *eduxit*. Sic & Fellus.
26 Hæc omnia, *Quumque venissem — & honorificare* restituimus ex Ms. Carm. Sic & Fellus. Et recte quidem, ut videtur. Mox namque subdit: *Et quum surrexissem ab oratione*. Al. vero, *anno primo; & honorificavi*.
27 Mss. Carm. & Lamb. *audivi*.

illum . Ut [1] autem accepi , in quemdam locum agri [2] secedens, descripsi omnia ad litteram; non [3] inveniebam enim syllabas. Quumque consummassem scripturam libelli, subito de manu mea raptus est libellus ; a quo autem non vidi.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

CAPUT II.

POST quindecim autem dies quum jejunassem, multumque rogassem Dominum, revelata est mihi scientia scripturæ. Erat autem scriptura hæc: Semen tuum, Herma, deliquit in Dominum, & prodiderunt parentes suos in nequitia magna. Et audierunt proditores parentum, & [4] prodentes profecerunt. Sed etiam nunc adjecerunt [5] peccatis suis libidines, & commaculationes nequitiæ, & sic impleverunt iniquitates suas. Sed impropera verba hæc filiis tuis omnibus, & conjugi tuæ [6] quæ futura est soror tua. Et ipsa [7] enim compescat linguam suam, in qua malignatur : [8] & auditis verbis his, continebit se, & [9] consequetur misericordiam . [10] Erudietur enim, postquam improperaveris illi hæc verba, quæ mandavit [11] ille Dominator, ut tibi revelentur. Tunc remittentur illis peccata [12] quæ jampridem peccaverunt, & omnibus sanctis qui peccaverunt usque in hodiernum diem, si ex toto corde suo egerint pœnitentiam, & abstulerint a cordibus suis dubitationes. Juravit enim Dominator ille per gloriam suam super electos suos, præfinita ista die, etiam nunc si peccaverit aliquis, non habiturum [13] illum salutem. Pœnitentiæ enim justorum habent fines. Impleti sunt dies pœnitentiæ omnibus sanctis : gentibus autem pœnitentia usque in novissimo die. Dices ergo eis qui præsunt Ecclesiæ, ut dirigant vias suas in justitia ; ut recipiant in pleno repromissionem cum multa gloria. Permanete ergo qui operamini justitiam; & sic facite, ut [14] sit transitus vester cum sanctis Angelis. Felices vos, quicumque sustinetis pressuram supervenientem magnam, & quicumque non negaverit vitam suam. Juravit enim Dominus per Filium suum : [a] Qui denegaverit Filium [15] & se, spondentes se vitam illius, & ipsi denegaturi sunt illum in advenientibus diebus. Ii autem, qui numquam denegaverint, ob [16] nimiam misericordiam propitius factus est illis.

CAPUT III.

TU autem, Herma, noli meminisse [17] injuriarum filiorum tuorum, sed nec sororem tuam [18] negligas; sed cura ut emendentur a pristinis peccatis. Erudientur enim doctrina ista, si tu jam non fueris memor [19] injuriæ illorum. Memoria enim [20] injuriarum mortem operatur ; oblivio vero [21] earum vitam æternam. Tu autem, Herma, magnas tribulationes sæculares sustinuisti, propter prævaricationes domus tuæ ; quoniam illas ut ad te nihil pertinentes, neglexisti ; & in negotiationibus tuis [22] malignis implicitus es. Sed illud te salvum faciet, quod non discesseris a Deo vivo ; & simplicitas tua, & [23] singularis continentia salvum facient te, si permanseris. Et omnes salvos facient, quicumque hujuscemodi operantur, & ingrediuntur in innocentia & simplicitate. Hi qui hujusmodi sunt, invalescent adversus omnes nequitias, & permanebunt in vitam æternam. Felices omnes qui operantur justitiam : non absumentur usque in [24] vitam æternam. Dices autem : Ecce magna tribulatio venit. Si tibi videtur, iterum nega. Prope est Dominus convertentibus, sicut scriptum est in [25] Heldam [b] & Modal, qui vaticinati sunt in solitudine populo.


CAPUT IV.

REVELATUM autem est mihi, fratres, dormienti, a juvene specioso, & dicente mihi : Anum illam a qua accepisti libellum, quam putas esse? Et ego dixi : [26] Sibyllam. Erras, inquit : non est. Quæ est ergo, Domine? Et dixit mihi: Ecclesia Dei est. Et dixi ad illum : Quare ergo anus est? Quoniam, inquit, omnium prima creata est, ideo anus ; & propter illam mundus factus est. Post hæc autem visionem vidi in domo mea; & venit illa anus, & interrogavit me, si jam libellum [27] dedissem senioribus? Et respondi : Adhuc non. At illa dixit : Bene fecisti; habeo enim

a Matth. x. 33. b Num. xi. 26. 27.

1 Lamb. *Ut eum autem*.
2 Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. *sedens*.
3 Clemens Alex. Στρωμ. lib. vi. cap. xv. pag. 806. huc respiciens, hæc habet : *Τοῦτο δὲ μετεγράψατο πρὸς γράμμα, φησὶ, μὴ εὑρίσκων τὰς συλλαβὰς πληρῶσαι*. Id est : *Eum autem inquit se transcripsisse ad litteram, quum non inveniret quomodo syllabas perficeret*. Ubi notat Cl. Potterus, hoc modo cum marmora & nummos, tum etiam libros vetustissimos scriptos conspici, perpetua scilicet litterarum serie, nulla vocum distinctione facta. Jamque idem monuerat Fellus ad hunc locum.
4 Sic Fellus ex Mss. Lamb. & S. Germ. Sic & Carm. Editi, *prudentes*.
5 Ms. S. Germ. *peccata peccatis*.
6 Vide sis h. l. Cl. Cotelerium. Hinc Συνείσακτοι. His consona mox infra reperies *cap. seq.* & *Lib.* III. *Simil.* ix. *cap.* xi.
7 Lamb. *etiam*.
8 Mss. S. Germ. & Carm. *sed*.
9 Lamb. *habebit*.
10 Ms. S. Vict. *Erudientur — illis*.
11 Sic Mss. Angl. Fello tamen magis placuit, *illi*. Mox Ms. S. Germ. *ut revelentur*, absque *tibi*.
12 Lamb. [illegible].
13 Ms. S. Vict. [illegible].
14 Mss. Vict. & Germ. [illegible].
15 Fellus ex [illegible] & Lamb. sic in sua edit. Oxon. *Qui* [illegible] *se*, [illegible]. Quæ lectio male redditur in editt. Clerici & R[illegible]. At Ms. Carm. *Qui* [illegible] *seque despondentes vitam suam, qui nunc denegaturi sunt in* &c. Huic loco congruunt quæ infra habentur, *Lib.* III. *Simil.* ix. *cap.* xxviii.
16 Si Fellum audias, *nimiam* idem valet quod *summam*. Huic loco consonat cum hoc *Gen.* xv. 1. *Noli timere Abraham : ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis* ; tum illud in primis *Ephes.* II. 4. *Propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos* (Deus.)
17 Ms. Carm. *malorum*. Sic & Fellus. In eamdem sententiam, monente Fabricio, auctor *Testamenti XII. Patriarch.* in Testam. Zabulon Sect. vii. cap. viii. *Μὴ λογίζεσθε ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ* : *Ne animadvertatis unusquisque malitiam fratris sui*.
18 Lamb. *sinas*.
19 Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. *malitiæ*. Sic & Fellus.
20 Iidem cum Fello, *malorum*.
21 Iidem, *malorum*. Fellus, *eorum*.
22 Ms. S. Germ. *magnis*.
23 Lamb. quem sequitur Fellus, *nimia*.
24 Ms. S. Germ. *in æternum*. Edit. Oxon. *absumuntur in æternum*.
25 Lamb. *Holda & Meda*. Sive potius *Eldad & Modad*, ut exhibet codex biblioth. Coislin. apud Cl. Montfauconium pag. [illegible]. ubi in recensione apocryphorum Vet. Test. librorum occurrit ς'. Ἐλδὰδ καὶ Μωδάδ.
26 Putat Cl. Cotelerius, in Græco extitisse [illegible], quam Latinus interpres vertit *Sibyllam*. Sicut infra Lib. II. Mand. vi. [illegible] & [illegible], *Genium ac Genium* reddidit.
27 Lamb. *libellum suum*.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 70.



quædam verba edicere tibi. Quum autem consummavero omnia verba, aperte [1] scientur ab electis. Scribes ergo duos libellos, & mittes unum Clementi, & unum [2] Graptæ. Mittet autem Clemens in exteras civitates; illi enim permissum est: Grapte autem commonebit viduas & orphanos. Tu autem leges in hac civitate cum senioribus qui præsunt Ecclesiæ.

A *Ista sic leguntur apud* Origenem, Philocaliæ *cap.* I. *ex lib.* IV. *cap.* II. de Principiis, *interprete* Rufino.

Γράψεις δύο βιβλία, ϗ δώσεις ἓν Κλήμεντι, ϗ ἓν Γραπτῇ. Καὶ Γραπτὴ μὲν νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. Κλήμης δὲ πέμψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις. Σὺ δὲ ἀναγγελεῖς B τοῖς πρεσβυτέροις τῆς ἐκκλησίας.

Et scribes duos libellos, & dabis unum Clementi, & unum Graptæ. Et Grapte quidem commoneat viduas & orphanos. Clemens vero mittat per omnes civitates quæ foris sunt. Tu vero annuntiabis Presbyteris Ecclesiæ.

VISIO III.

De triumphantis Ecclesiæ structura, & variis hominum reproborum ordinibus.

CAPUT I.

VISIO quam vidi, fratres, visio talis erat. Quum jejunassem frequenter, & precatus essem Dominum, ut mihi ostenderet revelationem, quam pollicitus est ostendere per anum illam; eadem nocte apparuit mihi anus illa, & dixit mihi: Quoniam sic [3] langues, & solicitus es ad sciendum omnia; veni in agrum, ubi vis; & circa horam sextam manifestabo me tibi, & ostendam tibi quæ oporteat te videre. Rogavi illam, dicens: Domina, in quem locum agri? Ubi, inquit, vis, elige locum bonum, secretum. Antequam autem [4] loqui cœpissem, & dicere ei locum, ait mihi: Veniam ubi vis. Fui ergo, fratres, in agro, & [5] observavi horas; & veni in locum ubi constitueram ei venire. Et video subsellium positum. Erat cervical [6] lineum; & super linteum expansum carbasinum. Videns hæc posita, & neminem esse in loco; stupere cœpi, & capilli mei [7] exsurrexerunt, & quasi [8] horror me comprehendit, quum essem solus. [9] Ad me D autem reversus, & memoratus [10] gloriam Dei & accepta audacia; positis genibus confitebar Deo iterum peccata quæ prius. Ecce venit illuc cum juvenibus sex, quos & ante videram; & stetit post me orantem, & audiebat me orantem, & confitentem Domino peccata mea. Et tangens me, dixit: Desine jam pro peccatis tuis tantum orare. Ora & pro justitia, ut accipias partem ex ea in domo tua. Et erexit me de loco, & apprehendit manum meam, & [11] adduxit me ad subsellium, & ait illis juvenibus: Ite, & ædificate. Postquam autem discesserunt juvenes, & nos soli [12] fuimus, ait mihi: Sede heic. Dico ei: Domina, sine seniores ante sedere. Quod tibi dico, E inquit, sede. Quumque vellem sedere ad dexteram partem, non est passa; sed annuebat mihi manu, ut ad sinistram partem sederem. [13] Cogitante autem me, & mœsto exsistente, quod non sivit me ad dexteram partem sedere; ait mihi: Quid mœstus es, Herma? Locus qui est ad dexteram, illorum est qui jam meruerunt Deum, & passi sunt caussa nominis [14] ejus. Tibi autem superest multum, ut cum illis sedeas. Sicut manes, in simplicitate tua permane, & sedebis cum illis; & quicumque fuerint operati illorum opera, & sustinuerint quæ illi sustinuerunt.

C

CAPUT II.

DICO ei: Domina, vellem scire quæ sustinuerunt. Audi, inquit: Feras bestias, flagella, carceres, cruces, caussa nominis [15] ejus. Propter hoc, illorum sunt dextræ partes sanctitatis, & [16] quisquis patietur propter nomen [17] Dei: reliquorum autem sinistræ partes sunt. Sed utrisque [18] eis, & qui ad dexteram, & qui ad sinistram sedent, sunt dona & promissiones; tantum quod ad dexteram sedentes habent gloriam quamdam. Tu autem cupidus es sedere ad dextram cum eis: sed exiguitates tuæ multæ sunt. Emundaberis autem ab exiguitatibus tuis. Sed & omnes qui dubii non fuerint, emundabuntur ab omnibus peccatis in hunc diem. Et quum hæc dixisset, volebat abire. Et procidens illi ad pedes, rogavi illam per Dominum, ut mihi demonstraret quod repromiserat visum. At illa rursus apprehendit manum meam, & erexit me, & fecit sedere super subsellium ad sinistram; & elevata virga quadam splendida, dixit mihi: Vides rem magnam? Dico ei: Domina, nihil video. [19] Ecce non vides contra te turrim magnam, quæ ædificatur super aquas, lapidibus [20] quadris splendidis? In quadrato enim ædificabatur turris ab illis sex juvenibus, qui venerant cum illa. Alia autem multa millia virorum adportabant lapides. Quidam autem de profundo trahebant lapides; alii de terra transferebant, & porrigebant illis sex juvenibus. Porro illi accipiebant, & ædificabant. Eos autem qui de profundo extrahebantur lapides, omnes sic [21] ponebantur in structuram: politi enim erant, & convenientes commissuræ cum [22] illis lapidibus; sic-

1 Mss. S. Germ. & Lamb. *scient electi*.
2 Lamb. *Grappatæ*. Sic mox, *Grappate*.
3 Ms. S. Germ. pro *langues*, habet *jejunus*. Bodl. *egens es*. Lamb. *egenus es*.
4 Lamb. *ei loqui*. Fellus, *loqui ei —— dicerem*.
5 Lamb. *æstimavi*.
6 Lamb. *linteum*. Sic & Fellus.
7 Bodl. *exstruxerunt*. Fellus, *erecti sunt*.
8 Bodl. Lamb. & Carm. *horripilatio*.
9 Bodl. & Lamb. *Apud me*.
10 Lamb. *gloriæ*.
11 Lamb. *eduxit*.
12 Lamb. cum Fello *facti sumus*.
13 Lamb. *Recogitante*. Fellus, *Cogitante ergo*.
14 Bodl. *Domini*. At Victor. deest, *ejus*.
15 Rursus, ut modo, Bodl. *Domini*. Vict. deest.
16 Lamb. *quicumque passus fuerit*. Bodl. *quisquis p. f.*
17 Deest *Dei* in Lamb.
18 Mss. Carm. & S. Germ. *utrisque & eis*. Lamb. *utrisque ex eis qui ad dexteram sedent, ad sinistram sedent*.
19 Bodl. add. *Ait mihi: Ecce* &c.
20 Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. *quadratis*. Sic & Fellus.
21 Mss. Carm. & Lamb. *imponebant*. Bodl. *ponebant*.
22 Ita quatuor Mss. S. Germ. Vict. Bodl. & Lamb. Editi, *aliis*.

A que conjungebantur alius ad alium, ita ut commissuræ eorum non [1] parerent. Et [2] in hunc modum apparebat structura turris, tamquam ex uno lapide ædificata. Ceteros autem lapides qui adferebantur de terra, quosdam quidem rejiciebant, quosdam vero [3] adaptabant in structuram. Alios excidebant, & projiciebant longe a turri. Alii autem lapides multi circa turrim positi [4] erant; & non utebantur illis ad structuram. Erant enim quidam ex illis scabrosi; alii autem scissuras habebant; alii vero candidi & rotundi, non convenientes in structuram turris. Videbam autem alios B lapides projici longe a turri, & [5] incidentes in viam, & non manentes in via, sed volvi de via in locum desertum: alios autem in ignem incidentes, & ardentes: alios cadentes secus aquam, nec posse volvi in aquam, volentibus quidem eis intrare in aquam.

CAPUT III.

Et quum hæc mihi demonstrasset, volebat [6] recedere. Dico ei: Domina, quid mihi prodest hæc vidisse, & non scire quæ sint hæ res? C Respondens dixit mihi: Versutus es homo, volens scire ea quæ circa turrim sunt. Ita, inquam, Domina: ut fratribus annuntiem, & hilariores fiant; & hæc audientes honorificent Dominum cum multa gloria. Et illa ait: Audient quidem multi: & quum audierint, quidam ex eis gaudebunt; quidam autem flebunt. Sed & [7] isti audientes, si pœnitentiam egerint, & ipsi gaudebunt. Audi nunc de similitudine turris omnia hæc, & hactenus mihi de revelatione molestior esse noli. Revelationes enim istæ finem habent: impletæ sunt D enim. Sed tu non desinis in petendo revelationes: [8] improbus enim es. Turris quidem quam vides ædificari, ego sum Ecclesia, quæ tibi apparui & modo & prius. Quodcumque igitur volueris, interroga de turri; & revelabo tibi, ut gaudeas cum sanctis. Dico ei: Domina, quoniam me semel dignum arbitrata es ut omnia mihi reveles, [9] revela. Ait mihi: Quodcumque oportuerit tibi revelari, revelabitur; tantum ut cor tuum apud Dominum sit, & ne dubites, quodcumque videris. Interrogavi illam: Quare turris ædificata est super aquas, Domina? Respondit: Dixeram tibi E & prius, versutum te esse circa [10] structuras diligenter inquirentem: igitur invenies veritatem. Quare ergo super aquas ædificatur turris, audi: Quoniam [a] vita vestra per aquam salva facta est, & fiet. Fundata est enim verbo omnipotentis & honorifici nominis: continetur [11] autem ab invisibili virtute Dei.

CAPUT IV.

Respondens dico ei: Magnifice habent se res hæ. Illi autem juvenes sex qui ædificant, qui sunt, Domina? [12] Hi sunt [13] Angeli Dei qui primo constituti sunt, quibus tradidit Dominus universam creaturam suam, [14] struendi, ædificandi & dominandi creaturæ illius. Per hos [15] enim consummabitur structura turris. Ceteri autem qui [16] adportant lapides, qui sunt? Et ipsi [17] sancti Angeli Domini; [18] sed illi sunt his excellentiores. Quum ergo consummata fuerit structura turris, omnes simul epulabuntur juxta turrim, & honorificabunt Dominum, quoniam consummata erit structura turris. Interrogavi eam dicens: Vellem scire exitum lapidum, & vim eorum qualis sit. Respondens autem, dixit mihi: Numquid tu præ omnibus melior es, ut tibi id reveletur? Alii enim priores te sunt & meliores te, quibus oportebat revelari visiones has: sed ut honorificetur nomen Dei, tibi revelatum est; [19] & revelabitur propter dubios, qui cogitant in cordibus suis, utrumne sint hæc, [20] an non sint. Dic illis, quod hæc omnia sunt vera, & nihil extra veritatem est; sed omnia firma, [21] certeque fundata sunt.

CAPUT V.

Audi nunc & de lapidibus qui sunt in structura. Lapides quidem illi quadrati & albi, convenientes [22] in commissuris suis, ii sunt Apostoli, & Episcopi, & Doctores, & Ministri, qui [23] ingressi sunt in clementia Dei, & Episcopatum gesserunt, & docuerunt, & ministraverunt sancte & modeste electis Dei, qui dormierunt, quique adhuc sunt; & semper cum illis convenerunt, & in se pacem habuerunt, & [24] se invicem audierunt. Propter hoc & in structuram turris conveniunt commissuræ eorum. Qui vero de profundo trahuntur, & imponuntur in [25] structura, & conveniunt commissuræ eorum cum ceteris lapidibus qui jam ædificati sunt; ii sunt qui jam dormierunt, & passi sunt caussa nominis Domini. Ce-

a I. Pet. III. 20. 21.

1 Lamb. Carm. & S. Germ. *parerent*. Sic & Fellus, qui tamen legendum conjicit, *paterent*. Hunc locum describit Origenes, *Philocaliæ* cap. VIII.

2 Bodl. & Lamb. *Et sic parebat*. Ita & Fellus, e quo tamen Ms. lectionem minus recte reddunt editi.

3 Lamb. *ponebant*.

4 Sic Bodl. & Lamb. ex Fello. Editi *jacebant*. Apud Russelium invertitur lectio. Monet Cl. Cotelerius huc respexisse Didymum in Catena ad *Job* VIII. 17. 18. pag. 202. Ejus verba inter Veterum testimonia superius relata. His affinia mox infra *capp.* VI. & VII. & *lib.* III. *Simil.* IX. *capp.* VI. VII. XXXI.

5 Lamb. *venientes in via*.

6 Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. *recurrere*.

7 Ita Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. Editi, *illi*.

8 Sic Bodl. & Lamb. Editi [illegible].

9 Ms. Lamb. *revela mihi quodcumque oportuerit tibi revelare. Re[illegible] a te, tantum ut cor tuum apud Dominum sit, &* [illegible] Laudat hunc locum Clemens Alex. Στρωμ. lib. II. cap. I. pag. 430.

10 Bodl. Lamb. & Carm. *circa scripturas*. [illegible] Sic Fellus. Addit Clericus in Ms. Lamb. ita legi [illegible] *Igitur invenies veritatem* [illegible] &c.

11 Sic Ms. Carm. [illegible]

12 [illegible] &c. Sic & Fellus.

13 Addit Fellus ex Lamb. *sancti*.

14 Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. *creandi*. Fellus autem: *ut struerent, ædificarent & dominarentur*.

15 Bodl. & Lamb. *ergo*.

16 Bodl. *adportabant*. Fellus, *deportant*.

17 Mss. S. Germ. & Vict. *Et ipsi sunt sancti*.

18 Mss. S. Germ. & Carm. *hi autem præcellentes illos*. Lamb. *præcellentes illis*.

19 Clemens Alex. Στρωμ. lib. I. cap. XXIX. pag. 426. hunc locum hisce verbis describit: Θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα, Τὰ ὁράματα, φησί, καὶ τὰ ἀποκαλύμματα, διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐστὶ ταῦτα, ἢ [illegible]. Sequitur Clemens: Οὕτως δὲ — [illegible]. Quæ postrema verba quum sint Alexandrini, miror hactenus ab editoribus Hermæ fuisse heic in medium prolata, tamquam ab Alexandrino ex Herma descripta. Jamque id probe novisse videntur Potterus ad h. l. & Wottonus in notis ad Clementis Rom. *Epist.* I. *cap.* XXIII.

20 Mss. S. Germ. & Lamb. *aut non*. Sic & Clemens Alex. l. c.

21 Lamb. Carm. & Germ. *& certa quæ*.

22 Bodl. *in commissura, hi sunt*.

23 Lamb. [illegible].

24 Lamb. [illegible].

25 Bodl. *structuram*.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

teri autem lapides qui [1] adportabantur a terra, volo [2] scire qui sint, Domina. Ait: Eos quidem qui in terram vadunt, & non sunt politi, illos Deus probavit, [3] quoniam ingressi sunt in æquitatem Domini, & direxerunt vias in mandatis ejus. Qui autem adferuntur & ponuntur in [4] structura turris, ii sunt novelli in fide, & fideles. Commonentur autem ab Angelis ad benefaciendum, propterea quod non est inventa nequitia in illis. Quos autem rejiciebant & [5] ponebant juxta turrim, qui [6] sunt illi? Ait mihi: Ii sunt qui peccaverunt, & voluerunt pœnitentiam agere; propter hoc non sunt longe projecti a turri, quoniam utiles erunt in [7] structura, si pœnitentiam egerint. Qui ergo pœnitentiam acturi sunt, si egerint pœnitentiam, fortes erunt in fide; si nunc pœnitentiam egerint, dum ædificatur turris. Nam si consummata fuerit structura, jam quis non habet locum ubi ponatur, sed erit reprobus: solummodo autem hoc habebit, [8] qui jam ad turrim positus est.

CAPUT VI.

QUI autem recidebantur, & longe projiciebantur a turre, vis scire qui sunt? [9] Volo, inquam, Domina. Ii sunt filii iniquitatis, & qui crediderunt in simulatione, & omnis nequitia non [10] discessit ab eis: propter hoc non habent salutem; quoniam non sunt utiles in [11] structura, propter nequitias suas. Quapropter excisi sunt & longe projecti propter iram Domini; quia exacerbaverunt eum. Ceteros autem lapides quos vidisti complures positos, non euntes in structuram; ii quidem [12] qui scabrosi erant, hi sunt qui cognoverunt veritatem, & nec permanserunt in ea, nec conjuncti sunt sanctis: propter hoc inutiles sunt. Qui autem scissuras habebant, [13] hi sunt qui alius adversus alium in cordibus discordiam habent, & non [14] habent pacem inter se: in [15] præsentia quidem pacem habentes; quum autem unus ab alio discesserit, nequitia eorum in cordibus permanet. Hæ sunt ergo scissuræ, quas habent lapides. Qui vero curti sunt, [16] ii sunt qui crediderunt quidem, plurimam partem habentes iniquitatis; propter hoc curti, & non integri sunt. Candidi autem & rotundi, & non convenientes in structuram turris; qui sunt, Domina? Respondens mihi, dixit: Usquequo stultus es & insensatus; & omnia interrogas, & nihil intelligis? Hi sunt habentes quidem fidem, habentes autem & divitias hujus sæculi. Quum ergo venerit tribulatio, propter divitias suas & negotiationes abnegant [17] Dominum. Respondens, dico ei: Domina, quando ergo utiles erunt Domino? Quum circumcisæ, inquit, fuerint divitiæ eorum, quæ eos delectant; tunc erunt utiles Domino, ad ædificium. Sicut enim lapis rotundus, nisi decisus fuerit, & abjecerit ab se aliquid, non potest quadratus fieri: sic & qui divites sunt in hoc sæculo, nisi circumcisæ fuerint divitiæ eorum, non possunt Domino utiles esse. [18] A te primum scito: Quando dives fuisti, inutilis eras; nunc vero utilis es, & aptus vitæ tuæ: nam & tu ipse ex eis lapidibus fuisti.

CAPUT VII.

CETEROS autem lapides quos vidisti longe projectos a turri, & currentes in via, & volvi de via in loca deserta; ii sunt qui crediderunt quidem, dubitatione autem sua [19] reliquerunt viam suam veram, putantes se meliorem viam posse invenire. Errant autem & miseri sunt, ingredientes in desertas vias. Qui autem cadebant in ignem, & ardebant; ii sunt qui in [20] perpetuum abscesserunt a Deo vivo, nec amplius illis ascendit in corda pœnitentiam agere, propter desideria libidinum suarum & scelerum quæ operantur. Ceteri vero qui cadebant juxta aquas, & non poterant volvi in aquas, qui sunt? Ii sunt qui verbum audierunt, volentes baptizari in nomine Domini; quibus quum venit in memoriam sanctitas veritatis, retrahunt se, ambulantque rursus post desideria sua scelesta. Consummavit igitur enarrationem turris. [21] Ego vero, quum adhuc essem improbus, interrogavi illam: An [22] iis omnibus lapidibus qui projecti sunt, nec conveniebant in structuram turris, an est pœnitentia; & [23] habebunt locum in turre hac? Habent, inquit, pœnitentiam, sed in hac turre non possunt convenire: alio autem loco ponentur multo inferiore; & hoc [24], quum cruciati fuerint, & impleverint dies peccatorum suorum. Et propter hoc transferentur, quoniam perceperunt verbum [25] justum. Et tunc illis continget transferri de pœnis, si ascenderint in corda ipsorum, opera quæ operati sunt scelesta. Quod si non ascenderint in corda ipsorum, non erunt salvi propter duritiam cordis sui.

CAPUT VIII.

QUUM ergo [26] destiti interrogare illam de omnibus istis, ait mihi: Vis aliud videre? Quumque cupidus essem ad videndum, hilaris factus sum vultu. Respiciens me subrisit, & ait mihi: Vides septem mulieres circa turrim? Video inquam, Domina. Turris hæc, inquit, ab [27] iis supportatur secundum præceptum Domini. Audi nunc effectus earum: Prima quidem earum quæ [28] continet manu, Fides vocatur: per hanc salvi

1 Lamb. *adportantur*. Fellus, *portabantur*.
2 Bodl. *scire, inquam*.
3 Bodl. *qui*, pro *quoniam*.
4 Lamb. *in structuram turris, qui sunt? ii sunt*.
5 Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. *projiciebant*. Sic & Fellus.
6 Bold. *qui sunt? Ii*. Lamb. tantum, *qui sunt?*
7 Bodl. *structuram*.
8 Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. *quoniam*. Fellus: *habet, qui*.
9 Editi omittunt ista: *Volo, inquam, Domina*: quæ Fellus ex Mss. Bodl. & Lamb. restituit.
10 Lamb. *abscessit*.
11 Bodl. *structuram*.
12 Ita Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. Ita & Felli editio. Al. omittunt *qui*.
13 Sic Fellus ex Bodl. Al. omittunt, *hi sunt*. Lamb. pro *qui* exhibet *quia*.
14 Bodl. *habentes*.
15 Mss. S. Germ. Vict. & Lamb. *persona*. Sic & Fellus.
16 Bodl. *hi crediderunt quidem, sed plurimam partem habent iniquitatis*.
17 Bodl. add. *suum*.
18 Lamb. *Ad te*.
19 Mss. S. Germ. & Lamb. *relinquent*.
20 Bodl. & Lamb. *in fine abscesserunt*.
21 Lamb. *Ego qui, quum improbus essem*. Fellus: *Ego vero, qui quum*.
22 Bodl. & Lamb. *An ii omnes lapides — si est illis*. Editt. Fell. & Russel. omittunt *an* secundum, quod al. exhibent. Et quidem redundare videtur, nisi malis: *an est, inquam*.
23 Lamb. *habebuntur in*. Quæ varia lectio mendose apud Fabric. *habetur*.
24 Ms. S. Germ. *hoc loco*.
25 Lamb. *istud*.
26 Lamb. *desivi interrogando*. Bodl. quoque, *desivi*.
27 Ms. S. Vict. *his albis*.
28 Manus contracta, inquit heic Fellus, rectissime Fidem repræsentat, qua divina promissa apprehendimus. Magis tamen ad rem, ut videtur, Clemens Alex. qui Στρωμ. lib. II. cap. XII. sic Hermam supplet & interpretatur: *Ἡ τοίνυν συνέχουσα τὴν ἐκκλησίαν*.

fient electi Dei. Alia vero quæ succincta est, & viriliter agit, [1] Abstinentia vocatur: hæc filia est Fidei. Quisquis ergo secutus fuerit illam, felix fiet in vita sua, quoniam ab omnibus operibus malis abstinebit [2]; credens quod, si se continuerit ab omni concupiscentia, heres erit vitæ æternæ. Ceteræ autem, inquam, Domina, quinque quæ sunt? Filiæ, inquit, invicem sunt. Vocatur autem quædam Simplicitas, alia Innocentia, alia Modestia, alia Disciplina, alia autem Caritas. Quum ergo servaveris opera matris earum, omnia poteris custodire. [3] Volebam scire, Domina, quam quæque earum habeat virtutem? Audi, inquit: Virtutes æquales habent; connexæ autem ad invicem sunt virtutes earum, & sequuntur se invicem sicut natæ sunt. Ex [4] Fide nascitur Abstinentia; de Abstinentia Simplicitas; de Simplicitate Innocentia; de Innocentia Modestia; de Modestia Disciplina & Caritas. Harum ergo opera sancta, & pudica, & recta sunt. Quicumque ergo servierit his, & [5] invaluerit tenere opera earum, in turri habebit habitaculum cum sanctis Dei. Interrogavi illam de temporibus, si jam consummatio [6] est? Illa autem exclamavit voce magna, dicens: Insensate [7] homo! nonne vides turrim semper ædificari? Quando ergo consummata fuerit turris & ædificata, habet finem; sed & cito consummabitur. Noli me amplius interrogare quidquam. Sufficiat tibi & omnibus sanctis commemoratio ista, & renovatio spirituum vestrorum. Sed non tibi hæc soli revelata sunt; sed ut omnibus demonstres ea. Post triduum enim intelligere te oportet, Herma, verba hæc quæ tibi incipio dicere, ut loquaris ea in [8] auribus sanctorum; ut audientes ea quum fecerint, emundentur a nequitiis suis: sed & tu cum illis.

CAPUT IX.

Audite me ergo, filii: Ego vos enutrivi in multa simplicitate, & innocentia, & modestia, propter misericordiam Dei quæ super vos stillavit in justitia; ut sanctificemini [9] & justificemini ab omni nequitia, & omni pravitate: vos autem non vultis requiescere a nequitiis vestris. Nunc ergo audite me, & pacem habete alius [10] cum alio, & visitate vos alterutrum, & suscipite vos invicem, & nolite [a] soli creaturas Dei percipere: abundantius etiam impertite egentibus. Quidam enim compluribus cibis infirmitatem carnis suæ [11] contrahunt, & violant carnem suam. Aliorum autem qui non habent escas, marcescit caro ipsorum, propter id quod non habent sufficientem cibum; & consumitur corpus eorum. Hæc igitur intemperantia nociva est vobis, habentibus & non communicantibus iis qui egent. Attendite judicium superveniens. Qui eminentiores estis, inquirite esurientes, dum adhuc turris non est consummata. Postquam enim consummata fuerit turris; voletis benefacere, & non habebitis locum. Videte ergo vos, qui gloriamini in divitiis vestris, ne forte [b] ingemiscant ii qui egent, & gemitus eorum ascendat ad Dominum, & excludamini cum bonis vestris extra januam turris. Nunc itaque vobis dico, qui præestis Ecclesiæ, & [c] amatis primos [12] consessus: nolite similes fieri maleficis. Et malefici quidem venena sua in [13] pyxidibus bajulant: vos autem venenum vestrum & [14] pharmacum in corde continetis, & non vultis purgare corda vestra, & permiscere sensum vestrum puro cordi, ut habeatis misericordiam a Rege magno. Videte ergo, filii, ne forte hæ dissensiones vestræ fraudent vitam vestram. Quo modo vos erudire vultis electos Dei, quum ipsi non habeatis disciplinam? [d] Commonete ergo vos invicem, pacatique estote inter [15] vos; ut & ego coram Patre vestro adstans, rationem reddam pro vobis Domino.

CAPUT X.

Quumque desiisset mecum loqui, venerunt illi sex juvenes qui ædificabant, & tulerunt illam [16] ad turrim; & alii quatuor sustulerunt subsellium, & abierunt ipsi iterum in turrim. Horum faciem non vidi, quoniam aversi erant. Euntem illam rogabam, ut mihi revelaret de tribus figuris, in quibus mihi apparuit. Respondens autem mihi, dixit: De his alium te oportet interrogare, ut tibi reveletur. Apparuit autem mihi, [17] fratres, prima visione anno superiore valde anus, & in cathedra sedens. Alia autem visione, faciem quidem juvenilem habebat, carnem autem & capillos aniles; & stans mihi loquebatur: hilarior autem [18] erat quam primum. Tertia autem visione, tota junior erat, & aspectu decora; tantum [19] quod capillos aniles habebat: hilaris autem facie erat, & super subsellium sedens. De his ipsis mœstus eram valde, donec cognoscerem [20] visionem hanc. Video anum illam in visu noctis dicentem mihi: Omnis [21] rogatio humilitate eget. Jejuna ergo, & percipies a Domino quod postulas. Jejunavi ergo diem unam. Eadem nocte apparuit mihi juvenis, & ait: Quid tu frequenter petis revelationes in oratione? Vide, ne multa postulans noceas carni tuæ. Sufficiant tibi revelationes hæ. Numquid poteris fortiores revelationes videre, quam quas vidisti? Respondens ei dico: Domina, hoc solum peto pro tribus figuris illius anus, ut integra fiat revelatio. Respondit mihi: Vos non insensati estis; sed dubitationes vestræ vos insensatos faciunt, [22] eo quod non habeatis cor ve-

a Job XXXI. 17. b Jac. V. 4. c Matth. XXIII. 6. Marc. XII. 39. Luc. XI. 43. & XX. 46. d Coloss. III. 16.

1 Lamb. *Continentia*. Sic & Clemens Alex. l. c. *ἐγκράτεια*.

2 Lamb. add. *se*: & paullo post, *abstinuerit* pro *continuerit*.

3 Lamb. *Volo — quæque quam vim habeat illarum & vir*[illegible]. Fellus addit: *Et dixi: Volo*.

4 Sensum hujus loci putat Cl. Potterus expressisse Clementem Alex. l. c. hisce verbis: Καὶ πάλιν: Προηγεῖται μὲν [illegible] δὲ οἰκοδομεῖ· τελειοῖ δὲ ἡ ἀγάπη. Id est: [illegible] (inquit Hermas:) *Præcedit quidem fides, timor* [illegible] *ædificat, perficit autem caritas*.

5 Sic Mss. S. Vict. Carm. Bodl. & Lamb. Editi *voluerit*.

6 Lamb. *esset*.

7 Lamb. [illegible] *autem homo! num vides turrim super* [illegible].

8 [illegible]

9 [illegible]

10 Lamb. pro *cum alio* habet *in alium*.

11 Lamb. *assumunt, sed & cumulant, & conviolant*.

12 Lamb. [illegible]*ubitus*. Vulgata lectio pressius inhæret locis Nov. Test. excitatis.

13 Lamb. *in pyxides portant*.

14 Bodl. & Lamb. *medicamentum*.

15 Ita Mss. S. Vict. Carm. Lamb. & Fellus. Al. *inter eos*.

16 Lamb. & Carm. *a turri*.

17 Lamb. deest *fratres*: & mox cum Bodl. habet, *anno priore*.

18 Lamb. desunt, *erat* [illegible].

19 Lamb. [illegible]. Mox [illegible].

20 Bodl. & Lamb. [illegible].

21 Antiochus [illegible] *δὲ* [illegible]. *Neque vero sine humilitate* [illegible]. FABRIC.

22 Ms. S. Vict. *&* [illegible].

strum ad Dominum. Respondi illi, & dixi: Sed A a te ea diligentius [1] cognoscemus.

CAPUT XI.

AUDI, inquit, de figuris [2] quas inquiris. In prima quidem visione, quare anus tibi apparuit super cathedram sedens; quoniam spiritus vester antiquior, etiam marcidus est, & non habens vim a vestris infirmitatibus, & dubitatione cordis. Sicut enim seniores qui non habent spem renovandi, & nihil aliud [3] exspectant nisi dormitionem suam: sic & vos infirmati a sæcularibus negotiis tradidistis vos in [4] socordiam, & non B projecistis a vobis solicitudinem in Domino; & [5] contusus est sensus vester, & inveterastis in tristitiis vestris. Quare ergo super cathedram sedebat, volebam cognoscere, Domine? Respondit: Quoniam omnis infirmus super cathedram sedet propter infirmitatem suam, ut contineatur infirmitas ejus. Ecce habes figuram [6] primæ visionis.

CAPUT XII.

SECUNDA autem visione, vidisti illam stantem, & juvenilem faciem habentem, & hilariorem quam pristinam; carnem autem & capillos aniles. Audi, inquit, & hanc parabolam. Quum senior jam fuerit aliquis, desperat [7] de se ipso propter infirmitatem suam & paupertatem; & nihil aliud exspectat, nisi diem extremum vitæ suæ. Deinde subito illi relicta est hereditas; & audiens exsurgit, hilarisque factus induit virtutem: & jam non discumbit, sed stat, & [8] liberatus est a prioribus mœroribus; & jam non sedet, sed viriliter agit. Ita & vos [9], audita revelatione, quam Deus vobis revelavit: quia misertus est Dominus vestri, & renovavit spiritum vestrum, & deposuistis infirmitates vestras; accessit vobis fortitudo, & invaluistis in fide; & visa Deus fortitudine vestra, gavisus est. Propter hoc demonstravit vobis structuram turris: & alia ostendet, si ex toto corde pacem habueritis inter vos.

CAPUT XIII.

TERTIA autem visione vidisti illam adolescentiorem, [10] honestam & hilarem, & serenum vultum ejus. Sicut enim, si alicui mœsto supervenerit nuntius bonus aliquis, statim oblitus est mœroris, nihilque aliud exspectat, nisi annuntiationem quam audivit; & confortatur de cetero, & renovatur spiritus ejus propter gaudium quod accepit: sic & vos renovationem accepistis spirituum vestrorum, videntes hæc bona. Et quia super subsellium [11] vidisti sedentem; fortis positio est: quoniam quatuor pedes habet subsellium, & fortiter stat. Nam & mundus per quatuor elementa C continetur. Qui ergo pœnitentiam egerint [12] integre, juniores erunt; & qui ex toto corde pœnitentiam egerint, erunt fundati. Habes [13] in pleno revelationem: nihil amplius postules de [14] revelandis. Si quid autem oportuerit, revelabitur tibi.

VISIO IV.


De tentatione & tribulatione hominibus superventura.

CAPUT I.

VISIONEM vidi, fratres, post dies viginti pristinæ visionis, figuram tribulationis superventuræ. D Proficiscebar [15] in illa via Campana: a via autem publica in villam sunt fere stadia decem. Raro autem iter fit per locum illum. Et solus ambulans rogabam Dominum, ut revelationes ejus quas mihi ostendit per sanctam Ecclesiam suam, confirmaret, & daret pœnitentiam omnibus servis suis qui scandalizati sunt; ut honorificetur nomen ejus magnum & honorificum, & quia me dignum existimavit ut ostenderet mihi mirabilia sua, [16] & eum honorificarem & gratias agerem. Tamquam vox mihi respondit: Ne dubites, Herma. Intra me ergo cœpi cogitare & dicere: Ego quid habeo dubitare, sic fundatus a Domino, & qui vidi E honorificas res? Progressus sum paullulum, fratres: & ecce video pulverem usque ad cælum. Cœpi dicere intra me: Numquid jumenta veniunt, & pulverem excitant? [17] Distabat autem a me tamquam stadium. Et ecce video magis magisque pulverem exsurgentem, adeo ut suspicarer esse [18] aliquid divinitus. Pusillum autem resplenduit sol: & ecce video [a] bestiam magnam veluti cœtum, & ex ore ejus locustæ igneæ procedebant. Erat autem statura bestiæ illius pedes fere centum: caput autem habebat tamquam [19] vas urnale. Cœpi flere & invocare Dominum, ut me liberaret ab illa. Deinde recordatus sum verbi quod audieram: Ne dubites, Herma. Indutus ergo, fratres, fidem Dei; & memoratus [20] quis docuit me magnalia; audenter in bestiam me tradidi. Sic autem veniebat bestia illa, ita ut posset in ictu civitatem delere. Veni prope illam; & tam grandis bestia extendit se in terram, & nihil nisi linguam proferebat, & in [21] totum non movit se, donec [22] pertransissem illam totam. Habebat autem be-

[a] Apoc. XI. & XII.

1 Lamb. *cognoscamus*.
2 Bodl. *de quibus*. Fellus: *requiris*.
3 Lamb. *expetunt*.
4 Ita editi. Fellus vero ex Mss. Angl. *acedias*.
5 Sic Mss. S. Vict. Carm. Bodl. & Lamb. Editi, *confusus*.
6 Lamb. *prioris*. Id. sub initium hujus Cap. *in priore*.
7 Lamb. *se ipsum*.
8 Lamb. *sumtus*. Editt. Paris. an. 1644. Cler. & Fabric. post *liberatus* omitt. *est*, quod exhibent Fell. & Russel.
9 Sic emendavit Fabricius ex Ms. S. Victor. Hanc tamen lectionem jam antea exhibuerat Fellus in sua edit. Oxon. Al. *audite revelationem*.
10 Bodl. *bonam*. Lamb. *in bonam & hilarem, & bene serenum*.
11 Sic leg. ex Mss. S. Germ. & Lamb. pro *vidistis*, quod habent editi. Addit Carm. *tamquam urnalem*. Vide mox infra *Vis.* IV. *cap.* I.
12 Lamb. deest *integre*. Et recte, ut videtur: nam paullo post, ad distinctionem: *ex toto corde*.
13 Ita Mss. Bodl. & Lamb. Ita & Fellus in sua edit. Oxon. Al. *Habes enim in pleno*.
14 Lamb. *revelatione*.
15 Bodl. & Lamb. heic omittunt *enim*, quod habent editi.
16 Fellus: *Et quum honorificarem & gratias agerem, tamquam* &c. quod magis placet.
17 Lamb. *Sic erat*.
18 Bodl. *hoc aliquid*.
19 Ms. Vict. deest *tamquam*. Lamb. *fumalem*.
20 Lamb. *quæ quis docuit*. — *Memoratus*, id est memor. Sic sup. *Vis.* III. *cap.* I.
21 Lamb. *in tantum*. Sic & Fellus.
22 Bodl. & Lamb. *transirem*.



ſtia illa ſuper caput colores quatuor: nigrum, deinde rubeum & ſanguinolentum, inde aureum, deinde album.

CAPUT II.

POSTQUAM autem pertranſivi illam, progreſſus ſum fere pedes triginta; & ecce [a] occurrit mihi [1] virgo quædam exornata tamquam de thalamo [2] prodiens, tota in albis, & calcea- B mentis albis circumdata, & uſque ad faciem mitram habens; pro tegumento autem habebat capillos nitidos. Cognovi ergo a priſtinis viſionibus, quoniam Eccleſia eſt; & hilarior factus ſum. Salutavit autem me, dicens: Ave tu, homo. Et [3] illam reſalutavi, dicens: Domina, ave. Reſpondens autem dixit mihi: Nihil tibi occurrit, homo? Dico ei: Domina, [4] occurrit mihi talis beſtia, quæ poſſit populum conſumere: ſed virtu- C te Dei & [5] ſingulari ejus miſericordia, evaſi illam. Bene effugiſti, inquit; quoniam ſolitudinem & [b] ſolicitudinem tuam ad Dominum projeciſti, & cor tuum aperuiſti ad eum, credens quod per nullum alium poteris ſalvus eſſe, niſi per magnum & honorificum nomen [6] ejus. Propter hoc miſit Dominus Angelum ſuum qui eſt ſuper beſtias, cui nomen eſt [7] Hegrin, & obturavit os ejus, ne te D dilaniaret. Magnam tribulationem effugiſti propter fidem tuam, & qui talem beſtiam non dubitaſti. Vade ergo, & enarra electis Dei magnalia ipſius. Et dices illis, quod beſtia [8] hæc figura eſt preſſuræ ſuperventuræ. Si ergo [9] præparaveritis vos, poteritis effugere illam; ſi cor veſtrum fuerit purum ac ſine macula, & reliquos dies [10] vitæ veſtræ ſervieritis Deo ſine querela. [c] Immittite ſolicitudines veſtras ſuper Dominum, & ipſe [11] E A diriget eas. Credite Deo, qui eſtis dubii; quoniam [12] omnia poteſt, & avertere iram ſuam a vobis, & mittere vobis [13] præſidia. Væ dubiis iis, qui audierint verba hæc, & contemſerint: melius [d] erat illis non naſci.

CAPUT III.

B INTERROGAVI eam de illis quatuor coloribus, quos habebat beſtia in capite. At illa reſpondit mihi, dicens: Iterum tu curioſus es, de rebus hujuſmodi [14] interrogans. Et dixi: Domina, demonſtra mihi quid ſint illa? Audi inquit: [15] Illud nigrum mundus eſt, in quo commoramini: igneum autem & ſanguinolentum; quoniam oportet ſæculum hoc per ſanguinem & ignem deperire: aurea autem pars, vos eſtis qui effugiſtis C ſæculum hoc. Sicut enim [e] per ignem aurum probatur, & utile fit: ſic & vos probamini, qui habitatis in illis. Qui igitur permanſerint, [16] & perſeveraverint, & probati fuerint ab eis, purgabuntur. Et ſicut aurum [17] emundatur, & remittit ſordem ſuam: ſic & vos abjicietis omnem triſtitiam & anguſtiam, & emundabimini [18] in ſtructuram turris. [19] Alba autem pars, ſuperventuri eſt ſæculi, in quo D habitabunt electi Dei: quoniam immaculati & puri erunt electi Dei in vitam æternam. Tu ergo ne deſinas [20] loqui hæc auribus ſanctorum. Habetis & figuram tribulationis ſuperventuræ magnæ. Nam [21] ſi vos volueritis, nihil erit. In [22] mente habete iſta, quæ præſcripta ſunt. Hæc quum dixiſſet, diſceſſit. Non vidi autem [23], quem in locum abierit. Strepitus autem factus eſt, & averſus ſum retrorſum, metuens; & putabam beſtiam E illam [24] advenire.

[a] Apoc. XXI. 2. [b] I. Pet. V. 7. [c] Pſal. LIV. 23. Matth. VI. 25. Luc. XII. 22. Philipp. IV. 6. [d] Matth. XXVI. 24. Marc. XIV. 21. [e] I. Pet. I. 7.

1 Hieronymus in *Oſee* VII. 9. *Hermæ videtur Eccleſia — adoleſcentula, & ſponſa crinibus adornata.*
2 Lamb. *progrediens.*
3 Lamb. *Et ego ſalutavi eam.* Fellus: *Et e. reſalutavi eam.*
4 Bodl. & Lamb. omitt. *occurrit mihi.*
5 Lamb. *nimia.* Sic & Fellus.
6 Deeſt *ejus* Ms. S. Vict.
7 Ms. Carm. *Egrin.* Cl. Nourryus in *Appar. ad Bibl. PP.* tom. I. col. 65. vexatum hunc locum reſtituendum putat ex Cod. Colb. qui ſic ſe habet: *Miſit Dominus Angelum ſuum ſuper beſtiam, cujus nomen eſt Hegrin.* Suſpicatus jam fuerat doctiſſimus Cotelerius, Hermam græce hoc fere modo ſcripſiſſe: Ἔπεμψε κύριος ἄγγελον αὐτοῦ, ὅς ἐστιν ἐπὶ θηρίων, οὗ ὄνομα, ἄγριον. Quam in ſententiam excitat illud *Pſal.* LXXIX. 14. Ἐλυμήνατο αὐτὴν σῦς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. *Devaſtavit eam aper de ſilva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Quod tamen Fello minus videtur admittendum. Huc autem reſpexiſſe Hieronymum lib. I. in *Habacuc* I. 14. nonnullis viſum, licet alii viri docti aliter ſenſerint.
8 Lamb. *talis hæc.*
9 Recitat hunc locum Clemens Alex. Στρωμ. lib. IV. cap. IX. pag. 596.
10 Sic Fellus. Al. *dies veſtros.* Felli nota minus recte redditur in poſterioribus editionibus.
11 Ita Ms. Lamb. Editi *dirigat.*
12 Bodl. & Lamb. *quoniam poteſt avertere.* Quam lectionem ſecutus eſt Fellus.
13 Al. *ſuffragia.*
14 Lamb. *interrogas?*
15 Lamb. *Ille niger — igneus — ſanguinolentus.*
16 Iſta, *& perſeveraverint*, omittunt editi, quæ Fellus reſtituit ex Bodl. & Lamb.
17 Ita Mss. S. Germ. Carm. & Lamb. Ita & Fellus. Hanc vero, non autem illam quam habent editi, *emendatur*, veram eſſe lectionem, id ſuadet quod mox addit: *ſic & vos — emundabimini.*
18 Lamb. *ſtructura.*
19 Ms. S. Vict. *Album autem.*
20 Bodl. & Lamb. *loquendo.*
21 Lamb. *etſi volueritis.*
22 Ms. Lamb. apud Clericum, *In mentem habete.* Editio tamen Oxon. ſic: *In mente habetote.*
23 Lamb. *quo loco abiit.*
24 Bodl. & Lamb. *venire.*

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

LIBER SECUNDUS,

QUI INSCRIBITUR,

MANDATA.

PROŒMIUM.

QUUM orassem domi, & [1] consedissem supra lectum, intravit vir quidam [2] reverenda facie, habitu pastorali, pallio albo amictus, peram in [3] humeris & virgam in manu gestans, & salutavit me. Et ego resalutavi eum. Protinusque consedit juxta me, & ait mihi: Missus sum ab eo venerabili Nuntio, ut habitem tecum reliquos dies vitæ tuæ. Et ego putabam, ipsum ad tentandum me venisse. Et dico ei: Tu enim quis es? Ego enim novi cui traditus sum. Ait mihi: Non cognoscis me? [4] Non, inquam. Ego, inquit, sum Pastor ille cui traditus es. Adhuc loquente eo, figura ejus mutata est. Quumque cognovissem, esse eum cui traditus fueram, confusus sum, [5] protinusque metus me subiit, & totus mœrore confectus sum, quia sic ei responderam [6] insipienter. Ait mihi: Noli confundi; sed A virtutem concipe animo in Mandatis meis, quæ daturus sum tibi. Missus sum enim, inquit, ut quæ vidisti superius, omnia tibi rursus ostendam; præcipue quæ ex eis utilia sunt vobis. Primum [7] omnium, Mandata mea & species Similitudinum scribe. Reliqua autem, sicut ostendero tibi, sic ea scribes. Ideo autem præcipio tibi, primum Mandata mea & Similitudines scribere, ut subinde legendo facilius ea custodire possis. Scripsi igitur Mandata & Similitudines, ita ut præcepit mihi. Quæ audita si custodieritis, atque in his ambulaveritis, B & exercueritis ea mente pura; recipietis a Domino [8] quæ pollicitus est vobis. Sin autem, iis auditis, non egeritis pœnitentiam, sed adhuc adjeceritis ad delicta vestra; a Domino adversa recipietis. Hæc omnia præcepit mihi scribere Pastor ille, Nuntius pœnitentiæ.

MANDATUM I.

De fide in unum Deum.

CAPUT UNICUM.

PRimum omnium, crede quod unus est Deus, qui omnia creavit & consummavit, & ex nihilo omnia fecit.

[9] Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεός, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα.

C [10] Ipse capax universorum, solus immensus est. Qui nec verbo definiri, nec mente concipi potest. Crede igitur in eum, & time eum, & timens habe abstinentiam. Hæc custodi, & abjice abs te omnem [11] concupiscentiam & nequitiam, & [12] indue virtutem justitiæ: & vives Deo, si custodieris mandatum hoc.

MANDATUM II.

De fugienda obtrectatione, & eleemosyna facienda in simplicitate.

CAPUT UNICUM.

DIxit mihi: Simplicitatem habe, & innocens esto; & eris sicut [14] infans qui nescit ma- D litiam, quæ [15] perdidit vitam hominum. Primum, de [16] nullo male loquaris, neque libenter audias male loquentem. Sin vero & tu audieris, particeps eris

[13] Ἁπλότητα ἔχε, καὶ ἄκακος γενοῦ, καὶ ἔσο ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα πονηρίαν, τὴν ἀπολοῦσαν τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Πρῶτον μὲν μηδενὸς καταλάλει, μηδὲ ἡδέως ἄκουε τοῦ καταλαλοῦντος· εἰ δὲ μὴ καὶ σὺ ἀκούων, ἔνοχος

1 Mss. Carm. & Lamb. *cum sedissem*. Notat hunc locum Tertullianus lib. *de Orat.* cap. XII.

2 Lamb. *dignitosam faciem — pallium album*.

3 Lamb. *humerum*.

4 Lamb. *Nequaquam*. Fellus: *Non, inquam. Ait: Ego* &c.

5 Bodl. *confusus sum protinus, metusque in me intravit*.

6 Bodl. & Lamb. *nequiter & insipienter*.

7 Lamb. *omnia Mandata*.

8 Bodl. & Lamb. *quæcumque*.

9 Græca ista desumta sunt ex S. Athanasii lib. *de Decret. Nic. Syn.* num. 4. tom. I. pag. 211. edit. BB. qui & illa exhibet lib. *de Incarn.* num. 3. tom. I. pag. 49. & in Epist. ad Episc. Africæ num. 5. tom. II. pag. 895. Eadem recitat Eusebius *Hist. Eccl.* lib. V. cap. VIII. demtis ultimis verbis, *καὶ ποιήσας*. Nonnulla his similia scripserat Hermas lib. I. Vis. I. cap. I. *Deus qui in cælis habitat, & condidit ex nihilo ea quæ sunt*. Hoc autem illustre Mandatum, præter Athanasium & Eusebium, celebrant vetustiores Patres, Irenæus lib. IV. cap. XX. num 2. Origenes tom. I. *Comment. in Joann.* I. 1. item *de Principiis* lib. I. cap. III. num. 3. & lib. II. cap. I. num. 5. Quibus adde Nicetam ad Nazianz. Orat. IV. Neque heic omitterem Philastrium, qui *Hæresi* CXXIII. hæc habet: *Quum anima facta sit a Domino, ex nihilo scilicet, ut scriptum est*: Qui fecit ex nihilo omnia, ut essent quæ non erant: *Anima itaque* &c. Id sane visum Fabricio, qui hunc Philastrii locum inter Veterum testimonia de Herma descripsit. At quominus Fabricio adhæream prohibet ipsemet Philastrius; qui eadem verba recitat *Haer.* LXXX. velut e Salomone desumta. Nimirum *Sap.* I. 14. ubi sic: *Ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα*: quo forte respexit noster Hermas.

10 Auctor *Doctrinæ ad Antiochum Ducem*, a Cl. Montfauc. editæ tom. III. Opp. S. Athanasii, plurima exhibet Græca Hermæ fragmenta, idemtidem infra notanda. Ad hunc itaque locum quod attinet sic ille pag. 252. num. 1. Εἷς Θεὸς *μόνος ὁ πάντα χωρῶν, μόνος δὲ ἀχώρητος ὤν*: *Unus Deus solus qui omnia continet, quum solus ipse contineri nequeat*. Paullo aliter auctor *Prædicationis Petri* apud Clementem Alex. Στρωμ. lib. VI. cap. V. pag. 759. Ἀχώρητος, *ὃς τὰ πάντα χωρεῖ*.

11 Ita Fellus ex Bodl. & Lamb. Editi *omnem nequitiam*.

12 Sic recte Lamb. & Vict. Sic quoque Fellus & Fabric. Al. *inde*.

13 Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 2. pag. 253.

14 Mss. Angl. *infantes qui nesciunt*; sicut & Græca.

15 Lamb. *perdit*.

16 Ista delibat & exaggerat Antiochus *homil.* XXIX. ut mox infra.

peccati male loquentis; & credens, tu quoque peccatum habebis, quia credidisti male loquenti de fratre tuo. Perniciosa est detractio; inconstans dæmonium est; numquam in pace consistit, sed semper in discordia manet.

ἔσῃ τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος. Πονηρὸν γὰρ πνεῦμά ἐστιν ἡ καταλαλιὰ, καὶ ἀκατάστατον δαιμόνιον, μηδέποτε εἰρηνεῦον, ἀλλὰ πάντοτε ἐν διχοστασίαις κατοικοῦν.

Hinc etiam ANTIOCHUS, *homilia* XXIX. *ista habet*.

Καλὸν οὖν ἐστιν, ἐπὶ μηδενὸς καταλαλεῖν, μηδὲ ἡδέως ἀκούειν καταλαλοῦντος. Εἰ δὲ μὴ, καὶ ὁ ἀκούων ἔνοχος ἔσται τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος, ἐὰν πιστεύσῃ τῇ καταλαλιᾷ. Ὁ γὰρ πιστεύσας, ἕξει μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Οὗτος οὖν ἔνοχός ἐστι τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος. Οὐ δεῖ γὰρ μετὰ ἀπόντος ἀδελφοῦ λέγειν τι, σκοπῷ τοῦ διαβάλλειν αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶν ἡ καταλαλιὰ, κἂν ἀληθῆ ᾖ τὰ λεγόμενα· ἀλλὰ μᾶλλον ἀποστρέφεσθαι τὸν καταλαλοῦντα. Ὢ πόσον πονηρά ἐστιν ἡ καταλαλιὰ, ἀκατάστατον δαιμόνιον, μηδέποτε εἰρηνεῦον, ἀλλὰ πάντοτε ἐν διχοστασίαις κατοικοῦν;

Bonum itaque est, de nullo male loqui, neque B *libenter audire male loquentem. Sin vero, & qui audierit, reus erit peccati hominis male loquentis, si crediderit oblocutioni. Qui enim credet, habebit adversus fratrem suum. Hic ergo reus est peccati hominis obloquentis. Neque enim oportet aliquid dicere contra fratrem absentem calumniandi intentione, quod est oblocutio, licet vera sint quæ* C *dicuntur; sed potius oblocutorem aversari. O quantum perniciosa est detractio, inconstans dæmonium, numquam in pace consistens, sed semper in discordia manens!*

[1] Contine te ab illa, Ἄπεχε οὖν ἀπ' αὐτῆς, καὶ εἰ-

A & semper pacem habe cum fratre tuo. Indue constantiam sanctam, in qua nulla sunt peccata, sed omnia læta sunt.

ρήνην ἕξεις μετὰ πάντων. Ἔνδυσαι δὲ τὴν ἁπλότητα, καὶ τὴν σεμνότητα, ἐν οἷς οὐδέν ἐστι πρόσκομμα πονηρὸν, ἀλλὰ πάντα ὁμαλὰ καὶ ἱλαρά.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

Et benefac [2] de laboribus tuis. Omnibus inopibus da simpliciter, nihil dubitans, cui des. Sed omnibus da: omnibus enim Deus dari vult de suis bonis. Qui ergo accipiunt, reddent rationem Deo, quare acceperunt, & ad quid. Qui autem accipiunt ficta necessitate, reddent rationem; qui autem dat, innocens erit. Sicut enim accepit a Domino, ministerium consummavit, nihil dubitando cui [3] daret, & cui non daret; & fecit hoc ministerium simpliciter & gloriose ad Deum. Custodi ergo Mandatum hoc, sicut tibi locutus sum; ut pœnitentia tua simplex inveniatur, & possit domui tuæ bene fieri: & cor mundum habe.

ANTIOCHUS, *homilia* XCVIII.

Καλὸν οὖν ἐστιν, ἐκ τῶν ἰδίων κόπων, ὧν ὁ Θεὸς ἐπιχορηγεῖ, πᾶσιν ὑστερουμένοις παρέχειν ἁπλῶς, μηδὲν διστάζοντα, τίνι δῷς, τίνι μὴ δῷς. Πᾶσι γὰρ ὁ Θεὸς δίδοσθαι θέλει ἐκ τῶν ἰδίων δωρημάτων, καὶ μὴ διακρίνειν, τίνι δῷ, ἢ τίνι μὴ δῷ. Ἡ γὰρ διακονία αὕτη ἁπλῶς τελεσθεῖσα, ἔνδοξος ὑπάρχει παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ οὕτως ἁπλῶς διακονῶν, τῷ Θεῷ ζήσεται.

Bonum igitur est, de propriis laboribus quæ suppeditavit Deus, omnibus inopibus dare simpliciter; nihil dubitando, cui des, cui non des. Omnibus enim Deus dari vult de suis donis; non autem quemquam dubitare, cui det, vel cui non det. Hoc quippe ministerium simpliciter factum, gloriosum est apud Deum: & qui ita simpliciter ministrat, vivet Deo.

MANDATUM III.

De fugiendo mendacio, & Hermæ pœnitentia ob simulationem.

CAPUT UNICUM.

ITerum mihi dixit: Veritatem dilige, & omnis sermo [5] verus ex ore tuo procedat; ut spiritus quem Dominus constituit in carne tua, verax inveniatur apud cunctos homines; & Dominus magnificetur, qui dedit spiritum [6] in te: quia Deus verax est in omni verbo; & non est mendacium in ipso.

[4] Ἀλήθειαν ἀγάπα, καὶ πᾶσα ἀλήθεια ἐκ τοῦ στόματός σου ἐκπορευέσθω, ἵνα τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ κατοικῇ σοι. — οἱ γὰρ ψευδόμενοι ἀθετοῦσι τὸν Θεόν. — ἔλαβον γὰρ πνεῦμα ἀληθείας, καὶ ἐγένοντο οἰκητήρια τοῦ ἀληθινοῦ πνεύματος.

Qui ergo mentiuntur, abnegant Dominum, non E reddentes [7] Deo depositum quod acceperunt. Acceperunt enim spiritum sine mendacio. Hunc si mendacem reddunt, coinquinant mandatum Domini, & fraudatores fiunt.


D ANTIOCHUS, *homilia* LXVI.

Χρὴ οὖν πᾶσαν ἀλήθειαν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορεύεσθαι, ἵνα τὸ πνεῦμα, ὃ ὁ Θεὸς κατῴκησεν ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ, ἀληθὲς εὑρεθῇ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ οὕτως δοξασθῇ ὁ Κύριος, ὁ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ κατοικῶν· ὅτι ὁ Κύριος ἀληθινὸς ἐν παντὶ ῥήματι, καὶ οὐδὲν παρ' αὐτῷ ψεῦδος. Οἱ οὖν ψευδόμενοι ἀθετοῦσι τὸν Κύριον, καὶ γίνονται ἀποστερηταὶ τοῦ Κυρίου, μὴ ἀποδιδόντες αὐτῷ τὴν παραθήκην ἣν ἔλαβον. Ἔλαβον γὰρ πνεῦμα ἄψευστον· τοῦτο ἐὰν ψευδὲς

Oportet ergo, ut omnis veritas ex ore hominis procedat; ut spiritus quem Deus constituit in carne hac, verax inveniatur apud cunctos homines; & sic Dominus magnificetur, qui in homine habitat: quia Dominus verax est in omni verbo, & non est mendacium in ipso. Qui ergo mentiuntur, abnegant Dominum, & fiunt fraudatores Domini, non reddentes ei depositum quod acceperunt. Acceperunt enim spiritum sine mendacio: hunc si mendacem reddunt, co-

1 Mss. Angl. *Abstine te ab illo* (dæmonio.) Græca *Doctr. ad Antioch.* sic: *Abstine te* [illegible] *ab eo, & pacem habebis cum* [illegible] [illegible] *item & honestatem, in quibus* [illegible] *, sed omnia plana & jucunda.*
2 Bodl. [illegible]. Hæc item Antiochus *homil.* XCVIII.
3 Lamb. *cui dare, cui non dare.*
4 *Doctr. ad Antioch.* num. 3. ex hoc Hermæ mandato, sed hinc inde petita.
5 Bodl. & Lamb. *verax*. Hæc laudat Antiochus *homil.* LXVI.
6 Lamb. *spiritum vitæ*.
7 Vide infra *Lib.* III. Simil. IX. cap. XXXII.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 70.



ἀποδώσουσιν, ἐμίαναν τὴν τοῦ Θεοῦ παρακαταθήκην, καὶ ἐγένοντο ἀποστερηταί.

inquinant mandatum seu depositum Dei, & fraudatores fiunt.

His [1] auditis, ego vehementer flevi. Qui quum flentem me videret, dixit mihi: Quid ploras? Et dixi: Quoniam, Domine, nescio an possim salvus esse. Quare, inquit? Et dixi: Quia numquam, Domine, verum locutus sum verbum in vita mea, sed semper [2] in simulatione vixi, & mendacium pro veritate [3] affirmavi omnibus; & non mihi quisquam contradixit, sed fides habita est verbo meo. Quo modo ergo potero vivere, quum sic egerim? Et dixit mihi: Tu quidem bene & vere sentis. Oportebat enim te, A sicut Dei servum, in veritate ambulare, & malam conscientiam cum spiritu veritatis non conjungere, nec [a] tristitiam Spiritui Dei sancto & vero facere. Et dixi illi: Numquam, Domine, hæc verba tam diligenter audivi. Et dixit mihi: Nunc audis. [4] Cura deinceps, ut & illa quæ prius locutus es falsa pro negotiis tuis, his verbis & illa fidem [5] recipiant. Possunt enim & illa fidem recipere, si vera locutus fueris deinceps: & si veritatem servaveris, poteris vitam consequi. Et quicumque audierit hoc Mandatum, & fecerit, & recesserit a mendacio; vivet Deo.

Ἐὰν ἐν τὴν ἀλήθειαν φυλάξῃς, δυνήσῃ σεαυτῷ ζωὴν περιποιήσασθαι.

B

MANDATUM IV.

De dimittenda adultera.

CAPUT I.

Mando, ait, tibi: ut castitatem custodias, & non ascendat tibi cogitatio cordis de alieno matrimonio, aut de fornicatione: [7] hæc enim parit peccatum magnum. Tu autem semper memor esto Domini, omnibus horis; & numquam peccabis. Si enim hæc cogitatio in cor tuum ascenderit tam mala, magnum peccatum facis: & qui hæc faciunt, viam mortis sequuntur. Vide ergo tu: abstine te ab hac cogitatione. Ubi enim castitas manet in corde hominis justi, [8] numquam ibi ascendere debet cogitatio mala. Et dixi illi: Domine, permitte [9] me pauca verba tecum loqui. Dic, inquit. Et dixi illi: Domine, si quis habuerit uxorem fidelem in Domino, & hanc invenerit in adulterio, numquid peccat vir, si convivat cum illa? Et dixit mihi: Quamdiu nescit peccatum ejus, sine crimine est vir vivens cum illa. Si autem scierit vir [10] uxorem suam deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, & permanet in fornicatione sua, & convivit cum illa vir; reus erit peccati ejus, & particeps mœchationis ejus. Et dixi illi: Quid ergo, si permanserit in vitio suo mulier? Et dixit: Dimittat illam vir; & vir [11] per se maneat. Quod [b] si dimiserit mulierem suam & aliam duxerit, & ipse mœchatur. Et dixi illi: Quid si mulier dimissa pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum suum reverti; nonne recipietur a viro suo? Et dixit mihi: Immo, si non receperit eam vir suus, peccat, & magnum peccatum sibi admittit: sed debet recipere peccatricem quæ pœnitentiam egit; sed non sæpe. Servis enim Dei pœnitentia una est. Propter pœnitentiam ergo non debet, dimissa conjuge sua, vir aliam ducere. Hic actus similis est, & in viro, & in muliere. Non solum mœchatio est [12] illis, qui carnem suam coinquinant; sed & is qui simulacrum facit, mœchatur. Quod si in his C factis perseverat, & pœnitentiam non agit; recede ab illa, & noli convivere cum illa: alioquin & tu particeps eris peccati ejus. Propter hoc præceptum est vobis, [13] ut cœlibes maneatis, tum vir, tum mulier: potest enim in hujusmodi pœnitentia esse. Sed & ego non do occasionem, ut hæc ita agantur; sed ne amplius, qui peccaverit, peccet. De prioribus autem peccatis ejus, Deus qui potestatem habet [14] sanitatem dandi, dabit remedium; quia ipse est qui habet potestatem omnium.

[6] Φύλαττε τὴν ἁγνείαν, καὶ μὴ ἀναμενέτω ἐπὶ τὴν καρδίαν σου περὶ γυναικὸς ἀλλοτρίας, ἢ περὶ πορνείας τινὸς, ἢ περὶ τοιούτων ὀνομάτων· τοῦτο γὰρ ποιῶν ἁμαρτίαν μεγάλην ἐργάζῃ —— Βλέπε οὖν· ἀπέχου ἀπὸ τῆς ἐνθυμήσεως ταύτης.

CAPUT II.

D Iterum interrogavi, & dixi: Quoniam Dominus existimavit me dignum esse, ut mecum habites semper; pauca verba mihi edissere, quia non intelligo quidquam, & cor meum [15] obturatum est a pristina conversatione [16]; & sensum mihi aperi, quia vehementer [17] obtusus sum, & [18] in totum nihil intelligo. Et respondens dixit mihi: Ego præpositus sum pœnitentiæ, & omnibus pœnitentiam agentibus sensum do. An non tibi videtur, pœnitentiam agere, [19] magnam sapientiam esse; quoniam qui pœnitentiam agit, sensum magnum adipiscitur? Sentit enim se peccasse, & fecisse nequiter [20] in conspectu Domini; E & recordatur intellectu quod deliquit; & pœnitentiam agit, & [21] amplius non operatur nequiter; sed operatur bene, & humiliat animam suam & torquet eam, quia peccavit. Vides ergo, quod pœnitentia sensus est magnus. Et dixi illi: Propter hoc, Domine, diligenter inquiro omnia, quo-

a Ephes. IV. 30. *b* Matth. V. 32. XIX. 9. Marc. X. 11. 1. Cor. VII. 11.

1 Bodl. *Ergo auditis, vehementer.*
2 Lamb. *cum.*
3 Lamb. *firmavi.*
4 Lamb. *Custodi amodo.* Sic & mox, *amodo* pro *deinceps.*
5 Bodl. & Lamb. *percipiant*: & mox, *percipere.*
6 *Doctr. ad Antioch.* num. 4. Φύλασσε —— ἀναμενέτω. Sic legit Cl. Montfauconus, vertitque: *maneat.* Al. ἀναβαινέτω: ut Græca versioni antiquæ cohæreant.
7 Lamb. *quia hoc facit.*
8 Lamb. *non*, pro *numquam.*
9 Lamb. *mihi pauca verba dicere tibi.*
10 Bodl. *mulierem.*
11 Ms. S. Vict. *super se.* Vide mox infra.
12 Bodl. *illi —— coinquinat.*
13 Mss. Vict. Carm. & Lamb. *super vos manere, sive viro sive mulieri.*
14 Lamb. *sanandi, dabit.*
15 Lamb. *obduratum.*
16 Lamb. add. *mea.*
17 Bodl. *stultus.*
18 Carm. *intonitus.*
19 Lamb. *sapientia magna.* Recitat hunc locum Clemens Alex. Στρωμ. lib. II. cap. XII. pag. 458. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τὴν μετάνοιαν σύνεσιν εἶναί φησι μεγάλην.
20 Bodl. *ante conspectum.*
21 Lamb. add. *jam.*

niam peccator sum; ut sciam [1] quæ operer, & vivam; quia multa sunt peccata mea. Et dixit mihi: Vives, si hæc Mandata mea custodieris: & quicumque audierit & fecerit Mandata hæc, vivet Deo.

CAPUT III.

ET dixi illi: Etiam nunc, Domine, audivi a quibusdam doctoribus, quod alia pœnitentia non est, nisi illa, quum in aquam descendimus & [2] accipimus remissionem peccatorum nostrorum; ulterius non peccare, sed in castitate permanere. Et ait mihi: Recte audisti. Nunc B autem, quia diligenter omnia [3] quæris, & hoc tibi demonstro; non dans occasionem illis qui credituri sunt, aut qui [4] crediderunt Domino. Qui enim jam crediderunt aut qui credituri sunt, [5] pœnitentiam peccatorum non habent, sed remissionem. [6] Illis enim qui vocati sunt ante hos dies, posuit Dominus pœnitentiam: quoniam cogitationes omnium præcordiorum novit Deus, & scit infirmitatem hominum, & multiplicem nequitiam Diaboli, qua [7] molitur aliquid sinistri servis Dei, & maligne insidiatur illis. Misericors ergo Dominus misertus est [8] figmenti sui, & posuit pœnitentiam istam, & potestatem pœnitentiæ C hujus mihi dedit. Et ideo dico tibi, quod post vocationem illam magnam & sanctam, si quis tentatus fuerit a Diabolo, & peccaverit, unam pœnitentiam habet. Si autem subinde peccet, & pœnitentiam agat, non proderit homini talia agenti; difficile enim vivet Deo. Et ego dixi: Domine, revixi, ubi tam diligenter audivi hæc Mandata. Scio enim, [9] si postea nihil adjecero peccatis meis, salvus ero. Et dixit: Salvus eris, inquam; & omnes quicumque fecerint hæc Mandata, salvi erunt.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

CAPUT IV.

ET iterum dixi illi: Domine, quoniam patienter me audis, etiam hoc mihi demonstra. Dic, inquit. Et dixi: Si [10] vir vel mulier alicujus decesserit, & nupserit aliquis illorum; numquid peccat? Qui nubit, non peccat, inquit: sed si per se manserit, magnum sibi [11] conquirit honorem apud Dominum. Serva ergo castitatem & pudicitiam; & vives Deo. Hæc quæ tecum loquor & mando tibi, custodi deinceps, ex quo [12] tibi traditus sum, & in domo tua habito; & prioribus peccatis tuis erit remissio, si hæc Mandata mea custodieris. Sed & omnibus erit remissio, qui [13] Mandata mea custodierint.

MANDATUM V.

De tristitia cordis, & patientia.

CAPUT I.

[14] ÆQuanimis, inquit, esto, & patiens; & omnium operum nequissimorum dominaberis, & operaberis omnem justitiam. Quod si patiens fueris, Spiritus sanctus qui habitat in te, mundus erit, & non obscurabitur ab aliquo nequissimo spiritu; sed gaudens [15] dilatabitur & epulabitur [16] in vase in quo inhabitat, & apparebit Domino hilaris in pace magna. Quod si iracundia aliqua supervenerit, continuo Spiritus sanctus qui in te est, angustiabitur, & quæret discedere. Suffocatur enim a [17] spiritu nequissimo, & non habet locum apparendi [18], sicut vult: tribulatur enim ab iracundia. Utrique ergo Spiritus quum pariter inhabitant, perniciosum est homini. Si quis enim assumat absinthii pusillum, & mittat D in amphoram mellis, nonne totum mel exterminabitur? & tantum mellis a modico absinthio disperit, & perdit dulcedinem [19] mellis; & jam non habet gratiam apud dominum suum, quoniam totum [20] mel amarum factum est & usum perdidit. Sed si in mel non mittatur absinthium; dulce E erit, & in [21] usu domino suo. Vide enim, quam sit [22] æquanimitas dulcior melle; & utilis erit Domino qui in ipsa commo-

Φύλασσε τὴν ἄνεσιν, καὶ μακροθυμίαν, καὶ γίνου συνετὸς, καὶ πάντων τῶν πονηρῶν ἔργων κατακυριεύσεις, καὶ ἐργάσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην. Ἐὰν γὰρ μακρόθυμος ἔσῃ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατοικοῦν ἐν σοὶ καθαρὸν ἔσται, μὴ σκοτιζόμενον ὑπὸ πονηροῦ πνεύματος, μὴ * μιούμενον ὑπὸ τῆς ὀξυχολίας. ἐν γὰρ τῇ μακροθυμίᾳ ὁ Κύριος κατοικεῖ, ἐν δὲ τῇ ὀξυχολίᾳ ὁ διάβολος.

Ἀμφότερα οὖν τὰ πνεύματα ἀσύμφορόν ἐστιν ἐν ταὐτῷ κατοικεῖν. Ἐὰν γὰρ λαβὼν ἀψινθίου μικρὸν, εἰς κεράμιον μέλιτος ἐπιχέῃς, οὐχὶ ὅλον τὸ μέλι ἀφανίζεται; καὶ τοσοῦτον μέλι ὑπὸ τοῦ ἐλαχίστου ἀψινθίου ἀπόλλυται;

Ἐὰν δὲ εἰς τὸ μέλι οὐ βληθῇ τὸ ἀψίνθιον, γλυκὺ εὑρίσκεται τὸ μέλι, καὶ εὔχρηστον πάντως γίνεται τῷ δεσπότῃ. Βλέπε οὖν, ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐσ-

1 Lamb. *quibus operer ut vivam*. Habent quoque *ut vivam* Mss. S. Germ. & Carm.
2 Lamb. add. *jam*.
3 Lamb. *inquiris*.
4 Lamb. add. *modo*.
5 Clemens Alex. l. c. Ἄφεσις τοίνυν ἁμαρτιῶν, μετανοίας διαφέρει· ἄμφω δὲ δείκνυσι τὸ ἐφ' ἡμῖν.
6 Bodl. *Talibus*. Huc respicit Tertull. lib. *de Pudicitia* cap. x.
7 Lamb. & Bodl. *facit*. Sic Fellus. At apud Clericum, ita Lamb. *qua molitur aliquid maligni*.
8 Lamb. & Bodl. *figmento suo*.
9 Carm. *si fecero* [illegible]. Mox Fellus omitt. *inquam*.
10 Bodl. [illegible] *vir decesserit alicui*.
11 Bodl. [illegible]. Lamb. *facit*.
12 Lamb. [illegible] *cui*, *&c*.
13 Lamb. add. [illegible]. Sic & Fellus.
14 Lamb. *Animæquus*. Græca desumta ex *Doctr. ad Antiochum*. 5. Ubi vero ex edit. Montfauc. occurrit * μιούμενον, forte leg. [illegible] vel μιαινόμενον. Paullo post sane: ἡ δὲ ὀξυχολία — μιαίνει. Sic & Antiochus, qui paucis exceptis hæc eadem exhibet *homil.* cx. habet μιαίνεται.
15 Al. *lætitia exsultabit*. Bodl. pro *dilatabitur* habet *spatiosa habitat*. Lamb. *spatiose habet*.
16 Lamb. *cum vase*, *cum quo habitat*. Exhibet quoque *cum vase* Ms. Carm. & Antiochus mox infra.
17 Sic Mss. Carm. & Lamb. Sic & Felli edit. Al. *aspectu*.
18 Fellus add. *Domino*.
19 Ms. Carm. *mel*, *& non*.
20 Deest *mel* Mss. Carm. & Lamb. Mox Fellus: *usum suum*.
21 Lamb. *usum*.
22 Bodl. & Lamb. *animæquitas*, ut & infra. Vict. *animæquitas dulcissima est plus quam mel*. Quæ sane lectio Græco pressius inhæret. Hunc autem locum describit & illustrat Clemens Alex. suppresso Hermæ nomine, in *Eclog. ex Script. Prophet.* cap. xiv. pag. [illegible] ubi [illegible] Ἡ μακροθυμία γλυκυτέρα [illegible] [illegible]. Idque me detexisse profiteor, præeunte Cl. Fabricio *Bibl. Gr. vol.* v. *pag.* 108.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

ratur: nam iracundia inutilis est. Si ergo mixta fuerit iracundia æquanimitati, contribulatur [1] animus, & non est utilis Deo oratio illius.

τὶν ὑπὲρ τὸ μέλι, καὶ ἄχρηστός ἐστι τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐν αὐτῇ κατοικεῖ· ἡ δὲ ὀξυχολία τὴν μακροθυμίαν μιαίνει.

ANTIOCHUS, *homilia* CX.

Ἐὰν γάρ τις μακρόθυμος γένηται, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατοικεῖ ἐν αὐτῷ καθαρὸν, μὴ ἐπισκοτούμενον ὑπὸ ἑτέρου πονηροῦ πνεύματος· ἀλλ᾽ ἐν εὐρυχώρῳ κατοικοῦν εὐφραίνεται μετὰ τοῦ σκεύους οὗ κατοικεῖ, καὶ λειτουργεῖ τῷ Κυρίῳ ἐν ἱλαρότητι πολλῇ. Ἐὰν δέ τις ὀξυχολία ἐπέλθῃ, εὐθέως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον στενοχωρεῖται, μὴ ἔχον τόπον καθαρὸν, καὶ ζητεῖ ἀποστῆναι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τόπον λειτουργῆσαι τῷ Κυρίῳ καθὼς βούλεται. Ἐν γὰρ τῇ μακροθυμίᾳ, ὁ Κύριος κατοικεῖ· ἐν δὲ τῇ ὀξυχολίᾳ, ὁ διάβολος. Ἀμφότερα οὖν τὰ πνεύματα ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατοικοῦντα, ἀσύμφορόν ἐστι καὶ πονηρὸν τῷ ἀνθρώπῳ, οὗ κατοικοῦσιν ἀμφότερα. Ἐὰν γὰρ λαβὼν ἀψίνθιον μικρὸν εἰς κεράμιον μέλιτος ἐπιχέῃς, οὐχὶ ὅλον τὸ μέλι ἀφανίζεται; καὶ τοσοῦτον μέλι ὑπὸ ἐλαχίστου ἀψινθίου ἀπόλλυται; ἀπόλλυσι γὰρ τὴν γλυκύτητα, καὶ πικρὸν γίνεται· καὶ οὐκ ἔχει χάριν παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, ὅτι ἐπικράνθη. Βλέπεις, ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι, καὶ [2] εὐχάριστος τῷ Κυρίῳ· ἡ δὲ ὀξυχολία, καὶ πικρὰ καὶ ἄχρηστός ἐστιν. Ἐὰν οὖν μιγῇ ἡ ὀξυχολία καὶ ἡ μακροθυμία, μιαίνεται ἡ μακροθυμία, καὶ οὐκ ἔστιν εὔχρηστος τῷ Θεῷ ἡ ἔντευξις αὐτῆς.

Quod si quis patiens fuerit, Spiritus sanctus in eo habitat mundus, & non obscuratur ab alio nequam spiritu: sed in lato loco habitans, lætatur cum vase in quo inhabitat, & apparet [seu ministrat] Domino in hilaritate magna. Quod si iracundia aliqua supervenerit; continuo Spiritus sanctus angustatur, non habens locum mundum; & quærit discedere, quia non habet locum apparendi [ac serviendi] Domino, sicut vult. Deus enim in patientia habitat; in iracundia vero, diabolus. Utrique ergo Spiritus quum pariter inhabitant, perniciosum est ac malum homini, in quo ambo habitant. Si enim assumas absinthii pusillum, & mittas in amphoram mellis; nonne totum mel exterminabitur? & tantum mellis a modico absinthio disperit? Perdit enim dulcedinem, & amarum fit; & non habet gratiam apud dominum suum, quoniam amarum factum est. Vide, quod æquanimitas dulcior sit melle, & utilis Domino: at iracundia, & amara & inutilis est. Si ergo mista fuerit iracundia æquanimitati, polluitur æquanimitas, & non est utilis Deo oratio illius.

Et dixi illi: [3] Vellem scire, Domine, nequitiam iracundiæ, ut custodiam me ab illa. [4] Et dixit mihi: Scies; & si non custodieris te ab illa, perdes spem tuam cum tota domo tua. Sed recede ab illa. Ego enim tecum sum Nuntius æquitatis: & omnes qui ab ea recedunt; quicumque pœnitentiam egerint ex totis præcordiis suis, [5] vivent Deo; sed & cum illis ero, & conservabo omnes: Justificati enim sunt omnes [6] qui pœnitentiam egerint, a sanctissimo Nuntio.

CAPUT II.

Audi nunc, inquit, nequitiam iracundiæ, quam [8] prava quamque noxia est, & quo pacto servos Dei evertit. Qui enim pleni sunt [9] fide, non potest [10] nocere illis, quoniam virtus Dei est cum illis: evertit enim dubios & vacuos. Quoties autem viderit tales homines, injicit se in corda [11] eorum: & de nihilo aut vir aut mulier amaritudinem percipit, propter res quæ sunt in usu, aut pro convictu, aut pro aliquo [12] verbo, si quod forte incidit, supervacuo; aut pro amico aliquo, aut debito, aut pro his similibus rebus supervacuis. Hæc enim stulta sunt & supervacua, & vana servis Dei. Æquanimitas autem valida est & fortis, & habet virtutem magnam, & [13] sedet in amplitudine magna: hilaris, in pace gaudens, & honorificans Dominum in omni tempore mansuete. Hæc enim æquanimitas habitat cum bene fidentibus. Nam [14] iracundia stulta est, & levis, & fatua. De stultitia vero nascitur amaritudo, & ex amaritudine iracundia, ex iracundia vero furor. Hic ex tot malis creatus [16] furor, operatur peccatum magnum & insanabile. Quum enim hæc omnia in uno vase sunt, ubi & Spiritus sanctus moratur, non capit [17] hæc vas, sed supereffluit: quoniam tener Spiritus non potest

[7] Ἄκουε δὲ καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς ὀξυχολίας, πῶς πονηρά ἐστιν, καὶ πλανᾷ τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, καὶ καταστρέφει τῇ ἑαυτῆς ἐνεργείᾳ. οὐκ ἀποπλανᾷ δὲ τοὺς ὄντας πλήρεις ἐν τῇ πίστει, οὐδὲ ἐνεργῆσαι δύναται εἰς αὐτοὺς, ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Κυρίου μετ᾽ αὐτῶν ἐστιν· ἀλλὰ ἀποπλανᾷ τοὺς διψύχους. Ὅταν γὰρ ἴδῃ τοὺς τοιαύτους ἀνθρώπους εὐσταθοῦντας, παρεμβάλλει ἑαυτὴν εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ οὕτως πικραίνεται ἄνθρωπος ἕνεκεν βιωτικῶν πραγμάτων, ἢ φίλου τινὸς, ἢ περὶ δόσεως καὶ λήψεως, ἢ περὶ τοιούτων μιαρῶν πραγμάτων. Ταῦτα πάντα μωρά ἐστιν καὶ κενὰ, καὶ ἀσύμφορα τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. ἡ δὲ μακροθυμία μεγάλη ἐστὶ καὶ ὀχυρὰ, ἔχουσα τὴν δύναμιν ἰσχυρὰν καὶ καθημένην ἐν πλατυσμῷ μεγάλῳ· ἱλαρὰ, ἀγαλλιωμένη, καὶ ἀμέριμνος οὖσα δοξάζει τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, μηδὲν ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ πικρὸν, παραμένουσα διὰ παντὸς [ἐν] πραότητι καὶ ἡσυχίᾳ. Αὕτη οὖν ἡ μακροθυμία κατοικεῖ μετὰ τῶν πίστιν ἐχόντων ὁλόκληρον. ἡ δὲ ὀξυχολία πρῶτον μὲν μωρία ἐστὶν καὶ ἐλαφρία φρενῶν. εἶτα ἐκ τῆς ἀφροσύνης γίνεται πικρία, [15] [ἐκ δὲ τῆς πικρίας] θυμὸς, ἐκ δὲ τοῦ θυμοῦ ὀργὴ, ἐκ δὲ τῆς ὀργῆς μῆνις. εἶτα ἡ μῆνις ἐκ τοσούτων κακῶν συνισταμένη, γίνεται ἁμαρτία μεγάλη καὶ ἀνίατος. Ὅταν γὰρ πάντα τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα ἐν ἑνὶ ἀγγείῳ κατοικεῖ, ὅπου καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ χωρεῖ ἐκεῖνο τὸ ἄγγος, ἀλλ᾽ ὑπερπλεο-

1 Lamb. *anima*.
2 Forte leg. εὔχρηστος. Sic enim auctor *Doctr. ad Antioch.* Quin & ipsemet Antiochus mox habet εὔχρηστος & ἄχρηστος.
3 Lamb. *Volebam*.
4 Lamb. omitt. *Et dixit mihi*, sicut & mox, *tota*.
5 Mss. Angl. desunt, *vivent Deo*.
6 Fellus: *omnes ex salutifero nuntio, q. p. e.*
7 Græca ista ex *Doctr. ad Antioch.* num. 5. pag. 253. & seq.
8 Bodl. *pessima* Lamb. *pessima est*, & *quomodo*.
9 Sic Fellus ex Mss. Angl. Editi, *in fide*. Vide Græca.
10 Lamb. *facere*. Propius ad Græcum ἐνεργῆσαι. Fell. *aliquid n.*
11 Bodl. & Lamb. *hominum*. Gr. ἀνθρώπου.
12 Lamb. omitt. *verbo*.
13 Vetus Interpres legit καθημένη. Forte rectius quam καθημένην, quod exhibet exemplar *Doctr. ad Antioch.*
14 Hinc Antiochus *homil.* cx. ut infra.
15 Cl. Montfauconus hæc, ἐκ δὲ τῆς πικρίας, quæ deerant in suo Codice, supplevit ex Antiochi *homil.* cx.
16 Bodl. *creatus, facit peccatum*.
17 Sic Fellus. Al. *hos* Ms. Carm. *hoc*. Ita & Lamb. ab alia manu.

cum malo spiritu immorari, recedit, & habitat cum mansueto. Deinde quum recesserit ab homine in quo habitabat, fit homo vacuus a Spiritu sancto; & postea repletur spiritibus malignis, & obcæcatur a cogitatione [1] mala. Sic omnibus iracundis contingit. Recede ergo tu ab iracundia, & indue [2] animæquitatem, & resiste iracundiæ: & invenieris cum pudicitia & castitate a Deo. Vide ergo ne forte negligas hoc Mandatum: si enim huic Mandato [3] obedientiam præstiteris; cetera Mandata mea quæ tibi mandaturus sum, poteris servare. Confirma ergo nunc te in Mandatis istis, ut vivas Deo: & quicumque servaverint hæc Mandata, vivent Deo.

νάζει τὸ τρυφερὸν πνεῦμα, μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ πονηροῦ πνεύματος, καὶ σκληρότητος κατοικεῖν. ὑποχωρεῖ οὖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου τούτου, καὶ ζητεῖ κατοικεῖν μετὰ πραότητος καὶ ἡσυχίας. Εἶτα ὅταν ἀποστῇ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου οὗ κατοικεῖ, γίνεται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος κενὸς ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ λοιπὸν πεπληρωμένος τῶν πνευμάτων τῶν πονηρῶν —— καὶ ὅλος ἀποτυφλοῦται ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς ἀγαθῆς. B οὕτως οὖν συμβαίνει πᾶσι τοῖς ὀξυχόλοις. Ἀπέχου οὖν ἀπὸ τῆς ὀξυχολίας τοῦ πονηροῦ δαίμονος. ἔνδυσαι δὲ τὴν μακροθυμίαν, καὶ ἀντίστηθι τῇ ὀξυχολίᾳ, καὶ ἔσῃ ἐπαινούμενος μετὰ σεμνότητος τοῖς ἠγαπημένοις ὑπὸ Κυρίου. Βλέπε οὖν μὴ παραλογήσῃ τὴν ἐντολὴν ταύτην. ἐὰν γὰρ ταύτην φυλάξῃς, δυνήσῃ καὶ τὰς λοιπὰς τηρῆσαι. ἴσχυε οὖν ἐν αὐταῖς καὶ ἐνδυναμοῦ, C καὶ νικήσεις, καὶ ζήσεις.

ANTIOCHUS, *homilia* CX.

Ἡ γὰρ ὀξυχολία, πονηρὰ οὖσα, καταστρέφει τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ τῇ ἑαυτῆς ἐνεργείᾳ. Ὅταν γὰρ ἴδῃ τοὺς A ἀνθρώπους [4] ἀστατοῦντας, παρεμβάλλει ἑαυτὴν εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐκ τοῦ μηδενὸς πικραίνεται, ἕνεκεν βιωτικῶν πραγμάτων, ἢ περὶ ἐδεσμάτων, ἢ ὅτι μικρολογία τις ἐνέπεσεν ματαία, ἢ περὶ δόσεως. Ταῦτα γὰρ πάντα μωρά ἐστι, καὶ κενὰ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ μακροθυμία μεγάλη ἐστὶν καὶ ἰσχυρὰ, ἔχουσα δύναμιν στιβαρὰν, καὶ εὐθύνει, καὶ ἀγαλλιωμένη B ἀμέριμνος οὖσα δοξάζει τὸν Κύριον, μηδὲν ἐν αὐτῇ ἔχουσα πικρὸν, διότι πραΰς ἐστι καὶ ἡσύχιος. Αὕτη οὖν ἡ μακροθυμία κατοικεῖ μετὰ τῶν τὴν πίστιν ἐχόντων ὁλόκληρον. Ἡ δὲ ὀξυχολία ἄφρων ἐστίν· εἶτα, ἐκ τῆς ἀφροσύνης γίνεται πικρία, ἐκ δὲ τῆς πικρίας θυμὸς, ἐκ δὲ τῆς ὀργῆς μῆνις. Τὸ οὖν ἅγιον πνεῦμα, ὡς τρυφερὸν ὂν, καὶ μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ τοῦ C σκληροῦ καὶ πονηροῦ πνεύματος, ἀποχωρεῖ ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἀνθρώπου, καὶ ζητεῖ τοῦ κατοικῆσαι μετὰ τοῦ μακροθύμου, καὶ γίνεται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος κενὸς τοῦ πνεύματος τοῦ δικαίου, καὶ ὅλως ἀποτυφλοῦται ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς ἀγαθῆς.

Nam iracundia, quum prava sit, vi sua evertit servos Dei. Quoties enim viderit dubios homines, injicit se in cor hominis; & de nihilo homo amaritudinem percipit, propter res quæ sunt in vitæ usu, aut pro convictu; aut pro aliquo verbo, si quod incidit, supervacuo; aut pro dato & debito. Hæc enim omnia stulta sunt, & supervacua & vana servis Dei. Æquanimitas autem valida est & fortis, & habet virtutem magnam, & amplissimis rebus fruitur, & hilaris in pace gaudens honorificat Dominum; nihil in se habens amari, quia mansueta est & quieta. Hæc ergo æquanimitas habitat cum iis, qui fidem integram possident. At iracundia stulta est: deinde de stultitia nascitur amaritudo, & ex amaritudine iracundia, ex iracundia vero furor. Sanctus ergo Spiritus, ut tener, nec morari solitus cum duro ac malo spiritu, recedit ab ejusmodi homine, & quærit habitare cum mansueto; & fit homo ille vacuus a Spiritu justo, & omnino obcæcatur a cogitatione bona.

MANDATUM VI.

De agnoscendis uniuscujusque hominis duobus Geniis, & utriusque inspirationibus.

CAPUT I.

PRæceperam, inquit, tibi in primo Mandato, ut custodires fidem, & timorem, & [6] pœnitentiam. Etiam, inquam, Domine. Et dixit: Sed nunc tibi volo monstrare virtutes horum mandatorum, ut scias effectus illorum, [7] quo modo ipsa posita sunt ad justum pariter & injustum. Tu itaque crede justo; injusto autem nihil crede. Justitia enim rectam viam habet; at injustitia pravam. Sed tu re- D ctam viam custodi, pravam autem relinque. Prava autem via non habet exitum bonum, sed offendicula multa; aspera est, & spinosa, & ducit ad interitum, & noxia est hominibus ambulantibus in illa. Qui autem viam rectam petunt, æqualiter ambulant sine offensione; quia non est aspera, neque spinosa. Vides igitur, quod melius est per hanc viam incedere. Ibis enim, inquit; & quicumque ex toto corde crediderint in Domino, ibunt per illam.

[5] Ἐνετειλάμην σοι ἐν τῇ πρώτῃ ἐντολῇ, ἵνα φυλάξῃς τὴν πίστιν καὶ τὸν φόβον, καὶ ἐγκράτειαν. Ἀπεκρίθην· ναὶ, Κύριε, οὕτως ἐστίν. Λέγει· ἀλλὰ νῦν θέλω σοὶ δηλῶσαι καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν, ἵνα νοήσῃς τὴν δύναμιν ἣν ἔχουσι καὶ ἐνέργειαν· διπλαῖ γάρ εἰσιν· κεῖνται γὰρ ἐπὶ δικαίῳ καὶ ἀδίκῳ. Σὺ οὖν E πίστευε τῷ δικαίῳ, τῷ δὲ ἀδίκῳ μηδὲν πιστεύσῃς. Τὸ γὰρ δίκαιον ὀρθὴν ὁδὸν ἔχει, τὸ δὲ ἄδικον στρεβλήν.

CAPUT II.

AUdi nunc, inquit, primum de fide. Duo sunt [9] Genii cum homine: unus æquitatis,

[8] Δύο εἰσὶν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἷς τῆς

[1] Ita Fellus ex Mss. Angl. Ita & Carm. At Vict. *bona*. Sic &c. Editi, *mala*. Rec[illegible], omissis vocibus intermediis. Vide sis Græca, quibus confirmatur lectio Ms. Vict. Sic legit & Antiochus.

[2] [illegible]

[3] [illegible] & Lamb. [illegible]

[4] [illegible] *fluctuantes*. Cotelerius ma[illegible]. A[illegible] tamen in nota aliam Ms. [illegible].

[5] [illegible] pag. 254.


[6] [illegible] vel [illegible] ex Mand. I. [illegible] & ex Græcis Pseudo-Athanasii. Sic visum Fabricio: sic & Wakio apud Russelium.

[7] Lamb. *quoniam*.

[8] Ista Pseudo-Athanasius continuo subdit iis quæ modo ex ipso retulimus, a reliquis *Pastoris* editoribus omissa. Hæc item recitat Antiochus *Homil.* LXI. Laudant autem hunc Hermæ locum Origenes *Homil.* XXXV. in Lucam. & *de Pr*[illegible] lib. III. cap. 2. C[illegible] VIII. cap. XVII. & C[illegible] cap. XII Prosper[illegible] cap. XXX. Beda ad [illegible] XII. 15. & Walafridus Strabo [illegible]. Vide Veterum testim.

[9] Mss. Carm. Vict. Lamb. & Fellus. *N*[illegible] & sic deinceps.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.



& unus iniquitatis. Et ego dixi illi: Quo modo, Domine, scire potero, quod duo sunt Genii cum homine? Audi, inquit, & intellige. Æquitatis Genius [2] lenis est & verecundus, mansuetus & [3] quietus. Quum ergo in cor tuum ascenderit, continuo loquitur tecum de justitia, de pudicitia, de castitate, de benignitate, de [4] venia, de caritate & de pietate. Hæc omnia quum ascenderint in cor tuum, scito quod Genius æquitatis tecum est: huic ergo Genio crede & operibus ejus. Accipe nunc & Genii iniquitatis opera. Primum amarus, iracundus & stolidus est; & opera illius perniciosa sunt, & evertunt servos Dei. Quum ergo in cor tuum ascenderint hæc, intelliges [5] ab operibus ejus, hunc esse Genium iniquitatis. Et dixi ei: Quo modo, Domine, intelligam? Audi, inquit, & intellige. Quum iracundia tibi accesserit aut amaritudo, intellige [6] eum in te esse: deinde cupiditas [7] multorum operum & optimorum ciborum & [8] ebrietatum, & [9] appetentia multarum rerum alienarum, & superbia, & multiloquia, & [10] ambitio, & quæcumque iis similia sunt. Hæc ergo quum in cor tuum ascenderint, intellige Genium iniquitatis tecum esse. Tu ergo quum cognoveris opera illius, recede ab illis omnibus, & nihil illi crede; quia mala sunt opera illius, & non conveniunt servo Dei. Habes ergo utrorumque [11] Geniorum opera: Intellige nunc, & crede Genio æquitatis, quia doctrina illius bona est. Licet enim sit felicissimus homo, & cogitatio alterius Genii ascendat in cor illius; oportet illum virum aut mulierem peccare. Si autem etiam nequissimus vir fuerit aut mulier, & ascenderint in cor illius opera Genii æquitatis; necesse est, illum aut illam aliquid boni facere. Vides ergo, quod bonum est, Genium æquitatis sequi. Si ergo illum secutus fueris, & credideris operibus illius; vives Deo: & qui crediderint operibus illius, vivent Deo.

δικαιοσύνης, καὶ εἷς τῆς πονηρίας. καὶ ὁ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄγγελος, τρυφερός ἐστι καὶ αἰσχυντηρὸς καὶ πρᾶος καὶ ἰσχυρός. Ὅταν οὖν [1] οὗτος ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, εὐθέως λαλεῖ μετὰ σοῦ περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἁγνείας, περὶ σεμνότητος, καὶ περὶ αὐταρκείας, καὶ περὶ παντὸς ἔργου δικαίου, καὶ περὶ πάσης ἀρετῆς ἐνδόξου. Ταῦτα πάντα ὅταν εἰς τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς δικαιοσύνης μετὰ σοῦ ἐστιν· τούτῳ οὖν πίστευε καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐγκρατὴς αὐτοῦ γενοῦ. Ὅρα οὖν καὶ τοῦ ἀγγέλου τῆς πονηρίας τὰ ἔργα: πρῶτον πάντων ὀξύχολός ἐστι καὶ πικρὸς καὶ ἄφρων, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ, καταστρέφοντα τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. ὅταν αὐτὸς ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γνῶθι αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ. — Πῶς Κύριε νοήσω αὐτόν; — Λέγει· ἄκουε λεπτομερῶς καὶ [προσεχὴς] γίνου· ὅταν ὀξυχολία σοί τις προσέλθῃ, ἢ πικρία, γίνωσκε ὅτι αὐτός ἐστιν ἐν σοί. εἶτα λοιπὸν ἐπιθυμίαι πράξεων πολλῶν, καὶ πολυτέλεια ἐδεσμάτων καὶ κραιπαλῶν πολλῶν, καὶ ποικίλων τροφῶν, καὶ οὐ δεόντων, καὶ ἐπιθυμίαι γυναικῶν, καὶ πλεονεξία, ὑπερηφανία τε καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια. Ταῦτα οὖν ὅταν ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε ὅτι ἄγγελος τῆς πονηρίας ἐστὶν ἐν σοί. Σὺ οὖν ἐπιγνοὺς τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἀπόστα ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μηδὲν αὐτῷ πίστευε. Ἔχεις οὖν ἀμφοτέρων τῶν ἀγγέλων τὰς ἐνεργείας. [12]

ANTIOCHUS, *homilia* LXI.

Δύο γάρ εἰσιν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου· εἷς τῆς δικαιοσύνης, εἷς τῆς πονηρίας. Καὶ ὁ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄγγελος, αἰσχυντηρὸς, καὶ πραῢς, καὶ ἡσύχιός ἐστιν. Ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβῇ, εὐθέως λαλεῖ μετ' αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἁγνείας, περὶ σεμνότητος, περὶ αὐταρκείας, περὶ παντὸς ἔργου δικαίου, περὶ πάσης ἀρετῆς ἐνδόξου. Ὅταν οὖν ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβῇ, ἀρίδηλόν ἐστιν, ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς δικαιοσύνης μετ' αὐτοῦ ἐστι. Τοῦ δὲ ἀγγέλου τῆς πονηρίας τὰ ἔργα· πρῶτον πάντων ὀξύχολός ἐστι, καὶ πικρὸς, καὶ ἄφρων, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ, καταστρέφοντα τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. Ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀναβῇ, δεῖ γνῶναι αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ὅταν γὰρ ὀξυχολία τίς τινὶ προσέλθῃ, ἢ πικρία, φανερῶς ὁ τοιοῦτος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐστίν· εἶτα ἐπιθυμία πράξεων πολλῶν, καὶ πολυτέλεια ἐδεσμάτων πολλῶν, καὶ ποικίλων τρυφῶν, καὶ ἐπιθυμία γυναικῶν καὶ πλεονεξιῶν, καὶ ὑπερηφανεία, καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια καὶ ὅμοια. Ἀλλὰ καὶ αἱ πονηραὶ ἐνθυμήσεις αὐτοῦ εἰσι πᾶσαι. Προσέχωμεν οὖν ἀκριβῶς ἑαυτοῖς· καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῷ πονηρῷ ἀποταξώμεθα, τῷ ἀγγέλῳ τῆς δικαιοσύνης ἀκολουθήσωμεν.

Duo enim sunt Angeli cum homine: unus æquitatis; unus iniquitatis. Et æquitatis quidem Angelus, verecundus est, mansuetus, & quietus. Quum ergo hic in cor hominis ascenderit, continuo loquitur cum eo de justitia, de pudicitia, de castitate, de frugalitate, de omni opere justo, de omni virtute honorifica. Hæc ergo omnia quum ascenderint in cor hominis, manifestum est, quod Angelus æquitatis cum eo est. Angeli autem iniquitatis opera sunt: Primo omnium, iracundus est, & amarus, & stolidus; & opera illius perniciosa sunt, & evertunt servos Dei. Quum ergo hic in cor hominis ascenderit, oportet intelligere eum ab operibus ejus. Quum enim quædam iracundia cuidam accesserit, aut amaritudo; intellige, eum in homine esse: deinde cupiditas multorum operum, & profusio multorum & optimorum ciborum ac variarum deliciarum, & appetentia mulierum ac rerum alienarum, & superbia, & ambitio, & quæcumque iis paria sunt ac similia. Sed & malæ cogitationes ipsius sunt omnes. Nobis ergo diligenter attendamus: & Angelo iniquo renuntiemus; Angelum vero justitiæ sequamur.

1 Leg. οὗτος, ut habet Antiochus.
2 Bodl. & Lamb. *tener* pro *lenis*. Editi *tener est & lenis*. Alterutrum redundat. Neque aliter Græca. Sic & Fellus.
3 Græca ἰσχυρός. Antiochus tamen ἡσύχιος, ut vetus Interpres.
4 Lamb. & Bodl. *indulgentia*.
5 Lamb. *intelliges eum ab operibus ejus, quia hic est nuntius iniquitatis*. Sic & Felli editio. Vide sis Græca.
6 Lamb. *quia ipse in te est*. Ita & editio Oxon.
7 Ms. Carm. *multarum opum*.
8 Bodl. & Lamb. *ebrietates*.
9 Lamb. *desiderium*. Sic etiam Fellus in sua edit. Quod autem sequitur, *multarum rerum*, Græca tum heic, tum mox apud Antiochum, legendum suadent, monente Cl. Cotelerio, *mulierum & rerum*.
10 Lamb. *ambitiositas*.
11 Lamb. *utrorumque nuntium operum*.
12 Reliqua Græca quæ his subdit Fabricius, ex eoque Clericus & Russelius, non sunt ex *Doctrina ad Antiochum* verbo tenus descripta, sed ex vet. Interp. ab ipso Fabricio efformata. Quæ propterea rejecimus, Cl. Montfauconi sententiam secuti.

MANDATUM VII.

De timendo Deo, & Dæmone non metuendo.

CAPUT UNICUM.

Time, inquit [a], *Dominum, & mandata ejus custodi.* Servans enim præcepta Dei, eris potens in omni actu, & omne [2] negotium erit incomparabile. Timens enim Dominum, omnia bona [3] operaberis. Hic est timor [4] quo timere oportet, ut salvus esse possis. Diabolum autem ne timeas: timens enim Dominum, dominaberis [5] illius; quia virtus in illo nulla est. In quo autem virtus non est, is ne timendus quidem est. In quo vero virtus gloriosa est, is etiam timendus est. Omnis enim virtutem habens, etiam timendus [6] est: nam qui virtutem non habet, ab omnibus contemnitur. Time plane facta Diaboli, quoniam maligna sunt: metuens enim Dominum, timebis, [7] & opera Diaboli non facies, sed abstinebis te ab eis. Duplex enim timor est. Si enim malum operari [8] volueris; timens Dominum, [9] ne id quidem facies. Si autem bonum operari volueris; timor [10] utique Domini validus, & ingens, & gloriosus est. Time igitur Deum, & vives. Et quicumque eum metuerint, custodientes mandata ejus, eorum vita est apud Dominum: non custodientium autem, nec vita in illis est.

[1] Φοβοῦ τὸν Κύριον, καὶ φύλασσε τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· καὶ ἔσῃ δυνατὸς ἐν πράξει, καὶ ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσαι. Φοβούμενος τὸν Κύριον, πάντα καλὰ ἐργάσῃ. οὗτός ἐστιν ὁ φόβος ὃν δεῖ σε φοβηθῆναι. τὸν διάβολον μὴ φοβηθῇς, ὅτι δύναμις ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ φόβος. ἐν ᾧ δὲ ἡ δύναμις ἢ ἔνδοξος, καὶ φόβος ἐν αὐτῷ. Πᾶς γὰρ ὁ δύναμιν ἔχων, καὶ φόβον ἔχει. ὁ δὲ μὴ ἔχων δύναμιν, ὑπὸ πάντων καταφρονεῖται. —— ὁ δοῦλος οὖν τοῦ Κυρίου ἰσχυρός ἐστι καὶ [ἔνδοξος.] Φοβήθητι οὖν τὸν Κύριον, καὶ ζήσῃ αὐτῷ, φυλάσσων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, εἰς τοὺς αἰῶνας.

ANTIOCHUS, *homilia* CXXVII.

Φοβήθητι γάρ, φησι, τὸν Κύριον, καὶ φύλασσε
A τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Φυλάσσων δὲ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, ἔσῃ δυνατὸς ἐν πάσῃ πράξει. καὶ ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσαι. Φοβούμενος γὰρ τὸν Κύριον, πάντα καλῶς ἐργάσῃ. Οὗτός ἐστιν ὁ φόβος, ὃν δεῖ σε φοβηθῆναι, καὶ σωθήσῃ. Τὸν δὲ διάβολον μὴ φοβηθῇς. Φοβούμενος γὰρ
B τὸν Κύριον, κατακυριεύσεις τοῦ διαβόλου, ὅτι δύναμις οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. Ἐν ᾧ δὲ δύναμις οὐκ ἔστιν, οὐδὲ φόβος· ἐν ᾧ ἡ δύναμις ἡ ἔνδοξος, καὶ ὁ φόβος ἐν αὐτῷ· Πᾶς γὰρ ὁ δύναμιν ἔχων, καὶ φόβον ἔχει· ὁ δὲ μὴ ἔχων δύναμιν, ὑπὸ πάντων καταφρονεῖται. Φοβήθητι δὲ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, ὅτι πονηρά ἐστι.
C Φοβούμενος δὲ τὸν Κύριον, οὐ φοβηθήσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, καὶ οὐκ ἐργάσῃ αὐτά· ἀλλὰ φεύξῃ ἀπ' αὐτῶν. Δισσοὶ οὖν εἰσιν οἱ φόβοι. Εἰ οὐ θέλῃς τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι, φοβήθητι τὸν Κύριον, καὶ οὐκ ἐργάζῃ αὐτό. Ἐὰν δὲ θέλῃς πάλιν τὸ ἀγαθὸν ἐργάσασθαι, φοβήθητι τὸν Κύριον, καὶ ἐρ-
D γάζῃ αὐτό. Ὥστε ὁ φόβος τοῦ Κυρίου ἰσχυρότερός ἐστι, καὶ ἔνδοξος. Καὶ ὅσοι ἂν φοβηθῶσιν αὐτόν, καὶ τηρῶσι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ζήσονται τῷ Θεῷ.

Time enim, inquit, Dominum, & mandata ejus custodi. Servans autem præcepta Dei, eris potens in omni actu, & negotium tuum erit incomparabile. Timens enim Dominum, omnia bene operaberis. Hic est timor, quo oportet ut timeas & salvus eris. Diabolum autem ne timeas. Timens enim Dominum dominaberis Diaboli; quia virtus in illo nulla est. In quo autem virtus non est, is ne timendus quidem est: in quo vero virtus gloriosa est, is etiam timendus est. Omnis enim virtutem habens, etiam timendus est. Nam qui virtutem non habet, ab omnibus contemnitur. Time plane facta Diaboli, quoniam maligna sunt. Metuens autem Dominum, non timebis opera Diaboli, & non facies ea; sed abstinebis te ab eis. Duplex ergo timor est. Si malum operari nolueris, time Dominum, & id non facies. Si autem adhuc bonum operari volueris, time Dominum & facies illud. Timor itaque Domini validus & gloriosus est. Et quicumque eum metuerint, & custodierint mandata ejus, vivent Deo.

MANDATUM VIII.

Declinandum est a malo, & facienda bona.

CAPUT UNICUM.

Dixi tibi, inquit, quod [11] creaturæ Domini duplices sunt, & abstinentia duplex est. A quibusdam ergo abstinere oportet; a quibusdam vero non. Manifesta, inquam, mihi Domine, a quibus abstinere oportet, & a quibus non. Audi, inquit: A malo abstine, & noli illud facere. A bono autem abstinere noli, sed fac illud. Si enim abstinueris a bono, & non id feceris, peccabis. Abstine igitur ab omni malo, & [13] scies omnem ju-

[12] Ἡ ἐγκράτεια διττή ἐστι. ἐπὶ τινῶν γὰρ δεῖ σε ἐγκρατεύεσθαι, ἐπὶ τινῶν δὲ οὐ δεῖ.


Τὸ πονηρὸν ἐγκρατεύεσθαι, καὶ μὴ ποιεῖν αὐτό· τὸ δὲ ἀγαθὸν μὴ ἐγκρατεύου, ἀλλὰ ποίει αὐτό. —— Ἐγκρατεύου ἀπὸ πάσης πονηρίας, ἀπὸ μεθύσματος, ἀνομίας, ἀπὸ

a Eccle. XII. 13.

1 Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 7. pag. 255. Ista etiam [illegible] desunt in editis *Pastoris*. Exhibet & Antiochus [illegible] VII. Huc autem respexit Clemens Alex. Στρωμ. lib. II. cap. XII. pag. 458.
2 Sic Bodl. At Felli edit. Oxon. *consilium*.
3 Lamb. *operaberis* [illegible].
4 Bodl. & Lamb. *quem*. Sic Fellus. Heic mendum apud Fabricium & Clericum.
5 Ibid. *illi*. Fellium consule.
6 [illegible]
7 [illegible]

8 Fellus mallet. *nolueris*. Sic & Antiochus. At Cotelerius censet corrigenda potius Græca quam Latina, scribendo: Εἰ ἂν θέλῃς τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι. Veteres libri: Ἐὰν [illegible] ἐργάσασθαι.
9 Bodl. & Lamb. *non* [illegible].
10 Mss. Lamb. & Vict. [illegible]. Vide sis Antiochi Græca.
11 Bodl. *creationes*. Lamb. [illegible].
12 Ex *Doctr.* [illegible] num. 8. Eadem habet Antiochus *homil.* LXXIX.
13 Forte [illegible]. Antiochus, [illegible].

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 70.



ſtitiam. Quales, inquam, malignitates ſunt hæ, a quibus abſtinere oportet? [1] Audi, inquit: ab [2] adulteriis, ebrietatibus & [3] comeſſationibus malignis, ab eſca nimia, a lautitia & inhoneſtate, ab [4] abnegatione, a mendacio, a [5] detractione, a nequitia ficta, a [6] recordatione injuriæ & a fama [7] peſſima. Hæc enim ſunt opera iniquitatum, a quibus abſtinere oportet ſervum Dei. Qui enim ab iis abſtinere non poteſt, vivere Deo non poteſt. Audi nunc, inquit, & ſequentia [8] eorum. Et quidem multa ſunt adhuc, a quibus abſtinere debet ſervus Dei. A furto, ab [9] abnegatione, a falſo teſtimonio, a cupiditate, a ſuperbia, & quæcumque iis ſimilia ſunt. Videntur ergo tibi hæc mala eſſe, an non? Equidem valde mala ſunt ſervis Dei. Ab his ergo omnibus [11] debet abſtinere ſervus Dei. Abſtine ergo ab omnibus his, ut [12] vivas Deo, & ſcribaris cum abſtinentibus. A quibus ergo debeas abſtinere, illa ſunt. A quibus autem non debeas abſtinere, audi. Ab omnibus bonis operibus noli abſtinere, ſed fac illa. Audi, inquit, virtutem bonorum operum quæ debeas operari, ut ſalvus eſſe poſſis. Primum omnium eſt fides, timor Domini, caritas, concordia, [13] æquitas, veritas, patientia, caſtitas. Iis nihil eſt melius [14] in vita hominum, qui hæc cuſtodierint & fecerint in vita ſua. De-
A inde horum ſequentia audi. Viduis adminiſtrare, orphanos & pauperes non deſpicere, & ſervos Dei ex neceſſitate redimere, hoſpitalem eſſe; [15] hoſpitalitate enim invenitur aliquando fructus bonus: non contradicere, quietum eſſe, [16] humillimum fieri omnium hominum, majores natu colere, ſtu-
B dere juſtitiæ, fraternitatem conſervare, contumelias ſufferre, æquanimem eſſe; lapſos a fide non projicere, ſed æquanimes facere; peccantes admonere, debitores non premere; & ſi qua iis ſimilia. Videntur tibi hæc eſſe bona, an non? Quid enim melius eſt, inquam, [17] verbis iſtis? Vive er-
C go, inquit, in his mandatis, & noli ab eis recedere. Si enim cuſtodieris hæc omnia mandata, vives Deo: & omnes qui cuſtodierint hæc mandata, vivent Deo.

τροφῆς πονηρᾶς, ἀπὸ ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ πολυτελῶν, πλούτου, καυχήσεως, ὑψηλοφροσύνης καὶ ὑπερηφανίας, καὶ ψεύδους καὶ καταλαλιᾶς, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ μνησικακίας, καὶ πάσης βλασφημίας.

Ταῦτα τὰ ἔργα πονηρά ἐστι τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων. τούτων οὖν τῶν ἔργων δεῖ ἐγκρατεύεσθαι τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ· ὁ γὰρ μὴ ἐγκρατευόμενος τούτων, οὐ δύναται ζῆσαι τῷ Θεῷ. Ἄκουε δὲ καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτων· — καὶ πολλά εἰσιν ἀφ' ὧν δεῖ τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ ἐγκρατεύεσθαι, κλοπή, ψεῦδος, ἀποστέρησις, ψευδομαρτυρία, πλεονεξία, ἀλαζονεία, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. εἰ οὖν δοκεῖ σοι πονηρὰ εἶναι [10] ταῦτα; — καὶ λίαν πονηρὰ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. — Ἐγκράτευσαι οὖν ἀπὸ πάντων, ἵνα ζήσῃς τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγραφήσῃ μετὰ τῶν ἐγκρατευομένων. ἃ μὲν οὖν δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, ταῦτά ἐστιν. Ἃ δὲ δεῖ σε μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ ποιεῖν, ἄκουε· πάντων πρῶτον πίστις, φόβος Κυρίου, ὁμόνοια, ἀγάπη, ῥήματα δικαιοσύνης, ἀλήθεια, ὑπομονή. τούτων ἀγαθώτερον οὐδέν ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων. ταῦτα ἐάν τις φυλάσσει, καὶ μὴ ἐγκρατεύεται ἀπ' αὐτῶν, μακάριός ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Εἶτα τούτων τὰ ἀκόλουθα ἄκουε· χήρας ὑπηρετεῖν, καὶ ὀρφανοὺς ὑστερουμένους ἐπισκέπτεσθαι, ἐξ ἀνάγκης λυτρώσασθαι τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, φιλόξενον εἶναι, ἐν γὰρ τῇ φιλοξενίᾳ εὑρίσκεται ἀγαθοποίησις· ἡσύχιον εἶναι, ἐνδεέστερον γενέσθαι, πάντα ἄνθρωπον πρεσβύτην σέβεσθαι, ἀσκεῖν δικαιοσύνην, ἀδελφότητα συντηρεῖν, ὕβριν ὑποφέρειν, μακρόθυμον εἶναι, ἀμνησίκακον, κάμνοντας τῇ ψυχῇ παρακαλεῖν, ἐσκανδαλισμένους ἀπὸ τῆς πίστεως μὴ ἀποβαλέσθαι, ἀλλ' ἐπιστρέφειν καὶ ἐνθύμους ποιεῖν, ἁμαρτάνοντας νουθετεῖν, χρεώστας μὴ θλίβειν, ἐνδεεῖς μὴ λυπεῖν, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοιά ἐστιν. Δοκεῖ σοι ταῦτα ἀγαθὰ εἶναι; — Τί γὰρ δύναται τούτων ἀγαθώτερον εἶναι; — Γύμναζε σεαυτὸν ἐν τούτοις, καὶ μὴ ἐγκρατεύου πάντων, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ.

ANTIOCHUS, *homilia* LXXIX.

Ἡ οὖν ἐγκράτεια διπλῆ ἐστιν· ἐπί τινων γὰρ δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, ἐπί τινων δὲ οὐ δεῖ. Τὸ πονηρὸν γὰρ δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, καὶ
D μὴ ποιεῖν αὐτό· τὸ δὲ ἀγαθὸν μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ ποιεῖν. Ἐγκράτευσαι οὖν ἀπὸ πάσης πονηρίας, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθόν· ἐγκράτευσαι ἀπὸ μοιχείας, πορνείας, μεθύσματος, ἀνομίας, ἀπὸ τρυφῆς, ἀπὸ πονηρίας, ἀπό τε ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ πολυτελείας, πλούτου, καὶ καυχήσεως, ὑψηλοφροσύνης, καὶ ὑπερηφα-
E νίας, καὶ ἀπὸ ψεύσματος, καὶ καταλαλιᾶς, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ μνησικακίας, καὶ πάσης βλασφη-

Igitur abſtinentia duplex eſt: a quibuſdam enim abſtinere oportet; a quibuſdam vero non oportet. A malo enim abſtinere oportet, & id non facere: a bono autem non abſtinere, ſed facere. Abſtine igitur ab omni malo, faciens quod bonum eſt: abſtine ab adulterio, fornicatione, ebrietate, malitia ſeu inhoneſtate, a deliciis, ab eſca nimia & lautitia, divitiis & gloriatione, & elatione animi & ſuperbia, & a mendacio ac detractione, & nequitia ficta, & recordatione injuriæ, & omni blaſphemia [ſeu fama peſſima,] furto,

1 Sic Bodl. Lamb. & Cotel. Al. addunt: *Reſpondit mihi*.

2 Aut legebat ἀπὸ μοιχείας, πονηρίας, μεθύσματος, aut μεθύσματος jungebat cum voce quæ ſequitur ἀνομίας, ſicut exhibent duo codices Regis. COT.

3 Bodl. & Lamb. *conviviis*.

4 Lamb. *abnegantia*.

5 Lamb. omittit *detractione*.

6 Lamb. *memoria malignitatis*.

7 Græca, Pſeudo-Athanaſii & Antioc. &c. πάσης βλασφημίας.

8 Mss. Carm. & Vict. *horum*. *Adhuc ergo ſunt ſequentia horum, a quibus* &c.

9 Lamb. apud Clericum, *negatione*. Fellus tamen in ſua edit. Oxon. *a defraudatione, a falſo teſtimonio, a cupiditate, a jactantia, & quæcumque* &c. Sic autem ille: licet agnoſcat editt. & Mss. exhibere *abnegatione*, & ſtatim *ſuperbia*: „ Sed, inquit, voces iſtæ paullo ſuperius habentur, nec ab „ auctore repetitæ per ταυτολογίαν credi debent. Voces er- „ go alias ex Græco Antiochi repetendas duxi. „

10 In editis Græca ſic: εἶναι ταῦτα; Ἀπεκρίθη· καὶ λίαν κ. τ. λ. Ubi vult Clericus leg. ἀπεκρίθην. At Pſeudo-Athanaſius unde iſta deſumta, habet ἀπεκρίθη; & quidem recte: ejus enim oratio ita poſtulat, Hermæ non item. Ex eo igitur illa tantum petenda quæ ex Herma deſcripſit: cetera omittenda, ut ſæpe alias. Neque enim conformanda videntur Pſeudo-Athanaſiana, ut veteri Interpreti reſpondeant: quod tamen paſſim a Fabricio factum video, atque a Clerico & Ruſſelio Fabricium ſecutis.

11 Conjicit Cotelerius heic addendum *operibus*, quod in Græco legatur ἔργων. Neque fallitur vir Cl. contra ac ſcribit Clericus, qui putavit ipſum locutum de his Græcis Pſeudo-Athanaſii, ubi ſane deeſt ἔργων. Verum Cotelerius Antiochi Græca reſpexit, & heic quidem *homil.* LXXIX. ut mox infra. Neque enim in iſta Pſeudo-Athanaſii Græca digitum intendere poterat, quæ nondum edita fuerant, quum ille ſuam Patrum Apoſtolicorum editionem in vulgus emiſit.

12 Lamb. deſunt, *vivas Deo &*.

13 Lamb. *pietas, æquitas*.

14 Lamb. & Carm. *in vita hominum. Qui hæc cuſtodierit & fecerit in vita ſua, vivet Deo.*

15 Lamb. *In hoſpitio*.

16 Bodl. & Lamb. *humiliorem*. Vetus Interpres forte leg. ἐνδεέστερον γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων. Sic & Antiochus. Aliter Pſeudo-Athanaſius.

17 Bodl. & Lamb. *horum verborum*.

μίας, κλέμματος, ἀποστερήσεως, ψευδομαρτυρίας, πλεονεξίας, ἐπιθυμίας πονηρᾶς, ἀπάτης, κενοδοξίας, ἀλαζονείας, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοιά ἐστι. Τούτων δὴ τῶν ἔργων δεῖ ἐγκρατεύεσθαι τὸν ἀγωνιστὴν καὶ δοῦλον τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ καὶ ἔργα ἀγαθὰ, ἃ δεῖ ἐργάζεσθαι, καὶ μὴ ἐγκρατεύεσθαι. Πρὸ δὲ πάντων, πίστις, φόβος Κυρίου, ἀγάπη, ὁμόνοια, ῥήματα δικαιοσύνης, ἀλήθεια, ὑπομονή, χήραις ὑπηρετεῖν, ὀρφανοὺς ὑστερουμένους ἐπισκέπτεσθαι, ἐξ ἀναγκῶν λυτροῦσθαι τοὺς A δούλους τοῦ Θεοῦ, φιλόξενον εἶναι, ἥσυχον, ἐνδεέστερον γίνεσθαι πάντων ἀνθρώπων, πρεσβύτας σέβεσθαι, ἀσκεῖν δικαιοσύνην, ἀδελφότητα συντηρεῖν, μακρόθυμον εἶναι, μνησικακίαν μὴ ἔχειν, κάμνοντας τῇ ψυχῇ παρακαλεῖν, ἐσκανδαλισμένους ἀπὸ πίστεως μὴ ἀποβάλλεσθαι, ἀλλ' ἐπιστρέφειν καὶ εὐ- B θύμους ποιεῖν, ἁμαρτάνοντας νουθετεῖν, χρεώστας μὴ θλίβειν ἐνδεεῖς, καὶ εἴ τινα τούτοις ὅμοιά ἐστι. Ταῦτα γὰρ ἐάν τις φυλάξῃ, καὶ μὴ ἐγκρατεύηται ἀπ' αὐτῶν, ζήσεται τῷ Θεῷ.

fraude seu abnegatione, falso testimonio, avaritia, cupiditate mala, dolo, inani gloria, superbia, & quæcumque iis similia sunt. Ab his ergo operibus oportet abstinere pugilem ac servum Dei. Sunt autem & opera bona, quæ oportet facere, & a quibus non debes abstinere. Primum vero omnium est fides, timor Domini, caritas, concordia, verba æquitatis, veritas, patientia, viduis administrare, orphanos pauperes & solatio destitutos visitare, servos Dei ex necessitate redimere, hospitalem esse, quietum, humillimum fieri omnium hominum; majores natu colere, studere justitiæ, fraternitatem conservare, æquanimem esse, contumelias sufferre [seu non habere memoriam injuriarum,] animo laborantes consolari; lapsos a fide non projicere, sed convertere ac æquanimes facere; peccantes admonere, debitores inopes non premere; & si qua iis similia. Si enim quis custodierit hæc, & non ab eis recesserit ac abstinuerit, vivet Deo.

MANDATUM IX.

Postulandum a Deo assidue, & sine hæsitatione.

CAPUT UNICUM.

Iterum dixit mihi: Tolle a te dubitationem, & nihil omnino dubites. Petens aliquid a Domino, ne dicas intra te: [3] Quo modo vero possum aliquid petere a Domino, & [5] obtinere, quum sim peccator tantorum malorum in Dominum? Noli hoc cogitare; sed ex totis præcordiis convertere ad Dominum. Pete sine dubitatione, & scies misericordiam Domini; quod non te derelinquet, sed petitionem animæ tuæ [8] adimplebit. Non est enim Deus sicut [9] homines, memores injuriarum; sed est immemor injuriarum, & miseretur [11] figmenti sui. Ergo purifica cor tuum [12] ab omnibus vitiis hujus sæculi, & observa prædicta verba tibi a Deo [13] data; & accipies omnia bona quæ petis: & ex omnibus petitionibus tuis nihil deerit tibi, si sine dubitatione petieris a Domino. Qui ergo tales C [14] non sunt, omnino nihil impetrant [15] eorum quæ petunt. Nam qui pleni sunt fide, omnia petunt fidentes, & accipiunt a Domino; quia sine dubitatione petunt. Omnis enim dubitans homo, si non pœnitentiam egerit, difficile Deo vivet. Purifica ergo cor tuum a dubitatione, & indue fidem, & crede D Deo; & omnia quæ petieris, accipies. Sed si petas aliquando petitionem, & [16] non accipias; noli dubitare, quia non cito acceperis petitionem animæ tuæ. Forsitan enim, aut pro peccato tuo, quod tu ignoras, tardius accipies petitionem tuam. Sed tu noli [17] desinere petendo petitionem animæ tuæ; & ac- E cipies. Si autem cessaveris petendo; de te queraris, non de Deo, quod non dederit tibi.

[1] Ἆρον ἀπὸ σοῦ τὴν διψυχίαν, καὶ [2] μηδενὸς ὅλως διψυχήσῃς, αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, λέγων ἐν σεαυτῷ, ὅτι πῶς [4] δυνήσομαι αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ Κυρίου (καὶ) λαβεῖν, ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν; μὴ διαλογίζου ταῦτα, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας σου ἐπίστρεψον πρὸς [6] Κύριον, καὶ αἴτει παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, καὶ γνώσῃ τὴν [7] πολυευσπλαγχνίαν αὐτοῦ, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλείπῃ, ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς ὡς οἱ ἄνθρωποι, [10] μνησικακοῦντες, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστι, καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ. Σὺ οὖν καθάρισον τὴν καρδίαν σου ἀπὸ πάντων τῶν ματαίων τούτων, καὶ τῶν προειρημένων σοι ῥημάτων, καὶ αἴτει παρὰ τοῦ Κυρίου, καὶ λήψῃ, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν αἰτημάτων σου ἀστέρητος ἔσῃ, ἐὰν ἀδιστάκτως αἰτήσεις. Ἐὰν δὲ διστάσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, οὐδὲν οὐ μὴ λήψῃ τῶν αἰτημάτων σου. Οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεὸν, οὗτοί εἰσιν ὡς δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως λαμβάνουσι τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. Οἱ δὲ ὁλοτελεῖς ὄντες ἐν τῇ πίστει πάντα αἰτοῦνται, πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ λαμβάνουσιν, ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦνται, μηδὲν διψυχοῦντες· πᾶς γὰρ δίψυχος ἀνὴρ, ἐὰν μὴ μετανοήσει, δυσκόλως σωθήσεται. Καθάρισον οὖν τὴν καρδίαν σου ἀπὸ τῆς διψυχίας, ἔνδυσαι δὲ τὴν πίστιν, ὅτι ἰσχυρά ἐστι, καὶ πίστευε τῷ Θεῷ, ὅτι πάντα τὰ αἰτήματά σου, ἃ αἰτῇ, λήψῃ. Καὶ ἐὰν αἰτησάμενός ποτε παρὰ τοῦ Κυρίου αἴτημά τι, καὶ [μὴ ἀπολήψῃ,] μὴ διψυχήσεις, ὅτι τάχιον οὐκ ἔλαβες τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου· πάντως γὰρ διὰ πειρασμόν τινα, ἢ παράπτωμά τι ὃ σὺ ἀγνοεῖς, οὐκ ἔλαβες. Σὺ οὖν μὴ διαλίπῃς αἰτούμενος τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου, ἕως οὗ ἀπολήψῃ αὐτό. Ἐὰν δὲ ἐκκακήσῃς καὶ διψυχήσῃς αἰτούμενος, ἑαυτὸν αἰτιῶ, καὶ μὴ τὸν διδόντα σοι.

1 Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 9. pag. 256. Eadem exscripsit Antiochus *homil.* LXXXV. Hujus mandati fragmentum edidit Grabius in *Spicileg. Patrum* tom. I. pag. 303. ex Ms. Catena Græcorum Patrum in Acta Apostolorum & Epistolas Catholicas, ubi ad explicationem verborum *S. Jacobi* I. 6. ista Hermæ adducuntur. Latuit sane Grabium hoc Pseudo-Athanasii opus, licet tunc jam editum, ex quo alia pleraque hausisset. Nos fragmenti Grabiani variantes lectiones adnotabimus. Sic autem incipit: Ἆρον σεαυτοῦ, absque ἀπό. Al. ἀπὸ σεαυτοῦ.

2 Grab. cum al. καὶ μηδέν.

3 Lamb. *Quoniam quo modo*.

4 Grab. aliique δύναμαι αἰτήσασθαί τι.

5 Lamb. *accipere*, ut habent Græca.

6 Grab. πρὸς τὸν Κύριον.

7 Grab. cum al. πολυσπλαγχνίαν.

8 Bodl. & Lamb. *replebit*.

9 Lamb. *homo memor*. Bodl. *malorum* pro *injuriarum*.

10 Grab. οἱ μνησικακοῦντες ἀλλήλους. In exemplari Pseudo-Athanasii excidit forte ἀλλήλους ob ἀλλ' continuo sequens. Heic autem mendosa & hiulca editio Clerici, ubi sic: οἱ μνησίκακοί εἰσι, καὶ σπλαγχνίζεται. Idem mendum apud Russelium. Utraque item editio infida est supra *Mand.* V. *cap.* II. ubi pro συνισταμένη γίνεται, legitur συνίσταται.

11 Lamb. *figmento suo*. Huc usque fragmentum Grabianum.

12 Bodl. *a malis cogitationibus, & ab omnibus hujus sæculi negotiis*.

13 Lamb. deest, *data*.

14 Ms. Vict. desunt, *non sunt*.

15 Lamb. *ex petitionibus suis*.

16 Lamb. *& tardius accipias petitionem tuam*.

17 Lamb. *deserere*.

Vide ergo dubitationem hanc, quam perniciosa sit & sæva, & multos radicitus evellat a fide, etiam valde fideles & firmos. Etenim [1] hæc dubitatio filia est Diaboli, & valde nequiter agit [2] cum servis Dei. Contemne ergo dubitationem: & dominaberis illius in omni re. Indue firmam fidem & potentem. Fides enim omnia repromittit, & omnia consummat. Dubitatio autem non credit [3] se aliquid impetraturam omnibus operibus suis quæ agit. Vides ergo, inquit, quod fides desursum est a Deo, & habet virtutem magnam. Dubitatio autem terrenus spiritus est, & a Diabolo, virtutem non habens. Tu igitur [4] serva virtutem fidei: a dubitatione autem recede, quæ non habet virtutem; & vives Deo. Et omnes vivent Deo, quicumque hæc egerint.

Βλέπε οὖν τὴν διψυχίαν· πονηρὰ γάρ ἐστι καὶ ἀσύνετος, καὶ πολλοὺς ἐκριζεῖ ἀπὸ τῆς πίστεως, καί γε λίαν πιστοὺς καὶ ἰσχυρούς.

Καταφρόνησον οὖν αὐτῆς ἐν παντὶ πράγματι, ἐνδυσάμενος τὴν πίστιν τὴν ἰσχυρὰν καὶ δυνατήν. ἡ γὰρ πίστις πάντα ἐπαγγέλλεται, πάντα τελειοῖ. ἡ δὲ διψυχία, μὴ καταπιστεύουσα ἑαυτῇ, πάντων ἀποτυγχάνει ἔργων αὐτῆς, ὧν πράσσει.

Σὺ οὖν δούλευε τῇ ἀρχῇ σου, τῇ δυνάμει τῆς πίστεως, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ· καὶ πάντες οἱ [5] καταφρονήσαντες.

ANTIOCHUS, *homilia* LXXXV.

Ἄρωμεν οὖν ἀφ' ἡμῶν τὴν διψυχίαν καὶ ὀλιγοψυχίαν, καὶ μηδ' ὅλως διψυχήσωμεν αἰτήσασθαί τι παρὰ τοῦ Θεοῦ, λέγοντες ἐν ἑαυτοῖς· ὅτι πῶς δύναμαι αἰτήσασθαι παρὰ Κυρίου, καὶ λαβεῖν, ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν; ἀλλ' ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου ἐπίστρεψον ἐπὶ τὸν A Κύριον καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, καὶ γνώσεις τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλίπῃ, ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεός, ὡς οἱ ἄνθρωποι, μνησικακοῦντες, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστι, καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ. Σὺ οὖν καθάρισον τὴν καρδίαν σου ἀπὸ τοῦ διστάζειν, καὶ αἰτοῦ B παρ' αὐτῷ, καὶ λήψῃ τὸ αἴτημά σου. Ἐπὰν δὲ διστάζεις, οὐ λήψῃ. Οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεόν, οὗτοί εἰσιν οἱ δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐπιτυγχάνουσι τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. Οἱ δὲ ὁλοτελεῖς ὄντες ἐν τῇ πίστει, πάντα αἰτοῦνται, πεποιθότες ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ λαμβάνουσιν, ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦνται. Ἐὰν δὲ καὶ βραδύτε- C ρον λαμβάνεις, μὴ διψυχήσῃς, ὅτι οὐκ ἔλαβες ταχὺ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου. Πάντως γὰρ διὰ πειρασμόν τινα, ἢ παράπτωμά τι, ὃ σὺ ἀγνοεῖς, βραδύτερον λαμβάνεις. Σὺ οὖν μὴ διαλίπῃς αἰτούμενος τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου, καὶ λήψῃ αὐτό. Ἐὰν δὲ ἐκκακήσεις αἰτούμενος, σεαυτὸν αἰτιῶ, καὶ μὴ τὸν διδόντα σοί. Ἡ γὰρ διψυχία D θυγάτηρ ἐστὶ τοῦ διαβόλου, καὶ λίαν πονηρεύεται εἰς τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. Σὺ οὖν ἔνδυσαι τὴν πίστιν τὴν ἰσχυράν.

Tollamus ergo a nobis dubitationem & pusillanimitatem, & nihil omnino dubitemus petere aliquid a Deo, dicentes intra nos: Quo modo possum aliquid petere a Domino & obtinere, quum sim peccator tantorum malorum in eum? Sed ex totis præcordiis convertere ad Dominum, & pete ab eo sine dubitatione; & scies magnam ejus misericordiam, quod non te derelinquet, sed petitionem animæ tuæ adimplebit. Non est enim Deus, sicut homines, memores injuriarum; sed est immemor injuriarum, & miseretur figmenti sui. Ergo purifica cor tuum a dubitatione, & pete ab eo, & accipies petitionem tuam. Quum autem dubitaveris, non accipies. Qui enim dubitant de Deo, hi sunt dubii, & omnino nihil impetrant eorum quæ petunt. Nam qui pleni sunt fide, omnia petunt fidentes Domino, & accipiunt, quia sine dubitatione petunt. Sed si tardius accipias, noli dubitare, quia non cito acceperis petitionem animæ tuæ. Omnino enim propter tentationem, aut pro peccato quod tu ignoras, tardius accipis. Sed tu noli desinere petendo petitionem animæ tuæ; & accipies. Si autem cessaveris petendo; de te queraris, non de eo qui non dederit tibi. Etenim dubitatio filia est Diaboli, & valde nequiter agit cum servis Dei. Tu ergo indue firmam fidem & potentem.

MANDATUM X.

De animi tristitia, & non contristando Spiritum Dei qui in nobis est.

CAPUT I.

Longe fac a te omnem tristitiam: etenim hæc soror est dubitationis, & iracundiæ. Quo modo, inquam, Domine, soror est harum? Aliud mihi videtur tristitia, aliud dubitatio. Et ait: Sine sensu non intelligis. Tristitia enim omnium spirituum [7] nequissimus est, & pessimus servis Dei; & omnium spiritus exterminat, & [8] cruciat Spi- E ritum sanctum; & iterum salvum facit. Ego, inquam, Domine, insipiens sum, & non intelligo quæstiones istas: quo modo possit cruciare, & iterum salvum facere, non intelligo. Audi, inquit, & intellige. Hi [9] qui numquam exquisierunt veritatem, neque inquisierunt de Majestate, sed tantum crediderunt, [10] sunt involuti in nego-

[6] Ἆρον ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην· καὶ γὰρ αὕτη ἀδελφή ἐστι τῆς διψυχίας καὶ τῆς ὀξυχολίας. Πῶς, Κύριε, ἀδελφή ἐστιν αὐτῆς; ἄλλο γάρ μοι δοκεῖ ὀξυχολία, καὶ ἄλλο διψυχία, καὶ ἄλλο λύπη. Λέγει· — διὰ τί οὐ νοεῖς τὰ λεγόμενά σοι; — οὐ νοεῖς ὅτι ἡ λύπη πάντων τῶν παθῶν πονηροτέρα ἐστίν, καὶ δεινοτάτη τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὰ πάντα τὰ πνεύματα καταφθείρει τὸν ἄνθρωπον;

1 Laudat hunc locum Athanasius lib. *de Decretis Nic. Syn.* num. 4. tom. I. pag. 211. edit. BB.

2 Lamb. *ad servos*.

3 Lamb. *sibi omnium impetrare operum suorum quæ agit*.

4 Ms. Vict. *servi virtutem habenti fidei*. Sed Ms. Carm. *serva fidem habentem virtutem*. Lamb. autem, *serva virtutem habitæ fidei*.

5 Vetus Interpres videtur legisse *οἱ ταῦτα φρονήσαντες*. Si vera est lectio *καταφρονήσαντες*, intellige *τῆς διψυχίας*; de qua paullo ante: *Καταφρόνησον οὖν αὐτῆς* [*τῆς διψυχίας*.] Ita Fabricius *Bibl. Gr.* vol. v. pag. 18. Quam in sententiam præiverat Cl. Montfauconus: sic enim vertit: *Et Deo vives, atque omnes qui* [dubitationem] *contempserint*.

6 Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 11. pag. 257. Heic ordinem invertit Pseudo-Athanasius. Ipsi enim est Mandatum undecimum, quod in veteri Hermæ versione est decimum. Id non advertit Cl. Montfauconus.

7 Lamb. *nequior & pessima*. Græca sic: *Annon intelligis omnium affectuum pessimum esse tristitiam, Deique servis durissimam; quæ plus quam alii omnes* (nequitiæ) *spiritus hominem corrumpit?* Heic bene multa omisit Pseudo-Athanasius: nam post *ἄνθρωπον*, ea statim sequuntur, ut mox infra: *Οἱ δὲ φόβον ἔχοντες κ. τ. λ.*

8 Lamb. *contribulat*, & mox *contribulare*.

9 Lamb. deest *qui*.

10 Vict. Carm. & Lamb. *& sunt*.

tiis [1] hominum Ethnicorum. Et alius mendax Prophetes est, qui perdit sensus servorum Dei; dubiorum autem, non illorum qui fidunt in Domino plene. Illi ergo dubii quasi ad divinum Spiritum veniunt, & interrogant illum, quid illis futurum sit. Et ille mendax Prophetes, nullam habens in se [2] virtutem Spiritus divini, loquitur illis secundum interrogationem illorum, & implet animas illorum promissis, sicut illi volunt. Ille autem Prophetes inanis est, & inania respondet inanibus. Quidquid enim interrogatur a vanis hominibus, vana respondet illis. Quædam autem verba vera loquitur. Diabolus [3] enim implet eum spiritu suo, ut dejiciat aliquem ex [4] justis.

CAPUT II.

QUicumque ergo fortes sunt in fide Domini, & induti sunt veritatem, talibus spiritibus non junguntur, sed discedunt ab illis. Quotquot autem dubii sunt, & subinde pœnitentiam agunt, consulunt tamquam Ethnici, & permagnum sibi peccatum [5] congerunt, idolis servientes. Quicumque ergo tales sunt, interrogant pro negotio quolibet, simulacra colunt, & stulti sunt, & inanes a veritate. Omnis enim spiritus a Deo datus non interrogatur: sed habens [6] virtutem divinitatis, a se omnia loquitur; quia desursum est a virtute divini Spiritus. Qui autem interrogatus, loquitur secundum desiderium, & [7] aliis multis rebus hujus sæculi. [8] Hujusmodi non intelligunt quæstiones divinitatis: obscurantur [9] enim iis negotiis, & corrumpuntur, & confringuntur. Sicut vites bonæ quæ negliguntur, ab herbis & spinis premuntur & [10] necantur: sic & homines qui talibus crediderunt, ii negotiis & actionibus multis inciderunt, & [11] evacuantur a sensu suo, & nihil omnino intelligunt, de divitiis [12] cogitantes. Sed si quando audierint de Domino, sensus eorum in negotiis ipsorum est.

Qui autem timorem Domini habent, & scrutantur de Deo veritatem; cogitationem omnem habent ad Dominum. Omnia quæ dicuntur eis, percipiunt, & statim [14] intelligunt, quia habent timorem Domini in se. Ubi enim [15] Spiritus Domini inhabitat, ibi & sensus multus adjungitur. Adjunge ergo te Domino; & omnia intelliges ac [16] senties.

[13] Οἱ δὲ φόβον ἔχοντες Θεοῦ, καὶ ἐρευνῶντες περὶ Θεοῦ ἔργων καὶ ἀληθείας, καὶ τὴν καρδίαν ἔχοντες πρὸς Κύριον, πάντα τὰ λεγόμενα αὐτοῖς τάχιον νοοῦσι καὶ συνιοῦσιν, ὅτι — τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς. Ὅπου γὰρ ὁ Κύριος κατοικεῖ, ἐκεῖ καὶ σύνεσις πολλή. Κολλήθητι οὖν τοῦ Κυρίου, καὶ πάντων νοήσεις.

CAPUT III.


AUdi nunc, insipiens, quemadmodum tristitia cruciat Spiritum sanctum, & quo modo salvum facit. Quum dubius inciderit in negotium aliquod, & non [17] provenit illi propter dubitationem; tristitia hæc intrat in hominem, & tristem facit Spiritum sanctum, & vexat eum. Deinde iterum iracundia quum accesserit homini pro negotio aliquo, vehementer irascitur; & hæc ira intrat in præcordia irascentis, & vexatur in negotio suo quod agit, & postea pœnitet, quod male fecerit. Utræque ergo res lædunt Spiritum sanctum; dubitatio, & tristitia: dubitatio, quia non successit actus ejus; & tristitia, quia fecit iracundiam Spiritui. [18] Aufer ergo tristitiam a te, & noli offendere Spiritum sanctum qui in te habitat; ne roget Dominum, & discedat a te. Spiritus enim Dei qui datus est in [19] carnem, tristitiam non sustinet. Indue te ergo hilaritate, quæ semper habet gratiam apud Dominum; & lætaberis in ea. Omnis enim hilaris vir bene operatur, & bona sapit, & contemnit [20] injustitiam. Vir autem tristis male facit; quia tristem facit Spiritum sanctum, qui datus est homini [21] hilari. Et iterum male facit, quod tristis orat Dominum, & non ante facit exomologesin, & non impetrat a Deo quod petit. Semper enim ora-

Ἄκουε οὖν πῶς ἡ λύπη ἐκτρίβει τὸ πνεῦμα, καὶ πάλιν σώζει. Ὅταν ὁ δίψυχος ἐπιβάληται πρᾶξαί τι, καὶ ἀποτύχῃ διὰ τὴν διψυχίαν αὐτοῦ, ἡ λύπη ἐκπορεύεται εἰς τὸν ἄνθρωπον, καὶ λυπεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ στενοχωρεῖ αὐτό. Εἶτα πάλιν ὀξυχολία ὅταν κολληθῇ τῷ ἀνθρώπῳ περὶ πράγματός τινος, καὶ λίαν πικρανθῇ καὶ ποιήσῃ τι κακὸν, πάλιν ἡ λύπη εἰσπορεύεται εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ὀξυχολήσαντος, καὶ λυπεῖται ἐπὶ τῇ πράξει αὐτοῦ, ᾗ ἔπραξεν, καὶ μετανοεῖ ὅτι πονηρὸν ἐργάσατο. αὕτη οὖν ἡ λύπη δοκεῖ σωτηρίαν ἔχειν, ὅτι τὸ πονηρὸν πράξας μετενόησεν. [Ἀμφότεραι δὲ τῶν] πράξεων λυποῦσι τὸν ἄνθρωπον· [ἡ μὲν λύπη, ὅτι] ἀπέτυχε τῆς πράξεως, ἡ δὲ ὀξυχολία, ὅτι ἔπραξε τὸ πονηρόν. Ἀμφότερα οὖν λυπηρά ἐστι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. Ἆρον οὖν ἀπό σου τὴν λύπην, καὶ μὴ θλίβε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐν σοὶ κατοικοῦν, μήποτε ἐντεύξηται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ δοθὲν εἰς τὴν σάρκα ταύτην, λύπην σαρκικὴν οὐχ ὑποφέρει, οὐδὲ στενοχωρίαν. — Ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα, τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ εὐπρόσδεκτον οὖσαν αὐτῷ, καὶ ἐντρύφησον ἐν αὐτῇ. Πᾶς γὰρ ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ ἀγαθὰ φρονεῖ, καὶ καταφρονεῖ τῆς ματαίας λύπης. ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ πάντοτε ὀργίζεται καὶ ἀνομίαν ἐργάζεται, μὴ ἐντυγχάνων μηδὲ ἐξομολογούμενος τῷ Θεῷ. Πάντοτε γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις οὐκ ἔχει δύναμιν τοῦ ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ.

1 Vict. Carm. & Lamb. *negotiis & divitiis*.
2 Lamb. *veritatem in se Spiritu divino*. Laudatur hic locus a Clem. Alex. Στρωμ. lib. I. cap. XVII. pag. 369. Ejus verba inter Veterum testimonia superius relata.
3 Lamb. *autem adimplet*.
4 Bodl. & Lamb. *illis*.
5 Lamb. *conferunt*.
6 Lamb. *veritatem*.
7 Fortasse *de aliis*. Fellus: *& de aliis* —; *Hujusmodi*.
8 Lamb. & Bodl. deest *Hujusmodi*. Pseudo-Athanasius verbis modo recitatis, post [illegible], hæc addit: Καὶ [illegible], οἱ [illegible] ἑαυτοὺς εἰς τὰ σαρκικὰ καὶ [illegible].
9 Lamb. *ex* pro *enim*.
10 Carm. & Vict. *necantur*.
11 Vict. [illegible].
12 Lamb. [illegible].

13 Hæc habet Pseudo-Athanasius post *καταφθείρει τὸν ἄνθρωπον* modo relata.
14 Sic Vict. & Carm. Sic quoque Græca. Editi præter Oxon. *intelliguntur*. Pro sequente *quia*, Vict. & Lamb. *qui*.
15 Bodl. & Vict. *Dominus*. Sic & Græca, ubi mendose in edit. Russelii, Χριστός.
16 Lamb. *scies*.
17 Lamb. *evenit*.
18 Hæc item habet Antiochus *homil.* XXV.
19 Pseudo-Athanasius & Antiochus addunt [illegible], *in carnem hanc*: quod *Spiritum datum hominibus* designat, ut recte interpretatur Fellus: mox enim; *Spiritum* [illegible], *qui datus est homini*.
20 Forte *tristitiam*. Ita Græca: quod sane contextus postulare videtur.
21 Forte, *hilaris*.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.



tio triſtis hominis non habet virtutem, ut [1] accedat ad altare Dei. Et dixi illi: Domine, quare non habet virtutem oratio triſtis hominis, ut aſcendat ad altare Domini? Quoniam, inquit, triſtitia ſedet in corde ejus. Quum ergo mixta fuerit oratio viri cum triſtitia, non patietur orationem mundam aſcendere ad altare Dei. Sicut enim vinum aceto mixtum eamdem ſuavitatem non habet: ſic & triſtitia Spiritui ſancto mixta eamdem orationem mundam non habet. Munda ergo te a triſtitia mala, & vives Deo: & omnes vivent Deo, qui projecerint a ſe triſtitiam, & induerint hilaritatem.

ὅτι ἡ λύπη ἐγκάθηται εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Μεμιγμένη οὖν ἡ λύπη ἡ κοσμικὴ μετὰ τῆς ἐντεύξεως, οὐκ ἀφίησι τὴν ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν εἰς τὸ θυσιαστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὄξος οἴνῳ μεμιγμένον τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχουσιν: οὕτως καὶ λύπη μεμιγμένη μετὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὴν αὐτὴν ἔντευξιν [οὐκ ἔχει.] Καθάρισον οὖν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς λύπης πονηρᾶς ταύτης, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ.

ANTIOCHUS, *homilia xxv.*

Ἆρον οὖν ἀπὸ σοῦ ταύτην τὴν λύπην, καὶ μὴ λύπει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κατοικοῦν ἐν σοί· μήποτε ἐντεύξηται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τὸ δοθὲν A εἰς τὴν σάρκα ταύτην, λύπην οὐκ ὑποφέρει, οὐδὲ στενοχωρίαν. Ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα, τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἐντρύφα ἐν αὐτῇ. Ὁ γὰρ ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ καταφρονεῖ τῆς λύπης· ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ πάντοτε πονηρεύεται. Πρῶτον μὲν πονηρεύεται, ὅτι λυπεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ δοθὲν τῷ ἀνθρώπῳ ἱλαρόν· B δεύτερον δὲ λοιπὸν ἀνομίαν ἐργάζεται, μὴ [2] ἐξομολογούμενον τῷ Κυρίῳ. Τοῦ γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις οὐκ ἔχει δύναμιν ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ· ἐγκάθηται γὰρ ἡ λύπη εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Μεμιγμένη οὖν λύπη μετὰ τῆς ἐντεύξεως, οὐκ ἀφίησιν τὴν ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὄ- C ξος καὶ οἶνος μεμιγμένος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχουσιν· οὕτως καὶ ἡ λύπη μεμιγμένη μετὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὴν αὐτὴν ἔντευξιν οὐκ ἔχει. Καλὸν οὖν ἐστιν ἀποβάλλειν ἀφ᾽ ἑαυτῶν τὴν λύπην, καὶ ἐνδύσασθαι πᾶσαν ἱλαρότητα.

Aufer ergo hanc triſtitiam a te, & noli offendere Spiritum ſanctum qui in te habitat, ne roget Dominum, & recedat a te. Spiritus enim Dei qui datus eſt in hanc carnem, triſtitiam non ſuſtinet, neque anxietatem. Indue te ergo hilaritate, quæ ſemper habet gratiam apud Deum; & lætare in ea. Hilaris enim vir bene operatur, & contemnit triſtitiam: vir autem triſtis ſemper male facit. Primo quidem male facit, quia triſtem facit Spiritum ſanctum, qui datus eſt homini hilaris; & iterum male facit, quod non facit exomologeſin Domino. Nam oratio triſtis hominis non habet virtutem, ut aſcendat ad altare Dei: triſtitia enim ſedet in corde ejus. Quum ergo miſta fuerit oratio cum triſtitia, non patietur orationem mundam aſcendere ad altare. Sicut enim vinum aceto miſtum eamdem ſuavitatem non habet: ſic & triſtitia Spiritui ſancto miſta eamdem orationem non habet. Bonum itaque eſt projicere a ſe triſtitiam, & induere omnem hilaritatem.

MANDATUM XI.[3]

Spiritus & Prophetas probari ex operibus: & de duplici Spiritu.

CAPUT UNICUM.

Oſtendit mihi ſedentes in ſubſelliis homines, & [4] unum ſedentem in cathedra. Et dixit mihi: Vides illos qui in ſcamnis ſedent? Video, inquam, Domine. Illi, inquit, ſunt fideles: & ille qui in cathedra ſedet, [5] ſpiritus terreſtris eſt. Nam in Eccleſiam vivorum non accedit, ſed refugit: [6] applicat autem ſe dubiis & vacuis; & in angulis & abditis locis divinat illis; & delectat illos, loquendo ſecundum omnia deſideria [7] cordis eorum. Vacuis enim vaſis quod [8] committitur, non effluit; ſed conveniunt alius ad alium. Quum autem venerit in turbam virorum juſtorum E habentium Spiritum divinitatis, & oratio illorum [9] fit ad Dominum, exinanitur homo ille: quoniam ſpiritus ille terreſtris fugit ab illo, & obmuteſcit, D nec quidquam poteſt loqui. Sicut in apotheca, ſi [10] obturaveris vinum vel oleum; & inter illa vaſa poſueris amphoram vacuam, & rurſum obturamentum deponere volueris; amphoram illam quam poſuiſti, vacuam invenies: ſic & Prophetæ vacui, [11] quum venerint inter ſpiritus juſtorum, quales veniunt, tales inveniuntur. Habes utrorumque Prophetarum vitam. Proba ergo de vita & operibus hominem, qui dicit ſe Spiritum ſanctum habere. Tu autem crede Spiritui [12] venienti a Deo, habenti virtutem. Spiritui autem terreſtri vacuo qui a diabolo eſt, in quo fides non eſt neque virtus, credere noli. Audi ergo ſimilitudinem, quam tibi [13] dicturus ſum. Accipe lapidem, & mitte in cælum: aut iterum accipe [14] ſiphonem aquæ, & [15] ejacula in cælum; & vide ſi poſſis pertundere cælum. Quo modo, inquam, Domine, hæc

1 Fortaſſe *aſcendat*. Sane Pſeudo-Athanaſius & Antiochus, *ἀναβῆναι*. Quin & mox ipſe vetus Interpres, *aſcendat ad altare Domini*. Et iterum, *aſcendere ad altare Dei*.

2 Leg. ἐξομολογούμενος.

3 Putat Fabricius non eſſe divellendum hoc Mandatum a præcedente, ſed cum ipſo cohærere: atque ultimum potius Mandatum in duo eſſe dividendum. Aliter Wakius: conjicit enim in hoc Mandato, poſt verba *tales inveniuntur* circa medium, ea omnia inſerenda quæ exſtant *Cap.* I. *Mandati* ſequentis, ab iis verbis: *Spiritus omnium hominum*, uſque ad ea *Cap.* II. *Non convenit hoc facere Dei Prophetam*. Idque colligit tum ex Græco Pſeudo-Athanaſii, tum ex Cod. Lamb. in quibus illa omnia omittuntur. Utriuſque ſane loci contextus id non poſtulare tantum, ſed & flagitare videtur. Vide mox infra, pag. ſeq. not. 8.

4 Mss. Angl. *alterum*.

5 Ibid. *facit ſpiritus terreſtres*.

6 Lamb. *replicat*.

7 Mss. Angl. *deſideria illorum*.

8 Lamb. *quod compoſitum*. Hanc lectionem ſecutus eſt Fellus; qui ſtatim pro *effluit*, habet *frangitur*.

9 Sic Mss. Carm. & Lamb. Sic & editio Oxon. Al. *ſit*.

10 Mss. Angl. *ſtipaveris*, & mox *ſtipationem*.

11 Lamb. *vacui conveniunt*.

12 Al. leg. *viventi*.

13 Lamb. *daturus*.

14 Lamb. *fontem*.

15 Mss. Angl. *ſiphoniza*. Carm. *ſifoniza*. Lamb. *iſti fonza*. Ἀπὸ τοῦ σίφωνος factum eſt σιφωνίζειν, hoc eſt ſiphone tranſmittere. Quam vocem legere neſcivit librarius antiquus, a quo codicem Lambethanum etiamnum habemus. Vide Pollucem & Suidam. CLER. — Quibus adde quæ habet Cangius in *Gloſſar. Græc.* v. Σίφων & Σιφωνάτωρ: & in Append.

fieri possent? Utraque enim quæ dixisti, fieri non possunt. Sicut ergo, inquit, hæc fieri non possunt; sic spiritus terrestris sine virtute est, & sine effectu. Accipe nunc virtutem desursum venientem, in [1] hac similitudine. Grando minimum granum est; & quum cadit super caput ho- A minis, quo modo dolores præstat? Aut iterum, vide stillicidium quod a tegula cadit in terram, & cavat lapidem. Sic igitur minima quæ desursum cadunt super terram, magnam habent virtutem. Adjunge te ergo huic habenti virtutem; & ab illo vacuo recede.

MANDATUM XII.

De duplici cupiditate: Dei mandata non esse impossibilia: & Diabolum non metuendum credentibus.

CAPUT I.

ITerum dixit mihi: Tolle a te omnem cupiditatem malam, & indue cupiditatem bonam & sanctam. Indutus enim [3] cupiditatem bonam, oderis malam, & refrenabis eam sicut volueris. Horrenda est enim cupiditas mala, & difficile mitigatur. Horribilis est valde & fera, & feritate sua consumit homines; maxime [4] si inciderit in eam servus Dei: & nisi sapiens fuerit, [5] consumetur ab illa pessime. Consumit autem tales, qui non habent vestem cupiditatis bonæ, & [6] implicat illos negotiis hujus sæculi, [7] & tradit illos morti. Quæ sunt, inquam, Domine, opera cupiditatis malæ, quæ tradunt homines morti? Demonstra mihi, ut recedam ab illis.

[2] Ἄρον ἀπὸ σοῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηρὰν, ἔνδυσαι τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἀγαθὴν, καὶ σεμνήν. Ἐνδεδυμένος γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην, μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν. Ἀγρία γὰρ ἐπιθυμία εἰς τάδε ἀνεμπεσεῖ, εἰς λύπην [— ἐὰν μὴ ᾖ] συνετὸς, δαπανᾶται ὑπ' αὐτῆς δεινῶς· δαπανᾷ δὲ τούτους μὴ ἔχοντας ἔνδυμα ἐπιθυμίας ἀγαθῆς, ἀλλ' ἐμπεφυρμένους τῷ αἰῶνι τούτῳ· τούτους οὖν παραδίδωσιν εἰς θάνατον. — Ποῖα Κύριέ εἰσι τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς, τὰ παραδιδοῦντα τοὺς ἀνθρώπους εἰς θάνατον; γνώρισόν μοι, ἵνα φύγω ἀπ' αὐτῶν. Ἄκουσον· Πρῶτον πάντων κ. τ. λ. Vide mox infra, *Cap.* II.

Audi, inquit, in quibus operibus cupiditas mala morti tradit servos Dei. [[8] Spiritus omnium hominum terrestris est & levis, & virtutem non habet in totum, & multa loquitur. Et dixit: Quo modo igitur scire potest aliquis eos? Audi, inquit, de utrisque vasis: & sicut dico tibi, sic probabis Prophetam Dei, & falsum Prophetam. Primum [9] itaque proba hominem, qui habet Spiritum Dei: quia Spiritus [10] qui desursum est, quietus est & humilis, & recedit ab omni nequitia & desiderio vano hujus sæculi; & [11] omni homine se facit humiliorem; & nemini respondet [12] interrogatus; nec singulis respondet: neque quum vult, homini loquitur Spiritus Dei; sed tunc loquitur quum vult Deus. Quum ergo venerit homo qui habet Spiritum Dei, in ecclesiam justorum habentium fi- B dem Dei, & oratio fit ad Dominum; tunc [13] Nuntius sanctus divinitatis implet hominem illum [14] Spiritu sancto; & loquitur in turba sicut Deus vult. Sic ergo dignoscitur Spiritus divinitatis, [15] in quocumque Spiritus divinitatis loquitur.

CAPUT II.

AUdi nunc & de spiritu terrestri, vacuo & fatuo, virtutem non habente. Primum [16] autem hunc homo putatur spiritum habere; exaltat enim se, & vult primam cathedram habere; & C improbus est, & verbosus; & in deliciis conversatur, & in voluptatibus multis; & mercedem accipit divinationis suæ. Quod si non acceperit, non divinat. [17] Itane Spiritus Dei potest mercedes accipere & divinare? Non convenit hæc facere Dei Prophetam.]

Sed cupiditas mala est, concupiscere uxorem alienam, vel mulierem concupiscere virum alienum; & lautitias concupiscere divitiarum, & mul- D titudinem ciborum supervacuorum, & ebrietatem multam, & delicias multas. Fatuæ enim sunt [18] deliciæ multæ; & voluptates multæ supervacuæ sunt servis Dei.

Πρῶτον πάντων ἐπιθυμία γυναικὸς, καὶ πολυτέλεια πλούτου, ἥ ἐστι φιλαργυρία, καὶ ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ ματαιῶν, καὶ μεθύσματος πολλοῦ, διαφόρων γεύσεων, καὶ ἑτέρων τρυφῶν πολλῶν, καὶ μωρῶν, καὶ δόξης ἀνθρωπίνης καὶ ματαίας. Πᾶσα τρυφὴ μωρά ἐστι καὶ κενὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ.

Hæc ergo cupiditas mala est & perniciosa, quæ [19] mortificat servos Dei. Hæc enim cupiditas a diabolo est. Quicumque ergo recesserint a cupiditate mala, vivent Deo. Nam quicumque sub- E jecti fuerint cupiditati malæ, in perpetuum morientur. Mortifera enim est hæc cupiditas mala. Tu ergo indue cupiditatem justitiæ; & armatus

1 Mss. Angl. *hanc similitudinem*.

2 Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 10. pag. 256. Pseudo-Athanasio est δεκάτη ἐντολή. Hæc item descripsit Antiochus *homil.* LXXIV.

3 Lamb. *cupiditate bona, odies*.

4 In editis heic incipiunt Græca sic: Μάλιστα εἰ ἂν ἐμπεσεῖ εἰς αὐτὴν ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐὰν μὴ ᾖ συνετὸς κ. τ. λ. quæ, si vocem ultimam demas, nullibi exstant, neque apud Pseudo-Athanasium neque apud Antiochum. Efficta igitur a Fabricio ex vetere Interprete, Clericus & Russelius exscripsere. Nos vero verba Pseudo-Athanasii, licet *Pastoris* textum exacte non exprimant, exhibemus, Montfauconianam editionem secuti, supplenda tamen ex iis quæ habet Antiochus.

5 Lamb. *consumitur*. Ita sane Græca.

6 In quibusdam codicibus *implicat eos*, pro quibus Wakius legit *impli[illegible]*.

7 Lamb. *tradet*. Sic mox *tradent*, & *tradet*. Hanc lectionem sequitur Fellus in sua edit. Oxon. In editis Clerici & Russelii omittitur conjunctio, &, quam al. exhibent.

8 Mss. Angl. *Primum omnium*. Hæc autem & reliqua hujus Capitis aliaque Cap. seq. uncis inclusa, hinc removenda, & in Mandatum præcedens immittenda, ex Wakio monuimus ad *Mand.* XI. not. 3.

9 Sic Felli edit. Oxon. Al. *ita*.

10 Lamb. *Spiritus desursum*, omissis, *qui est*.

11 Mss. Angl. *omnium hominum*.

12 Lamb. deest, *interrogatus*.

13 Al. *Angelus*.

14 Lamb. *Spiritus sanctus*.

15 Bodl. & Lamb. *quia quicumque spiritu divinitatis loquitur, loquitur sicut Dominus vult*. Hanc lectionem retinuit Fellus in sua edit. Oxon.


16 Lamb. *Primum enim homo putatur spiritum habere exaltantem se*. Bodl. autem sic: *Primum enim homo qui putatur spiritum habere, exaltat se*.

17 Lamb. & Carm. *Ita nunc*. Et mox: *Sed non convenit*.

18 An *divitiæ*?

19 Mss. Angl. *morti dat*.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.



timore Domini, reſiſte cupiditati malæ. Timor enim habitat in cupiditate bona. Et cupiditas mala, quum viderit te armatum timore Domini [1] reſiſtente ſibi, fugiet a te longe, & non [2] comparebit ante te, timens arma tua: & [3] obtinebis victoriam, & coronaberis [4] ob illam; & pervenies ad cupiditatem bonam; & trades victoriam Deo quam acceperis, & ſervies ei operando ſicut ipſe volueris.

Si autem ſervieris cupiditati bonæ, & [5] ſubditus ei fueris; poteris dominari ſuper cupiditatem malam; & erit ſubdita tibi, ſicut volueris.

Ἐὰν δὲ δουλεύσῃς τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ, καὶ ὑποταγῇς αὐτῇ, δύνασαι κατακυριεῦσαι τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς, καὶ ὑποτάξαι αὐτὴν καθὼς βούλει.

CAPUT III.

[6] VEllem ſcire, Domine, quo modo ſervire debeam cupiditati bonæ. Audi, inquit: Habe timorem Dei, & [7] fidem in Deo, & veritatem ama, & juſtitiam dilige, & fac [8] bonum. Hæc operando, probatus eris ſervus Domini, & ſervies Deo: & omnes quicumque ſervierint cupiditati bonæ, vivent Deo. Conſummatis his Mandatis duodecim, dixit mihi: Habes hæc mandata, ambula in his; & audientes homines hortare, ut pœnitentiam agant, & pœnitentia eorum munda [10] fiat reliquis diebus vitæ eorum.

Ἤθελον γνῶναι ποίοις τρόποις δεῖ με δουλεῦσαι τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ. Ἄκουε· ἔργασαι δικαιοσύνην καὶ ἀρετὴν ἀληθείας, καὶ φόβον Κυρίου, καὶ πίστιν, καὶ ἀγάπην. — Ταῦτα ἐργαζόμενος, εὐάρεστος ἔσῃ δοῦλος Θεοῦ. — [9] Καὶ συντελέσας τὰς δώδεκα ταύτας ἐντολὰς, λέγει· — Πορεύου ἐν ταῖς ἐντολαῖς ταύταις, καὶ παρακάλει καὶ τοὺς ἀκούοντας πορεύεσθαι ἐν αὐταῖς, ἵνα ἡ μετάνοια αὐτῶν καθαρὰ γένηται τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν.

Et miniſterium hoc quod tibi do, explica diligenter; & multum conſequeris [11] fructum, & invenies gratiam apud omnes, qui pœnitentiam agent & credent verbis tuis. Ego enim tecum ſum, & cogam illos credere.

Et dixi illi: Domine, hæc mandata magna & præclara ſunt, & exhilarare cor hominis poſſunt, qui potuerit cuſtodire mandata hæc. Sed neſcio, Domine, an poſſint mandata hæc ab homine cuſtodiri. Ait mihi: Hæc mandata facile cuſtodies, & non erunt dura: ſed ſi tamen

[12] Κύριε, αἱ ἐντολαὶ αὗται μεγάλαι καὶ καλαὶ καὶ δυναταί εἰσιν, δυνάμεναι εὐφρᾶναι τὴν καρδίαν τοῦ δυναμένου τηρῆσαι αὐτάς. οὐκ οἶδα, Κύριε, εἰ δύνανται αἱ ἐντολαὶ αὗται ὑπὸ ἀνθρώπου φυλαχθῆναι, διότι σκληραί εἰσιν. Ἐμβλέψας δὲ αὐτὸν ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ μετὰ πολλῆς αὐστηρίας εἶπεν·

A in cor tuum poſueris, non poſſe ab homine cuſtodiri, non cuſtodies ea. Nunc autem dico tibi: ſi non cuſtodieris hæc mandata, & [13] omiſeris, non eris ſalvus, neque filii tui, neque domus tua; quia ipſe judicaveris, quod non poſſint hæc mandata ab homine cuſtodiri.

ἄνανδρε, ἀκηδιαστὰ, ῥάθυμε, καὶ ὀλιγόψυχε, οὐκ οἶδας, ὅτι ἐὰν ἐν σοὶ ἑαυτῷ προθῇ ὅτι δύνανται φυλαχθῆναι, εὐκόλως αὐτὰς φυλάξεις, καὶ οὐκ ἔσονται σκληραί; Εἰ δὲ ἀναβῇ ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, οὐ δύνασθαι αὐτὰς ὑπὸ ἀνθρώπων φυλαχθῆναι, οὐ φυλάξεις αὐτάς.

B

CAPUT IV.


HÆc mihi vehementer iracunde locutus eſt, ita ut conterreret me valde. Vultum enim ſuum mutaverat, ita ut non poſſet homo ſuſtinere iram ejus. Et quum vidiſſet me conturbatum totum & confuſum, cœpit loqui moderatius & hilarius, dicens: Stulte & [14] inſenſate, inconſtans & [15] ignorans majeſtatem Dei, quam [16] magnus quamque mirabilis ſit, qui orbem creavit propter hominem, & omnem creaturam ſubjecit homini, & omnem poteſtatem dedit illi, ut dominetur horum mandatorum. Dominari, inquit, poteſt omnium horum mandatorum, qui habet Dominum in corde ſuo. Qui [a] autem habent Dominum in labiis [17] ſuis, & cor illorum obtuſum eſt, & longe ſunt a Domino; illis mandata hæc dura ſunt & difficilia. Ponite ergo vobis, qui vacui & leves eſtis in fide, Dominum Deum [18] veſtrum in corde habere; & intelligetis, quod nihil facilius eſt his mandatis, neque dulcius, neque manſuetius, neque ſanctius: & convertite vos ad Dominum Deum, & relinquite diabolum & [19] volu-

C Οὐ νοεῖς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, πῶς μεγάλη ἐστὶ καὶ ἰσχυρὰ καὶ θαυμαστή· ὅτι ἔκτισεν τὸν κόσμον διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν ἔδωκεν αὐτῷ κυριεύειν πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς; Εἰ οὖν πάντων τούτων ὁ ἄνθρωπος κύριός ἐστι, καὶ πάντων δύναται κατακυριεῦσαι, πῶς οὐ δυνήσεται καὶ τούτων τῶν ἐντολῶν κατακυριεῦσαι; — Ὥστε πασῶν τῶν ἐντολῶν τούτων κατακυριεῦσαι ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἔχων τὸν Κύριον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· οἱ δὲ ἐπὶ τὰ χείλη ἔχοντες τὸν Κύριον, τὴν δὲ καρδίαν πεπωρωμένην, καὶ μακρὰν ὄντες ἀπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τὴν ἑαυτῶν ῥαθυμίαν, ἐκείνοις αἱ ἐντολαὶ αὗται σκληραί εἰσιν, καὶ δυσκατόρθωτοι. Θέσθε οὖν ὑμεῖς οἱ ὀλιγόψυχοι, καὶ ἐλαφροὶ τῇ πίστει, τὸν Κύριον ἀδιαλείπτως εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ γνώσεσθε ὅτι οὐδέν ἐστιν εὐκολώτερον τῶν ἐντολῶν τούτων, οὔτε γλυκύτερον,

D E

a Iſa. xxix. 13. Joan. xii. 40. II. Cor. III. 14.

1 Bodl. *reſiſtentem*.
2 Lamb. *parebit*.
3 Lamb. *accipies*.
4 Mss. Angl. *ab illa*.
5 Apud Fellum vulgata lectio confirmatur ex Ms. Bodl. Sic & mox, *ſubdita*. Ipſe tamen maluit, *ſubjectus* — *ſubjecta*.
6 Lamb. *Volebam*. Et mox: *poſſem ſervire*.
7 Mss. Angl. *confide*. Sic & edit. Felli Oxon. Al. *fide*.
8 Mss. Angl. *bene*.
9 Hæc habet Pſeudo-Athanaſius num. 13. pag. 259.
10 Ita Mss. Vict. Carm. & Lamb. Ita & Fellus. Græca, *ἵνα* — *γένηται*. Editi, *fiet*.
11 Mss. Angl. deeſt *fructum*.
12 Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 21. pag. 263.
13 Lamb. *diſſimulaveris*. In editis Græca heic mutila.
14 Mss. Angl. *fatue*. Sequitur Pſeudo-Athanaſius l. c. præcedentibus omiſſis.
15 Carm. Victor. & Lamb. *ignoras*. Vide Græca.
16 Mss. Angl. Carm. & Victor. *magna*. Sic & Græca. Heic mendum irrepſit in edit. Oxon. ubi ſic: *quam magnus, quamque miſerabilis ſit*.
17 Carm. & Lamb. deeſt, *ſuis*. Ita & Græca, nec non ſacer Codex quem reſpicit Hermas.
18 Al. *veſtrum & in corde habere*. Felli edit. Oxon. *& in corde habete*.
19 Ms. Victor. *voluntates*. Et mox Lamb. *quæ* pro *quia*.



ptates ejus : quia malæ ſunt, & amaræ, & immundæ. Et nolite timere diabolum, quia in vobis poteſtatem non habet. Ego enim vobiſcum ſum Nuntius pœnitentiæ, qui dominor illius. Diabolus autem timorem facit : ſed timor illius vanus eſt. Nolite ergo timere eum ; & fugiet a vobis.

οὔτε ἡμερώτερον. —— [1] Βλέπε ςερεῶς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπίςρεφε πρὸς Κύριον, καὶ μὴ φοβηθῇς τὸν διάβολον· δύναμις γὰρ ἐν αὐτῷ ὐκ ἔςιν κατὰ τῶν δούλων τῦ Θεῦ· ὁ Θεὸς γάρ ἐςτιν ὁ παρέχων τὴν νίκην. Ὁ διάβολος μόνον φόβον ἔχει· ὁ δὲ φόβος αὐτῦ τόνους ὐκ ἔχει. μὴ φοβηθῇς οὖν αὐτόν, καὶ φεύξεται ἀπὸ σῦ.

A converſi fueritis ad Dominum ex totis præcordiis veſtris, & ſervieritis ei ſecundum voluntatem ipſius, dabit remedium [8] animabus veſtris, poſthabitis peccatis veſtris prioribus ; & habebitis poteſtatem dominandi [9] omnibus operibus diaboli.

Minas autem illius in totum timere nolite : ſine virtute enim ſunt, ſicut hominis mortui nervi. Audite ergo me ; & [b] timete Dominum omnipotentem, qui poteſt [11] vos ſalvos facere & perdere : & cuſtodite mandata ejus, ut vivatis Deo.

[10] Μὴ δὲ τὴν ἀπειλὴν αὐτοῦ δειλιάσῃς· ἄτονος γὰρ ὡς νεκρῦ νεῦρα. —— Μᾶλλον φοβήθητι τὸν Κύριον τὸν δυνάμενον σῶσαι καὶ ἀπολέσαι.

B Et dixi illi : Domine, modo confirmatus ſum in omnibus mandatis Domini, quamdiu mecum es ; & ſcio quod confringes omnem virtutem [12] diaboli. Sed & nos exſuperabimus illum, ſi [13] poſſumus mandata hæc quæ præcepiſti, Domino confirmante, cuſtodire. Cuſtodies, inquit, ſi cor tuum purificaveris ad Dominum. Sed & omnes cuſtodient, qui purificaverint corda ſua a vanis cupiditatibus hujus ſæculi ; & vivent Deo.

CAPUT V.

ET dixi illi : Domine, audi me pauca verba [2] dicentem tibi. Dic, inquit. Homo, inquam, cupit quidem mandata Dei cuſtodire ; & nemo eſt qui non petat a Domino, ut poſſit mandata ejus ſervare. Sed diabolus durus eſt ; & potentia ſua dominatur in Dei ſervos.

Et dixit : Non poteſt dominari in Dei ſervos, qui ex totis præcordiis in [4] Dominum credunt. Poteſt autem diabolus luctari ; ſed vincere non poteſt. Si [a] enim reſiſtitis illi, fugiet a vobis confuſus. Nam quicumque fide pleni non ſunt, timent diabolum, quaſi poteſtatem habentem. Diabolus enim tentat ſervos Dei ; &, ſi invenerit vacuos, exterminat. Sicut [5] enim homo, quum implevit amphoras bono vino, & inter illas amphoras paucas ſemiplenas poſuit, & venit ut tentet & guſtet amphoras ; non tentat plenas, ſcit enim quod bonæ ſunt ; ſemiplenas autem guſtat, ne ſint acidæ factæ : cito enim ſemiplenæ amphoræ aceſcunt, & perdunt ſaporem vini. Sic & diabolus venit ad homines ſervos Dei, ut tentet illos. Quicumque autem pleni ſunt fide, reſiſtunt ei fortiter ; & ille recedit ab eis, quia non habet locum intrandi. Tunc vadit ad illos qui non ſunt in fide pleni, & quoniam habet locum, inde intrat in illos ; & quæcumque vult, facit illis, & fiunt famuli ejus.

[3] Οὐ δύναται γὰρ καταδυναςεύειν τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῶν ἐξ ὅλης καρδίας ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. Δύναται οὖν ὁ διάβολος παλαῖσαι, καταπαλαῖσαι δὲ ὐ δύναται. Ἐὰν C οὖν ἀντιςτῇς αὐτόν, νικηθεὶς φεύξεται ἀπὸ σῦ κατῃσχυμμένος.

ANTIOCHUS, *homilia* LXXIV. *ex Cap.* I. *hujus* Mand. XII.

Φησὶ γάρ· Ἆρον ἀπὸ σῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηράν· ἔνδυσαι δὲ ἐπιθυμίαν ἀγαθὴν καὶ σεμνήν· [14] ἐνδεδυσκόμενος γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην, μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ χαλιναγωγήσεις αὐτὴν, καθὼς βούλει. Ἀγρία γάρ ἐςιν ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρὰ, καὶ δυσκόλως ἡμερῦται. Φοβερωτέρα γάρ ἐςιν, καὶ λίαν τῇ ἑαυτῆς ἀγριότητι δαπανᾷ τὺς ἀνθρώπους. Ἐν δὲ τῷ D λέγειν, Ἀγρία ἐςὶν ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρὰ, σημαίνει, ὅτι κ. τ. λ. Τίς δὲ καὶ ποταπή ἐςιν, [15] ὐ μόνον ἡ πονηρία, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὴ ἐπιθυμία, ἐν τῷ καθεξῆς διαλόγῳ ἀκριβῶς ἐκτίθεται.

Dicit enim : Tolle a te omnem cupiditatem malam ; & indue cupiditatem bonam & ſanctam. Indutus enim cupiditatem hanc, oderis malam cupiditatem, & refrenabis eam, ſicut volueris. Fera enim eſt cupiditas mala, & difficile mitigatur. Horribilis enim eſt, & valde feritate ſua conſumit homines. Quum autem dicit, Fera eſt cupiditas mala, *ſignificat, quod &c. Quænam vero & qualis ſit, non ſolum mala, ſed & bona cupiditas, in ſequenti ſermone diligenter exponit.*

CAPUT VI.

SEd vobis dico ego Nuntius pœnitentiæ : Ne timeatis diabolum. Miſſus enim ſum, ut vobiſcum ſim, quicumque ex totis præcordiis egeritis pœnitentiam ; ut confirmem vos in fide. Credite [6] ergo, qui propter delicta veſtra obliti eſtis Deum, & [7] qui ſalutem veſtram objicientes peccatis veſtris, gravatis vitam veſtram : quod ſi

Idem ANTIOCHUS, *homilia* LXXVII. *ex Cap.* VI. *hujus* Mand.


Πιςεύσωμεν οὖν τῷ Θεῷ, οἱ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν E ἀπεγνωκότες τῆς ζωῆς ἡμῶν· καὶ ἐπιστρέψωμεν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡ-

Credamus ergo Deo, qui propter delicta noſtra deſpondimus vitam noſtram : & convertamur ad Dominum Deum no-

a Jac. IV. 7. *b* Matth. X. 28. Luc. XII. 5.

1 Hactenus Pſeudo-Athanaſius num. 21. pag. 264. Quæ autem ſequuntur exhibet auctor num. 12. pag. 258. aliquantum diverſa, ut aſſolet.
2 Sic Bodl. Fellus autem, *loquentem*.
3 Ex Pſeudo-Athanaſio num. 12. pag. 258.
4 Ms. Vict. *in Deum ſperant*. Exhibet *ſperant* etiam Bodl. Ita & Græca.
5 Hunc locum laudat Origenes Tract. XXXI. Comment. in *Matth.* XXIV. 42.
6 Iſta exſcripſit Antiochus *homil.* LXXVII.
7 Mss. Angl. *& ſalutem veſtram abjicientes*. Wakius autem ita hunc locum reſtituit *Obliti eſtis Deum & ſalutem veſtram, & qui abjicientes peccatis veſtris, gravatis vitam veſtram*.
8 Ita Fellus in ſua edit. Oxon. ex Mss. Angl. Al. *remedium peccatis*.
9 Mss. Angl. *omnium operum*.
10 Hæc Pſeudo-Athanaſius num. 12. ſub init. pag. 258. quorum quidem priora, ab aliis omiſſa.
11 Bodl. *poteſt ſalvum facere*.
12 Lamb. *inimici*.
13 Mss. Angl. *& poſſumus*.
14 Sic editio Pariſ. an. 1644. Editt. Hermæ, ἐνδεδυσμένος. Pſeudo-Athan. ἐνδεδυμένος.
15 Editio Pariſ. cit. ἡ πονηρία —— ἡ ἐπιθυμία. At Editt. Hermæ ad unum omnes, ἡ ἐπιθυμία : maluntque, duce Cotelerio, leg. ὐ μόνον ἡ πονηρὰ, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀγαθὴ ἐπιθυμία.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.




μῶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἡμῶν· καὶ ἐργασώμεθα τὴν δικαιοσύνην τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν· καὶ δουλεύσωμεν αὐτῷ ὀρθῶς κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ. Καὶ ποιήσει ἴασιν τοῖς προτέροις ἡμῶν παραπτώμασι· καὶ ἕξομεν δύ- A ναμιν τοῦ κατακυριεῦσαι τῶν ἔργων τοῦ διαβόλου. Τὴν δὲ ἀπειλὴν αὐτοῦ ὅλως μὴ φοβηθῶμεν· ἄτονος γάρ ἐστιν, ὥσπερ νεκροῦ νεῦρα. Ἀλλὰ φοβηθῶμεν τὸν παντοδύναμον Κύριον, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξωμεν· καὶ ζήσωμεν ἐν αὐτῷ.

ſtrum ex totis præcordiis noſtris : & operemur juſtitiam reliquis diebus vitæ noſtræ : & ſerviamus ei recte , ſecundum voluntatem ipſius . Et dabit remedium peccatis noſtris prioribus : & habebimus poteſtatem dominandi operibus diaboli . Minas autem illius in totum timere nolimus : ſine virtute enim ſunt , ſicut hominis mortui nervi . Sed timeamus Dominum omnipotentem , & cuſtodiamus mandata ejus : & vivemus in eo .

LIBER TERTIUS,

QUI INSCRIBITUR,

SIMILITUDINES.



SIMILITUDO I.

Nos , quia in hoc mundo permanentem civitatem non habemus , debere inquirere futuram .

CAPUT UNICUM.

ET dixit mihi : Scitis vos , Domini ſervos [1] in peregrinatione morari ? Civitas enim veſtra longe eſt ab hac civitate . Si ergo ſcitis civitatem veſtram in qua [2] habitaturi eſtis , quid heic emitis agros , & apparatis lautitias & ædificia , & [3] habitationes ſupervacuas ? Hæc enim qui comparat in hac civitate , non cogitat in ſuam civitatem redire . O ſtulte , o dubie & miſer homo , qui non intelligis , hæc omnia aliena eſſe , & ſub alterius poteſtate . Dicit enim [4] tibi Dominus civitatis hujus : Aut legibus utere meis , aut recede de civitate mea . Tu ergo quid facies, qui habes legem in [5] civitate tua ? Numquid propter agros tuos , aut propter aliquos apparatus tuos , poteris negare legem tuam ? Quod ſi negaveris , & volueris redire in civitatem tuam ; non recipieris , ſed excluderis inde . Vide ergo [6] tu ſicut peregre conſiſtens , nihil amplius compares tibi , [7] quam ſit neceſſarium & ſufficiens tibi ; & paratus eſto , [8] ne quum voluerit [9] Dominus civitatis hujus expellere te , contradicas legi ejus ; & eas in civitatem tuam , ut utaris lege tua , ſine injuria hilaris . Vos igitur videte qui ſervitis Deo , & habetis eum in cordibus veſtris : operamini opera Dei , memores mandatorum & [10] promiſſorum ejus quæ promiſit ; & credite ei , quod faciet vobis , ſi mandata ejus cuſtodieritis . Pro agris ergo quos emere volueritis , redimite animas de neceſſitatibus , prout quiſque poteſt ; [a] & viduas [11] abſolvite , orphanis judicate , & opes ac divitias veſtras in hujuſmodi [12] operibus conſumite . In hoc enim vos Dominus locupletavit , ut hujuſmodi miniſteria expleatis . Multo melius eſt hæc facere , quam agros aut domos emere ; quoniam hæc omnia peribunt in ſæculo : [13] at quæ B pro nomine Dei feceris , invenies in civitate tua ; & habebis gaudium ſine triſtitia & timore . Divitias ergo gentium nolite cupere ; pernicioſæ ſunt enim ſervis Dei : de propriis autem quas habetis , ea agite , quibus poſſitis conſequi gaudium . Et nolite [14] adulterare , nec alterius uxorem tangere , neque concupiſcere . Concupiſce tuum opus, & ſalvus eris .


Ex iſta Similitudine hæc verba facit ANTIOCHUS , *homilia* XV.

C Εἰ οὖν ἐπὶ ξένης κατοικοῦμεν, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν μακρὰν ἀπέχει ἀπὸ τῆς πόλεως ταύτης, καὶ οἴδαμεν τὴν πόλιν ἡμῶν ἐν ᾗ μέλλομεν κατοικεῖν· τί εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἑτοιμάζομεν ἀγροὺς, καὶ οἰκοδομὰς, καὶ οἰκήματα μάταια, καὶ παρατάξεις πολυτελεῖς; Ταῦτα οὖν ἑτοι- D μάζων εἰς ἀλλοτρίαν πόλιν, δῆλός ἐστιν, ὅτι οὐ προσδοκᾷ ἐπανακάμψαι εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, τουτέστιν, εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ὁ γὰρ λογισμὸς οὗτος ἀφρόνων, καὶ διψύχων, καὶ ταλαιπώρων ἀνθρώπων ἐστίν. Οὐ γὰρ συνίει, ὅτι ταῦτα πάντα ἀλλότριά εἰσι, καὶ ὑπὸ ἐξουσίας ἑτέρου εἰσὶ, τουτέστι E τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου. Οὐκ οὖν ὀφεί-

Si ergo in peregrinatione moramur , & civitas noſtra longe eſt ab hac civitate , & ſcimus civitatem noſtram in qua habitaturi ſumus ; quid in aliena apparamus agros , & ædificia , & habitationes ſupervacuas, & lautas conſtructiones? Hæc ergo qui comparat in aliena civitate , palam eſt , quod non cogitat in ſuam civitatem redire , hoc eſt in ſupernam Hieroſolymam . Eſt enim hæc conſideratio ſtultorum , & dubiorum , & miſerorum hominum . Non enim intelligit , hæc omnia aliena eſſe , & ſub alterius poteſtate , hoc eſt principis ſæculi hujus . Debemus igitur , ſicut peregre conſiſtentes , nihil

a Iſa. I. 17.

1 Lamb. *petegre* . Et mox : *Civitas veſtra* , omiſſo *enim* . Hæc laudat Antiochus *homil.* XV.
2 Mss. Angl. *habituri* .
3 Lamb. *ædificationes* .
4 Lamb. deeſt *tibi* .
5 Lamb. *civitatem tuam* .
6 Ita Mss. Carm. Vict. & Lamb. pro *ut* , quod habent editi , præter Oxon.
7 Mss. Angl. *niſi quod* . Sic & Fellus .
8 Carm. Vict. & Angl. *ut* pro *ne* . Quam Mss. lectionem ſequitur Fellus .
9 Lamb. *Deus ut Dominus* . At Felli editio Oxon. *Deus vel Dominus* : quod non advertit Clericus .
10 Al. *promiſſionum ejus , quas* .
11 Carm. Vict. & Lamb. *juſtificate* , *orphanos* .
12 Carm. Vict. & Lamb. deeſt , *operibus* .
13 Lamb. *nam* . Et mox , *civitatem tuam* .
14 Lamb. *adulterari* , & *alterius aliquid* . At Vict. & Carm. *alterius rem* .



λομεν, ὡς ἐπὶ ξένης κατοικοῦντες, μηδὲν πλέον ἑτοιμάζειν ἑαυτοῖς, εἰ μὴ τὴν αὐτάρκειαν τὴν ἀρκετήν. Οἱ γὰρ ἀγαπῶντες τὸν ἑαυτῶν Κύριον, καὶ ἔχοντες αὐτὸν ἀεὶ ἐν τῇ ἑαυτῶν καρδίᾳ, ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ πορεύονται, καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ πιστεύουσι, καὶ καραδοκοῦσι. Καλὸν οὖν ἐστιν ἀντὶ τῶν κτισμάτων καὶ χρημάτων, τῶν σήμερον μὲν ἡμετέρων, αὔριον δὲ ἀλλοτρίων, ὠνήσασθαι ψυχὰς θλιβομένας, καθώς τις δύναται· καὶ χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐπισκέπτεσθαι, καὶ μὴ παραβλέπειν αὐτούς· ὡσαύτως καὶ ἐν μοναστη- A ρίοις, καὶ οὕτω καλῶς διοικεῖν τὰ καθ' ἑαυτούς· καὶ τὸν πλοῦτον, ὃν παρὰ Θεοῦ εἰλήφαμεν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, εἰς αὐτοὺς ἀναλίσκειν. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ παρέσχεν ἡμῖν αὐτὰ ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν δεσπότης, ἵνα εἰς τὴν διακονίαν ταύτην δαπανηθῶσι, καὶ ἀντ' αὐτῶν κομισώμεθα θησαυρὸν ἀνέκλειπτον. Πολὺ οὖν βέλτιόν ἐστι, τοιούτους ἀγροὺς, καὶ B [1] κτήματα ἀγοράζειν, ἅτινα καὶ παράμονά εἰσι, καὶ προάγουσιν εἰς τὴν ἡμῶν μητρόπολιν, ὅταν ἀποδημήσωμεν εἰς αὐτήν. Ἀμεριμνήσωμεν οὖν, ἀγαπητοὶ, τῶν προσκαίρων, ἵνα τῶν ἀϊδίων ἐπιτύχωμεν.

amplius comparare nobis, quam sit necessarium & sufficiens. Qui enim amant Dominum suum, & habent eum semper in cordibus suis, in mandatis ejus incedent, & in promissa ejus credunt, atque exspectant. Bonum igitur est, pro domibus & pecuniis, hodie quidem nostris, cras vero alienis, redimere animas de necessitatibus, prout quisque potest; & viduas ac orphanos visitare, nec despicere: similiter & in monasteriis; sicque recte sua administrare; & divitias quas a Deo accepimus in hac vita, in hujusmodi homines consumere. In hoc enim & præbuit nobis ea bonus noster Dominus, ut in ejusmodi ministeria insumantur; & pro iis reportemus thesaurum non deficientem. Multo itaque melius est, tales villas & domos emere, quæ stabiles sunt & deducunt in nostram metropolim, quando in eam migrabimus. Negligamus ergo, [seu nolimus cupere] carissimi, temporalia, ut æterna possimus consequi.

SIMILITUDO II.

Ut vitis ulmo fulcitur; sic dives oratione pauperis juvatur.

CAPUT UNICUM.

QUum ambularem in agrum & considerarem ulmum & vitem, & [2] cogitarem intra me de fructibus earum; apparuit mihi angelus, & dixit mihi: Quid [3] diu intra te cogitas? Et dixi illi: De hac vite & ulmo disputo, Domine; quoniam fructus illarum decori sunt. Et dixit mihi: Hæ duæ arbores in exemplum positæ sunt servis Dei. Et dixi illi: Vellem scire, Domine, harum arborum exemplum quod dicis. Audi inquit: Vides hanc vitem, & hanc ulmum? Video, inquam, Domine. Hæc [4] vitis, inquit, fructifera est; ulmus autem, lignum sine fructu est: sed vitis hæc, nisi applicita fuerit ulmo [5] & super illam requieverit, non potest multum fructum facere. Jacens enim in terra, malos fructus dat, quia non pendet super ulmum: & pro se & pro ulmo fructum dat. Vide ergo, [6] quod ulmus fructum dat non minorem, quam vitis, sed potius majorem. Quo modo, inquam, Domine, majorem quam vitis? Suspensa, inquit, [7] ad ulmum, fructum multum & bonum dat; [8] jacens autem in terra, exiguum & pessimum fructum dat. Hæc igitur similitudo posita est [9] servis Dei, pauperi & diviti. Respon- C di, inquiens: Domine, demonstra mihi. Audi; inquit: Dives habet opes; a Domino vero pauper est: distrahitur enim circa divitias suas, & valde exiguam habet orationem ad Dominum; & quam habet, inertem habet, & non habentem virtutem. Quum igitur dives præstat pauperi, quæ [10] illi opus sunt; pauper orat ad Dominum pro divite, & Deus præstat diviti omnia bona: quia pauper dives est in oratione; & virtutem magnam habet apud Dominum oratio ejus. Tunc ergo dives præstat omnia pauperi, quia sentit illum exaudiri a Domino; & libentius ac sine dubitatione præstat ei omnia, & curat ne quid ei desit. Pauper Deo gra- D tias agit pro divite, quia opus faciunt a Domino. Apud homines ergo ulmus non putatur [11] dare fructum; & nesciunt, neque intelligunt, quod si [12] societas advenerit viti; & vitis [13] duplum dat fructum, & pro se & pro ulmo. Sic & pauperes pro [14] locupletibus orantes ad Dominum, exaudiuntur; & augentur opes eorum, quoniam præstant pauperibus ex opibus suis. Sunt igitur ambo consortes bonorum operum suorum. Quicumque igitur hæc fecerit, non deseretur a Domino, ac erit scriptus in libro vitæ. Felices igitur qui possident, & sentiunt se locupletari; qui hoc enim senserit, E poterit aliquid administrare.

1 Forte *κτίσματα*, ut paullo superius *κτισμάτων*. Idque insinuat vetus Hermæ interpres.

2 Mss. Angl. *disputarem*. Et mox infra, *disputas* & *disputo*. Quem in locum CLER. „ Ciceroniani temporis est, „ inquit, vox *disputare*, pro eo quod est agere de re quapiam; quæ legitur in codd. Anglicanis, & passim mutata „ est in *cogitare*; quod exscriptores non intelligerent eam „ vocem alio sensu, quam altercandi. „

3 Ita Ms. Vict. Ita & edit. Oxon. Al. omittunt *diu*.

4 Laudat hunc locum Origenes *homil.* x. in *Josuam*, edit. noviss. BB. tom. III. pag. 423.

5 Mss. Angl. *ut super illam refrigeret*. Fellus paullo superius exhibet *applicata*, rejiciens editorum *applicita*,

6 Mss. Angl. *quia &*.

7 Ita Fellus ex Mss. Angl. Al. *in ulmo*.

8 Ms. Lamb. hæc omittit: *jacens autem in terra, exiguum & pessimum fructum dat*.

9 Mss. Angl. *in servos Dei, in pauperem & divitem*. Hanc lectionem sequitur Fellus, vulgatam respuens.

10 Mss. Angl. deest *illi*.


11 Mss. Angl. *fructus dare*.

12 Bodl. *siccitas non advenerit*. Lamb. *siccitas evenit*.

13 Lamb. *abundat fructu*.

14 Lamb. *locupletantibus*.

SÆCUL. I.
CIRCA
ANN. CHR.
70.



SIMILITUDO III.

Ut hyeme virides arbores ab aridis; sic in hoc sæculo justi ab injustis internosci non possunt.

CAPUT UNICUM.

OStendit mihi arbores multas abjectis foliis, quæ mihi velut aridæ videbantur: omnes enim similes erant. Et dixit mihi: Vides arbores has? Video, inquam, Domine, similes aridis. Respondens dixit mihi: Hæ [1] arbores in similitudinem sunt [2] hominum, qui in sæculo morantur. Respondi, inquiens: Domine, cur velut ari- A dis similes sunt? Quoniam, inquit, nec justi nec injusti cognoscuntur; sed similes sunt [3] in hoc sæculo. Hoc [4] enim sæculum justis hyems est; [5] qui non agnoscuntur, cum peccatoribus habitantes. Sicut in hyeme omnes arbores, abjectis foliis, aridis similes sunt, nec potest cognosci quæ sunt aridæ, aut quæ virides: sic & in hoc sæculo, nec justi nec injusti cognoscuntur; sed similes sunt omnes.

SIMILITUDO IV.

Ut æstate vividæ arbores ab aridis, fructu & virentibus foliis internoscuntur: sic in futuro sæculo justi ab injustis beatitudine different.

CAPUT UNICUM.

OStendit mihi iterum arbores multas, quarum aliæ frondes emittebant; aliæ aridæ erant. Et dixit mihi: Videsne [6] has arbores? Respondi: Video, Domine, alias aridas, & alias [7] frondentes. Hæ arbores, inquit, quæ virides sunt, justi sunt qui [8] habitaturi sunt in futuro sæculo. Illud enim futurum sæculum æstas est justis; peccatoribus autem hyems. Quum ergo illuxerit misericordia Domini, tunc declarabuntur qui serviunt Deo, & [9] omnibus perspicui erunt. Sicut enim in æstate fructus arboris cujuscumque declaratur, & [10] patet: sic & justorum factum declarabitur, & patebit; & omnes hilares & gaudentes in illo sæculo restituentur. Nam [11] ceteræ gentes, peccatores [12] scilicet, sicut arbores quas vidisti aridas, tales invenientur aridi & sine fructu in illo sæculo; B & sicut arida ligna, comburentur: & palam [13] fiet, quoniam male fecerunt in omni tempore vitæ suæ; & [a] comburentur ideo, quia peccaverunt, & peccatorum suorum non egerunt pœnitentiam. Sed & ceteræ gentes comburentur, quia non agnoverunt Deum creatorem suum. Tu ergo fac fructum bonum, ut in [14] æstate cognoscatur fructus tuus; & abstine te a multis negotiis, & nihil delinques. Quicumque enim multa negotia agunt, multa delinquunt; quia constricti sunt circa negotia sua, & non serviunt Deo. Nam quo modo C potest homo qui non servit Deo, aliquid petere & accipere a Deo? Qui enim serviunt Deo, petunt & accipiunt sua desideria. Quod si unum negotium tractat aliquis, poterit servire Deo; quoniam non alienatur animus ejus a Domino, sed pura mente servit Deo. Hoc ergo si feceris, poteris in venturo sæculo habere fructum: sed & omnes qui fecerint hæc, fructum ferent.

SIMILITUDO V.


De vero jejunio, & ejus mercede; tum & de corporis munditia.

CAPUT I.

QUum jejunarem & sederem in monte quodam, & gratias agerem Deo pro omnibus quæ fecerat mecum; video Pastorem illum sedentem juxta me, ac [15] dicentem mihi: Quid tam mane huc venisti? Respondi: Quoniam, Domine, stationem habeo. Quid est, inquit, statio? Et dixi: Jejunium. Et dixit: Quid est illud jejunium? Sicut solebam, inquam, sic jejuno. Nescitis, inquit, Deo jejunare; neque est jejunium hoc quod jejunatis, Deo nihil proficientes. Quare, inquam, Domine, ita dicis? Dico [16] certe, inquit, non D esse jejunium hoc, quod putatis vos jejunare: sed ego te docebo quod sit jejunium plenum acceptumque Deo. Audi, inquit: Dominus non desiderat tale jejunium supervacuum: sic enim jejunando nihil præstas æquitati. [17] Jejuna certe verum jejunium tale. Nihil in vita tua nequiter facias; sed mente pura servi Deo, custodiens mandata ejus, & [18] in præcepta ejus ingrediaris, neque admiseris desiderium nocens in animo tuo. Crede autem Domino, si hæc feceris, timoremque ejus habueris, atque abstinueris ab omni negotio malo, Deo te victurum. Hæc si feceris, jejunium ma- E gnum consummabis acceptumque Domino.

a Matth. III. 10. VII. 19.

1 Lamb. addit *aridæ*.
2 Ita Lamb. Ita & Fellus. Al. *horum*.
3 Mss. Angl. *huic*.
4 Laudat hanc Similitudinem Origenes tract. XXX. Comment. in *Matth.* XXIV. 32. noviss. edit. tom. II. pag. 872.
5 Mss. Vict. & Carm. *quia*. Felli editio Oxon. *quoniam*.
6 Lamb. deest *has*.
7 Mss. Angl. *frondescere*.
8 Lamb. *habituri sunt futurum sæculum*.
9 Ita Mss. Angl. & Carm. Ita quoque editio Felli Oxon. Al. *omnes*.
10 Mss. Carm. & Lamb. *paret*. Et mox, *parebunt omnes* pro *patebit*; & *omnes*.
11 Mss. Angl. & Carm. *exteræ*.
12 Lamb. deest *scilicet*.
13 Ita Mss. Angl. Ita & Felli edit. Oxon. Al. *fient*.
14 Lamb. *in eo stare*.
15 Bodl. addit *hæc*.
16 Lamb. *enim quia non est*. Sic & Felli edit. Oxon. quæ tamen habet *quoniam* pro *quia*. Hinc nonnulla excerpsit Pseudo-Athanasius in *Doctr. ad Antioch.* num. 16. pag. 260. quorum pars proferenda mox infra *Cap.* III.
17 Lamb. *Leve enim jejunium tale est*. Habet quoque *enim* pro *certe* Felli edit. Oxon.
18 Sic Fellus ex Mss. Angl. ubi monet Bodl. exhibere *in præceptis ejus*. Al. *in præceptis ejus ingrediens*.



A

CAPUT II.

Audi Similitudinem quam dicturus ſum tibi, ad jejunium pertinentem. Quidam quum haberet fundum ſervoſque multos, in quadam parte fundi ſui poſuit vineam [1] ſucceſſoribus: deinde peregre profectus, elegit ſervum quem habebat fideliſſimum ac ſibi probatum; eique adſignavit vineam, præcipiens ut vitibus jungeret palos: quod ſi feciſſet & mandatum ſuum conſummaſſet, libertatem eidem ſe daturum promiſit. Nec præterea quidquam aliud præcepit illi, quod in ea [2] faceret: atque ita peregre profectus eſt. Poſtquam autem ſervus ille curam [3] apprehendit; fecit quæcumque præceperat dominus. Quumque depalaſſet vineam illam, & animadvertiſſet eam herbis repletam; cœpit ſecum ita [4] cogitare, dicens: Peregi quod mihi præceperat dominus; fodiam nunc vineam hanc, & erit formoſior [5] quum fuerit foſſa; & extractis herbis, majorem dabit fructum, & non ſuffocabitur ab herbis. Adgreſſus deinde fodit, & omnes herbas quæ in ea erant, extraxit; atque ita evaſit vinea ſpecioſiſſima ac læta, non ſuffocata ab herbis. Poſt aliquantum vero temporis venit dominus ejus, & ingreſſus eſt vineam: quam quum depalatam vidiſſet decenter, ac [6] circumfoſſam, & extractas herbas ab ea, & lætas eſſe vites; ex facto hoc ſervi ſui gaudium cepit. Adhibito itaque filio quem carum & heredem habebat, & amicis quos in conſilio advocabat; indicat ea quæ ſervo ſuo facienda mandaſſet, quæ præterea ille feciſſet. At illi protinus gratulati ſunt ſervo illi, quod tam plenum teſtimonium domini ſui affecutus fuiſſet. Ait deinde illis: Ego quidem huic ſervo libertatem promiſi, ſi cuſtodiſſet mandatum meum quod dederam; & cuſtodivit illud, & præterea opus bonum adjecit in vineam, quod mihi [7] quamplurimum placuit. Pro hoc igitur opere quod fecit, volo eum filio meo facere coheredem; quoniam quum ſenſiſſet quid eſſet bonum, non [8] omiſit, ſed fecit illud. Hoc conſilium domini, & [9] filius & amici ejus comprobaverunt; ut fieret ſcilicet hic ſervus coheres filio. Poſt dies deinde [10] non multos, convocatis [11] amicis, paterfamilias miſit de cœna ſua ſervo illi cibos complures. Quos quum accepiſſet ille, ſuſtulit ex eis quod [12] ſufficiebat ſibi; reliquum autem conſervis ſuis diſtribuit. Quibus acceptis, illi lætati ſunt; & cœperunt illi optare, ut majorem gratiam apud dominum inveniret, ob ea quæ fecerat ipſis. Hæc omnia quum audiſſet dominus ejus, percepit iterum maximum gaudium; & convocatis rurſum amicis & filio, exponit factum ſervi ſui de cibis ſuis quos ei miſerat. Illi itaque tanto magis aſſenſerunt patrifamilias, ipſum ſervum coheredem filio debere fieri.

CAPUT III.

Dico ei: Domine, has Similitudines non novi, neque intelligere poſſum, niſi eas tu mihi exponas. Omnia, inquit, exponam tibi quæcumque locutus fuero tecum, aut oſtendero tibi. Mandata Domini cuſtodi, & eris probatus, & ſcriberis in numero eorum qui cuſtodiunt mandata ejus. [13] Si autem præter ea quæ mandavit Dominus, aliquid boni [14] adjeceris; majorem dignitatem tibi [15] conquires, & [16] honoratior apud Dominum eris, quam eras futurus. Igitur ſi cuſto-
B dieris mandata Domini, & adjeceris etiam ad ea ſtationes has, gaudebis; maxime, ſi ſecundum mandatum meum ſervaveris ea. Dico ei: Quidquid mihi præceperis, Domine, ſervabo; ſcio enim te mecum futurum. Ero, inquit, tecum, qui tale propoſitum habes. Sed & cum omnibus ero, quicumque idem propoſitum [17] habuerint. Jejunium hoc, inquit, cuſtoditis mandatis Domini, valde bonum eſt. [18] Sic igitur ſervabis illud.

Primum omnium cave ab omni probro, & turpi verbo, & ab omni noxia cupiditate; & purifica ſenſum tuum ab omni vanitate ſæculi hujus. Si hæc cuſtodieris, erit hoc jejunium juſtum. Sic ergo facies. Peractis quæ ſupra ſcripta ſunt, illo die quo jejunabis, nihil omnino guſtabis, niſi panem & aquam; & computata quantitate cibi [20] quem ceteris diebus comeſturus eras, ſumtum diei illius quem facturus eras, repones, & dabis viduæ, pupillo, aut inopi: & ſic conſummabis humilitatem animæ tuæ; ut qui ex eo acceperit, ſatiet animam ſuam, & pro te adeat Dominum Deum oratio ejus. Si igitur ſic conſummaveris jejunium tuum, quemadmodum præcipio tibi;	[19] Πρῶτον πάντων φύλαξαι νηςεύειν ἀπὸ παντὸς ῥήματος πονηρῦ, ϗ ἀκοῆς πονηρᾶς· καὶ καθάρισόν συ τὴν καρδίαν ἀπὸ παντὸς μολυσμῦ, καὶ μνησικακίας, καὶ αἰσχροκερδίας. Καὶ ἐν ἡμέρᾳ ᾗ νηςεύεις, ἀρκέσθητι ἄρτῳ καὶ λαχάνοις καὶ ὕδατι, εὐχαριςῶν τῷ Θεῷ· συμψηφίσας δὲ τὴν ποσότητα τῆς δαπάνης τῦ ἀρίςυ, ὃ ἔμελλες ἐσθίειν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, δὸς χήρᾳ, ἢ ὀρφανῷ, ἢ στερυμένῳ, πρὸς ὃν δὴ σαφῶς ἐμπλήσας τὴν ἑαυτῦ ψυχὴν, εὔξεται ὑπέρ σου πρὸς Κύριον. Ἐὰν ὖν τελέσῃς τὴν νηςείαν, ὡς ἐνετειλάμην σοι, ἔσται ἡ θυσία σου δεκτὴ ἐνώπιον Κυρίου, ϗ ἐγγεγραμμένη ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως τῶν ἡτοιμασμένων ἀγαθῶν τοῖς δικαίοις.

C D

E erit hoſtia tua accepta Domino, & ſcribetur hoc jejunium tuum. Hæc ſtatio ſic [21] acta eſt bona, hilaris & accepta Domino.

Hinc Antiochus, *homilia* vii.

Νηςτεία γὰρ ἀληθινή ἐςιν, ὐ μόνον τὸ ἑαυτὸν ἐκτήξειν, ἀλλὰ ϗ τὴν πο-	*Jejunium enim verum eſt, non modo ſe tabidum facere, ſed & quan-*

1 Mss. Angl. *affuturis*. Sic & Vict. At Lamb. *futuris*.
2 Mss. Angl. *facere deberet*. Sic & edit. Oxon. Apud Clericum vero Ms. Lamb. ſic ſe habet: *quidquam præcepit illi, ut quid in ea facere deberet*.
3 Al. Codd. addunt. *cœpit &*.
4 Mss. Angl. *diſputare*, ut modo ſup. Cap. I. notatum.
5 Mss. Angl. *formoſior foſſa*.
6 Lamb. *foſſam*.
7 Mss. Angl. *validiſſime*.
8 Lamb. *diſſimulavit*.
9 Lamb. *& fecit filius*.
10 Mss. Angl. *dies paucos*.
11 Lamb. *convocatis paterfamilias amicis antiquis, miſit*.
12 Lamb. *ſufficeret*.

13 Lamb. *Sin autem præter ea quam quod*.
14 Lamb. *feceris*.
15 Mss. Angl. *acquires*.
16 Lamb. *honeſtior*. Sic & Fellus.
17 Sic Mss. Vict. Carm. & Lamb. Sic & edit. Oxon. Al. *habens*.
18 Lamb. *Si igitur ſervaveris illud, primum*.
19 Pſeudo-Athanaſius num. 16. pag. 261.
20 Lamb. apud Fellum ſic: *cibi, ceteris diebus quæ comeſturus — reponens, dabis*. Apud Clericum autem ita: *cibi, ceteriſque quæ editurus eras — reponis & dabis*. At edit. Oxon. *ſepones & dabis*. Hunc locum reſpicit Antiochus *homil.* vii.
21 Lamb. *geſta*.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

στότητα τῆς δαπάνης, ἣν ἔμελλεν ἐσθίειν, δοῦναι χήρᾳ, ἢ πτωχῷ· ἵνα ὁ εἰληφὼς, ἐμπλησθεὶς, εὔξηται ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ δεκτὴ γένηται ἡ θυσία αὐτοῦ παρὰ τῷ Θεῷ.	*titatem sumtus quem comesturus erat, dare viduæ & inopi: ut qui acceperit, satiatus, oret pro eo, & accepta fiat Deo hostia ejus.*

Hæc tu si servaveris cum liberis tuis & tota domo tua; custoditis his, [1] felix eris. Et quicumque hæc audita custodierint, felices erunt; & quidquid petierint a Domino, obtinebunt.

CAPUT IV.

ET [2] precatus sum eum, ut mihi explanaret hanc Similitudinem de fundo & domino, ac vinea & servo qui depalaverat vineam; & herbis quæ extractæ de vinea erant; & de filio & de amicis, quos in consilio adhibuerat. Intellexi enim, esse illud Similitudinem. Ait mihi: Valde audax es ad interrogandum. Nihil enim debes interrogare: nam si oportuerit demonstrari, demonstrabitur tibi. Dico ei: Domine, quæcumque ostenderis mihi, nec [3] declaraveris, frustra videro illa, si non intellexero quidnam sint; & Similitudines si quas [4] proposueris & non exposueris, frustra audiero eas. Respondit mihi rursus, dicens: Quicumque Dei servus est, [5] Dominumque habet in præcordiis suis, petit ab eo intellectum, & obtinet; & omnem Similitudinem [6] explicat; & intelligit verba Domini, quæ [7] inquisitione egent. Quicumque vero inertes sunt & pigri ad orandum, illi dubitant petere a Domino; quum sit Dominus tam profundæ bonitatis, ut petentibus a se [8] cuncta sine intermissione tribuat. Tu ergo, qui confirmatus es ab [9] illo venerabili Nuntio, & accepisti orationem tam potentem, quum piger non sis; cur jam a Domino intellectum non petis, & accipis? Dico ei: Quum te præsentem habeam, necesse est ut a te petam, & interrogem; tu enim omnia mihi ostendis, & [10] loqueris, quum ades. Nam si sine te ea viderem, vel audirem; tunc Dominum rogarem, ut [11] ostenderet mihi.

CAPUT V.

ET respondit: Dixeram tibi paullo ante, callidum te esse & audacem, qui solutiones Similitudinum interrogas. Sed [12] quia ita es pertinax, solvam tibi hanc quam desideras Similitudinem, ut omnibus notam facias eam. Audi nunc, inquit, & percipe animo. Orbem terrarum fundus ille significat, qui in Similitudinem est positus. Dominus autem fundi demonstratur esse is, qui creavit cuncta & consummavit, & vir-
A tutem illis dedit. Filius autem, Spiritus sanctus est. Servus vero ille, Filius Dei est. Vinea autem, populus est quem servat ipse. Pali vero, Nuntii sunt, qui a Domino præpositi sunt ad continendum populum ejus. Herbæ autem quæ evulsæ sunt de vinea, [13] admissa sunt servorum Dei. Cibi vero quos de cœna misit illi, mandata sunt quæ per Filium dedit populo suo. Amici autem illi quos in consilio advocavit, [14] Angeli sunt sancti quos [15] primo creavit. Absentia vero illius patrisfamilias, tempus est quod in adventum ejus restat. Dico ei: Domine, magnifice & mire omnia hæc se habent, atque honeste:
B numquid ergo, Domine, inquam, hæc poteram intelligere? Ne quidem quispiam præterea homo, tametsi valde prudens sit, [16] poterit intelligere ea. Sed nunc mihi demonstra, Domine, quod quæro. [17] Quære quod vis, inquit. Quare, inquam, Filius Dei in Similitudine hac, servili loco ponitur?

CAPUT VI.

AUdi, inquit: In servili conditione non ponitur Filius Dei, sed in [18] magna potestate & imperio. [19] Ei dixi: Quo modo, inquam,
C Domine? Non intelligo. Quoniam, inquit, [20] eis quos Filio suo tradidit, Filius ejus nuntios præposuit, ad [21] conservandos singulos: ipse autem plurimum laboravit, plurimumque perpessus est, ut aboleret delicta eorum. Nulla enim vinea potest fodi sine labore ac dolore. Deletis igitur peccatis populi sui, ipse eisdem monstravit itinera vitæ, data eis lege quam a Patre acceperat. Vides igitur, esse Dominum populi, accepta a Patre suo omni potestate. Quare autem Dominus in consilio adhibuerit Filium de hereditate, [22] & bonos angelos? Quia nuntius audit [23] illum Spiritum sanctum, qui [24] infusus est omnium primus in corpore, [25] in quo habitaret Deus.
D Collocavit enim eum intellectus in corpore, ut ei videbatur. Hoc ergo corpus, in [26] quod inductus est Spiritus sanctus, servivit illi Spiritui, recte in modestia ambulans & caste, neque omnino maculavit Spiritum illum. Quum igitur corpus illud paruisset omni tempore Spiritui sancto, recteque & caste laborasset cum eo, nec succubuisset in omni tempore; fatigatum corpus illud serviliter [27] conversatum est, sed fortiter cum Spiritu sancto comprobatum Deo [28] receptum est. Placuit igitur Deo [29] hujusmodi potens cursus; quia maculatus non esset in terra, possidens in se Spiritum sanctum. In consilio advocavit ergo Fi-
E lium, & nuntios [30] bonos, ut & huic scilicet corpori quod [31] servivit Spiritui sancto sine querela, locus aliquis consistendi daretur, ne videretur mer-

1 Lamb. *salvus*. Et paullo post, *salvi* pro *felices*.
2 Mss. Angl. *deprecatus*.
3 Lamb. *demonstraveris, frustra videbo*.
4 Lamb. *exposueris & non absolveris, frustra audiam*.
5 Lamb. *Dominum quem*.
6 Lamb. *exsolvit*.
7 Mss. Angl. *quæstionem ferunt*.
8 Lamb. & Vict. *cunctis*.
9 Sic Mss. Angl. & Carm. Sic & edit. Oxon. Al. *ab illius Nuntio*.
10 Lamb. *loqueris mihi. Ades. Nam* &c.
11 Bodl. *demonstraret*. Lamb. *demonstraretur*.
12 Lamb. *quamvis*.
13 Lamb. *commissa*.
14 Mss. Angl. *Nuntii*. Sic & edit. Oxon.
15 Lamb. *primos*.
16 Lamb. *qui possit*.
17 Mss. Angl. *Dic, si quid vis*.
18 Mss. Angl. *magnam potestatem & imperium*.
19 Lamb. *Et dixi: Quemadmodum*.
20 Lamb. *eum quem*. Et mox: *& Filius ejus nuntiis*.
21 Lamb. *confirmandos*. Et paullo post: *ut aboleret peccata*.
22 Mss. Angl. *honestosque*. Fell. *& bonos nuntios? Audi: Quia*.
23 Lamb. deest *illum*.
24 Mss. Angl. & Carm. *creatus*.
25 Lamb. *in corpore quod ei videbatur. Hoc ergo corpus in quo habitaret Deus, collocavit intellectus scilicet corpore quod ei videbatur*. At Ms. Vict. *intellecto scilicet corpore quod ei videbatur*. — Hunc locum valde corruptum, ex Mss. & editionum collatione sic corrigit doctissimus Grabius: *Quare autem Dominus in consilio adhibuerit Filium de hereditate, honestosque nuntios, audi. Spiritum sanctum qui creatus est omnium primus, in corpore in quo habitaret Deus, collocavit; in delecto corpore, quod ei videbatur*. WAK.
26 Mss. Angl. *in quo deductus*. Sic & Vict. absque *in*.
27 Lamb. *conservatum*.
28 Mss. Germ. & Vict. *receptumque*. At Carm. *conservatum*.
29 Ms. Vict. *hujus esse*.
30 Bodl. *honestos*.
31 Lamb. *serviisset*. Sic & edit. Oxon.

cedem servitutis suæ perdidisse. Accipiet enim A mercedem omne corpus purum ac sine macula repertum, in quo habitandi gratia constitutus fuerit Spiritus sanctus. Habes & hujus Similitudinis [1] expositionem.

CAPUT VII.

PErcepi, inquam, Domine, tuam voluntatem, audita hac expositione. Audi ulterius, inquit: Corpus hoc tuum custodi mundum atque purum; ut Spiritus ille qui inhabitabit in eo, testimonium referat illi, & tecum fuisse judicetur. Atque etiam vide, ne quando persuadeatur tibi, B interire corpus hoc, & abutaris eo in libidine aliqua. Si enim corpus tuum maculaveris, maculabis etiam eodem tempore & Spiritum sanctum; & si maculaveris [2] Spiritum sanctum, non vives. Et dixi: Quid si per ignorantiam [3] aliquam id admissum est, antequam audirentur verba hæc? Quo pacto assequitur salutem is qui maculavit corpus suum? Prioribus, inquit, rebus, [4] qui per ignorantiam admiserunt, remedium tribuere solus Deus potest: ejus enim est omnis potestas. Sed nunc custodi te: & quum sit Dominus omnipotens & misericors, prioribus admissis remedium dabit, si [5] in futurum non maculaveris corpus tuum, & Spiritum. Consortes sunt enim [6] ambo, & alteruter sine altero non coinquinatur. Utrumque ergo serva mundum; & vives Deo.

SIMILITUDO VI.

De duplici genere hominum voluptariorum, & eorum morte, defectione, & pœnarum duratione.

CAPUT I.

QUum sederem domi, & glorificarem [7] Dominum pro omnibus quæ videram, & de Mandatis [8] cogitarem, ea valde bona esse & magna, & honesta ac læta, & quæ possint salutem C [9] hominum afferre; intra me ipsum hæc dicebam: Felix ero, si in his Mandatis ambulavero; & quicumque in his ambulaverit, vivet Deo. Dum hæc [10] loquerer mecum, video eum [11] quem & prius, sedentem juxta me, & hæc mihi dicentem: Quid dubitas de Mandatis meis, quæ tibi præcepi? Bona sunt: nihil omnino dubitaveris; sed indue fidem Domini, & ambulabis in eis. Ego enim in illis dabo tibi vires. Hæc Mandata utilia sunt his, qui delictorum suorum ante admissorum acturi sunt pœnitentiam, si in futurum in iis ambulaverint. Quicumque igitur agitis pœnitentiam, abjicite a vobis nequitiam D hujus sæculi. Induite [12] vero omnem virtutem & æquitatem, & poteritis custodire hæc Mandata; [13] neque deinceps peccetis. Si enim deinceps non peccaveritis; plurimum ex prioribus recidetis. In Mandatis meis ambulate, & vivetis Deo. Hæc a me dicta sunt vobis. Postquam hæc mecum locutus est, ait mihi: Eamus in agrum, & [14] pastores pecorum tibi ostendam. Eamus, inquam, Domine.

Et venimus in quemdam campum: & illic ostendit mihi juvenem pastorem, vestitum synthesim vestimentorum colore coccineo. Pascebat autem E pecora copiosa: & pecora illa velut in voluptatibus erant, & plurimis deliciis; & hilaritate exsultabant, & exsultantia discurrebant huc atque illuc. Et ipse pastor vehementem ex grege suo percipiebat voluptatem; & vultus pastoris illius valde hilaris erat, inter pecora discurrentis.

[15] Ἦλθον εἰς πεδίον· καὶ [δείκνυσί μοι] παῖδα νεανίσκον ἐνδεδυμένον [16] σύνθεσιν ἐνδυμάτων κροκαίων, βόσκοντα πρόβατα πολλὰ λίαν· καὶ τὰ πρόβατα ταῦτα ἦν ὡσεὶ τρυφῶντα, καὶ λίαν σπαταλῶντα, καὶ ἱλαρὰ, σκιρτῶντα ὧδε κἀκεῖ. Καὶ αὐτὸς ὁ ποιμὴν πάνυ ἱλαρὸς ἐπὶ τῷ ποιμνίῳ αὐτῷ ἦν, καὶ περιέτρεχε τὰ πρόβατα. [17] Καὶ ἄλλα πρόβατα σπαταλῶντα καὶ τρυφῶντα ἐν τόπῳ ἑνὶ, οὐ μέντοι σκιρτῶντα.

CAPUT II.

AIt mihi [18] Angelus: Vides autem hunc pastorem? Video, inquam, Domine. Et dixit mihi: Hic nuntius [19] dulcedinis ac voluptatis est. Hic ergo corrumpit mentes servorum Dei, & avertit eos a veritate, oblectans cupiditatibus; & pereunt. Obliviscuntur enim mandata Dei vivi, & in luxuriis conversantur & deliciis vanis, & corrumpuntur ab hoc nuntio [20] malo aliqui usque ad mortem, aliqui vero usque ad [21] defectionem. Dico ei: Domine, non intelligo, quid sit *ad*

Καὶ λέγει μοι· Βλέπεις τὸν ποιμένα τοῦτον; Βλέπω, φημὶ, Κύριε. Οὗτός, φησιν, ἄγγελος τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἐστίν. οὗτος ἐκτρίβει τὰς ψυχὰς τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ καταστρέφει ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀπατῶν αὐτὰς ταῖς ἐπιθυμίαις ταῖς πονηραῖς, ἐν αἷς ἀπόλλυνται ἐπιλανθανόμενοι τῶν ἐντολῶν τοῦ ζῶντος τοῦ Θεοῦ, καὶ πορευόμενοι (ἐν) ταῖς ματαίαις τρυφαῖς καὶ ἀπάταις τοῦ βίου τούτου. Διὸ καὶ ἀπόλλυνται ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου τούτου εἰς θάνατον καὶ καταφθοράν. Λέγω αὐτῷ· οὐ γινώσκω, Κύριε, τί ἐστιν εἰς θάνα-

1 Lamb. *exsolutiones*. Et mox, *exsolutione*.
2 Sic Fellus in sua edit. Oxon. ex Mss. Angl. Al. *corpus tuum, non*.
3 Bodl. *aliquid admissum*.
4 Lamb. & Carm. *quæ*. Sic & Fellus.
5 Sic Mss. Carm. & Lamb. Sic & edit. Oxon. Al. omittunt *in*.
6 Lamb. *ambo alterutrum, & alter sine altero*. Felli autem editio Oxon. sic: *& alterutrum sine altero non inquinatur*.
7 Lamb. *Deum*. Alternant *Deus* & *Dominus* in codd.
8 Mss. Angl. *disputarem*, ut alibi notatum.
9 Lamb. *homini*. Sic etiam Fellus.
10 Lamb. *loquor*.
11 Mss. Angl. *eum sedentem*, omissis, *quem & prius*.
12 Lamb. [illegible].
13 Lamb. *nec te* [illegible]. Ita C[illegible]. Fellus autem sic: A[illegible], *post* [illegible].
14 Q[illegible] in [illegible]onibus multi *Pastores* apparent, ea propter [illegible] opus Origenes appellat librum *de P*[illegible] lib. III [illegible] 2. Hæc Cotelerius. At nuperus editor Parisiensis opp. Origenis *tom.* I. *pag.* 140. *col.* 2. D. locum ex Mss. sic restituit: *Sed & Pastoris liber*, rejiciens hanc editt. lectionem: *Sed & de Pastoribus liber*.
15 Hæc Pseudo-Athanasius in *Doctr. ad Antioch.* num. 18. 19. pag. 261. 262.
16 Præter ea quæ heic habet Cotelerius, Græca hujusce loci illustrat Cl. Montfauconus in *Hexapl. Origen.* tom. II. pag. 181. ad *Isa.* LVII. 9.
17 Ista Pseudo-Athanasii: *Aliasque vidi oves, luxuriantes & delicia*[illegible] *uno in loco, nec tamen exsult*[illegible]: veteri Interpreti restituenda, e cujus versione librarii incuria videntur excidisse. Apud ipsum namque paullo post hæc leguntur: *Quæ vero vidisti pecora non exsultantia, sed uno lo*[illegible]*scentia*: quæ sane omissa præcedentia arguunt. Cll. *Pastoris* editores id fugisse miror.
18 Lamb. desunt *Angelus* & *autem*. Sic & Græca.
19 Ita Fellus ex Mss. Angl. quibus deest *illecebrarum*, quod addunt editi.
20 Lamb. deest, *malo*.
21 Græca, *ad corruptionem*.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.



mortem, & quid *ad defectionem*. Audi, inquit: Quæcumque pecora vidisti valde læta & exsultantia, ii sunt qui [1] in perpetuum a Deo discesserunt, & tradiderunt se desideriis hujus sæculi. Iis ergo non est per pœnitentiam regressus ad vitam; quoniam quidem adjecerunt ad reliqua delicta sua [2], & nomen Domini nefandis [3] insectati sunt verbis. Hujusmodi homines morti sunt destinati. Quæ vero vidisti pecora non exsultantia, sed uno loco vescentia; ii sunt, qui tradiderunt se quidem deliciis ac voluptatibus, nihil vero nefandum in Dominum locuti sunt. Hi igitur [4] non defecerunt a veritate, ideoque repositam adhuc habent spem vitæ in pœnitentia. Defectio enim habet spem aliquam redintegrationis; mors vero perpetuo tenetur interitu. Rursum progressi sumus paullulum: & ostendit mihi pastorem magnum, & velut agrestem figuram [5] habentem, amictum pelle alba caprina, peram gestantem in humero, & manu virgam nodosam & [6] valde duram, & flagellum in manu; aspectum autem [7] trucem & sævum habebat, ut posset [8] terrere aliquos: talis erat aspectus ejus. Hic ergo accipiebat ab illo juvene pastore ea pecora, quæ [9] delicias quidem agebant, sed non exsultabant; & compellebat ea in præcipitem locum quemdam, ac spinosum tribulisque confertum, usque adeo ut de spinis & tribulis se non possent explicare; sed implicita ibi [10] pascebantur spinis & tribulis; & graves cruciatus experiebantur ex [11] verberibus ejus:

τον καὶ καταφθοράν. Καὶ λέγει μοι· ἄκουέ, φησιν· Ἃ εἶδες πρόβατα ἱλαρὰ καὶ σκιρτῶντα, ὗτοί εἰσιν οἱ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ τοῦ Θεȣ̃ εἰς τέλος, καὶ παραδεδωκότες ἑαυτὰς ταῖς ἐπιθυμίαις τȣ̃ αἰῶνος τȣ́τȣ. Ἐν τȣ́τοις μετάνοια ζωῆς ȣ̓κ ἔστιν· ὅτι καὶ τὸ ὄνομα τȣ̃ Θεȣ̃ δι' αὐτȣ̀ς βλασφημεῖται. τῶν τοιȣ́των ἡ ζωὴ θάνατός ἐστιν. Ἃ δὲ εἶδες μὴ σκιρτῶντα, ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ βοσκόμενα, ὗτοί εἰσιν οἱ παραδεδωκότες μὲν τῇ τρυφῇ καὶ ἀπάτῃ ἑαυτȣ̀ς, εἰς δὲ τὸν Κύριον μὴ βλασφημήσαντες. ὗτοι οὖν κατεφθαρμένοι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας· ἐν τούτοις ἐλπίς ἐστι μετανοίας, ἐν ᾗ δύνανται ζῆσαι. Ἡ καταφθορὰ ȣ̃ν ἐλπίδα ἔχει ἀναστάσεως ἕως τινός· ὁ δὲ θάνατος ἀπώλειαν ἔχει αἰώνιον. Πάλιν προέβημεν μικρὸν, καὶ δείκνυσί μοι ἕτερον ποιμένα μέγαν, ὡς ἄγριον τῇ ἰδέᾳ, περικείμενον δέρμα αἴγιον λευκὸν, καὶ πήραν τινὰ εἶχεν ἐπὶ τὸν ὦμον, καὶ ῥάβδον σκληρὰν λίαν, καὶ ὄζȣς ἔχȣσαν, καὶ τὸ βλέμμα εἶχεν πικρὸν, ὥστε φοβηθῆναί με αὐτόν. Οὗτος οὖν ὁ ποιμὴν παρελάμβανε τὰ πρόβατα ἀπὸ τȣ̃ ποιμένος τȣ̃ πρώτȣ τȣ̃ νεανίσκȣ, ἐκεῖνα τὰ σπαταλῶντα, καὶ τρυφῶντα, μὴ σκιρτῶντα δὲ, καὶ ἔβαλλεν αὐτὰ εἰς τινὰ τόπον κρημνώδη, καὶ ἀκανθώδη, καὶ τριβολώδη· ὥστε ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν καὶ τριβόλων μὴ δύνασθαι ἐκπλέξαι τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἐμπλέκεσθαι ταῖς ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις, καὶ λίαν ἐταλαιπώρουν δερόμενα ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ὧδε κἀκεῖ περιέλαυνεν αὐτά· καὶ ὅλως ἀνάπαυσιν αὐτοῖς ȣ̓κ ἐδίδȣ, ȣ̓δὲ ἵσταντο.

A agebat enim ea, & nec consistendi eis locum [12] aut tempus permittebat.

CAPUT III.

Quum viderem ergo sic ea flagellari & miserias experiri, dolebam pro eis, quia valde cruciabantur, nec ulla requies eis dabatur. Dico ad pastorem illum qui erat mecum: Quis est, Domine, hic pastor B tam implacabilis & tam amarus, qui nullo modo [13] miseratione movetur adversus hæc pecora? Hic, inquit, pastor, [14] pro justis quidem nuntius est, sed præpositus pœnæ. Huic ergo traduntur qui a Deo aberraverunt, & servierunt desideriis ac voluptatibus sæculi hujus. Punit ergo eos, sicut meruit unusquisque eorum, sævis variisque C pœnis. Vellem, inquam, nosse, Domine, varias has pœnas, cujusmodi sunt? Audi, inquit: variæ pœnæ atque tormenta hæc sunt, quæ homines quotidie in vita sua patiuntur. Alii enim [15] detrimenta patiuntur; alii inopiam; alii diversas acrimonias. Quidam inconstantiam; alii injurias ab indignis patientes, [16] multaque alia D exercitia & incommoda. Plurimi enim inconstanti consilio multa conantur, nec quidquam [17] conducit eis; & dicunt in actibus suis, successum se non habere. Succurrunt iis, ea quæ nequiter fecerunt, & Dominum caussantur. Quum igitur perpessi fuerint omnem vexationem & omne incommodum; tunc traduntur mihi ad bonam admonitionem, & E firmantur in fide Domini, & [18] per reliquos dies vitæ serviunt Domi-

Βλέπων οὖν αὐτὰ ἐγὼ ȣ̃τως μαστιζόμενα καὶ ταλαιπωρȣ̃ντα, ἐλυπȣ́μην ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι ȣ̃τως ἐβασανίζοντο, καὶ ἄνοχην ὅλως ȣ̓κ εἶχον. Καὶ λέγω τῷ Ἀγγέλῳ τῷ μετ' ἐμȣ̃ λαλȣ̃ντι· Κύριε, τίς ἐστιν οὗτος ὁ ποιμὴν, ὁ ἄσπλαγχνος καὶ πικρός; Καὶ λέγει μοι· οὗτός ἐστιν ὁ Ἄγγελος τῆς τιμωρίας· ἐκ δὲ τῶν Ἀγγέλων δικαίων ἐστὶ, τεταγμένος δὲ ἐπὶ τῆς τιμωρίας. παραλαμβάνει ȣ̃ν τȣ̀ς ἀποπλανηθέντας ἀπὸ τȣ̃ Θεȣ̃, καὶ πορευθέντας ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν· καὶ τιμωρεῖται αὐτȣ̀ς, καθὼς ἄξιοί εἰσιν, δειναῖς καὶ ποικίλαις τιμωρίαις. Λέγω αὐτῷ· ἤθελον γνῶναι, Κύριε, τὰς ποικίλας ταύτας τιμωρίας, ποταπαί εἰσιν. Ἄκουέ, φησιν· αἱ ποικίλαι τιμωρίαι καὶ βάσανοι, βιωτικαί εἰσι βάσανοι. Ἐπὰν γὰρ ἀποστῶσι τȣ̃ Θεȣ̃, νομίζοντες ἐν ἀναπαύσει εἶναι καὶ πλȣ́τῳ, τότε τιμωρȣ̃νται οἱ μὲν ζημιȣ́μενοι, οἱ δὲ ὑστερȣ́μενοι, οἱ δὲ ἀσθενείαις ποικίλαις περιπίπτοντες, ἄλλοι ἐν ἀκαταστασίαις, ἕτεροι ὑβριζόμενοι ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων, καὶ ἑτέραις ποικίλαις πράξεσι. Πολλοὶ γὰρ ἀκαταστατȣ̃ντες ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν ἐπιβάλλονται εἰς πολλὰ πράγματα, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ὅλως ὑποβαίνει, καὶ δυσχεραίνȣσιν, καὶ οὐ γινώσκȣσιν, ὅτι διὰ τὰ πονηρὰ ἃ ἔπραξαν ȣ̓κ εὐοδȣ̃νται· καὶ λοιπὸν αἰ[τιῶνται] τὸν Κύριον, καὶ οὐκ ἀνέχονται τὰς λοιπὰς ἡμέρας αὐτῶν ἐπιστρέψαντες δȣλεῦσαι τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. Ἂν δὲ μετανοήσωσι καὶ ἀνανήψωσι, τότε συνιῶσι, ὅτι διὰ τὰ ἔργα αὐτῶν τὰ πονηρὰ ȣ̓κ εὐοδȣ̃ντο· καὶ ȣ̃τως δοξάζȣσι

1 Lamb. *perpetuo*.
2 Lamb. *sua, etiam hoc quod nomen*. Sic & Fellus.
3 Mss. Angl. *insecuti*.
4 Mss. Angl. deest *non*: neque illud agnoscit edit. Oxon. Græca: *Hi quidem corrupti & a veritate seducti sunt*.
5 Lamb. deest *habentem*.
6 Lamb. *& vehementer durum flagellum*.
7 Lamb. *amarum*. Sic & edit. Oxon. quæ etiam *severum* pro *sævum* habet.
8 Lamb. *horrere aliquis*. Al. *exhorrere aliquis*.
9 Lamb. cum edit. Oxon. *deliciis*.
10 Lamb. *pascerentur*. *Spinas & tribulos & graves*.
11 Sic Mss. Angl. & Carm. Sic & edit. Oxon. Al. *verbis*.
12 Ita Fellus ex Mss. Bodl. & Lamb. Al. *ante tempus*.
13 Mss. Angl. deest, *miseratione*.
14 Lamb. & Carm. *de justis*. Sic & Græca. Ad hunc locum respicit Origenes *homil.* I. in Psalm. XXXVII. edit. nov. tom. II. pag. 681.
15 Mss. Angl. *detrimentis puniuntur, alii inopia, alii diversis ægrimoniis*. Et mox pro *acrimonias*, al. *ægrimonias*. Felli tamen editio Oxon. *ægritudines*. Sic sane Græca, *ἀσθενείαις*.
16 Lamb. *multisque aliis exercitiis & incommodis*. At Felli editio sic: *alii multis aliis exercitiis incommodisque afficiuntur*.
17 Mss. Angl. *provenit*.
18 Lamb. desunt *per* & *vitæ*. Fellus: *vitæ suæ*.

no mente pura. Et quum cœperint delictorum agere pœnitentiam, tunc ascendunt in præcordia eorum opera sua,

τὸν Κύριον, ὅτι δίκαιος κριτής ἐστιν, καὶ δικαίως ἔπαθον, καὶ ἐπαιδεύθησαν κατὰ τὰς πράξεις αὐτῶν [1].

in quibus se nequiter [2] exercuerunt; & tunc dant Deo honorem, dicentes, justum judicem eum esse, meritoque se omnia esse [3] perpessos secundum facta sua. In reliquum vero serviunt Deo mente pura; & successum habent in negotiis suis omnibus, accipientes a Domino quæcumque poscunt. Et tunc gratias agunt Domino, quod sint mihi traditi; nec jam quidquam [4] crudelitatis patiuntur.

CAPUT IV.

Dico illi: Etiam nunc, Domine, demonstra mihi. Quid, inquiris, inquit? Dixi ei: An per idem tempus crucientur, qui discedunt a timore Dei, quantum usi fuerint falsa dulcedine ac voluptatibus? Ait mihi: Per idem tempus etiam cruciantur. Et dixi ei. Exiguum igitur cruciantur: oportebat autem eos qui sic percipiunt voluptates ut Dominum obliviscantur, septies tantum pati pœnarum. Ait mihi: Fatuus C es, nec intelligis hujus pœnæ virtutem. Et dixi: Si enim intelligerem, Domine, non interrogarem ut demonstrares mihi.

Audi, inquit, quanta sit vis utriusque, dulcedinis ac pœnæ. Dulcedinis una hora suo spatio terminatur: [5] pœnæ vero una hora triginta dierum vim possidet. Quicumque igitur uno die perceperit [6] fallacem dulcedinem ac voluptatem, [7] unoque die cruciatus sit; anni spatium dies ille cruciatus ejus valebit. Ita, quot dies perceperit quisque voluptatem, totidem annis cruciatur. Vides igitur, inquit, exiguum esse tempus [8] mundanæ dulcedinis ac voluptatis; pœnæ vero tormentorumque amplius.

Ἄκουε οὖν ἀμφοτέρων τὴν δύναμιν, τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ βασάνου. Τῆς τρυφῆς καὶ τῆς ἀπάτης ὁ χρόνος ὥρα ἐστὶ μία· τῆς δὲ βασάνου ὧραι τριάκοντα, ἡμερῶν δύναμιν ἔχουσαι. Ἐὰν οὖν μίαν ἡμέραν τις τρυφήσῃ, καὶ ἀπατηθῇ, D μίαν δὲ ἡμέραν βασανισθῇ, ἐνιαυτοῦ ὁλοκλήρου ἰσχὺν ἔχει ἡ ἡμέρα ἐκείνη τῆς βασάνου. Ὅσας οὖν ἡμέρας τρυφήσῃ τις, τοσούτους ἐνιαυτοὺς βασανισθήσεται. Βλέπεις οὖν, ὅτι τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ὁ χρόνος οὐδέν ἐστιν, τῆς δὲ τιμωρίας καὶ βασάνου πολύς.

CAPUT V.

Dixi ei: Domine, quoniam non intelligo [9] omnia tempora hæc dulcedinis voluptatis, ac pœnæ; lucidius mihi de his expone. Respondit mihi, dicens: [10] Insipientia tua tibi perse- A veranter inhæret. Nonne vis potius mentem tuam purificare, & Deo servire? Vide, ne [11] forte tempore exacto, tu insipiens reperiaris. Audi nunc, quemadmodum vis, quo facilius intelligas.

Qui uno die commiserit se voluptatibus, & fecerit quidquid appetit animus ejus, plurima repletur stultitia, nec intelligit quid admittat; ac die postero obliviscitur, quid [13] fecerit pri- B die: dulcedo enim & voluptas [14] mundana nullam memoriam habent, propter stultitiam quæ insita est illis. Quum vero uno die accesserit homini cruciatus ac pœna, toto anno torquetur: magnam enim memoriam possidet pœna. Toto igitur anno dolens meminit; & tunc recordatur dulcedinis illius [15] vanæ ac voluptatis, & sentit propterea se pœnas pati. Quicumque igitur se dulcedini & voluptati tali tradiderint, sic [16] puniuntur: quoniam vitam habentes, ipsi se reddunt obnoxios morti.

[12] Ὁ τρυφῶν καὶ ἀπατώμενος, καὶ πράσσων ἃ βούλεται, πολλὴν ἀφροσύνην ἐνδέδυται· ἀντὶ γὰρ τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἑκάστης ἡμέρας, ἀποτίσει βάσανον μεγάλην, ἐνιαυτὸν τῇ ἡμέρᾳ.

C Dixi ei: Quæ sunt, Domine, voluptates noxiæ? Omni, inquit, homini voluptas est, quodcumque libenter facit. Etenim iracundus satisfaciens moribus suis, percipit voluptatem suam; & adulter, & [18] ebriosus, & detractor, & mendax, & cupidus, & fraudator, & quicumque iis simile aliquid admittit, morbo D suo parens, percipit ex ea re voluptatem. Hæ omnes dulcedines ac voluptates noxiæ sunt servis Dei. Propter has itaque cruciantur, & patiuntur pœnas. Sunt etiam voluptates, salutem hominibus afferentes. Multi enim opera bonitatis facientes, percipiunt voluptatem, dulcedine sua tracti. Hæc E ergo voluptas utilis est servis Dei, & vitam parat hujusmodi hominibus. Illæ vero noxiæ quæ supra dictæ sunt, tormenta & pœnas pariunt. Quicumque vero permanserint in illis, nec admissorum suorum egerint pœnitentiam, mortem sibi acquirent.

Καὶ λέγω τῷ Ἀγγέλῳ· ποῖαι τρυφαί εἰσι βλαβεραί; λέγε μοι. Πᾶσα πρᾶξις σαρκικὴ τρυφή ἐστιν. [17] νῦν * ἡδέως ποιεῖ αὐτήν. [ὁ γὰρ] ὀξύχολος τῷ ἑαυτοῦ πάθει τὸ ἱκανὸν ποιῶν τρυφᾷ· ὁμοίως καὶ ὁ μοιχὸς, καὶ ὁ μέθυσος, καὶ ὁ κατάλαλος, καὶ ὁ ψεύστης, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἀποστερητὴς, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τρυφῶσι γὰρ ἐν τῇ αὐτῶν πράξει. αὗται δὲ αἱ πράξεις βλαβεραί εἰσι τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ δὲ καὶ τρυφαὶ σώζουσαι τοὺς ἀνθρώπους. πολλοὶ γὰρ ἀγαθὰ ἐργαζόμενοι τρυφῶσιν· αὕτη οὖν ἡ τρυφὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ περιποιεῖται ζωήν· αἱ δὲ προειρημέναι τρυφαὶ βάσανον.

1 Pseudo-Athanasius post *πράξεις αὐτῶν*, intermediis omissis, continuo subdit: Ἄκουε κ. τ. λ. ut mox infra.
2 Mss. Angl. *gesserunt*.
3 Mss. Angl. *passos secundum facta sua, scilicet quisque eorum. In* &c.
4 Bodl. *cru*[illegible].
5 Lamb. *pœna* [illegible] *unius horæ*.
6 Lamb. deest [illegible]. Laudat hunc locum Origenes *homil.* VIII. in [illegible], edit. nov. tom. II. pag. 294.
7 Al. [illegible].
8 Lamb. deest, [illegible].
9 Lamb. deest, *omnia*. Mox Fellus: *d. ac voluptatis*, &c.
10 Mss. Angl. [illegible]. Et paullo post, *stultus*.
11 Lamb. [illegible]. Sic & edit. Oxon.

12 Post verba *βασάνου πολύς*, modo relata, hæc statim subdit Pseudo-Athanasius, paullulum variata, ceteris interim omissis. Sic & mox infra, post *τῇ ἡμέρᾳ*, continuo sequitur: Καὶ λέγω τῷ Ἀγγέλῳ.
13 Lamb. *fuerit*.
14 Sic Fellus in edit. Oxon. ex Mss. Angl. Al. omittunt *mundana*.
15 Mss. Angl. deest, *vanæ*.
16 Lamb. *p*[illegible]*ntur*.
17 Ita Græca edita a Cl. Montfaucono. Fabricius tamen pro *νῦν* legit ὅτι, veteri Interpreti inhærens. Clericus autem omittit *νῦν*, nec recepit ὅτι. Sic & Russelius ipsum secutus.
18 Lamb. *ebrius*. Et mox cum Bodl. *infamator* pro *detractor*.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 70.

SIMILITUDO VII.

Pœnitentibus faciendos esse pœnitentia dignos fructus.

CAPUT UNICUM.

POst dies paucos video illum in eo campo, in quo [1] pastores illos ante videram. Et ait mihi: Quid inquiris? Veni, inquam, rogare te, Domine, ut pastorem illum præpositum pœnæ jubeas de mea domo exire, quia vehementer me adfligit. Et respondens, necesse est, inquit, [2] patiaris incommoda & vexationes: sic enim præcepit de te ille nuntius [3] bonus, quia tentare te vult. Quod, inquam, Domine, tam grave peccatum admisi, ut huic nuntio traderer? Adverte, inquit. Complura quidem habes peccata; B [4] sed non tam multa, ut huic nuntio debeas tradi: sed multa delicta & scelera domus tua commisit; ideoque factis eorum ille bonus nuntius exacerbatus, jussit te aliquantum temporis vexationem experiri; ut & illi admissorum suorum agant pœnitentiam, & abluant se ab omni cupiditate hujus sæculi. Quum itaque egerint pœnitentiam & purificati fuerint, tunc discedet a te nuntius ille qui præpositus est pœnæ. Dico ei: Domine, si ita illi se gesserunt, ut exasperarint nuntium bonum; ego quid feci? Respondens: Aliter, inquit, non possunt illi vexationem pati, C nisi tu qui caput es totius domus, labores. Quidquid enim tu passus fueris, necesse est ut & illi sentiant: quamdiu vero tu bene stabilitus fueris, illi nullam vexationem possunt experiri. Et dixi: Sed ecce jam nunc, Domine, agunt pœnitentiam totis præcordiis suis. Et ego scio, A inquit, totis præcordiis eos agere pœnitentiam. Numquid ergo, ait, protinus putas aboleri delicta eorum qui agunt pœnitentiam? Non proinde continuo; sed oportet eum qui agit pœnitentiam, [5] affligere animam suam, & humilem [6] animo se præstare in omni negotio, & vexationes multas [7] variasque perferre: quumque perpessus fuerit omnia quæ [8] illi instituta fuerint; tunc forsitan qui [9] eum creavit & qui formavit universa, commovebitur erga eum clementia sua, & aliquod remedium dabit; idque ita, si viderit ejus qui pœnitentiam agit, cor purum esse ab omni opere nequissimo. Tibi autem, & domui tuæ vexari nunc expedit, & [10] multam vexationem pati necesse est; sicut præcepit nuntius Domini qui te mihi tradidit. Quin potius gratias agas Domino; quod [11] præscius futuri, dignum te habuit, cui prædiceret tribulationem instare valentibus eam sustinere. Dico ei: Et tu, Domine, mecum esto; & facile omnem vexationem sustinebo. Ego, inquit, ero tecum: sed & rogabo nuntium illum qui præpositus est pœnæ, ut levius te affligat: sed & exiguo tempore patieris adversa, iterumque tuo loco restitueris; tantummodo in humilitate animi persevera. Pare Domino mente pura, domusque tua, [12] ac nati; & in mandatis [13] ejus ambula, quæ præcepit tibi: & pœnitentia tua poterit esse firma atque pura. Et si hæc custodieris cum domo tua, incommoda a te recedent: sed & ab omnibus quicumque in his Mandatis ambulaverint, omnis vexatio recedet.


SIMILITUDO VIII.

Electorum, & pœnitentium peccatorum multa sunt genera: omnes autem, pro pœnitentiæ & bonorum operum suorum modo, habebunt mercedem.

CAPUT I.

OStendit mihi salicem tegentem campos ac montes, sub cujus umbram venerunt omnes qui vocati erant in nomine Domini. Et juxta salicem illam stabat nuntius Domini valde præclarus & sublimis; & secabat cum falce [14] magna ab illa salice ramos; & populo illi qui erat sub umbra salicis illius, exiguas & quasi cubitales virgas porrigebat. Postquam autem accepissent universi, deposuit falcem; & arbor illa integra permansit, sicut antea videram eam: [15] quam E ego rem mirabar, atque intra me [16] disputabam. Ait ad me Pastor ille: Desine mirari, quod arbor illa [17] tot ramis præcisis permanserit integra: D sed exspecta: nunc demonstrabitur tibi, quid significet angelus ille qui populo porrexit virgas. Et rursus eas ab [18] his reposcebat; & quo quisque [19] eas perceperat ordine, eodem etiam vocabatur ad illum, virgasque reddebat; quas quum acceperat ille, considerabat. A quibusdam enim accipiebat aridas & putridas, velut a tinea tactas: & jubebat eos qui hujusmodi virgas tradiderant, secerni & seorsum statui. Alii porrigebant aridas quidem; sed non tactas a tinea: & hos seorsum statui jubebat. Alii porrigebant semiaridas virgas: & hi quoque seorsum statuebantur. Quidam autem dabant virgas suas semiaridas, & scissuras habentes: & hi seorsum statuebantur. [20] Alii virgas suas adferebant, quarum dimidia

1 Lamb. *pastorem illum videram*. Editio autem Felli Oxon. omittit *illos*.
2 Lamb. *ut incommoda & vexationes sint*.
3 Bodl. *honestus*. Sic & infra.
4 Lamb. desunt, *sed* ad *tradi*. Videntur librario excidisse ob sequens *sed*.
5 Mss. Angl. *cruciare*.
6 Sic Fellus. Lamb. *animo se habete*. Bodl. *animo se gerere*. Carm. & Vict. *animam agere*. Al. *animose agere*. Exhibent quoque *animose* editt. Cler. & Russel. minus recte, ut quidem videtur.
7 Al. *sæpiusque* pro *variasque*.
8 Lamb. *quæ instituerit*.
9 Lamb. *qui creavit omnia & formavit universa*.
10 Edit. Oxon. *& quod multam vexationem patiaris necesse est*.
11 Mss. Angl. *quod dignum te habuit, quum prædiceret incommodum tibi instare valenti id sustinere, præscius futuri*.
12 Lamb. desunt, *ac nati*.
13 Mss. Angl. *in mandatis meis ambula, quæ præcepi*. Sic & edit. Oxon.
14 Lamb. *cum falce de ea salice*.
15 Mss. Angl. *quo nomine mirabar*. Editio Felli Oxon. *Ex quo opere mirabar*.
16 Al. *cogitabam*. Sic & Fellus.
17 Ita Fellus ex Mss. Editi, *tota*.
18 Sic editio Felli Oxon. ex Lamb. Al. *illis reposcit*.
19 Lamb. *ista quæ acceperat ordine, eodem vocabatur ad illum, virgamque*.
20 Conjicit Cl. Wakius, ante ista verba: *Alii virgas suas* &c. excidisse librario sequentia: *Alii virgas adferebant, virides quidem, sed scissuras habentes*. Hæc enim memorat Hermas in hac ipsa *Similit. capp.* v. & VII.



pars arida erat, [1] dimidia vero viridis : & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii virgas ſuas adferebant; quarum duæ partes virides erant, tertia vero arida : & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii virgas ſuas adferebant; quarum duæ partes erant aridæ, tertia vero viridis : & hi ſeorſum ſtatuebantur. Quidam porrigebant virgas ſuas [2] paullulum aridas (exiguiſſimum enim aridum erat in virgis eorum, id eſt [3] ipſarum cacumen) ſciſſuras vero habebant : & hi ſeorſum ſtatuebantur. Aliorum autem in virgis exiguum erat viride, reliquum vero aridum : & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii veniebant afferentes virgas ſuas ſicut acceperant virides, maximaque pars populi hujuſmodi virgas porrigebat; & magnum ex his nuntius ille gaudium cepit : & hi ſeorſum ſtatuebantur. Alii adferebant virgas ſuas virides, & pampinos habentes : & hi ſeorſum ſtatuebantur; & hos quoque nuntius ille [4] magna cum hilaritate excipiebat. Alii adferebant virgas ſuas virides, ex quibus excreverant [5] pampini earum; qui pampini [6] quoſdam fructus adferebant. Qui hujuſmodi virgas porrigebant, valde hilares erant vultu : ſed & nuntius ipſe quidem ex eis magnam lætitiam percipiebat; nec minus Paſtor ille [7] cum eo ex eadem cauſſa hilaritatem capiebat.

CAPUT II.

TUnc nuntius Domini coronas juſſit adferri. Allatæ ſunt autem coronæ velut ex palmis factæ; & coronavit eos viros [8] nuntius, in quorum virgis pampinos invenerat & fructum; & juſſit eos ire in turrim. Sed & illos viros miſit in turrim, in quorum virgis [9] ſine fructu invenerat pampinos, dato eis ſigillo. Nam veſtem eamdem habebant, id eſt candidam ſicut nivem; cum [10] qua jubebat ipſos ire in turrim. Nec minus & eos qui reddiderant virgas ſuas ſicuti acceperant virides, data eis veſte candida; & ſic eos dimiſit [11] ire in turrim. His conſummatis, ait ad Paſtorem illum : Ego vado; tu vero dimitte hos intra muros, in eo loco quo quiſque meruit habitare, conſideratis prius virgis eorum diligenter : tamen, ne quis te fallat, conſidera. Sed & ſi quis te præterierit, inquit, ego eos ſuper aram probabo. His ad Paſtorem dictis, receſſit. Poſtquam ille diſceſſerat, ait mihi Paſtor : Accipiamus ab omnibus virgas; & plantemus illas, ſi poſſint [12] revireſcere. [13] Dico ei : Domine, iſtæ quæ ſunt aridæ virgæ, quo modo poſſunt revireſcere? Ait mihi : Arbor iſta ſalix eſt, & ſemper amat vitam. Si plantatæ ergo fuerint hæ virgæ, exiguumque [14] humoris acceperint, plu-

A rimæ ex eis revireſcent. Tentabo enim, & [15] ſuffundam eis aquam : & ſi qua earum potuerit vivere, gratulabor ei; quod ſi non, certe non videbor ego negligens fuiſſe. Juſſit deinde me vocare eos. Et ſicut ſteterunt quiſque eorum, venerunt ordine ſuo, virgaſque ſuas tradiderunt : quas acceptas ille ſingulas plantavit ordinibus ſuis. Et poſtquam plantaſſet omnes, aquam multam [16] ſupereffudit illis; ita ut tegerentur ab aqua, neque ab ea exſtarent. Deinde quum irrigaſſet illas, ait mihi : Eamus; & poſt paucos dies revertamur, & viſitemus eas. Qui creavit enim
B hanc arborem, vivere [17] vult omnes eos, qui ex ea acceperunt virgas. Ego autem ſpero, quum ſint [18] aqua ſuperinfuſæ hæ virgæ, plurimas victuras [19] humore capto.


CAPUT III.

DIco ei : Arbor hæc, Domine, demonſtra mihi, quid ſit : valde enim moveor; quod tot ramis [20] reciſis integra videatur eſſe, nec omnino quidquam de ea minus videtur eſſe; quo [21] maxime ſtupeo. Audi, inquit : Arbor hæc ma-
C gna quæ campos tegit ac montes totamque terram, lex eſt Dei in totum orbem terrarum data. [22] Hac autem lege Filius Dei prædicatus eſt in omnibus finibus orbis terræ. Populi vero ſtantes ſub umbra, ii ſunt qui audierunt prædicationes ejus, & crediderunt. Nuntius autem ille [23] magnificus & bonus, Michael eſt, qui populi hujus habet poteſtatem & gubernat eos. Hic enim in corde eorum qui crediderunt, inſerit legem. Viſitat igitur eos, quibus dedit [24] legem, ſi eam cuſtodierunt. Videt autem uniuſcujuſque virgam, & ex [25] eis multas labefactas. Illæ enim virgæ, Domini lex ſunt. Cognoſcit autem deinde omnes eos, qui
D non ſervaverunt legem; ſciens ſedem uniuſcujuſque eorum. Dico ei : Quare, inquam, Domine, alios dimiſit in turrim, alios tibi heic reliquit? Hi, inquit, quicumque ſupergreſſi ſunt legem quam ab eo acceperunt, in mea relicti ſunt poteſtate; ut [26] admiſſorum ſuorum agant pœnitentiam : qui autem ſatisfecerunt legi & ſervaverunt eam, ſub illius poteſtate ſunt. Qui ſunt ergo, Domine, inquam, in turrim euntes coronati? Ait mihi : Quicumque luctati cum diabolo vicerunt eum, illi ſunt coronati. Illi autem ſunt, qui ut ſervarent legem, perpeſſi ſunt [27] iniqua. Illi vero,
E qui virides virgas pampinoſque ſine fructu habentes tradiderunt; propter eamdem quidem legem vexationem ſuſtinuerunt, non [28] obierunt autem mortem; ſed nec abnegaverunt [29] ſanctam legem. Hi vero, qui virides, ſicut acceperant, tradide-

1 Lamb. *alia vero dimidia*.
2 Mss. Angl. *paullo minus*. Sic & editio Oxon.
3 Sic Fellus. Al. *ipſum cacumen*. Ita & Bodl. Hermas ipſe ſub init. *cap.* x. hujus *Similit.* hæc habet : *exceptis cacuminibus earum*. Sic rurſus *cap.* xi. Hinc confirmatur lectio quam ſequimur.
4 Lamb. *magna hilaritate capiebat*.
5 Bodl. *earumque pampini*.
6 Lamb. *quemdam fructum afferebant : eorum virorum qui hujuſmodi*.
7 Sic Fellus ex Lamb. Al. omittunt, *cum eo*.
8 Lamb. *eos viros, in quorum virgis pampinorum invenerat fructum* : omiſſo, *nuntius*.
9 Lamb. deſunt, *ſine fructu*.
10 Lamb. *quibus jubebat ire*. At Vict. *habebant* pro *jubebat*.
11 Lamb. deeſt, *ire*.
12 Bodl. & Lamb. *reviviſcere*. Ita ſæpe. Sic & Mss. Vict. & Carm. Fellus autem in edit. Oxon. *ſi forte poſſint revireſcere*.
13 Lamb. deſunt : *Dico ei — revireſcere*.
14 Lamb. *humorem*.
15 Lamb. *effundam*.
16 Lamb. *effudit*. Bodl. *ſuffudit*.
17 Lamb. *juſſit*.
18 Mss. Angl. *adaquatæ hæ*.
19 Lamb. *humo receptas*. Bodl. *humore percepto*.
20 Mss. Angl. *præciſis*. Sic & edit. Oxon.
21 Mss. Angl. *nomine*.
22 Lamb. *Hæc autem lex Filius Dei eſt, prædicatus*.
23 Mss. Angl. *magnus & honeſtus*. Ita quoque Felli edit. Oxon. Hunc locum laudat Origenes *Comment.* in Matth. tom. xiv. edit. nov. tom. II. pag. *644*.
24 Lamb. *legem ſuam*.
25 Lamb. *ex iis multas vexatas. Illæ enim virgæ lex eſt. Cognoſcens deinde*.
26 Lamb. *commiſſorum*.
27 Bodl. *injuſta*.
28 Lamb. *oderunt vero legem*.
29 Mss. Angl. Vict. & Carm. *ſuam*.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

runt; modeſti ſunt atque juſti, & qui valde pura mente vixerunt & cuſtodierunt mandata Dei. Reliqua autem ſcies, quum conſideravero illas virgas, quas plantavi & irrigavi.



CAPUT IV.

POſt paucos vero dies reverſi ſumus; eodemque loco conſedit nuntius ille magnificus; ego autem adſtiti ei. Tunc ait mihi: [1] Succinge te ſabano, & miniſtra mihi. Succinxi me ſabano mundo, quod erat factum ex ſacco. Ut autem vidit me cinctum, & paratum [2] illi miniſtrare, ait: Voca viros illos, quorum virgæ plantatæ ſunt, ſuo quemque ordine, ſicut porrexerunt illas. Et [3] duxit me in campum; & vocavi omnes; qui etiam univerſi conſtiterunt [4] ordinibus ſuis. Ait deinde ad illos: Quiſque virgam ſuam extrahat, & ad me afferat. Et primo tradiderunt, qui aridas & putridas habuerunt. Et [5] quorum putridæ & aridæ repertæ ſunt virgæ, juſſit eos ſtare ſeorſum. Deinde porrexerunt qui aridas quidem, ſed non putridas habuerunt. Aliqui eorum tradiderunt virgas [6] virides: quidam vero aridas & putridas, velut a tinea tactas. Eos qui virides tradiderunt, juſſit ſeorſum ſtare: illos vero qui aridas & putridas tradiderunt, cum [7] primis ſtare juſſit. Porrexerunt deinde illi qui ſemiaridas habuerant, & ſciſſuras habentes: multi ex illis virides porrexerunt, nec ſciſſuras habentes; quidam vero virides, pampinos habentes, & in pampinis fructum, ſicut illi qui in turrim iverunt coronati. Alii porrexerunt aridas, & non putridas. Quidam vero ſicut fuerant, ſemiaridas & ſciſſuras habentes. Juſſit unumquemque eorum ſeorſum ſtare; alios [8] ſuo quemque ordine, alios ſeorſum.

CAPUT V.

DEinde porrexerunt qui [9] habuerant virides quidem virgas, ſed ſciſſuras habentes. Hi omnes virides tradiderunt, ſuoque ordine ſteterunt. Gaudium autem ex his percepit hic Paſtor, quod omnes [10] politæ eſſent, & depoſuiſſent ſciſſuras ſuas. Deinde porrexerunt, qui dimidiam viridem, & dimidiam aridam habuerant: quorumdam vero inventæ ſunt totæ virides; aliorum ſemiaridæ; aliorum [11] virides & pampinos habentes. Hi omnes dimiſſi ſunt unuſquiſque in [12] ſuum ordinem. [13] Tradiderunt deinde qui habuerant duas partes virgarum ſuarum virides, tertiamque aridam: multi ex eis virides porrexerunt; multi ſemiaridas; ceteri vero aridas & non putridas. Hi omnes dimiſſi ſunt in ſuum quiſque

A ordinem. Deinde porrigebant, qui habuerant in virgis ſuis duas partes aridas, tertiamque viridem: multi quoque ex eis porrexerunt ſemiaridas; quidam vero aridas & putridas; alii autem ſemiaridas & ſciſſuras habentes; pauci vero virides. Hi igitur omnes conſtiterunt in ſuo quiſque ordine [14]. Deinde porrexerunt, qui [15] tertium habuerant viride, reliquum vero aridum: horum virgæ majori ex parte inventæ ſunt virides, ramuſculos habentes, & in eis ramuſculis fructum; & reliquæ virides totæ. Ex his virgis gaudium vehementer percepit Paſtor ille, quia ſic invenerat

B eas. Abierunt & illi in ordines ſuos.

CAPUT VI.

POſtquam autem [16] omnium virgas conſideraſſet, ait mihi: Dixeram tibi, arborem hanc diligere vitam. Vides, [17] quod multi egerunt pœnitentiam, & aſſecuti ſunt ſalutem. Video, inquam, Domine. Ut ſcias, inquit, bonitatem & clementiam Domini magnam & [18] honorandam eſſe, qui dedit ſpiritum iis qui [19] digni erant agere pœnitentiam. Et dixi: Quare ergo, Domi-

C ne, non omnes egerunt pœnitentiam? Ait mihi: Quorum [20] viderat Dominus puras mentes futuras, & ſervituros ei ex totis præcordiis; illis tribuit pœnitentiam. At quorum aſpexit dolum & nequitias, & animadvertit ad ſe fallaciter [21] reverſuros, negavit iis ad pœnitentiam regreſſum, ne rurſus legem ejus nefandis maledicerent verbis. Dico ei: Nunc mihi, Domine, demonſtra, [22] qualis ſit locus cujuſque eorum qui virgas reddiderunt, & [23] ſedes eorum: ut auditis his & creditis, ii qui non cuſtodierunt integrum, ſed diſſipaverunt ſigillum quod acceperunt, agni-

D tis ſuis factis, pœnitentiam agant; & accepto [24] a te ſigillo, Domino dent honorem, quod ſit [25] ſuper eos motus clementia ſua, & miſerit te, ut ſpiritus eorum renoves. Audi, inquit: Quorum virgæ aridæ & putridæ repertæ ſunt, & velut a tinea tactæ; hi ſunt transfugæ, [26] & Eccleſiæ proditores, qui inter reliqua ſua delicta, nefandis verbis Dominum [27] inſectati, nomen ejus negaverunt, quod ſuper eos erat invocatum. Hi igitur omnes mortui ſunt Deo; atque etiam neminem eorum vides egiſſe pœnitentiam, tametſi audierint Mandata mea, quæ tu eis protuliſti: ab hujuſmodi ergo hominibus [28] abeſt

E vita. Hi quoque qui aridas & non putridas tradiderunt, [29] non procul ab illis fuerunt: ficti enim erant, & doctrinas pravas intulerunt, & perverterunt ſervos Dei; præcipue eos qui peccaſſent; non ſinentes eos ad pœnitentiam redire, ſed doctrinis fatuis detinentes. Hi ergo habent

1 Mss. Angl. *incinge*. Et mox, *incinxi*. Uſitatam autem Græcis vocem *σάβανον*, quæ linteum ſive linteamen denotat, vetus Interpres heic in ſua verſione retinuit.
2 Lamb. *ſibi*.
3 Lamb. *Et eduxit in campo, & vocavit*.
4 Mss. Angl. *agminibus*.
5 Lamb. *quæ*.
6 Lamb. addit *ſuas*. Et mox omittit *aridas &*.
7 Lamb. *primariis tradere*. Bodl. *primariis ſtare*.
8 Mss. Angl. *ſuo quoque agmine*. Ita ſæpe. Habent etiam *agmine* Vict. & Carm.
9 Lamb. *habuerunt*. Sic & paullo poſt, & paſſim.
10 Quidam ex impreſſis habent *imitatæ*. Al. *invitatæ*. At Ms. Lamb. *mutati*. Sic & Victor.
11 Mss. Angl. *aliorum pampinos habebant*.
12 Al. *unuſquiſque in ſuo ordine ſteterunt. Deinde*.
13 Ita Felli editio Oxon. ex Lamb. Al. omittunt *Tradiderunt*.
14 Conjicit Wakius, librarii incuria heic fuiſſe omiſſa ſequentia: *Quidam porrigebant virgas ſuas paullulum aridas; (aridum enim erat ipſum cacumen) ſciſſuras vero habebant*. De his enim fit mentio in hujus *Similit. capp.* I. & X.
15 Ex Fello Mss. Angl. *minimum* pro *tertium*. Sic & Victor.
16 Lamb. *omnes*.
17 Mss. Angl. *quam*.
18 Mss. Angl. *honeſtam*.
19 Lamb. *diligunt agere*.
20 Mss. Angl. *vidit*.
21 Lamb. *reverſos*.
22 Sic Mss. Angl. & Vict. Sic & edit. Oxon. At edit. Pariſ. *quis. quid is*.
23 Lamb. *ſederunt ſeorſim*.
24 Lamb. *accepto ait ſigillo, Domine, dent honorem*.
25 Mss. Angl. *in* pro *ſuper*.
26 Al. omittunt *&*, quod exhibet edit. Oxon.
27 Mss. Angl. *inſecuti*.
28 Lamb. *tu habes ita*.
29 Mss. Angl. *prope ab*.

ad spem regressum: atque etiam multos vides agere pœnitentiam, ex quo eis Mandata mea protulisti; & adhuc agent pœnitentiam. Quicumque vero non egerint pœnitentiam, ii & [1] patientiam perdiderunt, & vitam suam amittent. At [2] his qui egerint, murus in primis cœpit esse sedes eorum; [3] quidam vero etiam in turrim ascenderunt. Vides igitur, inquit, in pœnitentia, peccantium inesse vitam; non agentium vero pœnitentiam, mortem paratam.

CAPUT VII.

De his vero qui semiaridas virgas porrexerunt, & scissuras habuerunt, audi. Quorum tantummodo semiaridæ erant virgæ; hi dubii sunt: nec enim vivi sunt, nec mortui. At hi qui semiaridas & scissuras habentes tradiderunt; & dubii sunt, & maledici, de absentibus detrahentes, & numquam inter se pacem habentes, & [4] inter se invidentes. Et iis quidem proposita est pœnitentia: vides enim ex his aliquos pœnitere. Quicumque vero eorum cito [5] egerunt pœnitentiam, hi in turri habent sedem: at ii qui tarde egerunt, in muris [6] habitant. Qui vero non egerunt pœnitentiam, sed in suis permanserunt factis; morte morientur. At vero hi qui virides quidem virgas, sed scissuras habentes tradiderunt; fideles semper fuerunt & boni, sed habentes inter se quamdam invidiam & [7] zelum de principatu & dignitate. Verum omnes hujusmodi [8] insipientes sunt & fatui, qui habent inter se æmulationem de principatu. Attamen hi, quum sint alioqui boni, si auditis Mandatis [9] istis emendaverint se, & cito [10] per suasionem meam egerint pœnitentiam; in turri denique incipient habitare, sicut & hi qui egerunt [11] digne pœnitentiam. Quod si quis eorum rursus ad dissensionem redierit; [12] repelletur a turri, & vitam suam perdet. Vita enim eorum qui custodiunt mandata Domini, in mandatis consistit; non in principatu aut aliqua dignitate. Per patientiam enim & humilitatem animæ, vitam homines consequentur; per seditiones vero & contemtum legis, mortem sibi acquirent.

CAPUT VIII.

Qui vero in virgis suis dimidium aridum habebant, & dimidium viride; hi sunt negotiationibus involuti, neque appliciti sanctis: ideoque etiam dimidium eorum vivit, dimidium vero mortuum est. Multi igitur ex illis, auditis Mandatis, egerunt pœnitentiam; & in turri habitare cœperunt: quidam vero eorum in totum destiterunt. His igitur non est locus pœnitentiæ: a negotiatione enim sua, nefanda in Dominum locuti sunt, & eum abnegaverunt. Propter hanc igitur nequitiam amiserunt vitam. Multi vero ex his dubiam mentem induerunt. Adhuc & iis est regressus; qui si cito pœnitentiam egerint, in turri sedem habebunt; si vero tardius egerint, in muris habitabunt; si autem non egerint [13], mortem sibi acquirent. At hi qui duas partes virgarum suarum virides habuerunt, & tertiam aridam; [14] compluribus modis depravati, negaverunt Dominum. Ex his igitur multi egerunt pœnitentiam, atque ita in turri habitare cœperunt; & multi a Deo in perpetuum recesserunt. Illi igitur in totum amiserunt [15] vitam. Quidam vero dubia mente concepta, dissensiones concitaverunt: iis adhuc regressus est, si cito egerint pœnitentiam, nec [16] voluptatibus suis remorati fuerint: si autem permanserint in factis suis, mortem sibi acquirent.

CAPUT IX.

Qui vero porrexerunt virgas suas, quarum duæ partes aridæ fuerant, & tertia viridis; fideles quidem fuerunt, sed locupletati & [17] exsaturati bonis, apud exteras gentes [18] celebriores esse cupierunt, & [19] in superbiam magnam inciderunt, & sublimia cœperunt [20] spirare, & veritatem [21] deserere; neque appliciti sunt justis; [22] sed cum exteris gentibus convixerunt; & hæc illis vita dulcior visa est: a Deo tamen non recesserunt, & [23] in fide perseveraverunt; sed opera fidei non exercuerunt. Multi igitur ex illis egerunt pœnitentiam; & sedes eorum in turri esse cœperunt. Alii vero viventes cum exteris gentibus, & [24] elati vanitatibus suis, in perpetuum a Deo [25] defecerunt, nationum facinoribus & operibus servientes. Hujusmodi ergo homines adnumerati sunt exteris nationibus. Alii ex his dubiam mentem habere cœperunt, non sperantes se propter facta sua assequi [26] posse salutem: alii dubii facti, dissensiones excitaverunt. His igitur & illis qui propter facta sua dubii esse cœperunt, adhuc est regressus: sed hæc pœnitentia [27] cita esse debet, ut sit in turri sedes eorum. His vero qui non agunt pœnitentiam, sed permanent in voluptatibus suis, mors prope est.

CAPUT X.

At hi qui virgas virides porrexerunt, exceptis cacuminibus earum quæ [28] sola arida erant, & scissuras habebant; semper boni atque fideles & [29] probi erga Deum fuerunt; sed parumper deliquerunt propter inanes [30] voluptates, & minutas cogitationes, quas [31] intra se habuerunt. Auditis ergo verbis meis, plurimi egerunt pœni-

1 Sic Lamb. Sic & Felli edit. Oxon. Al. *ii & pœnitentiam, & vitam.*
2 Lamb. *hi qui egerint; murus erit sedes.* At Victor. *mutis* pro *murus.* Felli autem edit. Oxon. sic: *At ii qui egerint; in primis muris cœpit* &c.
3 Ita Mss. Angl. Victor. & Carm. Ita & Felli edit. Oxon. Al. *etiam qui non.*
4 Bodl. desunt. *inter se.* Lamb. *intra se.*
5 Mss. Angl. *[illegible].*
6 Lamb. *habitabunt.*
7 Sic Fellus ex Lamb. Al. *contentionem.*
8 Lamb. desunt, *insipientes &.*
9 Mss. Angl. *meis.*
10 Mss. Angl. *persuasionis suæ.* Editt. Paris. & Clerici *[illegible]:* mendose. Fabricii quoque editio typothetæ incuria heic male se habet.
11 Lamb. deest, *digne.*
12 Al. *expelletur.*
13 Lamb. add. *pœnitentiam.*
14 Mss. Angl. *quamplurimis generibus inficiati.*
15 Bodl. *pœnitentiam.*
16 Lamb. *in voluntatibus.*
17 Lamb. *exacti.*
18 Mss. Angl. *honestiores esse cupiere.*
19 Lamb. *superbiam magnam induerunt.*
20 Ita Bodl. Lamb. & Vict. Editi, *sperare.*
21 Mss. Angl. *deseruerunt.*
22 Sic Mss. Vict. & Carm. Sic & edit. Oxon. Al. omittunt, *sed.*
23 Lamb. *fideles perseveraverunt esse.*
24 Mss. Angl. *evecti vanitatibus eorum.*
25 Mss. Angl. *destiterunt.*
26 Lamb. deest, *posse.*
27 Bodl. *citata.*
28 Lamb. *solidæ aridæ.*
29 Lamb. *[illegible] Dominum.*
30 Lamb. *[illegible].*
31 Bobl. *in.* Lamb. *inter.*

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

tentiam celeriter; & in turri habitare cœperunt. Quidam autem ex his evaserunt dubii; quidam adjecerunt ad dubiam mentem, etiam dissensiones movere. In his igitur etiam nunc spes est regressus, quia boni semper [1] fuerunt; difficile autem movebuntur. Qui vero virgas suas aridas porrexerunt, exceptis cacuminibus earum quæ [2] sola erant viridia; crediderunt quidem Deo, [3] in sceleribus vero conversati sunt; numquam tamen a Deo recesserunt, sed semper nomen Domini libenter tulerunt, & libenter in hospitiis suis Dei servos [4] susceperunt. Audito igitur hoc, [5] regressi, sine mora egerunt pœnitentiam, & omnem [6] virtutis æquitatem exercuerunt. Aliqui vero eorum mortem obierunt; & [7] alii libenter adversa passi sunt, memores factorum suorum.

CAPUT XI.

Postquam finisset omnium virgarum [8] explanationes, ait mihi: Vade, & dic omnibus, ut agant pœnitentiam; & vivent Deo: quia [9] motus Dominus magna clementia sua, misit me ut pœnitentiam [10] nuntiarem omnibus, his etiam qui non merentur propter facta sua assequi salutem. Sed patiens est Dominus, & invitationem per Filium suum factam vult conservare. Dico ei: Spero, Domine, [11] fore ut auditis his universi agant pœnitentiam. Credo enim, unumquemque [12] agnitis suis factis & accepto Dei timore, ad pœnitentiam regressurum. Ait mihi: Quicumque toto corde egerint pœnitentiam, & purificaverint se ab omni nequitia [13] quæ supra dicta est, & non adjecerint adhuc ad delicta sua quidquam; accipient a Domino remedium [14] priorum peccatorum suorum, si nihil dubitaverint de Mandatis [15] his; & vivent Deo. Qui vero adjecerint, inquit, ad delicta sua, & conversati fuerint in [16] cupiditatibus sæculi hujus; damnabunt seipsos ad mortem. Tu vero ambula in Mandatis istis; & vives Deo: & quicumque ambulaverint in his, & recte ea exercuerint, vivent Deo. Postquam vero hæc omnia mihi ostendit, ait mihi: Reliqua post dies paucos tibi ostendam.

SIMILITUDO IX.

Ædificandæ militantis & triumphantis Ecclesiæ mysteria maxima.

CAPUT I.

Postquam scripsi Mandata & Similitudines Pastoris illius, nuntii pœnitentiæ; venit ad me, & dixit mihi: Volo ostendere tibi quæcumque Spiritus tibi ostendit, qui in effigie Ecclesiæ locutus est tecum. Ille enim Spiritus, Filius Dei est. Et quia infirmior eras corpore, non ante per nuntium declaratum est tibi, quam firmatus es a Spiritu, auctusque viribus, ut etiam nuntium possis videre. Tunc enim bene quidem ac [17] magnifice ædificatio turris ab Ecclesia tibi ostensa est; sed ut [18] a virgine monstrata, cuncta vidisti. Nunc autem per nuntium illustraris, per eumdem quidem Spiritum. Sed oportet te omnia diligenter videre: idcirco enim in domum tuam missus sum habitare ab illo nuntio [19] venerando; ut quum omnia potenter videris, nihil ut prius expavescas. Et duxit me in [20] ascensum montis Arcadiæ; & consedimus in cacumine ejus. Et ostendit mihi campum magnum; & circa eum duodecim montes alia atque alia figura. Quorum primus niger erat sicut fuligo. Secundus glabrus, sine herbis. Tertius spinis & tribulis plenus. Quartus habebat semiaridas herbas; quarum superior pars erat viridis, proxima autem a radicibus arida; quædam etiam herbæ, quum sol incanduisset, aridæ fiebant. Quintus mons asperrimus erat; sed herbas virides habebat. Sextus mons scissuris erat plenus, quibusdam minoribus, quibusdam vero majoribus; sed in illis scissuris erant herbæ, non valde quidem [21] lætæ, sed velut marcidæ esse videbantur. Septimus vero mons [22] delectabiles habebat herbas, & totus fertilis erat; & omne genus pecudum & [23] volucrum cæli, [24] pabulum carpebant ex illo: & quantum vescebantur [25] ex illo, tanto lætiores herbæ crescebant. Octavus mons fontibus erat repletus; & ex illis fontibus adaquabatur omne genus creaturæ Dei. Nonus mons nullam omnino aquam habebat, & totus destitutus erat; sed & mortiferos serpentes [26] alebat, & hominibus perniciosos. Decimus mons [27] proceras arbores continebat, totusque erat [28] umbrosus; & sub umbra pecudes jacebant requiescentes ac ruminantes. Undecimus mons densissimis arboribus repletus erat: & arbores illæ aliis atque aliis [29] oneratæ videbantur fructibus; ut [30] quisquis videret, cuperet edere de fructibus earum. Duodecimus mons candidus erat totus, & aspectum habebat [31] delectabilissimum, & ipse sibi summum præstabat decorem.

CAPUT II.

In medio vero campo candidam & ingentem petram mihi ostendit, quæ de ipso campo surrexerat; & petra illa altior montibus illis erat, & quadrata erat, ita ut posset totum orbem su-

1 Lamb. *boni semper difficile movebuntur.*
2 Lamb. *quæ solæ erant virides.*
3 Al. *etsi ad scelera aliqua prolapsi sunt.*
4 Mss. Angl. *receperunt.*
5 Mss. Angl. *hoc regressu.*
6 Victor. *virtutem æquitatis.*
7 Lamb. *& libenter patiuntur, memores.*
8 Al. *exsolutiones.*
9 Lamb. *mortis Dominus in multa sua clementia.*
10 Mss. Angl. *omnibus darem, & quidem quibusdam non merentibus.*
11 Al. *quoniam, auditis his, universi agent.* Edit. Paris. *quoniam, eruditis his.*
12 Lamb. *auditis.*
13 Lamb. desunt, *quæ supra dicta est.*
14 Mss. Angl. deest, *priorum.*
15 Lamb. *meis.* Sic & edit. Felli Oxon.
16 Al. *desideriis.*
17 Mss. Angl. *modeste.*
18 Lamb. *ad virginem.*
19 Mss. Angl. *dignissimo.*
20 Lamb. *Arcadiæ montem.*
21 Ita Mss. Lamb. Vict. & Carm. Ita quoque Felli editt. Oxon. & Hamb. Fabricii. Al. *latæ.*
22 Mss. Angl. *hilares.*
23 Mss. Angl. *volucres.*
24 Lamb. *pabula.*
25 Mss. Angl. *inde.* Lamb. *inde, tanto amplius lætiores.*
26 Mss. Angl. *habebat.* Addit Lamb. *& homines* pro *hominibus.*
27 Mss. Angl. *habebat arbores magnas.*
28 Lamb. *tenebrosus.*
29 Bodl. *ordinatæ erant.* Lamb. *ornatæ erant.*
30 Mss. Angl. *si quis vidisset, concupisceret.* Fellus in sua edit. Oxon. *quis* retinuit pro *quisquis.*
31 Mss. Angl. *hilarissimum.*

ſtinere. Vetus autem mihi videbatur eſſe; ſed habebat novam portam, quæ nuper videbatur exſculpta. Et porta illa clariorem ſplendorem quam ſol habebat; ita ut mirarer vehementer lumen ejus. Circa vero portam illam ſtabant virgines [1] duodecim: ex quibus quatuor quæ obtinebant angulos portæ, [2] digniores mihi videbantur eſſe; ſed & ceteræ dignæ erant; ſtabant autem in quatuor partibus portæ. [3] Erat autem & id ad gratiam illarum virginum, quod illæ binæ & binæ veſtitæ erant linteis tunicis, & decenter ſuccinctæ [4] exertis brachiis dextris, tamquam faſcem aliquem levaturæ; ſic erant paratæ: vehementer enim hilares erant, atque promtæ. Hæc quum vidiſſem, mecum ipſe mirabar, quod tam magnas & præclaras res viderem. Et rurſus [5] mirabar propter virgines illas, quod tam [6] decoræ & delicatæ eſſent, & ita conſtanter ac fortiter ſtarent tamquam totum cælum [7] portaturæ. Et quum hæc intra me [8] cogitarem, ait ad me Paſtor ille: Quid intra te diſputas atque torqueris, & ipſe tibi ſolicitudinem [9] adjicis? Quæcumque non potes intelligere, noli [10] attendere, tamquam ſi ſapiens ſis; ſed roga Dominum, ut accepto ſenſu intelligas ea. Quæcumque poſt te ſunt, non potes videre; quæ vero ſunt ante te, vides. In his igitur quæ non potes videre, noli torqueri; & eorum [11] intelligentiam cape, quæ tu vides. Deſine eſſe curioſus. Ego autem demonſtrabo tibi cuncta, quæcumque [12] debeo oſtendere: nunc autem reliqua conſidera.

CAPUT III.

Et quum hæc dixiſſet mihi, [13] ſuſpexi: & ecce vidi veniſſe ſex viros excelſos [14] ac venerandos, & omnes ſimiles vultu; & vocaſſe quamdam multitudinem virorum: & hi qui venerant vocati ab illis, & ipſi quoque excelſi & fortes erant. Juſſerunt autem [15] illi ſex eos turrim quamdam ſuper eam portam ædificare. Magnus vero tunc fremitus cœpit eſſe [16] decurrentium circa portam huc atque illuc, eorum virorum qui ad ædificandam turrim [17] convenerant. Virgines vero illæ quæ ſtabant circa portam, [18] jubebant eis ædificationem turris accelerare. Ipſæ autem expor-

A rexerunt manus ſuas, tamquam aliquid accepturæ ab illis. Tunc illi ſex juſſerunt, [19] ut ex quodam profundo lapides attollerent, & in ædificationem turris præpararent. Et elevati ſunt decem lapides candidi, [20] quadrati, circumciſi. Poſtquam vero ſex illi advocaverunt has virgines, juſſerunt eas univerſos lapides, quicumque in turris [21] ædificationem mittendi eſſent, portare; & translatos per portam [22] tradere eis qui ædificaturi erant turrim illam. Continuo hæ virgines eoſdem lapides
B qui [23] prius elevati erant de profundo, inter ſe [24] elevare cœperunt pariter omnes.

CAPUT IV.

Qui autem ſteterunt circa portam, ſic etiam portabant; ut qui videbantur eſſe fortiores, ad angulos ponerentur; ceteri vero lapides [25] ad latera ſubjiciebantur: atque ita univerſos lapides pertulerunt, eoſque per [26] portam
C translatos ædificantibus, ſicut [27] juſſæ erant, tradiderunt. Illi vero excipientes, exſtruxerunt illos. Hæc autem ædificatio ſuper illam petram magnam & portam fiebat; atque ab iis tota turris ſuſtentabatur. Horum autem decem lapidum ſtructura totam portam illam replevit, quæ in fundamento turris illius eſſe cœpit. Poſt illos vero decem lapides, alii viginti quinque [28] elevati ſunt de profundo; & hi ſtructi ſunt in ædificationem turris ejuſdem, per illas virgines levati, ſicut priores.
D Poſt hos, alii triginta quinque elevati ſunt; & hi ſimiliter in eodem opere aptati ſunt. Poſt hos, quadraginta lapides aſcenderunt; & hi omnes adjecti ſunt in ſtructuram turris illius. Quatuor ergo ordines cœperunt eſſe in [29] fundamento turris illius; deſierunt [30] enim lapides extrahi de profundo: paulliſper & hi qui ædificabant, quieverunt. Iterum illi ſex viri multitudini illi imperaverunt, ut de illis duodecim [31] montibus adportarent lapides ad ædificationem turris ejuſdem. Illi autem excidebant de univerſis montibus [32] variorum co-
E lorum lapides; & deferentes [33] eos, porrigebant virginibus: quos illæ accipientes [34] transferebant, & in ædificationem turris porrigebant. In [35] qua quum ſtructi eſſent illi; candidi, variique fiebant: & [36] ſimiliter omnes priores mutabant colores.

1 Laudant hunc locum Origenes *homil.* XIII. in Ezech. Auctor *Operis imperfecti* in Matth. XIX. 28. & Scriptor Vitæ S. Genovefæ *cap.* IV. Horum verba inter Veter. Teſtim. ſuperius reperies.

2 Lamb. *dignitoſiores*. Et mox, *dignitoſæ*. Sic etiam infra *cap.* VI. ſub initium, *dignitoſos* pro *dignitate ſplendidos*. Atque ita legendum ſtatuit Clericus e Ms. optimæ notæ Lambethano. „ Vox enim *dignitoſus*, inquit, non ævi quidem Ciceroniani eſt, ſed nec infimi. Veteres Gloſſæ: „ *Dignitoſus*, ἀξιωματικός. „ Vide item de hac voce Ducangium in *Gloſſario*.

3 Mss. Angl. apud Fellum: *Inerat autem inter genera earum virginum & hæ binæ veſtitæ linteis*. Apud Clericum vero Lamb. ſic ſe habet: *Inerat autem inter gratiam earum virginum hæ binæ veſtitæ lineis tunicis, & decem incinctæ exertis*.

4 Ita Mss. Angl. Ita & Vict. & Carm. Horum Mss. lectionem ſequuntur quoque Fellus & Fabricius. Al. *exterius brachiis*.

5 Lamb. [illegible].

6 Mss. Angl. deſunt, *decoræ &*. Et mox Lamb. omittit, *conſt*[illegible].

7 Mss. Angl. [illegible].

8 Mss. Angl. [illegible]. Et mox, *diſputas*; ubi Felli edit. Oxon. habet [illegible].

9 Mss. Angl. [illegible].

10 Lamb. [illegible].

11 Mss. Angl. *domin*[illegible].

12 Lamb. [illegible] pro [illegible].

13 Lamb. *inſpexi*.

14 [illegible]

15 Lamb. [illegible] *ex turre quart*[illegible].

16 Bodl. *diſcurrentium circa portam hinc atque illinc*. Lamb. quoque habet *hinc atque illinc*.

17 Sic Lamb. Sic & Felli edit. Oxon. Al. *venerant*.

18 Lamb. *videbant ædificationem turris accelerari oportere*. Felli autem edit. Oxon. ſic: *agnoverunt ab eis ædificationem turris accelerari oportere*.

19 Mss. Angl. deeſt, *ut*. Et mox pro *attollerent* & *præpararent*, habent *aſcendere* & *aptari*. Statimque: *Et aſcenderunt decem*.

20 Lamb. *quidem & quadrati*. Sic & Fellus. Voci autem ſequenti, *circumciſi*, præmittendum *nec* jubet Cotelerius ex *capp.* V. & XVI.

21 Lamb. *ejus ædificationem ituri eſſent, portare*.

22 Lamb. cum Fello: *itidem tradere*.

23 Mss. Angl. *primi aſcenderunt*.

24 Mss. Angl. *allevare*.

25 Bodl. *a lateribus ſubibant*. Sic & Lamb. præpoſitione tamen *a* in *e* mutata.

26 Lamb. *portas*. Et paullo poſt *porta* pro *portam*.

27 Mss. Angl. *juſſerant*.

28 Mss. Angl. *aſcenderunt*, ut ſæpe.

29 Lamb. *fundamentis turris hujus*.

30 Lamb. *ergo lapides aſ*[illegible].

31 De quibus mentio *cap.* I. hujus *Similit.* Fellus autem ſtatim, *deferrent*, pro *adportarent*, quod exhibent Mss. Angl.

32 Mss. Angl. *lapides* [illegible].

33 Mss. Angl. [illegible].

34 Mss. Angl. [illegible], & mox *transfere*[illegible]. Sic & Felli edit. Oxon.

35 Lamb. *qu*[illegible] *quum in*[illegible].

36 Lamb. [illegible] *omnes & priores*. Mss. quoque Vict. & Carm. habent [illegible].

Quidam vero ab ipsis viris porrigebantur; qui A quum in eam ædificationem venissent, quales ponebantur, tales & permanebant. Hi nec candidi fiebant, nec varii; quoniam non erant a virginibus per portam translati. Hi ergo lapides deformes erant in [1] ædificatione: quos quum animadvertissent illi sex viri, jusserunt tolli & suo loco [2] reponi unde delati fuerant. Et dicunt ad illos qui lapides illos adferebant: Omnino vos nobis ad ædificationem hanc lapides porrigere nolite; sed juxta turrim ponite eos, ut hæ virgines translatos porrigant: nisi enim ab his virginibus translati fuerint per hanc portam, colores suos B mutare non possunt: nolite igitur frustra laborare.

CAPUT V.

EFfecta est autem structura illo die; sed turris consummata non [3] est: futurum enim erat, ut ædificaretur; propterea etiam nunc & quædam dilatio facta est. Et jusserunt illi sex, eos qui ædificabant [4] abire & veluti aliquamdiu quiescere; illis vero virginibus præceperunt, ne a turri [5] discederent: propterea autem videbantur mihi relictæ, ut custodirent turrim illam. Postquam au- C tem [6] recesserunt, dico ad Pastorem illum: Quare, Domine, non est peracta ædificatio turris? Non enim, inquit, ante consummari potest, quam veniat Dominus ejus, & structuram hanc probet; ut si quos lapides non bonos in ea invenerit, mutentur: ad voluntatem enim ejus [7] ædificatur hæc turris. Vellem, inquam, Domine, scire, quid significet ædificatio turris hujus, & de hac petra, & de hac porta cognoscere, & de montibus, & de virginibus, & de lapidibus qui [8] extracti sunt de profundo, nec circumcisi sunt, sed sicut ascenderunt, sic [9] missi sunt in D structuram; & quare primum lapides decem in [10] fundamento structi sunt, deinde viginti quinque, deinde triginta quinque, deinde quadraginta: item de illis lapidibus qui positi sunt in structuram, iterumque sublati, & in [11] locum suum relati. De omnibus his, Domine, desiderium animæ meæ comple, & omnia mihi demonstra. Et dixit mihi: Si [12] arduus non fueris, omnia [13] cognosces, & videbis reliqua quæ futura sunt huic turri; & omnes Similitudines diligenter cognosces. Et venimus post dies paucos in eumdem locum, ubi sederamus, & dixit mihi: Perveniamus ad turrim: E Dominus enim ejus venturus est, ut consideret eam. Venimus igitur illuc, & neminem alium quam virgines illas invenimus. Et interrogavit eas, an adfuisset ibi Dominus turris illius? Et responderunt, continuo eum [14] adfuturum, ut consideret structuram illam.

CAPUT VI.


POst pusillum vero video multitudinem virorum magnam venientem, & in medio eorum ita excelsum virum, ut magnitudine sua ipsam turrim superaret; & circa eum sex illos quos in ædificatione imperare videram, & eos omnes qui ædificaverunt turrim illam, & præterea alios quamplures [15] dignitate splendidos viros. Virgines vero illæ quæ custodiebant turrim illam, adcurrerunt [16] & osculatæ sunt eum, & prope [17] eum cœperunt ambulare. Ille autem tam diligenter considerabat structuram illam, ut singulos lapides [18] contrectaret; quin etiam singulos virga quam [19] in manu tenebat, feriebat. Ex quibus quidam quum essent percussi, nigri fiebant velut fuligo; quidam autem tamquam scabri; quidam quasi scissuras habentes; quidam curti; [20] quidam nec nigri nec albi; quidam asperi, nec cum ceteris lapidibus convenientes; quidam plurimas maculas habentes. Hæ sunt varietates lapidum illorum, qui in structura illa non [21] idonei reperti sunt. Jussit eos Dominus omnes de turri deponi, & juxta eam relinqui; & alios lapides afferri, & loco eorum reponi. Et interrogaverunt eum qui ædificabant, ex quo monte vellet afferri, & reponi in locum ejectorum? De montibus quidem vetuit afferri; sed ex campo quodam qui prope erat, jussit [22] afferri. Foderunt enim campum illum, & invenerunt lapides splendidos, quadratos; quosdam vero etiam rotundos. Quicumque autem erant in illo campo, omnes [23] allati sunt, & per portam [24] transportati a virginibus illis: & qui ex eis quadrati erant, [25] deformati sunt, & positi in [26] loco ejectorum. At vero qui rotundi, non sunt adjecti in structuram; quoniam [27] duri erant, & longum esse videbatur circumcidere eos: sed positi sunt circa turrim, tamquam futurum esset, ut circumciderentur, & in structuram [28] mitterentur; valde enim splendidi erant.

CAPUT VII.

HÆc quum vidisset vir ille [29] dignitate præcipuus, & Dominus totius turris, vocavit hunc Pastorem; & tradidit ei lapides qui reprobati erant, & positi circa turrim; & ait ad illum: Communda diligenter lapides hos, & [30] apta in structuram turris, ut cum ceteris possint convenire; eos autem qui non conveniunt, longe a turri projicies. Hæc quum præcepisset ei, cum omnibus cum quibus venerat ad turrim, abiit: virgines autem illæ steterunt circa turrim, custodientes eam. Et dixi ad Pastorem illum: Quonam modo possunt lapides hi in structuram hujus

1 Lamb. *ædificationem*.
2 Mss. Angl. *referri unde deportati*.
3 Lamb. *fuit: futurum enim, ut ædificetur*.
4 Mss. Angl. *recedere & veluti quiescere aliquid*.
5 Lamb. *recederent*.
6 Lamb. *omn s recesserunt, dixi*.
7 Ita Fellus in edit. Oxon. ex Lamb. Al. *ædificabatur*.
8 Mss. Angl. *ascenderunt*: ut sæpe alias.
9 Mss. Angl. *ierunt*.
10 Ms. Vict. *fundamentis structuræ*. Lamb. quoque habet, *fundamentis*.
11 Lamb. *loco suo*.
12 Ita Mss. Angl. Vict. & Carm. Editi, *tardus*.
13 Ita Lamb. Ita & Felli edit. Oxon. Al. *non cognosces*. Omittunt quoque *non*, Mss. Vict. & Carm. At Vict. sic: *omnia cognoscis*; *post videbis*. Carm. vero: *o. cognosces*; *p. v.* Quas Mss. lectiones Clericus invertit. Neque aliter Russelius. Recte Fabricius.
14 Mss. Angl. *venturum*. Lamb. add. *esse*.
15 Mss. Angl. *dignitosos*, ut passim.
16 Lamb. *adcurrerunt osculari eum*.
17 Lamb. deest *eum*.
18 Mss. Angl. *pertractaret*.
19 Lamb. *manu gerebat*.
20 Lamb. desunt *quidam* —— *albi*.
21 Mss. Angl. *boni*.
22 Mss. Angl. *adportari*.
23 Lamb. *illati sunt per*. Felli autem editio Oxon. *ablati*. An mendose?
24 Lamb. *translati*.
25 Ita Lamb. Editi, *formati*. Vide infra pag. seq. not. 20.
26 Sic Lamb. & Felli edit. Oxon. Al. *locum*.
27 Lamb. *& durum erat, & tardum esse*.
28 Mss. Angl. *irent*.
29 Mss. Angl. *dignitosus*.
30 Lamb. *pone in structura*.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.



turris, quum reprobati sint, redire? Et dixit mi- A hi: Ego de lapidibus istis majorem partem circumcidam & adjiciam in structuram, & convenient cum ceteris. Et dixi: Quo modo, Domine, possunt circumcisi eumdem locum [1] implere? Quicumque, inquit, minores inventi fuerint, in mediam structuram [2] ibunt; majores vero de foris ponentur, & continebunt eos. Hæc quum dixisset mihi: Eamus, inquit, & post triduum revertamur; & emundatos hos lapides in structuram adjiciam. Ea enim quæ sunt circa turrim, commundari debent omnia; ne forte subito paterfamilias superveniat, & immunda ea quæ circa B turrim sunt, inveniat, & ita [3] aspernetur; [4] & hi lapides non mittantur in structuram turris hujus, & ego negligens [5] paterfamilias videar esse. Post [6] triduum autem quum venissemus ad eamdem turrim, ait mihi: Consideremus hos lapides omnes, & videamus qui ex eis possunt in structuram [7] ire. Dico ei: Consideremus, Domine.

CAPUT VIII.

PRimum omnium cœpimus considerare eos qui C nigri fuerant. Quales enim a structura depositi fuerant, tales sunt reperti. Jussit eos a turri moveri, & seorsum [8] reponi. Deinde consideravit eos qui scabrosi fuerant: & multos ex eis circumcidi jussit, & per virgines eos in structuram turris aptari: illæ autem sublatos eos aptaverunt in media structura. Reliquos autem jussit cum illis nigris reponi; nam & hi evaserunt nigri. Deinde considerabat eos qui scissuras habebant: & ex illis multos circumcidi jussit, & per illas virgines adjici in structuram. Hi de foris positi sunt, quoniam [9] integri inventi sunt: reliqui autem propter multitudinem scissurarum non D potuerunt [10] afformari, propterea projecti sunt ab ædificatione turris. Deinde considerabat eos qui curti facti erant: multi ex illis scissuras habebant, & nigri evaserant; alii vero scissuras magnas [11] habebant, quos jussit apponi cum illis qui rejecti erant: reliquos autem commundatos & afformatos adjici jussit in structuram, quos sublatos virgines illæ in media structura aptaverunt; infirmiores enim erant. Deinde considerabat eos, qui dimidii quidem albi, dimidii autem nigri fuerant reperti; & multi ex illis nigri inventi sunt: jussit & hos transferri ad illos qui rejecti erant. E Reliqui vero toti candidi inventi sunt: & hi sublati sunt a virginibus, & aptati in eadem turri; exteriores autem positi sunt [12] qui integri inventi sunt, ita ut possent continere eos qui in medio [13] constructi erant; nihil enim eis recisum est. Deinde considerabat eos qui duri & asperi [14] fuerunt: pauci ex his [15] adjecti sunt, quoniam non poterant circumcidi; valde enim duri reperti sunt: reliqui autem [16] formati sunt, & in media structura a virginibus aptati; infirmiores enim erant. Deinde considerabat illos qui maculas habebant: & ex eis pauci reperti sunt nigri; & hi ad ceteros adjecti sunt. Qui vero superfuerant, candidi & integri inventi sunt; & hi a virginibus in structuram aptati sunt, & de foris positi, propter fortitudinem suam.

CAPUT IX.

VEnit [17] deinde, ut consideraret eos lapides, qui candidi & rotundi erant; & ait mihi: Quid faciemus de his lapidibus? Et ego dixi: Domine nescio. Nihil ergo, inquit, excogitas de his? Ego, inquam, artem hanc, Domine, non novi, nec lapidarius sum, nec possum intelligere quidquam. Et dixit: Non vides eos valde rotundos esse? Quod si voluero eos quadratos redigere, plurimum mihi ex his recidendum est; sed necesse est aliquos ex his in structuram turris [18] transire. Et dixi: Si necesse est, quid igitur [19] te implicas, & non eligis, si quos habes eligere, & aptas in structuram illam? Et elegit quos vidit maximos & splendidissimos, & [20] afformavit eos; quos sublatos virgines illæ in exterioribus partibus structuræ posuerunt. Reliqui vero qui superfuerunt, repositi sunt in [21] eumdem campum unde sumti erant: abjecti vero non sunt; Quoniam, inquit, adhuc exiguum deest huic turri, quod ædificandum erit; & forsitan vult Dominus hos lapides aptari in ea structura, [22] quia valde candidi sunt. Vocatæ sunt deinde mulieres speciosissimæ duodecim, nigra veste vestitæ, incinctæ, & exertis humeris, [23] capillisque solutis. Videbantur autem mihi hæ mulieres agrestes esse. Et jussit eas Pastor ille tollere lapides illos qui de structura [24] ejecti erant, & eos referri in montes unde ablati fuerant. Et illæ gaudentes sustulerunt omnes, & reportaverunt eos unde extracti fuerant. Postquam autem nullus lapis circa turrim jaceret, ait mihi: Circumeamus hanc turrim, & videamus [25] numquid aliquid desit illi. Cœpimus ergo circumire eam. Et ut vidit eam decenter ædificatam, cœpit valde hilaris esse: ita enim decenter ædificata fuerat, ut qui vidisset, concupisceret structuram ejus; quoniam quasi de uno lapide videbatur esse, nec usquam commissura apparebat, sed ex petra [26] una videbatur exsculpta.

1 Mss. Angl. *explere*.
2 Ita Mss. Angl. Fellus tamen in sua edit. Oxon. *mittentur*.
3 Mss. Angl. *exasperetur*.
4 Lamb. *ut & hi lapides non sint*.
5 Lamb. *patrisfamilias*. Forte, *patrifamilias*, ut legendum censet Cotelerius.
6 Lamb. *biduum*. At modo legebamus: *post triduum revertamur*.
7 Lamb. *convenire*.
8 Lamb. [illegible]. Sic & paullo post.
9 Felli edit. Oxon. *qui*, pro *quoniam*.
10 Lamb. *[illegible]formari*. Edit. Paris. *efformari*. Sic mox idem Lamb. [illegible]. Vide mox not. 20.
11 Lamb. *habentes jussit eos poni cum iis*.
12 Sic & edit. Paris. & Oxon. At Lamb. Vict. & Carm. *quoniam* ut modo supra.
13 Lamb. *instructi [illegible]; nihil enim ex eis*.
14 Lamb. *[illegible]*.
15 Mss. Lamb. Vict. & Carm. *abjecti*.
16 Mss. A[illegible].
17 Lamb. [illegible].

18 Mss. Angl. *ire*.
19 Bodl. *tristaris*. Lamb. *te tricas*.
20 Lamb. *deformavit*. Hæc recta est lectio, non inepta & inusitata vox *afformare*. Sic & supra *cap.* VIII. *deformari* perperam mutatum in *afformari*, & *deformatos* in *afformatos*, & *deformati* in *formati*. Nimirum, exscriptores existimarunt *deformare* esse tantum deformem & turpem reddere, quum sit etiam simpliciter *mutare formam* in quamvis aliam. Veteres Glossæ: *Deformo*, μεταμορφῶ. μετατυπῶ. *Deformo*, (sic legendum) ἀποτελῶ: quæ significatio optime heic convenit, ubi forma rotunda lapidum resectione in quadratam mutatur. CLER.
21 Lamb. *[illegible] campo*.
22 Lamb. *qua [illegible] est*.
23 Mss. Angl. *[illegible]*.
24 Lamb. leg. *abjecti [illegible]*, & omittit omnia quæ sequuntur, usque ad *Post[illegible]*.
25 Mss. Angl. *[illegible] desit*. Sic & Felli edit. Oxon.
26 Lamb. [illegible] At vulgatam lectionem confirmat Origenes, qui hunc locum laudat *Comment.* in *Osee* ex *Philocaliæ* cap. VIII. noviss. edit. BB. tom. II. pag. 439.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 70.

CAPUT X.

EGo autem [1] hujuſmodi turrim attente conſiderans, valde lætabar. Et ait mihi: Affer calcem & teſtas minutas, ut formas eorum lapidum qui ſublati ſunt de [2] ſtructura & iterum repoſiti, expleam; ea enim quæ circa turrim ſunt omnia, æquari debent. Et feci ſicut juſſit mihi, & attuli ad eum. Et ait mihi: Præſto [3] adſis mihi; & cito hoc opus perficietur. Complevit ergo formas illorum lapidum, & juſſit locum mundari circa turrim. B Tunc virgines illæ apprehenderunt ſcopas, & mundaverunt totum, & ſuſtulerunt [4] excrementa, & ſparſerunt aquam: quò completo, factus eſt locus [5] delectabilis, & turris decora. Ait deinde mihi: Omnia commundata ſunt: ſi venerit Dominus hanc turrim conſummare, nihil inveniet quod de nobis queratur. Hæc quum dixiſſet, volebat abire. At ego apprehendi peram ejus, & cœpi rogare eum per Dominum, ut mihi omnia quæ oſtenderat, [6] explicaret. Ait mihi: Habeo modicam occupationem; at omnia tibi explicabo: exſpecta autem me heic, dum venio. Dico ei: Domine, quid heic ſolus faciam? Reſpondit: Non es ſolus; omnes enim virgines tecum ſunt. Et dixi: Trade me, Domine, ergo eis. At ille [7] vocavit illas, & dixit eis: Commendo vobis hunc, donec venio. Remanſi igitur cum virginibus illis. Illæ autem hilares erant, & affabiles mihi; præcipue tamen quatuor, quæ ceteras præcedebant dignitate.

CAPUT XI.

DIcunt mihi deinde virgines illæ: Hodie Paſtor ille huc venturus non eſt. Et ego dixi: Quid ergo ego faciam? Et dicunt mihi: Uſque in veſperam exſpecta, ſi [8] forſan venerit & loquetur tecum; ſin minus, nobiſcum dum veniat, [9] manebis. Dixi eis: Exſpectabo eum uſque ad veſperam: quod ſi non venerit, domum ibo, & revertar mane. Reſponderunt mihi: Nobis [10] aſſignatus es: non potes recedere a nobis. Et dixi: Ubi manebo? Dicunt mihi: Nobiſcum dormies ut frater, non ut maritus: frater enim noſter es, & de cetero tecum [11] habitare paratæ ſumus; valde enim carum te habemus. Ego autem erubeſcebam cum eis [12] manere. Ea vero quæ ex illis prima eſſe videbatur, amplexata me eſt, & oſculari me cœpit. Ceteræ vero quum vidiſſent me [13] amplexari ab illa, & ipſæ cœperunt me A ut fratrem oſculari, & [14] ducere circa turrim, & ludere mecum. Quædam [15] autem ex illis pſalmos canebant; quædam choros ducebant. Ego autem circa [16] turrim in ſilentio lætus cum eis ambulabam, & videbar mihi [17] junior factus eſſe. Poſtquam vero veſpera eſſe cœpit, domum [18] repente abire volebam; illæ autem [19] retinuerunt me, & non permiſerunt abire. Manſi ergo illa nocte cum eis [20] juxta eamdem turrim. Straverunt autem tunicas ſuas linteas in terram, & me in medio collocaverunt; nec quidquam aliud faciebant, niſi quod orabant. Sed & ego cum illis ſine intermiſſione orabam, neque minus, quam illæ. Quæ quum me ſic orantem vidiſſent, ingens gaudium perceperunt; & cum eis illic fui uſque ad diem poſterum. Et quum adoraſſemus Dominum, tunc venit Paſtor ille, & ait ad illas: [21] Nullam ei feciſtis injuriam? Et dixerunt ei: Ipſum interroga. Dico ei: Domine, [22] magna voluptas me cœpit, quod manſi cum eis. Et dixit mihi: Quid cœnaſti? Et dixi: Cœnavi, Domine, tota nocte [23] verba Domini. Bene, inquit, te acceperunt? Et dixi: [24] Bene, Domine. [25] C Numquid vis nunc audire? Et dixi: Volo, Domine: & primum, ſicut te interrogavero, rogo ut ſic mihi demonſtres. Quemadmodum vis, inquit, ſic tibi rem [26] explanabo, nec quidquam te celabo.

CAPUT XII.

PRimum omnium, Domine, [27] inquam, hoc mihi demonſtra: Petra hæc, & porta quid ſunt? Audi, inquit: Petra [28] hæc & porta, Filius D Dei eſt. Quonam pacto, inquam, Domine, petra vetus eſt, porta autem nova? Audi, inquit, inſipiens, & intellige. Filius quidem Dei omni creatura antiquior eſt, ita ut in conſilio Patri ſuo adfuerit [29] ad condendam creaturam. Porta autem propterea nova eſt, quia in conſummatione in noviſſimis diebus [30] apparebit, ut qui aſſecuturi ſunt ſalutem, per eam intrent in regnum Dei. Vidiſti, inquit, lapides illos qui per portam tranſlati ſunt, in ſtructuram turris [31] collocatos; eos vero qui non erant tranſlati per portam, abjectos in [32] locum ſuum? Et dixi: Vidi, E Domine. Sic, inquit, nemo intrabit in regnum Dei, niſi qui acceperit nomen Filii Dei. Si enim in civitatem aliquam volueris intrare, & civitas illa cincta ſit muro, & unam habuerit tantummodo portam; numquid poteris [33] aliunde intrare civitatem illam, niſi per portam quam habet?

1 Mss. Angl. *ejuſmodi conſiderans bene, valde lætus eram.*
2 Editt. Clerici & Ruſſel. omitt. *de*. Ms. Lamb. *ſtructura, repoſitos expleam.*
3 Lamb. *Præſto ſis mihi; & cito*. Al. *mihi, inquit.*
4 Mss. Angl. *ſtercus.*
5 Mss. Angl. *hilaris.*
6 Fellus in edit. Oxon. *exſolveret*; monetque Mss. exhibere, *explicaret*, ut ſæpe. Aliter heic Clericus, cujus adnotationem vide ſis mox infra not. 26.
7 Lamb. *vocat, & dixit.*
8 Mss. Angl. *ſi venerit, forſitan loquetur.*
9 Felli edit. Oxon. *moraberis.*
10 Mss. Angl. *conſignatus es: non potes diſcedere.*
11 Bodl. *habituræ ſumus.*
12 Lamb. *habitare.*
13 Mss. Angl. *amplexum.*
14 Mss. Angl. *ducebant*; & mox *ludebant*. Sic & Felli edit. Oxon.
15 Lamb. *enim ex his pſalmos cantabant*. Habet *enim* & Felli edit. Oxon.
16 Sic Felli edit. Oxon. Al. addunt *eam.*
17 Lamb. *veluti juniorem eſſe factum.*
18 Mss. Angl. deeſt, *repente.*
19 Lamb. *detinuerunt*; & mox, *me ire* pro *abire.*
20 Lamb. *ad eam turrim.*
21 Mss. Angl. *Ne forte feciſtis.*
22 Mss. Angl. *magnam voluptatem percepi.*
23 Lamb. *verbum.*
24 Lamb. *Ita.*
25 Lamb. deſunt, *Numquid*, uſque ad *Domine: &.*
26 Ms. Lamb. cum Fello: *exſolvam*. Sic & alibi, ubi verbum *explanare* alii Codd. præ ſe ferunt. Fuit nimirum Græce ἐκλύσω, *expediam* vel *interpretabor*. Gloſſæ: ἐκλύω, *reſolvo, enodo*. Vid. capp. XIII. & XVI. in fine, ubi *exſolutionem* habemus pro ἔκλυσιν. Cler.
27 Lamb. deſunt, *inquam, hoc*. Quo in Cod. paſſim omittuntur *inquam* & *inquit*. Hæc enim Græci Dialogiſtæ ſupplenda lectori permittunt, ut apud Platonem paſſim. Cler.
28 Sic in ſacris litteris, Dominus *Petra* & *Janua* dicitur. Ita Fellus. Et alterum quidem 1.*Cor.*x.4. alterum vero *Joan.*x.7.9.
29 Lamb. *conſtituendo*. Bodl. *conſtituendi*. Sic apud Fellum. Aliter Clericus.
30 Mss. Angl. & Carm. *apparuit*. Ita & Felli edit. Oxon. Vulgata lectio confirmari poteſt ex *Heb.* x. 28. quo forte reſpexit Hermas. Altera vero Mss. ex *Heb.* I. 1. 2.
31 Lamb. *collatos.*
32 Lamb. *loco ſuo.*
33 Sic Lamb. Sic & Felli edit. Oxon. Al. *alia.*

Et quonam modo, inquam, Domine, aliter fieri potest? Sicut ergo, [1] inquit, in illam urbem non potest intrari, quam per portam ejus: ita nec in regnum Dei potest [2] aliter intrari, nisi per nomen Filii ejus qui est ei cariffimus. Et dixit mihi: Vidisti turbam eorum qui ædificabant turrim illam? Vidi, inquam, Domine. Et dixit: Illi omnes nuntii sunt [3] dignitate venerandi. His igitur veluti muro cinctus est Dominus. Porta vero Filius Dei est, qui solus est accessus ad Deum. Aliter ergo nemo intrabit ad Deum, nisi per Filium ejus. Vidisti, inquit, illos sex viros, & in medio eorum [4] præcelsum virum illum ac magnum, qui circa turrim ambulavit, & lapides de structura [5] reprobavit? Vidi, inquam, Domine. Ille, inquit, [6] præcelsus, Filius Dei est; & illi sex, nuntii sunt [7] dignitate conspicui, dextra lævaque eum [8] circumstantes. Ex his, inquit, [9] excellentibus nuntiis, nemo sine eo intrabit ad Deum. Et dixit: Quicumque ergo nomen ejus non acceperit, non intrabit in regnum Dei.

CAPUT XIII.

ET dixi: Quid est deinde hæc turris? Hæc inquit, Ecclesia est. Et virgines hæ, quæ sunt, Domine? Et dixit mihi: Hæ, inquit, Spiritus sancti sunt: non aliter [10] enim homo potest in regnum Dei intrare, nisi hæ induerint eum veste sua. Etenim nihil proderit tibi accipere nomen Filii Dei, nisi etiam & vestem earum acceperis ab eis. Hæ namque virgines, potestates sunt Filii Dei. [11] Ita frustra nomen ejus portabit quis, nisi etiam potestates ejus [12] portaverit. Et dixit mihi: Vidisti lapides illos qui abjecti sunt? Illi enim nomen quidem [13] portarunt; vestem autem illarum non induerunt. Et dixi: Quæ est vestis earum, Domine? [14] Ipsa, inquit, nomina, vestis earum est. Quicumque ergo, inquit, nomen [15] Filii Dei portat, harum quoque nomina portare debet: [16] nam & Filius nomina portat earum. Quoscumque, inquit, lapides vidisti in structura remansisse per manus harum traditos, earum potestate vestiti sunt. Ideoque totam turrim [17] concordem vides cum petra, & velut ex uno lapide factam. Sic quoque ii qui crediderunt [18] Deo per Filium ejus, induti sunt spiritum hunc. Ecce unus erit spiritus, & unum corpus, & unus [19] color vestium eorum; sed & illi assequentur ista, qui [20] portaverint nomina virginum harum. Et dixi: Quare ergo, Domine, abjecti sunt lapides qui reprobati fuerunt, quum ipsi [21] per portam translati fuerint, & traditi per manus virginum harum in structuram turris hujus? Quoniam, inquit, cura tibi est omnia diligenter inquirere, audi de iis lapidibus qui abjecti sunt. Hi omnes nomen Filii Dei acceperunt, sed & potestatem virginum harum. His ergo spiritibus acceptis, consummati fuerunt, & in numerum servorum Dei redacti, & unum corpus eorum esse cœpit atque una vestis; [22] eamdem enim sentiebant æquitatem, quam pariter exercebant. At vero postquam viderunt mulieres illas, quas advertisti nigra veste vestitas, exertis humeris & [23] solutis crinibus; [24] concupiverunt solicitare illas ob pulcritudinem earum, & induti sunt potestate earum; virginum vero projecerunt [25] amictum. Hi igitur abjecti sunt a domo Dei, & traditi mulieribus illis. At hi qui non sunt corrupti pulcritudine earum, in domo Dei remanserunt. Habes, inquit, horum lapidum qui abjecti sunt, [26] explicationem.

CAPUT XIV.

ET dixi: Si qui ergo, Domine, hominum qui hujusmodi sunt, egerint pœnitentiam, & abjecerint cupiditatem mulierum illarum, & conversi redierint ad virgines, & earum potestatem induerint; nonne intrabunt in domum Dei? Intrabunt, inquit, si abjecerint omnia opera mulierum illarum, & harum virginum resumserint potestatem, & in operibus earum ambulaverint. Et ideo intermissio facta est struendi, ut si hi [27] egerint pœnitentiam, adjiciantur in structuram turris: si autem non egerint pœnitentiam, alii struantur loco eorum; & illi tunc abjiciantur in [28] toto. Ad hæc [29] omnia gratias egi Domino, quod in omnes in quibus invocatum est nomen ejus, motus clementia miserit præsidem nuntium pœnitentiæ ad nos, qui deliquimus ei; & quod renovaverit spiritus nostros jam certe deficientes, neque habentes spem salutis; nunc vero [30] recreatos ad redintegrationem vitæ. Et dixi: Nunc, Domine, demonstra mihi, quare non in terra ædificatur hæc turris, sed supra petram & portam? Quoniam, inquit, insipiens & sine intellectu es; ideo interrogas. Et dixi: Necesse habeo, Domine, omnia te interrogare; quoniam nihil omnino intelligo: [31] responsa enim omnia magna & præclara sunt, & quæ homines vix intelligere possunt. Audi, inquit: Nomen Filii Dei magnum & immensum est, [a] & totus ab eo sustentatur orbis. [32] Si ergo, inquam, omnis Dei creatura per Filium ejus sustentatur; cur non & eos sustinet qui invitati sunt ab eo, & nomen ejus ferunt, & in præceptis

a Heb. I. 3.

1 Lamb. omisso, *inquit*, sic: *in eadem urbe non potes aliter intrare*. Hinc Fellus: *in illam urbem non potest aliter intrari*.
2 Lamb. *aliquis intrare*.
3 Mss. Angl. *dignitosi*.
4 Mss. Angl. *honestum virum atque magnum*.
5 Lamb. *port*[illegible].
6 Mss. Angl. *honestus*.
7 Mss. Angl. *dignitosi*.
8 Mss. Angl. *continentes*.
9 Mss. Angl. *dignitosis*.
10 Lamb. *autem* pro *enim*. Et mox: *nisi has induerit eum*.
11 Lamb. *Itaque sine caussa quis portabit nomen, nisi etiam & potest*[illegible] *induerit*.
12 Mss. Angl. *induerint*.
13 Mss. Angl. *tulerunt*.
14 Lamb. *I*[illegible]*, inquit, nomen*.
15 Lamb. [illegible]. De nomine Filii Dei ab electis gestato, vide [illegible] II. 17. III. 12. XIV. 1. & de veste nuptiali [illegible] Porro Apostolus Paullus jubet *Christum induere*, Rom. XIII. 14. FELL.
16 Lamb. *Filius enim Dei ipsa nomina portat. Quoscumque*. Habet quoque *Filius Dei* Felli edit. Oxon.
17 Bodl. *consimilem*. Fellus in sua edit. Oxon. *concolorem*. Vide Origenis *Philocal.* cap. VIII.
18 Lamb. *Dominum per Filium ejus, hoc spiritu induti sunt*.
19 Lamb. *odor vestium earum*.
20 Mss. Angl. *tulerint*.
21 Lamb. desunt, *per portam*.
22 Lamb. *ad eamdem*.
23 Lamb. *dissolutis*. Vide supra *cap.* II. hujus *Simil.*
24 Mss. Angl. *concupierunt enim eas, solicitati pulcritudine*.
25 Lamb. *amicitiam*.
26 Lamb. *exsolutionem*. Sic & Felli edit. Oxon.
27 Lamb. desunt, *egerint — si autem*.
28 Lamb. *totum*.
29 Lamb. *singula*, Et mox deest, *egi*.
30 Ita Mss. Angl. & Vict. Ita & edit. Felli Oxon. Al. *recreat*.
31 Lamb. *responsis. Omnia enim*.
32 Lamb. *Sic ergo omnis*.

SECUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

ejus ambulant? [1] Nonne etiam vides, inquit, quod sustinet eos, qui ex totis præcordiis portant nomen ejus? Ipse igitur fundamentum est eorum, & libenter portat eos [2] qui non negant nomen ejus, sed libenter sustinent [3] illum.

CAPUT XV.

Et dixi: Demonstra mihi, Domine, nomina virginum harum & mulierum illarum, quæ nigra veste sunt [4] indutæ. Audi, inquit: Nomina virginum quæ potentiores sunt, quæ obtinuerunt angulos portæ, hæc sunt [5]: Prima vocatur Fides; secunda Abstinentia; tertia Potestas; quarta Patientia: ceteræ autem quæ [6] infra has consistunt, his nominibus vocantur; Simplicitas, Innocentia, Castitas, Hilaritas, Veritas, Intelligentia, Concordia, Caritas. Quicumque itaque portant hæc nomina & nomen Filii Dei, in regnum Dei poterunt intrare. Audi nunc mulierum nomina, quæ nigra veste vestitæ sunt. [7] Ex his quatuor potentiores sunt: quarum prima Perfidia, secunda Intemperantia, tertia Incredulitas, quarta [8] Voluptas nominatur. Sequentes vero harum sic nominantur: Tristitia, Malitia, Libido, Iracundia, Mendacium, Stultitia, Inflatio, Odium. Hos spiritus [9] qui portat Dei servus, regnum Dei videbit quidem, sed non intrabit in illud. Lapides vero illi, Domine, qui de profundo in [10] structura aptati sunt, qui sunt? Decem, inquit, qui in fundamentis collocati sunt, primum sæculum est: sequentes viginti quinque, secundum sæculum est justorum virorum. Illi autem [11] triginta quinque, Prophetæ Domini ac ministri sunt. Quadraginta vero, Apostoli & Doctores sunt prædicationis Filii Dei. Et dixi: Cur ergo, Domine, virgines illæ etiam hos lapides in structuram turris porrexerunt, translatos per portam? Et dixit: Hi enim primi spiritus illos portaverunt, & omnino alius ab alio [12] non recesserunt, nec spiritus ab hominibus, nec homines a spiritibus; sed juncti fuerunt hi spiritus eis [13] usque ad diem quietis: qui nisi hos spiritus secum habuissent, non fuissent utiles structuræ turris hujus.

CAPUT XVI.

Et dixi: Etiam nunc, Domine, demonstra mihi. Quid quæris? inquit. Quare, inquam, de profundo hi lapides ascenderunt, & positi sunt in structuram turris hujus; quum jam pridem portaverint spiritus justos? Necesse est, inquit, ut per aquam habeant ascendere, ut requiescant. Non poterant enim in regnum Dei aliter intrare, quam ut deponerent mortalitatem prioris vitæ. Illi igitur defuncti, sigillo [14] Filii Dei signati A sunt, & intraverunt in regnum [15] Dei. Antequam enim accipiat homo nomen Filii Dei, morti destinatus est: at ubi [16] accipit illud sigillum, liberatur a morte, & traditur vitæ. Illud autem sigillum aqua est, in quam descendunt homines morti obligati; ascendunt vero vitæ assignati: & illis igitur prædicatum est illud sigillum, & usi sunt eo ut intrarent in regnum Dei. Et dixi: Quare ergo, Domine, & illi quadraginta lapides ascenderunt cum illis de profundo, jam habentes illud sigillum? Et dixit: Quoniam [17] hi Apostoli & Doctores qui prædicaverunt nomen Filii B Dei, quum habentes fidem ejus & potestatem defuncti essent, prædicaverunt illis qui ante obierunt; & ipsi dederunt eis illud [18] signum. Descenderunt igitur in aquam cum illis, & iterum ascenderunt. Sed hi vivi [19] ascenderunt: at illi qui fuerunt ante defuncti, mortui quidem descenderunt; sed vivi ascenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, & cognoverunt Filium Dei: ideoque ascenderunt cum eis, & conveneruut in structuram turris: nec circumcisi, sed integri ædificati sunt; quoniam æquitate pleni [20] cum summa castitate defuncti sunt; sed tantummodo hoc si- C gillum defuerat eis.

CLEMENS ALEX. Στρωμ. *lib.* II. *cap.* IX. *pag.* 452. *edit. Oxon.*

Καὶ αὐτοὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν σφραγῖδα τοῦ κηρύγματος. Κατέβησαν οὖν μετ᾽ αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνέβησαν. Ἀλλ᾽ οὗτοι ζῶντες κατέβησαν, καὶ πάλιν ζῶντες ἀνέβησαν· ἐ- D κεῖνοι δὲ, οἱ προκεκοιμημένοι, νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν. Διὰ τούτων οὖν ἐζωοποιήθησαν, καὶ ἐπέγνωσαν τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ Θεοῦ· διὰ τοῦτο καὶ συνανέβησαν μετ᾽ αὐτῶν, καὶ συνήρμοσαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, καὶ ἀλατόμητοι συνῳκοδομήθησαν· ἐν δικαιοσύνῃ ἐκοιμήθησαν, καὶ ἐν μεγάλῃ ἁγνείᾳ· μόνον δὲ τὴν σφρα- E γῖδα ταύτην οὐκ εἶχον.

Et ipsi dederunt eis signum prædicationis. Descenderunt igitur in aquam cum illis, & iterum ascenderunt. Sed hi vivi descenderunt, & iterum vivi ascenderunt: at illi qui fuerunt ante defuncti, mortui descenderunt, sed vivi ascenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, & cognoverunt nomen Filii Dei: ideoque ascenderunt cum eis, & convenerunt in structuram turris; nec circumcisi, coædificati sunt: in æquitate defuncti sunt, & in summa castitate: sed tantummodo hoc sigillum defuerat eis.

IDEM Στρωμ. *lib.* VI. *cap.* VI. *pag.* 764.

Κὰι καλῶς εἴρηται τῷ Ποιμένι· Κατέβησαν οὖν [21] αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ.

Et recte dictum est a Pastore: *Descenderunt igitur in aquam cum il-*

1 Lamb. *Atque etiam vides eos quos sustinet.*
2 Lamb. *quoniam.*
3 Lamb. *illud*. Felli edit. Oxon. *sed sustinent ipsum libenter.*
4 Mss. Angl. *vestitæ*, ut infra.
5 Mss. Lamb. Vict. & Carm. *Hæc sunt nomina earum*. Sic & Felli edit. Oxon. Laudant hunc locum Origenes *homil.* XIII. in *Ezech.* Auctor Operis imperf. in *Matth.* XIX. 28. & Scriptor Vitæ S. Genovefæ *cap.* IV.
6 Lamb. *inter has constiterunt.*
7 Ita Ms. Vict. Ita quoque Felli & Russel. editt. Al. *et his.*
8 Mss. Angl. *dulcedo.*
9 Lamb. *Hos spiritus qui portat, Dei servus videbit quidem, & regnum Dei videbit, sed.*
10 Lamb. *structuram apti*. Vide Origen. Comment. in *Osee* ex Philocal. *cap.* VIII.
11 Ita Ms. Carm. Ita & Fellus. Sic sane legendum ex super. *cap.* v. Al. *triginta*. Lamb. autem habet *Prophetarum*, loco *Prophetæ*; & omittit sequens *ac*.
12 Lamb. deest, *non*.
13 Mss. Angl. addunt *hominibus*: quam lectionem retinuit Fellus in sua edit. Oxon. Apud Clericum autem sic se habet Lamb. *hi spiritus usque ad diem quietis. Quod nisi hi spiritus hos spiritus.*
14 Lamb. *sigillo fidei Filii Dei.*
15 Lamb. deest, *Dei.*
16 Lamb. *ubi ceperit hoc sigillum, liberatus a morte traditur vitæ.*
17 Laudat hunc locum Clemens Alex. Στρωμ. lib. II. cap. IX. pag. 452. Ejusdem quoque meminit lib. VI. cap. VI. pag. 764.
18 Bodl. & Lamb. *sigillum*. Sic & Felli edit. Oxon.
19 Forte sic legendum: *Sed hi vivi descenderunt, & iterum vivi ascenderunt*. Hanc lectionem suadet Clemens Alex. ut mox infra. Felli autem editio Oxon. ita se habet: *Sed hi vivi descenderunt: at illi* &c.
20 Lamb. *in*, pro *cum*. Sic & Clemens Alex.
21 Scribendum ex superioribus, *μετ᾽ αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνέβησαν.*

Ἀλλ᾽ οὗτοι μὲν, ζῶντες κατέβησαν, καὶ ζῶντες ἀνέβησαν· ἐκεῖνοι δὲ, οἱ προκεκοιμημένοι, νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν.

lis. Sed hi quidem, vivi descenderunt, & vivi ascenderunt: at illi qui fuerunt ante defuncti, mortui descenderunt, sed vivi ascenderunt.

Habes horum [1] explanationem.

CAPUT XVII.

ET dixi: Nunc iterum, Domine, & de montibus illis mihi demonstra; quare varii, & alia atque alia sunt figura. Audi, inquit: Hi B duodecim montes quos vides, [2] duodecim sunt gentes quæ totum obtinent orbem. Prædicatus est ergo in eis Filius Dei, per eos quos ipse ad illos misit. Quare autem, inquam, varii sunt, & alia atque alia figura? Audi: Hæ duodecim gentes quæ totum obtinent orbem, duodecim nationes sunt: & sicut eos montes vidisti varios; ita & hæ gentes. Sensus quoque & actus uniuscujusque montis te docebo. Prius, inquam, Domine, hoc mihi demonstra: Quum sint [3] tam varii hi montes; quonam pacto in structuram hujus turris convenerint, unoque redigantur colore, & non C minus splendidi sint, quam qui ascenderunt ex profundo? Quoniam, inquit, universæ nationes quæ sub cælo sunt, audierunt & crediderunt, & [4] uno nomine Filii Dei, vocati sunt. Accepto igitur ejus sigillo, eamdem omnes prudentiam eumdemque sensum acceperunt; & una fides atque caritas eorum fuit, & spiritus virginum harum cum ejus nomine ferebant. Ideoque structura turris hujus concolor videbatur, & fulgebat usque ad solis claritatem. At vero postquam [5] ita senserunt; unum corpus eorum cœpit esse omnium. Quidam tamen ex eis maculaverunt se, & projecti sunt de genere justorum, & iterum redierunt D ad statum pristinum, atque etiam deteriores [6] quam prius evaserunt.

CAPUT XVIII.

QUo modo, inquam, [7] Domine, deteriores qui cognoverunt Dominum? Et dixit: Is quidem qui non novit Dominum; si nequiter vivit, manet in [8] eo nequitiæ suæ pœna. At [a] qui novit Dominum, omnino abstinere se debet ab omni nequitia, & magis magisque servire bonitati. Nonne ergo ille qui bonitatem sequi debebat, si nequitiæ præferat partes, plus peccare videtur, quam is qui deliquit ignorans Dei virtutem? Ideoque, hi quidem morti destinati sunt: at vero hi qui cognoverunt Dominum, atque ejus mirabilia opera viderunt, si nequiter vivunt, [9] A duplo amplius punientur, & ipsi morientur in ævum. Sicut ergo vidisti, postquam ejecti sunt lapides de turri qui reprobati erant, traditi sunt spiritibus perniciosis atque sævis; & ita purificatam turrim [10] vidisti, ut crederetur ex uno lapide esse tota: ita & Ecclesia Dei quum purificata fuerit, ejectis ex ea malis atque fictis, scelestis & dubiis, & quicumque nequiter in ea se gesserunt, ac variis nequitiæ peccatorum generibus; [11] erit unum corpus ejus, unus intellectus, unus sensus, una fides, eademque caritas: & tunc Filius Dei [12] lætabitur inter illos, & recipiet [13] voluntate pura populum suum. Et dixi: Domine, magnifice & [14] honorifice se habent cuncta. Nunc mihi demonstra effectum & vim uniuscujusque montis; ut omnis anima in Domino fidens, auditis his, honoret magnum ac mirabile [15] & sanctum nomen ejus. Audi, inquit, [16] varietatem horum montium, id est duodecim gentium.

CAPUT XIX.

DE primo monte nigro: qui crediderunt, transfugæ sunt, ac nefanda in Dominum loquentes, & [17] proditores servorum Dei. Illis proposita mors est; pœnitentia non est: ideoque nigri sunt; quia genus eorum scelestum est. De secundo vero monte [18] glabroso: ficti sunt qui crediderunt, & doctores sunt nequitiæ; & hi proximi sunt superioribus, non habentes inter se fructum æquitatis. Sicut enim [19] mons eorum sterilis est, ac sine fructu; ita & hujusmodi homines habent quidem nomen, fide vero inanes sunt, neque est in eis ullus fructus veritatis. His tamen data est pœnitentia, si cito eam sequuntur: sin autem tardant, erunt & ipsi mortis priorum consortes. Quare, inquam, Domine, iis quidem aditus est ad pœnitentiam, prioribus vero non est? pæne enim eorum eadem sunt admissa. Ideo, inquit, est his [20] per pœnitentiam regressus ad vitam, [21] quia nihil in Dominum suum locuti sunt nefandum; neque proditores servorum Dei fuerunt: sed per quamdam [22] habendi cupiditatem fefellerunt homines, ducentes eos secundum [23] cupiditates peccantium: ideo dabunt quamdam ejus rei pœnam; sed [24] tamen iis proposita est pœnitentia, [25] quia nihil in Dominum suum dixerunt nefandum. E


CAPUT XX.

DE tertio vero monte qui spinas & tribulos habebat: tales sunt qui crediderunt, divites quidam, [26] quidam autem plurimis obstricti

a II. Tim. II. 19.

1 Lamb. *exsolutionem*, ut sæpe alibi. Sic & edit. Oxon.
2 Auctor Operis imperf. in *Matth.* XIX. 28. *Quoniam*, inquit, *Judæorum populus in duodecim tribus fuit divisus; sic & universus populus Christianus divisus est in duodecim tribus, secundum quasdam proprietates animorum, &c.* FELL.
3 Lamb. *tamquam aqua varii*.
4 Ms. Vict. *& in nomine Filii Dei, a quo vocati sunt*. Felli edit. Oxon. omissa conjunctione, *in uno nomine*.
5 Lamb. *intra se*. Bodl. *inter se consenserunt*.
6 Lamb. *quam potius*. Bodl. desunt *quam prius*.
7 Lamb. deest, *Domine*.
8 Lamb. *cum eo*.
9 Lamb. *duplicius*.
10 Lamb. deest, *vidisti*. Huc respicit Origenes *Philocal.* cap. VIII.
11 Lamb. *& erit corpus ejus unus intellectus*.
12 Lamb. *laudabitur*.
13 Bodl. *voluntatem puram, recepto populo suo*. Sic & Lamb. omissa tamen voce, *recepto*.
14 Lamb. *honeste*.
15 Lamb. desunt, *& sanctum*.
16 Ita Mss. Lamb. Carm. & Victor. Sic & Felli edit. Oxon. Al. *veritatem*.
17 Lamb. *traditores*.
18 Mss. Lamb. & Vict. *scabroso*.
19 Lamb. desunt *mons* & *est*. Fellus quoque omittit *est* in edit. Oxon.
20 Lamb. *pœnitentiæ*.
21 Sic Mss. Carm. & Vict. Sic & edit. Oxon. Al. *qui*.
22 Mss. Angl. *accipiendi*.
23 Mss. Angl. *desideria*. Sic & edit. Oxon.
24 Lamb. *tormenti*.
25 Sic Mss. Vict. & Carm. pro *quia*. Sic & edit. Oxon. Al. *qui*.
26 Lamb. *qui plurimis obstricti sunt negotiis*.

SÆCUL. I.
CIRCA
ANN. CHR.
70.



negotiis: tribuli [a] enim divitiæ ſunt; ſpinæ vero, qui multis obligati ſunt negotiis. [1] Hi ergo qui plurimis obligati ſunt negotiis variiſque rebus, non adiungunt ſe ſervis Dei; ſed aberrant, ab his negotiis [2] revocati a quibus ſuffocantur. Etiam & hi qui divites ſunt, ipſi difficiles ſe ad [3] converſationem ſervorum Dei præbent, metuentes ne quid poſcatur ab illis: hi ergo [b] difficile in regnum Dei intrabunt. Sicut enim excalceatis pedibus, difficile in tribulis ambulatur: ſic & hujuſmodi homines difficile eſt in regnum Dei intrare. Sed & eis omnibus datur ad pœnitentiam regreſſus, ſi tamen cito redierint ad illam; ut quia prioribus diebus ceſſaverunt ab opere, repetito tempore aliquid boni facere poſſint. Acta igitur pœnitentia, ſi fecerint opera bonitatis, vivent: ſin autem in admiſſis ſuis permanſerint, tradentur mulieribus illis quæ eis auferent vitam.

CAPUT XXI.

DE quarto vero monte habente [4] plurimam herbam, cujus ſuperior pars viridis erat, ipſæ vero radices aridæ; quædam etiam a ſolis [5] ardore tactæ areſcebant: hujuſmodi ſunt quidam dubii qui crediderunt, & quidam alii in labiis Dominum, non in corde ferentes. Ideoque aridæ ſunt, & [6] nullum fundamentum habentes herbæ eorum: verbis enim tantummodo vivunt, opera vero eorum mortua ſunt. Hi ergo nec mortui ſunt nec vivi, & dubii ſimiliter ſunt. Ipſi enim dubii, nec virides ſunt neque aridi; id eſt nec vivi nec mortui. Sicut enim herbæ eorum ſole viſo aruerunt: ita & dubii, [7] ſimul ut audierunt perſecutionem, incommoda metuentes, redierunt ad ſimulacra, & rurſus ſervierunt eis, & erubuerunt Domini ſui ferre nomen. Hujuſmodi ergo homines, nec vivi nec mortui ſunt; ſed & hi poſſunt vivere, ſi cito egerint pœnitentiam: ſin minus, jam traditi ſunt mulieribus illis quæ auferent vitam eorum.

CAPUT XXII.

DE quinto vero monte aſpero & virides herbas habente: hujuſmodi ſunt qui crediderunt, fideles quidem, ſed difficile credentes, & audaces ac ſibi placentes; volentes [8] videri cuncta ſcire, nihilque omnino ſcientes. Propter hanc igitur audaciam, ſenſus diſceſſit ab illis, & intravit in eos [9] temeraria arrogantia. Sublimes autem ſe gerunt, & veluti prudentes; & quum ſint ſtulti, cupiunt doctores videri. Propter hanc ſtultitiam, dum ſe magnificant, multi eorum exinaniti ſunt. Magnum enim dæmonium eſt audacia & confidentia inanis. Ex his igitur multi abjecti ſunt. Alii autem [10] agnito errore ſuo, pœnitentiam egerunt, & ſubdiderunt ſe habentibus ſenſum. Sed & ceteris horum ſimilibus propoſita eſt pœnitentia: neque enim mali fuerunt, ſed inſipientes potius & ſtulti. Hi ergo, ſi egerint pœnitentiam, vivent Deo: ſin minus, habitabunt cum mulieribus illis, quæ nequitias ſuas [11] exercebunt in eis.

CAPUT XXIII.

DE ſexto vero monte habente ſciſſuras majores & minores: hujuſmodi ſunt qui crediderunt. Et hi in quibus ſciſſuræ minores erant, hi ſunt qui inter ſe habent lites, & propter querelas ſuas in fide languent: ſed multi ex iis egerunt pœnitentiam: [12] idemque ceteri facient, auditis mandatis meis; exiguæ enim ſunt lites eorum, ac facile ad pœnitentiam [13] recurrent. At hi qui majores habent, ſicut lapides pertinaces erunt, [14] ſimultatum & offenſarum ſunt memores, iracundiam inter ſe exercentes. Hi ergo abjecti ſunt a turri, & a ſtructura ejus reprobati: hujuſmodi ergo homines difficile vivent. Deus & Dominus noſter qui dominatur omnium rerum, & creaturæ ſuæ univerſæ [15] habet poteſtatem, offenſas meminiſſe non vult; ſed ab his qui peccata ſua confitentur, facile placatur. Homo vero quum ſit languidus, mortalis, infirmus & repletus peccatis, homini [c] perſeveranter iraſcitur, tamquam [d] conſervare eum poſſit aut perdere. Ego autem vos moneo, nuntius & præpoſitus pœnitentiæ, ut quicumque propoſitum tale [16] habetis, deponatis illud, & ad pœnitentiam recurratis: & Dominus [17] medebitur prioribus delictis veſtris, ſi ab hoc dæmonio vos purificaveritis: ſin minus, ad mortem trademini illi.

CAPUT XXIV.

DE monte vero ſeptimo in quo virides & hilares erant herbæ, & totus mons fertilis erat, omneſque genus pecudum carpebant pabulum ex herbis montis ejuſdem; & quanto magis herbæ illæ carpebantur, tanto lætiores [18] revirebant: hujuſmodi ſunt qui crediderunt, ſimplices & boni ſemper, & nullas habentes inter ſe diſſenſiones; ſed lætantes ſemper de ſervis Dei, induti ſpiritum virginum harum; & ſemper [19] in omnes homines ad faciendam miſericordiam promti, & de laboribus ſuis cunctis hominibus facile tribuentes ſine improperio & deliberatione. Viſa igitur Dominus ſimplicitate & omni infantia eorum, auxit eos in laboribus manuum ſuarum, & dedit eis in omni [20] opere gratiam. Ego autem hortor vos, præpoſitus pœnitentiæ nuntius, in eodem propoſito permanere, quicumque eſtis hujuſmodi, ne eradicetur ſemen veſtrum in ævum. Dominus enim vos probavit, & conſcripſit in noſtrum numerum; & omne [21] ſemen veſtrum cum Filio Dei [22] ditavit: de Spiritu [23] enim ejus eſtis omnes.

a Matth. XIII. 22. b Matth. XIX. 23. 24. Marc. X. 23. Luc. XVIII. 24. c Eccli. XXVIII. 3. d Jac. IV. 12.

1 Mss. Angl. *Ii vero*. Sic & Felli edit. Oxon.
2 Mss. Angl. *vocati*.
3 Al. *converſionem*.
4 Al. *plurimas herbas, quarum*.
5 Mss. Angl. *calore*.
6 Lamb. *nulla fundamenta*. Sic & Felli edit. Oxon.
7 Lamb. *ſimul audientes perſecutionem & incommoda*.
8 Lamb. deeſt, *videri*.
9 Mss. Angl. *fatua præſumtio*. Felli edit. Oxon. *temeraria præſumtio*.
10 Mss. Angl. *cognito*.
11 Mss. Angl. *exercent*.
12 Lamb. *ideoque cetera faciunt*.
13 Lamb. *recurrunt*.
14 Lamb. deeſt, *ſimultatum*. Al. *in ſimultatibus, et*.
15 Lamb. *habens*.
16 Lamb. *hujuſmodi*.
17 Mss. Angl. *remediabit priora delicta veſtra*. Fellus autem in ſua edit. Oxon. *remedia providebit*.
18 Mss. Angl. *recreſcebant*.
19 Lamb. *omnibus hominibus*.
20 Lamb. *tempore*.
21 Lamb. *genus*.
22 Lamb. deeſt, *ditavit*. Bodl. *habitabit*: quam lectionem ſecutus eſt Fellus in edit. Oxon. At Ms. Vict. *deputavit*.
23 Lamb. deeſt *enim*.

CAPUT XXV.

DE octavo vero monte, in quo plurimi erant fontes, [1] in quibus adaquabatur omne genus creaturæ Dei: tales sunt qui crediderunt Apostolis, quos misit Dominus in totum orbem prædicare; & quidam doctores, [2] qui caste & sincere prædicaverunt ac docuerunt, nec quidquam omnino subscripserunt malæ cupiditati; sed assidue in [3] æquitate & veritate ambulaverunt. Hi ergo inter Angelos conversationem habent.

CAPUT XXVI.

DE nono autem monte deserto, ac [4] serpentes habente: hujusmodi sunt qui crediderunt; [5] sed & maculas habebant. Hi sunt ministri male ministerium agentes, diripientes viduarum bona & pupillorum; sibi, [6] non aliis, ex his quæ acceperunt, ministrantes. Hi si permanserint in eadem cupiditate, morti se tradiderunt, nec ulla erit in eis spes vitæ: quod si conversi fuerint, & caste consummaverint ministerium suum, poterunt vivere. Qui vero scabrosi reperti sunt, [7] ii sunt qui nomen Domini abnegaverunt, nec ad Dominum rursus redierunt, sed agrestes evaserunt atque deserti, non applicantes se ad Dei servos; sed separati ab eis, pro parva solicitudine vitam suam amiserunt. Sicut enim vitis aliqua derelicta in sepe, cui nulla cultura contingit, disperit ac suffocatur ab herbis, & agrestis tempore efficitur; (desinit enim utilis esse domino suo:) sic & hujusmodi homines de seipsis [8] desperantes, exacerbati, Domino suo inutiles esse cœperunt. His ergo [9] demum datur pœnitentia, si non ex præcordiis [10] inventi fuerint denegasse: quod si quis ex præcordiis inventus fuerit denegasse; an vitam assequi possit, ignoro. Ideoque dico, ut in his diebus, [11] si quis negavit, ad pœnitentiam revertatur: nam fieri non potest, ut nunc Dominum suum [12] quis abnegans, postea assequi possit salutem; sed illis reputatur proposita pœnitentia, qui olim abnegaverunt. Accelerare enim qui acturus est pœnitentiam, debet, antequam peragatur ædificatio turris hujus: sin minus, a mulieribus illis [13] trahetur ad mortem. [14] Qui vero curti, dolosi sunt, & alius in alium comminiscentes: hi sunt serpentes in eo monte mixti. Sicut enim mortiferum est hominibus serpentum venenum: ita & verba talium [15] inficiunt homines atque perdunt. Curti sunt [16] igitur a fide sua, propter hoc genus vitæ suæ in [17] quo morantur. Aliqui vero eorum, accepta pœniten-

A tia, assecuti sunt salutem: sed & ceteri hujusmodi homines æque assequentur, si egerint pœnitentiam: sin minus, morientur [18] cum mulieribus illis, quarum vim possident ac potestatem.

CAPUT XXVII.

DE decimo vero monte in quo arbores erant tegentes pecora: tales sunt qui crediderunt quidam [19] Episcopi, id est præsides Ecclesiarum. Alii vero, hi lapides qui non ficto, sed [20] alacri animo semper in domos suas servos Dei recepe-
B runt: & deinde qui præsides sunt [21] ministeriorum, qui & inopes & viduas protexerunt, & castam perpetuo conversationem habuerunt. Ergo hi homines a Domino proteguntur. Hæc quicumque [22] egerint, honorati sunt apud Dominum; & inter nuntios locus eorum est, si perseveraverint usque in consummationem parere Domino.


CAPUT XXVIII.

DE undecimo monte in quo erant arbores aliis atque aliis fructibus [23] oneratæ: hi sunt qui
C crediderunt, & propter nomen Domini mortem obierunt, & animo promto passi sunt, & ex toto corde suo animas suas tradiderunt. Et dixi: Quare ergo, Domine, omnes hæ arbores habent quidem fructus, sed earum quædam pulcriores? Audi, inquit: Quicumque propter nomen Domini passi sunt, honorati apud Dominum habentur: & omnium eorum [24] deleta sunt delicta, quia propter nomen Filii Dei mortem obierunt. Quare autem fructus earum dispares [25] sint, & excellant quidam inter illos; audi: Quicumque enim perducti ad potestates, interrogati non negaverunt [26] Dominum, sed
D promto animo passi sunt; honoratiores sunt apud Deum: qui excellunt igitur fructus, eorum sunt. Qui vero timidi & dubii fuerunt, & deliberaverunt in corde suo, utrumne faterentur an negarent, & [27] passi sunt; horum fructus exiguiores sunt, quoniam hæc cogitatio ascendit in corda eorum: mala enim ac nequam est hujusmodi cogitatio, [28] perinde ac si quis servus neget dominum. Cavete igitur vos qui hujusmodi cogitationes habetis, ne permaneat hæc mens [29] in vobis, & Deo moriamini. Vos igitur quicumque propter hoc nomen mortem obitis, Dominum [30] honorare debetis; quod dignos vos habet Dominus, ut
E nomen ejus feratis, & omnia peccata vestra [31] redimantur. Nonne ergo vos potius felices [32] existimatis? Putate potius, si quis ex vobis patitur, magnum opus perficere. Vitam enim vobis donat Dominus, nec intelligitis. Delicta enim vestra

1 Lamb. *ex quibus*.
2 Mss. Angl. dee[illegible]. *qui*.
3 Lamb. desunt, *dignitate &*.
4 Bodl. *serpentibus habitato*.
5 Mss. Angl. *qui &*.
6 Lamb. *sibi alios ex ministerio quod acceperunt, ministrare cogentes: si*.
7 Lamb. desunt, *ii — nec*.
8 Bodl. *despondentes*.
9 Ita Mss. Angl. & Vict. Ita & Felli edit. Oxon. Al. [illegible]
10 [illegible] Angl. Vict. & Carm. Sic quoque Felli edit. [illegible] *fuerint negasse: an*, intermediis omissis: [illegible] requirit, videnturque ob nonnullas re[illegible]
11 Lamb. [illegible] *aliquis ad pœnit*. Fellus, *si quis* [illegible]
12 [illegible] *abnegans*. Fellus, *si quis abnegans*.
13 [illegible]
14 [illegible]
15 Lamb. [illegible]

16 Lamb. *enim*.
17 Lamb. *in quo moriantur*. Bodl. *in qua morati sunt*.
18 Lamb. *a mulieribus*.
19 Bodl. *Episcopi*, *id est præsidibus Ecclesiæ*. Lamb. quoque habet, *Ecclesiæ*: cetera, ut in vulgatis.
20 Mss. Angl. [illegible].
21 Mss. Angl. *ministerio, inopes & viduas porrexerunt*.
22 Lamb. *gesserint*. Fellus: *egerint*, *hom* [illegible].
23 Mss. Angl. *plenæ*.
24 Mss. Angl. *abolita*.
25 Lamb. *sunt & excellunt* — [illegible]. Sic & Felli edit. Oxon.
26 Lamb. deest, *Dominum*.
27 Bodl. add. *tamen*.
28 Lamb. deest [illegible]. Sic & edit. Oxon. [illegible] Mss. *ut quis*.
29 Lamb. desunt, [illegible] & post [illegible] add. *vos*.
30 [illegible]
31 [illegible] *tur*. At Carm. *redimentur*. Habent quoque [illegible] Mss. Angl. apud Fellum: quam lectionem Clericus [illegible] omiserunt.
32 Lamb. [illegible]

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.



vos gravabant; & nisi passi essetis hujus nominis caussa, propter peccata [1] certe vestra mortui eratis Deo. Hæc igitur vobis dico, quicumque deliberatis de confessione aut de abnegatione. Confiteamini igitur vos habere Dominum [2] Deum; ne forte negantes, tradamini in vincula. Si omnes enim gentes servos suos puniunt, quicumque dominum suum negaverunt; quid putatis vos Dominum vobis facturum, qui universorum habet potestatem? Removete igitur de præcordiis vestris has [3] disputationes, ut in perpetuum vivatis Deo.

CAPUT XXIX.

De duodecimo vero monte [4] candido: tales sunt qui crediderunt sicut infantes sinceri, quibus nulla malitia ascendit in sensum, nec sciverunt quid sit malitia, sed semper in sinceritate manserunt. [5] Hujusmodi ergo homines sine ulla dubitatione [6] inhabitabunt regnum Dei: quoniam in nullo negotio [7] mandata Dei maculaverunt, sed cum sinceritate permanserunt omnes dies vitæ suæ, eodem sensus tenore. Quicumque ergo [8] permanserint, inquit, sicut infantes, non habentes malitiam, honoratiores erunt omnibus illis quos jam dixi. Omnes enim infantes honorati sunt apud Dominum, & primi habentur. Felices ergo vos, quicumque [9] removeritis malitiam a vobis, & indueritis innocentiam: quia primi videbitis Deum. Postquam finivit omnium montium [10] explanationem, dico ei: Domine, nunc expone mihi de lapidibus his qui allati ex campo [11] in locum reprobatorum, ad structuram turris [12] missi sunt: item de lapidibus illis rotundis, qui in structuram turris adjecti sunt; & de his qui adhuc rotundi remanserunt.

CAPUT XXX.

Audi nunc, inquit, de lapidibus. Qui [13] allati de campo in structuram turris positi sunt [14] eorum loco qui reprobati erant: radices sunt illius candidi montis. Quum igitur hi qui de illo monte crediderunt, facti sunt innocentes; jussit Dominus ejus turris, eos qui de radicibus montis essent, in structuram collocari. [15] Intellexit enim, si [16] ad ædificationem iissent, splendidos illos permansuros, nec ullum de his [17] amplius denigrandum. Quod si [18] ita de ceteris montibus adjecisset, non necesse habuisset rursus visitare eam turrim atque purgare. Hi autem omnes candidi, [19] juvenes sunt qui crediderunt, & qui credituri sunt: ex eodem enim genere sunt. Felix hoc genus, quia innocuum est. Audi nunc & de illis rotundis lapidibus & splendidis. Hi omnes de hoc A candido monte sunt. [20] Quare autem rotundi sunt reperti, caussa est quia divitiæ suæ illos pusillum a veritate obscuraverunt atque obfuscaverunt: sed a Deo numquam recesserunt, nec ullum verbum malum processit de ore eorum; sed omnis æquitas, [21] virtus & veritas. Horum ergo mentem quum vidisset Dominus, & posse eos veritati favere; jussit bonos quoque permanere, & opes eorum circumcidi: non enim [22] voluit in totum illas tolli, ut possent boni aliquid [23] facere de eo quod eis relictum est; & [24] vivent Deo, quoniam & ipsi de genere bono sunt. Ideo ergo pusillum circumcisi sunt, & positi in structuram turris hujus.

CAPUT XXXI.

Ceteri vero qui adhuc rotundi permanserunt, neque apti [25] reperti sunt in eam structuram, quia nondum acceperunt sigillum, repositi sunt in loco suo; valde enim rotundi reperti sunt. Oportet autem circumcidi hoc sæculum ab illis, & vanitates opum suarum; & tunc convenient in regno Dei. Necesse est enim eos intrare in regnum Dei: hoc enim genus innocuum benedixit Dominus. Ex hoc ergo genere non intercidet quisquam: etenim licet quis eorum tentatus a nequissimo diabolo, aliquid deliquerit; cito recurret ad Dominum Deum suum. Felices [26] vos judico ego nuntius pœnitentiæ, quicumque innocentes estis sicut infantes; quoniam pars vestra bona est & honorata apud Dominum. Dico autem omnibus vobis, quicumque sigillum hoc accepistis: simplicitatem [27] habete, neque offensarum memores estote, neque in malitia permanete; neque in memoria offensarum amaritudines in uniuscujusque spiritu [28] fiant; sed his malis [29] scissuris remedia procurate, atque tollite illas a vobis:

ANTIOCHUS, *homilia* XCIV.

Καλόν ἐστι κρατεῖν τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν ἀκακίαν, καὶ εἶναι ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα τὴν πονηρίαν, τὴν ἀπολλύουσαν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων· καὶ μὴ εἶναι μνησικάκους, μήτε [30] παρανόμους τῇ κακίᾳ· ἀλλ' ἀποθέσθαι τὰς κακίας καὶ τὰς πονηρίας, καὶ τὰς πικρίας τὰς παρανόμους, καὶ γενέσθαι ἓν πνεῦμα, καὶ τὰ [31] σχήματα τὰ πονηρὰ ἀνατρέψαι.

Bonum est habere simplicitatem & innocentiam, & esse sicut infantes, qui nesciunt malitiam, quæ vitam hominum perdit; neque esse offensarum memores, neque in malitia permanere; sed removere malitias & malignitates, & amaritudines permanentes; & fieri unum spiritum; & malas scissuras tollere ac evertere.

1 Lamb. deest, *certe*. Fellus: *vestra certe*.
2 Lamb. *Dominum*; *ne quando*.
3 Sic & Bodl. At Felli edit. Oxon. *dubitationes*.
4 Mss. Angl. *candidato*. Leg. infra *cap*. XXXI.
5 Lamb. *Hi homines*.
6 Mss. Angl. *habitabunt in regno Dei*.
7 Bodl. *Dominum maculaverunt*.
8 Mss. Angl. *permanseritis*. Et mox, *honoratiores eritis*. Quibus statim add. Lamb. *sicut jam dixi*.
9 Lamb. *quicumque habetis innocentiam: primi*.
10 Lamb. *solutionem*. Sic & Fellus.
11 Felli edit. Oxon. *allati ex campo, & reprobatorum loco*.
12 Mss. Angl. *ierunt*.
13 Mss. Angl. *ejecti*. Editio Felli Oxon. hunc locum ita exhibet: *de his lapidibus, qui allati de campo in structuram turris positi sunt eorum loco qui reprobati erant*: &c.
14 Lamb. *de his qui*.
15 Lamb. *Intellexi*.
16 Fellus ita in sua edit. Oxon. *si in illa ædificatione missi essent*: testaturque Mss. Angl. deesse, *missi*.
17 Lamb. *de his nigricaturum*.
18 Lamb. omisso *ita*, post *adiecisset* add. *tantum*.
19 Sic Lamb. Sic & edit. Oxon. Al. *candidi sunt*, omisso *juvenes*.
20 Lamb. *Audi autem quare*. Et mox omittit, *caussa est quia*.
21 Mss. Angl. *& virtus veritatis*.
22 Lamb. *non enim in totum eorum tolli*.
23 Fellus in edit. Oxon. *operari*. Al. *facere*.
24 Ita Mss. Lamb. Victor. & Carm. Editi, *vivere*.
25 Lamb. deest, *reperti*.
26 Sic Mss. Vict. Carm. & Lamb. Sic & Felli edit. Oxon. Al. *vero*, pro *vos*. Leg. supra, *cap*. XXIX.
27 Mss. Angl. *habere, neque offensarum memores esse, neque in malitia vestra permanere*.
28 Mss. Angl. *fieri, & has malas scissuras permedicare, & tollere a vobis*.
29 *Scissuris*] Gr. *Σχήμασι*. In uno cod. Regis membranaceo, *σχίσμασι*. COT.
30 Leg. *παραμόνους*. Sic & mox infra.
31 Leg. *σχίσματα*.

ut Dominus pecorum gaudeat de [1] vobis : gaudebit autem, si omnia invenerit sana. Si autem pecus aliquod ex talibus invenerit dissipatum; væ erit pastoribus. Quod si ipsi pastores dissipati fuerint : quid respondebunt [2] etiam ei pro pecoribus? [3] Numquid dicent, a pecore se vexatos? Non credetur illis. Incredibilis enim res est, pastorem pati posse a pecore : & magis [4] punitur propter mendacium suum. Et ego sum Pastor; & validissime oportet me de vobis rationem reddere.

ANTIOCHUS, *homilia* CXXII.

Ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ Κύριος τῶν προβάτων, χαρῇ ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἐπὶ τοῖς προβάτοις εὐφρανθῇ. Χαρήσεται δὲ ἐὰν πάντα ὑγιῆ εὑρεθῇ, καὶ μὴ διαπεπτωκότα τινὰ ἐξ αὐτῶν. Ἐὰν δὲ εὑρεθῇ τινὰ ἐξ αὐτῶν διαπεπτωκότα, οὐαὶ τοῖς ποιμέσιν ἔσται. Ἐὰν δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ ποιμένες εὑρεθῶσι διαπεπτωκότες, τί ἐροῦσι τῷ δεσπότῃ τοῦ ποιμνίου; ὅτι ἀπὸ τῶν προβάτων διέπεσαν; οὐ πιστευθήσονται. Ἄπιστον γὰρ πρᾶγμά ἐστι, ποιμένα ὑπὲρ προβάτων παθεῖν τι. Μᾶλλον δὲ κολασθήσονται διὰ τὸ ψεῦδος αὐτῶν. Εἰδότες οὖν ὅτι λίαν δι' αὐτοὺς ἀποδοῦναι λόγον δεῖ, κ.τ.λ.

B *Ut quum venerit Dominus pecorum, gaudeat de eo, & de pecoribus lætetur. Gaudebit autem, si omnia invenerit sana, & non quædam ex illis dissipata. Si autem aliqua ex talibus invenerit dissipata, væ erit pastoribus. Quod si pastores ipsi dissipati inventi fuerint, quid dicent Domino gregis? an a pecore se vexatos? Non credetur illis. Incredibilis enim res est, pastorem pati posse aliquid a pecore. Magis vero punientur propter mendacium suum. Scientes ergo, quod valde oportet de iis reddere rationem*, &c.

CAPUT XXXII.

[5] CONsulite ergo vobis, dum adhuc turris ædificatur. Dominus habitat in viris amantibus pacem : [6] etenim vera pax cara est; a [7] contentiosis vero & perditis malitia, longe abest. Reddite igitur ei spiritum integrum, sicut accepistis. Si enim dederis fulloni vestimentum integrum, idque integrum vis denuo recipere; fullo autem scissum tibi illud reddat; recipies illud? Nonne statim excandesces, & eum convicio prosequeris, dicens : Vestimentum [8] meum integrum tibi dedi; quare scidisti illud, & inutile fecisti? Nunc propter scissuram quam in eo fecisti, [9] usui

E esse non potest. Nonne hæc omnia verba dices [10] fulloni, & de scissura quam in vestimento tuo fecerit? Si igitur tu doles [11] de vestimento tuo, & quereris quod non illud integrum recipias; quid putas Dominum tibi facturum, qui spiritum integrum tibi dedit, & tu eum totum inutilem [12] reddidisti, ita ut [13] nullo usui esse possit Domino suo? Inutilis enim cœpit esse usus ejus, quum sit corruptus a te.

A ANTIOCHUS, *homilia* XCIV.

Ὅπως ὁ Κύριος τῆς εἰρήνης κατοικήσῃ ἐν πᾶσιν, ἵνα καὶ τὸ πνεῦμα ὑγιὲς γένηται, ὥσπερ αὐτὸ ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος. Ἐὰν γάρ τις κναφεῖ δώσῃ ἱμάτιον καινὸν καὶ ὑγιὲς, καὶ τοῦτο θέλει κομίσασθαι, ὁ δὲ κναφεὺς σχίσας τὸ ἱμάτιον ἀποδώσει, ἄρα
B λήψεται αὐτό; οὐχὶ μαχήσεται, καὶ ὑβρίσει, λέγων αὐτῷ· Ἱμάτιόν σοι ὑγιὲς ἔδωκα, διά τι αὐτὸ ἔσχισας, καὶ πεποίηκας ἄχρηστον; Εἰ οὖν οὕτως περὶ ἱματίου λυπεῖταί τις, καὶ μάχεται, ὅτι οὐκ ἀπείληφεν ὑγιὲς τὸ ἱμάτιον, τί δοκοῦμεν ἡμεῖς παθεῖν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, τὸ πνεῦμα λαβόντες ὑγιὲς, καὶ τοῦτο
C λυπήσαντες, καὶ ἀχρειώσαντες, μὴ ἐν σεμνότητι πολιτευσάμενοι; καὶ εἰς οὐδεμίαν χρῆσιν δύναται εἶναι τῷ Κυρίῳ ἑαυτοῦ; ἡ γὰρ χρῆσις τοῦ πνεύματος ὑφ' ἡμῶν κατεφθάρη.


Ut Dominus pacis habitet in omnibus, quo & spiritus integer fiat, sicut illum accepit homo. Si enim aliquis dederit fulloni vestimentum novum & integrum, atque illud velit denuo recipere; fullo autem scissum vestimentum reddat; an recipiet illud? Nonne statim excandescet, & eum convicio persequetur dicens : Vestimentum integrum tibi dedi; quare scidisti illud, & inutile fecisti? Si igitur ita dolet aliquis de vestimento, & queritur quod non illud integrum receperit; quid putamus Dominum nobis facturum, qui spiritum integrum accepimus, & illum molestia affecimus, & inutilem reddidimus, non viventes cum honestate; ita ut nullo usui esse possit Domino suo? nam usus spiritus a nobis corruptus est.

Nonne [14] igitur Dominus de spiritu suo propter hoc factum tuum idem faciet? Plane, inquam : omnibus iis, quoscumque invenerit in memoria
D offensarum permanere, idem faciet. Clementiam, inquit, ejus nolite calcare; sed potius [15] honorificate eum, quod tam patiens est ad delicta vestra, & non est sicut vos. Agite pœnitentiam [16]; utile enim id est vobis.

CAPUT XXXIII.

HÆc omnia quæ supra scripta sunt, ego Pastor nuntius pœnitentiæ ostendi, & locutus sum servis Dei. Si ergo credideritis, & audieritis verba mea, & ambulaveritis in ipsis, & correxeritis itinera vestra; vivere poteritis. [17] Sin autem permanseritis in malitia & memoria offensarum; nullus ex hujusmodi [18] peccatoribus vivet Deo. Hæc omnia [19] a me dicenda, dicta sunt vobis. Ait mihi ille Pastor : Omnia a me interrogasti? Et dixi : Ita, Domine. Quare ergo non interrogasti me, inquit, de forma lapidum in structura repositorum; [20] ut tibi explicarem formas? Et dixi : Oblitus sum, Domine. Audi nunc ergo, inquit, & de illis. Hi sunt qui nunc manda-

1 Ms. Carm. *de his*.
2 Lamb. desunt, *etiam ei*.
3 Hunc locum laudat auctor homiliæ *de aleatoribus*, ad calcem opp. Cypriani.
4 Mss. Carm. & Lamb. *pun*[illegible]*tur*.
5 Lamb. *Remediate* [illegible].
6 Lamb. *& enimvero*. Forte, *ei enim vera*. Sic & Mss. Carm.
7 Lamb. *lit*[illegible]*sis*.
8 Lamb. deest, *meum*.
9 Lamb. *in u*[illegible].
10 Ms. Carm. [illegible] *de scissura quam in vestimento tuo* [illegible], *si* [illegible] *& quereris, quod non recepisti. quid putas*.
11 Lamb. *doles & quereris*.
12 Ita ex Lamb. Fellus in sua edit. Oxon. Al. *redegisti*.
13 Lamb. *in nullo usu*.
14 Lamb. *Dominum spiritum ejus, propter factum tuum hoc a facie plane, inquam, omnes eos quoscumque invenerit in memoria offensarum permanere, afficiet*. Nullo sensu : eoque nomine hanc lectionem a Fello omissam puto.
15 Lamb. *honorate*.
16 Lamb. *pœnitentiam utilem*.
17 Lamb. desunt, *Sin aut*[illegible] *permanseritis*.
18 Lamb. *ex hujusm*[illegible].
19 Lamb. *me docente vob*[illegible].
20 Mss. Vict. & Carm. *quas exp*[illegible]*mus*. Lamb. *quod explicuimus, formas*.



ta [1] hæc audierunt, & ex totis præcordiis egerunt pœnitentiam : quumque vidiſſet Dominus bonam atque puram [2] pœnitentiam eorum, & poſſe eos A in ea permanere ; juſſit priora peccata eorum deleri. Hæ enim formæ [3] peccata eorum erant ; & exæquata ſunt, ne apparerent.

SIMILITUDO X.

De Pœnitentia & Eleemoſyna.

CAPUT I.

POſtquam perſcripſeram librum hunc, venit nuntius ille qui me tradiderat [4] illi Paſtori, in [5] domum in qua eram, & conſedit ſupra lectum; & aſtitit in dextera ejus ille Paſtor. Deinde vocavit me, & hæc mihi dixit : Tradidi te, inquit, & domum tuam huic Paſtori, ut ab eo protegi poſſis. Ita, inquam, Domine. Si vis ergo protegi, inquit, ab omni vexatione & ab omni ſævitia ; ſucceſſum autem habere in omni opere bono atque verbo, & omnem virtutem æquitatis ; in mandatis iis ingredere quæ [6] dedit tibi, & poteris dominari omni nequitiæ. Cuſtodienti enim tibi mandata illa, ſubjecta erit omnis cupiditas & dulcedo hujus ſæculi ; ſucceſſus vero in omni bono negotio te ſequetur. Maturitatem hujus & modeſtiam ſuſcipe [7] in te; & dic omnibus, in magno honore eſſe eum & dignitate apud Deum, & magnæ poteſtatis eum præſidem eſſe, & potentem in officio ſuo. Huic ſoli per totum orbem pœnitentiæ poteſtas tributa eſt. Potens-ne tibi videtur eſſe ? Sed vos maturitatem [8] hujus & modeſtiam quam in vos habet, deſpicitis.

CAPUT II.

DIco ei : Interroga ipſum, Domine, ex quo in domo mea eſt, [9] anne aliquid extra ordinem fecerim, aut in aliquo eum offenderim. Et ego, inquit, ſcio, nihil extra ordinem feciſſe te neque eſſe facturum ; & ideo hæc loquor tecum, ut perſeveres : bene enim hic de te apud me exiſtimavit. Tu autem ceteris hæc verba dices ; ut & illi qui egerunt aut acturi ſunt pœnitentiam, eadem quæ tu ſentiant ; & hic apud me de [10] iis interpretetur ; & ego apud Dominum. Et ego, inquam, Domine, omni homini indico magnalia Dei : ſpero autem eos omnes qui [11] amant ea, & ante peccaverunt, his auditis acturos eſſe pœnitentiam, vitam recuperantes. Permane ergo, inquit, in hoc miniſterio, & conſumma illud. Quicumque autem mandata hujus exſequuntur, habebunt vitam, [12] & heic & apud Dominum magnum B honorem. Quicumque vero hujus mandata non ſervant, [13] fugiunt a vita ſua & adverſantur illi : & qui mandata ejus non ſequuntur, morti ſe [14] tradunt ; & unuſquiſque eorum reus erit ſanguinis ſui. Tibi autem dico, ut [15] ſerves mandata hæc, & remedium peccatorum [16] tuorum omnium habebis.

CAPUT III.

MIſi autem tibi [17] has virgines, ut habitent tecum : vidi enim eas valde affabiles tibi C eſſe. Habebis [18] igitur tu eas adjutrices, quo magis poſſis hujus mandata ſervare : non poteſt enim fieri, ut ſine his virginibus hæc mandata ſerventur. [19] Vides autem eas libenter eſſe tecum : ſed & ego præcipiam eis, ut omnino a domo tua non diſcedant. Tu tantum [20] communda domum tuam : in munda enim domo libenter habitabunt : mundæ ſunt enim, atque caſtæ & induſtriæ, & omnes habentes gratiam apud Dominum. Igitur ſi [21] habueris domum tuam puram, tecum permanebunt. Si autem puſillum aliquid inquinationis acciderit, protinus a domo tua recedent : hæ enim virgines D nullam omnino diligunt inquinationem. Dico ei : Spero me, Domine, placiturum eis, ita ut in domo mea libenter inhabitent ſemper. Et ſicut is cui me tradidiſti, nihil de me queritur ; ita neque illæ querentur. Ait ad Paſtorem illum : Video ſervum Dei velle [22] videre & cuſtodire hæc mandata ; & virgines has munda habitatione [23] collocaturum. Hæc quum dixiſſet ; iterum Paſtori illi me tradidit, & vocavit virgines, & dixit [24] eis : Quoniam video vos libenter in domo hujus habitare ; commendo eum vobis & domum ejus ; ut a domo ejus non recedatis omnino. Illæ vero liben- E ter hæc verba audierunt.

CAPUT IV.

AIt deinde mihi : Viriliter in miniſterio hoc converſare : [25] omni homini indica magnalia Dei ; & habebis gratiam in hoc miniſterio.

1 Lamb. *mea*.
2 Lamb. add. *eſſe*.
3 Lamb. *peccati*. Et mox, *exæquatæ*.
4 Lamb. *huic*.
5 Lamb. *domo in quam*.
6 Mss. Vict. Carm. & Lamb. *dedi*.
7 Lamb. *vitæ*.
8 Al. *modeſtiam hujus & verecundiam*.
9 Lamb. *an*. Et mox, *aut in quo*.
10 Lamb. *de his bene*.
11 Lamb. *qui tam ante peccaverunt, & hæc audiunt, libenter acturi ſunt pœnit.*
12 Lamb. *id eſt*.
13 Lamb. *fugant a ſe vitam, & adverſus illum, nec mandata ejus ſequuntur*.
14 Felli edit. Oxon. *tradent*. Sic forte leg. ob ſequens, *erit*.
15 Mss. Vict. Carm. & Lamb. *ſervias mandatis his*. Sic & Felli edit. Oxon.
16 Lamb. deſunt, *tuorum omnium*. Omittit quoque *tuorum*, ſed retinet *omnium*, Fellus in ſua edit. Oxon.
17 Lamb. *turbas virginum*.
18 Lamb. deeſt *igitur*. Fellus autem ſic : *Habebis ergo eas adjutrices*.
19 Mss. Vict. Carm. & Lamb. *Video*. Hæc lectio magis placuit Fabricio in edit. Hamb.
20 Lamb. *emunda*.
21 Lamb. *habuerint*.
22 Fellus aliique conjiciunt legendum, *vivere*.
23 Lamb. *collaturum*.
24 Lamb. *ad eas*. Sic & Fellus.
25 Lamb. *omnino indica*.

Quicumque ergo in his mandatis ambulaverit, vivet & felix erit in vita sua: quicumque vero neglexerit, non vivet & erit infelix in vita sua. Dic omnibus, ut non cessent (quicumque recte facere possunt) bona opera exercere: utile est illis. Dico autem, omnem hominem de incommodis eripi oportere. [1] Is enim qui eget, & in quotidiana vita patitur incommoda; in magno tormento est [2] ac necessitate. Quisquis igitur hujuscemodi animam eripit de necessitate; magnum gaudium sibi acquirit. Nam is qui hujusmodi vexatur incommodo; pari tormento cruciatur, atque se torquet [3] is qui in vinculis est. Multi enim propter hujusmodi calamitates, A quum eas [4] sustinere non possunt, mortem sibi [5] consciscunt. Qui novit igitur calamitatem hujusmodi hominis, & non eripit eum; magnum peccatum admittit, & fit reus sanguinis ejus. Facite igitur opera bona, quicumque accepistis a Domino; ne dum [6] moramini facere, consummetur structura turris: propter vos enim intermissum est opus ædificationis ejus. Nisi igitur festinaveritis facere recte, consummabitur turris, & excludemini. Postquam vero locutus est B mecum, surrexit de lecto; & apprehenso Pastore & virginibus, [7] abiit. Dixit autem mihi [8] remissurum se Pastorem illum, & virgines [9] illas in domum meam [10].

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 70.

1 Lamb. *Et his enim quia eget*.
2 Lamb. *hac necess.*
3 Lamb. *quia*.
4 Lamb. *sufferre*.
5 Lamb. *adducunt*.
6 Bodl. *tardatis*. Lamb. *tardamini*.
7 Mss. Angl. *abiit, dicens mihi remansurum Pastorem*.
8 Ms. Carm. *remansurum Pastorem*.
9 Lamb. deest, *illas*.
10 Mss. Carm. post *meam*, addit *Amen*. Sic quoque Fellus in edit. Oxon.

BREVIS NOTATIO

De S. HERMÆ Pastoris *Codd. Mss.*

ANGL. denotat Mss. Anglicanos B. & L.
BODL. ——— Ms. Bibliothecæ Bodleianæ.
CARM. ——— Carmelitarum Excalceatorum suburbii Parisiensis.
GERM. ——— S. Germani.
LAMB. ——— Bibliothecæ Lambethanæ.
VICT. ——— S. Victoris.

Capitum Lemmata absunt a Codd. Mss. Gallicanis.



INDEX CAPITUM
PASTORIS S. HERMÆ.

LIBER I.
VISIONES.

LIBER II.
MANDATA.

LIBER III.
SIMILITUDINES.

SANCTI
BARNABÆ
APOSTOLI
EPISTOLA CATHOLICA.

VETERUM TESTIMONIA
DE
EPISTOLA S. BARNABÆ.

I.

CLEMENS ALEX. Στρωμ. *lib.* II. *cap.* VI. *pag.* 445. *edit. Oxon.*

Εἰκότως οὖν ὁ Ἀπόστολος Βαρνάβας, Ἀφ' οὗ, φησίν, ἔλαβον μέρους, κ. τ. λ.

Merito igitur Barnabas Apostolus, *Ex ea quam accepi*, inquit, *parte* &c. *Epist. cap.* I.

IDEM *ibid. cap.* VII. *pag.* 447.

Καὶ Βαρνάβας ὁ Ἀπόστολος· Οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς.

Et Barnabas Apostolus: *Væ qui sunt intelligentes apud se ipsos*. Cap. IV.

IDEM *ibid. cap.* XV. *pag.* 464.

Ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ, καὶ πρὸ Δαβὶδ ὁ Μωϋσῆς, τῶν τριῶν δογμάτων τὴν γνῶσιν ἐμφαίνουσιν διὰ τούτων — Ταῦτα μὲν ὁ Βαρνάβας.

Sed & David, & ante David Moyses, per hæc trium dogmatum ostendunt cognitionem. — Hæc quidem *Barnabas*. Cap. X.

IDEM *ibid. cap.* XVIII. *pag.* 472.

Ἀμέλει μυστικῶς ὁ Βαρνάβας· Ὁ δὲ Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων, φησὶ, δώῃ κ. τ. λ.

Mystice profecto Barnabas: *Deus qui universo mundo dominatur*, inquit, *det* &c. *Cap. ult.*

IDEM *ibid. cap.* XX. *pag.* 489.

Οὔ μοι δεῖ πλειόνων λόγων, παραθεμένῳ μάρτυν τὸν ἀποστολικὸν Βαρνάβαν· ὁ δὲ τῶν ἑβδομήκοντα ἦν, καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου· κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγοντα· Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ κ. τ. λ.

Non mihi pluribus verbis opus est, si adduxero testem *Barnabam* apostolicum (erat autem is ex LXX. & Paulli adiutor) his verbis dicentem: *Antequam Deo crederemus* &c. *Cap.* XVI.

IDEM *ibid. lib.* V. *cap.* VIII. *pag.* 677.

Ἔμπαλιν δὲ ἐπιτρέπει διχηλοῦν καὶ μαρυκώμενον ἐσθίειν· μηνύων, φησὶν ὁ Βαρνάβας, κολλᾶσθαι δεῖν μετὰ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον κ. τ. λ.

Ex adverso autem permittit vesci iis, quæ habent fissam ungulam & quæ ruminant; significans, inquit Barnabas, *oportere adhærere iis qui timent Dominum* &c. *Cap.* X.

IDEM *ibid. cap.* X. *pag.* 683.

Ἀλλὰ καὶ Βαρνάβας, ὁ καὶ αὐτὸς συγκηρύξας τῷ Ἀποστόλῳ, κατὰ τὴν διακονίαν τῶν ἐθνῶν τὸν λόγον, Ἁπλούστερον, φησὶν, ὑμῖν γράφω, ἵνα συνίητε. Εἶθ' ὑποβὰς, ἤδη σαφέστερον γνωστικῆς παραδόσεως ἴχνος παρατιθέμενος λέγει· Τί λέγει ὁ ἄλλος προφήτης Μωϋσῆς αὐτοῖς; Ἰδοὺ τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεός· εἰσέλθετε εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν κ. τ. λ.

Quin etiam *Barnabas*, qui & ipse prædicavit verbum una cum Apostolo in ministerio Gentium: *Simplicius*, inquit, *vobis scribo*, *ut intelligatis*. Deinde paullo inferius, jam exhibens manifestius traditionis gnosticæ vestigium, dicit: *Quid eis dicit alius Propheta Moyses? Ecce hæc dicit Dominus Deus: Intrate in terram bonam* &c. *Cap.* VI.

II.

ORIGENES *lib.* I. contra Celsum *num.* 63. *tom.* I. *pag.* 378. *edit. Paris.* 1733.

Γέγραπται δὴ ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ —ὅτι ἐξελέξατο τοὺς ἰδίους ἀποστόλους Ἰησοῦς, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀνομίαν ἀνομωτέρους. Philocaliæ cap. XVIII.

Scriptum porro est in *Barnabæ* catholica epistola: — Apostolos a Jesu fuisse electos, qui improbi erant ut nulli magis. *Cap.* V.

IDEM περὶ ἀρχῶν *lib.* III. *cap.* II. *num.* 4. *tom.* I. *pag.* 140.

Eadem quoque *Barnabas* in epistola sua declarat, quum duas vias esse dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, quibus & præesse certos quosque Angelos dicit: viæ quidem lucis, Angelos Dei; tenebrarum autem viæ, Angelos Satanæ. *Cap.* XVIII.

Lege sis ejusdem ORIGENIS *lib.* I. Explanat. in Epist. ad Rom. I. 24.

III.

EUSEBIUS *Hist. Eccl. lib.* III. *cap.* XXV.

Rufino *interprete*.

Post hæc jam scriptura est, quæ dicitur Actus Paulli; sed & libellus qui appellatur Pastoris; & Revelatio Petri, de quibus quam maxime dubitatur. Fertur etiam *Barnabæ* epistola.

Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφὴ, ὅ, τε λεγόμενος Ποιμὴν, καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολή. Lege *Nicephorum* lib. II. cap. XLVI.

Valesio *interprete*.

Pro spuriis habendi sunt etiam Actus Paulli, & liber Pastoris titulo inscriptus, & Revelatio Petri; *Barnabæ* item epistola.

IDEM *ibid. lib.* VI. *cap.* XIV.

Rufino *interprete*.

In libris Informationum, ut breviter dicam, universam pariter Scripturam divinam compendiosis dissertationibus explanavit: in quibus ne ea quidem quæ apocrypha a quibusdam habentur præteriit; ut est Petri Revelatio.

Ἐν δὲ ταῖς Ὑποτυπώσεσι ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου γραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις· μὴ δὲ τὰς ἀναλεγομένας παρελθών· τὴν Ἰούδα, λέγω, καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς· τήν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην ἀποκάλυψιν. Lege *Nicephorum* lib. IV. cap. XXXIII.

Idem (Clemens) in libris Ὑποτυπώσεων, omnium, ut uno verbo dicam, utriusque Testamenti Scripturarum compendiosam instituit enarrationem; ne illis quidem prætermissis Scripturis, de quibus inter multos ambigitur: Judæ epistolam & *Barnabæ*, ac reliquas catholicas epistolas intelligo, & Revelationem quæ dicitur Petri.

Alium locum EUSEBII *ex Hist. Eccl. lib.* VI. *cap.* XIII. *superius retulimus inter Veterum testimonia de Epistolis* CLEMENTIS.

IV.

HIERONYMUS *lib.* de Viris illustribus *cap.* VI. *cum vetere Græco* Interprete.

Barnabas Cyprius, qui & Joseph Levites, cum Paullo Gentium Apostolus ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem *Epistolam* composuit, quæ inter apocryphas Scripturas legitur.

Βαρνάβας Κύπριος, ὁ καὶ Ἰωσὴφ Λαΐτης, μετὰ Παύλου τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος κατασταθεὶς, μίαν πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας ἐπιστολὴν συνέταξεν, ἥτις εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ἀναγινώσκεται.

Lege ADONEM Viennensem *in libro* de Festivitatibus *ad* 3. *Idus Jun.* NOTKERUM, FRECULFUM, HONORIUM Augustod.

IDEM *lib.* XIII. Comment. in Ezechiel. XLIII. 19.

Vitulum autem qui pro nobis immolatus est, & multa Scripturarum loca, & præcipue *Barnabæ* Epistola quæ habetur in Scripturas apocryphas, nominat. *Cap.* VIII.

Idem HIERONYMUS, adversus Pelagianos, *lib.* III. *cap.* I. *locum* S. BARNABÆ *de Apostolis, laudatum ab* Origene lib. I. contr. Celsum, *perperam citat sub nomine B.* Ignatii.

NICEPHORUS *CP. in fine* Chronographiæ *suæ* Epistolam BARNABÆ *posuerat inter* Libros Novi Testamenti, *quibus contradictum fuit, ut patet ex* ANASTASII BIBLIOTHECARII *versione*.

S. BARNABÆ APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA.

Ex vetere Interprete.

CAPUT I.

1 AVETE, filii & filiæ, in nomine Domini nostri Jesu Christi qui [2] nos dilexit, in [3] pace. Magnarum & honestarum Dei [4] æquitate abundantiam sciens esse in vobis, supra modum exhilaror beatis & præclaris spiritibus vestris; quod sic [5] naturalem gratiam accepistis. Propter quod [6] plurimum gratulor mihi, sperans liberari: quia vere video in vobis infusum spiritum [7] ab honesto fonte Dei. Quum persuasum mihi sit hoc, & [8] plenius sciam, quia dum ad vos adloquor, multa mihi bona successerunt in via æquitatis Domini. Ideo [9] fratres & ego cogito diligere vos super animam meam: quia magnitudo fidei & dilectio habitat in illo, & spes vitæ illius. Cogitans ergo hoc ([10] quasi curæ mihi fuerit, ut vobiscum partiar ex eo quod accepi) futurum mihi talibus [11] spiritu servienti, hoc in mercede; [12] adpropiavi pauca vobis mittere, ut fidem vestram consummatam habeatis, & scientiam.

CLEMENS ALEX. Στρωμ. *lib.* II. *cap.* VI. *pag.* 445. *edit. Oxon.*

Εἰκότως ἂν ὁ Ἀπόστολος Βαρνάβας, Ἀφ' οὗ, φησὶν, ἔλαβον μέρους, ἐσπούδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμψαι· ἵνα μετὰ τῆς πίσ-	Merito ergo Barnabas Apostolus: *Ex ea parte*, inquit, *quam accepi, studui pauca ad vos mittere: ut cum fide vestra*
A τεως ὑμῶν, τελείαν ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν.	*perfectam etiam habeatis cognitionem.*

Tres sunt ergo constitutiones Domini, vitæ spes, initium & consummatio. Propalavit enim Dominus per Propheras, [13] quæ præterierunt; & futurorum dedit nobis initia scire. Sicut ergo locutus est, honestius & altius [14] accedere ad aram illius. Ego autem [15] non tamquam doctor, sed unus ex B vobis, demonstrabo pauca, per [16] quæ in plurimis lætiores sitis.

CAPUT II.

QUum [17] sint ergo dies nequissimi, & [18] Contrarius habeat hujus sæculi potestatem, debemus adtendentes inquirere æquitates Domini. Fidei ergo nostræ [19] adjutores, timor & sustinentia: quæ autem nobiscum pugnant, patientia est C & continentia. Hæc quum apud Dominum permanent [20] casta, conlætantur illis sapientia & intellectus [21].

CLEMENS ALEX. *l. c.*

Τῆς μὲν οὖν πίστεως ἡμῶν εἰσιν οἱ [22] συλλήπτορες, φόβος καὶ ὑπομονή· τὰ δὲ συμμαχοῦντα D ἡμῖν, μακροθυμία καὶ ἐγκράτεια. Τούτων οὖν, τὰ πρὸς τὸν Κύριον, μενόν-	*Fidei ergo nostræ coadjutores sunt timor & tolerantia: quæ autem nobiscum pugnant, æquanimitas & continentia. His ergo, in iis quæ ad Dominum pertinent, caste manenti-*

1 *Avete, filii & filiæ.*] *Avete.* Sic a Vulg. Interp. vertitur χαίρετε Matth. XXVIII. 9. ANONYM. — *Filii & filiæ.* Ita fideles appellat, quos per Evangelium genuit: & hic stilus Apostolicus est. I. *Cor.* IV. 14. 17. *Gal.* IV. 19. I. *Joan.* II. 1. MEN.

2 *Nos.*] *Vos*, Usserius. FELL.

3 *In pace. Magnarum* &c.] Mallem sic constitui: *in pace magna. Rerum honestarum Dei æquitate abundantiam* &c. ANONYM.

4 *Æquitate.*] Sic Ms. At Felli editio Oxon. *æquitatum.* — Forte *qualitatum*, id est δικαιωμάτων. Vide *Rom.* V. 17. ANONYM.

5 *Naturalem gratiam.*] *Naturalis gratia* est firma, altius radicata, & plantata in anima justi. Sic infra *Cap.* IX. Vet. Interp. reddit τὴν ἔμφυτον δωρεὰν, *naturale donum.* MEN. — Imitatio *Jac.* I. 21. δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον. ANONYM.

6 *Plurimum gratulor — quia video.*] Iis consona, quæ de Barnaba habentur *Act.* XI. 23. *Qui quum pervenisset* (Antiochiam,) *& vidisset gratiam Dei, gavisus est* &c.

7 *Ab honesto.*] Scilicet egregio. Glossæ veteres: *Honestus, egregius*: ἀξιόλογος. MEN.

8 *Plenius.*] Sic Felli edit. Oxon. Sic etiam legendum jubet Menardus. At Ms. cum editt. *plenus.*

9 *Fratres.*] Ita edit. Oxon. Al. cum Ms. *fors.* — Vossius quoque legit *fratres*, quod per compendium fuerit scriptum *fras*: quod exscriptor non intelligens, mutavit in *fors*, quæ vox quidem Latina est, sed caret heic sensu. CLER.

10 *Quasi.*] Forte, *quia si.*

11 *Spiritu servienti.*] Sequor Fellum in edit. Oxon. ad mentem Menardi. Sic & Potterus ad Clem. Alex. locum mox [illegible]m. Al. cum Ms. *spiritus servientes.* Usserius, *spiritibus.*

12 *Adpropiavi.*] Immo *adproperavi.* Vide II. *Tim.* IV. 9. 21. *Tit.* III. 12. ubi σπούδασον a Vulg. Int. vertitur *festina.* Gloss. vet. Σπουδάζω, *festino, propero.* CLER.

13 *Quæ.*] Ita edit. Oxon. quam sequitur Wakius in sua Anglica versione. Al. cum Ms. *qui.*

14 *Accedere.*] Menardus, *accedite.* Fellus litteris miniatis præmittit, *oportet.* „ Sed in præceptis, inquit Clericus, passim ante Infinitivum δεῖ subauditur. „

15 *Non tamquam doctor.*] Respexit forte ad illud *Matth.* XXIII. 8. *Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim Magister vester; omnes autem vos fratres estis.* Et com. 10. *Nec vocemini Magistri: quia Magister vester, unus est Christus.* Vide quoque *Jac.* III. 1. Sic in eamdem sententiam infra *Cap.* IV. *Hoc rogo vos tamquam unus ex vobis.*

16 *In plurimis lætiores sitis.*] Ita I. *Joan.* I. 4. *Et hæc scribimus vobis ut gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum.* MEN. — Sic in calce hujus Epist. εἰς τὸ εὐφρᾶναι ὑμᾶς. FELL.

17 *Quum sint dies nequissimi.*] Ita Paullus *Ephes.* V. 16. *quoniam dies mali sunt.* MEN.

18 *Contrarius.*] Id est Satan. Glossarium vetus Ms. *Satan*, adversarius, contrarius. Quæ subduntur: *Habeat hujus sæculi potestatem*: respondent *Joan.* XII. 31. XIV. 30. XVI. 11. *Princeps hujus mundi*: & Ephes. VI. 12. *sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum.* MEN.


19 *Adjutores.*] Ms. cum editt. *adjutor est*; si Fellum excipias: apud quem, *adjutores sunt*, ex Clem. Alex. Jamque Menardus statuerat, expuncto verbo substantivo, legendum uno verbo, *adjutores.*

20 *Casta.*] *Integra.* MEN. — *Caste.* COT.

21 *Intellectus.*] Addit Fellus litteris miniatis, *scientia, cognitio*: quas duas voces putat veterem Interpretem præteriisse, quum extent apud Clem. Alex.

22 Συλλήπτορες.] Hanc vocem ita explicat Hesychius: [illegible] id est adjutorem. Et in Glossis veteribus, [illegible]. MEN.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 73.



των ἁγνῶς, συνευφραίνονται αὐτοῖς σοφία, σύνεσις, ἐπιστήμη, γνῶσις. | *bur, una cum eis lætantur* A *sapientia, intelligentia, scientia, cognitio.*

Adaperuit enim nobis per omnes Prophetas, quia non utitur nostris hostiis, neque victimis, neque oblationibus, hæc dicens: [a] *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? Plenus sum holocaustomatibus arietum, & pinguaminibus agnorum: & sanguinem hircorum &* B *taurorum nolo; nec si veniatis* [1] *videri mihi. Quis enim exquisivit hæc de manibus vestris? calcare aulam meam non adjicietis. Si attuleritis mihi similaginem, vanum: supplicamentum exsecratio mihi est.* [2] *Neomenias vestras & diem magnum non sustineo: jejunium, &* [3] *ferias, & dies festos vestros odit anima mea.* Hæc ergo vacua fecit, ut nova lex Domini nostri Jesu Christi, quæ [4] sine jugo necessitatis est, humanam habeat C oblationem. Dicit Dominus iterum ad illos: [b] *Numquid ego præcepi parentibus vestris, quum exierunt de terra Ægypti, ut offerrent mihi hostias & victimas? Sed hoc præcepi illis, dicens:* [c] *Unusquisque vestrum adversus proximum non habeat malitiam; & juramentum* [5] *mendum non* [6] *habet.* Intelligere ergo debemus, quum non simus sine intellectu, consilium benignitatis Patris nostri: D quia nobis dicit, volens nos similiter errantes quærere, quemadmodum ad illum accedamus; nobis enim dicit: [d] *Sacrificium Deo cor contribulatum; & humiliatum Deus non despicit.* Certius ergo inquirere debemus, fratres, de nostra salute, ut ne quando [7] habeat introitum in nobis, & evertat nos a [8] vita nostra.

CAPUT III.

Dicit ergo iterum de his ad illos: [e] *Ut quid mihi jejunatis, ut hodie audiatur vox vestra in clamore? Non tale jejunium elegi, dicit Dominus, ut quis humiliet animam suam sine caussa. Neque si curvaveris quasi circulum collum tuum, & saccum te circumdederis, & cinerem straveris: nec sic celebrabis jejunium acceptum.* Ad nos autem sic dicit: [f] *Quum* [9] *jejunaveris, solve omnem nodum injustitiæ,* [10] *& omnem consignationem iniquam dele, resolve suffocationes* [11] *impotentium commerciorum, dimitte quassatos in remissionem, & omnem cautionem malignam dissipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam: quum videris nudum, vesti;* [12] *& domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet* [13] *temporaneum lumen tuum, &* [14] *vestimenta tua cito* [15] *orientur: & præibit ante te justitia, & claritas Dei circumdabit te. Tunc* [16] *exclamas, & Deus exaudiet te: quum adhuc loqueris, dicet, Ecce adsum; si abstuleris a te nodum &* [17] *suadelam malorum, & verbum murmurationis; & dederis esurienti panem ex animo.* In hoc ergo, fratres, providens est & misericors Deus, quia in simplicitate crediturus esset populus, quem comparavit dilecto suo; atque ante ostendit omnibus nobis, ut non incurramus tamquam proselyti ad illorum legem.

CAPUT IV.

Oportet ergo de [18] histantibus multum scrutantes scribere, quæ [19] nos possint sanare. Fugiamus ergo ab omni opere iniquitatis, & odio E habeamus errorem hujus temporis, ut [20] futuro diligamur. Non [21] demus animæ nostræ spatium, ut

a Isa. I. 11-14. *b* Jer. VII. 22. 23. *c* Zach. VIII. 17. *d* Psal. L. 19. *e* Isa. LVIII. 4. 5. *f* Isa. LVIII. 6-10.

1 *Videri mihi.*] Ita edit. Oxon. Al. cum Ms. *videre mihi.* — Lege *videri*, ut apud Tertull. lib. *adversus Judæos* cap. V. pag. 138: *Nec si veniatis videri mihi.* Juxta LXX. οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι: id est, nec si veniatis apparere mihi. *Videri mihi* est videri a me, phrasis Græca. MEN. — Vide sis Cl. Sabatierii *Bibl. sac. Lat. Vers. ant.* ad *Isa.* I. 11.

2 *Neomenias vestras & diem magnum.*] Editt. Clerici & Russelii, post *Neomenias vestras*, addunt *& sabbata.* Habent quidem LXX. καὶ τὰ σάββατα. Habent & Tertullianus, & Hieronymus, aliique apud Sabatierium l. c. At ea non agnoscit vetus Barnabæ Interpres, neque in prima Menardi Paris. edit. neque in altera Felli Oxon.

3 *Ferias.*] Apud LXX. ἀργίαν, *otium*. Sed Interpres legisse videtur ἀργίας, ferias. MEN.

4 *Sine jugo necessitatis.*] Non adstricta legi Mosaicæ. Ζυγῷ δουλείας, *jugo servitutis*. Gal. V. 1. MEN.

5 *Mendum.*] Cave hoc mutes cum Menardo & Oxoniensibus, in *mendax*: est enim prisca vox Latina, ut docet Charisius *lib.* I. Mendum *in mendacii significatione dicitur*; menda, *in culpa operis aut corporis*. Hinc factum *mendax*. CLER.

6 *Habet.*] Leg. Menardus, *habeat*. Sicque edidit Fellus. Forte *amet*, sicut *Zach.* VIII. 17. *Juramentum mendax ne diligatis.*

7 *Habeat.*] Videtur deesse vocabulum, *Satan*, vel *Contrarius*, vel quid simile, ante *habeat*. MEN.

8 *Vita.*] Oxon. forte *via*. Sed non opus est: nam *vita* est pro vitæ instituto CLER.

9 *Jejunaveris.*] Sic Fellus. Al. cum Ms. *jejunaveritis*.

10 *Et omnem consignationem iniquam dele.*] Relegari debent ista ad marginem, unde in textum induxit ea nescio quis: sunt quippe alia versio verborum, πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα, quæ heic redduntur, *Et omnem cautionem malignam dissipa*: a Cypriano autem lib. *de Orat. Domin.* ante finem & lib. III. *ad Quirinum* cap. I. *Et omnem consignationem injustam dissipa*. COT.

11 *Impotentium commerciorum.*] *Impotentium*, id est violentorum. *Commerciorum*. In textu Græco, συναλλαγμάτων: nam συνάλλαγμα est commercium. Glossæ veteres: συνάλλαγμα, *commercium*. MEN.

12 *Et domesticos seminis tui non despicies.*] Juxta LXX. At Vulg. juxta textum Heb. *Et carnem tuam ne despexeris*. Sed sensus idem esse videtur: nam *domestici seminis tui*, sunt homines ejusdem tecum naturæ & carnis. MEN.

13 *Temporaneum.*] Ita apud Tertullianum, lib. *de resurr. carnis*. In textu Græco πρώϊμον juxta textum Heb. id est, matutinum. MEN.

14 *Vestimenta tua.*] Apud LXX. juxta textum Hebraicum legitur ἰάματα, *sanitates*; pro quo quidam legerunt, ἱμάτια, *vestimenta*, ut notat S. Hieronymus. Hinc factum est, ut Interpres Barnabæ verterit, *vestimenta*: quod vocabulum sumsit pro carne Tertullianus, lib. *de res. carnis*. MEN. — Sic legit quoque Interpres qui versionem antiquam ab Irenæo, Tertulliano & Cypriano receptam adornavit. FELL.

15 *Orientur.*] Sic leg. Menardus: sicque edidit Fellus. Al. cum Ms. *oriuntur*.

16 *Exclamas.*] Lege, *exclamabis*, ut apud S. Cyprianum lib. III. *de testimoniis*. MEN.

17 *Suadelam malorum.*] Χειροτονία apud LXX. redditur heic *suadela*, quia perorantes extensa manu verba faciebant. FELL. — Opinari quis posset Interpretem nostrum scripsisse, *suadelam manuum*. Quæ conjectura non est Menardi, ut fertur apud Clericum, sed Ed. Bernardi.

18 *De histantibus.*] Volo, *de his statibus*: περὶ τούτων καταστάσεων. BERN. — Al. *de his tantis*, vel *instantibus*. Lectio *de his talibus*, περὶ τοιούτων, Fello videtur aliquanto commodior. Usserius vero legebat: *Oportet ergo non de instantibus multum scrutantes scribere vobis, quæ non possint sanare*. Porro quænam has inter lectiones sit seligenda, suadet ipsemet vetus Interpres, apud quem infra *Cap.* XVII. sic legas: *Si enim de instantibus ac futuris scribam vobis*.

19 *Nos.*] Ita edit. Oxon. Al. cum Ms. *non*.

20 *Futuro diligamur.*] Fellus in edit. Oxon. ex conjectura Usserii, *futura diligamus*. Sic legit & Menardus.

21 *Demus.*] Usser. *debemus*. FELL.

possit habere potestatem discurrendi cum nequissimis & peccatoribus; ne quando [1] similemus illis. *Consummata enim tentatio*, sicut scriptum est, [2] sicut Daniel [a] dicit, *adpropinquavit*. Propter hoc enim Dominus [3] intercidit tempora & dies, ut acceleret [4] dilectus illius ad hereditatem suam. Dicit sic Propheta [b]: [5] *Regna in terris decem regnabunt, & resurget retro pusillus, qui deponet tres in unum*. De regnis similiter. De hoc ipso dicit iterum Daniel: [c] *Et vidi quartam bestiam, nequam & fortem, & sæviorem ceteris bestiis marinis: & apparuerunt illi decem cornua: & ascendit aliud cornu breve in medio illorum; & dejecit cornua tria de majoribus cornibus*. Intelligere ergo debemus. Adhuc & hoc rogo vos tamquam unus ex vobis, omnes amans super animam meam, ut adtendatis vobis; & non similetis eis qui peccata sua congerunt, & dicunt: Quia Testamentum illorum, [6] & non nostrum est. Nostrum est autem, quia illi in perpetuum perdiderunt illud quod Moyses accepit. Dicit enim Scriptura: [d] *Et fuit Moyses in monte jejunans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & accepit testamentum a Domino, tabulas lapideas scriptas manu Dei*. Sed conversi in idola, perdiderunt illud: dicit enim Dominus Moysi: [e] *Moyses descende celerius, quia præteriit legem populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti*. [f] *Et projecit Moyses tabulas lapideas de manibus suis*: & confractum est testamentum eorum; ut dilectio Jesu consignetur in præcordiis vestris, in spem fidei illius. Propter quod adtendamus novissimis diebus. Nihil enim proderit nobis omne tempus vitæ nostræ & fidei, si non [7] odio iniquum & futuras tentationes habeamus; sicut dicit filius Dei: [8] *Resistamus omni iniquitati, & odio habeamus eam*. Ergo considerate opera malæ viæ. Non separatim debetis seducere vos tamquam justificati; sed [9] in unum convenientes inquirite, quod communiter dilectis conveniat & prosit. Dicit enim Scriptura: [g] *Væ illis, qui sibi solis intelligunt, & apud se docti videntur*: Simus spiritales, [10] simus templum consummatum Deo: in quantum est in nobis, [11] meditemur timorem Dei, & custodiamus mandata illius.

CLEMENS ALEX. Στρωμ. *lib.* II. *cap.* VII. *pag.* 447.

Καὶ Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος, Οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες, [12] προστάξας, ἐπήγαγεν, Πνευματικοὶ γενώμεθα, ναὸς τέλειος τῷ Θεῷ· ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, μελετῶμεν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσειν ἀγωνιζώμεθα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ εὐφρανθῶμεν.	Et Barnabas Apostolus quum dixisset, *Væ qui sunt intelligentes apud seipsos, & coram se scientes*; subjunxit: *Efficiamur spiritales, templum Deo perfectum: quatenus est in nobis, meditemur timorem Dei, & ejus præcepta servare contendamus, ut in illius justificationibus lætemur*.

Dominus non accepta persona judicat mundum, Unusquisque secundum quæ facit [13] accipit: si fuerit bonus, bonitas eum antecedit; si nequam, merces nequitiæ eum sequitur. [14] Adtendite, ne quando quiescentes jam vocati addormiamus in peccatis nostris; & Nequam accipiens potestatem [15] nostram, suscitet & excludat a regno Domini. Adhuc & illud intelligite, [16] quum videritis tanta signa & monstra in populo Judæorum, [17] & sic illos dereliquit Dominus. Adtendamus ergo, ne forte, sicut scriptum est [h], *multi vocati, pauci electi*, inveniamur.

CAPUT V.

PRopter hoc Dominus sustinuit tradere corpus suum in exterminium, ut remissione peccatorum sanctificemur, quod est [18] sparsione sanguinis illius. [19] Scriptum est enim de illo, quædam ad

a Dan. IX. 24. 27. *b* Dan. VII. 24. *c* Dan. VII. 7. 8. *d* Exod. XXXIV. 28. *e* Exod. XXXII. 7. & Deut. IX. 12. *f* Exod. XXXII. 19. *g* Isa. V. 21. *h* Matth. XX. 16. XXII. 14.

1 *Similemus*.] Sic & paullo post, *similetis*: verbum neutraliter sumitur. MEN.

2 *Sicut scriptum est* &c.] Usserius, *de qua scriptum est, sicut Daniel dicit*. Fellus autem sic: *sicut scriptum est a Daniele*.

3 *Intercidit*.] Ms. *interdicit*. Hæc respiciunt *Matth.* XXIV. 22. Vide *Isa.* X. 23. & *Malach.* III. 1. FELL.

4 *Dilectus*.] Usser. *dilectos*. FELL.

5 *Regna*.] Ita LXX. βασιλεῖαι. At Heb. ut in Vulg. *reges*. MEN.

6 *Et non nostrum est*.] Editi ad unum omnes: *Et nostrum est*. Locum mutilum adeoque corruptum esse agnovit Cl. MARANUS in notis ad *S. Justini M. Cohort. ad Græc.* cap. XIII. p. 17. Itaque illum sic restituit: *Dicunt quia Testamentum illorum, & NON nostrum est*. Hanc autem emendationem insinuat cum hujusce capitis contextus, tum in primis ipsemet S. Barnabas infra *cap.* XIII. Ἴδωμεν —— εἰ ἡ διαθήκη εἰς ἡμᾶς, ἢ εἰς ἐκείνους: *Videamus —— utrum Testamentum ad nos, an ad illos pertineat*. Quam quidem Barnabæ sententiam S. Justinus l. c. his verbis illustrat. Εἰ δέ τις φάσκοι τῶν προχείρως ἀντιλέγειν εἰθισμένων, μὴ ἡμῖν τὰς βίβλους ταύτας, ἀλλὰ Ἰουδαίοις προσήκειν, διὰ τὸ ἔτι καὶ νῦν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν σώζεσθαι, καὶ μάτην ἡμᾶς ἐκ τούτων φάσκειν [illegible] γνώτω ὅτι αὐτῶν [illegible] ὅτι οὐκ αὐτοῖς, ἀλλὰ [illegible]. *Quod si quis ex iis qui* [illegible] *hos libros, sed Judæorum* [illegible] *in eorum synagogis as*[illegible] *his libris acceptam a nobis* [illegible] *quæ his in libris scripta sunt*, [illegible] *esse horum librorum doctrinæ pos*[illegible]. [illegible] debant Judæi, suum esse, non [illegible] Testamentum. Quos ergo heic refellit S. Barnabas. Hac de re quoque Eusebium consule *D*[illegible] lib. I. cap. VI.

7 *Non odio*.] Ms. *non modo*. Usser. *non modo animum*. FELL.

8 *Resistamus* &c.] Hanc Christi sententiam in toto Evangelio non repereris: sed Barnabas eam audivit ab ipso Christo, aut ab aliquo discipulo: qualis est hæc Paulli sententia *Act.* XX. 35. *Et meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quam accipere*. MEN.

9 *In unum convenientes*.] His similia *Heb.* X. 24. 25. FELL.

10 *Simus templum*.] S. Paullus hac loquendi formula sæpe utitur. I. *Cor.* III. 16. 17. VI. 19. II. *Cor.* VI. 16. *Ephes.* II. 21. II. *Thess.* II. 4. FELL.

11 *Meditemur timorem Dei*.] Juxta illud *Isa.* XXXIII. 18. *Cor tuum meditabitur timorem*. MEN.

12 Προστάξας.] Sic edit. Oxon. ubi Cl. Potterus hanc Sylburgii notam subdit: „ Forte rectius προτάξας: *quum* „ *præposuisset*. „ Quam lectionem alii sequi maluerunt.

13 *Accipit*.] Edit. Oxon. *accipiet*. Sic I. *Cor.* III. 8. *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem*.

14 *Adtendite, ne &c.*] Alludit ad parabolam decem Virginum, *Mat.* XXV. MEN.

15 *Nostram, suscitet*.] *Nostram*, id est nostri, id est in nos. *Suscitet*, lege, *suscitetur*, adversus nos videlicet. MEN. —At Fellus post *suscitet*, addit litteris miniatis *nos*.


16 *Quum videritis* &c.] Verbum *videritis* est præteritum hoc loco. Nam infra loquitur de subversione Templi Hierosolymitani jam facta. MEN.

17 *Et sic*.] Id est, Quod sic. MEN.

18 *Sparsione sanguinis illius*.] I. *Pet.* I. 2. *In aspersionem sanguinis Jesu Christi*. MEN.

19 *Scriptum est*.] Pro more interpretis rectius, *scripta sunt*. Sic enim fortasse legit: Γέγραπται γὰρ περὶ αὐτοῦ τὰ μὲν πρὸς τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων, τὰ δὲ πρὸς ἡμᾶς. FELL. Sic & MEN.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 73.



populum Judæorum, quædam ad nos. Dicit autem A sic: [a] *Vulneratus est propter iniquitates nostras, & vexatus est propter peccata nostra:* [1] *sanguine illius sanati sumus. Tamquam ovis ad victimam adductus est: & sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum.* Supergratulari ergo debemus Domino, quia & præterita nobis ostendit, & sapientes fecit; & de futuris non sumus sine intellectu. Dicit autem: [b] *Non injuste tenduntur retia avibus.* Hoc dicit, quia juste [2] periet homo habens B [3] viam veritatis, scientiam, & se a via tenebrosa non continet adhuc. Et ad hoc Dominus sustinuit pati pro anima nostra, quum sit orbis terrarum Dominus; [4] cui dixit die ante [5] constitutionem sæculi: [c] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Quo modo ergo sustinuit, quum ab hominibus hoc pateretur, discite. [6] Prophetæ ab ipso habentes donum, in illum prophetaverunt. Ille autem, ut vacuam faceret mortem, & de mortuis resurrectionem ostenderet; quia in carne oportebat eum adparere, [7] sustinuit, ut promissum parentibus redderet; & ipse sibi

Sequitur VET. INTERP.

populum * * parans * * resurrectione facta, in terris * * * [9] judicabat [10] illis * * * ad vitam ducens populum Judæorum, & magna signa & monstra faciens, [12] non crediderunt nec di- C lexerunt illum. Tunc Apostolos suos, qui incipiebant prædicare Evangelium suum, elegit, qui erant super omne peccatum peccatores; ut ostenderet, quia non venit *vocare justos, sed peccatores* * * * *. Tunc ostendit se esse filium Dei. Si enim D non venisset in carne, quo modo possent homines [16] sanari * * * ? quum respicientes solem, * * * * * qui est opus

[8] τὸν λαὸν τὸν * κενὸν ἑτοιμάζων, ἐπεδείξῃ, ἐπὶ τῆς γῆς ὤν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας * κρίνει. [11] Πέρας γέ τοι διδάσκων τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τηλικαῦτα τέρατα καὶ C σημεῖα ποιῶν, ἐκήρυξε, καὶ ὑπερηγάπησεν αὐτόν. [13] Ὅτε δὲ τοὺς ἰδίους ἀποστόλους, [14] τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν [15] ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, τότε ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ εἶναι. D Εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκὶ, πῶς ἂν ἐσώθημεν ἄνθρωποι, βλέποντες αὐτόν; ὅτι τὸν μέλλοντα μὴ εἶναι ἥλιον, ἔργον χειρῶν αὐτοῦ ὑπάρχον-

Versio COTELERII.

populum novum parans, dum in terris degit, ostenderet quod facta resurrectione esset judicaturus. Et ad extremum, docens Israelem, atque tam magna prodigia C & signa faciens, prædicavit, ac illum summe dilexit. Quando autem Apostolos suos qui prædicaturi erant illius Evangelium, elegit, homines omni peccato iniquiores, ut ostenderet, quod non venit [d] *vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*; tunc palam fecit se esse filium Dei. Nisi D enim venisset in carne, quo modo servati fuissemus nos homines, videntes eum? quandoquidem ii qui solem hunc aliquando desitu-

a Isa. LIII. 5. 7. *b* Prov. I. 17. *c* Gen. I. 26. *d* Matth. IX. 13. Marc. II. 17. Luc. V. 32.

1 *Sanguine.*] Legisse videtur Interpres, τῷ αἵματι. FELL.

2 *Periet.*] Semel lectorem moneo, me non probare maximam partem lectionum, quas Menardus ad oram veteris hujus interpretationis adposuit. Ita *peribit* correxit pro *periet*, quum non hoc minus quam alterum, in usu fuerit ævo posteriori. Ita & alibi, *interiet*, *exiet* & *transiet*, etiam apud Tibullum. VOSS.

3 *Habens viam veritatis, scientiam.*] Felli editio Oxon. *habens viæ veritatis scientiam.*

4 *Cui dixit die.*] Post *dixit*, videtur deesse τὸ *Pater*. Nam inde probare contendit, & Filii excellentiam, quod sit terrarum orbis Dominus, & quod ei dixerit *Pater*: *Faciamus hominem* &c. Quod etiam repetit infra *Cap.* VI. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ ἡμῶν, ὡς λέγει τῷ υἱῷ· ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα &c. Id est: *Dicit enim Scriptura de nobis, sicut dixit Filio*: supple *Deus*, ut ex antecedentibus patet, *Faciamus hominem ad imaginem* &c. MEN. — Mihi magis placet Bulli conjectura, qui hunc locum sic fortasse restituendum censet: *Cui dixit* DEUS *ante constitutionem mundi*. Vide sis ejus *Defens. Fid. Nic.* Sect. I. Cap. II. §. 2.

5 *Ante constitutionem sæculi.*] Id est, ante plenam & perfectam mundi constitutionem, quia homine nondum creato, non erat mundus plane perfectus. MEN.

6 *Prophetæ ab ipso habentes donum* &c.] Prophetiæ videlicet. Nam Prophetæ Dei spiritu afflati prophetarunt. MEN. — Hunc locum strenue defendit Grabius in *Annot.* ad Bulli *Defens. Fid. Nic.* §. 5. pag. 45. contra Lucam Mellierum, seu Samuelem Crellium. Quin etiam ipsi videtur ex Barnaba descripsisse Irenæus, quæ habet lib. IV. cap. XX. n. 4. *Prophetæ ab eodem Verbo propheticum accipientes charisma, prædicaverunt ejus secundum carnem adventum.* Quibus paria scripserat *lib.* IV. *cap.* VII. n. 2. *Omnes qui ab initio cognitum habuerunt Deum, & adventum Christi prophetaverunt, revelationem acceperunt ab ipso Filio.*

7 *Sustinuit, ut promissum parentibus redderet.*] Id est, passus est, ut quæ priscis patribus per Prophetas prænuntiata sunt, adimpleret. Et τὸ *ut* sequelam significat, non caussam; quasi diceret: *Ita ut promissum parentibus redderet.* MEN.

8 Τὸν λαὸν κ. τ. λ.] Heic incipit textus Græcus superstes: desunt enim quatuor priora Capita cum quinti dimidio. In prima tamen Parisiensi editione, Græca sic incipiunt: Καὶ δι' ἡμᾶς [ὑπὸ] τὸν λαὸν τὸν * κενὸν ἑτοιμάζων * ἐπιδείξει ἐπὶ τῆς γῆς ὤν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας * κρίνει. Ibi Menardus delens ὑπὸ velut redundans, legensque καινὸν — ἐπιδείξῃ — κρινεῖ, sic vertit: *Et per nos ipse sibi populum novum parans, indicabat in terra existens, quod facta resurrectione judicaret.* At Vossius Menardum arguit, quod verbis τὸν λαὸν hæc præfixerit καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ, ad Polycarpi Epistolam pertinentia; ut videre est in fine *Cap.* IX. ejusdem Epistolæ. „ Quum enim, inquit, in Ms. illo „ unde exemplaria quæ exstant profluxere, unum & alterum forsan folium defuisset; hinc factum, ut principium Epistolæ Barnabæ & finis Epistolæ Polycarpi perierint, quæ semper in veteribus libris conjungebantur. „

9 *Judicabat.*] Al. Forte, *judicat*, vel *judicabit*. Menardus tamen leg. *indicabat*, ut modo vidimus.

10 *Illis.*] Al. Forte, *ille ad summam, vel ad finem docens*. Vel: *Finis autem, docens*. Integrum hunc locum sic restituit Fellus: *Et ipse sibi populum novum parans, resurrectione facta in terris agens, ostendit quod judicabit illos: & ad extremum ad vitam ducens* &c.

11 Πέρας γέ τοι] Al. Πέρας δ' ἔτι. Hæc ubique reddit vetus Interpres, *Ad summam*. Verto, *tandem*. MEN. — Transitionis formula apud Barnabam passim recepta. FELL.

12 *Non crediderunt, nec dilexerunt illum.*] Hæc non sunt in textu Græco. Lege tamen, *sed non crediderunt* &c. MEN. — Legit interpres ἐκήρυξαν, καὶ ὑπερηγάπησαν. VOSS. & FELL.

13 Ὅτε.] Vet. Interpres legit Τότε. VOSS.

14 Τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν.] Vetus Interpres, *Qui incipiebant prædicare*. Notat Menardus, sæpe in hac Epistola ita converti, atque in vulgata Bibliorum editione *Jac.* II. 12. μέλλοντες κρίνεσθαι per *incipientes judicari*. Addere poterat, si voluisset, plurima alia Latini interpretis loca: ex quibus conjici datur, invenisse eum interpretem in contextu Græco, II. *Pet.* I. 12. Διὸ μελλήσω ὑμᾶς κ. τ. λ. non ut nunc, Διὸ οὐκ ἀμελήσω. Vertit enim: *Propter quod incipiam vos semper commonere* &c. Idque confirmatur per Ms. in quo Διὸ μελλήσω scriptum habetur. [In quibusdam Codd. invenitur etiam, Δι' ὃ μελλήσω.] Sed & eadem verbi μέλλειν expositio exstat apud antiquos Interpretes Hermæ & Ignatii, nec non Eusebii Cæsariensis in Opusculis a Jacobo Sirmondo editis. Sic etiam loqui solet Calaritanus Lucifer. Apud Pseudo-Ignatium Epist. ad Philipp. cap. IV. μέλλοντος δὲ γίνεσθαι Latinum fit, *Quum autem properaret ut fieret*. Refert autem S. Augustinus Epist. CVIII. aliquos Codd. habuisse *Act.* I. 5. *incipietis baptizari*, pro *baptizabimini*. COT.

15 Ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν.] Laudat hunc locum Origenes *contr. Celsum* lib. I. num. 63. edit. BB. tom. I. pag. 378. ubi pro ἁμαρτίαν habet ἀνομίαν. Laudat & S. Hieronymus *adv. Pelag.* lib. III. cap. I. sed lapsu memoriæ hanc sententiam S. Ignatio tribuit.

16 *Sanari.*] Forte *salvari*. Menardus pro ἐσώθημεν legit ἐσώθησαν.

VET. INTERPR.

manus Dei, non possint radios ejus diutius intueri. Filius ergo Dei ideo in carne venit, ut consummationem peccatorum definiret eis, qui persecuti sunt ad mortem Prophetas illius. * * * * * Dicit autem Esaias: *Plaga corporis illius omnes sanati sumus*. Et alius Propheta: *Feriam pastorem, & dispergentur oves gregis*. Ipse autem voluit sic pati. * * * * * * * * * Dicit enim qui prophetat de illo: *Parce animæ meæ a gladio*. Et: *Confige clavis carnes meas: quia nequissimorum conventus insurrexerunt in me*. Et iterum dicit: *Ecce posui dorsum meum ad flagella, & maxillas meas ad* [6] *palmas. Faciem autem meam posui tamquam solidam petram.*

A τα, βλέποντες, οὐκ ἰσχύουσιν εἰς ἀκτῖνας αὐτῦ ἀντοφθαλμῆσαι. Οὐκῦν ὁ υἱὸς τῦ Θεῦ ἐς τῦτο ἦλθεν ἐν σαρκὶ, ἵνα τὸ τέλειον τῶν ἁμαρτιῶν κεφαλαιώσῃ τοῖς διώξασιν ἐν θανάτῳ τὺς προφήτας αὐτῦ. Οὐκῦν εἰς τῦτο ὑπέμεινε. Λέγει γὰρ ὁ Θεὸς· τὴν [1] πηγὴν τῆς σαρκὸς αὐτῦ, ὅτι ἐξ αὐτῶν· ὅταν [2] πατάξω τὸν ποιμένα, τότε σκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Αὐ- B τὸς ἠθέλησεν ὅτω παθεῖν· ἔδει γὰρ ἵνα ἐπὶ ξύλυ πάθῃ. Λέγει γὰρ ὁ προφητεύων ἐπ' αὐτῷ· [3] Φεῖσαί μυ τῆς ψυχῆς ἀπὸ ῥομφαίας· [4] καθήλωσόν μυ τὰς σαρκάς· ὅτι πονηρευομένων συναγωγαὶ ἐπανέστησάν μοι. Καὶ πάλιν λέγει· Ἰδὺ τέθεικά μυ τὸν νῶτον εἰς μάστιγας, τὰς σιαγόνας εἰς [5] ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου ἔθηκα ὡς στερεὰν πέτραν.

Versio COTELERII.

rum, opus manuum ejus, aspiciunt, non valent radios illius obtueri. Filius itaque Dei ideo in carne venit, ut summam imponeret peccatis eorum, qui ad mortem persecuti sunt prophetas illius. Igitur ob hoc passus est. Dicit enim Deus, plagam carnis illius ab ipsis esse [a]: *Quum percutiam pastorem, tunc dispergentur oves gregis*. Ipse sic pati voluit: oportebat quippe ut in ligno pateretur. Quia qui de illo prophetavit, dicit [b]: *Parce animæ meæ a framea*. [c] *Clavis confige carnes meas*. [d] *Quia concilia malignantium insurrexerunt in me*. Et rursus ait [e]: *Ecce posui dorsum meum ad flagella, & genas ad alapas: faciem autem meam posui sicut solidam petram.*

CAPUT VI.

Quum autem fecit Dei præceptum, quid dicit? *Quis est qui contradicit? resistat mihi. Quis* [7] *æqualis futurus est mihi? propinquet puero Dei. Væ vobis, quia vos omnes* [8] *veterascitis tamquam vestimentum; & tinea devorabit vos*. Iterum dicit Propheta: *Tamquam lapis * * expositus est in adflictionem*. [9] *Ecce mittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, * *.* Et quid dicit? *& qui crediderit in illum,* [10] *non confundetur*. In lapide ergo fides nostra? Absit. Sed quia in fortitudine posuit corpus illius * * * * * * * * * * * *. Dicit iterum Propheta: *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. * * * Hic est dies, * * * * quem fecit Dominus. *.* Quid ergo dicit? * * *Circumvenerunt me conventus nequissimorum: valla-*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

C Ὅτε ὖν ἐποίησεν ἐντολὴν, τί λέγει; Τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἀντιστήτω μοι· ἢ τίς ὁ δικαζόμενός μοι; ἐγγισάτω τῷ παιδὶ Κυρίυ. Οὐαὶ ὑμῖν· ὅτι πάντες ὑμεῖς παλαιωθήσεσθε ὡς ἱμάτιον, καὶ σὴς καταφάγεται ὑμᾶς. Καὶ πάλιν λέγει ὁ προφήτης· Ἐπεὶ ὡς λίθος ἰσχυρὸς ἐτέθη εἰς συντριβήν· ἰδοὺ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. εἶτα τί λέγει; καὶ ὃς ἐλπίσει ἐπ' αὐτὸν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶ- D να. Ἐπὶ λίθον ὖν ἡμῶν ἡ ἐλπίς; μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἐπεὶ ἐν ἰσχύει ἔθηκε τὴν σάρκα αὐτῦ ὁ Κύριος. Λέγει γάρ· καὶ [11] ἔθηκέ με ὡς στερεὰν πέτραν. Λέγει δὲ πάλιν ὁ προφήτης· λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Καὶ πάλιν λέγει· αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη καὶ θαυμαστὴ, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος. [12] Ἁπλούστερον ὑμῖν ἵνα συ- E νιῆτε. [13] ἐγὼ περίψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν. Τί ὖν λέγει πάλιν ὁ προφήτης; περιέσχε με συναγωγὴ πονηρευομένων· ἐκύκλωσάν με,

CAPUT VI.

Quum autem fecit quod præceptum ei fuerat, quid ait? [f] *Quis est qui judicetur mecum? resistat mihi: vel quis est qui judicium ineat adversum me? appropinquet puero Domini. Væ vobis, quia omnes vos veterascetis quasi vestimentum; & tinea devorabit vos.* Et iterum dicit propheta [g]: *Quoniam sicut lapis fortis positus est in contritionem.* [h] *Ecce immitto in fundamenta Sionis, lapidem pretiosum, electum, angularem, bonorabilem.* Deinde quid loquitur? *Et qui speraverit in illum, vivet in æternum*. In lapidem ergo spes nostra? Absit: sed quia Dominus in fortitudine posuit corpus suum. Ait namque [i]: *Et posuit me sicut solidam petram.* Adhuc autem dicit propheta [k]: *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli*. Et iterum ait: *Hæc est dies magna & mirabilis, quam fecit Dominus*. Simplicius vobis scribo, ut intelligatis. Ego, purgamentum vestræ caritatis. Quid ergo dicit propheta? [l] *Obsedit me concilium malignantium:* [m] *Circumdede-*

a Isa. LIII. 8. Zach. XIII. 6. 7. *b* Psal. XXI. 21. *c* Psal. CXVIII. 120. *d* Psal. XXI. 17. *e* Isa. L. 6. 7. *f* Isa. L. 8. 9. *g* Isa. VIII. 14. *h* Isa. XXVIII. 16. *i* Isa. L. 7. *k* Psal. CXVII. 22. 23. *l* Psal. XXI. 17. *m* Psal. CXVII. 12.

1 Πηγὴν.] Lego πληγήν. Non respicit ad *Isa.* LIII. 5. ut credidit vetus Interpres; sed vel ad vers. 8. ejus Capitis, vel ad *Zach.* XIII. 6. COT. — Hunc locum Menardus ex vet. Interprete ita restituebat: τῇ πληγῇ τῆς σαρκὸς αὐτῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Paullo aliter Fellus: τῇ πληγῇ τῆς σαρκὸς αὐτῦ ἰάθημεν. ὅτι ἐξ αὐτῶν.

2 Πατάξω κ. τ. λ.] Versio hæc lectioni Matth. XXVI. 31. omnino respondet: sed LXX. legunt πάταξον. FELL.

3 Φεῖσαί μυ κ. τ. λ.] LXX. juxta textum Hebraicum, Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου. Sed idem est sensus. MEN.

4 Καθήλωσόν μυ τὰς σαρκάς.] Lege Καθήλωσον ἐκ τῦ φόβυ συ τὰς σάρκας μυ, juxta LXX. Sic S. Cyprianus lib. 2. de testimoniis: *Confige clavis de metu tuo carnes meas*. In communi versione: *Confige timore tuo carnes meas*. MEN.

5 Ῥαπίσματα] Al. ῥαπισμόν.

6 *Palmas.*] Colaphos palma impactos. Glossæ vet. *Depalmare*, κολαφίζειν. CLER.

7 *Quis æqualis futurus est.*] Interpres legebat εἰκασόμενος loco δικαζόμενος. MEN.

8 *Veterascitis*] Al. Forte *veterascetis*, juxta Græcum. Sic & Felli editio Oxon.

9 *Ecce mittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum.*] Locus mutilus, & legendus ut apud S. Cyprianum, lib. II. de testimoniis: *Ecce immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum angularem, honoratum*; juxta textum Græcum Barnabæ, ubi in præsenti legitur ἐμβάλλω, ut I. *Pet.* II. 6. Ἰδὺ τίθημι κ. τ. λ. MEN.

10 *Non confundetur*] Ita *Rom.* IX. 33. ὐ καταισχυνθήσεται. In textu Græco Esaiæ XXVIII. 16. ὐ μὴ καταισχυνθῇ, id est *non confundatur*. In textu Græco Barnabæ: *Qui sperabit in eum, vivet in æternum*. MEN.

11 Ἔθηκέ με] Forte ἔθηκά με. Ita Felli editio: *Et posui me*. Sic sane *Isa.* L. 7. ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μυ, ὡς στερεὰν πέτραν.

12 Ἁπλύστερον — συνιῆτε] Hæc laudat Clemens Alex. Στρωμ. lib. V. cap. X. pag. 683. apud quem tamen, συνίητε.

13 Ἐγὼ περίψημα κ. τ. λ.] Mori paratus sum, ut vobis prosim. Hesychius in Περίψημα sic emendari debet: Περίψημα, κατάμαγμα. περικαθάρματα, ἀντίλυτρα, ἀντίψυχα. πάντων περίψημα, ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων. Ex I. Cor. IV. 13. BERN.

VET. INTERPR.

verunt me tamquam apes * *. Et iterum dixit : *Super vestem meam sortes miserunt*. In carne ergo incipiente illo venire, * * ante ostensa sunt quæ passurus erat. Dicit ergo Propheta ad Judæos : *Væ animæ iniquorum*, * * * * * * * * * * [1] *qui dicunt inter se* : [3] *Circumveniamus justum, quia insuavis est nobis*. Et Moyses autem dicit ad illos : * * *Hæc dicit Dominus Deus : Intrate in terram bonam, quam promisit Dominus Abrahæ, Isaac & Jacob ; & domini estote illius terræ, quæ trahit lac & mel*. Quid dicat scientia, discite : *Credite*, inquit, *in eum qui in carne apparebit, Jesum*. Homo enim terra est * * : quum ex terra sit figmentum Adæ. Quid ergo dicit, *In terram bonam, fluentem lac & mel ?* [7] Et benedictus Dominus * *, quia sapientiam & sensum posuit in nobis absconditorum suorum. [8] Dicit autem per Prophetas parabolam Dominus : *Quis intelliget, nisi sapiens*, * * * *& diligens Dominum suum ?* Quia ergo, quum nos [9] cognovit in remissionem peccatorum, fecit nos aliam figuram tamquam pueros habere, ut spiritu figuraret nos. [12] Nos enim ; sicut dicit Scriptura * * * * : *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram : & superfit bestiis terræ, & avibus cæli, & piscibus maris*. Et Dominus, videns bonam figuram nostram, dixit : *Crescite & multiplicamini, & replete terram*. * * * Iterum vobis ostendam, quo modo

ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον. Καὶ· ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον· Ἐν σαρκὶ οὖν αὐτοῦ μέλλοντος φανεροῦσθαι, καὶ πάσχειν, προεφανεροῦτο τὸ πάθος. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ· οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· [2] δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. Λέγει δὲ καὶ Μωσῆς αὐτοῖς· ἰδοὺ τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεός· εἰσέλθετε εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν, ἣν ὤμοσε Κύριος [4] τῷ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ κατακληρονομήσατε αὐτήν, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. [5] Τί λέγει ἡ γνῶσις, μάθετε· ἐλπίσατε [6] ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μέλλοντα φανεροῦσθαι ὑμῖν Ἰησοῦν. Ἄνθρωπος γὰρ γῆ ἐστι πάσχουσα· ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδὰμ ἐγένετο. Τί οὖν λέγει· τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν, τὴν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι; Εὐλογητὸς ὁ Κύριος ἡμῶν, ὁ σοφίαν καὶ νοῦν θέμενος ἐν ἡμῖν τῶν κρυφίων αὐτοῦ. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης· παραβολὴν Κυρίου τίς νοήσει, εἰ μὴ σοφὸς, καὶ ἐπιστήμων, καὶ ἀγαπῶν τὸν Κύριον αὐτοῦ; Ἐπεὶ οὖν ἀνακαινίσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν, ἐποίησεν ἡμᾶς ἄλλον τύπον, [10] ὡς παιδίον ἔχειν τὴν ψυχήν, ὡς ἂν καὶ [11] ἀναπλασσομένους αὐτὸς ἡμᾶς. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ ἡμῶν, ὡς λέγει τῷ υἱῷ· ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν, τὸν ἄνθρωπον. καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης. Καὶ εἶπε Κύριος, ἰδὼν τὸ καλὸν πλάσμα ἄνθρωπον· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. [13] ταῦτα πρὸς

Versio COTELERII.

runt me sicut apes favum : Et [a] *Super vestem meam miserunt sortem*. Quum igitur in carne esset appariturus & passurus, præmonstrata est ipsius passio. Nam in Israelem dicit propheta : [b] *Væ animæ eorum, quia pessimum consilium inierunt adversus semetipsos, dicentes : Alligemus justum, quoniam inutilis ac injucundus est nobis*. Et vero dicit ad illos Moses : [c] *Ecce ista ait Dominus Deus : Intrate in terram bonam, quam juramento promisit Dominus Abraham, & Isaac & Jacob* ; [d] *& ut hereditatem possidete eam, terram fluentem lacte ac melle*. Quid dicat cognitio, discite : *Sperate*, inquit, *in Jesum, qui in carne manifestandus est vobis*. Homo siquidem est terra quæ patitur : ex substantia enim terræ formatus est Adam. Quid ergo dicit, *In terram bonam, lacte ac melle fluentem?* Benedictus sit Dominus noster, qui sapientiam & intelligentiam occultorum suorum posuit in nobis. Dicit namque Propheta : [e] *Parabolam Domini quis intelliget, nisi sapiens & peritus, & diligens Dominum suum?* Ubi ergo nos renovavit per remissionem peccatorum, effecit ut aliam formam haberemus, animam nempe puerili similem : ipse etenim reformavit nos. Nam de nobis Scriptura dicit, loquente Patre ad Filium : [f] *Faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem nostram : & præsint bestiis terræ, & volatilibus cæli, & piscibus maris*. Tum Dominus videns hominem, pulcrum figmentum suum, ait : [g] *Crescite, & multiplicamini, & replete terram*. Hæc ad Filium. Iterum autem tibi ostendam, quo modo erga nos

a Psal. XXI. 19. *b* Isa. III. 9. Sap. II. 12. *c* Exod. XXXIII. 1. *d* Lev. XX. 24. *e* Isa. XL. 13. Prov. I. 6. Eccli. I. 10. *f* Gen. I. 26. *g* Gen. I. 28.

1 *Qui*] Al. *quia*. Fellus retinet *qui*.

2 Δήσωμεν.] Apud Clementem Alexandrinum, *Strom.* V. est ἄρωμεν, i. e. *auferamus, tollamus*. Sic Justinus Mart. in Dial. cum Tryph. Huic lectioni favet Tertullianus, lib. III. contra Marcionem : *Auferamus justum, quia inutilis est nobis*. MEN.

3 *Circumveniamus*.] Int. Vet. videtur legisse ἐνεδρεύσωμεν, ut est *Sap.* II. 12. Eadem interpretatio habetur apud S. Cyprianum, lib. II. *de testimoniis*. MEN.

4 Κύριος τῷ Ἀβραάμ] Clemens Alex. l. c. Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ. MEN.

5 Τί λέγει ἡ γνῶσις] Scilicet, Quis sensus spiritualis & mysticus ? quæ videtur notio D. Paulli I. Cor. XII. 8. FELL.

6 Ἐλπίσατε ἐπὶ κ. τ. λ.] Clemens Alex. l. c. Ἐλπίσατε, ΦΗΣΙ'Ν, ἐπὶ τὸν —— Ἄνθρωπος ΓΑ'Ρ γῆ ἐστι πάσχουσα —— Τί οὖν λέγει· ΕΙ'Σ τὴν γῆν ἀγαθήν ; Ita etiam legit vetus Interpres ; adeo ut voculæ litteris majusculis expressæ, Barnabæ sint reddendæ. DAVIS.

7 *Et benedictus Dominus* * * *quia*] Interpres vocem *&* interponens, videtur ea quæ sequuntur pro sacræ Scripturæ sensu laudasse. Fortasse *Prov.* III. 33. aut *Psal.* CXVIII. 12. sed Clemens Alex. præsentem lectionem Græci textus confirmat. Ita FELL. qui ex Græcis item supplet *noster*, & pro *quia* legit *qui*.

8 *Dicit autem per Prophetas parabolam Dominus*] Locus corruptus. Lege, ut in textu Græco, & apud Clementem : *Dicit enim Propheta : Parabolam Domini quis intelliget ?* Locus habetur *Isa.* XL. 13. Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου ; *Quis novit sensum Domini ?* Dixit autem Barnabas *parabolam*, quæ est sermo allegoricus & obscurus, ut divinæ mentis obscuritatem ostenderet. MEN. —— Hanc Menardi emendationem secutus est Fellus in textu, nihil monens.

9 *Cognovit*] Fellus in textu restituit, *recognovit*. Sed in nota : Rectius, inquit, *renovavit*. Quod sane pridem Menardus monuerat.

10 Ὡς παιδίον ἔχειν τὴν ψυχήν] Rescribendum puto, ὡς παιδίου ἔχειν τὴν ψυχήν. Vetus Interpres habet : *tamquam PUEROS habere, ut spiritu figuraret nos*. At scripturam, prout censeo, corruptam secutus est. DAVIS.

11 Καὶ ἀναπλασσομένους] Leg. ἀναπλασσόμενος. COT. —— Sic equidem edidit Fellus, huic voci præmittens litteris miniatis, τῷ πνεύματι, ex vet. Interp.

12 *Nos enim ; sicut dicit Scriptura*] Locus corruptus. Legendum, ut in textu Græco : *De nobis enim dicit Scriptura, sicut dicit Filio*, Deus videlicet, aut Pater. MEN.

13 Ταῦτα πρὸς τὸν υἱόν] Vide *Isa.* LIII. 10. Quo forte respexit S. Barnabas, mysticum sensum secutus. Quod si locum habeat conjectura, non videtur admittenda Menardi sententia ; qui putabat, verba hæc, ταῦτα πρὸς τὸν υἱόν, aut superflua esse, aut subjungenda superioribus verbis, τῆς θαλάσσης.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 73.

VET. INTERPR.

A [1] vobis dicit secundam figuram in novissimis. Dicit Dominus: *Ecce* [3] *facio novissima tamquam priora*. Propter hoc ergo prædicavit Propheta: *Intrate in terram, quæ trabit lac & mel, & dominamini ejus*. *

B Quia ipse [5] incipiebat apparere, & in nobis habitare: templum enim Domini, * * inhabitatio cordis nostri est. Dicit ergo iterum: *Et quo modo apparebo Domino Deo meo, & magnificabor?* Inquit: *Confitebor in Ecclesia* * * *fratrum meorum, & decantabo tibi in Ecclesia sanctorum*.

C Nos ergo sumus, quos induxit in terram bonam. Quid ergo lac & mel? Quia ab initio infans melle & * * lacte vivificatur; sic [8] ut per fidem promissionis, verbo dum adnutrimur, sic vivificamur, dominatum agentes terræ. * * * * * * * * * * Quis est, qui possit modo esse super bestias, aut super aves,

D aut super pisces? Sentire debetis, quia [12] superesse potestatis est, ut quis imperans [13] Domino sit. *

A τὸν υἱόν. Πάλιν [2] σοι ἐνδείξω, πῶς πρὸς ἡμᾶς δευτέραν πλάσιν ἐπ᾽ ἐσχάτων ἐποίησε. λέγει Κύριος· ἰδὲ ποιήσω τὰ ἔχατα ὡς τὰ πρῶτα. Εἰς τοῦτο οὖν ἐκήρυξεν ὁ προφήτης· [4] εἰσέλθετε εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. Ἰδὲ οὖν ἡμεῖς ἀναπεπλάσμεθα, καθὼς πάλιν ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέγει· ἰδὲ, λέγει Κύριος,

B ἐξελῶ τούτων, τουτέστιν ὧν προέβλεπε τὸ πνεῦμα Κυρίου, τὰς λιθίνας καρδίας, καὶ βαλῶ τὰς σαρκίνας αὐτοῖς· ὅτι ἔμελλεν ἐν σαρκὶ φανεροῦσθαι, καὶ ἐν ἡμῖν κατοικεῖν· [6] ναὸς γὰρ ἅγιος, ἀδελφοί μου, τῷ Κυρίῳ τὸ κατοικητήριον ἡμῶν τῆς καρδίας. Λέγει γὰρ πάλιν Κύριος· καὶ ἐν τίνι ὀφθήσομαι τῷ Κυρίῳ τῷ Θεῷ μου, καὶ δοξασθήσομαι; λέγει· ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἐκκλησίᾳ, ἐν μέσῳ ἀδελφῶν μου,

C καὶ ψαλῶ ἀναμέσον ἐκκλησίας ἁγίων. οὐκοῦν ἡμεῖς ἐσμεν, οὓς εἰσήγαγεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν. Τί οὖν τὸ γάλα καὶ μέλι; ὅτι [7] πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται· οὕτω καὶ ἡμεῖς, τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι, ζήσομεν, κατακυριεύοντες τῆς γῆς. [9] Προείρηκε δὲ ἐπάνω, ὅτι αὐξανέσθωσαν, καὶ [10] ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων. [11] τί οὖν ὁ δυνάμενος νῦν

D ἄρχειν θηρίων, ἢ ἰχθύων, ἢ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ; αἰσθάνεσθαι γὰρ ὀφείλομεν, ὅτι τὸ ἄρχειν ἐξουσία ἐστὶν, ἵνα τις ἐπιτάξας κυριεύσῃ. Εἰ οὖν οὐ γίνεται τοῦτο νῦν, ἄρα [14] ὑμῖν εἴρηκε· πότε; ὅταν καὶ αὐτοὶ τελειωθῶμεν, κληρονόμοι τῆς διαθήκης Κυρίου γενέσθαι.

Versio COTELERII.

A secundam formaturam in ultimis temporibus fecerit. Dicit Dominus: [a] *Ecce faciam novissima tamquam priora*. Idcirco igitur prædicavit Propheta: [b] *Intrate in terram lacte & melle fluentem, & dominamini ei*. Ecce igitur nos denuo formati sumus; quemadmodum rursus in alio Propheta dicit: [c] *Ecce*, inquit Dominus, *auferam ab eis*,

B hoc est, ab eis quos Spiritus Domini prævidebat, *corda lapidea, & immittam illis corda carnea*: quia oportebat eum in carne apparere, & habitare in nobis: templum enim sanctum, fratres mei, Domino est habitatio cordis nostri. Etenim iterum ait Dominus: [d] *Et in quo apparebo ad Dominum Deum meum, & glorificabor?* Ait: [e] *Confitebor tibi in Ecclesia, in medio fratrum*

C *meorum; & cantabo te in medio Ecclesiæ sanctorum*. Itaque nos sumus, quos introduxit in terram bonam. Sed quare lac & mel? Quoniam infans, primum melle, tum lacte, vivificit: ita & nos, fide repromissionis & verbo in vitam confirmati, vivemus terram possidentes. Jam vero prædixit superius: *Crescant, & præsint piscibus*. Quis potest nunc

D præesse bestiis, vel piscibus, vel cæli volucribus? Scire enim debemus *præesse* potestatem designare, ut quis imperet ac dominetur. Quum igitur id nunc non contingat; profecto nobis dixit. Quando? Quum & ipsi adeo perfecti erimus, ut heredes simus testamenti Domini.

CAPUT VII.

E INtelligite ergo, filii dilecti, quia omnia bonus Dominus ostendit nobis, ut sciremus, [15] cum per omnia gratias agere debeamus. Si ergo

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

E Οὐκοῦν νοεῖτε, τέκνα εὐφροσύνης, ὅτι πάντα ὁ καλὸς Κύριος προεφανέρωσεν ἡμῖν, ἵνα γνῶμεν, ᾧ κατὰ πάντα εὐχαριστοῦντες ὀφείλομεν αἰνεῖν. εἰ οὖν ὁ υἱὸς

CAPUT VII.

E INtelligite ergo, filii dilectionis ac lætitiæ, quod bonus Dominus omnia nobis præmonstravit, ut cognosceremus, cui per omnia gratias agere ac laudes debemus offerre. Si

a Ezech. XXXVI. 11. Vide & Matth. XX. 16. *b* Exod. XXXIII. 1. *c* Ezech. XI. 19. XXXVI. 27. *d* Psal. XLI. 3. *e* Psal. XXI. 23.

1 *Vobis dicit*] Forte, *nobis fecit*. — Menardus autem integrum hunc locum corruptum reputans, sic restituit: *Rursus vobis ostendam, quomodo in novissimis temporibus fecit*: antecedentibus & intermediis omissis.

2 Σοι ἐνδείξω] MEN. pro σοὶ, leg. ὑμῖν. Al. pro ἐνδείξω, malunt ἐπιδείξω.

3 *Ecce facio*] Rectius, *faciam*. FELL. — Conjicit autem Menardus his verbis S. Barnabam respexisse vel ad *Isa.* XLIII. 18. vel ad *Jerem.* XXXIII. 7. vel denique ad *Thren.* V. 21. *Innova dies nostros sicut a principio*. Hæc enim precatio, inquit, est futurorum prædictio.

4 Εἰσέλθετε εἰς γῆν κ. τ. λ.] Eodem modo argumentatur S. Paullus *Heb.* III. 11. FELL.

5 *Incipiebat*] In textu Græco ἔμελλεν, id est *debebat*, ut supra, & alibi passim. MEN.

6 Ναὸς γὰρ ἅγιος κ. τ. λ.] Ita etiam D. Paullus I. *Cor.* III. 16. 17. VI. 19. & II. *Cor.* VI. 16. FELL.

7 Πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται] Alludit fortasse ad *Isa.* VII. 15. & I. *Pet.* II. 2. Vide sis Vossium in hunc locum, qui ex antiquorum scriptis egregie ostendit, Veteres recens natis mel & lac adhibuisse. Quin & adnotat ex Clemente Alex. ac Tertulliano morem illum veterum Christianorum, quo pueris recens baptizatis mel lacte mistum deguſtandum offerebant.

8 *Sic ut per fidem — verbo — vivificamur*] Al. juxta Græca: *Sic & per fidem — & verbo — vivificabimur*. Fellus tamen primam tantummodo emendationem admisit.

9 Προείρηκε δὲ] Προείρηκε γάρ. USSER.

10 Ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων] An Deus in pisces solos hominibus imperium dedit? non in bestias etiam & aves? Forsan igitur reponi possit, ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων καὶ τῶν πετεινῶν καὶ τῶν ἰχθύων. Ex ejusdem voculæ τῶν repetitione factum est, ut verba quæ desiderantur, prætermiserit librarius. Metaphrastes reddidit: *dominatum agentes terræ*: sed ejus Codex lectionem recepta meliorem non suppeditavit. DAV.

11 Τί οὖν] Lege Τίς οὖν. USSER. & MEN.

12 *Superesse*] Sic sup. *Faciamus hominem — & supersit bestiis terræ*. Est igitur heic *superesse* vet. Interp. *dominari*, *præesse*, *excellere*. Quo sane sensu verbum istud antiquis etiam scriptoribus Latinis interdum usurpatur.

13 *Domino*] Leg. *Dominus*. — Hanc lectionem retinuit Fellus in sua edit. Oxon.

14 Ὑμῖν] Cum aliis libris omnino scribendum ἡμῖν: sequitur enim, ὅταν καὶ αὐτοὶ τελειωθῶμεν; ideoque nullus est dubitationi locus, quin primæ personæ pronomen flagitet oratio. DAV.

15 *Cum per omnia*] Leg. *cui p. o.* juxta Græca. — Sic quoque Fellus in sua edit. Oxon.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 73.

VET. INTERPR.

Filius Dei, quum sit Dominus qui incipiet judicare vivos & mortuos, passus est ut plaga illius vivificaret nos; credamus, quia Filius non poterat pati nisi propter nos. Sed & cruci affixus, potatur aceto & felle. Audite, quemadmodum de hoc significaverint sacerdotes templi: Inscripta lege præcepti, ut si quis non jejunaret jejunium, morte moreretur, præcepit Dominus: quia ipse pro peccatis nostris incipiebat vas spiritus sui offerre hostiam; ut & figuram quæ fuerat sub Isaac qui oblatus est ad aram, consummaret. Quid * * dicit * * [5] Propheta? *Et manducent de hirco, quem oblaturi sunt ad jejunium pro omnibus peccatis.* Adtendite diligenter: *Et manducent sacerdotes soli * * intestinum non lotum, cum aceto.* Ad quid? Quoniam me, pro peccatis [7] populi mei incipientem offerre corpus meum, potabitis aceto cum felle: manducate vos soli, populo jejunante, & [8] plangite vos in cilicio & cinere. Et ut ostenderet, quia [9] ab illis debet pati, sic præcepit: * * *Sumite hircos duos [10] bonos, similes, & offerte: & accipiant sacerdotes unum, holocaustum pro peccatis, * * * alium autem in maledictionem.* Adtendite, quo modo figura Jesu ostendebatur. *Exspuite in illum, inquit, omnes, & pungite, & imponite lanam coccineam circa caput illius; & sic in [12] aram ponatur: & quum ita factum fuerit, [13] adducite, qui ferat hircum in eremum, & auferat, * * & ponat illam in*

τοῦ Θεοῦ, ὢν Κύριος, καὶ μέλλων κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἔπαθεν, ἵνα ἡ πληγὴ αὐτοῦ ζωοποιήσῃ ἡμᾶς· πιστεύσωμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἠδύνατο παθεῖν, εἰ μὴ διὰ ἡμᾶς. Ἀλλὰ καὶ σταυρωθεὶς, ἐποτίζετο ὄξει καὶ χολῇ· ἀκούσατε πῶς περὶ τούτου [1] πεφανέρωκαν οἱ ἱερεῖς τοῦ [2] λαοῦ· γεγραμμένης ἐντολῆς αὐτοῦ, ὃς ἂν μὴ νηστεύσῃ τὴν νηστείαν, θανάτῳ ἐξολοθρευθήσεται, ἐνετείλατο Κύριος· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἤμελλε [3] σκεῦος τοῦ πνεύματος προσφέρειν θυσίαν· ἵνα καὶ ὁ τύπος ὁ γενόμενος ἐπὶ Ἰσαὰκ, τοῦ προσενεχθέντος ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τελεσθῇ. [4] Τί οὖν λέγει ἐν τῷ προφήτῃ; καὶ φαγέτωσαν ἐκ τοῦ τράγου, τοῦ προσφερομένου τῇ νηστείᾳ ὑπὲρ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν. προσέχετε ἀκριβῶς· καὶ φαγέτωσαν οἱ ἱερεῖς μόνοι πάντες τὸ ἔντερον ἄπλυτον, μετὰ ὄξους· πρὸς τί; [6] ἐπειδὴ ἐμὲ, εἶδον, ὑπὲρ ἁμαρτιῶν μέλλοντα τοῦ λαοῦ τοῦ καινοῦ προσφέρειν τὴν σάρκα μου. μέλλετε ποτίζειν χολὴν μετὰ ὄξους· φάγετε ὑμεῖς μόνοι, τοῦ λαοῦ νηστεύοντος, καὶ κοπτομένου ἐπὶ σάκκῳ καὶ σποδῷ. Ἵνα δείξῃ, ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν· πῶς οὖν ἐνετείλατο; προσέχετε. λάβετε δύο τράγους καλοὺς καὶ ὁμοίους, καὶ προσενέγκατε. καὶ λαβέτω ὁ ἱερεὺς τὸν ἕνα εἰς ὁλοκαύτωμα. τὸν δὲ ἕνα τί ποιήσουσιν; ἐπικατάρατος, φησὶν, ὁ εἷς· προσέχετε πῶς ὁ τύπος τοῦ Ἰησοῦ φανεροῦται· καὶ [11] ἐκπτύσατε πάντες, καὶ κατακεντήσατε, καὶ περιθεῖτε τὸ ἔριον τὸ κόκκινον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ οὕτως εἰς ἔρημον βληθήτω. καὶ ὅταν γένηται οὕτως, ἄγει ὁ βαστάζων τὸν τράγον εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἀφαιρεῖ τὸ ἔριον, καὶ ἐπιτίθησιν ἐπὶ φρύγανον τὸ λεγόμενον

Versio COTELERII.

ergo Dei Filius, qui est Dominus & judicaturus est vivos ac mortuos, passus est ut plaga illius vivos nos redderet; credamus, non potuisse Filium Dei pati nisi propter nos. Sed & cruci affixus, aceto ac felle potabatur. Audite, quo modo de hac re sacerdotes templi ac plebis significaverint: scripto præcepto [a], ut qui jejunium non jejunaret, morte exterminaretur, præcepit Dominus: quia & ipse pro peccatis nostris vas Spiritus sui oblaturus erat in hostiam; ut & impleretur figura facta in Isaac, qui super altare fuit oblatus. Quid ergo dicit apud Prophetam? [b] *Et manducent de hirco, qui in die jejunii offertur pro omnibus peccatis.* Attendite diligenter: *Et manducent soli ac omnes sacerdotes intestinum non lotum, cum aceto.* Ad quid? Quoniam me, pro novi populi delictis oblaturum carnem meam, potaturi estis aceto cum felle: comedite vos soli, dum populus jejunat, & plangit in sacco & cinere. Ut ostenderet, quod oportet ipsum mori pro illis. Quo modo igitur præcepit? Attendite: [c] *Sumite duos hircos bonos & similes, & offerte; & accipiat sacerdos unum, in holocaustum.* De altero vero quid facient? *Maledictus*, inquit, *unus.* Attendite, quo pacto figura Jesu manifestetur. *Et conspuite illum omnes, ac lancinate; & imponite lanam coccineam circa caput ejus: & sic in desertum emittatur.* Et quum ita factum fuerit; qui portat hircum, abducit eum in eremum, & aufert ab illo lanam; quam po-

a Lev. XXIII. 29. *b* Num. XXIX. 7. 11. *c* Lev. XVI.

1 Πεφανέρωκαν] Men. leg. πεφανερώκασιν. Sicque edidit Fellus.

2 Λαοῦ] Putat Menardus legendum ναοῦ. At Fellus nil mutat. Forte leg. τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ λαοῦ cum interp. Cotel.

3 Σκεῦος τοῦ πνεύματος] *Vas spiritus*, id est, corpus. Imitatur S. Paullum I. *Thess.* IV. 4. Sic & II. *Cor.* IV. 7. In eamdem sententiam I. *Reg.* XXII. 5.

4 Τί οὖν λέγει] Verba hæc non videntur denotare voces Prophetæ alicujus, sed esse explicatio mysterii latentis in ritu legali a Mosi proposito: quod adnotasse non pigebit. FELL.

5 *Propheta*] Forte, *in Propheta*, juxta Græcum. Sic & Felli edit. Oxon.

6 Ἐπειδὴ ἐμὲ, εἶδον, ὑπὲρ κ. τ. λ.] Τὸ εἶδον videtur redundare. MEN.—Importuna vox εἶδον, quam Interpres præterit, ac Menardus expungit. Cur in textum irrepserit, operosum est conjicere. An quia lectorum non nemo, locum, illustrem judicans, nota marginali εἶδ. insigniendum putaverat, hoc est εἶδε, *vide*, *animadverte*? COT.—Legendum videtur: ἐπειδὴ ἐμὲ, εἶπεν. Sic passim loquuntur Barnabas & alii. Quapropter levem hanc mutationem facere, quam cum Menardo & Cotelerio vocem prorsus expungere, videtur præstabilius. DAV.

7 *Populi mei*] In textu Græco, λαοῦ τοῦ καινοῦ, id est *populi novi*: non ita recte; quia Christus pro universo mundo passus est. MEN.—At Græcam lectionem confirmare fortasse quis posset ex isto Apostoli loco, II. *Cor.* V. 17. Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά.

8 *Plangite vos*] Leg. *plangente*, expuncto pronomine *vos*, ut in textu Græco κοπτομένου. Nam populus illa die debebat affligere animas jejunio, in cinere & cilicio. MEN.

9 *Quia ab illis* &c.] Legebat vetus Interpres ὑπ' αὐτῶν. Vide sis Grabium in *Annot.* ad Bulli *Defens. Fid. Nic.* §. 5. pag. 45.

10 *Bonos, similes*] Lege, *bonos & similes*. In textu Græco, καλοὺς καὶ ὁμοίως: correxi ὁμοίους. Ubi nota licet *Lev.* XVI. nihil de hircorum similitudine præcipiatur, tamen apud S. Justinum Martyrem *Dial. cum Tryph.* pag. 259. edit. Paris. dicuntur τράγοι δύο ὅμοιοι, id est *hirci duo similes*: & Tertullianus *lib. contr. Judæos* cap. ult. *pares & consimiles*. Sed unde sumserunt, nisi ex hac Epistola? MEN.—Cyrillus Alex. in Glaphyris: Καλοί τε καὶ ἰσομεγέθεις ἀλλήλοις ἄμφω τε ἰσήλικες, ὁμόχροοί τε καὶ κατ' οὐδένα τρόπον παθόντες τὴν ἐμπηρίαν. Hoc est, ut vertendum fuit: *Pulcri, & ejusdem inter se magnitudinis ambo, & coævi, item ejusdem coloris, nec ulla omnino affecti membrorum læsione.* COT.

11 Ἐκπτύσατε πάντες κ. τ. λ.] Quæ heic habet Barnabas de hirco ἀποπομπαίῳ, ex Traditione desumsit: ut assolent sacri scriptores Nov. Test. Vide sis Clericum in *Art. Crit.* tom. I. pag. 176. Sed in primis consulendi Menardus & Cotelerius in hunc locum.

12 *In aram*] Vetus Interpres videtur legisse εἰς βωμόν.—Sed *in eremum* reponi debere, non tantum textus Græcus, sed etiam res ipsa satis indicat. FELL.

13 *Adducite*] Rectius, *adducit qui fert* &c. FELL.

VET. INTERPR.

stirpem quæ dicitur rubus; cujus & fructus in agris [3] *adsumus invenientes manducare:* * * * * *bujus stirpis dulces fructus inveniuntur.* Ad quid ergo hoc? Adtendite : *Unum ad aram; alium tamquam maledictum.* Et quare is qui maledictus, coronatus? Quia videbunt illum tunc in illa die, chlamydem habentem coccineam circa corpus, & dicent: Nonne hic est, quem nos crucifiximus, fastidientes, & [7] conspuentes, & compungentes? Vere hic fuit, qui tunc se dicebat esse Filium Dei. Sicut ergo similis, sic *similes hircos*, * * *& æquales*: ut quum viderint [9] unum ex illis tunc pascentem, admirentur in similitudine capri. Ergo videtis figuram ejus, qui passurus erat, Jesu. Quare & lanam in medio spinarum ponunt? Figura Jesu, Ecclesiæ posita: [12] quia qui voluerit tollere lanam coccineam, oportet illum multa pati propter spinæ nequitiam, & coartatum sic dominari [14] illius. [15] *Sic* inquit, *qui volunt me videre & attingere regnum meum, debent compressi* [16] *& multa passi accipere.*

[1] ῥαχιὴλ, οὗ καὶ τοὺς [2] βάτους εἰώθαμεν τρώγειν ἐν τῇ χώρᾳ εὑρίσκοντες· [4] οὕτως μόνης τῆς ῥαχοῦς οἱ καρποὶ γλυκεῖς εἰσι. Τί οὖν καὶ τοῦτο; προσέχετε· τὸν μὲν ἕνα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τὸν δὲ ἕνα ἐπικατάρατον. Καὶ [5] ὅτι τὸν ἐπικατάρατον ἐστεφανωμένον; [6] ἐπεὶ δὲ ὄψονται αὐτὸν, τότε τῇ ἡμέρᾳ, τὸν ποδήρη ἔχοντα τὸν κόκκινον περὶ τὴν σάρκα. καὶ ἐροῦσιν· οὐχ οὗτός ἐστιν, ὅν ποτε ἡμεῖς ἐσταυρώσαμεν ἐξουθενήσαντες, καὶ κατακεντήσαντες, καὶ ἐμπαίξαντες; ἀληθῶς οὗτος ἦν, ὁ τότε λέγων ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ εἶναι. [8] Πῶς γὰρ ὁμοίως, καὶ τοῦτον, ὁμοίους τοὺς τράγους, καλοὺς καὶ ἴσους· ἵν᾽ ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν τότε [10] ἐρχόμενον, ἐκπλαγήσονται ἐπὶ τῇ ὁμοιότητι τοῦ τράγου. Οὐκοῦν [11] ἴδε τὸν τύπον τοῦ μέλλοντος πάσχειν Ἰησοῦ. Τί δὲ, ὅτι τὸ ἔριον εἰς μέσον τῶν ἀκανθῶν τιθέασι; τύπος ἐστὶ τοῦ Ἰησοῦ, τῇ ἐκκλησίᾳ κείμενος· ἵνα ὃς ἐὰν θέλῃ τὸ ἔριον ἆραι τὸ κόκκινον, δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, διὰ τὸ εἶναι φοβερὰν τὴν ἄκανθαν, καὶ θλιβέντα [13] κυριῶσαι. οὕτω, φησὶν, οἱ θέλοντές με ἰδεῖν, καὶ ἅψασθαί μου τῆς βασιλείας, ὀφείλουσι θλιβέντες καὶ παθόντες λαβεῖν με.

Versio COTELERII.

nit super fruticem qui vocatur rubus, cujus germina in agris reperta solemus manducare: sic solius rubi fructus dulces sunt. Cur itaque & hoc? Attendite : *Unum quidem super altare; alium vero maledictum.* Et quare qui maledictus est, coronatur? Quia [a] videbunt eum illa die habentem circa corpus talarem coccineam; & dicent: Nonne hic est, quem nos aliquando despectum, compunctum ac illusum crucifiximus? Vere ille est, qui tunc se dicebat [b] esse Filium Dei. Sicut ergo similis, ita *similes hircos, bonos & æquales*: ut quum viderint eum tunc venientem, percellantur de hirci similitudine. Itaque videtis figuram ejus, qui passurus erat, Jesu. Quamobrem vero lanam in medio spinarum ponunt? Id figura est Jesu, Ecclesiæ posita; ut scilicet, qui voluerit lanam coccineam auferre, eo quod spina formidabilis sit, debeat plurima sufferre, & afflictatus potiri illius. *Sic*, inquit, *qui volunt me videre & ad regnum meum pervenire, debent per afflictiones ac tormenta possidere me.*

CAPUT VIII.

QUam autem figuram putatis esse, quia præceptum est populo Judæorum, offerre vaccam homines, in quibus peccata consummata sunt, & occisam comburere; & tollere tunc cinerem pueros, & mittere in va-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Τίνα δὲ δοκεῖτε τύπον εἶναι, ὅτι ἐντέλλεται τῷ Ἰσραὴλ, προσφέρειν δάμαλιν τοὺς ἄνδρας ἐν οἷς ἁμαρτίαι τέλειαι, καὶ σφάξαντας κατακαίειν· καὶ αἴρειν τότε τὴν σποδὸν παιδία, καὶ βάλλειν εἰς ἄγγη, καὶ [17] περιτιθέναι τὸ ἔριον

CAPUT VIII.

QUam autem figuram putatis esse, quod [c] præcipitur Israeli, ut homines consummatæ nequitiæ juvencam offerant, & eam mactatam comburant; utque tunc pueri tollant cinerem, ac in vasa mittant; postea baculo alligent lanam

[a] Zach. XII. 10. [b] Matth. XXVI. 64. XXVII. 54. Marc. XIV. 62. Luc. XXII. 70. [c] Num. XIX.

1 Ῥαχιὴλ] Locus corruptus: & legendum ῥαχὸν, pro ῥαχιὴλ, quod nusquam reperies. Ῥαχὸς est stirps spinosa. Hesychius: ῥαχοὶ &c. Et paullo post: ἔστι δὲ ἀκανθῶδες φυτὸν, ἀφ᾽ οὗ τὸ περίφραγμα. Est autem spinosa, ex qua fiunt sepes: quod mire locum Barnabæ illustrat. Et ῥάχος apud auctorem veteris etymologici est σκόλοψ ἀκανθώδης, baculus spinosus. Ῥαχίαι apud Suidam φραγμοὶ, sepes, maceriæ, quæ ex virgultis spinosis maxime fiunt. Consule Phavorinum. MEN. — Legendum ῥαχὶν. Glossæ Herodoti: ῥηχίης, φραγμοῦ, ἢ δεσμῆς τῶν φραγμῶν. Idem plane quod ῥάχος, sive ῥῆχος. VOSS. — Optima Isaaci Vossii emendatio ῥαχὶν. Atque inde, ut ex membranis regiis, emaculandus Suidas: ῥαχίαι, φραγμοὶ, ἢ δέσμαι τῶν φραγμάτων. Ἡρόδοτος. Scrib. δεσμαί. COT. — Scribo ῥαχιν: rubum profecto in rupe σὺκ צוק: quod Latine sonat *præcipitium*, dato nomine ex ritu quam severo. BERN.

2 Βάτους] Al. βλαστοὺς. — Lege τὰ βάτινα: est enim βάτινον fructus rubi ex Galeno II. *de alimentis*. MEN. — Repono καρποὺς, quomodo legit etiam vetus Interpres. DAV.

3 *Adsumus*] Lege *adsuevimus*, ut in textu Græco, εἰώθαμεν. MEN. — Sic edidit quoque Fellus.

4 Οὕτως μόνης τῆς ῥαχοῦς] Menardus, expunctis tribus primis vocibus, legebat αὐτοῦ ῥαχοῦ. At Vossius hanc emendationem respuens, legit αὐτῆς μόνης τῆς ῥάχου. Vulgatam lectionem, retinet Fellus: sed pro ῥαχοῦς, leg. ῥαχίνης.

5 Καὶ ὅτι τὸν] Lege καὶ ὃ, τὸν. Ita infra *cap.* VIII. ὅτι δὲ τὸ ἔριον ἐπὶ τὸ ξύλον. Quomodo particula ὅτι, & in hac Epistola, & apud alios auctores, sæpissime accipitur. Male itaque viri docti hæc corrigunt. VOSS.

6 Ἐπεὶ δὲ ὄψονται αὐτὸν, τότε τῇ ἡμέρᾳ] Aut fallor, aut legendum: ἐπειδὴ ὄψονται αὐτὸν, αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ. Hoc certe modo, sensus non minus quam oratio, concinnior vadit. DAV.

7 *Conspuentes*] Ἐμπτύσαντες.

8 Πῶς γὰρ ὁμοίως, καὶ τοῦτον, ὁμοίους τοὺς τράγους] Apud Fellum: ὡς γοῦν ὅμοιος, κατὰ τοῦτο ὁμοίους, vel εἰς τοῦτο. — Locus procul dubio corruptus est, egetque medicina. Cl. Cotelerius legit: ὡς ἂν ὅμοιος, κατὰ τοῦτο ὁμοίους τοὺς τράγους: nec aliter, ut opinor, Metaphrastes. Quum vero sint libri qui dant εἰς τοῦτο ὁμοίους τοὺς τράγους, minima mutatione rescripserim: πῶς γὰρ ὅμοιος; εἰς τοῦτο, ὁμοίους τοὺς τράγους &c. Γὰρ heic est transitionis nota, veluti passim apud Clem. Alex. Vide doctiss. Potterum ad *Strom.* I. pag. 354. DAV.

9 *Unum ex illis*] Magis distincte reddit Interpres, quod in Græco habetur αὐτὸν, *unum ex illis*: caper enim emissarius solus supererat, altero prius mactato. FELL.

10 Ἐρχόμενον] In Græco *venientem*, Interpres legisse videtur βοσκόμενον, *pascentem*. FELL. — Al. tamen legendum fortasse *patescentem*, conjiciunt.

11 Ἴδε τὸν] Quod in Græco contextu est ἴδε, Interpres reddidit *videtis*. Et fortasse ἴδε τὸν quod nunc obtinet, legit ἴδετε: quæ melior lectio. FELL.

12 *Quia*] Quod Interpres reddit, *quia*, in Græco est ἵνα. FELL.

13 Κυριῶσαι] Repono κυριεῦσαι: vox enim altera mihi Græca non videtur. DAV. — Citatur verbum a Lexicographis, sed sine exemplo. CLER. — Fellus quoque, rejecto κυριῶσαι, restituit κυριεῦσαι.


14 *Dominari illius*] In textu Græco, post κυριῶσαι deest αὐτοῦ, nempe ἐρίου. *Dominari illius* (lanæ,) id est, habere illam in potestate, quum nimirum de spinis sublata fuerit. MEN.

15 *Sic*, inquit, &c.] Hoc sæpius ingeminat Dominus noster *Matth.* VII. 13. X. 38. XVI. 24. Per multas tribulationes introitum in regnum cælorum obtinendum docet Barnabas cum D. Paullo *Act.* XIV. 22. FELL.

16 *Et multa passi accipere*] Lege, *& multa patientes accipere me*, ut in textu Græco. MEN.

17 Περιτιθέναι κ. τ. λ.] In textu Græco deest τῷ ξύλῳ, quod habet vetus Interpres. MEN.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 73.



Vet. Interpr.

ſa fictilia, & ſuſpendere in ligno lanam coccineam & hyſſopum, & ſic ſpargere pueros circa ſingulas turbas populi, ut ſanctificentur a peccatis? Videte ergo, quo modo in ſimilitudine dicat nobis. Vacca * * erat Jeſus: qui offerebant, homines peccatores, hi qui obtulerunt eum ad victimam. * * * * * * * * * * * * * Qui ſparſerunt pueri, hi erant qui nuntiaverunt nobis remiſſionem peccatorum, & caſtitatem præcordii noſtri, quibus dedit Evangelii poteſtatem; qui ſunt duodecim, teſtimonium tribuum; quia duodecim ſunt tribus [5] Judæorum. * * * * * * * * * * * * * * * * * * * Quare ergo & lana in ligno eſt? * * * * * * * [7] Quia qui crediderit in illum, vivet in perpetuum. Quare in unum lanam & hyſſopum? Quia in regno illius dies erunt nequiſſimi, & ſordidi, [9] quibus nos ſanabimur. * * * * * * * * * * * * * * * Et propter hoc dum ſic fiunt; nobis * * lucida, illis autem obſcura; quia non audierunt vocem Domini.

τὸ κόκκινον, καὶ τὸν ὕσσωπον, καὶ οὕτω ῥαντίζειν τὰ παιδία καθ' ἕνα, τὸν λαὸν, ἵνα ἀγνίζωνται [1] ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν; νοεῖτε, πῶς [2] ἁπλότητι λέγει ὑμῖν. Ὁ μόσχος οὗτός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς· οἱ προσφέροντες, ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ, οἱ προσενέγκαντες αὐτὸν ἐπὶ σφαγήν· [3] εἶτα οὐκέτι ἄνδρες, οὐκέτι ἁμαρτωλῶν ἡ δόξα. Οἱ δὲ ῥαντίζοντες παῖδες, εὐαγγελιζόμενοι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τὸν ἁγνισμὸν τῆς καρδίας, οἷς ἔδωκε τοῦ Εὐαγγελίου τὴν ἐξουσίαν (οὖσι [4] δεκαδύο, εἰς μαρτύριον τῶν φυλῶν. ὅτι δεκαδύο αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ) εἰς τὸ κηρύσσειν. Διὰ τί δὲ τρεῖς παῖδες οἱ ῥαντίζοντες; εἰς μαρτύριον Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· ὅτι οὗτοι μεγάλοι τῷ Θεῷ. [6] Ὅτι δὲ τὸ ἔριον ἐπὶ τὸ ξύλον; ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τῷ ξύλῳ· διότι οἱ ἐλπίζοντες [8] εἰς αὐτὸν, ζήσονται εἰς τὸν αἰῶνα. Διὰ τί δὲ ἅμα τὸ ἔριον καὶ τὸν ὕσσωπον; ὅτι ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἡμέραι ἔσονται πονηραὶ καὶ ῥυπαραὶ, ἐν αἷς ἡμεῖς σωθησόμεθα· ὅτι καὶ [10] ἀλγῶν τὴν σάρκα διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται. Καὶ διὰ τοῦτο οὕτω γενόμενα, ἡμῖν μέν ἐστι φανερὰ, ἐκείνοις δὲ σκοτεινά· ὅτι οὐκ ἤκουσαν φωνῆς τοῦ Κυρίου.

Verſio Cotelerii.

coccineam cum hyſſopo; & ſic populum ſingillatim pueri aſpergant, ut a peccatis purgetur? Aſpicite quo modo in ſimplicitate nobis loquatur. Vitulus iſte, Jeſus eſt: homines nequam qui offerunt, ſunt ii qui Dominum ad necem obtulerunt: ſed nunc non amplius viri; nulla amplius peccantium gloria. Jam vero pueri aſpergentes, ſunt qui fauſte nuntiaverunt nobis remiſſionem peccatorum; & purificationem cordis, quibus dedit Evangelii prædicandi poteſtatem; quique ſunt duodecim, in tribuum teſtimonium, quia apud Iſraelitas duodecim erant tribus. At cur tres pueri aſpergentes? Nempe, in teſtimonium Abrahami, & Iſaaci & Jacobi; quod ii magni fuerint coram Deo. Cur vero lana in ligno, ſeu baculo? Quia regnum Jeſu in ligno exſiſtit: ideo qui in illum ſperant, vivent in æternum. Quare autem ſimul lanam & hyſſopum? Quoniam in regno illius erunt dies mali ac ſordidi, in quibus nos ſervabimur: quandoquidem qui corpore ægrotat, a ſordibus per hyſſopum curatur. Et propter hoc, quæ ita ſe habent, nobis quidem manifeſta ſunt; Judæis autem obſcura, quia non audierunt vocem Domini.

CAPUT IX.

Dicit autem * * de auribus, quo modo circumcidat aures præcordii noſtri. Dixit * * per Prophetam: *Auditu auris exaudivit me*. Et iterum dicit: *Auditione audient, qui longe ſunt; & quæ* [12] *faciet, ſcient.* * * *Circumcidite*, dicit Dominus, [13] *aures veſtras*. Et iterum dicit: *Audi Iſrael, quia hæc dicit Dominus Deus tuus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Λέγει γὰρ πάλιν περὶ τῶν ὠτίων, πῶς περιέτεμεν ἡμῶν, καὶ τὴν καρδίαν. Λέγει ὁ Κύριος ἐν τῷ προφήτῃ· εἰς ἀκοὴν ὠτίου [11] ὑπήκουσάν μου. Καὶ πάλιν λέγει· ἀκοῇ ἀκούσονται οἱ πόρρωθεν, ἃ ἐποίησα γνώσονται. Καὶ, περιτμήθητε, λέγει Κύριος, τὰς καρδίας ὑμῶν. Καὶ πάλιν λέγει· ἄκουε Ἰσραὴλ, ὅτι τάδε λέγει ὁ Κύριος ὁ Θεός σου.

CAPUT IX.

Dicit enim iterum de auribus, quo modo noſtras aures & cor circumciderit. Ait Dominus apud Prophetam: [a] *In auditu auris obedivit mihi*. Et iterum dicit: [b] *Auditu audient qui longe ſunt; quæ feci, ſcient*. Et: [c] *Circumcidite corda veſtra, ait Dominus*. Et rurſus ait: [d] *Audi Iſrael, hæc dicit Dominus Deus tuus*. Iterumque Spiritus Domini prophetat: [e] *Quis eſt qui vult*

a Pſal. xvii. 45. *b* Iſa. xxxiii. 13. *c* Jer. iv. 4. *d* Jer. vii. 2. *e* Pſal. xxxiii. 12. 13.

1 Ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν] Lege ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, ut poſtulat linguæ Græcæ ratio. Dav.

2 Ἁπλότητι] Male. Leg. ἐν ὁμοιότητι, *in ſimilitudine*, ut habet vetus Interpres. Men. — Fortaſſe apud veterem Interpretem legendum *in ſimplitudine*, ut Græco reſpondeat, ἁπλότητι. Fell.

3 Εἶτα οὐκέτι ἄνδρες, οὐκέτι ἁμαρτωλῶν ἡ δόξα] Puto legendum: εἶτα οὐκέτι ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ, οὐκέτι ἁμαρτιῶν ἡ δόξα: id eſt, *deinde non amplius homines peccatores, nulla amplius peccatorum opinio*. Quæ nihil aliud ſibi volunt, quam quod Chriſti paſſione peccatum deletum ſit. Hæc autem in interpretatione latina non exſtant. Men. — Eſt præterea in Græcis: *Sed nunc non amplius viri, nulla amplius peccantium gloria*. Quæ verba ſunt fortaſſe interpretamentum ſententiæ illius quæ præceſſit, *ſpargere pueros circa ſingulas turbas populi, ut ſanctificentur a peccatis*; & tunc obtinebit lectio codicis Uſſeriani: εἶτα οὐκέτι ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ, οὐκέτι ἁμαρτωλῶν ἡ δόξα. Poſt conſperſionem viri iſti non amplius ſunt peccatores, nec pro peccatoribus habentur. Fell. — Hæ voces, εἶτα κ. τ. λ. importunæ ſunt, & loci ſenſum perturbant. Quapropter eas, præſertim quum a Metaphraſte non ſint agnitæ, delendas cenſeo. Dav.

4 Οὖσι δεκαδύο, εἰς μαρτύριον τῶν φυλῶν] Δωδεκάφυλον Apoſtolorum numerum deſignaſſe, res eſt notiſſima. Fell. — Εἰς μαρτύριον τῶν φυλῶν. Pſalm. cxxi. 4. Ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν αἱ φυλαὶ, αἱ φυλαὶ Κυρίου, μαρτύριον τῷ Ἰσραήλ.

5 *Judæorum*] Rectius, *Iſraelitarum*. Fell.

6 Ὅτι δέ] Legendum διὰ τί δέ. Men. — Aliter Voſſius, quem conſule *Cap.* præced. pag. 123. not. 5.

7 *Quia qui*] Lege, *quare qui*, ut in textu Græco. Men.

8 Εἰς αὐτόν] Al. ἐπ' αὐτόν.

9 *Quibus nos ſanabimur*] Lege, *in quibus*. In textu Græco additur ἡμέραις: Sed leg. ἡμεῖς, id eſt *nos*. *Sanabimur*. Forte *ſalvabimur*. Men.

10 Ἀλγῶν τὴν σάρκα διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται] Lege τοῦ ῥύπους τῷ ὑσσώπῳ: id eſt, quia is qui carne ſordidatur, hyſſopo ſanatur; nempe in lege Moyſis, quæ erat tantum ad emundationem carnis. Men. — Modica trajectione ſanandus eſt locus hunc in modum: ἀλγῶν τὴν σάρκα, τοῦ ῥύπου διὰ τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται. *Qui corpore ægrotat, a ſordibus per hyſſopum curatur*. Aut reſcribendum: ἀλγῶν τὴν σάρκα διὰ τοῦ ῥύπου, τῷ ὑσσώπῳ ἰᾶται. *Qui corpore ægrotat ex ſordibus, hyſſopo curatur*. Commentarii loco erunt iſta Origenis, *hom. VIII. in Levit.* de hyſſopo: *Hoc genus herbæ naturam habere medici ferunt, ut diluat & expurget ſi quæ illæ pectori hominum ſordes ex corruptione noxii humoris inſederint*. Cot.

11 Ὑπήκουσάν μου] Al. ὑπήκουσέ μου. Sic edidit Fellus.

12 *Et quæ faciet*] Leg. *& quæ feci*.

13 *Aures veſtras*] In textu Græco, *corda veſtra*. Male: nam omnes qui ſequuntur loci, ſpectant ad aurium, non ad cordis circumciſionem. Men.

VET. INTERPR.

A Et iterum Spiritus Domini prophetat : [1] *Quia qui vult vivere in perpetuum ? Auditione audiat vocem pueri mei* . Et iterum dicit : *Audi cælum , & percipe auribus terra , quia Dominus locutus est* . * * * * Et iterum dicit : *Audite verbum Domini , principes populi hujus* . Et iterum dicit : *Audite* * * *vocem clamantis in eremo* . Ergo [3] circumcidite aures nostras , B ut audito verbo credamus . * * * * * * * * Circumcisionem autem dixit , non corporis * * : sed [5] præterierunt ; quia Angelus nequam docebat illos . * * *Hæc dicit Dominus Deus vester : Heic invenio novam legem* . [9] *Væ illis , qui seminant in spinis . Circumcidite vos Domino vestro* . * * * Hoc est , C * * audite Dominum vestrum ; & *circumcidite nequitiam de præcordiis vestris* . * * Dixit autem iterum : *Ecce dicit Dominus : Omnes nationes sine circumcisione corporis sunt* * * * * * : *hic autem populus sine circumcisione cordis est* . Sed * * etiam circumcisus est populus in signum : sed & * [11] Judæus , & Arabs , & omnes sacerdotes idolorum , & Ægyptii . Ergo & hi D de testamento sunt * * * * * * * * quos dicit filios Abrahæ de omnibus gentibus : quia Abraham primus circumcisionem dedit , in Spiritu , quod prospiciebat in Jesum . Circumcidit * * * * * * * * * * * * * * * * de domo sua homines trecentos octodecim . * * * * * * * * * * * * * quia [15] primatum trecenti sunt ; E & distinctione facta , dicit *decem & octo* : habes in duabus litteris JESUM . In quibus incipiebat habere donum , tunc dicit, *& trecentos*. * * habes in una littera , T , crucem. [17] Sci-

A Καὶ πάλιν τὸ πνεῦμα Κυρίου προφητεύει· τίς ἐστι ὁ θέλων ζῆσαι εἰς τὸν αἰῶνα ; ἀκοῇ ἀκουσάτω τῆς φωνῆς τοῦ παιδός μου . Καὶ πάλιν λέγει· ἄκουε ὀυρανὲ , καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ , ὅτι [2] ὁ Θεὸς ἐλάλησε . ταῦτα εἰς μαρτύριον . Καὶ πάλιν λέγει· ἀκούσατε λόγον Κυρίου ἄρχοντες τοῦ λαοῦ τούτου . Καὶ πάλιν λέγει· ἀκούετε , τέκνα , τῆς φωνῆς βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ . B Οὐκοῦν περιέτεμεν ἡμῶν τὰς ἀκοὰς , ἵνα ἀκούσαντες λόγον [4] πιςεύωμεν· ἡ γὰρ περιτομὴ , ἐφ᾽ ᾗ πεποίθασι , κατήργηται . περιτομὴν γὰρ εἴρηκεν , οὐ σαρκὸς γενηθῆναι· ἀλλὰ παρέβησαν , ὅτι ἄγγελος πονηρὸς [6] ἐσόφισεν αὐτούς . Λέγει πρὸς αὐτούς· τὰ δὲ λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν , ὧδε [7] εὑρίσκω ἐντολὴν [8] μὴ σπείρητε ἐπ᾽ ἀκάνθαις· περιτμήθητε δὲ τῷ Κυρίῳ ὑμῶν . Καὶ τί λέγει ; C περιτμήθητε τὸ σκληρὸν τῆς καρδίας ὑμῶν , καὶ τὸν τράχηλον ὑμῶν οὐ μὴ [10] σκληρύνετε . Καὶ πάλιν· ἰδοὺ λέγει ὁ Κύριος· πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα , ἀκρόβυστα· ὁ δὲ λαὸς οὗτος ἀπερίτμητος καρδίᾳ . Ἀλλ᾽ ἐρεῖς· καὶ μὴν περιτέμνεται ὁ λαὸς εἰς σφραγῖδα . ἀλλὰ καὶ πᾶς Σύρος , καὶ Ἄραψ , καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς τῶν εἰδώλων . ἆρα οὖν κἀκεῖνοι ἐκ τῶν διαθηκῶν αὐτοῦ εἰσιν ; D ἀλλὰ [12] καὶ Αἰγύπτιοι ἐν περιτομῇ εἰσι . Μάθετε οὖν , τέκνα , περὶ πάντων πλουσίως , ὅτι Ἀβραὰμ , ὁ πρῶτος περιτομὴν δοὺς , ἐν πνεύματι , προβλέψας εἰς [13] τὸν υἱὸν , περιέτεμε , λαβὼν τριῶν γραμμάτων δόγματα· λέγει γάρ· καὶ περιέτεμεν Ἀβραὰμ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἄνδρας δέκα καὶ ὀκτὼ καὶ τριακοσίους . Τίς οὖν ἡ δοθεῖσα [14] τούτῳ γνῶσις ; μάθετε τοὺς δεκαοκτὼ πρώ- E τους , εἶτα τοὺς τριακοσίους· τὸ [16] δὲ δέκα καὶ ὀκτὼ , Ι , δέκα , Η , ὀκτώ· ἔχεις ΙΗΣΟΥΝ . ὅτι δὲ σταυρὸς ἐν τῷ , Τ , ἔμελλεν ἔχειν τὴν χάριν , λέγει , καὶ τοὺς τριακοσίους . Δηλοῖ οὖν τὸν μὲν ΙΗΣΟΥΝ ἐν τοῖς δυσὶ γράμμασι , καὶ ἐν ἑνὶ τὸν σταυρόν .

Versio COTELERII .

A *vivere in perpetuum? Auditione audiat vocem Filii mei*. Et iterum dicit : [a] *Audi cælum , & auribus percipe terra ; quia Dominus locutus est* . Hæc in testimonium . Rursusque ait : [b] *Audite verbum Domini, principes populi hujus* . Et adhuc : [c] *Audite, filii, vocem clamantem in deserto*. Ergo circumcidit aures nostras ; ut audito verbo , credamus. B Circumcisio enim in qua confidebant , irrita facta est. Præcepit enim circumcisionem , non carnis : illi autem transgressi sunt ; quia malus Angelus decepit illos . Ait ad eos : [d] *Hæc dicit Dominus Deus vester: heic inveniam novam legem : nolite serere super spinas . Circumcidimini Domino vestro* . Et quid dicit? [e] *Circumcidite duritiam cordis vestri , & cervicem vestram ne induretis* . Atque iterum : [f] *Ecce, di-* C *cit Dominus : Omnes gentes incircumcisæ sunt, ac præputium habent: iste vero populus corde est incircumcisus* . At inquies : Et vero ille populus in signum circumciditur. Verum & circumciduntur Syri omnes, ac Arabes , ac omnes sacerdotes idolorum. Hinc ergo pertinent quoque ad Domini testamentum? Sed & Ægyptii circumcisionem usur- D pant. Discite igitur, filii, de omnibus abunde. Abrahamus qui primus dedit circumcisionem , in spiritu prospiciens in Filium, circumcidit, accepto trium litterarum documento : narrat enim Scriptura , [g] quod Abrahamus viros e domo sua decem & octo & trecentos circumcidit . Quæ ergo illi in hoc data est cognitio ? Discite : Primo , *decem & octo* ; dein , *trecentos*: decem autem & octo exprimuntur per I, de- E cem ; H , octo : habes initium nominis ΙΗΣΟΥΣ: quia vero crux in figura litteræ T , *quæ designat numerum CCC*, habitura erat gratiam; ideo ait, *& trecentos* . Ostendit itaque Jesum , in duabus litteris ; & crucem , in tertia. Scit hoc, qui

a Isa.I.2. *b* Isa.I.10. *c* Isa.XL.3. *d* Jer.IV.3.4. *e* Jer.VII.26. *f* Jer.IX.25.26. *g* Gen.XVII.27.XIV.14.

1 *Quia*] Rectius, *quis est*. FELL.

2 Ὁ Θεὸς ἐλάλησε . ταῦτα εἰς μαρτύριον] Al. Κύριος . — Lege ἐλάλησε ταῦτα εἰς μαρτύριον , deleta plane distinctione . DAV. — Præiverat Fellus , cujus editio ita sane se habet : at pro Θεὸς exhibet Κύριος .

3 *Circumcidite*] Leg. *circumcidit* . Hanc quidem lectionem sequitur Fellus in textu , licet in nota lectionem *circumcidite* retinendam præcipiat . Verum id vitio typothetæ vertendum .

4 Πιςεύωμεν] Al. πιςεύσωμεν .

5 *Præterierunt*] Id est , prævaricati sunt , transgressi sunt . Et *Psalm.* CXLVIII. 6. *Præceptum posuit , & non præteribit* . MEN. — Apud Fellum , *prætereunt* . Typothetæ mendum .

6 Ἐσόφισεν] Al. ἐσόφιζεν . Fellus , rejecta veteris Interpretis lectione *docebat* , restituit *decepit* .

7 Εὑρίσκω ἐντολὴν] Græca corrupta sunt , sed lege : εὑρίσκω ἐντολὴν νέαν . MEN. — Fellus sic : εὑρίσκω νέαν ἐντολήν . Al. tamen mallent , ὁρίσω .

8 Μὴ σπείρητε ἐπ᾽ ἀκάνθαις] Hæc corrupta sunt . Lege ut apud Hieremiam : Καὶ μὴ σπείρετε ἐπ᾽ ἀκάνθαις . Id est : *Et non seminate in spinis* . MEN.

9 *Væ illis qui seminant*] Rectius , *nolite serere* . FELL. — Qui ea quæ mox sequuntur , ita supplet : *Et quid* hoc est *quod dicit* , audite &c.

10 Σκληρύνετε] Al. σκληρύνητε .

11 *Judæus*] Forte *Idumæus* , vel *Syrus* . — Hinc Felli edit. Oxon. rejecta vulgata lectione , exhibet *Idumæus* .

12 Ἀλλὰ καὶ Αἰγύπτιοι] Male hæc vocabula transferuntur . MEN.

13 Εἰς τὸν υἱόν] Interpres non υἱὸν legit , sed Ἰησοῦν ; & scriptoris scopus id poscere videtur . FELL. — Itaque cum Metaphraste legendum εἰς τὸν Ἰησοῦν . Librarii confuderunt etiam hæc verba *Cap.* XII. DAV.

14 Τούτῳ] Al. αὐτῷ .

15 *Quia primatum* &c.] Lege cum Fello , *primo octodecim, tum trecenti sunt* . Vel cum al. *quia primi octodecim, tum* &c.


16 Τὸ δὲ δέκα καὶ ὀκτώ] Legas velim & interpungas : τῷ δὲ δέκα καὶ ὀκτὼ (ἰῶτα δέκα , ἦτα ὀκτὼ) ἔχεις Ἰησοῦν . Forte tamen , ut id quod suspicor dicam ; ἰῶτα δέκα , ἦτα ὀκτὼ pro glossemate sunt habenda . Cur enim Barnabas id notaret , quod neminem Græce peritum tunc fugit , sed lippis & tonsoribus erat notum ? DAV.

17 *Scitote quia*] Forte : *Scit hoc qui* . Sic quidem edidit Fellus .

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 73.

VET. INTERPR. A

tote quia naturale donum doctrinæ suæ posuit in nobis. Nemo artius didicit a me verbum: sed scio, quia digni estis.



CAPUT X.

QUare autem Moyses dicit: *Non manducabis porcinam, nec aquilam, nec accipitrem, nec corvum, nec omnem piscem, qui non habet in se squamam?* B Tres accepit Moyses [3] in conscientia sua constitutiones. Ad summa dicit illis in secunda lege: *Et disponam ad populum hunc æquitates meas.* Ergo non est mandatum Dei, ne manducent: sed Moyses in [4] figura locutus est illis. [5] Porcinæ ergo ad hoc dixit: Non eris conjunctus hominibus talibus, * * * * * qui quum luxuriant, obliviscun- C tur Dominum suum. * * * * * * Porcus enim quum manducat, Dominum non novit: quum esurit, tunc clamat; & quum accepit iterum, tacet. *Nec manducabis*, inquit, *aquilam, aut accipitrem*, * * *aut corvum.* Hoc dicit: non adjunges te nec similabis talibus hominibus, qui nesciunt per laborem & sudorem sibi acquirere escam; sed rapiunt D [8] alienam, per suam iniquitatem; & observant, quasi in simplicitate ambulantes, [10] quem dispolient. Sic aves istæ solæ sibi non acquirentes escam, sed pigræ sedentes, quærunt quo modo alienas carnes devorent; quum sint pestilentiosæ per suam nequitiam. *Non manducabis*, inquit, *murænam, nec polypum, nec sepiam.* Non, inquit, simi- E labis adhærens talibus hominibus, qui in perpetuo impii, & judicati jam [12] mortui sunt. Hi enim pisces soli maledicti sunt, * * * * * * non natantes, sicut reliqui, sed in ima altitudinis terra inhabitant. *Sed nec leporem manducabis.* Ut quid

A

Οἶδεν, ὁ τὴν ἔμφυτον δωρεὰν τῆς διδαχῆς αὐτῦ θέμενος ἐν ἡμῖν. ὐδεὶς [1] γνησιώτερον ἔμαθεν ἀπ' ἐμῦ λόγον· ἀλλὰ οἶδα, ὅτι ἄξιοί ἐστε ὑμεῖς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

ΟΤι δὲ Μωσῆς εἴρηκεν· [2] Οὐ φάγεσθε χοῖρον, ὐδὲ ἀετὸν, ὐδὲ ὀξύπτερον, ὐδὲ κόρακα, ὐδὲ πάντα ἰχθὺν, ὃς ὐκ ἔχει λεπίδα B ἐν αὐτῷ; τρία ἔλαβεν ἐν τῇ συνέσει δόγματα. Πέρας γέ τοι λέγει αὐτοῖς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· Καὶ διαθήσομαι πρὸς τὸν λαὸν τῦτον τὰ δικαιώματά μου. Ἆρα ὐκ ἔστιν ἐντολὴ Θεῦ, τὸ μὴ τρώγειν· Μωσῆς δὲ ἐν πνεύματι ἐλάλησεν. Τὸ οὖν χοῖρον πρὸς τῦτο εἴρηκεν· οὐ μὴ κολληθήσῃ, φησὶν, ἀνθρώποις τοιύτοις, οἵτινες ὅμοιοί εἰσι χοίροις. ὅταν γὰρ σπαταλῶσιν, ἐπιλανθά- C νονται τῦ Κυρίυ ἑαυτῶν· ὅταν δὲ ὑστερηθῶσιν, ἐπιγινώσκυσι τὸν Κύριον. Καὶ ὁ χοῖρος ὅταν τρώγῃ, ὐκ οἶδε τὸν κύριον· ὅταν δὲ πεινάζῃ, κραυγάζει· [6] καὶ λαβὼν πάλιν, σιωπᾷ. Οὐδὲ μὴ φάγῃς, φησὶ, τὸν ἀετὸν, ὐδὲ τὸν ὀξύπτερον, ὐδὲ τὸν ἰκτῖνα, ὐδὲ τὸν κόρακα. ὐ μὴ, φησὶ, [7] κολληθήσῃ ἀνθρώποις τοιύτοις, οἵτινες ὐκ οἴδασι διὰ κόπυ καὶ ἱδρῶτος πορίζειν ἑαυτοῖς τὴν D τροφήν· ἀλλὰ ἁρπάζυσι τὰ ἀλλότρια ἐν ἀνομίᾳ αὐτῶν, καὶ [9] ἐπιτηρῦσιν, ὡς ἐν ἀκεραιοσύνῃ περιπατῦντες· καὶ καθήμενα ἀργὰ ταῦτα, ἐκζητεῖ, πῶς ἀλλοτρίας σάρκας καταφάγῃ, ὄντα λοιμὰ τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν. Καὶ οὐ μὴ φάγῃς, φησὶ, σμύραιναν, ὐδὲ πολύποδα, ὐδὲ σηπίαν. ὐ μὴ, φησὶν, ὁμοιωθήσῃ κολλώμενος ἀνθρώποις τοιύτοις, οἵτινες εἰς τέλος εἰσὶν ἀσε- E βεῖς, καὶ [11] κεκριμένοι τῷ θανάτῳ· ὡς καὶ ταῦτα τὰ ἰχθύδια, μόνα ἐπικατάρατα, ἐν τῷ βυθῷ νήχεται, μὴ κολυμβῶντα, ὡς τὰ λοιπὰ, ἀλλὰ ἐν τῇ γῇ κατὰ τοῦ βυθοῦ κατοικεῖ. Ἀλλὰ [13] καὶ τὸν δασύποδα οὐ φάγῃ, φησίν. πρὸς τί; ὐ μὴ γένῃ παιδοφθόρος, ὐδὲ ὁμοιωθήσῃ

A *Versio* COTELERII.

insitum donum doctrinæ suæ posuit in nobis. Nemo magis germanum a me accepit sermonem: sed scio vos dignos esse.

CAPUT X.

QUare autem Moses dixit: [a] *Non manducabitis suem, neque aquilam, neque accipitrem, neque corvum, nec ullum piscem* B *qui non habeat squamam?* Tria dogmata in intellectu comprehendit. Denique ait illis in Deuteronomio: [b] *Et disponam ad populum hunc justificationes meas.* Itaque mandatum Dei non est, ne manducent; sed Moyses in spiritu locutus est. Quapropter sic *suem* ait, quasi diceret: *Non adhærebis hominibus talibus, qui similes sunt porcis.* Nam quum in deliciis vi- C vunt, Domini sui obliviscuntur: quum autem destituuntur necessariis, Dominum agnoscunt. Et quidem porcus quando comedit, dominum non novit: quando autem esurit, clamat; & accepta iterum esca, tacet. *Nec manducabis*, inquit, *aquilam, neque accipitrem, neque milvum, neque corvum.* Hoc est, non adhærebis neque assimilaberis iis hominibus, qui ne- D sciunt sibi labore ac sudore parare victum, sed aliena rapiunt inique; & quum videantur in simplicitate ambulare, tamen aliis insidiantur: hæ siquidem aves, dum otiosæ sedent, quærunt quo modo alienas carnes devorent; suntque in malitia sua pestiferæ. *Nec manducabis*, inquit, *murænam, neque polypum, neque sepiam.* Non, inquit, adhærebis E nec similis eris hujusmodi hominibus, qui in perpetuum impii sunt, & ad mortem sunt adjudicati: quemadmodum isti pisciculi, soli maledicti, in profundo volutantur; nec ut reliqui pisces natant, sed in terra quæ in profundo maris est, degunt. Ad hæc: *Leporem*, inquit, *non comedes.* Quam-

a Lev. XI. Deut. XIV. *b* Deut. IV.

1 Γνησιώτερον] Id est, magis proprie, familiarius. Hesychius: *γνήσιος, ἴδιος, οἰκεῖος: proprius, familiaris*. MEN. — Γνησιώτερον per *artius* (seu potius *arctius*) reddit Interpres, si exemplaribus fides: crediderim *aptius*, olim scriptum. FELL.

2 Οὐ φάγεσθε κ. τ. λ.] Hæc recitat Clemens Alex. Στρωμ. lib. II. cap. XV. pag. 464.

3 *In conscientia*] Legit Interpres, ἐν συνειδήσει. FELL.

4 *In figura*] Rectius, *in spiritu*, juxta Græcum. FELL. — Ex hoc capite Barnabæ, & a mensa promiscua sancto Petro cælitus olim adposita, facinus suum allegorizandi defendit Adamantius *homil.* VII. *in Levit.* BERN.

5 *Porcinæ*] Leg. *Porcinam*. Sic quoque Fellus in edit. Oxon.

6 Καὶ λαβὼν πάλιν, σιωπᾷ] Cl. Potterus in notis ad Clementem Alex. l. c. Malim, inquit, sic distinguere: καὶ λαβὼν, πάλιν σιωπᾷ: *& accepta esca, iterum tacet* — Scribendum puto λαβὼν πάλιν, πάλιν σιωπᾷ. Repetita vox, ut fit, videtur excidisse. DAV.

7 Κολληθήσῃ] Adde ὐδὲ ὁμοιωθήσῃ, ex vet. Interprete & Clemente Alex. COT.

8 *Alienam*] Al. mallent *aliena*, ut in textu Græco. Fellus vulgatam retinet lectionem.

9 Ἐπιτηρῦσιν, ὡς ἐν ἀκεραιοσύνῃ κ. τ. λ.] Libenter rescripserim: ἐπιτηρῦσι τὰς ἐν ἀκεραιοσύνῃ περιπατῦντας· καὶ γὰρ καθήμενα ἀργὰ ταῦτα. Vide Theophilum Antioch. *lib.* II. *pag.* 110. DAV.

10 *Quem dispolient — non acquirentes escam*] Hæc desunt in textu Græco, sed restituenda hoc modo: ἐάν τινα συλῶσι· ὕτω ταῦτα τὰ πετεινὰ μόνα ὐκ ἑαυτοῖς πορίζοντα τροφήν. MEN. — Paullo aliter Fellus: ἐὰν συλῶσιν· ὕτως ταῦτα τὰ ὄρνεα μόνα ὐ πορίζοντα ἑαυτοῖς τὴν τροφήν.

11 Καὶ κεκριμένοι τῷ θανάτῳ] In quibusdam codicibus erat, κεκρυμένοι: sed melior est lectio quam dedimus, eamque vetus etiam confirmat Interpres. VOSS.

12 *Mortui*] Forte *morti*, ex Græcis.

13 Ἀλλὰ καὶ τὸν δασύποδα κ. τ. λ.] Hæc & sequentia delibasse videtur Clemens Alex. *Pædag.* lib. II. cap. X. licet Barnabæ nomen reticeat.

VET. INTERPR.

dicit? Non eris, inquit, corruptor puerorum, nec similabis talibus. Quia lepus singulis annis facit ad adsellandum singula foramina; & quotquot annis vivit, totidem foramina facit. *Sed nec* [2] *belluam*, inquit, *manducabis :* Hoc est, non eris mœchus, aut adulter, nec corruptor, nec similabis talibus. * * * * Quia hæc bestia alternis annis mutat naturam, & fit modo masculus, modo femina. Sed & quod dicit : *Mustelam odibis :* Non eris, inquit, talis, [5] qui audit iniquitatem, & loquitur immunditiam : Non, inquit, adhærebis immundis, [7] qui faciunt iniquitatem ore suo. * * * * * * * De escis ergo Moyses, acceptis tribus constitutionibus, in spiritu sic locutus est : illi autem secundum concupiscentiam corporis, tamquam de escis diceret, sic perceperunt. [8] Accepit autem earum trium constitutionum scientiam David, & * * dicit : *Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum :* sicut pisces eunt in [9] tenebras, * * * * *. Nec in via peccatorum stetit :* sicut qui videntur timere, * * & exerrant tamquam porcus. *Nec in pestilentiæ cathedra sedit :* sicut aves quæ sedent ad rapinam. Habetis [13] consummatim de escis. Sed dicit Moyses : *Manducabitis omne quod * * * * ruminat :* hoc

A

τοῖς τοιούτοις. ὅτι ὁ λαγωὸς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τὴν [1] ἀφόδευσιν· ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρύπας. Ἀλλὰ οὐδὲ τὴν ὕαιναν φάγῃ. οὐ μὴ, φησὶ, γένῃ μοιχὸς, οὐδὲ [3] φθορεὺς, οὐδὲ ὁμοιωθήσῃ τοῖς τοιούτοις. πρὸς τί; τοῦτο [4] γὰρ τὸ ζῶον παρ' ἐνιαυτὸν
A Moyses, quia fecerunt sibi iterum conflatile: & projecit de manibus tabulas, & confractæ sunt * * * * * . Moyses * * accepit; sed illi non fuerunt digni. Quo modo acceperimus nos, discite: * * * * * * * * * * * * * * * cui [3] nos in hereditatem, B propter nos omnia sustinens apparuit, ut illi consummati sint in peccatis, & nos per illum hereditatem testamenti [Domini [5] nostri Jesu Christi] accipiamus. [6] Et iterum Propheta dicit: *Posui te in lucem nationum, ut* [7] *sit sanctitas tua usque in novissimum terræ, sicut dicit Dominus, qui te liberavit Deus*: qui in hoc paratus est, ut [9] C adventum ipsius præcordia nostra quæ jam absumta erant a morte & tradita iniquitati * *, liberaret a tenebris, & testaretur in nobis testamentum [10] servorum suorum. Scriptum est enim, quo modo illi Pater mandaverit, ut liberaret nos a tenebris, & pararet sibi populum sanctum. D Dicit ergo Propheta sic: *Ego Dominus Deus tuus, vocavi te in æquitate: tenebo manum tuam & fortem te faciam: dedi te in testimonium* [11] *gentibus, & in lumen nationum; ut aperias oculos cæcorum, & educas de vinculis alligatos,* * * * * * . Scitote ergo, unde liberati sumus. Iterum Propheta dicit: E *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me; bene nuntiare* [13] *hominibus misit me, curare contribulatos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, & vocare annum Domini acceptabilem,* * * * * * * * * * * * * .

A Μωσῆς, ὅτι ἐποίησαν πάλιν [1] χωνεύματα, καὶ ἔῤῥιψεν ἐκ τῶν χειρῶν τὰς πλάκας, καὶ συνετρίβησαν αἱ πλάκες τῆς διαθήκης Κυρίου. Μωσῆς μὲν γὰρ ἔλαβεν, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι. Πῶς ἡμεῖς ἐλάβομεν, μάθετε. Μωσῆς θεράπων ὢν ἔλαβεν. αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος [2] ἡμῖν ἔδωκεν, εἰς λαὸν κληρονομίας, διὰ B ἡμᾶς ὑπομείνας. Ἐφανερώθη δὲ, ἵνα κἀκεῖνοι τελειωθῶσι τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ ἡμεῖς [4] διὰ τοῦ κληρονομοῦντος διαθήκην [Κυρίου Ἰησοῦ] λάβωμεν. Καὶ πάλιν ὁ προφήτης λέγει. Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, λέγει Κύριος ὁ λυτρωσάμενός σε Θεός· ὃς εἰς τοῦτο ἡτοιμάσθη, ἵνα αὐτὸς φανεὶς, τὰς ἤδη C δεδαπανημένας ἡμῶν [8] κακίας τῷ θανάτῳ, καὶ παραδεδομένας τῇ τῆς πλάνης ἀνομίᾳ, λυτρωσάμενος ἐκ τοῦ σκότους, διάθηται ἐν ἡμῖν διαθήκην λόγῳ. Γέγραπται γὰρ, πῶς αὐτῷ ὁ Πατὴρ ἐντέλλεται, λυτρωσάμενος ἡμᾶς ἐκ τοῦ σκότους, ἑτοιμάσαι ἑαυτῷ λαὸν ἅγιον. Λέγει οὖν ὁ προφήτης· Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου, ἐκάλεσά σε D ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε. καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. Γινώσκετε οὖν πόθεν ἐλυτρώθημεν. Καὶ πάλιν ὁ προφήτης λέγει· πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελί- E σασθαι [12] ταπεινοῖς χάριν ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καὶ καλέσαι ἐνιαυτὸν [14] Κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν [15] ἀνταποδόσεως, παρακαλέσαι πάντας τοὺς πενθοῦντας.

Versio Cotelerii.

A que Moses, quod iterum fecerant conflaturas: & projecit de manibus tabulas; contritæque sunt tabulæ testamenti dominici. Accepit itaque Moses; ipsi vero digni non fuerunt. Quo modo nos habuerimus, discite. Moses quum esset famulus, eas accepit: nobis autem ipse Dominus cui B sumus in populum hereditatis, tradidit; pro nobis passus. Ad hoc vero apparuit, quo tum illi in peccatis consummarentur, tum nos per ipsum hereditatem adeuntes, Domini Jesu testamentum possideremus. Et iterum Propheta dicit: [a] *Ecce posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ: dicit* C *Dominus, qui redemit te Deus*: qui ad hoc paratus est, ut per adventum suum, præcordia nostra jam a morte absumta & tradita erroris iniquitati, redimens a tenebris, verbo disponat in nobis testamentum. Scriptum quippe est, quo modo Pater illi mandaverit, ut redimens nos e tenebris, sibi pararet populum san- D ctum. Dicit igitur Propheta: [b] *Ego Dominus Deus tuus, vocavi te in justitia; & tenebo manum tuam, & corroborabo te: & dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, & ad educendum de vinculis illigatos, de domo carceris sedentes in tenebris*. Agnoscite ergo, a quo sumus redemti. Rursus E Propheta dicit: [c] *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me: evangelizare humilibus misit me, sanare contritos corde; prædicare captivis remissionem, & cæcis visum; & vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis; consolari omnes lugentes.*

a Isa. XLIX. 6. *b* Isa. XLII. 6. 7. *c* Isa. LXI. 1. Luc. IV. 18.

1 Χωνεύματα] Al. χώνευμά τι.

2 Ἡμῖν ἔδωκεν, εἰς λαὸν κληρονομίας] Menardum equidem non moror, qui rescripsit: *ἡμᾶς ἐλόμενος εἰς κληρονομίαν*. Cotelerius legit: *ἡμῖν ἔδωκεν ᾧ εἰς λαὸν κληρονομίας*; quo sensu nescio: nam licet Metaphrastes habeat, *cui nos in hereditatem*, vitiosos tamen Codices est secutus. Quid verbis opus est? Reponendum credo: Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος *ἡμᾶς ἔδωκεν εἶναι εἰς λαὸν κληρονομίας*. Dav.

3 *Cui nos in hereditatem* &c.] Menardus cui hæc corrupta videntur, sic legit: *qui nos in hereditatem elegit, propter* &c. Fellus nihil mutat: verum ita distinguit: *Cui nos — sustinens. Apparuit* &c. At duabus voculis subauditis, lectio vulgata rite sibi cohæret. Sic nempe. *Discite*: (ille) *cui nos in hereditatem* (sumus,) *propter nos omnia sustinens apparuit, ut illi* &c.

4 Διὰ τοῦ κληρονομοῦντος] Leg. Menardus, *δι' αὐτοῦ κληρονομίαν διαθήκης*. Al. *δι' αὐτοῦ κληρονομοῦντες*.

5 *Domini nostri Jesu Christi*] Hæc verba, etiam in textu Græco, uncinis clausa exhibet Menardus, & litteris miniatis Fellus. Aliter editt. Clerici & Russelii.

6 *Et iterum Propheta dicit: Posui te — liberavit Deus*] In Codd. hic locus est male transpositus. Nam post verbum *accipiamus* sequitur: *qui in hoc paratus est*, usque ad illa verba *liberati sumus*. Quibus statim subduntur ista: *Et iterum Propheta dicit: Posui te — liberavit Deus. Iterum Propheta dicit: Spiritus Domini*, &c. usque ad finem. Ita se habent Menardi & Clerici editt. Nos vero eas sequimur quas Fellus & Russelius curarunt, Græcis inhærentes.

7 *Sit sanctitas tua*] Gr. Barnabæ & LXX. *τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν*: *ut sis tu in salutem*. Expuncto ergo vocabulo *tua*, lege: *ut sis tu sanitas*, id est salus. Men. — Al. *ut sis sanitas tua*. Fellus, *ut sit salus tua*.

8 Κακίας] Leg. *καρδίας*. Sic Fellus in contextu.

9 *Adventum*] Aut suppl. *per*, aut leg. *adventu*.

10 *Servorum*] Al. *sermonum*. Fellus: *servorum suorum per verbum*.


11 *Gentibus*] Al. *gentis*.

12 Ταπεινοῖς] Notanda hæc lectio, quæ optime quadrat cum Hebraica veritate, quamque ostendit in hoc Scripturæ testimonio Marchali Ms. codex. Apud LXX. & Luc. IV. 18. habetur *πτωχοῖς*, hoc est *pauperibus*; quia *humilis, mansuetus, pauper*, nomina sunt affinis significationis. Adverbium autem *χάριν* adjecisse Barnabas videtur majoris claritatis caussa. Cot. — Vide sis in hunc locum Is. Vossium *de Translat. LXX. Interpr.* cap. XXI. pag. 69.

13 *Hominibus*] Al. *humilibus*. Nihil mutat Fellus.

14 Κυρίου] Al. Κυρίῳ. Sic sane se habet prima Menardi editio.

15 Ἀνταποδόσεως] Vel *ἀνταποδόσεως*, ut exhibet Felli editio Oxon.



VET. INTERPR. A

CAPUT XV.

Adhuc & de Sabbato scriptum est in decem verbis, quibus locutus est in monte Sina ad Moysen, * * * *: *Sanctificate sabbatum Domini manibus mundis, & puro corde.* Et alibi dicit: *Si custodierint filii mei sabbatum, tunc faciam misericordiam in illis.* B Sabbatum dicit [1] initium constitutionis: *Et fecit Deus die sexto opera sua, & consummavit in die septimo, & requievit in illo die,* * * * *. Adtendite, filii, quid dicit, *consummavit in sex dies.* Hoc dicit, quia [2] consummavit Deus omnia in sex millia annorum. Dies enim apud illum, mille anni sunt. Ipse mihi testis est, dicens: C *Ecce hodiernus dies erit tamquam mille anni.* Unde scire debetis, * * quia * * * in sex millia annorum consummabuntur omnia. Et quid dicit, *Requievit Deus die septima?* Hoc est: Quum venerit Filius illius, & amputabit tempus iniquitatis, & judicabit impios, & mutabit solem, lunam & stellas; tunc bene requiescet in die septima. D Ad summam hoc dicit: *Sanctificabis illum diem manibus mundis, & corde puro.* [5] Quem ergo diem sanctificavit Deus, quis potest sanctificare modo, nisi qui sit mundo corde in omnibus? [7] Non erravimus. Videns ergo qui refrigerans sanctificavit illum; * & nos tunc poterimus sanctificare, ipsi E sanctificati primum. Ad summam dicit illis: *Dies solennes vestros, & sabbata non sustineo.* Videte, quo modo dicit, non hæc sabbata sibi [9] non accepta, sed quæ fecit, & in die suo consummavit omnia, initium [10] octava die facta, qui est alterius sæculi initium. Propter quod agimus

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ἔτι καὶ περὶ τοῦ σαββάτου γέγραπται ἐν τοῖς δέκα λόγοις, ἐν οἷς ἐλάλησεν ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ πρὸς Μωσῆν κατὰ πρόσωπον· Καὶ ἁγιάσατε τὸ σάββατον Κυρίου χερσὶ καθαραῖς, καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ. Καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· Ἐὰν φυλάξωσιν οἱ B υἱοί μου τὰ σάββατα, τότε ἐπιθήσω τὸ ἔλεός μου ἐπ' αὐτούς. Τὸ σάββατον λέγει ἐν ἀρχῇ τῆς κτίσεως· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν ἓξ ἡμέραις τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ συνετέλεσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ κατέπαυσεν ἐν αὐτῇ, καὶ ἡγίασεν αὐτήν. Προσέχετε τέκνα, τί λέγει, τὸ συνετέλεσεν ἐν ἓξ ἡμέραις. τοῦτο λέγει, ὅτι [3] συντελεῖ ὁ Θεὸς Κύριος ἐν ἑξακισχιλίοις ἔτεσι τὰ πάντα. ἡ γὰρ ἡμέρα παρ' αὐτῷ C χίλια ἔτη· αὐτὸς δὲ μαρτυρεῖ, λέγων· ἰδοὺ σήμερον ἡμέρα ἔσται ὡς χίλια ἔτη. οὐκοῦν, τέκνα, ἐν ἓξ ἡμέραις, ἐν τοῖς ἑξακισχιλίοις ἔτεσι συντελεσθήσεται τὰ πάντα. Καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ· τοῦτο λέγει· ὅταν ἐλθὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καταργήσει τὸν καιρὸν [4] αὐτοῦ, καὶ κρινεῖ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀλλάξει τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, τότε καλῶς καταπαύσεται ἐν τῇ ἡ- D μέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. Πέρας γέ τοι λέγει· ἁγιάσεις αὐτὴν ἐν χερσὶ καθαραῖς, καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ. Εἰ οὖν ἣν ὁ Θεὸς ἡμέραν ἡγίασε, νῦν τις δύναται ἁγιάσαι, εἰ μὴ καθαρὸς ὢν τῇ καρδίᾳ ἐν πᾶσι, πεπλανήμεθα. [6] Εἰ δ' οὐ δ' ἄρα τότε καλῶς καταπαυόμενος ἁγιάζει αὐτήν, ὅτε δυνησόμεθα αὐτοί, [8] δίκαια ἀπολαβόντες τὴν ἐπαγγελίαν, οὐκέτι οὔσης ἀνομίας, γεγονότων δὲ καινῶν πάντων ὑπὸ E Κυρίου, τότε δυνησόμεθα αὐτὴν ἁγιάσαι, αὐτοὶ ἁγιασθέντες πρῶτον. Πέρας γέ τοι λέγει αὐτοῖς· τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν οὐκ ἀνέχομαι. Ὁρᾶτε, πῶς λέγει· οὐ τὰ νῦν σάββατα ἐμοὶ δεκτά· ἀλλ' ἃ πεποίηκα, ἐν ᾧ καταπαύσας τὰ πάντα, ἀρχὴν ἡμέρας ὀγδόης ποιήσω, ὅ ἐστιν, ἄλλου κόσμου ἀρχήν. Διὸ καὶ ἄγομεν

A *Versio* COTELERII.

CAPUT XV.

Adhuc & de Sabbato scriptum est in Decalogo seu decem verbis, quæ Dominus in monte Sina locutus est ad Mosen os ad os: [a] *Et sanctificate sabbatum Domini, manibus mundis, & puro corde.* Et alibi dicit: [b] *Si custo-* B *dierint filii mei Sabbata; tunc ponam misericordiam meam super illos.* Sabbati meminit in principio creationis: [c] *Fecitque Deus in sex diebus opera manuum suarum; & consummavit in die septima, & in ea requievit, & sanctificavit eam.* Advertite, filii, quid dicat; *consummavit in sex diebus*: id ait; omnia consummabit Dominus Deus in sex millibus annorum. Nam apud il- C lum dies æquiparatur mille annis; ut ipsemet testatur, dicens: [d] *Ecce hodiernus dies erit tamquam mille anni.* Itaque, filii, in sex diebus, hoc est, in sex annorum millibus consummabuntur universa. *Et requievit die septima:* Hoc ait: quando veniens ejus Filius tempus iniqui abolebit, ac judicabit impios, & mutabit solem ac lunam, stellasque: tunc pulcre requiescet in die D septima. Denique ait: *Sanctificabis eam in manibus mundis, & corde puro.* Si ergo quam diem Deus sanctificavit, aliquis nunc potest sanctam efficere, nisi sit per omnia mundus corde; erravimus. Vide igitur: tunc pulcre requiescens sanctificabit illam; quando nos poterimus, recepta justa promissione, deleta iniquitate, novatis vero cunctis a Domino; poterimus, E inquam, tunc eumdem diem sanctum reddere, ipsi prius sancti effecti. Demum illis dicit: [e] *Novilunia vestra, & sabbata vestra non fero.* Cernite, qua ratione loquatur: Non mihi accepta sunt præsentia sabbata, sed illa quæ feci; quando scilicet, universis finem imponens, octavi diei faciam initium; hoc est, initium alterius mundi.

[a] Exod. xx. 8. Deut. v. 12. [b] Jer. XVII. 24. [c] Gen. II. 2. [d] Psal. LXXXIX. 4. [e] Isa. I. 13.

1 *Initium*] Al. malunt *initio*. Sic edidit Fellus.

2 *Consummavit*] Forte, *consummabit*. Ita Felli editio.

3 Συντελεῖ ὁ Θεὸς Κύριος] Ita prima Menardi editio. Al. omittunt ὁ Θεός. — Συντελεῖ. Lege συντελέσει, sensu postulante. DAV. — Ita quoque legebat Menardus. — Est sine dubio ἑλληνικώτερον: sed Hebraismi, præsertim apud Prophetas, consuetudo facile patitur, pro futuro præsens adhiberi. CLER.

4 Αὐτοῦ] Lege ἀνομίας, id est, *iniquitatis*, loco αὐτοῦ. MEN. — Interpres videtur legisse ἀνόμου. FELL.

5 *Quem*] Al. *Si quem*, juxta Græcum. Fellus nihil addit.

6 Εἰ δ' οὐ δ' ἄρα ὅτε — ἁγιάζει] Legit Menardus, veterem Interpretem secutus: Εἴδετε οὖν ἄρα ὅτι — ἡγίασε. Aliter Fellus: Ἴδ' οὖν — ἁγιάσει. — Cotelerius emendat: ἁγιάσαι — δίκαιοι ἀπολαβόντες τὴν ἐπαγγελίαν. Omnino præter rem; ut posita recta distinctione, liquido patebit. Sic igitur interpungas: Ἴδε οὖν· ἄρα τότε καλῶς καταπαυόμενος ἁγιάζει αὐτήν. Ὅτε δυνησόμεθα αὐτοὶ δίκαιοι, ἀπολαβόντες τὴν ἐπαγγελίαν, τότε δυνησόμεθα. Nihil pote clarius. DAV. — Latine: *Vide ergo: certe tunc pulcre quiescens sanctificat eam. Quum poterimus ipsi justa, accepta promissione, tunc poterimus:* nempe, sanctificare æternum sabbatismum. CLER.

7 *Non erravimus* &c.] Menardus ita legit: *Nos erravimus. Vides* &c. Fellus autem sic: *Nisi qui sit mundo corde: in omnibus nos erravimus. Vide ergo* &c. Græca quoque ita distinguit. Al. *Vide ergo quia refrigerans sanctificabit* &c.

8 Δίκαια] Sic prima Menardi editio. Apud Fellum autem Ms. exhibet δικαίως. Uterque tamen leg. δικαίως.

9 *Non accepta*] Dele *non* cum Fello aliisque. Et mox lege: *in die quo*, aut potius, *in die septimo*.

10 *Octava die facta*] Legit Menardus: *octavo die facturus*. Fellus: *initium octavæ diei facturus*.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 73.

VET. INTERPR.

diem octavum in [1] legationem; in quem & Jesus resurrexit a mortuis; & apparuit, & ascendit in cælos,

CAPUT XVI.

Adhuc & de Templo [2] dicemus, quo modo errantes in ædem spem habuerunt tamquam [4] in Dominum, qui illos fecit quasi sit domus Dei: [5] tamquam ethnici [6] conservaverunt illum in templo. Sed quo modo dicat Dominus, discite, vacuum faciens templum: *Quis mensus est cælum palmo, aut quis totam terram pugno apprehendit? Nonne [7] mibi, dicit Dominus, cælum thronus est, terra autem scabellum pedum meorum est? Qualem domum mihi ædificabitis, aut quis locus erit requietionis meæ?* Unde cognoscitis, quia vana spes est illorum. Et iterum: * * *Qui deposuerunt templum hoc, ipsi illud & ædificabunt.* Et [9] fiet: dum enim belligerarent, depositum est ab inimicis. [10] * * * * * * * * Iterum sicut incipiebat civitas, * * * & populus totus Judæorum tradi, propalavit. Dicit enim Scriptura: * * * *In novissimis diebus tradet Dominus oves pascuæ, &* [13] *cubile, & turrem eorum in exterminium.* Et factum est secundum quæ Dominus locutus est. Quæramus ergo, si est templum Deo. Est: ubi ipse dicit facere & consummare. Scriptum * * est: *Et erit,* [14] *septimo die consummato, ædificabitur templum Deo præclare in nomine Domini.* Invenio, quia templum est. Quo modo ergo ædificabitur in nomine Domini? Discite. Ante quam crederemus Deo, erat habitatio nostra * * corrupta & infirma, sicut templum quod per manus * * * ædificatur: quia pleni

τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ φανερωθεὶς ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚʹ.

Ἔτι καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐρῶ ὑμῖν· πῶς πλανώμενοι οἱ ταλαίπωροι [3] ἐπὶ τὴν ὁδὸν ἤλπισαν, καὶ οὐκ ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, ἀλλ᾽ ὡς ὄντα οἶκον Θεοῦ· Σχεδὸν γὰρ, ὡς τὰ ἔθνη, ἀφιέρωσαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ. Ἀλλὰ πῶς λέγει Κύριος, καταργῶν αὐτὸν, μάθετε· Τίς ἐμέτρησε τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τίς τὴν γῆν δρακί; οὐκ ἐγώ; λέγει Κύριος· ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. ποῖον οἶκον [8] οἰκοδομήσατέ μοι, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; γνῶτε, ὅτι ματαία ἡ ἐλπὶς αὐτῶν. Πέρας γοῦν πάλιν λέγει· ἰδοὺ οἱ καθελόντες τὸν ναὸν τοῦτον, αὐτοὶ αὐτὸν οἰκοδομήσουσι. Γίνεται. διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς καθῃρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, νῦν καὶ αὐτοὶ οἱ τῶν ἐχθρῶν ὑπηρέται [11] ἀνοικοδομήσουσιν αὐτόν. Πάλιν ὡς [12] ἤμελλεν ἡ πόλις, καὶ ὁ ναὸς, καὶ ὁ λαὸς Ἰσραὴλ παραδίδοσθαι, ἐφανερώθη. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· καὶ ἔσται ἐπ᾽ ἐσχάτων ἡμερῶν, παραδώσει Κύριος τὰ πρόβατα τῆς νομῆς, καὶ τὴν μάνδραν, καὶ τὸν πύργον αὐτῶν, εἰς καταφθοράν. Καὶ ἐγένετο καθ᾽ ἃ ἐλάλησε Κύριος. Ζητήσωμεν οὖν, εἰ ἐστὶ ναὸς Θεοῦ. Ἔστιν· ὅπου αὐτὸς λέγει ποιεῖν καὶ καταρτίζειν. Γέγραπται γάρ· καὶ ἔσται τῆς ἑβδομάδος συντελουμένης οἰκοδομηθήσεται ναὸς Θεοῦ [15] ἔνδοξος, ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου. Εὑρίσκω οὖν ὅτι ἐστὶ ναός. Πῶς οὖν οἰκοδομηθήσεται ἐν ὀνόματι Κυρίου; μάθετε. [16] Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ, ἦν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενὲς, ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός.

Versio COTELERII.

Idcirco & diem octavum in lætitia agimus; in quo & Jesus resurrexit a mortuis; & quum apparuisset, ascendit ad cælos.

CAPUT XVI.

Adhuc & de Templo dicam vobis; quo modo errantes miseri, non in ipsum Deum effectorem eorum, spem habuerunt, sed in ædem quasi domus Dei esset. Nam fere instar Gentium consecraverunt illum in templo. Atqui quo pacto Dominus loquatur, templumque irritum faciat, accipite: [a] *Quis mensus est cælum palmo; & quis terram pugillo? Nonne ego?* [b] *Dicit Dominus: Cælum mibi thronus est; terra autem scabellum pedum meorum. Quam mibi domum ædificabitis; aut quis locus requietis meæ?* Cognoscite, quod vana est spes illorum. Et tandem rursus ait: [c] *Ecce qui destruxerunt templum hoc, ipsi illud ædificabunt.* Idque evenit. Nam quia bellum gerunt, nunc ab hostibus destructum est templum; ipsique hostium ministri reædificant illud. Iterum quod tradenda esset civitas una cum templo & cum populo Israelitico, est declaratum. Ait quippe Scriptura: [d] *Et erit in novissimis diebus, tradet Dominus oves pascui, & caulam, & turrim eorum, in exitium.* Atque contigit, quemadmodum locutus est Dominus. Quæramus itaque, an exstet templum Dei. Exsistit: quandoquidem ipsemet se illud facere ac perficere testatur. Scriptum enim est: [e] *Et erit, hebdomada completa, ædificabitur magnifice templum Dei, in nomine Domini.* Invenio igitur, quod templum exsistit. Qua ratione ergo ædificabitur in nomine Domini? Discite. Ante quam Deo crederemus, erat cordis nostri domicilium corruptioni obnoxium & imbecille, ad modum templi vere

a Isa. XL. 12. *b* Isa. LXVI. 1. *c* Isa. XLIX. 17. *d* Isa. V. Jer. XXV. *e* Dan. IX. Agg. II.

1 *In legationem; in quem*] Menardus, *in lætitia*. Fellus sic: *in letificationem*. Al. *in lætationem*. Mox omnes, *in quo*.

2 *Dicemus*] Vet. Interpres legebat, ἐροῦμεν.

3 Ἐπὶ τὴν ὁδόν] Menardus & Fellus veterem Interpretem secuti, leg. ἐπὶ τὸν οἶκον.—Interpres, *in ædem*: sive legerit τὸν οἶκον, aut τὸν δόμον, aut quid simile; sive ita voluerit vertere ex sensu. Forte enim templum appelletur ὁδὸς, *via*, quia ducit ad Deum cunctorum terminum. Quid si alludatur ad locum III. *Reg.* VIII. 44. 48. cui consimilis II. *Paralip.* VI. 34. 38. Constat, Judæos plus satis confidisse templo Hierosolymitano. Quo factum, ut postea Ebionæi qui Judaicas superstitiones cum Christiana religione connectebant, Hierosolymam adorarent quasi domum Dei, teste S. Irenæo *lib.* I. *cap.* XXVI. COT.—In eodem, Metaphraste, unde τὸν οἶκον quidam reposuere, possis æque bene τὸν ναόν. At ad Ms. lectionem propius accesseris, si legas ἐπὶ τὸν δόμον. Dionysius *Periegesi* v. 371.

Ἔνθα κεν αὐτὸν ἴδοιο Λακινιάδος δόμον Ἥρης.

Vide & v. 1007. DAV.

4 *Tamquam in Dominum*] Rectius ad contextum Græcum, & *non in Dominum*. FELL.

5 *Tamquam ethnici*] Adde ex cod. *aut forsitan*.

6 *Conservaverunt*] Leg. ex Græcis, *consecraverunt*. Quam quidem lectionem Fellus in textum intulit.

7 *Nonne mibi*] Al. interserunt, *ego*. Sic autem Fellus distinguit: *Nonne ego? Mibi, dicit Dominus*.

8 Οἰκοδομήσατε] Al. οἰκοδομήσετε.

9 *Et fiet*] Leg. *Et fit*. Ita quoque Felli edit. Oxon.

10 *Ab inimicis*] Add. ex vet. cod. *Nunc, & ipsi inimicorum ministri ab initio ædificant illud*.

11 Ἀνοικοδομήσουσιν] Al. ἀνοικοδομοῦσι.

12 Ἤμελλεν] Vide notam 14. ad *Cap.* V. pag. 118.


13 *Cubile* &c.] Lege, *ovile*, ut in textu Græco, μάνδραν. *Et turrem eorum*. Alludit ad turrim illam, de qua in parabola vineæ apud *Esa.* V. MEN.

14 *Septimo die consummato*] In Græco legitur ex Daniele, τῆς ἑβδομάδος συντελουμένης; ut intelligatur septimana ex annis constare. FELL.

15 Ἔνδοξος] Leg. ἐνδόξως. Sic & vet. Interpres. Hanc lectionem Fellus restituit in textu.

16 Πρὸ τοῦ ἡμᾶς κ. τ. λ.] Hæc recitat Clemens Alex. Στρωμ. lib. II. cap. XX. pag. 490.

Saecul. I. circa Ann. Chr. 73.



Vet. Interpr.

A eramus adorationibus idolorum, * * & erat domus dæmoniorum; propter quod faceremus, quæ Deo essent contraria. Ædificabitur autem in nomine Domini, * * præclare * * * * templum Deo. Adtendite. Et quo modo? Discite: [3] ut accipiatis remissionem peccatorum. Quum crediderimus in nomine Domini, B non sumus jam tales, quales ab initio creati: propter quod * * * * * in nobis vere Deus inhabitat. Quo modo? Sermo fidei illius, vocatio promissionis illius, sapientia æquitatis, præcepta [4] testamenti illius; in nobis prophetans ipse, & in nobis habitans. [5] Quia quum sub servitute mortis eramus, [6] aperiens ostium C templi nostri, quod est [7] os sapientiæ, * * * * * * * fecit de nobis domum incorruptam. Qui enim concupiscit liberari, [10] vivit non in hominem, sed in eo qui habitat * * * in illo: miratur quod numquam tales sermones audierit eum dicentem, neque ipse concupierit audire. Hic est spiritaliter * * D * * ædificatus.

A [1] ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας οἶκος, εἰδωλολατρεία ἦν οἶκος δαιμονίων, διὰ τὸ ποιεῖν ὅσα ἦν ἐναντία τῷ Θεῷ. Οἰκοδομηθήσεται δὲ ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου. Προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς Κυρίου [2] ἔνδοξος οἰκοδομηθῇ. Πῶς; μάθετε· λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ B Κυρίου, ἐγενόμεθα καινοί, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι· διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. Πῶς; ὁ λόγος αὐτοῦ τῆς πίστεως, ἡ κλῆσις αὐτοῦ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ σοφία τῶν δικαιωμάτων, αἱ ἐντολαὶ τῆς διδαχῆς, αὐτὸς ἐν ἡμῖν προφητεύων, αὐτὸς ἐν ἡμῖν κατοικῶν, τοῖς τῷ θανάτῳ δεδουλωμένοις ἀνοίγων ἡμῖν C θύρας τοῦ ναοῦ, ὅ ἐστι στόμα, μετάνοιαν διδοὺς ἡμῖν, εἰσήγαγε εἰς τὸν ἄφθαρτον ναόν. Ὁ [8] καὶ ποθῶν σωθῆναι, βλέπει οὐκ εἰς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' εἰς τὸν [9] ἐπ' αὐτῷ ἐνοικοῦντα, καὶ λαλοῦντα ἐπ' αὐτῷ· ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῷ μηδέποτε, μήτε τοῦ λέγοντος τὰ ῥήματα ἀκηκοέναι [11] αὐτοῦ στόματος, μήτε [12] αὐτός ποτε ἐπιτεθυμηκέναι ἀκούειν. D Τοῦτέστι πνευματικὸς ναὸς οἰκοδομούμενος τῷ Κυρίῳ.

A *Versio* Cotelerii.

per manus ædificati: plenum siquidem erat idolorum cultu, & erat domus dæmoniorum; quod faceret quæcumque Deo contraria sunt. Ædificabitur autem in nomine Domini. Attendite, ut templum Domini magnifice ædificetur. Quo modo? Discite: accepta remissione peccatorum, & B spe habita in nomen Domini, facti sumus novi, iterum ab integro creati: quare in domicilio nostro vere Deus exsistit; habitat in nobis. Quo modo? Verbum ejus fidei, vocatio ejus promissionis, sapientia justificationum, mandata doctrinæ: ipse in nobis prophetat; ipse in nobis inhabitat; morti addictis nobis C aperit fores templi, id est, os; nobis dat pœnitentiam; sicque introduxit in templum incorruptum. Quare qui cupit esse salvus, non in hominem respicit, sed in eum qui in homine habitat atque loquitur; admirans quod numquam neque audierit eum talia verba ore fundentem, neque ipse audire desideraverit. Hoc est temD plum spiritale Domino constructum.

CAPUT XVII.

Quantum * * * fuerit in simplicitate demonstrandi [14] nobis, * * * non intermisi quidquam * * * * * * *. Si enim de [15] instantibus ac futuris scribam vobis, non intelligetis, [16] quo moE do in parabolis posita sunt multa. Hæc autem sic sunt. [17] Habes interim de majestate Christi, quomodo omnia in illum, & per illum, facta sunt: cui sit honor, virtus, gloria, nunc, & in sæcula sæculorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ἐφ' ὅσον ἦν ἐν δυνατῷ καὶ ἁπλότητι [13] δηλῶσαι ἡμῖν, ἐλπίζει μου ἡ ψυχὴ, τῇ ἐπιθυμίᾳ μου μὴ παραλελοιπέναι μέ τι τῶν ἀνηκόντων ὑμῖν εἰς σωτηρίαν, ἐνεE στώτων. Ἐὰν γὰρ περὶ τῶν μελλόντων γράφω ὑμῖν, οὐ μὴ νοήσητε, διὰ τὸ ἐν παραβολαῖς κεῖσθαι. Ταῦτα μὲν οὕτως.

CAPUT XVII.

Quantum & quam simpliciter potuimus vobis declarare; spes est animo meo, nihil me desiderio meo reliquisse eorum, quæ ad vestram saE lutem spectant, quæque sunt præsentia. Si enim de futuris scripsero vobis, non intelligetis; quoniam in parabolis posita sunt. Et hæc quidem ad hunc modum.

1 Ὅτι ἦν πλήρης — δαιμονίων] Clemens Alex. l. c. habet tantum, ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας, καὶ ἦν οἶκος δαιμόνων: & ex eo Barnabam corrigunt Menardus & Potterus, quibus fere suffragatur vetus Interpres. Quod si Barnabæ codicibus velis patrocinari, reponas oportet: ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας οἶκος, καὶ εἰδωλολατρεία (*per idololatriam*) ἦν οἶκος δαιμονίων. Alioquin, ut verum fatear, voces οἶκος, εἰδωλολατρεία, propter Interpretis & Clementis auctoritatem, possent in glossematis suspicionem venire. Dav.

2 Ἔνδοξος] Clemens Alex. ἐνδόξως. Sic & vet. Interpres.

3 *Ut accipiatis — non sumus.*] Hunc locum Fellus sic exhibet: *quod accipientes remissionem peccatorum, & quum crediderimus in nomine Domini, nos sumus* &c.

4 *Testamenti illius*] Vet. Interpres legebat διαθήκης αὐτοῦ. Fell.

5 *Quia*] Forte, *qui*. Fell.

6 *Aperiens ostium templi nostri*] Os in sequentibus interpretatur, quod revera est *ostium* corporis. Sed primum quid significat *os aperire*? Deinde quis nexus est inter apertionem oris & quæ sequuntur in Græcis, μετάνοιαν διδοὺς ἡμῖν, *dans nobis pœnitentiam*? Alludere videtur ad locum Psalmi LI. 15. ubi ita David: *Domine aperi labia mea, & os meum annuntiabit laudem tuam*. Cler.

7 *Os sapientiæ*] Est revera *os sapiens*, quod beneficia a Deo accepta indesinenter commemorat atque extollit. Sed in Græcis habetur quod modo retulimus, pro quo Interpres legit σοφίας. Cler.

8 Καὶ] Al. γάρ.

9 Ἐπ' αὐτῷ] Lege: ἐν αὐτῷ. Dav.

10 *Vivit*] Al. *videt*. Fellus hæc ita reformanda censuit: *Vidit non in hominem, sed in illum qui in eo habitat & loquitur in illo; miratus* &c. Et mox: *Hoc est spiritualiter Domino ædificatum templum*.

11 Αὐτοῦ] Al. ἐκ τοῦ.

12 Αὐτός ποτε] Scribendum αὐτὸν: quod ipsa syntaxis postulat. Dav.

13 Δηλῶσαι ἡμῖν] Alii codices ὑμῖν: quod recipiendum: ut clare docent sequentia. Dav.


14 *Nobis*] Al. *vobis*. Fellus utrobique, ἡμῖν, *nobis*.

15 *De instantibus ac futuris*] Ex his patet Græca sic legenda esse: Ἐὰν γὰρ περὶ τῶν ἐνεστώτων καὶ μελλόντων. Men. — Vocem ἐνεστώτων loco suo dimotam, in sequentem periodum, a Latina versione admoniti, reposuimus. Fell. — Vide not. 18. ad *Cap.* IV. pag. 116. Hinc Usseriana lectio ejus loci confirmari potest. Cler.

16 *Quo modo in parabolis*] Legendum forte *quoniam*: certe sic vertendum fuerat διὰ τό. Cler.

17 *Habes interim* &c.] Hæc non sunt in textu Græco. Hucusque versio Latina codicis Corbeiensis. Men. — Quæ autem desunt, Græcis litteris ita Fellus expressit: Ἔχεις ἂν περὶ τῆς μεγαλειότητος τοῦ Χριστοῦ, ὡς πάντα εἰς αὐτὸν, καὶ δι' αὐτοῦ πεποίηται· ᾧ δόξα, κράτος καὶ τιμὴ, νῦν καὶ εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 73.



A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

ΜΕταβῶμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν. Ὁδοὶ δύο εἰσὶ διδαχῆς καὶ ἐξουσίας. [1] ἥτε τοῦ φωτὸς, ἥτε τοῦ σκότους. Διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν. ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσι τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ· ἐφ' ἧς δὲ [2] ἄγγελοι τοῦ Σατανᾶ· καὶ ὁ μέν ἐστι Κύριος ἀπ' αἰώνων εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ δὲ ἄρχων καιροῦ τῆς ἀνομίας.

CAPUT XVIII.

TRanseamus autem & ad alteram cognitionem atque doctrinam. Duæ sunt viæ doctrinæ ac potestatis: una lucis, altera tenebrarum. Differentia vero multa duarum viarum: uni siquidem præpositi sunt, lucis conciliatores, Angeli Dei; alteri vero, Angeli Satanæ: ac ille quidem, Dominus est a sæculis in sæcula; hic autem, princeps temporis iniqui.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ἡ Οὖν ὁδὸς τοῦ φωτός, ἐστιν αὕτη· ἐάν τις θέλων [3] ὁδεύειν ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον, σπεύσει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ἔστιν οὖν ἡ δοθεῖσα ἡμῖν γνῶσις τοῦ περιπατεῖν ἐν αὐτῇ, τοιαύτη. Ἀγαπήσεις τόν σε ποιήσαντα. Δοξάσεις τόν σε λυτρωσάμενον ἐκ θανάτου. Ἔσῃ ἁπλοῦς τῇ καρδίᾳ, καὶ πλούσιος τῷ πνεύματι. Οὐ κολληθήσῃ μετὰ τῶν πορευομένων ἐν ὁδῷ θανάτου. [4] Μισήσεις ποιεῖν ὃ οὐκ ἀρεστὸν τῷ Θεῷ. Μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν. Οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς Κυρίου. [5] Οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν, ἔσῃ δὲ ταπεινόφρων. Οὐκ ἀρεῖς ἐπὶ σεαυτὸν δόξαν. Οὐ λήψῃ βουλὴν πονηρὰν κατὰ τὸν πλησίον σου. Οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ θράσος. Οὐ πορνεύσεις. Οὐ μοιχεύσεις. Οὐ [6] παιδοφθορεύσεις. [7] Οὐ μή σοι ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξέλθῃ ἐν ἀκαθαρσίᾳ τινῶν. Οὐ λήψῃ πρόσωπον [8] ἐλέγξας τινὰ ἐπὶ παραπτώματα. Ἔσῃ πραΰς. Ἔσῃ ἡσύχιος. Ἔσῃ τρέμων τοὺς λόγους, οὓς ἤκουσας. Οὐ μὴ μνησικακήσῃς τῷ ἀδελφῷ σου. Οὐ μὴ [9] διψυχήσῃς πότερον ἔσται, ἢ οὔ. Οὐ μὴ λάβῃς ἐπὶ ματαίῳ [10] εἰς ὄνομα Κυρίου. Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου. [11] Οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ, οὐδὲ πάλιν γεννηθὲν ἀνελεῖς. [12] Οὐ μὴ ἄρῃς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου, ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου, ἀλλ' ἀπὸ νεότητος διδάξεις φόβον Κυρίου. Οὐ μὴ γένῃ ἐπιθυμῶν τὰ τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ μὴ γένῃ [13] πλεονέκτης. Οὐδὲ κολληθήσῃ ἐκ ψυχῆς σου μεθ' ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναγραφήσῃ. [14] Τὰ συμβαίνοντά σοι ἐνεργήματα, ὡς ἀγαθὰ πρόσδεξαι. [15] Οὐκ ἔσῃ δίγνωμος, οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἐστὶν ἡ διγλωσσία. Ὑποταγήσῃ Κυρίῳ· [16] κυρίοις ὡς τύπῳ Θεοῦ, ἐν

CAPUT XIX.

VIa igitur lucis hæc est: si quis cupiens incedere ad præfinitum locum, suis operibus properet. Cognitio itaque nobis data in hac via ambulandi, ejusmodi est. Diliges Creatorem tuum. Gloria afficies eum, qui redemit te a morte. Eris corde simplex, & spiritu dives. Non adhærebis ad
C eos, qui incedunt in via mortis. Odio habebis omne id perpetrare, quod Deo non placet. Abhorrebis omnem simulationem. Ne derelinquas mandata Domini. Teipsum non exaltabis; eris autem humilis. Non assumes tibi gloriam. Non capies malum consilium adversus proximum tuum. Non dabis animo audaciam & confidentiam. Non fornicaberis. Non adulterium facies. Pueros non corrumpes. Ex te non egrediatur verbum, tibi a Deo concessum, in ulla impuritate. Non accipies personam, in arguendo cujuspiam lapsu. Eris mansuetus. Eris quietus.
D [a] Contremisces ad verba quæ audiisti. Fratri tuo ignosces. Ne ambigas, utrum futurum sit, necne. Ne assumas in vanum nomen Domini. Diliges proximum tuum, plusquam animam tuam. Non interficies fœtum in abortione, nec etiam interimes post nativitatem. Ne auferas manum tuam a filio tuo, vel a filia tua; sed a pueritia docebis eos timorem Domini. Bona proximi tui non concupisces; nec eris avarus & fraudator. Neque ex anima tua adhærebis superbis; sed cum
E justis atque humilibus adscriberis. Quæ tibi contingunt vexationes, tamquam bona admitte. Non eris inconstans, nec bilinguis; laqueus enim mortis est lingua duplex. Subjicieris Domino Deo: dominis vero, ut Dei imagini, in verecundia & ti-

a Isa. LXVI. 2.

1 Ἥτε τοῦ φωτὸς κ. τ. λ.] Laudat hunc locum Origenes περὶ ἀρχῶν lib. III. cap. II. num. 4. & lib. I. *Explanat.* in Epist. ad Rom. I. 24.

2 Ἄγγελοι τοῦ Σατανᾶ] Ita Paullus II. *Cor.* XII. 7. MEN. — Hieronymum *de nomin. Hebraic.* vocem *Satan* Hebraicis hujus Epistolæ nominibus accensuisse, adnotavit Dodwellus *Differt.* I. *in Iren.* §. 31. pag. 57.

3 Ὁδεύειν] Al. ὁδὸν ὁδεύειν.

4 Ποιεῖν] Al. πᾶν. Ita quidem auctor *Constit. Apost.* lib. VII. cap. XIV. Μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν· καὶ πᾶν ὃ ἐὰν ᾖ ἀρεστὸν Κυρίῳ, ποιήσεις.

5 Οὐχ ὑψώσεις σεαυτόν] Eadem in *Const. Apost.* lib. VII. cap. VIII.

6 Παιδοφθορεύσεις] Al. παιδοφθορήσεις, ex *Const. Apost.* lib. VII. cap. II. Ad quem locum monuit Cl. Cotelerius, istud οὐ παιδοφθορήσεις a Barnaba desumsisse Clementem Alex. *Admonit. ad Gentes* p. 67. & *Pædag.* lib. II. cap. X. Idem etiam occurrit lib. III. cap. XII. & *Strom.* lib. III. cap. IV. p. 527.

7 Οὐ μή σοι ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ κ. τ. λ.] Al. ὁ λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ. — In versione sua Barnabæ mentem, sicut arbitror, haud expressit Cl. Cotelerius. Ad verbum sic interpretere: *Non ex te verbum Dei in quorumdam impuritate exeat:* hoc est, quum Dei voluntatem divinitus patefactam prædices, ne vita tam sis impurus, ac sunt nonnulli. DAV. — Aliter Menardus quem sequitur Fellus: *Non prætermittas verbum Dei, super aliorum impuritate corripienda.*

8 Ἐλέγξας — παραπτώματα] Al. ἐλέγξαι — παραπτώματι. Ita sane auctor *Const. Apost.* lib. VII. cap. X.

9 Διψυχήσῃς] Al. διψήσῃς. Sic quidem se habet prima Menardi editio; qui tamen & ipse legit διψυχήσῃς. Vide *Const. Apost.* lib. VII. cap. XI. & Clementis Rom. *Epist.* I. capp. XI. & XII.

10 Εἰς ὄνομα] Particula εἰς redundat. MEN.

11 Οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ] In *Const. Apost.* lib. VII. cap. III. Οὐ φονεύσεις τέκνον σου ἐν φθορᾷ, οὐδὲ τὸ γεννηθὲν ἀποκτενεῖς. Optime ex Barnaba: licet Anastasii Quæstiones Mss. exhibeant, οὐ φονεύσεις βρέφος ἐν διαφθορᾷ· πᾶν γὰρ τὸ ἐξεικονισμένον, ψυχὴν λαβὸν παρὰ Θεοῦ, φονευθὲν ἀδίκως ἐκδικηθήσεται. Voces φθορὰ, διαφθορὰ, φθείρειν, διαφθείρειν, φθορεὺς, φθόριος &c. in explicando abortu frequenter occurrere apud sacros & profanos auctores, notius est quam ut loca proferre sit necesse. COT.


12 Οὐ μὴ ἄρῃς — διδάξεις φόβον Κυρίου] Hoc monitum exscripsit auctor *Const. Apost.* lib. VII. cap. XII. ubi tamen leg. οὐκ ἄρῃς — διδάξεις αὐτοὺς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ.

13 Πλεονέκτης] Vide sis *Const. Apost.* lib. VII. cap. IV.

14 Τὰ συμβαίνοντά σοι κ. τ. λ.] *Const. Apost.* lib. VII. cap. VIII. Τὰ συμβαίνοντά σοι πάθη, ἀμενῶς δέχου, καὶ τὰς περιστάσεις ἀλύπως.

15 Οὐκ ἔσῃ δίγνωμος κ. τ. λ.] Exstant ista quoque in *Const. Apost.* lib. II. cap. VI. sub initium, & lib. VII. cap. IV.

16 Κυρίοις ὡς τύπῳ Θεοῦ] Sic Paullus *Ephes.* VI. 5. MEN.



αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ. [1] Οὐ μὴ ἐπιτάξῃς παιδίσκῃ, ἢ δούλῳ σου ἐν πικρίᾳ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἐλπίζουσι, μή ποτε οὐ φοβηθήσῃ τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις Θεόν. ὅτι ἦλθεν οὐκ [2] ἐπὶ πρόσωπον καλέσαι, ἀλλ' ἐφ' οὓς τὸ πνεῦμα ἡτοίμασε. [3] Κοινωνήσεις ἐν πᾶσι τῷ πλησίον σου, οὐκ ἐρεῖς ἴδια· εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἀφθάρτοις κοινωνοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς; Οὐκ ἔσῃ πρόγλωσσος· παγὶς γὰρ στόμα θανάτου. [4] Ὅσον δύνασαι, ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου ἁγνεύσεις. [5] Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. Ἀγαπήσεις, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ σου, πάντα τὸν λαλοῦντά σοι λόγον τοῦ Κυρίου. [6] Μνησθήσῃ αὐτὸν ἡμέρας κρίσεως, νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Ἐκζητήσεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων· καὶ διὰ λόγου σκοπῶν, καὶ πορευόμενος εἰς τὸ παρακαλέσαι, καὶ μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ. [7] Καὶ διὰ τῶν χειρῶν σου ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν σου. Οὐ διστάσεις δοῦναι, οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις. Παντὶ αἰτοῦντί σε δίδου. Γνώσῃ δὲ, τίς ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. [8] Φυλάξεις ἃ παρέλαβες, μήτε προστιθεὶς, μήτε ἀφαιρῶν. Εἰς τέλος μισήσεις τὸν πονηρόν. Κρινεῖς δικαίως. Οὐ ποιήσεις [9] σχῆμα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένοις συνάγων. [10] Ἐξομολογήσῃ ἐπὶ ἁμαρτίαις σου. Οὐχ ἥξεις ἐν προσευχῇ σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τοῦ φωτός.

A more. Ne in amaritudine imperes ancillæ aut servo tuo, qui in eumdem sperant; ne forte non timeas Deum, qui super utrumque est: quoniam non venit vocare secundum personam, sed super quos Spiritus præparavit. Communicabis in omnibus cum proximo tuo; nec quidquam dices proprium: si enim in incorruptis consortes estis, quanto magis in iis quæ corrumpuntur? Non eris lingua præceps: os enim laqueus est mortis. Quantum potes, & supra quam potes, coles castitatem. [a] Noli porrigere manus B tuas ad accipiendum, ad dandum vero contrahere. Diliges ut pupillam oculi tui, omnem qui tibi loquetur verbum Domini. In memoriam tuam nocte ac die revocabis judicii diem. Exquires quotidie vultus sanctorum: etiam speculatus per verbum, & ad exhortandum incedens, atque meditans ad servandam animam per verbum. Et manibus tuis operaberis, ad redemtionem peccatorum tuorum. Non dubitabis dare, neque murmurabis quum das: [b] *Omni petenti te, tribue*: cognosces autem, quis sit bonus mercedis retributor. Servabis quæ accepisti, C nec addens, nec demens. Malus, odiosus tibi erit in perpetuum. Juste judicabis. Non facies dissidium; sed pacem conciliabis inter contendentes, eos associans. Confiteberis peccata tua. Non accedes ad orationem tuam in conscientia mala. Hæc est via lucis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ἡ [11] δὲ τοῦ μέλανος ὁδός ἐστι σκολιὰ, καὶ κατάρας μεστή. Ἔστι γὰρ ὁδὸς τοῦ θανάτου αἰωνίου μετὰ τιμωρίας· ἐν ᾗ ἐστι τὰ ἀπολλῦντα τὴν ψυχὴν αὐτῶν, εἰδωλολατρεία, θρασύτης, ὕψος δυνάμεως, ὑπόκρισις, διπλοκαρδία, μοιχεία, φόνος, ἁρπαγὴ, ὑπερηφανία, παράβασις, δόλος, κακία, αὐθάδεια, φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία, ἀφοβία Θεοῦ. [12] διώκται τῶν ἀγαθῶν, μισοῦντες ἀλήθειαν, [13] ἀγαπῶντες, οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ κολλώμενοι ἀγαθῷ, οὐ κρίσει δικαίᾳ χήρᾳ καὶ ὀρφανῷ προσέχοντες, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς φόβον Θεοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πονηρόν. ὧν μακρὰν καὶ πόῤῥω πραΰτης, καὶ ὑπομονή· ἀγαπῶντες μάταια, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχὸν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ τῷ καταπονουμένῳ, εὐχερεῖς ἐν καταλαλίᾳ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, φονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος Θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κριταὶ, πανταμάρτητοι.

CAPUT XX.

Via autem tenebrarum & cæcitatis obliqua est, plenaque maledictionis. Est enim via mortis D æternæ cum supplicio: in qua sunt quæ perdunt animam viatorum; idolorum servitus, temeritas, elatio potestatis, simulatio, cor duplex, adulterium, homicidium, rapina, superbia, transgressio, dolus, malitia, arrogantia, veneficium, magia, avaritia, nullus Dei timor. *In qua sunt*, bonorum persecutores, osores veritatis, amatores mendacii; non cognoscentes mercedem justitiæ, non adjuncti ad bonum; viduæ & pupillo non adtendentes ex justo judicio; vigilantes, non ad timorem Dei, sed ad malitiam: a quibus E longe ac procul sunt mansuetudo, & patientia: qui diligunt vana, consectantur remunerationem, non miserentur inopis, non laborant in gratiam illius qui labore ac ærumnis confectus est: ad obtrectationem promti, non cognoscentes auctorem suum; liberorum interemtores, in abortione corrumpentes Dei opus; aversantes egenum, opprimentes afflictum, divitum advocati, pauperum iniqui judices; per omnia peccatores.

a Eccli. IV. 36. *b* Luc. VI. 30.

1 Οὐ μὴ ἐπιτάξῃς] Adi *Const. Apost.* lib. VII. cap. XIII. ubi leg. ἐν πικρίᾳ ψυχῆς. Quam lectionem hinc fortasse desumtam, intulit Fellus in suam edit. Oxon. Exinde insuper puto emendatam primam Menardi editionem, quæ pro δούλῳ exhibet δούλῃ; prout sane ipse quoque legebat.

2 Ἐπὶ] Al. κατά.

3 Κοινωνήσεις κ. τ. λ.] In *Const. Apost.* lib. VII. cap. XII. Κοινωνήσεις εἰς πάντα — καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι.

4 Ὅσον δύνασαι, ὑπὲρ κ. τ. λ.] Existimavi καὶ ponendum ante ὑπὲρ, ut sensus esset is, quem in versione secutus sum: *Quantum potes, & supra animam tuam*; sive *supra quam potes, coles castitatem*. Legere etiam ac distinguere potes ad hunc modum, ὅσον δύνασαι, καὶ ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου ἁγνεύσεις. Vel rescribendum ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σου ἀγωνίσεις: *Pro anima tua decertabis*; quo respiciatur sententia *Eccli.* IV. 33. COT. — Aliud egit Cl. Cotelerius, quum legendum pronuntiavit, ὅσον δύνασαι καὶ ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σου ἀγωνίσεις: ἀγωνίζειν enim, non ἀγωνίζειν, lingua Græca recipit: & alioqui nimia est mutatio; quum litterula tantum mutata, legi possit, ὅσον δύνασαι, περὶ τὴν ψυχήν σου ἁγνεύσεις. DAV.

5 Μὴ γίνου κ. τ. λ.] Hæc sententia exscripta ab auctore *Const. Apost.* lib. VII. cap. XI.

6 Μνησθήσῃ αὐτὸν κ. τ. λ.] Constitutionum Apostolicarum suppostor videtur legisse (*lib.* VII. *cap.* IX.) μνησθήσῃ αὐτοῦ ἡμέρας καὶ νυκτός. Quam lectionem spernendam non puto, licet nostram præferendam judicem. COT. — Ἡμέρας κρίσεως interpolari videntur, & sensum corrumpunt. WAR.

7 Καὶ διὰ τῶν χειρῶν κ. τ. λ.] Eadem habentur in *Const. Apost.* lib. VII. cap. XII.

8 Φυλάξεις κ. τ. λ.] Hæc vero ibid. cap. XIV. Mox, Κρινεῖς δικαίως, ibid. cap. X.

9 Σχῆμα — μαχομένοις] Leg. σχίσμα — μαχομένους. Sic & edit. Oxon.

10 Ἐξομολογήσῃ κ. τ. λ.] *Const. Apost.* lib. VII. cap. XIV. Et mox, Οὐχ ἥξεις κ. τ. λ. ibid. cap. XVII.

11 Ἡ δὲ τοῦ μέλανος κ. τ. λ.] Hæc & sequentia occurrunt in *Const. Apost.* lib. VII. cap. XVIII.

12 Διώκται] Subaudi Ἐν ᾗ εἰσι, ante διώκται. MEN.

13 Ἀγαπῶντες] Adde ex *Const. Apost.* l. c. ψεῦδος. Hanc quidem vocem contextui Fellus restituit. Idque jam viderat Menardus, qui & istam lectionem præbet: μισοῦντες ἀλήθειαν ἀγαπῶντες: *odio habentes veritatis amatores*.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 73.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Καλὸν οὖν ἐστι, μαθόντα τὰ δικαιώματα Κυρίου, ὅσα προγέγραπται, ἐν τούτοις περιπατεῖν. Ὁ γὰρ ταῦτα ποιῶν, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ δοξασθήσεται· ὁ [1] ἐκεῖνα ἐκλεγόμενος, μετὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ συναπολεῖται. Διὰ τοῦτο ἀνάστασις, διὰ τοῦτο ἀνταπόδοσις. Ἐρωτῶ τοὺς ὑπερέχοντας, εἴ τινά μου γνώμης ἀγαθῆς λαμβάνετε συμβουλίαν, ἔχετε εἰς οὓς ἐργάσασθε, μεθ' ἑαυτῶν· μὴ ἐγκαταλίπητε αὐτούς. Ἐγγὺς γὰρ ἡμέρα, ἐν ᾗ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ. Ἐγγὺς ὁ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ. Ἔτι καὶ ἔτι ἐρωτῶ ὑμᾶς· ἑαυτῶν γίνεσθε νομοθέται ἀγαθοί, ἑαυτῶν μένετε σύμβουλοι πιστοί, ἄρατε ἐξ ὑμῶν πᾶσαν ὑπόκρισιν. [2] Ὁ δὲ Θεὸς ὁ παντὸς τοῦ κόσμου κυριεύων, δώῃ ὑμῖν σοφίαν, ἐπιστήμην, σύνεσιν, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, ἐν ὑπομονῇ. Γίνεσθε δὲ θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ Κύριος ἀφ' ὑμῶν, καὶ ποιεῖτε, [3] ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Εἰ δέ τίς ἐστιν ἀγαθοῦ μνεία, μνημονεύετέ μου, μελετῶντες ταῦτα, ἵνα καὶ ἡ ἐπιθυμία, καὶ ἡ ἀγρυπνία, εἴς τι ἀγαθὸν χωρήσῃ. Ἐρωτῶ ὑμᾶς, χάριν αἰτούμενος· ὡς ἔτι τὸ καλὸν [4] σκεῦός ἐστι μεθ' ὑμῶν, μὴ ἐκλείπητε μηδενὶ αὐτῶν, ἀλλὰ συνεχῶς ἐκζητεῖτε ταῦτα, καὶ ἀναπληροῦτε πᾶσαν ἐντολήν· ἔστι γὰρ ταῦτα ἄξια. Διὸ μᾶλλον ἐσπούδασα γράψαι, ἀφ' ὧν ἠδυνήθην, εἰς τὸ εὐφρᾶναι ὑμᾶς. Σώζεσθε, ἀγάπης τέκνα, καὶ εἰρήνης. Ὁ Κύριος τῆς δόξης, καὶ πάσης χάριτος, μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν.

CAPUT XXI.

ÆQuum igitur est, ut docti justificationes Domini, quotquot prius scriptæ sunt; in eis ambulemus. Qui enim eas facit, in regno Dei, gloria cumulabitur: qui vero alia elegerit, simul cum suis operibus peribit. Propterea resurrectio, propterea retributio. Rogo vos qui reliquos antecellitis; si accipitis aliquod bonæ voluntatis meæ consilium, habetis vobiscum quibus bene fecistis: ne eos derelinquatis. Prope siquidem est dies, in qua omnia cum malo peribunt. [a] Prope est Dominus, & merces ejus. Etiam atque etiam rogo vos: estote vobis boni legislatores, vobis manete consiliarii fideles; tollite ex vobis omnem hypocrisim. Deus autem qui universo mundo dominatur, det vobis sapientiam, scientiam, intelligentiam, cognitionem justificationum suarum, in patientia. Efficiamini autem docti a Deo, exquirentes quid a vobis requirat Dominus; & efficite, ut salvi sitis in die judicii. Si qua vero est bonæ rei recordatio, mementote mei, hæc meditantes; ut & desiderium & vigilantia, in aliquod bonum evadat. Rogo vos, gratiam postulans: quamdiu pulcrum hoc vas vobiscum est, in nullo horum deficite, sed indesinenter hæc exquirite, & adimplete omne mandatum: hæc namque digna sunt. Quare potissimum id operam dedi, quantum in me fuit, ut scriberem vobis, quo exhilararem vos. Salvete, filii dilectionis & pacis. Dominus gloriæ & omnis gratiæ sit cum spiritu vestro. Amen.

DICTUM
S. BARNABÆ APOSTOLI,

Quod in ejus CATHOLICA EPISTOLA non reperitur. [5]

Ex Codice Baroc. 39.

Βαρνάβας ὁ Ἀπόστολος ἔφη· Ἐν ἁμίλλαις πονηραῖς ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, διότι [6] ἀπέρχεται πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας.

BArnabas Apostolus ait: In malis certaminibus infelicior est, qui vincit: abit enim, plus habens peccati.

a Isa. LX. 10. LXII. 6. Philipp. IV. 5.

1 Ἐκεῖνα] Videtur legendum, ἐναντία, id est *contraria*, ut exposuimus. MEN. — Frustra prorsus est H. Menardus, qui legit ἐναντία. Ut enim apud Latinos, *hic* ad remotius, *ille* vero ad propius nonnumquam refertur: sic idem τούτῳ & ἐκείνῳ apud Græcos accidit. DAV.

2 Ὁ δὲ Θεὸς κ. τ. λ.] Hæc recitat Clemens Alex. Στρωμ. lib. II. cap. XVIII. pag. 472.

3 Ἵνα σωθῆτε κ. τ. λ.] Locus Clementis Alex. in quo ista laudantur, prava interpunctione deformatus jacet. Quippe ediderunt, ἵνα εὕρητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τοὺς τούτων ἐπιβούλους, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσεν: verteruntque, *Ut inveniatis in die judicii horum insidiatores. Dilectionis & pacis filios appellavit ex cognitione.* Quibus quid insulsius? Tu meo periculo sic distingue: ἵνα εὕρητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. τοὺς τούτων ἐπιβούλους, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσεν. Hoc est: *Ut inveniatis in die judicii. Ista capessentes, dilectionis & pacis filios ex cognitione appellavit*, Barnabas nimirum in fine Epistolæ. COT. — Recte doctissimus Cotelerius. Sed nec ille, nec alii monuerunt, e Barnaba Clementem esse corrigendum. Apud enim τὸν Στρωματέα legas oportet, ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Deinde Τοὺς τούτων ἐπιβόλους, vel ἐπηβόλους: nam vox illa, non ἀπὸ τοῦ ἐπιβουλεύειν, sed ἀπὸ τοῦ ἐπιβάλλειν est deducenda. DAV.

4 Σκεῦος] Id est, corpus, ut alibi notatum. I. Cor. IV. 7. Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν.

5 Apud Grabium *Spicileg. Patrum*, tom. I. pag. 302.

6 Ἀπέρχεται] Apud Grab. ἐπέρχεται.

INDEX CAPITUM

EPISTOLÆ CATHOLICÆ

S. BARNABÆ APOSTOLI.

Dictum S. BARNABÆ APOSTOLI, *quod in ejus* CATHOLICA EPISTOLA *non reperitur.*

PRESBYTERORUM ET DIACONORUM
ACHAIÆ
EPISTOLA
DE MARTYRIO
S. ANDREÆ
APOSTOLI.

VETERUM TESTIMONIA
DE
PRESBYTERORUM
ET DIACONORUM ACHAIÆ
EPISTOLA.

I.

DAMASUS, *vel quisquis auctor sit*, Carm. IV. *ex edit.* Sarazanii *Romæ* 1638.

ANdrea Christi Apostole,
Hoc ipso jam vocabulo
Signaris isto nomine,
Decorus idem mystice.

Quem crux ad alta provehit,
Crux quem beata diligit,
Cui crux amara præparat
Lucis futuræ gaudia.

In te crucis mysterium
Cluit gemello stigmate,
Dum probra vincis per crucem,
Crucisque pandis sanguinem. *Epist. Cap.* X.

II.

HIERONYMUS Epist. LIX. *al.* CXLVIII. ad Marcellam, *num.* 5. *tom.* I. *pag.* 328. *edit. Veron.* 1734.

In omnibus locis versabatur (*Jesus*:) cum Thoma in India, cum Petro Romæ, cum Paullo in Illyrico, cum Tito in Creta, cum *Andrea* in Achaia. *Cap.* II. &c.

III.

GAUDENTIUS Brix. *in* Serm. *habito in* Dedicat. Eccles.

Joannes in Sebastena urbe provinciæ Palæstinæ, Thomas apud Indos, *Andreas* & Lucas apud Patras Achaiæ civitatem, consummati referuntur. *Cap.* XII.

IV.

PAULLINUS NOLANUS de S. Felice *Natal.* IX. *vers.* 406. pag. 637. *edit. Veron.* 1736.

Heic pater *Andreas*, heic qui piscator ad Argos
Missus, vaniloquas docuit mutescere linguas:
Qui postquam populos, ruptis erroris iniqui
Retibus explicuit, traxitque ad retia Christi,
Thessalicas fuso damnavit sanguine Patras. *Cap.* X.

IDEM *ibid.* Natal. XI. *vers.* 76-356. *pagg.* 449. 468. & 659.

Sic Deus & reliquis tribuens pia munera terris,
Sparsit ubique loci magnas sua membra per urbes.
Sic dedit *Andream* Patris. ————
———— tunc *Andream* devexit Achivis.

V.

PETRUS CHRYSOLOGUS Serm. CXXXIII.

Crucem quam refugerant (Petrus & *Andreas*,) postea conjunctis viribus ardenter invadunt. — Petrus namque crucem, arborem conscendit *Andreas*. *Cap.* X.

VI.

AUCTOR incertus *lib.* de vera & falsa Pœnitentia, *cap.* VIII. num. 22. *in Append. ad tom.* VI. *opp.* S. Augustini, *pag.* 236. *edit.* BB. *Parif.* 1685.

In hoc desiderio erat *Andreas*, qui in cruce positus a Domino requirebat: *Tempus est ut commendes terræ corpus meum*. Volebat enim eum plebs de cruce deponere. Ipse autem cœpit Dominum rogare: Ne me permittas Domine descendere vivum, sed tempus est ut commendes terræ corpus meum: tam diu enim jam portavi, tam diu super commendatum vigilavi, quod vellem jam ipsa obedientia liberari, & isto gravissimo indumento exspoliari. Recordor quantum in portando onerosum, in fovendo infirmum, in coercendo lætum, in domando superbum laboravi. Scis Domine, quotiens a puritate contemplationis me retrahere conabatur, quotiens a dulcissimæ quietis somno me excitare contendebat, quantum & quotiens dolorem ingerebat. Qui igitur tam diu, Pater benignissime, pugnanti restiti & tua ope superavi, a te pio & justo remuneratore posco, ne mihi ultra commendes, sed depositum reddo. Commenda alii quem illud ultra non impediat, & resurrecturum servet & reddat, ut & ipsum quoque meritum sui laboris recipiat. Terræ me commenda, ut me amplius vigilare non oporteat, & libere ad te fontem indeficientis gaudii tendere anxiantem me non retrahat, nec impediat. *Cap.* XI.

VII.

Ex lib. Sacramentorum, *inter opp.* S. GREGORII M. *tom.* III. *pag.* 143. *edit.* BB. *Parif.* 1705.

Adest nobis (Pater omnipotens) dies magnifici votiva mysterii, qua venerandus *Andreas* Apostolus germanum se gloriosi Apostoli tui Petri, tam prædicatione Christi tui, quam conversatione monstravit: ut id quod libera prædicaverat voce, nec pendens taceret in cruce. *Cap.* X.

Vide sis & LIBRUM RESPONSALEM, sive ANTIPHONARIUM. inter opp. ejusdem S. GREGORII M. *tom.* III. *pag.* 843.

VIII.

Ex MISSALI GOTHICO *apud Mabillonium* Liturg. Gallic. *lib.* III. *num.* XVII. *pag.* 221. 222.

Dignum & justum est, æquum & justum est, pietati tuæ ineffabiles gratias referre, omnipotens, sempiterne Deus, & inæstimabili gaudio passionem tuorum prædicare Sanctorum, per Christum Dominum nostrum. Qui beato *Andreæ* in prima vocatione dedit fidem, & in passione donavit victoriam. Acceperat hæc utraque beatus *Andreas*; ideo habebat & in prædicatione constantiam, & in passione tolerantiam. Qui post iniqua verbera, post carceris septa, alligatus suspendio se purum sacrificium tibi obtulit Deo. Extendit mitissimus brachia ad cælos, amplectitur crucis vexillum, defigit in osculis ora, Agni cognoscit arcana. Denique dum ad patibulum duceretur, in cruce suspenderetur, carne patiebatur & spiritu loquebatur. Obliviscitur crucis tormenta, dum de cruce Christum præconat. Quantum enim corpus ejus in ligno extendebatur, tantum in lingua ejus Christus exaltabatur: quia pendens in ligno, fociari se ei gratulabatur. Absolvi se non patitur de cruce, ne tepescat certamen in tempore. Turba circumspicit, & lamentat; demitti a vinculo cupit, quem reparatoris mentem intelligit. Laxari postulat justum, ne pereat populus hoc delicto. Interea fundit Martyr spiritum, possessurus sempiterni Judicis regnum. *Capp.* IX. X. XI. XII.

IX.

VENANTIUS FORTUNATUS *Carmin. lib.* VII. de Senatu curiæ cælestis. *Ex* Biblioth. Patrum *Parif. tom.* VIII. *pag.* 817. E.

Culmen Apostolicum radianti luce coruscum,
Nobilis *Andream* mittit Achaia suum.

X.

GREGORIUS TURON. de Gloria Martyrum, *lib.* I. *cap.* XXXI. *pag.* 754. *edit. Parif.* 1699.

Andreas Apostolus magnum miraculum in die sollemnitatis suæ profert, hoc est manna in modum farinæ, vel oleum cum odore nectareo, quod de tumulo ejus exundat. — Hæc autem aguntur apud provinciam Achaiam in civitate Patras, in qua beatus Apostolus sive Martyr, pro Redemtoris nomine crucifixus, præsentem vitam gloriosa morte finivit. *Cap.* X.

XI.

AUCTOR INCERTUS *lib.* de Miraculis B. Andreæ Apostoli, *cap.* XXXVI. *in Append. opp.* GREGORII TURON. *pag.* 1264.

Post hæc comprehensus beatus Apostolus ab Egea proconsule, positus est in carcere, ad quem omnes conveniebant ut audirent verbum salutis. At ille non cessabat prædicare nocte & die verbum Dei. Paucis vero diebus interpositis, eductus de carcere & gravissime cæsus, cruce suspensus est: in qua

quum per triduum vivens penderet, non cessabat prædicare Dominum Salvatorem, donec tertia die populis flentibus spiritum exhalaret: quod lectio Passionis etiam ejus plenissime declarat. Cujus beatum corpus Maximilla accipiens, conditum aromatibus recondidit in sepulcro: assidue autem super illum deprecans Dominum, ut ejus beatus Apostolus memor esset, exorabat. *Capp.* VII. IX. X. XII. XIII.

Libellus *de Miraculis sancti Andreæ* laudatur in *Chronici Fontanellensis* cap. XIV.

XII.

MENOLOGIUM GRÆCORUM, *jussu Basilii Imperatoris Græce editum*, ad d. XXX. Novembris. *Part.* I. *pag.* 221. *edit. Urbin.* 1727.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Ἀποστόλου Ἀνδρέου, ἀδελφοῦ τοῦ μεγάλου Πέτρου.

Οὗτος ἀδελφὸς γνήσιος ὑπάρχων τοῦ μεγάλου Ἀποστόλου Πέτρου, μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκήρυξεν εἰς πᾶσαν τὴν παράλιον τῆς Βιθυνίας, καὶ τοῦ Πόντου, καὶ τῆς Θράκης, καὶ τῆς Σκυθίας. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀπῆλθεν ἐν Σεβαστουπόλει τῇ μεγάλῃ. —— Εἶτα ἀπῆλθεν ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐας εἰς Πελοπόννησον. Καὶ ἐσταυρώθη ὑπὸ Αἰγεάτου τοῦ Ἀνθυπάτου· καὶ οὕτως ἐτελειώθη.

Certamen sancti & clarissimi Apostoli *Andreæ*, fratris magni Petri.

Hic germanus magni Apostoli Petri, post Ascensionem Domini nostri Jesu Christi, prædicavit in tota maritima ora Bithyniæ, Ponti, Thraciæ & Scythiæ: deinde magnam Sebastopolim lustravit. —— Postremo Patras Achaiæ in Peloponnesum migravit, ubi ab Ægea Proconsule in crucem sublatus est: atque ita mortem obiit. *Capp.* II. X. XII.

XIII.

ETHERIUS Uxamensis & BEATUS Presbyter, *lib.* I. adversus Elipandum Archiepiscopum Toletanum. *Ex* Bibliotheca Patrum Parisiensi, *tom.* IV. *part.* II. *pag.* 526. A.

Agnus iste prædam quam tenebas, excussit, & argumentationes philosophiæ tuæ, simplicitatis suæ innocentia omnino delevit. Iste est agnus immaculatus, qui quotidie, ut beatus *Andreas* ait, in altare crucis sanctificatur: *Cujus carnes posteaquam omnis populus credentium manducaverit & ejus sanguinem biberit, agnus qui sacrificatus est, integer perseverat & vivus: & quum vere sacrificatus sit, & vere carnes ejus sint manducatæ a populo, & vere sanguis ejus sit haustus; tamen, ut dixi, integer manet, & immaculatus, & vivus.* Cap. VI.

XIV.

FLORUS *in* Auctar. ad Martyrolog. BEDÆ. *Ex* Actis Sanctorum Bolland. Mart. *tom.* II. *pag.* XL.

In Achaia, civitate Patras, passio S. *Andreæ* Apostoli: qui crucifixus pro Christi nomine, suum complevit martyrium. *Cap.* X.

XV.

MILO Monachus Elnonensis *in* Vita S. Amandi Episc. Traject. *lib.* I. *cap.* I. *Ex* Bolland. Febr. *tom.* I. *pag.* 874.

Hinc petit *Andreas* properando virilis Achaiam,
Ac nomen proprium patrandis viriliter implet.

XVI.

WALAFRIDUS STRABO, *Carm.* de S. Andrea. *Ex* Thesauro Canisii *tom.* II. *part.* II. *pag.* 258.

Protinus *Andreas* compunctus voce Tonantis,
Credidit æternum salvantem sæcula regem:
Pendula capturæ contemnens retia spretæ,
Et dicto citius Christi præcepta facessit.
Quis numerare valet populosis oppida turmis
Illius eloquio, quæ fana profana fricabant,
Credula pandentes regi præcordia Christo?
Nempe vicem Domino solvebat calce cruenta,
Dum crucis in patulo suspensus stipite martyr
Ultima mortalis clausit spiracula vitæ,
Purpureas sumens Christo regnante coronas.

XVII.

RHABANUS *in* Martyrol. *ad* d. 30. *Nov. Ex* Thesauro Canisii *tom.* II. *part.* II. *pag.* 348.

Natale sancti Andreæ Apostoli. —— Hic prædicavit Scythiam & Achaiam, ibique in civitate Patras cruci suspensus occubuit. *Cap.* X.

XVIII.

USUARDUS *in* Martyrologio *ad d.* XXX. *Novembr.* pag. 193. edit. BB. Parif. 1718.

In civitate Patras provinciæ Achaiæ, natalis fancti *Andreæ* Apoftoli, qui etiam apud Scythiam prædicavit. Hic beatiffimus ab Egea proconfule comprehenfus, primo in carcere eft claufus, ac deinde graviffime cæfus; ad ultimum vero in cruce appenfus, biduo inibi fupervixit. *Capp.* VIII. IX. X. XII.

XIX.

REMIGIUS Monachus ANTISIODORENSIS, Comment. in Pfalmum XXI. *Exftat in* Bibliotheca Patrum Lugdunenfi, *tom.* XVI.

Quamvis hoc Sacramentum a pluribus accipiatur, non tamen, ut videtur, in partes eft divifum, fed totum fingulis eft indivifum, *Andrea* Apoftolo fic teftante: *Agnus, quamquam facrificatus eft, integer perfeverat & vivus.* Cap. VI.

XX.

JOANNES EUCHAITENSIS *in* Poematibus, *pag.* 70. *edit. Ætonæ* 1610.

Σταυροῦσί τε τρεῖς ἄνδρες ὁμῶς Ἀνδρέαν.
Tres fimul viri crucifigunt ANDREAM.

XXI.

MARTYROLOGIUM metricum Ecclefiæ Græcæ, *ad d.* XXX. *Nov. ex edit.* Siberi, *Lipfiæ* 1727.

Ἀντίστροφον σταύρωσιν Ἀνδρέας φέρει,
Φανεὶς ἀληθῶς, οὐ σκιωδῶς, ὢν μύστης.
Antiftrophæ fixus cruci fuit ANDREAS,
Sacerdos Chrifti verus, non umbratilis.

XXII.

LANFRANCUS Archiep. Cantuar. *lib.* de Corpore & Sanguine Domini, *cap.* X. *pag.* 239. *edit. Parif.* 1648.

Eft igitur facramentum & res facramenti, id eft, corpus Chrifti. Chriftus tamen *refurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.* Sed ficut dicit ANDREAS Apoftolus: *Quum vere in terris carnes ejus fint comeftæ, & vere fanguis ejus fit bibitus; ipfe tamen ufque in tempora reftitutionis omnium, in cæleftibus ad dexteram Patris integer perfeverat & vivus.* Cap. VI.

XXIII.

WOLPHELMUS Abbas Brunvvillerenfis *in Epiftola ad Meginhardum Abbatem Gladebacenfem,* de Sacramento Euchariftiæ contra errores Berengarii. *Exftat apud Mabillonium* Sæculo VI. Benedict. *part.* II. *pag.* 682.

Hoc autem corpus, poft expletam more catholico communionem, fanum & incolume, vivum & integrum fe recipit ad Patrem. Sic enim teftatur Ecclefia Achaiæ, beatum *Andream* Apoftolum dicere: *Poftquam omnis populus credentium Agni carnem comederit & fanguinem biberit, Agnus qui facrificatus eft, integer perfeverat & vivus: & quum vere facrificatus fit, & vere carnes ejus comeftæ a populo, & vere fanguis ejus fit bibitus; tamen, ut dixi, & integer permanet, & immaculatus, & vivus.* Cap. VIII.

XXIV.

IVO CARNOTENSIS *Serm.* de convenientia veteris & novi Sacrificii. *Ex* Biblioth. Patrum Parifienfi, *tom.* X. *pag.* 806. A.

Ecce ad memoriam veniunt verba beati *Andreæ* Apoftoli, quibus afferit & in cælis effe corpus Domini, & de altari poffe fumi corpus Domini: *Cujus* inquit, *carnes quum fint comeftæ in terris a populo, & fanguis ejus bibitus; ipfe tamen ufque in tempora reftitutionis omnium, in cæleftibus ad dexteram Patris integer perfeverat & vivus.* Cap. VI.

XXV.

BERNARDUS Abbas Claræ-vall. Serm. in vigilia S. ANDREÆ Apoftoli, *num.* 3. *opp. vol.* I. *pag.* 1064. *edit. Parif.* 1719.

Andreas, homo erat fimilis nobis, paffibilis, & tam vehementi ardore fpiritus crucem fitiebat, tam inaudito a fæculis gaudio tripudiabat, quum paratum fibi eminus patibulum confpexiffet: „ O

„ crux, inquit, diu desiderata, & jam concupiscenti animo præparata! Securus & gaudens venio ad „ te, ita ut & tu exsultans suscipias me. „ *Et paullo post*, *num.* 4. Terrendum eum putat Ægeas, crucis supplicium minitans: sed non est ita. Accenditur magis in verbo hoc, & libere clamat: „ „ Ego si patibulum crucis expavescerem, crucis gloriam non prædicarem „. At ubi paratum sibi lignum intuitus est, ex hoc jam plane totus ignescens applaudebat, & blandiebatur illi amatæ suæ, officiosissime salutabat, devotissime suscipiebat, magnifice attollebat eam, & in ipsius præconio gloriabatur, clamans magis affectione quam voce: „ Salve crux pretiosa, quæ decorem & pulcritudi- „ nem de membris dominicis accepisti! Salve crux, quæ in corpore Christi dedicata es, & ex mem- „ bris ejus tamquam margaritis ornata. „ *Capp.* VIII. X.

IDEM *Serm.* I. in festo S. Andreæ, *num.* 1. *pag.* 1065.

Quum duceretur ipse beatus *Andreas* ad crucem, populus qui sanctum & justum dolebat injuste damnari, prohibere voluit ne puniretur: sed magis ipse instantissima prece prohibuit eos, ne non coronaretur, immo ne non pateretur. Desiderabat siquidem dissolvi, & cum Christo esse, sed in cruce quam semper amaverat: desiderabat regnum intrare sed per patibulum. Quid enim dicit illi amatæ suæ? *Per te*, inquit, *me recipiat*, *qui per te me redemit*. Cap. VII.

IDEM *Serm.* II. *num.* 3. *ibidem*, *pag.* 1069.

Audistis certe, quum pervenisset beatus *Andreas* ad locum ubi crux parata erat, quomodo confortatus sit in Domino; & per Spiritum, quem una cum ceteris Apostolis in igneis linguis acceperat, verba vere ignea loqueretur.—Ex abundantia cordis os locutum est; & caritas quæ fervebat in corde, quasi scintillas quasdam ardentissimas emittebat in voce. Quid enim beatus *Andreas* quum sibi paratam, ut dixi, crucem eminus cerneret, loquebatur? „ O crux, inquit, diu desiderata, & „ jam concupiscenti animo præparata! Securus & gaudens venio ad te; ita ut & tu exsultans susci- „ pias me, discipulum ejus qui pependit in te: quia amator tuus semper fui, & desideravi ample- „ cti te. „ *Cap.* X.

IDEM *in* Serm. XVI. de diversis, *num.* 6. *ibidem pag.* 1122.

Numquid non supra naturam beatus iste *Andreas* Apostolus, cujus sollemnitas præ manibus est, transilierat, qui dicebat: „ O bona crux, diu desiderata, & jam concupiscenti animo præparata! Securus & gaudens venio ad te. „ *Cap.* X.

XXVI.

GAUFRIDUS Abbas *in* Declamat. LVIII. *Exst. in volum.* II. *opp.* S. BERNARDI *pag.* 324. A.

Gaudium sane non modo in spe gloriæ, sed etiam in tribulationibus.—Hæc virtus ex alto, quæ *Andream* fecit amplecti crucem. *Cap.* X.

XXVII.

NICOLAUS Claræ-vallensis, *Serm.* in festo S. ANDREÆ. *Exstat in volum.* II. *opp.* S. BERNARDI *pag.* 728. A.

Dominus noster, cujus schola est in terris & cathedra in cælo, ex his omnibus quos elegit & præelegit, *Andream* elegit Apostolum, cujus sollemnitatem & vocibus & cordibus inclamamus. O dulcis Apostolus, & primitiva vocatio Domini Salvatoris:—cujus Passio tanta spiritus devotione distillat, ut mentes audientium adipe & pinguedine replere videatur. Unde non immerito in singularem auctoritatis arcem suscepta est, QUAM QUI VIDERUNT SCRIPSERUNT ORBI, ET MINISTRI FUERE SERMONIS. *Cap.* I.

Hic Sermo, quem Mabillonius aliique tribuunt NICOLAO *Claræ-vallensi*, occurrit etiam inter Sermones B. PETRI DAMIANI, estque num. LVIII. tom. II. pag. 138. edit. Paris. 1642.

XXVIII.

PETRUS BLESENSIS *Serm.* IV. in festo S. Andreæ, *pag.* 174. *edit. Paris.* 1657.

Andreas quasi suæ conditionis oblitus summopere prædicabat suavitatem & dulcedinem crucis.—Præ nimio ardore fidei & amoris, crucem salutat, & dicit: *Securus & gaudens venio ad te*. Andreas præcipuam reputat voluptatem, si dimittatur in patibulo, donec in eo consummetur: & quod omnem fortitudinem facultatis humanæ transcendit, quasi jam a corpore peregrinans cruciatum in cruce non sentit.—Andreas clamat: *Salve crux speciosa! Securus & gaudens ad te venio*: *suscipe discipulum ejus qui pependit in te magister meus Christus*.—Ardentissime affectat Andreas ascendere crucem: ut intra eam mundum & principem mundi despiciat; ut inde quasi de eminentissima turre jacula inimici securus excipiat. *Cap.* X.

XXIX.

AUCTOR incertus *lib.* Soliloquiorum animæ ad Deum, *cap.* XXII. *In Append. opp.* S. Auguſtini, *tom.* VI. *pag.* 95.

Ibat *Andreas* ſecurus ad crucem & gaudens, quoniam ad tuam dulcedinem properabat. *Cap.* X.

XXX.

LUCAS TUDENSIS contra Albigenſes *lib.* III. *cap.* XXI. *Ex* Biblioth. Patrum Pariſienſi, *tom.* IV. *part.* II. *pag.* 710. B.

Quamvis multos Martyrum legamus in ſua paſſione gaudere, ut legitur de beato Apoſtolo *Andrea*, qui quum duceretur ad mortem, dicebat: *Securus & gaudens venio ad te*; hoc de gaudio ſpiritus intelligendum eſt, non de gaudio corporeo. *Cap.* X.

XXXI.

THOMAS AQUINAS, *Serm.* II. de S. Andrea. *Ex edit. Romana* 1570. *tom.* XVI. *ſub finem*, *pag.* 48.

Septem ſunt gradus aſcendendi in palmam, id eſt in crucem. Primus gradus, perſecutoris aggreſſus. Secundus, devota martyrii proceſſio. De his duobus, in vita ſua (S. *Andr.*) Tertius, devota de cruce prædicatio. In Legenda, ibi: *O ſi ſcires virtutem crucis!* &c. Quartus, carceris toleratio. Ibi: *Juſſit eum in carcerem detrudi*. Quintus, populorum eum liberare volentium prohibitio. Ibi: *Nolite ſanctum* &c. Sextus, funium procellatio. Ibi: *Juſſit eum funibus cædi*. Septimus, devota ut pati mereretur oratio. Ibi: *O beata crux*. — Circa paſſionem notandum, quod paſſus eſt deſideranter. Ibi: *Jam concupiſcenti animo præparata*: confidenter. Ibi: *Securus*: lætanter. Ibi: *Gaudens venio ad te*: conſtanter, quia numquam a prædicatione ceſſabat: longanimiter. Ibi: *Biduo*: gratanter, gratias agendo; perſeveranter, quia numquam niſi mortuus deſcendere voluit. *Capp.* II. VII. IX. X. XI. XII.

XXXII.

BONAVENTURA, *Serm.* II. de S. Andrea Apoſtolo. *Ex ejus opp. edit. Lugdun.* 1668. *tom.* III. *pagg.* 223. 224.

Beatus *Andreas*, ſicut ejus Legenda dicit, materialem crucem in corpore paſſus fuit. — Sic quum crucem aſcenderet, hanc humilitatem ſanctus Apoſtolus ſe habere oſtendit, quum Ægeæ de cruce ſic ait: *Ego crucis Chriſti ſervus ſum, & crucis trophæum diligere potius debeo quam timere.* — Unde dicitur in Legenda, quod *exſpoliavit ſe, & veſtimenta ſua tradidit carnificibus.* — Quod Apoſtolus dum attendit, mori pro Chriſto non timuit, ſed pleno gaudio cordis ad crucem acceſſit. Unde videns crucem non timuit, non fugit, non oculos ab ea avertit, ſed exclamavit & dixit. *O bona crux diu deſiderata, ſolicite quæſita, & ideo concupiſcenti animo præparata! lætus & gaudens venio ad te, ita ut tu gaudens ſuſcipias me, diſcipulum ejus qui pependit in te.* Salva me, inquit, crux pretioſa &c. *Capp.* IV. X.

IDEM *Serm.* III. *ibidem*, *pag.* 225.

Hac compaſſione fraterna transfoſſus Apoſtolus dicebat Ægeæ: *Ego de tuo interitu doleo, non de mea paſſione conturbor. Meus enim dolor unius diei, vel duorum, vel trium: ſed tuus interitus nec per millia annorum poterit pervenire ad finem.* Cap. IX.

XXXIII.

SOPHRONIUS, *ut fertur*, de Vitis Apoſtolorum, *cap.* I. *Apud Fabricium in* Biblioth. Eccleſ. *pag.* 224.

Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασιν, Σκύθαις καὶ Σογδιανοῖς καὶ Σάκκαις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν Σεβαστοπόλει ἐκήρυξε τῇ μεγάλῃ, ὅπου ἐστὶν ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου καὶ Φάσις ὁ ποταμὸς, ἔνθα οἰκοῦσιν Αἰθίοπες οἱ ἐσωτέροι. Θάπτεται ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐας, σταυρῷ παραδοθεὶς ὑπὸ Αἰγέα τοῦ βασιλέως Ἐδεσσηνῶν.

Andreas frater hujus (Simonis Petri,) ut majores noſtri prodiderunt, Scythis, & Sogdianis, & Saccis prædicavit evangelium Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in Sebaſtopoli prædicavit quæ cognominatur magna, ubi eſt irruptio Apſari, & Phaſis fluvius: illic incolunt Æthiopes interiores. Sepultus eſt autem Patris civitate Achajæ, cruci ſuffixus ab Ægea præfecto Edeſſenorum.

Eadem ferme habet Anonymus apud ŒCUMENIUM in *Acta Apoſtol. & Epiſtolas Paulli*: apud quem tamen poſtrema verba rectius ſic ſe habent: ὑπὸ Αἰγέα τοῦ ἀνθυπάτου σαυρωθείς.

XXXIV.

HIPPOLYTUS, *ſeu quiſquis ſit Auctor*, de duodecim Apoſtolis. *Apud Combefiſium*, Auctar. nov. *tom.* II. *pag.* 831.

Ἀνδρέας, Σκύθαις, Θρᾳξὶ κηρύξας, ἐσταυρώθη ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐας ἐπὶ ἐλαίας ὄρθιος, καὶ θάπτεται ἐκεῖ.

Andreas, quum Scythis ac Thracibus prædicaſſet, cruci affixus eſt Patris in Achaia, rectus in olea arbore, ibique ſepelitur. *Cap.* x.

XXXV.

PSEUDO-DOROTHEUS Tyrius *in* Synopſi *&c.* ex edit. Fabricii *de vita & morte Moſis*, pag. 471.

Ἀνδρέας ---- ἐτάφη ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐας σταυρωθεὶς ὑπὸ Αἰγεάτου.

Andreas —— ſepultus eſt Patris Achaiæ urbe, quum ab Ægeate in crucem actus fuiſſet. *Cap.* x.

Quibus adde ſis Pſeudo-ABDIAM in *Hiſtor. Apoſtol.* lib. III. num. XXXIX. & ſeq. pag. 507. edit. J. A. Fabricii in *Cod. Apocr. Nov. Teſt.* tom. II. & ISIDORUM HISPALENSEM *juniorem*, ut perhibent, apud laudatum Fabricium *de vita & morte Moſis*, pag. 545.

Conſulendus item NICETAS PAPHLAGO, *Orat. in S.* ANDREAM apud Combefiſium tom. I. *Auctar. noviſſ.* pag. 335.

XXXVI.

NICEPHORUS Hiſt. Eccleſ. *lib.* II. cap. XXXIX. pagg. 199. & 200. edit. Pariſ. 1630.

Ἀνδρέας ὁ τοῦ κορυφαίου Πέτρου κασίγνητος ---- ὑπὸ τοῦ ἀνθυπάτου Αἰγαιάτου τῷ σταυρῷ καὶ οὗτος προσήλωται· ἔγκλημα οἱ ἐπαγαγόντος, ὅτι περὶ τὴν γαμετὴν αὐτοῦ Μαξιμίλλαν καὶ τὸν ἀδελφὸν Στρατοκλέα, Χριστῷ προσαγάγοι, τὴν ἐκείνου βδελυξαμένους δυσσέβειαν.

Andreas, coryphæi Petri frater, —— a proconſule Ægeato in crucem quoque eſt actus: illo ei crimine objecto, quod conjugem ejus Maximillam fratremque Stratoclem, impietatem ejus deteſtari docuiſſet, & ad Chriſti fidem adduxiſſet. *Cap.* x.

XXXVII.

LAURENTIUS JUSTINIANUS *Serm.* in feſto S. Andreæ Apoſtoli, *ex edit. Venet.* 1606. *pag.* 294. *col.* 4.

Magnanimitatem hujus robuſtiſſimi ducis, imperterritam mentem, paſſionis deſiderium, ſpiritualeque lumen ipſius, ex ſermonibus ejus attende. Quum enim duceretur, ut crucis imponeretur patibulo, eamdem a longe proſpiciens exclamavit dicens: *O bona crux, diu deſiderata, & jam concupiſcenti animo præparata! ſecurus & gaudens venio ad te, ita ut tu exſultans ſuſcipias me, diſcipulum ejus qui pependit in te. Salve, o bona crux, quæ in corpore Chriſti dedicata es, & ex ejus membris tamquam margaritis ornata, accipe me ab hominibus, & redde me magiſtro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit.* Cap. x.

DIONYSIUS quoque CARTHUSIANUS, Serm. I. & IV. *de laudibus S. Andreæ*, plura deſcribit ex *Epiſtola Presbyterorum & Diaconorum Achaiæ*.

SÆCUL. I.
CIRCA
ANN. CHR.
80.



ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ
ΑΝΔΡΕΟΥ.[1]

MARTYRIUM
S. ANDREÆ
APOSTOLI.

VET. INTERPR.

CAPUT I.

PAssionem sancti Apostoli A Andreæ, quam oculis nostris vidimus omnes Presbyteri & [4] Diacones Ecclesiarum Achaiæ, scribimus universis Ecclesiis, quæ sunt in Oriente & Occidente, & Meridiano & Septentrione, in Christi nomine constitutis. Pax vobis, & universis qui credunt unum Deum in Trinitate perfectum, verum Patrem ingenitum, verum Filium unigenitum, verum Spiritum san- B ctum procedentem ex Patre, in Filio permanentem: ut ostendatur unus Spiritus esse in Patre & Filio: & hoc esse unigenitum Filium, quod est & ille qui genuit. Hanc fidem didicimus a sancto Andrea, Apostolo Domini nostri Jesu Christi: cujus passionem quam coram positi vidimus, pro ut possumus explicamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Κύριε ἐλέησον.

Ἃ [2] τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν A [3] ἴδομεν πάντες οἱ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι τῶν ἐκκλησιῶν Ἀχαΐας, γεγράφαμεν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις, ταῖς ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ [5] δύσει, καὶ ἄρκτῳ, καὶ μεσημβρίᾳ ἐν ὀνόματι Χριστοῦ διακειμέναις· εἰρήνη ὑμῖν καὶ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν εἰς [6] ἕνα Θεὸν, τέλειον [7] ἐν τριάδι, ἀληθῆ [8] πατέρα [9] γεννήτορα, ἀληθῆ υἱὸν μονογενῆ, ἀ- B ληθὲς πνεῦμα ἅγιον, [10] ἐκπορευόμενον ἐκ πατρὸς, καὶ ἐν υἱῷ διαμένον, [11] ἵνα γνωσθῇ, ἓν πνεῦμα ἅγιον εἶναι ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ, καὶ τοσοῦτον εἶναι τὸν μονογενῆ [12] υἱὸν, ὅσον ὁ γεννήσας [13] οἶδεν. Ταύτην τὴν πίστιν μεμαθήκαμεν παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου, τοῦ ἀποστόλου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗ τὴν μαρτυρίαν [14] παρόντες ἴδομεν, [15] ἔνοι καὶ ἀφηγούμεθα.

Versio CAR. CHR. WOOG.

CAPUT I.

Domine miserere nostri.

QUæ oculis nostris vidimus omnes Seniores & Diaconi Ecclesiarum Achaiæ, scripsimus cunctis Ecclesiis in Oriente & Occidente, in septentrionali & meridionali plaga, in nomine Christi constitutis. Pax vobis & omnibus qui credunt in unum Deum, perfectum in trinitate verum Patrem qui genuit, verum Filium unigenitum, verum Spiritum sanctum procedentem ex Patre, & in Filio B permanentem, ut intelligatur, unum esse Spiritum sanctum in Patre & Filio, & eumdem esse unigenitum Filium, qualis & est qui genuit eum. Hanc regulam fidei didicimus a sancto Andrea, Apostolo Domini nostri Jesu Christi; cujus passionem quam adstantes vidimus, in annuam commorationem explicamus.

1 Ἀνδρέου] Codex Ms. vitiose habet, Ἀνδρέυ. WOOG.
2 Ἃ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἴδομεν] Ita I. *Joan.* I. 1. ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. ID.—Apud Simeonem Metaphrasten hæc Epistola sic incipit: Ἅπερ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἐθεασάμεθα. Vide Allatium *de Simeonibus* pag. 119.
3 Ἴδομεν] Ms. ἴδωμεν. WOOG.
4 *Diacones*] Ita vetus Interpres. *Diacon* & *Diacones* pro *Diaconus* & *Diaconi*, apud veteres Scriptores passim occurrunt. Ex Cangii *Glossar. Latin.*
5 Καὶ δύσει, καὶ ἄρκτῳ, καὶ μεσημβρίᾳ] Ms. non sine vitiis: δύσῃ καὶ ἄρκτρῳ καὶ μεσεμβρείᾳ. Ceterum eamdem prorsus inscriptionem exhibet Smyrnensis Ecclesiæ *de S. Polycarpi martyrio* Epistola: καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις. WOOG.
6 Εἰς ἕνα Θεόν] Athenagoras *Legat. pro Christ.* cap. V. ὁ λόγος ἡμῶν ἝΝΑ ΘΕΌΝ ἄγει: *Omnis sermo noster Deum unum celebrat.* ID.
7 Τέλειον ἐν τριάδι] Gregorius Thaumat. in *Confess. fidei*: Καὶ Θεὸς ὁ υἱὸς, ὁ διὰ πάντων. ΤΡΙΑΣ ΤΕΛΕΙΑ: *Et Deus Filius, qui per omnia est. Trinitas perfecta.* ID.
8 Ἀληθῆ] Male Cod. ἀληθεῖ.
9 Πατέρα γεννήτορα] Deus Pater a Gregorio Naz. quoque *Orat.* XXXV. pag. 562. γεννήτωρ vocatur. Vetus Interpres legisse videtur ἀγέννητον; habet enim *ingenitum*. ID.—Pseudo-Ignatius in *Epist. interpol. ad Ephes.* cap. VII. Τοῦ δὲ μονογενοῦς πατὴρ καὶ γεννήτωρ: *Unigeniti vero pater & genitor*. Hæc verba laudavit quidem WOOGUS in notis ex edit. Whistoniana, tamquam ex vero Ignatio descripta; addiditque, *hæc aliter nonnihil legi in Smithæa editione*. Verum ista prorsus absunt ab editione Smithi, qui genuinas tantum S. Ignatii Epistolas edidit. Wisthonus autem interpolatas velut genuinas obtrusit.
10 Ἐκπορευόμενον ἐκ πατρός] Ita prorsus *Joan.* XV. 26. Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. WOOG.
11 Διαμένον, ἵνα γνωσθῇ] Ms. διαμένων. Deinde εἰναγνῶσθῃ uno vocabulo: quod ἵνα γνωσθῇ emendavi. ID.
12 Υἱὸν, ὅσον] Ms. υἱῷ. ὅσων: non sine mendo. ID.
13 Οἶδεν] In Cod. Ms. exstat οἶδεν, sensu paullo incommodiori. Substitui εἶη, veterem Latinum interpretem secutus, qui hæc ita reddidit: *Et hoc esse unigenitum Filium*, quod est *& ille qui genuit*. ID.—Verum hanc Ms. lectionem ὅσον—οἶδεν, quam & ipsemet Woogus sequitur in *Exercit.* III. §. XIII. pag. 185. retinendam esse, suadent cum illud *Matth.* XI. 27. οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατήρ: tum istud *Joan.* X. 15. καθὼς γινώσκει με ὁ πατήρ.
14 Παρόντες ἴδομεν] Ms. vitiose, παρώντες ἴδωμεν. WOOG.
15 Ἔνοι] Latina versio habet, *pro ut possumus*, & ἐνὸν legisse videtur in Græco. Ἔνος seu ἕνος, vel cum duplici ν, ἔννος seu ἕννος, *annus*, interdum adiective sumitur pro *annuus*, *annotinus*, *anniversarius*. Vid. Scapulam. Ita quoque Hesychius in *Dictionario* hanc vocem exponit: ἝΝΟΣ, ἐνιαυτὸς ἐπέτειος, ἐπέτειος καρπός: *anniversarium tempus, fructus anniversarius*. Reddidi, *in annuam commemorationem*. Ea enim fuit antiquitus Ecclesiæ consuetudo, ut eorum Martyrum quorum festa celebrabantur, recitarentur gesta in conventibus publicis. Vid. Ruinartum in præfat. ad *Acta Martyr.* §. I. 5. fol. IV. Si tamen hæc explicatio minus placuerit, loco ἔνοι, lege ἐννεοί, hoc sensu: *cujus passionem adstantes vidimus & attoniti describimus*. Suidas ἐννεὸς, ἄφωνος, ἐξεστηκός. Sic *Act.* IX. 7. Paulli comites attoniti stetisse leguntur: εἱστήκεισαν ἐννεοί. ID.—Quid, si unius litterulæ προσθέσει, ἔννοι legamus: *passionem quam adstantes vidimus*, scientes prudentesque *narramus*?

VET. INTERPR.

CAPUT II.

PRoconsul itaque Ægeas, Patras civitatem ingressus, cœpit compellere credentes Christo ad sacrificia idolorum. Cui occurrens sanctus Andreas dixit: Oportebat ut tu, qui judex esse hominum comprobaris, judicem tuum qui est in cælo cognosceres, & agnitum coleres; & colendo eum qui verus Deus est, ab his qui veri dii non sunt, animum revocares. Cui Ægeas dixit: Tu es Andreas, qui destruis templa deorum, & suades hominibus superstitiosam illam sectam, quam nuper detectam Romani principes exterminari jusserunt? Andreas dixit: Romani principes nondum cognoverunt hoc, quod pro salute hominum veniens Dei filius, docuerit ista idola non solum deos non esse, sed esse dæmonia pessima & inimica humano generi; quæ hoc docent homines, unde offendatur Deus, ut dum offensus fuerit, avertatur & non exaudiat: & quum aversus fuerit & non exaudierit, habeantur a diabolo ipsi captivi, & tamdiu eos deludat, quamdiu de corpore exeant rei & nudi, nihil secum præter peccata portantes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

A [1] Αἰγέας [2] οὖν ὁ ὕπατος τῇ τῶν Πατρῶν [3] πόλει εἰσελθὼν, ἤρξατο [4] κρατεῖν καὶ συνωθεῖν τοὺς τῷ Χριστῷ πιστεύοντας εἰς τὰς θυσίας τῶν εἰδώλων· ᾧτινι ὁ ἅγιος Ἀνδρέας [5] εἶπεν· ἔδει σὲ, κριτὴν ὄντα ἀνθρώπων, τὸν ἐπουράνιον κριτήν σου ἐπιγνῶναι, καὶ ἐγνωκότα σέβεσθαι, καὶ σεβόμενον τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ἐκ τῶν μὴ ὄντων [6] ἀληθινῶν ἐπιστρέψαι. Αἰγέας εἶπεν· Σὺ εἶ Ἀνδρέας, ὁ καταστρέφων τοὺς ναοὺς τῶν θεῶν, καὶ πλανῶν τοὺς ἀνθρώπους πρὸς ἀναιδῆ θρησκείαν, ἥνπερ ἀρτίως οἱ τῶν Ῥωμαίων ἄρχοντες [7] ἐξαλειφθῆναι ἐκέλευσαν; Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας εἶπεν· οἱ τῶν Ῥωμαίων ἄρχοντες οὔπω ἔγνωσαν τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὅτι ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων ἐλθὼν ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἐδίδαξεν, ταῦτα τὰ εἴδωλα οὐχὶ μόνον θεοὺς μὴ εἶναι, ἀλλὰ δαιμόνια ὀλέθρια, ἐχθραίνοντα τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει· [8] ἃ τοιαῦτα διδάσκουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὅπως τῷ Θεῷ προσκρούσωσι, ἵνα ἐν τῷ προσκροῦσαι αὐτοὺς αὐτῷ, ἀποστραφῇ, καὶ μὴ εἰσακούσῃ· καὶ ἀποστραφέντος αὐτοῦ καὶ μὴ εἰσακούοντος, [9] κατασχεθῶσιν ὑπὸ τοῦ διαβόλου αἰχμάλωτοι, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοὺς [10] ἐμπαίξῃ ἕως οὗ ἐκ τοῦ σώματος ἐξέλθωσιν κατακεκριμένοι καὶ γυμνοὶ, μηδὲν μεθ' ἑαυτῶν, πλὴν τῶν ἁμαρτιῶν, βαστάζοντες.

Versio CAR. CHR. WOOG.

CAPUT II.

A ÆGeas igitur, Consul Patrensis civitatis factus, cœpit Christo credentes apprehendere, & ad idolorum sacrificia vi compellere. Cui sanctus Andreas dixit: Decebat te qui hominum judex es, ut cælestem judicem tuum cognosceres, agnitumque coleres, & dum coleres verum Deum, ab iis qui veri dii non sunt, convertaris. Ægeas dixit: Tu es Andreas, qui subvertis templa deorum, & seducis homines ad impudentem superstitionem, quam nuper Romani principes deleri jusserunt? Sanctus Andreas dixit: Romanorum principes nondum cognoverunt veritatem, & quod pro salute hominum veniens Dei Filius docuerit, idola ista non solum deos non esse, sed esse dæmonia exitialia, humano generi inimica; quæ talia docent homines, quibus ad iram provocent Deum, ut quum offensus fuerit, avertatur ab iis & non exaudiat eos: & quum aversus fuerit & non exaudiverit eos, teneantur a diabolo captivi ut mancipia; qui tamdiu deludit eos, donec de corpore exeant damnati & nudi, nihil secum præter grave peccatorum onus portantes.

CAPUT III.

E ÆGeas dixit: Ista superstitiosa & vana verba Jesus vester dum prædicaret, Judæi illum patibulo affixerunt. Andreas respondit: O si velles scire myste-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

E Αἰγέας εἶπεν· Ταῦτα [11] ὑπέρογκα ῥήματα καὶ ματαιά εἰσιν. [12] Ὁ γὰρ ὁ Χριστὸς ὑμῶν, ἐν [13] τῷ ταῦτα κηρύσσειν, οἱ Ἰουδαῖοι αὐτὸν ἐν τῷ σταυρῷ [14] προσήλωσαν. Ὁ

CAPUT III.

E ÆGeas dixit: Hæc jactanter nimis & vane proferuntur. Christus enim ille vester, talia dum prædicaret, a Judæis cruci fuit affixus. Sanctus Andreas respondit: O

1 Αἰγέας] Ms. Αἰγαῖας. Alias semper scribitur Αἰγέας. Menæa & Anthologium Græcorum, Dorotheus item & Nicephorus Αἰγεάτην eum vocant. Apud Augustinum vero audit *Egetes*. Abdias tamen, Sophronius aliique veteres *Ægeam* appellitant. WOOG. — Eadem jam observabat Fabricius in notis ad Abdiam *Cod. Apocr. N. Test.* tom. II. pag. 503. At immerito uterque Augustino tribuunt librum *de fide contra Manichæos*; ubi auctor, quisquis ille fuerit, de his loquitur cap. XXXVIII. Opus exstat in Append. tom. VIII. pag. 25. opp. S. August. edit. BB. quorum censuram consulas velim.

2 Οὖν] Particula οὖν h. l. non obtinet significationem conclusivam, quum hæc nulla ratione ex præcedentibus fluant: sed vel ἀποστατικῶς seu transitive interpretanda est, eo sensu quo Latinum *itaque*, *igitur*, interdum; vel plane abundat, ut apud Homerum, Herodotum aliosque auctores. Vide Devarium *de Græcæ linguæ particulis*, pag. 201. Blackwalli *Auctores sacros classicos defens. & illustrat.* pagg. 119. & Perizonium ad Sanctii Minervam pag. 573. Hæc adnotanda fuerunt propter Tillemontium; qui ut γνησιότητα hujus Epistolæ infringat, ex abrupto hoc, ut ipsi videtur, initio concludi posse autumat, eam esse fragmentum quoddam, quod e longiori aliqua historia decerptum sit. WOOG.

3 Τῇ — πόλει εἰσελθὼν] Ita exstat in Ms. Rara quidem constructio: εἰσέρχεσθαι enim cum accusativo frequentissime. Sed ut Plato dixit, εἰσέρχεται αὐτῷ φόβος, *timor eum occupat*; ita forte etiam dici potest, εἰσέρχεσθαι τῇ πόλει, ad magistratum in civitate gerendum evehi. Si tamen displicuerit hæc lectio, corrige: εἰς — πόλιν εἰσελθών. ID.

4 Κρατεῖν] Hanc vocem Lat. interpres non habet. ID.

5 Ἀνδρέας εἶπεν] Comprehensus sine dubio & adductus ad Consulem, non ultro [illegible], ut habet Latina versio. *Eos enim fratres laudare non [illegible] qui se ultro offerunt, sed eos qui inviti latentes in passione potius perseverant. Sic nos namque Evangelicus sermo confirmat & hoc hortatur exemplo, quo cessisse videmus ultroneum, & vicisse compulsum.* Verba sunt Ecclesiæ Smyrnensis, Epist. *de Martyrio S. Polycarpi* §. 4. ID.

6 Ἀληθινῶν] Male scriptum in Cod. ἀληθεινῶν. ID.

7 Ἐξαλειφθῆναι] Ita rectius scribi puto, quam ἐξαλεφθῆναι quod habet Ms. ID.

8 Ἃ τοιαῦτα] Vitiose legit Cod. οἱ τοιαῦτα. ID.

9 Κατασχεθῶσιν] Ita reposui, pro καταχεθῶσιν quod exstat in Cod. Ἔχω enim ab inusitato themate σχέω in præt. pass. habet ἔσχημαι: unde ἐσχέθην, facta vocalis longæ correptione, ut in ὠρέθην. ID.

10 Ἐμπαίξῃ] Ms. ἐμπαίξι, vitiosa scriptura. Id est, puerorum more, qui ob simplicitatem qua sunt, data opera facile falluntur & decipiuntur. ID.


11 Ὑπέρογκα ῥήματα] Hæc perplexe Codex ita: ὑπὲρ οἰκαρήματα. ID.

12 Ὁ γάρ ὁ Χριστός] Vel, quod usitatius est, οὗτος γὰρ ὁ Χριστός. Geminatio articuli emphasin involvit, & explanative reddi debet, *ille ipse inquam Christus*: ut *Act.* II. 36. τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. Matth. III. 17. Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός ἀγαπητός. ID.

13 Ἐν τῷ ταῦτα κηρύσσειν, οἱ Ἰουδαῖοι κ. τ. λ.] Constructio hæc quæ durior est, defendi potest ex simili constructione *Act.* VII. ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. WOOG. — Hanc in sententiam vide sis Blackwallum in *Auctoribus sacr. class. defens.* pag. 187. & alibi.

14 Προσήλωσαν] Προσηλῶσαι alias cum dativo nude construitur, ut *Coloss.* II. 14. προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ. Sic etiam apud Lucianum [illegible]: apud Chrysostomum, τῷ βιβλίῳ [illegible], & apud alios. Sed nec hæc constructio [illegible], talis videtur. Infra *Cap.* IX. τῷ σταυρῷ [illegible] construitur. WOOG.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 80.



Vet. Interpr.

rium crucis, quam rationabili caritate auctor humani generis pro restauratione nostra hoc crucis patibulum non invitus, sed sponte suscepit! Ægeas dixit: Quum traditus afferatur a suo discipulo, & a Judæis tentus & præsidi adductus, & ad petitionem Judæorum a militibus præsidis crucifixus: quomodo tu dicis, eum spontaneum crucis subiisse patibulum? Andreas respondit: Ideo ego dico spontaneum, quoniam simul cum ipso fui, quum a suo discipulo traderetur; & antequam traderetur, dixit nobis [a] quod *tradendus esset, & crucifigendus* pro salute hominum, *& die tertia resurrecturum se esse* prædixit. Cui quum frater meus Petrus diceret [b]: *Propitius esto tibi Domine; non fiat istud*: indignatus sic ait Petro: *Vade retro, Satana, quia non sapis ea quæ sunt Dei*. Et ut plenius nos instrueret, quomodo sponte passionem susciperet, dicebat nobis [c]: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam*. Ad ultimum dum cœnaret nobiscum, & diceret [d]: *Unus vestrum me traditurus est*, & ad istam vocem omnes contristaremur; ne suspensos cogitatio trucidaret, ait: *Cui dedero panis fragmentum de manu mea, ipse est*. Et quum dedisset uni ex condiscipulis nostris, & futura quasi jam præterita narraret, docuit se voluntate fuisse traditum; quum nec traditorem fugiendo deseruit, & in loco quo illum sciebat venturum esse, permansit.

A ἅγιος Ἀνδρέας εἶπεν· ὦ ἄνθρωπε, εἰ ἤθελες εἰδέναι [1] τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ, ὃν [2] τρόπον ἐπιθυμητῇ ἀγάπῃ [3] ὁ κτιστὴς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ὑπὲρ συστάσεως ἡμετέρας τοῦτον τὸν σταυρὸν οὐκ [4] ἄκων, ἀλλ᾽ ἑκὼν ἐδέξατο, ἐπίστευσας ἂν αὐτῷ. Αἰγέας εἶπεν· [5] Τοῦ παραδοθῆναι αὐτὸν παρὰ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ Ἰουδαίων κρατηθῆναι, καὶ τῷ ἡγεμόνι προσενεχθῆναι, καὶ τῇ αἰτίᾳ τῶν Ἰουδαίων παρὰ τῶν [6] στρατιωτῶν τοῦ ἡγεμόνος σταυρωθῆναι κελεύσαντος, πῶς σὺ λέγεις αὐτὸν [7] προθέσει ὑπομεῖναι σταυρόν; Ἀνδρέας· Διὰ τοῦτο ἐγὼ λέγω αὐτὸν προθέσει, ὅτι μετ᾽ αὐτοῦ ἤμην [8], καὶ μέλλων προδίδοσθαι ὑπὸ τοῦ ἰδίου μαθητοῦ, καὶ σταυροῦσθαι, [9] προεῖπεν ἡμῖν ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. ὅθεν [10] τῷ ἀδελφῷ μου Πέτρῳ [11] εἰπόντι· ἵλεώς σοι Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, [12] ἀγανακτῶν εἶπεν· ὀπίσω μου σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ πῶς τελείως ἡμᾶς [13] ὑπεστήριξεν, εἰ ἄκων τὸ πάθος ἀνεδέξατο; Οὐκ ἂν ἔλεγεν ἡμῖν· ἐξουσίαν ἔχω [14] θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν ἆραι αὐτήν. Τέλος οὖν, ἐν [15] ὅσῳ ἐδείπνει μεθ᾽ ἡμῶν, εἶπεν· εἷς ἐξ ὑμῶν [16] παραδώσει με, καὶ ταύτῃ τῇ φωνῇ [17] θλιβῆναι πάντας ἐποίησεν, καὶ εἴρηκεν πάλιν· ὅτι μεθ᾽ οὗ ἐγὼ βάψω ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρά μου, αὐτός ἐστιν ὁ παραδιδούς με. Καὶ τὰ μέλλοντα καθάπερ παρελθόντα εἰπὼν, ἔδειξεν ἑαυτὸν προθέσει παραδοθέντα· οὔτε γὰρ τὸν προδότην ἔφυγεν, ἀλλ᾽ εἰς τὸν τόπον, ὅπου ἐγίνωσκεν αὐτὸν ἐληλυθέναι [18], ἐπέμεινεν.

Versio Car. Chr. Wooc.

si modo velles, homo, scire mysterium crucis, & qua ratione ex ardentissimo nos Deo reconciliandi desiderio crucis hoc supplicium, non coacte sed sponte in se suscepit humani generis conditor, crederes forte in eum. Ægeas dixit: Quum proditus afferatur a suo discipulo, & a Judæis prehensus & præsidi adductus, & ad petitionem Judæorum jussu præsidis per milites crucifixus; quomodo tu dicis, eum sponte crucis subiisse supplicium? Ad hæc Andreas respondit: Ego qui cum eo semper fui, ideo dico sponte eum fuisse passum, quoniam ille diu ante, quam a suo discipulo proderetur & crucifigeretur, nobis prædixit, quod post tres dies resurrecturus sit. Quapropter etiam ad fratrem meum Petrum, qui dixerat: *Propitius esto tibi Domine; hoc tibi non eveniat*, indignabundus sic ait: *Vade retro me Satanæ fili, quia non sapis ea quæ sunt Dei*. Et quo modo nobis tam perfecte mortem suam confirmare potuisset, si præter voluntatem suam hanc passionem suscepisset? Sane nobis haud dixisset: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam*. Tandem quum cœnaret nobiscum, dixit quoque: *Unus ex vobis prodet me*; quumque ad istam vocem omnes affligeremur, iterum dixit nobis: *Cum quo intingam in paropside manum meam, ille est qui me prodet*. Quumque futura quasi jam præterita narraret, commonstravit, se ex voluntate sua fuisse proditum: nam proditorem ne quidem devitavit, sed in loco quo illum sciebat venturum esse, permansit.

a Matth. xx. 17. 18. Marc. x. 32. 33. Luc. xviii. 31. 32. *b* Matth. xvi. 22. 23. Marc. viii. 32. 33. *c* Joann. x. 17. 18. *d* Matth. xxvi. 2. Marc. xiv. 18. Luc. xxii. 21. Joan. xiii. 21. 26.

1 Τὸ *μυστήριον*] Ms. male habet *τόν*. Id.

2 Ὃν — *ἐπιθυμητῇ*] Excidit vox una, vetustate exesa. Id.

3 Ὁ *κτιστὴς κ. τ. λ.*] Quem S. Andreas h. l. *κτιστὴν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων* vocat, eumdem postea *Cap.* v. *τὸν πρώτως ποιήσαντα τὸν ἄνθρωπον* appellat. Id.

4 Ἄκων] In margine *ἴσ. ἀκούσιος*. Utrumque recte. Id.

5 Τοῦ *παραδοθῆναι*] Vel si mavis, *τὸ παρ.* Infinitivos cum articulis sæpe poni, observant Grammatici; docentque infinitivos per *quod* & verbum indicativum vel conjunctivum resolvendos esse. Ita prorsus Demosthenes in *Midian*. Τίς οὐκ οἶδε, ΤΟΥ *μὲν πολλὰ κακὰ γίνεσθαι, τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, αἴτιον ὄν*; *Quis ignorat, quod multa mala fiant, impunitatem in caussa esse?* Pro *ὅτι μὴ κολάζονται οἱ ἐξαμαρτάνοντες*. Id.

6 Στρατιωτῶν] Cod. mendose habet *στρατιοτῶν*. Id.

7 Προθέσει] In Ms. exstat *προσθέσει*: mallem tamen legere *προθέσει*, quemadmodum mox. Quod paullo superius, *τὸν σταυρὸν οὐκ ἄκων, ἀλλ᾽ ἑκὼν δέχεσθαι* dictum fuerat; id nunc per *προθέσει ὑπομεῖναι* exprimitur. Πρόθεσις enim, propositum, intentio, scopus quem sibi quis deliberato animo proposuit. Unde apud Philonem *de vita Mosis* lib. III. *τῆς προθέσεως διαμαρτάνειν*. Id.

8 Ἤμην — *προδίδοσθαι*] Ms. *ἤμην* — *προδιδῶσθαι*. Id.

9 Προεῖπεν ἡμῖν] Hoc Evangelistæ diligenter annotarunt, *Matth.* xvi. 21. xx. 18. 19. *Marc.* viii. 31. *Luc.* ix. 22. xviii. 31. Mutilus ceteroquin Græcus textus est: atque scribarum incuria omissa sunt ea, quæ Latinus interpres pariter ac Evangelistæ habent, facili negotio exinde supplenda. Id.

10 Ὅθεν] Ita lego, pro *ὅτεν* Ms. Id.

11 Εἰπόντι] Scriptum est *εἰπῶντι* in Cod. qui h. l. mutilus insuper: circellis enim in margine notata, desunt ibidem. Ceterum *ἵλεώς σοι Κύριε*, puram dictionem Græcam esse, profanis quoque usitatam, probat Elsnerus *Observ. Sacr.* tom. I. pag. 81. Id.

12 Ἀγανακτῶν] Στραφεὶς exstat apud Matthæum. Sed antiqua Versio, *indignatus*. Id.

13 Ὑπεστήριξεν] Ms. *ὑπεστέριζεν*, duplici vitio. Latina versio aliter. Id.

14 Θεῖναι — ἆραι] Ms. *θῆναι* — *ἆραι*. Id.

15 Ἐν ὅσῳ] Una voce vitiose scriptum exstat in Cod. *ἐνόσῳ*. Id.

16 Παραδώσει] Ms. *παραδόσει*. Id.

17 Θλιβῆναι] In Cod. scribitur *θληβῆναι*. Hoc memoriæ prodidit S. Matthæus xxvi. 22. Καὶ *λυπούμενοι σφόδρα, ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν· μήτι ἐγώ εἰμι*, Κύριε; Vetus Versio heic quædam inserit. Id.

18 Ἐληλυθέναι] Ms. *ἐληλυθῆναι*. Id.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 80.

VET. INTERPR.

CAPUT IV.

A Ægeas dixit: Miror te prudentem virum, iſtum velle ſectari, quem quoquo pacto, aut ſponte aut invitum, cruci tamen confiteris affixum. Andreas reſpondit: Hoc eſt, quod etiam me dixiſſe jam retines. Magnum eſt myſterium crucis, quod, ſi forte volueris audire, retexam. B Ægeas dixit: Myſterium non poteſt dici, ſed ſupplicium. Andreas dixit: Ipſum ſupplicium, myſterium reparationis humanæ, ſi patienter audias, comprobabis. Ægeas dixit: Ego quidem patienter te audiam: ſed tu ſi me obtemperanter non audieris, ipſum C crucis myſterium in te ipſo excipies. Andreas reſpondit: Ego ſi crucis patibulum expaveſcerem, crucis gloriam non prædicarem. Ægeas dixit. Inſanus ſermo tuus prædicat gloriam ſupplicii, quia per audaciam, pœnam non times mortis. Andreas reſpondit: D Non per audaciam, ſed per fidem, pœnam non timeo mortis: *mors* [a] enim *juſtorum*, *pretioſa* eſt; [b] *mors* vero *peccatorum*, *peſſima*. Et ideo audire te volo crucis myſterium, ut agnitum forſitan credas, & credens ad reſtaurationem tuæ animæ quo- E que pertingas. Ægeas dixit: Reſtauratur hoc, quod periiſſe do-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Αἰγέας εἶπεν· Θαυμάζω τὸν [1] φρόνιμον ἄνδρα τοῦτον, ὃν λέγεις, ἐν οἵῳ δήποτε συμφώνῳ, ἢ [2] ἑκόντα, ἢ καὶ μὴ ἑκόντα, ὅμως δὲ τῷ σταυρῷ ὁμολογεῖς, προσηλῶσθαι. Ἀνδρέας εἶπεν· Τοῦτό ἐστιν, ὃ προεῖπον, μέγα μυστήριον [3] τὸ τοῦ σταυροῦ, ὃ, ἐὰν θελήσῃ ἀκοῦσαι, λέξω. Αἰγέας εἶπεν· Μυστήριον οὐ [4] δύναται λέγεσθαι, ἀλλὰ [5] τιμωρία. Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας εἶπεν· Αὐτὴν τὴν τιμωρίαν, μυστήριον οὖσαν καὶ ἀνάπλασιν τῆς [6] ἀνθρωπότητος, [7] ἐπιγινώσκωμεν, ἐὰν [8] νουνεχῶς ἀκούσῃς. Αἰγέας εἶπεν· Ἐγὼ μὲν νουνεχῶς ἀκούσωμαι· σὺ δὲ, ἐὰν μὴ [9] συγκαιρίως ἀκούσῃς, αὐτὸ τὸ τοῦ σταυροῦ μυστήριον ἐν σεαυτῷ ἀναδέξῃ. Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας εἶπεν· [10] εἰ τὸν σταυρὸν [11] ἐδειλίων, τὴν δόξαν τοῦ σταυροῦ οὐκ ἂν ἐκήρυττον. Αἰγέας εἶπεν· ἀσαφής σου λόγος, [12] κηρύττει σοι σταυρὸν κολάσεως, ὅτι διὰ [13] κακοτεχνίας κόλασιν οὐ φοβῇ θανάτου. Ἀνδρέας εἶπεν· οὐχὶ διὰ κακοτεχνίας, ἀλλὰ διὰ πίστεως, οὐ φοβοῦμαι κόλασιν θανάτου· ὁ γὰρ θάνατος [14] δικαίων τίμιος, θάνατος δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν πονηρός. Διὰ τοῦτο ἀκουστόν [15] σοι θέλω ποιῆσαι τὸ τοῦ σταυροῦ μυστήριον, ὅπως [16] διωρθωσάμενός τε καὶ πιστεύσας πρὸς οἰκοδομὴν τῆς σῆς ψυχῆς, οἵῳ δήποτε τρόπῳ [17] καταλάβῃς τοῦτο. Αἰγέας

Verſio CAR. CHR. WOOG.

CAPUT IV.

Ægeas dixit: Miror prudentem adeo quem dicis, virum quocumque demum modo, ſive ſponte ſive invitum, cruci tamen, ut fateris ipſe, fuiſſe affixum. Andreas regeſſit: Hoc eſt, uti jam dixi, magnum crucis myſterium, quod, ſi forte audire volueris, exponam. Ægeas dixit: Myſterium non poteſt dici, ſed ſupplicium. Sanctus Andreas reſpondit: Ipſum hoc ſupplicium quo myſterii plena reſtauratio generis humani peracta fuit, clarius ſtatim introſpicies, ſi modo attente audiveris. Ægeas dixit: Ego quidem attente te nunc audiam; tu autem, quod ſi tempeſtive viciſſim non obtemperaveris, ipſum hoc crucis myſterium in te ipſo experieris. Sanctus Andreas dixit: Si crucis ſupplicium formidarem, gloriam crucis non prædicarem. Ægeas dixit: Obſcurus tuus ſermo crucis tibi denuntiat ſupplicium; quia per malitiam, mortis non times pœnam. Andreas reſpondit: Minime ego propter malitiam, ſed propter fidem, mortis non timeo pœnam: *mors* enim *juſtorum pretioſa* eſt; *mors* vero *peccatorum*, *peſſima*. Ideo te volo crucis myſterium audire, ut, ſi melius fueris inſtructus, ſique credideris, illud in animæ tuæ ſalutem, quocumque demum modo, apprehendas. Ægeas

a Pſal. cxv. 15. *b* Pſal. xxxiii. 22.

1 Φρόνιμον ἄνδρα] Ms. φρόνυμον. Hæc aliter Latinus Interpres. Sed perplacet noſtra Cod. lectio. *Prudentem*, & in primis rerum futurarum, ut dicis, maxime gnarum. Sic φρονεῖν τὰ μέλλοντα, *futura proſpicere*. ID.

2 Ἢ ἑκόντα κ. τ. λ.] Hæc corrupte ita in Cod. ſcribuntur: ἢ ἑκῶνται, ἢ καὶ μὴ ἑκῶνται. ID.

3 Τὸ — θελήσῃ] Ms. τῷ — θέλησι. ID.

4 Δύναται] Ms. δύνασθαι. ID.

5 Τιμωρία] Τιμωρία proprie dicitur reſpectu punientis, qui delictis & criminibus ultionem & pœnas irrogat: ſicuti κόλασις ratione pœnas luentis uſurpatur. Vid. Lexica. Sic & *Hebr.* x. 29. ἀξιωθήσεται τιμωρίας: *ſupplicio dignus habebitur*. ID.

6 Ἀνθρωπότης] Ἀνθρωπότης idem quod ἀνθρωπεία φύσις, *humanæ naturæ conditio*, apud profanos. Occurrit, præter conſuetam hanc ſignificationem quam ex Lexicis habemus, alia apud ſcriptores Eccleſiaſticos ſatis uſitata, qua denotatur *genus humanum*. Clemens Alex. *Pædag.* lib. I. cap. vi. Μία καθολικὴ τῆς ἀνθρωπότητος σωτηρία ἡ πίστις. *Fides una eſt univerſa generis humani ſalus*. Vid. Svicerum *Theſ. Eccl.* tom. I. pag. 358. Hoc ſenſu, Alexandrinum vocabulum eſſe videtur. ID.

7 Ἐπιγινώσκωμεν] Ita Codex: aſt videtur potius legendum eſſe, ἐπιγνωσόμεθα. Verſio Latina vetus, *comprobabis* reddidit. ID.

8 Ἐὰν νουνεχῶς ἀκούσῃς] Ἐὰν νῦν ἐχῶς ἀκύσας, ſcriptum in Codice. Sic & paullo poſt: Ἐγὼ μὲν νῦν ἐχῶς. Vox ἐχῶς quam *patienter* vertit antiquus Interpres, mihi prorſus incognita eſt: niſi forte idem ac προσεχῶς notet, ſimplex pro compoſito. Lego itaque νουνεχῶς, *conſiderate*, *prudenter*, *cordate*: more eorum qui mente præditi ſunt. Semel etiam occurrit in N. T. hæc vox, *Marc.* xii. 34. ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη: *quod prudenter reſponderit*. Frequentius apud Polybium, cujus loca vide ſis apud Raphelium in notis Polybianis, pag. 145. ID.

9 Συγκαιρίως] Ms. habet abſone, συγκαιρατικῶς: forte συγκαιρετικῶς, vox tamen barbara: repone συγκαιρίως. Xenophon *Pæd.* lib. III. καιριωτέρως παρεῖναι: *tempeſtivius adeſſe*. ID.

10 Εἰ] Ms. ἐγὼ, cujus loco ex veteri Verſ. εἰ repono. ID.

11 Ἐδειλίων] Ms. ἐδειλίων. ID.

12 Κηρύττει κ. τ. λ.] Vetus Interpres legiſſe videtur, κηρύττει δόξαν κολάσεως. Ita enim: *Inſanus ſermo tuus prædicat gloriam ſupplicii*. Σταυρὸν κολάσεως per hypallagen, pro κόλασιν σταυροῦ: quemadmodum ſtatim, οὐ φοβοῦμαι κόλασιν θανάτου. Vid. Glaſſium *Philolog. ſacr.* pag. 1240. Placet tamen mirifice interpretis Latini quoque lectio, δόξαν κολάσεως. ID.

13 Κακοτεχνίας] Latina verſio reddidit *audaciam*: nec male. Religio enim ethnicis vocabatur *barbara audacia*. Sic Porphyrius apud Euſebium *Hiſt. Eccl.* lib. vi. cap. xix. βάρβαρον τόλμημα eam nuncupat. Κακοτεχνία vero proprie ſignificat malas artes, quæ ad hominum perniciem convertantur. Sic Demoſthenes in fine *orat. adverſus Lacritum*, & alibi, κακοτεχνεῖν pro *mala fide agere* uſurpat. ID.

14 Δικαίων — θάνατος δὲ] Ms. deſunt verba iſta, ex veteri verſione abs me inſerta. ID.

15 Σοι] Ms. male σε habet. ID.

16 Διωρθωσάμενός τε] Διορθωσάμενός σε ſcribitur. Latinus interpres reddidit: *ut agnitum forſitan credas*. Ὀρθόω, διορθόω, apud profanos. Διόρθωσις Hebr. ix. 10. tantum legitur: μέχρι καιροῦ διορθώσεως, *uſque ad tempus correctionis*: novi ſcilicet Fœderis tempora, quibus imperfectio veterum cultuum & præceptorum corrigenda, & præfigurata adimplenda erant; genuſque humanum ex corruptione ſua per Chriſtum liberari, corrigi, & ſic quaſi in integrum reſtitui debebat. Eodem prorſus ſenſu & heic διωρθωσάμενος notat, de œconomia novi Fœderis melius inſtructum. ID.

17 Καταλάβῃς] Cod. habet καταλάβεις. Huc prorſus phraſis biblica, λαβεῖν τὸν Χριστὸν: *Joan.* I. 12. *Coloſſ.* II. 6. ſimilitudine a manu, amicum aut eleemoſynas prehendente, petita. ID.

VET. INTERPR.

cetur: numquid anima mea periit, ut ad ejus me restaurationem venire per fidem nescio quam, tu afferas?

εἶπεν· μὴ γὰρ ἡ ψυχή μου ἀπώλετο, ἵνα πρὸς οἰκοδομὴν αὐτῆς ἐλθεῖν πειρασθῶ διὰ πίστεως ἧς λέγεις;

Versio CAR. CHR. WOOG.

dixit: Numquid anima mea periit, ut ad ejus salutem per fidem, nescio quam tu afferis, pervenire debeam tentare?

CAPUT V.

ANdreas respondit: Hoc est, quod te discere desiderabam, ut dum perditas animas hominum docuero, istam restaurationem earum per crucis mysterium pandam. Primus enim homo [a] per lignum prævaricationis mortem induxit:& necessarium hoc erat generi humano, ut per lignum passionis, mors quæ ingressa fuerat, pelleretur. Et quomodo de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum prævaricationis mundo mortem intulerat: necessarium fuit, ut de immaculata Virgine natus Christus, perfectus homo, qui est Dei filius qui primum hominem fecerat, vitam æternam quam perdiderant omnes, repararet; ac de ligno crucis lignum concupiscentiæ excluderet; panderet in cruce immaculatas manus, pro manibus incontinenter extensis; pro suavi cibo arboris vetitæ, escam fellis acciperet; & in se suscipiens mortalitatem nostram, suam nobis immortalitatem offerret.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

Ἀνδρέας εἶπεν· τοῦτό ἐστιν, ὃ εἰρηκέναι [1] σοι ἐπεθύμουν, ἵνα, ἐν τῷ [2] ἀπολωλεκυίας τὰς πάντων ἀνθρώπων ψυχὰς διδάξω [3] δικαίαν τὴν οἰκοδομὴν αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ ἐφαπλώσω ταύτην. Ὁ γὰρ πρῶτος ἄνθρωπος διὰ τοῦ ξύλου τῆς παραβάσεως θάνατον ἐπήγαγεν. καὶ [4] ἀναγκαῖον ἦν, ἵνα διὰ τοῦ ξύλου τοῦ πάθους ὁ εἰσελθὼν θάνατος [5] ἐκβληθῇ. Καὶ, ὅτι ἐξ ἀμώμου γῆς γέγονεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος· ἀναγκαῖον ἦν, ἐξ ἀμώμου παρθένου κυηθῆναι τὸν τέλειον ἄνθρωπον, [6] ἵνα ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ὁ πρώην ποιήσας τὸν ἄνθρωπον, ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἣν ἀπώλεσαν οἱ ἄνθρωποι διὰ τοῦ Ἀδὰμ, [7] ἑτοιμάσῃ. [8] Εἶθ' οὕτως διὰ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ τὸ ξύλον τῆς ἐπιθυμίας [9] ἀποκλείσῃ, ἐκτείνει ἐν τῷ σταυρῷ τὰς [10] ἀχράντους χεῖρας ὑπὲρ χειρῶν [11] ἑκουσίως ἐκτεταμένων· ἀντὶ [12] ἡδυτάτης τροφῆς, τροφὴν χολῆς ἔλαβε· καὶ ἐν ἑαυτῷ δεξάμενος τὸ θνητὸν ἡμῶν, τὴν αὐτοῦ ἀθανασίαν ἡμῖν ἐχαρίσατο.

CAPUT V.

ANdreas dixit: Hoc est, quod tibi dicere ardentissime desiderabam, ut dum perdidisse omnium hominum animas innatam suam justitiam docuero; ejusdem etiam per crucis mysterium restaurationem pandam. Primus enim homo per lignum prævaricationis mortem induxit; hinc necesse erat, ut per lignum passionis mors quæ ingressa fuerat, pelleretur. Et propterea quod ex immaculata terra creatus fuerat primus homo; necesse erat, ut ex immaculata Virgine nasceretur perfectus homo, quo Filius Dei qui antea condiderat hominem, vitam æternam quam perdiderant homines per Adamum, repararet. Deinde, ut per lignum crucis concupiscentiæ lignum excluderet, expandit in cruce incontaminatas manus, pro manibus ultro expansis; pro suavissimo cibo, fellis potum accepit; & in se suscipiens nostram mortalitatem, suam nobis donavit immortalitatem.

CAPUT VI.

ÆGeas dixit: Ista verba illis narrare debes, qui tibi credunt: mihi autem nisi hoc consentias, ut sacrificium diis omnipotentibus offeras, in ipsa cruce quam laudas, te fustigatum affigi præcipiam. Andreas respondit: Omnipotenti Deo qui vivus & verus est, ego omni die sacrifico, non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum sanguinem; sed immaculatum agnum quotidie

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ΄.

Αἰγέας εἶπεν· [13] ταῦτα τὰ ῥήματα τοῖς πιστεύουσί σοι δυνήσῃ λαλεῖν· ἐμοὶ δὲ εἰ μὴ [14] πείθῃ, ὅπως θυσίαν τοῖς [15] παντοκράτορσι θεοῖς προσενέγκῃς, ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ, [16] ᾧ ἐπαινεῖς, ῥαβδισθέντα σε [17] προσηλώσω. Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας εἶπεν· τῷ παντοκράτορι Θεῷ ἐγὼ πᾶσαν ἡμέραν θυσίαν ζῶσαν ἀναφέρω. οὐχὶ θυμιάματος [18] καπνὸν, οὐδὲ ταύρων μυκωμένων σάρκας, οὔτε τράγων [19] αἷμα·

CAPUT VI.

ÆGeas dixit: Hæc quidem verba tibi credentibus poteris narrare; mihi autem nisi obtemperaveris, ut sacrificium diis omnipotentibus feras, in ipsa quam laudas, cruce te fustigatum affigi præcipiam. Sanctus Andreas respondit: Omnipotenti Deo ego omni die vivum offero sacrificium, non thuris quidem fumum, neque taurorum mugientium carnes, nec hircorum sanguinem; sed purum agnum

a Gen. III. 19. Rom. V. 12. 14. 17. 21.

1 Σοι ἐπεθύμουν] In Ms. σε ἐπιθύμουν. Antiqua tamen lectio μαθεῖν σὲ, ut Latinus habet, fuisse videtur. ID.

2 Ἀπολωλεκυίας] Vitiose scribitur in Cod. ἀπολελοκύας. Facilior erit sensus, si ἀπολωλεκέναι, eadem interpunctatione retenta, emendaveris. ID.

3 Δικαίαν τὴν οἰκοδομὴν] Græcis minus cohærere videtur heic Woogi versio. Illustrandus fortasse locus iste ex I. *Cor.* III. 9. ubi sic: Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε. Hæc autem si conferantur cum iis quæ paullo post subduntur: ἐξ ἀμώμου γῆς γέγονεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος: verborum præcedentium, δικαίαν τὴν οἰκοδομὴν, legitimus sensus eruitur.

4 Ἀναγκαῖον ἦν] Latina versio addit, *generi humano*. WOOG.

5 Ἐκβληθῇ] Ms. ἐκβληθεῖ: sed rectius subjunct. ID.

6 Ἵνα ὁ τοῦ] Mendose ita Cod. Ms. εἰν ὧ ὁ τοῦ. Confer. heic vetus Interpres. ID.

7 Ἑτοιμάσῃ] Ms. ἑτοιμάσει. ID.

8 Εἶθ' οὕτως] *Deinde ut*, reddidi. Vide Vigerum *de præcipuis Græcæ dictionis idiotismis*, cap. VII. sect. X. Devarium *de Græcæ linguæ particulis*, cap. XXI. Mallem tamen legere ὅπως, vel ἵνα. ID.

9 Ἀποκλείσῃ] Ms. ἀποκλείσει. ID.

10 Ἀχράντους] Hesychius: Ἄχραντον, ἀμόλυντον, καθαρὸν, ἀμίαντον. Χραίνειν γάρ ἐστι τὸ μιαίνειν. Id est, ἄχραντον, *incontaminatum*, *purum*, *immaculatum*. Suidas autem per ἄψαυστον κυρίως, ὃ χεὶρ οὐχ ἥψατο, *intactum proprie*, *quod manus non tetigit*, exponit. ID.

11 Ἑκουσίως] *Incontinenter* habet vetus Interpres, & legisse videtur ἀκρατῶς. ID.

12 Ἡδυτάτης] Ms. ἡδυτάτης. Latina versio addit, *arboris vetitæ*. ID.

13 Ταῦτα — δυνήσῃ] Ms. habet, αὐτοῦ — δυνήσει. ID.

14 Πείθῃ] Ms. πιθεῖς male legit. ID.

15 Παντοκράτορσι — προσενέγκῃς] Hæc ita corrupte exstant in Cod. παντωκράτωρσι — προσενέγχεις. Sic & paullo post, παντωκράτωρι. ID.

16 ᾧ ἐπαινεῖς] Sic & infra Cap. VIII. ἐν τῷ σταυρῷ, ᾧ ἐπαινεῖς. Ἐπαινεῖν recte etiam, rarius licet, cum dativo construitur. Vide Lexica. Ita Homerus *Iliad.* 9. vers. 312.

Ἕκτορι μὲν γὰρ ἐπῄνησαν κακὰ μητιόωντι.

Hectori enim assensi sunt perniciosa consilia danti.


Ceteroquin articulum postpositivum propter Atticam elegantiam, cum præcedente substantivo vel pronomine, casu quandoque convenire, nullo respectu habito ad sequens cui respondere debebat, notissima est syntaxeos regula. ID.

17 Προσηλώσω] Ms. vitiose, προσιλώσω. ID.

18 Καπνὸν] Ms. καπνῶν. ID.

19 Αἷμα] Αἷμαι vitiose legitur in Cod. ID.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 80.



Vet. Interpr.

in altare crucis sacrifico, cujus carnes posteaquam omnis populus credentium manducaverit, & ejus sanguinem biberit: agnus qui sacrificatus est, integer perseverat & vivus; & quum vere sacrificatus sit, & vere carnes ejus manducatæ sint a populo, & vere sanguis ejus sit haustus: tamen, ut dixi, integer permanet, & immaculatus, & vivus. Ægeas dixit: Quomodo potest hoc fieri? Andreas respondit: Si vis discere quomodo potest hoc fieri, assume formam discipuli, ut possis doceri quod quæris. Ægeas dixit: Ego a te tormentis exigam hujus rei notitiam. Andreas dixit: Miror te hominem prudentem, tam stulte locutum. Ergo tu tormentis putas, me divina tibi pandere sacrificia? Audisti mysterium crucis, audisti mysterium sacrificii. Si credideris Christum filium Dei qui crucifixus est a Judæis, verum Deum esse, pandam tibi quo ordine occisus vivat agnus: qui quum sacrificatus fuerit & comestus, integer tamen & immaculatus in suo regno permanet. Ægeas dixit: Quum sit occisus, & ab omni populo, ut asseris, devoratus, quomodo integer perseverat & vivus? Andreas respondit: Si credideris ex toto corde tuo, discere poteris: si non credideris, penitus tu numquam ad indaginem hujus veritatis attinges.

A ἀλλ' [1] ἄμωμον ἀμνὸν καθ' ἡμέραν ἐν θυσιαστηρίῳ τοῦ σταυροῦ [2] Θεῷ ἀναφέρω, οὗ τὰς σάρκας μετὰ τὸν πιστὸν λαὸν φαγεῖν, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ πιεῖν, ὁ [3] θυθεὶς ἀμνὸς [4] ἀκαίρεος διαμένει καὶ ζῶν. Αἰγέας εἶπεν· Πῶς δύναται τοῦτο [5] γίνεσθαι; Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας εἶ- B πεν· Εἰ θέλεις εἰδέναι πῶς δύναται τοῦτο γίνεσθαι, ἀνάλαβε πρόσωπον μαθητοῦ, ἵνα [6] διδαχθῇς, ὅπερ ζητεῖς· Αἰγέας εἶπεν· Ἐγὼ παρά σου [7] βασάνοις τούτου χάριν ἀπαιτήσω. Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας εἶπεν· Θαυμάζω σε ἄνθρωπον ὄντα συνετὸν, εἰς τοσαύτην ἀσυνεσίαν [8] ἐξωκείλαντα, τοῦ νομί- C ζειν, σε διὰ βασάνων ἐφαπλῶσαι τὰς θείας θυσίας. Ἤκουσας τὸ μυστήριον τῆς θυσίας· ἐὰν πιστεύσῃς, τὸν Χριστὸν, υἱὸν τοῦ [9] Θεοῦ, τὸν σταυρωθέντα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἀληθῆ Θεὸν εἶναι, ἐφαπλώσω σοι, οἵῳ τρόπῳ [10] ζῇ ὁ ἀμνὸς, ὃς [11] μετὰ τὸ θυθῆναι [12] καὶ βρωθῆναι ὡς ἀκαίρεος καὶ ἄμωμος ἐν τῇ αὐτοῦ βασι- D λείᾳ [13] διαμένει. Αἰγέας εἶπεν· Καὶ πῶς ἀμνὸς ἐν βασιλείᾳ διαμενεῖ, ἐν τῷ [14] σφαγῆναι, καὶ παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ, καθὼς λέγεις, [15] βρωθῆναι; Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας εἶπεν· Ἐὰν [16] πιστεύσῃς ἐξ ὅλης καρδίας, δυνήσῃ μαθεῖν, εἰ δὲ μὴ πιστεύσεις, οὐδέποτε δυνήσῃ καταλαβεῖν [17] πρὸς τελείωσιν τῆς ἀ- E ληθείας.

Versio **Car. Chr. Woog.**

quotidie in altari crucis Deo offero, cujus carnes postquam credens in Christum populus comedit, & sanguinem ejus bibit, immolatus agnus integer tamen permanet & vivus. Ægeas dixit: Quo modo hoc potest fieri? Sanctus Andreas respondit. Si vis discere quomodo hoc possit fieri, assume discipuli personam, ut discas quod quæris. Ægeas dixit: Ego tormentis hoc abs te exigam. Sanctus Andreas regessit: Miror te hominem prudentem eo usque insipientiæ delapsum esse, ut credas, te tormentis expiscari posse divinum sacrificium. Audisti mysterium sacrificii: si credideris Christum filium Dei qui crucifixus est a Judæis, verum Deum esse, exponam tibi, qua ratione vivat agnus; qui quum immolatus fuerit, integer tamen & non maculatus in regno suo permanet. Ægeas dixit: Ast quomodo agnus in regno permanebit, quum tamen occisus, & ab omni populo, ut asseris, comestus fuerit? Sanctus Andreas respondit: Si credideris ex toto corde, poteris discere; si autem non credideris, numquam poteris ad perfectam pertingere veritatem.

CAPUT VII.

Tunc iratus Ægeas, jussit eum in carcerem retrudi. Ubi quum esset clausus, venit ad

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Τότε [18] ὀργισθεὶς Αἰγέας ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐν φυλακῇ [19] φρουρηθῆναι, ἐν ᾗ κατακλεὶς, τοῦ

CAPUT VII.

Tunc iratus Ægeas jussit eum in carcere custodiri. Ubi inclusus solusque quum esset, ve-

1 Ἄμωμον ἀμνόν] I. *Petr.* I. 19. ἐλυτρώθητε —— τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. Id.

2 Σταυροῦ —— οὗ] Desunt heic nonnulla in Ms. Ita enim: σταυροῦ θε —— οὗ. Sed lacunam ita optime suppleri posse puto. Antiqua Latina versio in Græco legisse videtur θύω, οὗ. Quam tamen lectionem, ad supplendum Codicis nostri defectum, meam ideo facere non potui, non modo ob superstitem adhuc in Codice litteram ε, sed & ob amplius, quam ad vocem θύω requirebatur, spatium in membrana. Multa præterea heic addit vetus Interpres. Id.

3 Θυθείς] Cod. τυθεὶς, non sine mendo. Id.

4 Ἀκαίρεος] Ms. ἀκαιρέως. Sic & paullo post. Ex adjectis synonymis, ἀκαιρέως vocis stabilienda est significatio. Glossæ: Ἀκαίρεος, *Sincerus, incolumis, integer.* Ἀκαίρεον, *Integrum, solidum.* Ἀκαιρεότης, *Integritas.* Ἀκαιρέως, *Sincere.* Eodem modo & Hesychius scripsisse videtur; qui post ἄκαιρα ponit quidem ἀκαίραιος, sed litterarum series scribendum suadet ἀκέραιος: idque eo magis, quia apud eumdem ἀκέραιος suo loco jam occurrerat; illudque interpretatur ἄκακος, εἰλικρινής, ἢ ἀσφαλής. *Mali expers, ingenuus, vel solidus, firmus.* Quæ quidem etymologia hujus loci maxime propria videtur. Id.

5 Γίνεσθαι] Ms. γενέσθαι. Sic quoque paullo post. Id.

6 Διδαχθῇς] Cod. διδαχθεὶς. Id.

7 Βασάνοις τούτου χάριν] Corrupte habet Ms. Βασάνους τούτο χάριν. Id.

8 Ἐξωκείλαντα] In Cod. scribitur ἐξωκήλαντα. Sic quoque de Alexandro scribit Herodianus Hist. lib. v. cap. vii. [illegible] *eo usque dementiæ delapsus est.* [illegible], nautica vox, occurrit *Act.* xxvii. 41. ἐξώκειλαν τὴν ναῦν: *impegerunt navem.* Id. —— Bis leviter lapsus heic Woogus. Neque enim de Alexandro, sed de Antonino, verba facit Herodianus l. c. neque ἐξώκειλαν, [illegible], *Act.* xxvii. 41. constanter occurrit, cui nuspiam proinde varia lectio subest.

9 Θεοῦ] Cod. addit εἶναι, quod superfluum est. Mox pro ἀληθῆ, exhibet perperam ἀληθεῖ. Id.

10 Ζῇ] Ζῇ pro ζᾷ, Attici dicunt, Dores secuti. Id.

11 Ὅς —— θυθῆναι] Ms. ὁ —— τυθῆναι. Id.

12 Καὶ βρωθῆναι] *Et comestus.* Hæc omittuntur in Woogi versione, quæ exhibet vetus Interpres, & ipsemet Woogus mox infra.

13 Διαμένει] Ms. heic & paullo post, διαμένη. Woog.

14 Σφαγῆναι] Ms. σφαγεῖναι. Id.

15 Βρωθῆναι] Quod supra φαγεῖν καὶ πιεῖν distincte dixerat, id uno vocabulo βρωθῆναι nunc vocat. Βρώσκω enim & βρῶμα vocabula generalia sunt, quæ de alimentis, sive per comestionem sive per potum corpus nutriant, adhibentur. Sic I. Cor. III. 2. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα. Id.


16 Πιστεύσῃς] Indicativum habet Codex. Id.

17 Πρὸς τελείωσιν] Accuratior erit constructio si πρὸς omittatur. Versio reddidit: *Penitus tu numquam ad indaginem hujus veritatis attinges.* Infra sub finem Cap. viii. Andreas dicit: Καθάπερ τέλειος τῆς ἀληθείας ἔκδικος γενόμενος: *Ut strenuus tandem veritatis assertor effectus.* Id.

18 Ὀργισθείς] In Cod. scribitur ὀργισθεῖς. Id.

19 Φρουρηθῆναι] Præsidio militari munire, ne fuga elaberetur. Φρουροὶ enim peculiariter vocantur præsidiarii milites, ut apud Xenophontem *Pæd.* εἰσὶν ἡμῖν ἐν ταῖς κατεστραμμέναις πόλεσι φρουροὶ καὶ φρούραρχοι. Compositum est ex πρὸ & οὖρος, facta crasi, & π mutato in φ. Οὖρος custodem & inspectorem quoque significat: in qua significatione Eustathio derivatum videtur vel ab ὁρᾷν *videre*, quia προορῶνται καὶ ἐπιπτεύονται οἱ φύλακες; vel παρὰ τὸν ὅρον [illegible] ἐν τοῖς γηδίοις: quod nimirum ὁρίζειν, πῶς καὶ ὁ φύλαξ [illegible] Homer. *Il.* [illegible] & *Odyss.* [illegible] φυλακή, σκοπός. [illegible], φυλάττει, [illegible], φύλαξ, σωματοφύλαξ. Sic & II. Cor. xi. 32. [illegible] τὴν Δαμασκηνῶν πόλιν. Id.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 80.



VET. INTERPR.

A eum multitudo pæne totius provinciæ; ita ut Ægeam vellent occidere, & Andream Apostolum fractis januis carceris liberare. Quos sanctus Andreas his verbis admonuit: Nolite quietem Domini nostri Jesu Christi, in seditionem diabolicam excitare. Nam traditus Dominus omnem B patientiam præbuit: non contendit, [a] *neque clamavit, neque in plateis aliquis eum clamantem audivit*: Habete ergo silentium, quietem & pacem: & non solum meum martyrium nolite impedire; verum etiam vos ipsos quasi athletas Domini præparate, ut vincatis minas intrepi- C do animo, plagas autem per tolerantiam corporis. Si enim terror timendus est, ille est utique timendus qui finem non habet: nam humanus timor fumo similis est; & subito quum excitatus fuerit, evanescit. Et si dolores timendi sunt, illi sunt formidandi, qui sic incipiunt ut numquam fi- D niantur. Isti enim dolores aut leves sunt, & tolerantur; aut graves sunt, & cito animam ejiciunt. Illi autem dolores, æterni sunt; ubi est quotidianus fletus, & mugitus, & luctus, & sine fine

A αὐτοῦ ὄντος, ἦλθε πρὸς αὐτὸν τὸ πλῆθος πάσης τῆς χώρας, ὥστε θελῆσαι τὸν Αἰγέαν ἀποκτεῖναι, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀπόστολον τῶν θυρῶν [1] κεκλεισμένων διασῶσαι· οὓς ὁ ἅγιος Ἀνδρέας τοιούτοις λόγοις παρεκάλει, λέγων· Μὴ [2] θελήσατε τὴν ἡσυχίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ B εἰς [3] ἀνασοβὴν διαβολικὴν διεγεῖραι. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος παραδοθεὶς, πᾶσαν ὑπομονὴν ἐνεδείξατο, οὐκ ἐφιλονείκησεν, οὐκ ἔκραξεν, οὐδὲ ἐν ταῖς πλατείαις τις αὐτοῦ ἤκουσεν κράξοντος. [4] Ἔχετε οὖν σιωπὴν, καὶ εἰρήνην καὶ ἡσυχίαν, καὶ μὴ τὸ ἐμὸν μαρτύριον [5] ἐμποδίσατε. ἀλλὰ καὶ ἑαυτοὺς καθάπερ ἀθλητὰς C τῷ Κυρίῳ ἑτοιμάσατε, ὅπως νικήσητε ἀπειλὰς ἐν [6] ἀφοβίᾳ ψυχῆς, τὰς δὲ πληγὰς διὰ τῆς ῥώσεως τοῦ σώματος [7] ὑπενέγκητε. [8] Εἰ γὰρ ὁ φόβος ἐκφοβεῖ, ἐκεῖνος, ὁ τέλος μὴ ἔχων· ἐπεὶ ὁ [9] ἀνθρώπινος φόβος καπνοῦ ὅμοιός ἐστιν, καὶ [10] αἴφνης διεγερθεὶς καταπραΰνεται. Καὶ ἐὰν εἰσὶ πόνοι [11], ἐκεῖνοί εἰσιν, οἳ D οὕτως ἀρχόμενοι ὡς μηδέποτε τέλος ἔχειν. Οὗτοι γὰρ οἱ πόνοι [12] ἐλαφροί εἰσι, καὶ ὑπομονητικοί· εἰ [13] δεινοὶ, καὶ τάχιον τὰς [14] ψυχὰς ἐκφέρουσιν. Ἐκεῖνοι δὲ αἰώνιοί εἰσιν, ὅπου καθημερινὸς ὀδυρμὸς, καὶ [15] αἱμωδία, καὶ [16] ὀλολυγμὸς, καὶ ἀπε-

A *Versio* CAR. CHR. WOOG.

nit ad eum multitudo ex universa regione, ac si Ægeam interficere, & Andream Apostolum ex custodia liberare vellet; quam sanctus Andreas hunc in modum adhortatus est: Nolite, inquiens, turbare quietam & tranquillam, quam Dominus noster Jesus Chri- B stus amat, vitam, & diabolicas excitare turbas. Nam ipse Dominus quum traderetur, patienter omnia tulit: non contendit, *neque clamavit, nec in plateis aliquis eum clamantem audivit*. Habete igitur silentium, servate pacem & quietem, nec meum impedite martyrium; quin potius C vosmet ipsos athletas Domino præparate, ut vincatis minas intrepido animo, & cruciatus corroborato corpore superetis. Quod si enim timor terrere potest, ille potius terreat, qui finem non habet: de hominibus siquidem timor fumo similis est, qui subito excitatus, iterum evanescit. Et do- D lores sunt timendi, illi sunt qui sic incipiunt, ut numquam finiantur. Mundi enim hujus dolores aut leves sunt, & facile possunt tolerari; aut graves, & mortem cito dant. Isti autem, æterni sunt, ubi quotidianus fletus, & summus

a Isa. XLII. 2.

1 Κεκλεισμένων] Antiqua Versio legit κεκλασμένων: quam lectionem utique magis probo. In nostra subaudienda est præpositio ἐκ. ID.

2 Θελήσατε] Cod. perperam, θελήσει σε. ID.

3 Ἀνασοβήν] Hanc vocem, hac terminatione in Lexicis non inveni. Mallem itaque legere ἀνασόβησιν: quæ vox, parum ceteroquin occurrens, conturbationem, agitationem sursum aut retrorsum notat, ab ἀνασοβέω, quod Hesychius ita explicat: Ἀνασοβεῖ, ἀνακινεῖ, ταράττει. ID.

4 Ἔχετε] In Ms. ἐσχῆτε, quod & ἔχητε potest emendari. Ἔχειν ἡσυχίαν & ἡσυχίαν ἄγειν sæpe auctores Græci dicunt pro *quiescere*. Idem ἡσυχίας vocabulum significat quoque nocturnam quietem in significatione somni. Herodianus *Hist.* lib. I. cap. XVII. ἡσυχίαν δὲ περιεκδέχων αὐτῷ: qui vocabuli significatus nec heic prorsus negligendus est, quoniam versus noctem hæc acta fuerunt, & S. Andreas, ut *Cap.* seq. traditur, per totam noctem populum turbas moturum admonuit. ID.

5 Ἐμποδίσατε] Ms. legit ἐμποδήσητε. Ἐμποδίζειν proprie notat currentis cursum inhibere, remoram injicere. Herodianus *Hist.* lib. IV. cap. XI. Οὔτε δρόμῳ χρήσασθαι δυναμένων πρὸς φυγὴν, ἐμποδιζούσης αὐτοὺς τῆς περὶ τοῖς ποσὶ χαύνου ἐσθῆτος: *Neque ipsi evadere fuga poterant, impediente cursu fluxa veste, ad pedes usque deducta*. Sensus itaque est: Nolite martyrium meum, ad quod concitato gressu propero, vestris turbis retardare. ID.

6 Ἀφοβίᾳ] Corrupte Cod. habet ἀφωνίᾳ. ID.

7 Ὑπενέγκητε] Vitiosa Codicis scriptio, ὑπωνεγκέτε. ID.

8 Εἰ γὰρ ὁ φόβος ἐκφοβεῖ κ. τ. λ.] Hæc in Codice ex quo hanc Epistolam descripsimus, ita interpunctantur: Εἰ γὰρ ὁ φόβος ἐκφοβεῖ ἐκεῖνος; ὁ τέλος μὴ ἔχων· ἐπεὶ ὁ ἄνθρωπος (sic) φόβος καπνοῦ ὅμοιός ἐστιν. Volebam quapropter ita lectionem emendare: Ἦ γὰρ κ. τ. λ. hoc sensu: *Numquid igitur ab ejusmodi minis & cruciatibus timere debemus? Minime: æterni potius reformidandi sunt: siquidem* &c. Sed quoniam Καὶ ἐὰν κ. τ. λ. sequitur; & Latinus quoque interpres, *Si enim* &c. reddidit: Codicis scriptionem, immutata interpunctione ad quam ut plurimum parum attendendum est, retinui. ID.

9 Ἀνθρώπινος] Ms. male ἄνθρωπος. ID.

10 Αἴφνης — καταπραΰνεται] In Cod. scribitur, αἰφνὶς — καταπραΰνεται. Ceterum καταπραΰνεται pulcrum verbum est, tum raritate, tum significatione. Plutarchus in *Themist.* Κατεπράϋνε τῆς ὀργῆς αὐτόν: *Iram ejus sedavit*. A πρᾶος, *mansuetus*. Hesychius: Πραϋμένως, προθύμως, πράῳ τῷ μένει χρώμενος. Πραΰνει, καταχοιμίζει, κατασιγάνει. Πραΰνεται, μαλάσσεται, emollitur. Utrumque vocabulum, διεγερθεὶς & καταπραΰνεται ad φόβον est referendum. ID.

11 Πόνοι] Subaudi οἱ ἐκφοβοῦσι. Notat etiam πόνος quidquid durum est ac triste. Vide Perizonium ad *Æliani Var. Hist.* lib. V. cap. VI. pag. 374. Philo *de Vita Mosis* lib. I. οὐκ ἔσται πόνος ἢ μόχθος ἐν Ἑβραίοις: *Nulla vel ærumna vel calamitas Hebræos attigerit*. Item dolorem, ut apud Thucyd. ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ κατέβαινεν ἐς τὰ στήθη ὁ πόνος μετὰ βηχὸς ἰσχυροῦ: *Paullo post in pectus descenderunt dolores cum gravissima tussi*. Et apud Galenum: πυρετοὶ καὶ πόνοι. Hippocrates: ἄρθρων πόνοι. ID.

12 Ἐλαφροί] Ἐλαφρὸς, levis, non molestus; cui opponitur gravis & ponderosus, φορτικὸς καὶ ἐπαχθής. Apud Dioscor. ἐλαφρὸν πῦρ, *ignis levis*, id est non vehemens. ID. — Sic *Matth.* XI. 30. Φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι: *Onus meum leve est*. II. *Cor.* IV. 17. τὸ ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν: *Leve nostræ tribulationis*.

13 Δεινοί] Vel σφοδροί. Supplendus enim heic est Codex, in quo scribæ incuria deficit vox una, τοῖς ἐλαφροῖς πόνοις opposita. Sic autem Codex: Εἰ καὶ τάχιον. WOOG.

14 Τὰς ψυχὰς ἐκφέρουσιν] Τὰς ψυχὰς ἐκφέρειν, eleganter dictum, revocat in mentem ἀπενεχθῆναι εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραάμ, Luc. XVI. 22. ID.

15 Αἱμωδία] Ita repono pro αἱμωγαι, quod in Ms. exstat. Αἱμωδία, dentium sanguinantium dolor, stupor. Vocem hanc habet Aristoteles in *Probl.* qui & verbum αἱμωδιάω, dentium sanguinantium obstupefactione aut dolore laboro, *Probl.* sect. XVII. αἱμωδιῶμεν γὰρ τοὺς ὀξὺ ὁρῶντες ἐσθίοντας. Sic quoque LXX. *Jerem.* XXXI. 29. οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἠμωδίασαν: *Et dentes filiorum obstupuerunt*. Hesychius Αἱμωδιᾷν interpretatur per τὸ τοὺς ὀδόντας ναρκᾷν ἀπὸ ὁράσεως ἢ ἀκούσματος: *Quando dentes torpent ob res quas videmus vel audimus*; quæ scilicet inopinato nobis accidunt, nosque in stuporem abripiunt. Ita quoque in sacris paginis *Matth.* VIII. 12. XIII. 42. 50. XXII. 13. XXIV. 51. XXV. 30. *Luc.* XIII. 28. damnatorum cruciatus per *stridorem dentium* describuntur: Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. ID.

16 Ὀλολυγμός] Horrendus & altus clamor, cum ululatu vociferatio. *Jac.* V. 1. Κλαύσατε ὀλολύζοντες; *Plorate ululantes*. Hesychius: Ὀλολυγμὸς, θρῆνος κλαυθμός. Ὀλολυγὴ, Ποιὰ φωνὴ λυπηρὰ ὀδύνην καρδίᾳ ἀσήμῳ τινὶ φθόγγῳ παρειστῶσα. *Certa quædam vox tristis, dolorem intimum sono quodam obscuro, & qui nihil significat*, prodens. ID.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 80.

VET. INTERPR.

A cruciatus; ad quem proconsul Ægeas ire non timet. Estote ergo magis parati ad hoc, ut per tribulationes temporales ad æterna gaudia pertingatis: ubi semper lætemini, semper floreatis, semperque cum Christo regnetis.

A λεύτητ۞. [1] κρίσις, ἔνθα ὁ Αἰγέας, ὁ ὕπατος, πορευθῆναι ὀ πτοῆται. Γίνεσθε ὖν ἕτοιμοι μᾶλλον πρὸς [2] τοῦτο, ἵνα διὰ τῶν προσκαίρων θλίψεων εἰς τὴν αἰώνιον χαρὰν [3] φθάσητε, ἔνθα πάντοτε εὐφρανθῆτε, πάντοτε ἐξανθήσητε, ἀεὶ σὺν Χριστῷ βασιλεύσητε.

Versio CAR. CHR. WOOG.

A stupor, & ululatus, & fine carens judicatio; ad quos Ægeas consul abire non expavescit. Estote igitur ad hoc potius parati, ut per temporarias vexationes ad æterna pertingatis gaudia, ubi semper lætabimini, semper florebitis, semperque cum Christo regnabitis.

CAPUT VIII.

B HÆc & his similia sancto Andrea Apostolo per totam noctem populum admonente dum lux diei in matutino prorumperet, misit Ægeas, & adduxit ad se sanctum Andream, ac sedens pro tribunali dixit: Existimavi C te nocturna cogitatione revocare animum a stultitia, & a Christi tui laude cessare, ut posses nobiscum non amittere gaudia vitæ. Stultum est enim, ultro velle ad passionem crucis ire, & ignibus ac flammis te ipsum pessimis destinare. Andreas respondit: Gaudia tecum habere pot- D ero, si credens Christo dimittas culturas idolorum. Christus enim me misit ad istam provinciam; in qua non parvum populum ei acquisivi. Ægeas dixit: Ideo te sacrificare compello, ut isti qui per te decepti sunt populi, relinquant vanitatem tuæ doctrinæ, & ipsi diis E offerant grata libamina. Nulla enim remansit in Achaia civitas, in qua templa deorum derelicta non sint & deserta. Nunc ergo per te restauretur cultura deorum, ut & dii qui contra te irati sunt

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

B ΤΑῦτα τῦ ἁγίυ Ἀνδρέυ δι᾽ ὅλης τῆς [4] νυκτὸς τῷ λαῷ παραινῦντος, ἐν τῷ αὐγάζειν πρωῒ ἡμέραν, ἀπέστειλεν ὁ Αἰγέας ϗ ἤγαγεν πρὸς ἑαυτὸν τὸν ἅγιον Ἀνδρέαν, ϗ καθίσας ἐπὶ τῦ βήματος εἶπεν· Δοκῶ C διὰ τῆς νυκτὸς [5] ἐπισκέψεως ἀποστρέψαι τὸν λογισμόν σε ἐκ τῆς ἀπαιδευσίας σε ϗ τῆς τῦ Χριστῦ σε αἰνέσεως παύσασθαι, ὅπως δυνήσῃ μεθ᾽ ἡμῶν τὰς τῆς ζωῆς μὴ καταλεῖψαι χάριτας. [6] Ἀβέλτερον γάρ ἐστιν τῦ λοιπῦ, θελῆσαι εἰς τὸ τῦ σαυρῦ πάθος πορευθῆναι, ϗ [7] πυραῖς ϗ φλοξὶ χαλεπαῖς ἑαυτὸν πα- D ραςῆσαι. Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας [8] ἀπεκρίθει· Χάριτας ἔχειν σύν σοι δυνήσομαι, ἐὰν τῷ Χριστῷ πιστεύων, [9] καταλείπῃς τὸ σέβας τῶν εἰδώλων. Ὁ γὰρ Χριστός με ἀπέσταλκεν εἰς ταύτην τὴν χώραν, [10] εἰς ἣν ὀ μικρὸν λαὸν ἐξεζήτησα τῷ Κυρίῳ. Αἰγέας εἶπεν· Διὰ γὰρ τοῦτο σὲ [11] συνωθῶ θῦσαι, ἵνα ὗτοι οἱ ὑπὸ E σῦ πλανηθέντες λαοὶ καταλείπωσι τὴν ματαιότητα τῆς σῆς διδασκαλίας, ϗ θύσωσι τοῖς θεοῖς· [12] ὐδὲ μία γὰρ ἐγκατελείφθη ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ πόλις, ἐν ᾗ ὐκ [13] ἀπευκταῖα ϗ κατεστραμμένα εἰσὶ τὰ τῶν θεῶν [14] τὸ σέβας· ὅπως ϗ οἱ θεοὶ, κατὰ σῦ ὀρ-

CAPUT VIII.

B HÆc sancto Andrea per totam noctem populum admonente, quum jam dilucesceret, misit Ægeas, & abduxit ad se sanctum Andream, & in tribunali sedens ita allocutus est Apo- C stolum: Existimo te nocturna pensitatione animum tuum a stultitia revocasse, atque a Christi tui commendatione destitisse, ut possis nobiscum diutius vitæ hujus deliciis frui. Stultum enim ad minimum est, velle crucis supplicium subire, & ad rogum ac sævas flammas se ipsum destina- D re. Sanctus Andreas respondit: Gaudia tecum habere potero, si credens in Christum, idolorum cultum intermittas. Christus enim me misit ad hanc regionem, in qua non exiguum populum Domino conquisivi. Ægeas dixit: Hæc ipsa caussa est, quam ob rem sacrificare te compello, ut E seductus a te populus a vana tua doctrina recedat, & diis sacrificia ferat: nam ne ulla quidem in Achaia remansit civitas, in qua deorum cultus non abominandus videatur, & prorsus sit eversus: & ut dii qui tibi irati

1 Κρίσις] Displicet Woogi *judicatio*. Mallem cum veteri Interprete, *cruciatus*, vel *supplicium*, *damnatio*. In sacris enim litteris, præsertim Novi Testamenti, passim occurrit κρίσις pro *pœna*, & κρίνω pro *plecto*, *damno*, *condemno*. Vide sis superius adnotata ad I. *Epist.* Clementis R. cap. XI. & consule Sviceri *Thes. Eccl.* tom. II. pag. 160. Quin & ipsemet Woogus infra sub finem *Cap.* IX. hanc vocem ita est interpretatus.

2 Τῦτο] In Cod. τῦτον legitur. WOOG.

3 Φθάσητε] In Ms. vitiose φθάσετε — εὐφρανθῆτε — ἐξανθήσηται. ID.

4 Νυκτός] Νοκτὸς oscitanter in Codice scriptum est. Quod attinet ad ea quæ sequuntur, τῷ λαῷ παραινῦντ۞, Classici quoque, ut Plato, Xenophon, Thucydides, Plutarchus dicunt παραινῶ σοι τῦτο, vel παραινῶ σοι ποιεῖν τῦτο. Quandoque cum solo dativo personæ, pro *consilium do alicui* ponitur: ut παραινῶ σοι ὅπως χρὴ ποιεῖν. Interdum etiam παραινεῖν pro admonere simul & præcipere, vel præcepta dare poni, Budæus apud *Isocrat. ad Philipp.* observavit: quæ significatio hujus maxime loci erit. ID.

5 Ἐπισκέψεως] Depravate exstat in Cod. ἐσκέψα. ID.

6 Ἀβέλτερον — τῦ λοιπῦ] Legit Cod. ἀβέντερον. Vetus autem interpres τῦ λοιπῦ reddidit *ultro*, quasi ἑκουσίως textus Græcus habuisset. Apud Ælianum *Var. Hist.* lib. XIV. cap. VII. τῦ λοιπῦ adverbialiter positum *in reliquum tempus* significat. Hoc autem loco idem notare mihi videtur ac τὸ λοιπὸν, *ad extremum*, *ad minimum*. Quo sensu passim adhibetur. *Act.* XXVII. 20. Χειμῶν۞ ὐκ ὀλίγυ ἐπικειμένυ, λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς τῦ σώζεσθαι ἡμᾶς: *Procella non exigua incumbente, omnis ad minimum spes, servari nos posse tollebatur*. ID.—Occurrit τῦ λοιπῦ etiam *Gal.* VI. 17. quod *de cetero* vertit Vulgatus Interpres: idque apprime huic loco congruere mihi videtur.

7 Καὶ πυραῖς κ. τ. λ.] Ms. habet ἐπυραῖς χαλεπαῖς. WOOG.

8 Ἀπεκρίθει· Χάριτας ἔχειν] Hæc vitiose iterum sic scribuntur in Cod. ἀποκρίθη· Χάρητας ἔχλω. ID.

9 Καταλείπῃς τὸ] In Cod. καταλείπεις τῷ scribitur. Si retinere volueris, Codicis lectionem, subaudi προσήκοντα, *attinentia*. ID.

10 Εἰς ἣν] Ms. incommodiori sensu habet εἰς ἣν. Reposui ἐν ᾗ. ID.—Retinendam duximus Ms. lectionem εἰς ἣν, quæ optima est. Hæc enim præpositio εἰς quandoque significat in loco, & sic alternat cum ἐν. Exempla præsto sunt. *Matth.* II. 23. κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ: *Habitavit in civitate quæ vocatur Nazareth*. Marc. I. 9. ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννυ εἰς τὸν Ἰορδάνην: *Baptizatus est a Joanne in Jordane*. Ibid. comm. 39. καὶ ἦν κηρύσσων εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν: *Et erat prædicans in omni Galilæa*. Joan. I. 18. Ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τῦ πατρός: *Unigenitus filius qui est in sinu Patris*. Vide sis & *Act.* II. 27. Quin & ipsis probatissimis Græciæ scriptoribus illud haud infrequens est, ut εἰς pro ἐν usurpent. Herodotus pag. 184. edit. Gron. Σμέρδις ἱζόμεν۞ ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον: *Smerdis sedens in regio solio*. Thucydides I. 15. Ἱκέται καθεζόμενοι ἐς τὸ Ἡραῖον: *Supplices sedentes in æde Junonis*. Neque refugiunt idem dicendi genus auctores Latini. Terentius *Eunuch.* Act. II. Scen. II. *Videt me esse in tantum honorem*. Q. Curtius lib. III. cap. V. §. 10. *Darium in Ciliciam fore* dixit. Hæc aliaque Blackwallus in *Auctor. sacris class.* pag. 126.

11 Σὲ συνωθῶ] Σοὶ συνοθῶ exstat in Cod. WOOG.

12 Οὐδὲ μία κ. τ. λ.] Vel una voce, ὐδεμία. Ita emendavi, pro ὐδὲ μὴ γὰρ ἐγκαταλειφθεῖ. ID.

13 Ἀπευκταῖα] Ἀπεύκτεα, minus recte scribitur in Codice; pro quo & ἀπευκταῖ potest reponi. ID.

14 Τὸ σέβας] Vel, si mavis, τῷ σέβας: & subintellige προσήκοντα. Indeclinabile Grammaticis putatur τὸ σέβας. Latina versio reddidit: *templa deorum derelicta non sint & deserta*. Et ita pergit: *Nunc ergo per te restauretur cultura deorum, ut & dii* &c. quæ in Græco desunt. ID.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 80.

VET. INTERPR.

placari possint, & in nostra possis amicitia permanere. Sin alias, diversa pro defensione deorum patieris supplicia; & post omnia, crucis quam laudasti patibulo suspensus deficies. Andreas respondit: Audi fili mortis, & stipula æternis parata incendiis, audi me servum Domini & apostolum Jesu Christi. Nunc usque mitius tecum egi censura fidei, ut rationis capax & veritatis defensor effectus, idola vana contemneres, & Deum qui in cælis est adorares. Sed quia in impudentia tua perdurans, me putas minas tuas posse formidare, quidquid tibi videtur in suppliciis majus, excogita. Tanto enim meo Regi ero acceptior, quanto pro ejus nomine fuero permanens in tormentis confessor.

γισθέντες [1] εὐμενισθῶσι, καὶ ἐν τῇ [2] ἡμετέρᾳ δυνήσῃ φιλίᾳ διαμεῖναι. Εἰ δὲ μὴ, διαφόρους ὑποστήσῃ ἐκδικήσεως βασάνους, καὶ τέλος ἐν τῷ σταυρῷ, ᾧ ἐπαινεῖς, κρεμάμενος [3] ἐκλείψεις. Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας εἶπεν· Ἄκουσον [4] υἱὲ διαβόλου, καὶ ἄχυρον ηὐτρεπισμένον τῷ αἰωνίῳ ἐμπυρισμῷ, ἐμοῦ τοῦ δούλου Χριστοῦ· ἕως [5] πότε πρᾳέως μετά σου διαλεχθήσομαι περὶ τῆς πίστεως, καθάπερ τέλειος τῆς ἀληθείας [6] ἔκδικος γενόμενος, ἔδει σε καταφρονῆσαι τῶν ματαίων εἰδώλων, καὶ Θεὸν [7] τὸν ὄντα προσκυνῆσαι; Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ σου ἐπιμένεις, καὶ νομίζεις με τὰς ἀπειλάς σου πτοεῖσθαι, ὃ δοκεῖ σοι πρὸς τιμωρίαν μεμνηστον. [8] Τοσοῦτον γὰρ τῷ ἐμῷ βασιλεῖ γενήσομαι εὐπρόσδεκτος, ὅσον ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ διαμείνω ἐν βασάνοις ὁμολογητής.

Versio CAR. CHR. WOOG.

sunt, possint placari, tu vero in nostra possis permanere amicitia. Sin vero minus, varios pro vindicta deorum subibis cruciatus, & tandem in cruce quam laudas, suspensus morieris. Sanctus Andreas regessit: Audi fili diaboli, & levis palea æternis parata incendiis, audi me servum Christi: quousque mitius tecum de fide colloquar, ut strenuus tandem veritatis assertor effectus, vana despicias idola, verumque Deum cultu prosequaris? Sed quoniam in impuritatibus tuis persistis, atque putas me tuas pertimescere minas, quidquid in puniendo tibi videbitur atrocius, excogita. Tanto enim acceptior Regi ero meo, quanto in perferendis pro nomine ejus cruciatibus constantior fuero confessor.

CAPUT IX.

TUnc Ægeas jussit eum flagellis cædi extensum. Qui quum septem terniones transisset, elevatus est, atque adductus ante eum. Cui Ægeas dixit: Audi me Andrea, & ab effusione sanguinis consilium revoca: quod si non feceris, crucis te faciam interire patibulo. Andreas dixit: Ego crucis Christi servus sum, & crucis trophæum optare potius debeo quam timere: tibi autem cruciatus æternus qui debetur, poteris evadere, si postquam probaveris perseverantiam meam, vel sic

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Τότε ὁ Αἰγέας ἐκέλευσεν αὐτὸν [9] βασανίζεσθαι [10] πεπασμένον, καὶ ἐν τῷ ἀπαλλαγῆναι [11] ἑπτὰ τετραδίοις τοὺς τύπτοντας αὐτὸν, ἀνέστη καὶ ἠνέχθη ἔμπροσθεν αὐτοῦ, πρὸς ὃν Αἰγέας εἶπεν· Ἄκουσόν μου Ἀνδρέα, καὶ ἐκ τῆς ἐκχύσεως τοῦ αἵματός σου τὸν λογισμὸν ἀπόστρεψον, εἰ δὲ μὴ, ἐν τῷ σταυρῷ σε ποιήσω τελειωθῆναι. Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας εἶπεν· Ἐγὼ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ [12] δεδούλωμαι, καὶ τοῦ σταυροῦ τὸ τρόπαιον μᾶλλον ἐπιθυμῆσαι ὤφειλον, ἢ πτοῆσαι· σὲ δὲ αἰώνιος κόλασις ἡ κεχρεωστημένη [13] ὑποδέξεται, ἐὰν

CAPUT IX.

TUnc Ægeas jussit eum flagellis cædi extentum, & remotis qui septem quaternionibus eum flagellaverant, surrexit, atque adductus est ante ejus oculos, quem ita allocutus est Ægeas: Audi me Andrea, & ab effundendo sanguine tuo animum revoca; quod si non feceris, in cruce te faciam interire. Sanctus Andreas respondit: Ego crucis Christi servus sum, & crucis tropæum optare potius quam timere debeo: tu vero æternas debitasque pœnas dabis, si postquam meam exploraveris tolerantiam,

1 Εὐμενισθῶσι] Elegans vox (ex εὖ & μένος, *animus*:) bene affectum, benevolum reddo, placo. Ita prorsus Xenophon *Cyropæd.* lib. III. pag. 182. edit. Oxon. Ἐπεὶ δὲ τάχιστα διέβη τὰ ὅρια, ἐκεῖ αὖ καὶ γῆν ἱλάσκετο χοαῖς, καὶ θεοὺς θυσίαις, καὶ ἥρωας Ἀσσυρίας οἰκήτορας εὐμενίζετο: *Ut vero primum fines transierat, tellurem libationibus propitiam sibi reddidit, & deos atque heroas regionem Assyriorum incolentes sacrificiis placavit*. ID.

2 Ἡμετέρᾳ] Cod. habet ἡμέρᾳ. ID.

3 Ἐκλείψεις] In Ms. ἐκλείπως. ID.

4 Υἱὲ] Σὲ habet Ms. contra omnem sensum. Latina versio legit: *fili mortis*. ID.

5 Ἕως πότε κ. τ. λ.] Absque interrogatione Latinus interpres hæc ita: *Nunc usque mitius tecum egi censura fidei* &c. ID. — *Censura fidei*. Heic mihi succurrit egregius Tertulliani locus *Apologet.* cap. XXXIX. *Fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus.* — *Ibidem etiam exhortationes, castigationes &* CENSURA DIVINA. *Nam & judicatur magno pondere, ut apud certos de Dei conspectu: summumque futuri judicii præjudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis & conventus & omnis sancti commercii relegetur*.

6 Ἔκδικος γενόμενος] Apud Herodianum *Hist.* lib. VII. ἔκδικοι τοῦ γενησαμένου ἔργου: *Qui irent ultum facinus*. Luc. XVIII. 3. ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου: *Vindica me de adversario meo*. WOOG.

7 Τὸν ὄντα] Latina versio addit, ἐν οὐρανοῖς. ID.

8 Τοσοῦτον] Scriptum in Codice, τοσούτῳ: nec male. ID.

9 Βασανίζεσθαι] Βασανίζειν proprie est *explorare, examinare*. Notat etiam in genere *torquere, affligere* quocumque modo. Specialiori autem sensu per *flagellare* reddidi: ob contextum non modo, sed & quod raro in crucem dabantur nisi flagellis cæsi. Sic Josephus *Excid.* lib. V. cap. XXXII. Μαστιγούμενοι καὶ προβασανιζόμενοι τοῦ θανάτου πᾶσαν αἰκίαν, ἀνεσταυροῦντο: *Flagellati & præcruciati ante mortem omne genus, crucifigebantur*. ID.

10 Τεταμένον] Poterit quoque emendari τεταγμένως, *servato certo ordine*: præstat tamen prior emendatio a τείνω, utpote quæ cum Latino interprete convenit. ID.

11 Ἑπτὰ τετραδίοις] Perplexe sic scribitur in Cod. ἐπτὰ δὲ τραδίοις: quam corruptam lectionem tum vetus Interpres, tum Abdias secuti sunt. Ad nostram vero illustrandam facit Modestus *de vocabulis rei militaris* pag. 110. edit. Plantin. 1607. *De singulis centuriis quaterni equites & quaterni pedites excubitum nocte faciunt*. Sic & *Act.* XII. S. Petrus τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν traditus legitur. Sensus itaque est, S. Andream flagris accepisse duas de triginta plagas. ID. — Eadem phrasis qua heic usus est vetus Interpres, occurrit in Actis *SS. Firmi & Rustici*, subjectis *Actis Martyrum Sinceris* Ruinarti, edit. Veron. pag. 546. *Tunc indignatus Imperator*, inquiunt Acta, *jussit — binos terniones super eos transire*. Ad quem locum Cl. Maffeius hæc habet: „ Primo intuitu videtur intelligen„ dum de duobus ternariis hominum, qui Martyres no„ stros calcarent. At quæ postea sequuntur, docent intel„ ligendum esse de verberibus, ac triplicibus, vel verbe„ ribus vel carnificibus. Acta antiqua, licet æquivoce a „ Cangio citantur, in quibus hæc dicuntur de Martyre „ quodam: *septem ternionibus flagellorum cæsum*. „ Hactenus Vir doctus. Apud Cangium in *Glossar. Lat.* v. *Ternio*, exstant quidem verba a Maffejo laudata; eaque descripta dicuntur ex Julio Africano lib. III. *Hist. Apost.* Lapsus ibi memoria Cangius, qui pro Pseudo-Abdia, Julium Africanum rescripsit: quod virum eruditissimum præteriisse miror. Verbaque sunt ab illo impostore descripta de martyrio S. Andreæ pag. 510. edit. Fabric. Quæ quum ita se habeant, minus placet Woogi emendatio.

12 Δεδούλωμαι κ. τ. λ.] Ms. δεδούλωμαι. Mox αἰώνιε vitiose legit, & κεχρεοστημένη cum ο scribit. WOOG.

13 Ὑποδέξεται] In Versione vet. aliter: *Tibi autem cruciatus æternus qui debetur, poteris evadere* &c. ID. — Vetus versio sic forte restituenda: *Tibi autem cruciatus æternus debetur, quem poteris evadere, si postquam* &c.

VET. INTERPR.

credideris Christo. Ego enim de tuo interitu timeo: non de mea passione conturbor. Passio enim mea, aut unius diei spatium occupat, aut duorum ut multum: tuus autem cruciatus, nec per millia annorum potest pervenire ad finem. Unde desine jam miserias tuas augmentare, & ignem ipse tu tibi æternum accendere noli. Tunc indignatus Ægeas, cruci eum affigi præcepit, mandans hoc quæstionariis, ut ligatis pedibus & manibus quasi in equuleo tenderetur, ne clavis affixus cito deficeret, sed cruciaretur potius longo cruciatu. Quumque eum carnifices ducerent ut crucifigeretur, concursus factus est populorum clamantium ac dicentium: Justus homo & amicus Dei quid fecit, ut ducatur ad crucem? Andreas vero rogabat populum, ut non impedirent passionem ejus: gaudens enim & exsultans ibat, & a doctrina non cessans.

μετὰ δοκιμάσαι σε τὴν ἐμὴν ὑπομονὴν, καὶ ἔτως μὴ [1] πιστεύσης τῷ Χριστῷ. Ἐγὼ γὰρ διὰ τὸν σὸν ὄλεθρον [2] φοβῦμαι. ἡ γὰρ [3] πάθησίς μυ ἢ μιᾶς ἡμέρας διάστημα, ἢ τὸ πολὺ [4] δυοῖν· ἡ δὲ σὴ κόλασις ὐδὲ διὰ χιλίων ἐτῶν δυνήσηται τελειωθῆναι. ὅθεν [5] παῦσαι λοιπὸν ταῖς ταλαιπωρίαις, [6] τι προσθῆναι, καὶ πῦρ σεαυτῷ αἰώνιον ἀνάψαι. Τότε [7] θυμωθεὶς ὁ Αἰγέας τῷ σαυρῷ αὐτὸν [8] προσηλωθῆναι ἐκέλευσεν, ἔτως δηλώσας τοῖς [9] κεντηρίοις, ἵνα [10] δεθεὶς τὰς χεῖρας καὶ τὰς πόδας, ὡς εἰς [11] τριπάσσαλον, τανυθῇ, ὅπως μὴ πολὺ [12] ἐμπαρειθεὶς τάχιον ἐκλείπῃ, ἀλλὰ μᾶλλον [13] κριθῇ μακρὰν κρίσιν. Ἐν τῷ ὖν ἀποφέρειν αὐτὸν τὰς [14] ὑπηρέτας, ἐγένετο συνδρομὴ καὶ ἔλεγον· Δίκαιος ἄνθρωπος καὶ φίλος Θεῦ, τί ἐποίησεν, ἵνα [15] ἐπενεχθῇ ἐν τῷ σαυρῷ; Ὁ δὲ ἅγιος Ἀνδρέας παρεκάλει τὸν λαὸν, λέγων· ἵνα μὴ ἐμποδίσωσιν αὐτῷ. Χαίρων γὰρ καὶ ἀγαλλιώμενος ἐπορεύετο, καὶ μὴ παυόμενος τῆς διδασκαλίας.

Versio CAR. CHR. WOOG.

nec sic quidem in Christum credideris. Nam de tuo magis quam de meo interitu timeo; quæ enim ego patiar, per unius diei intervallum durant, aut ad summum duarum, tuus autem cruciatus ne per millia quidem annorum poterit finiri: noli quapropter tuas augere miserias, nec ignem ipse tibi æternum accende. Tunc graviter indignatus Ægeas cruci eum jussit affigi, ita præcipiens carnificibus, ut manibus pedibusque ligatus velut in equuleo extendatur, ne fractus nimium doloribus cito e vita discedat, sed diuturnis potius torqueatur cruciatibus. Quum autem carnifices eum ducerent ad supplicium, hominum fiebat concursus clamitantium: Justus homo & amicus Dei quid fecit, ut ducatur ad crucem? Sanctus vero Andreas admonebat populum, atque rogabat eum, ne ipsi impedimento sit. Gaudens enim & exsultans procedebat, & ab institutione non cessabat.

1 Πιστεύσης] Ms. πιστεύσεις. WOOG.

2 Φοβῦμαι] *Non de mea passione conturbor*: addit interpres Latinus; quod ex nostro Cod. excidisse videtur. ID.

3 Πάθησίς μυ ἢ] Codex, πάθεσις μυ ἡ. Si πάθησις Græcum non videtur, lege τὸ γὰρ πάθημά μυ. ID.

4 Δυοῖν] Cod. δύο. ID.

5 Παῦσαι] Loco παῦε vel παῦσον, per enallagen modorum. Infinitivus enim sæpissime loco Imperativi usurpatur, & δεῖ vel simile verbum subaudiendum est. Sic apud Hesiodum: Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι: *Amantem te ama, & accedenti adsis*. Poetis hoc valde in usu est. *Id.* — Optima Ms. lectio. Est enim vox media Imperativi modi.

6 Τι] In Ms. μὴ exstat. ID.

7 Θυμωθεὶς] Cod. θυμωσθεὶς legit contra analogiam grammaticam. Hæc vox plus notat quam ὀργισθεὶς supra *Cap.* VII. Cicero *Tuscul. Quæst.* lib. IV. *Excandescentia autem est ira modo nascens & modo desistens, quæ θύμωσις Græce dicitur*. De Herode a Magis deluso *Matth.* II. 16. dicitur quoque ἐθυμώθη λίαν. ID.

8 Προσηλωθῆναι] Est προσηλῦν unum ex vocabulis, quibus ipsam crucifixionem significare solent Græci: eam enim per ἀνασαυρῦν, ἀνασκολοπίζειν: vel simpliciter σαυρῦν, σκολοπίζειν: item per κρεμᾷν sive ἀνακρεμᾷν exprimunt. Quorum duo priora elationem & fixionem in alto proprie notant: κρεμᾷν suspensionem quæ funibus fit: προσηλῦν vero clavationem ipsam in ligno exprimit; descendit enim ab ἧλος, *clavus*. Vocabulum tamen προσηλῦν generalem quoque habet significationem, omnemque suspendii, sive clavis fiat sive funibus, notat modum. ID.

9 Κεντηρίοις] Vel κεντυρίοις. Dubius adhuc hæreo, quam præferam lectionem. Κεντυρίων, Hesychio ἑκατόνταρχος, vox Latina est, civitate Græca a recentioribus donata: occurrit tamen *Marc.* XV. 39. 44. 45. Latinus interpres legit quoque κεντηρίοις, ut Codex noster habet; & transtulit *quæstionariis*, ἀπὸ τῦ κεντεῖν, vel κέντρυ, *stimulo*. Sic quoque Scholiastes Aristophanis ad Νεφέλ. Act. I. Scen. V. κέντρα per stimulos in habenda quæstione exponit, ὅσα βασανιζομένοις κέντρα προσφέρυσι. *Quæstionarii* nomen, & *quæstionare* verbum, formavit posterior Latinitas. Cyprianus *Epist.* XCXIX. cap. 6. *Tot Confessores quæstionati & torti*. Gloss. Vet. *Quæstionarius*, ἐκζητητὴς, βασάνων ὑπηρέτης. Hinc non prorsus rejicienda videtur Codicis lectio, licet tale vocabulum Lexica quæ ego consului, non habeant. ID. — Habet tamen Cangii *Glossarium med. Græc.* ubi etiam v. Κεντρίζειν, monet V. Cl. Κέντρον pro *clavo* usurpasse Hesychium: Ἧλος, καρφία, κέντρα: quod in primis lucem huic loco affundit. De *Quæstionariis* quoque idem Cangius plura docet in *Glossar. med. Lat.*

10 Ἵνα δεθεὶς — τανυθῇ] Codex ita corrupte habet: ἵνα δὲ θεὶς — divise, καὶ ῥυθῇ. Eodem autem modo de Anastasia in Martyrologio Romano die XIV. Maii legitur: *Manibus & pedibus extensis ligata est ad palos*: id est ad crucem. WOOG.

11 Τριπάσσαλον] Vocabulum istud diu multumque in Lexicis atque Glossariis frustra quæsivi. Vi etymi notat machinam ex tribus palis seu paxillis compactam: descendit enim a πάσσαλος vel πάτταλος, clavus ligneus, paxillus, a verbo πήσσω, *defigo*, ut habet Eustathius. Cujusmodi autem illa fuerit machina, definire vix audebam. Animus quapropter erat, hanc lectionem ita emendare: ἵνα ὡς εἰς τριπέταλον τανυθῇ: *ut extenderetur tamquam in trifolium*. Subnascebaturque mihi conjectura, S. Andream arbori in formam litteræ Y. abscissæ, ita fuisse alligatum, ut seorsim constrictæ manus in duabus summitatibus, & trunco alligati pedes, trifolii vel litteræ Pythagoræ figuram quasi conficerent: cui conjecturæ pondus addebant *Hippolyti* & *Petri Chrysologi* loca; quorum hic S. Andream in arbore, ille vero in oliva suspensum fuisse tradit. Subductis tamen iterum rationibus, τριπάσσαλον ut in Codice exstat retinui, illudque veteri Latinæ versioni potissimum insistens, per *equuleum* interpretatus sum. ID.

12 Ἐμπαρειθεὶς τάχιον ἐκλείπῃ] Ms. ἐμπαρεὶς τάχειον ἐκλείπει. Latina versio addit: *ne clavis affixus cito deficeret*. Lego autem ἐμπαρειθεὶς a παρίεμαι, *remissus & languidus reddor*. Sic παρειμένος γήρᾳ apud Platonem exponitur *senio confectus*. Gregorius Naz. habet, ὕπνῳ παρειθεὶς. Apud quem quoque *effeminatum corpus* dicitur σῶμα παρειμένον ταῖς ἡδοναῖς. Ad ἐκλείπῃ quod attinet, hac phrasi LXX. quoque usi sunt *Gen.* XXV. 8. καὶ ἐκλείπων ἀπέθανε. Ad mortem quoque transfertur *Luc.* XVI. 9. ἵνα ὅταν ἐκλίπητε. Et licet Hieronymus Alexandrinos ideo notet, quod pii numquam *deficiant*; recte tamen hæc dicuntur, & ex genio linguæ Græcæ. Ita enim Dionysius Halicarn. *lib.* IV. pag. 238. & Xenophon *Cyrop.* lib. VIII. cap. VII. dixerunt: Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ἐκλείπειν μοι φαίνεται ἡ ψυχή: *In articulo mortis constitutus sum*. Vide Blackwallum in *Auctor. sacr. Class.* tom. I. pag. 36. ID. — In hanc sententiam Pearsonus in primis consulendus sub initium *Præfationis parænetica* ad LXX. & Wollium in notis ad Blackwallum l. c.

13 Κριθῇ μακρὰν κρίσιν] *Lento mortis genere torqueatur*. Ut enim κρίσις capitale judicium κατ' ἐξοχὴν notat, tum apud profanos, v. c. Ælian. *Var. Hist.* lib. III. cap. XXXVI. tum apud sacros scriptores, *Matth.* V. 21. ita & κρίνεσθαι per βασανίζεσθαι explicant Hesychius aliique. WOOG.

14 Ὑπηρέτας, ἐγένετο] Ms. ὑπερέτας, ἐγένητο. Qui supra κεντηρίοι, iidem nunc ὑπηρέται mihi dicti videntur. ID.

15 Ἐπενεχθῇ] Cod. scribit ἐπενεχθεῖ. Mallem præterea legere, εἰς τὸν σαυρὸν, quam ἐν τῷ σαυρῷ. ID. — At nihil mutandum: antiquis enim Græcis, & quidem elegantissimis, ἐν pro εἰς sæpe adhibitum. Thucydides *lib.* VI. pag. 421. Ἀποστελῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ: *Mittentes gravis armaturæ milites in Siciliam*. Xenophon *Hellen.* III. pag. 174. Οἱ μὲν αὐτῶν ἐν τῷ ποταμῷ ἔπεσον: *Nonnulli eorum in fluvium ceciderunt*. Sic *Matth.* X. 16. ἀποστέλλω ὑμᾶς ἐν μέσῳ λύκων. XIV. 3. ἔθετο ἐν φυλακῇ. His adde I. *Cor.* XV. 15. & I. *Thess.* IV. 7. Vide Blackwallum l. c. pag. 126.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 80.

VET. INTERPR.

CAPUT X.

A Quumque perveniſſet ad locum ubi crux parata erat, videns eam a longe, exclamavit voce magna dicens: Salve crux quæ in corpore Chriſti dedicata es, & ex membrorum ejus margaritis ornata. Antequam te aſcenderet Dominus, timorem terrenum habuiſti: modo vero amorem cæleſtem obtinens, pro voto B ſuſciperis. Sciris enim credentibus, quanta intra te gaudia habeas, quanta munera præparata. Securus ergo & gaudens venio ad te, ita ut & tu exſultans ſuſcipias me, diſcipulum ejus qui pependit in te: quia amator tuus ſemper fui, & deſideravi amplecti te. O bona crux, quæ decorem & pulcritudinem de membris Domini ſuſcepiſti, diu C deſiderata, ſolicite amata, ſine intermiſſione quæſita, & aliquando jam concupiſcenti animo præparata! Suſcipe me ab hominibus, & redde me Magiſtro meo, ut per te me recipiat, qui per te redemit me. Et hæc dicens, exſpoliavit ſe, & veſtimenta ſua tradidit carnificibus. Qui accedentes, levaverunt eum in crucem; & extenden- D tes funibus totum corpus ejus, ſicut eis juſſum fuerat, ſuſpenderunt. Adſtantes vero erant turbæ ad viginti millia hominum, inter quos erat frater Ægeæ, nomine Stratocles; qui ſimul clamabat cum populo, injuſto judicio ſanctum virum hoc pati. Sanctus vero Andreas confortabat mentes creden-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

A Ὡς δὲ ἦλθεν ὅπου ὁ σταυρὸς ἦν ἕτοιμος, ἰδὼν αὐτὸν μακρόθεν, ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ· [1] Χαίροις ὦ σταυρὲ, ὁ ἐν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ [2] ἐγκαινισθεὶς καὶ ἐκ τῶν μελῶν αὐτοῦ, καθάπερ μαργαριτῶν, [3] κατακοσμηθείς. Πρὸ τοῦ ἀνελθεῖν ἐν σοὶ τὸν Κύριόν μου [4] φόβον ἐπίγειον εἶχες· ἀρτίως οὖν, πόθον οὐράνιον ἐπέχων, [5] ἀντίδωρον κρέμασ- B θαι· ἐγνώσθης παρὰ τῶν πιστῶν ὅσας ἔχεις ἐν σοὶ [6] χάριτας, πόσα δῶρα ἕτοιμα. [7] Ἀμέριμνος οὖν καὶ χαίρων ἔρχομαι πρός σε, ὅπως καὶ σὺ, χαίρων καὶ ἀγαλλιώμενος, δέξῃ με, τὸν μαθητὴν τοῦ ἐν σοὶ σταυρωθέντος· διότι ἀγαπητός σου ἐγενόμην, καὶ [8] ἐπεθύμησα περιπλακῆναί σοι. Ὦ μακάριε C σταυρὲ, ὁ μεγαλοπρέπειαν καὶ [9] ὡραιότητα ἐκ τῶν μελῶν τοῦ Κυρίου δεξάμενος πλειστάκεις ἐπιθυμητὲ, καὶ ἀγρύπνως [10] ἐκζητούμενε, λάβε με ἐκ τῶν ἀνθρώπων καὶ ἀπόδος [11] τῷ διδασκάλῳ μου, ἵνα διά σου ἀπολάβῃ με ὁ διὰ σοῦ με λυτρωσάμενος. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπεδύσατο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ παρέδωκεν αὐτὰ [12] τοῖς ἐτασταῖς· οἱ δὲ προσελ- D θόντες, [13] ἦραν αὐτὸν ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ τανύσαντες τοῖς χοινίοις ἅπαν τὸ σῶμα αὐτοῦ, καθὰ ἦν αὐτοῖς κελευσθὲν, ἐκρέμασαν αὐτόν· Προσέδραμεν δὲ ὄχλος ἱκανὸς [14] ὡς εἴκοσι χιλιάδων, ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ ἀδελφὸς [15] Αἰγέα, τοὔνομα Στρατοκλῆς, καὶ ἔκραξε μετὰ τοῦ λαοῦ· ἄδικος κρίσις. Ὁ δὲ ἅγιος, [16] νύσσων τοὺς λογισμοὺς

Verſio CAR. CHR. WOOG.

CAPUT X.

A Quum autem perveniſſet ad locum ubi crux parata erat, videns eam procul, exclamavit voce magna: Salve crux, quæ per corpus Chriſti conſecrata, & membris ejus velut margaritis ornata es. Antequam te conſcenderet Dominus meus, timorem terrenum habebas; modo vero cæle- B ſte deſiderium incutiens, donum dono relatum pendes: ſciunt enim optime fideles, quantas in te gratias habeas, quanta munera parata. Securus ergo & gaudens venio ad te, ut & tu gaudens & exſultans ſuſcipias me, diſcipulum ejus qui pependit in te: ideo amator tui ſemper fui, & deſideravi te amplecti. O beata crux, quæ ma- C gnificam pulcritudinem ex membris Domini accepiſti, ſæpiſſime deſiderata, & cum ſomni diſpendio quæſita, tolle me e medio hominum, & redde me Magiſtro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Atque hæc dum diceret, exuebat veſtimenta ſua, & dabat ea carnificibus: D qui accedentes levabant eum in crucem; & funibus totum ejus corpus conſtringentes, prout eis erat mandatum, ſuſpendebant eum. Confluxerat autem copioſa hominum turba, ad viginti millia, inter quos & erat Ægeæ frater, Stratocles, qui ſimul cum populo clamabat: iniquum hoc eſſe ſupplicium. Sanctus vero Andreas, refellens fidelium cogitata, ad to-

1 Χαίροις] Vel χαῖρε: quod uſitatius. WOOG.

2 Ἐγκαινισθείς] Ἐγκαινίζειν eſt dedicare, conſecrare certis quibuſdam ritibus. Hac ſignificatione adhibent LXX. ſenes II. *Paral.* VII. 5. & XV. 8. De hac voce pariter ac ἐγκαινίας videatur omnino Svicerus *Theſ. Eccl.* tom. I. fol. 688. ID.

3 Κατακοσμηθείς] Codex κατακοσμιθεῖς ſcribit. ID.

4 Φόβον ἐπίγειον] Quid ἐπίγειος φόβος ſignificet, dicere non auſim: ſubobſcurum mihi videtur epitheton. Mallem itaque legere φόβον ἐπιγείων, hoc ſenſu: *Antequam te adſcenderet Dominus, mortalibus omnibus terribilis eras.* Notione ἐπιγείων enim intelligi omnes homines, qui e terra ortum habent & in terra adhuc verſantur, vel ex *Philipp.* II. 10. patet, ubi ἐπίγειοι καταχθονίοις opponuntur. Vid. Balduinus ad h. l. ID.

5 Ἀντίδωρον κρέμασθαι] Codex habet, ἀντὶ δώρου κρέμασαι, *muneris loco*. Et Verſio ita reddit: *Modo vero amorem cæleſtem obtinens, pro voto ſuſciperis*. Ego autem: *donum dono relatum*; hoc eſt: remuneratio eſt in cruce ſuſpenderi. Ἀντίδωρον enim idem ac ἀντευεργέτημα, juxta optimas Gloſſas. ID.

6 Χάριτας] Codex legit χάρητας. ID.

7 Ἀμέριμνος κ. τ. λ.] Laudant hæc verba S. Bernardus *Serm.* I. *de S. Andrea*, & Lucas Tudenſis *contra Albigenſes* lib. III. cap. XXI. ID.

8 Ἐπεθύμησα] Ms. ἐπιθύμησα. Sic & mox infra, ἐπιθυμητέ. ID.

9 Ὡραιότητα — πλειστάκεις] Codex ſcribit, ὁραιότητα — πλιστάκις, mendoſe. ID.

10 Ἐκζητούμενε] Ms. ἐκζητούμεναι. Additur autem ἀγρύπνως, quia cum ſomni diſpendio quæſiverat S. Andreas martyrium: per totam enim noctem populum turbas moturum dehortatus erat, μὴ τὸ σὸν μαρτύριον ἐμποδίζωσι, Capp. VII. & VIII. Hæc aliter Latina verſio. ID.

11 Ἀπόδος] Ms. ἀπόδως. Mox poſt ἀπολάβῃ omittit με. Deinde exhibet μαλυτρωσάμενος. ID.

12 Τοῖς ἐτασταῖς] Cod. perperam αὐτοῖς ἐτασοῖς. Qui *Cap.* IX. κεντύριοι, ὑπηρέται vocabantur, nunc ἐτασταὶ audiunt: quam vocem Scapula quidem non habet: ἐξεταστὴν tamen vocem ibi invenies ex Ariſtotele: quam *examinatorem*, *inquiſitorem* vertit, ex ἐτάζω, diligenter inquiro, quæſtionem habeo. ID.


13 Ἦραν — σχοινίοις] Ms. vitioſe ἦραν — σχινίοις. Eſt autem σχοινίον, funiculus e junco plexus, ſeu ſtilus ex juncis confectus. ID. — Levius, quam par ſit id videtur. Legendum forte σχινοῖς, vel σχοινοῖς, Vide ſis Cangium in *Gloſſar. Græc.* tom. 2. pag. 1508.

14 Ὡς εἴκοσι χιλιάδων] Ms. habet ὡς εἶκος χιλιάδων. Sed fateor hunc determinatum multitudinis adſtantis numerum mihi cum Tillemontio videri ſubleſtæ fidei, a gravitate hujus Epiſtolæ alieniorem, atque ex Abdia forte qui eumdem numerum expreſſit, & ex perverſa Codicis Græci ſcriptione in genuinum textum intruſum. Veram itaque Codici reſtituendam lectionem puto: ὡσεὶ καὶ χιλιάδων, hoc ſenſu: Confluxerat magna hominum turba, ita ut eorum etiam aliquot circiter millia adſtarent. Hoc vel Codicis noſtri adhuc probat ſcriptio, quæ non eſt εἴκοσι, ſed ὡς εἶκος χιλιάδων. Et ſic nullus omnino remanet ſcrupulus. WOOG.

15 Αἰγέα] Ita recte. Sic *Matth.* XXVI. 3. Καϊάφα, non Καϊάφου. Sic & *Luc.* III. 2. ID. — Dorienſibus nempe id peculiare.

16 Νύσσων] Vocabulum νύσσειν quod Alexandrinum videtur eruditis, proprie notat *punctim cædere, pungere*. Ita in N. T. ſaltem legitur *Joan.* XIX. 34. & *Act.* II. 37. Κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ. LXX. Interpretibus recepta phraſis eſt, qua ſummum animi dolorem & ingentem cordis contritionem innuunt. Ego vero νύσσειν τοὺς λογισμοὺς per *refellere cogitata* tranſtuli: quo metaphorico ſenſu hæc vox apud Ariſtophanem quoque legitur in *Nub.* γνωμιδίῳ γνώμην νύξασα: *ſententiam ſententia confodiens & refellens*. WOOG.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 80.



VET. INTERPR.

A tium Christo, & hortabatur ad tolerantiam temporalem, docens [a] nihil esse dignum passionis ad æternam remunerationis compensationem.

A τῶν πιστῶν, ἐνεθέτει ὑπομένειν τὸν πρόσκαιρον πειρασμὸν, μηδενὸς εἶναι λέγων ἄξιον [1] τὸ πάθος πρὸς ἀντάρκειαν τῆς αἰωνίου ἀνταποδώσεως.

Versio CAR. CHR. WOOG.

lerantiam temporariæ tentationis iterum adhortabatur; tormenta, inquiens, non esse æquiparanda ad uberrimam vitæ æternæ compensationem.

CAPUT XI.

B Interea vadit omnis populus cum clamore ad domum Ægeæ, & omnes pariter clamantes dicebant: Virum sanctum, pudicum, ornatum moribus, bonum doctorem, pium, modestum, rationabilem, non hoc debere pati, sed debere deponi de cruce: quia jam secunda die in cruce positus, veritatem prædicare non C cessat. Tunc Ægeas pavescens populum, & promittens se eum deponere, simul cœpit ire. Quem videns sanctus Andreas dixit: Quid tu ad nos, Ægea, venisti? Si vis credere Christo; sicut promisi, aperietur tibi via indulgentiæ: si autem ad hoc D tantum venisti ut me solvas, ego penitus hinc de ista cruce vivens in corpore deponi non potero. Jam enim Regem meum video, jam adoro, jam conspectui ejus consisto. Sed de tuis miseriis doleo, quia paratus te exspectat æternus interitus. Curre pro te miser, dum adhuc potes; ne tunc incipias velle, quum E non poteris. Mittentes autem manus ad crucem carnifices, non poterant penitus contingere eum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

B Καὶ ἐν τούτοις ἀπέρχεται [2] πᾶς ὁ λαὸς μετὰ κραυγῆς εἰς τὸν οἶκον τοῦ Αἰγέα, καὶ πάντες ἔλεγον· Τὸν ἅγιον, Ἀνδρέαν, τὸν [3] νηφάλιον, τὸν ἐνάρετον, τὸν [4] καλὸν διδάσκαλον, μὴ ἐξὸν τοῦτο παθεῖν, [5] ἀλλ' ὀφείλει ἐκ τοῦ σταυροῦ κατενεχθῆναι, διότι δευτέραν ἡμέραν ἔχων ἐν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν κηρύττων, C οὐ παύεται. Τότε Αἰγέας φοβηθεὶς τὸν λαὸν, ὑπέσχετο κατενεγκεῖν αὐτὸν [6] τοῦ σταυροῦ, ἅμα δὲ τοῦ ἄρξασθαι αὐτὸν πορεύεσθαι. Θεασάμενος αὐτὸν ὁ ἅγιος εἶπεν· [7] Τί πρὸς ἡμᾶς Αἰγέα ἦλθες; Εἰ μεταμεληθεὶς πιστεῦσαι τῷ Χριστῷ, καθὼς [8] ὑπισχνούμην, ἀνεωχθήσεταί σοι ἡ τῆς συγχωρήσεως θύρα· εἰ δὲ ἐπὶ D τούτῳ [9] μόνον ἦλθες τοῦ λῦσαί με, ἐγὼ ἐκ τοῦ σταυροῦ τούτου, ζῶν ἐν τούτῳ τῷ σώματι, κατενεχθῆναι οὐ θέλω· [10] τὸν γὰρ βασιλέα μου θεωρῶ καὶ προσκυνῶ, καὶ λοιπὸν ἐνώπιον αὐτοῦ παρίσταμαι. Ἀλλ' ἐκ τῶν σῶν ταλαιπωριῶν πεπόνημαι, ὅτι ἡτοίμασταί σοι ἡ αἰώνιος ἀπώλεια. [11] Δράμε οὖν ὑπὲρ σεαυτοῦ ταλαίπωρε, [12] ἕως ἂν δύνῃ, ἵνα μὴ τότε ἄρξαι E θελήσῃς, ὅτε οὐ δυνήσῃ. Βάλλοντες δὲ τὰς χεῖρας ἐν τῷ σταυρῷ οἱ ὑπηρέται, [13] οὐκ ἠδύναντο φθάσαι αὐτόν·

CAPUT XI.

B Interea pars magna populi abibat ad domum Ægeæ, & clamitantes dicebant omnes: Sanctum Andream, virum sobrium, virtutibus ornatum, honestatis magistrum, non debere hoc pati, sed debere deponi de cruce, ideo quod secundam diem jam jam agens in ea, C veritatemque continuo prædicans, animam nondum linquat. Tunc Ægeas, populum pertimescens, promisit eum de cruce deponere, simulque ire cœpit. Quem quum conspiceret Sanctus dixit: Quid tu ad nos venisti, Ægea? Si resipiscens credere cupis in Christum, aperietur tibi, sicut promisi, indulgentiæ janua; si autem ad hoc tan- D tum venisti, ut me solvas, scias, me vivum de ista cruce deponi nolle: regem enim meum jam video, jam veneror, & prope jam in conspectu ejus adsto. Sed tuas vehementer dolui miserias, quia æternus tibi paratur interitus. Conare itaque miser extremum evadere periculum, dum adhuc E potes; ne tunc incipias velle, quum non poteris. Carnifices autem manus cruci admoventes, non poterant propositum exsequi.

Et subinde alii & alii ingerentes se ut solverent eum, & nullus poterat pertingere ad eum: stupebant enim brachia eorum, quicumque se extendisset ad solvendum eum.

CAPUT XII.

Tunc voce magna sanctus Andreas dixit: Ne permittas Domine Jesu Christe, me famulum tuum qui propter nomen tuum pendeo in cruce, solvi: nec permittas eum qui jam per crucem tuam cognovit magnitudinem tuam, ab Ægea homine

[a] Rom. VIII. 18.

1 Τὸ πάθος] Ms. τοῦ πάθους. Rom. VIII. 18. Λογίζομαι γὰρ, ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. ID.

2 Πᾶς ὁ λαός] In Ms. vitiose παῖς. Eodem autem sensu id dicitur, ac *Matth.* III. 5. πᾶσα Ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου ad Joannem Baptistam accessisse legitur. Et sic Tillemontii quam contra hunc locum attulit, tota evanescit objectio. ID.

3 Νηφάλιον] Νιφάλαιον scribit Codex. Hæc vox ter in N. T. quoque legitur, I. *Tim.* III. 2. 11. & *Tit.* II. 2. Alii eam vertunt *sobrium*, alii *vigilantem*. Utrumque recte: notat enim & corporis sobrietatem seu abstinentiam ab immoderato potus usu, & animæ sobrietatem seu vigilantiam & circumspectionem. Νήφειν enim & νηφάλιος idem. Hesychius: Νηφάλιοι, νήφοντες. Confer Svicerum in *Thes. Eccl.* tom. II. pag. 409. ID.

4 Καλὸν διδάσκαλον] Vel, si mavis, καλοδιδάσκαλον; quod constructioni magis convenit: qui scilicet non ore tantum, sed & exemplo honesta docet. Quo sensu S. Paullus *Tit.* II. 3. πρεσβύτιδας jubet esse καλοδιδασκάλους. ID.

5 Ἀλλ' ὀφείλει] Ms. ἀλλ' φείλει. ID.

6 Τοῦ σταυροῦ] Cod. τῷ σταυρῷ.

7 Τί — ἦλθες; Εἰ] Ms. Τή — ἦλθε; ἡ. ID.

8 Ὑπισχνούμην] Ὑπέσχου μοι habet perverse Codex: & omittit jota subscriptum in ἀνεωχθήσεται. ID.

9 Μόνον] Exstat μένω in Ms. ID.

10 Τὸν βασιλέα μου θεωρῶ] Sic S. Stephanus *Act.* VII. 56. Ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Θεοῦ. ID.


11 Δράμε] Codex in duas voces divulsum scribit δρὰ μέ. ID.

12 Ἕως ἂν δύνῃ] Ms. ἴσος αὐδύνῃ. ID.

13 Οὐκ ἠδύναντο φθάσαι αὐτόν. ἐξίστατο δὲ κ. τ. λ.] Sic se habet Ms. apud Woogum; qui tamen ita legere & interpungere mavult: οὐκ ἠδύναντο φθάσαι, αὐτὸς ἐξίστατο δὲ κ. τ. λ. Nos vero veterem Interpretem secuti, Ms. lectionem retinendam duximus.

Vetus Interpres. A — *Versio* Car. Chr. Woog.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 80.



corruptibili humiliari: sed suscipe me tu, Magister meus Christe, quem dilexi, quem cognovi, quem confiteor, quem cernere desidero, in quo sum quod sum. [a] Suscipe Domine Jesu Christe spiritum meum in pace, quia jam tempus est ut veniam ad te, desiderans te videre. Suscipe me Domine Jesu Christe, Magister bone; & jube me de ista cruce non deponi, nisi prius spiritum meum susceperis. Et quum hæc dixisset, splendor nimius sicut fulgur de cælo veniens, ita circumdedit eum, ut penitus præ ipso splendore oculi eum humani non possent aspicere. Quumque permansisset splendor fere dimidiæ horæ spatio, abscedente lumine, B emisit spiritum, simul cum ipso lumine pergens ad Dominum: cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Ἐξίστατο δὲ, τῷ φωτὶ πορευόμενος πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Decedebat enim subito, ignito curru properans ad Dominum nostrum Jesum Christum, cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XIII.

Quædam vero femina, nomine [1] Maximilla, Senatrix, in specu posita, diligens pudicitiam & sanctitatem, statim ut cognovit Apostolum C perrexisse ad Dominum, accessit ad crucem; & suorum solatio, cum omni reverentia deposuit corpus, & condivit aromatibus, & in loco quo se constituerat sepeliendam, illic eum sepelivit. Ægeas vero iratus contra populum, disponebat contestationem publicam facere, & ad Cæsarem accusationem contra Maximillam & populum destinare. Sed dum ordinat, in conspectu officii sui a diabolo arreptus est, & in medio foro civitatis volutatus exspiravit. Nuntiatum est fratri ejus, cui nomen erat Stratocles; & misit servos suos, dixitque eis, ut inter [2] Biothanatos sepelirent D eum: ipse autem de facultatibus ejus nihil quæsivit dicens: Non mihi permittat Dominus meus Jesus Christus cui credidi, ut ego de bonis fratris mei aliquid contingam; ne polluat me crimen ejus, quia Apostolum Domini ausus fuit pro amore pecuniæ occidere.

Ὁ οὖν Αἰγέας ληφθεὶς ὑπὸ δαίμονος ἐνώπιον πάντων, ῥαγεὶς ἐξέπνευσεν. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Στρατόκλης κρατῶν τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου διέλαθεν.

Ægeas vero conspectu omnium a diabolo fuit comprehensus, & in partes disruptus periit. Frater autem ejus Stratocles, corpore sancti Andreæ potitus, illud sepelivit.

CAPUT XIV.

Hæc autem gesta sunt apud Achaiam provinciam civitate Patras, pridie Kalendas Decembris: ubi etiam præstantur E gloriosa ejus beneficia usque in præsentem diem. Tantus autem timor invasit omnes, ut nullus remaneret qui non crederet Salvatori nostro Deo, [b] *qui vult omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis*

Τοσοῦτος δὲ φόβος κατέσχεν ἅπαντας, ὥστε μηδένα ἀπομεῖναι τῶν μὴ πιστευσάντων τῷ Κυρίῳ, τῷ θέλοντι πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. [3] Τε-

Tantus autem timor invasit omnes, ut nullus remaneret, qui non crederet in Dominum, qui vult omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis veni-


a Act. VII. 59. b I. Tim. II. 4.

1 *Maximilla Senatrix*] Abdias *Apost. Hist.* lib. III. cap. XXXIX. Maximillam Ægeæ uxorem fuisse tradit: & Usuardus in *Martyrol.* prid. Kal. Decemb. *potentissimam Matronam*, eamdem vocat. Woog. — Autographum Usuardinum editum a Monachis BB. Paris. 1718. non agnoscit verba illa a Woogo prolata, neque illa agnoscit editio Sollerii. Sincera Usuardi verba inter Veterum testimonia superius retulimus. Heic insuper manca est Woogi editio: vocem enim *Senatrix* omittit, quam habet vetus Interpres.

2 *Biothanatos*] De hac voce consule Cangium in utroque *Glossario*, & Wesselingium in *Probabil.* cap. IV. pag. 35. Philastrius *Hæres.* LXXXV. *Quidam autem ex his velut biothanati moriuntur, sese dantes ad præcipitium, diversumque subeunt calamitatis interitum.*

3 Τελεῖται] In codice exstat τελεῖτε. Vox hæc τελεῖν, si de rebus sacris adhibita legitur, idem notat ac *celebrare*, *festum peragere*. Ita & apud Classicos. Vid. Herodianum *lib.* I. *capp.* IX. & X. Woog. — Ex Ecclesiasticis scriptoribus desumta, plura dabit exempla Svicerus in *Thes. Eccles.* tom. II. pag. 1265. qui & pag. 1262. de sequenti voce τελειώσεως, ad *martyrium* significandum adhibita, verba facit.

Saecul. I. circa Ann. Chr. 80.



Vet. Interpr.

venire. Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

A

λεῖται δὲ ἡ ἡμέρα τῆς τελειώσεως αὐτοῦ [1] μηνὶ Νοεμβρίῳ λ. βασιλεύοντος [2] τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

B

Verſio Car. Chr. Woog.

re. Celebratur autem dies martyrii ejus pridie Kalendarum Decembris, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui ſit gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

1 Μηνὶ Νοεμβρίῳ] In Ms. μηνὶ — εμβρίῳ. Woog.

2 Βασιλεύοντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν κ. τ. λ.] Hæc formula Abdiæ frequens eſt. Vide Steph. Baluzium in *Capitul. Regum Francorum* pag. 1535. Ita quoque finit Paſſio SS. Symphoroſæ & ſeptem filiorum ejus: *Eorum corpora requieſcunt in via Tiburtina milliario ab urbe octavo, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen*. Id. — Cl. Baluzius l. c. nonnulla tantum profert hujuſce formulæ exempla. Conſulat potius lector Davidis Blondelli opus eruditum, quod prodiit Amſtel. 1646. ſic inſcriptum: *De Formulæ* Regnante Chriſto *in Veterum Monumentis uſu*.



INDEX CAPITUM

EPISTOLÆ PRESBYTERORUM ET DIACONORUM ACHAIÆ,

DE MARTYRIO

S. ANDREÆ APOSTOLI.

ACTA
PAULLI
ET
THECLÆ.

VETERUM TESTIMONIA
DE ACTIS
PAULLI ET THECLÆ.

I.

TERTULLIANUS *lib.* de Baptiſmo, *cap.* XVII.

Quod ſi, qui Paulli perperam ſcripta legunt, exemplum *Theclæ* ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt; ſciant, in Aſia presbyterum, qui eam ſcripturam conſtruxit quaſi titulo Paulli de ſuo cumulans, convictum atque confeſſum id ſe amore Paulli feciſſe, loco deceſſiſſe. Quam enim fidei proximum videretur, ut is docendi & tingendi daret feminæ poteſtatem, qui ne diſcere quidem conſtanter mulieri permiſerit? *Taceant*, inquit (I. *Cor.* XII. 34. 35.) *& domi maritos ſuos conſulant.*

II.

METHODIUS *in* Convivio decem Virginum, *pag.* 169. *edit.* Allat. *Romæ* 1656.

ΑΡΕΤΗ. Ἄριστα, ὦ Θέκλα, τὴν προθυμίαν εἰσεδεξάμην, καὶ πιστεύω εἰς δύναμιν πρέποντας ἀποδοῦναί σε μοι τοὺς λόγους. φιλοσοφίας τε γὰρ τῆς ἐγκυκλίου, καὶ παιδείας οὐδενὸς ὑστερήσεις. τῆς εὐαγγελικῆς τε αὖ, καὶ θείας, τί χρὴ καὶ λέγειν, παρὰ Παύλῳ σεσοφισμένην;

VIRTUS. Acceſſit mihi, o *Thecla*, gratiſſimum ſtudium tuum atque alacritas; & quam firmiſſime teneo, te verba propoſitam materiam exæquantia, pro facultate qua prædita es, facturam. Nam & doctrinarum omnium humaniorum diſciplina, & eruditione nemini cedis. De evangelica vero ac divina, quum a Paullo fueris inſtructa, non habeo equidem quod dicam. *Cap.* III.

IDEM *ibid. pag.* 231.

ΕΥΒΟΥΛ. Ἔγνων γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀνδραγαθημάτων μῆτιν αὐτῆς. λέγειν ὅσα, καὶ οἷα κατώρθωσεν ὑπερβαλλούσης ἀγάπης, ἐπίδειξιν ποιουμένης Χριστῷ. Καὶ ὡς διαπρεπὴς παρθένος ἐφάνη ἐν μεγάλοις, καὶ πρώτοις ἄθλοις ὑπαντῶσα, τῶν Μαρτύρων ἴσην τῇ προθυμίᾳ τὴν σπουδὴν ποιουμένη, καὶ τῇ ἀκμῇ τῶν βουλευμάτων τὴν ῥώμην τοῦ σώματος.

EUBUL. Ab aliis enim illius (*Theclæ*) facinoribus, quæ ipſa amore ingenti percita pro Chriſto patravit, ſatis mihi prudentia illius comperta eſt. Virgo clariſſima illuxit, & magnis primiſque certaminibus ſolicite occurrens, Martyrum ſtudia promtitudine & corporis robur vigore conſiliorum exæquavit.

IDEM *ibid. pag.* 292.

Α. Ἀξίως ἀπηνέγκατο τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων ἡ Θέκλα, ὦ Γρηγόριον. Β. Ἀξίως μὲν οὖν.

A. Merito prima præmia tulit *Thecla*, o Gregorium. B. Merito equidem.

III.

CYPRIANUS ANTIOCHENUS *in* Orat. pro Martyribus. *Exſtat in Append. opp.* S. CYPRIANI CARTH. *pag.* XXXIII. *edit. Pariſ.* 1726.

Aſſiſte nobis, ſicut Apoſtolis in vinculis, *Theclæ* in ignibus, Paullo in perſecutionibus, Petro in fluctibus. *Cap.* VII.

IDEM *in* Orat. quam ſub die Paſſionis ſuæ dixit. *Ibid. pag.* XXXIV.

Libera me de medio ſæculi hujus, ſicut liberaſti *Theclam* de medio amphitheatro. *Cap.* XI.

IV.

ACTA S. FEBRONIÆ V. & M. *cap.* III. *num.* 19. *Ex* Actis Sanctorum Bolland. *tom.* V. *Junii*, *pag.* 25.

Ἡ οὖν Βρυένη ἐκτείνασα τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ βοήσασα φωνῇ μεγάλῃ, εἶπεν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ φανεὶς τῇ δούλῃ σου Θέκλῃ ἐν τῷ ἀγῶνι ἐν σχήματι Παύλου, φάνηθι ἐπὶ τῆς ταπεινῆς ταύτης, ἐν τῇ ὥρᾳ τῶν ἀγώνων.

Bryene igitur tendens in cælum manus, & magna voce exclamans dixit: Domine Jeſu Chriſte, qui famulæ tuæ *Theclæ* in agone conſtitutæ apparuiſti ſub figura Paulli; appare etiam humili iſti, tempore certaminis ſui. *Cap.* VII.

V.

Hilarius Diaconus *in* Comment. *super* II. *Tim.* II. 18. *Ex Append. ad tom.* II. *opp.* S. Ambrosii *pag.* 308. *edit. BB. Parif.* 1690.

Nunc ipforum quorum cauffa vitandas contentiones monet (Apoftolus,) prodidit nomina, quos & profanos & impios defignavit, errantes a veritate: hoc enim negabant, quod palmare eft Chriftianorum, ut credant fe in futurum a mortuis refurgere. Hi autem, ficut ex alia *Scriptura* docemur, *in filiis fieri refurrectionem* dicebant. *Exftat hoc dictum in* Actis Paulli et Theclæ *Cap.* iv.

VI.

Zeno Veronensis *lib.* I. *Tract.* vii. de Timore, *pag.* 71. *edit. noviff. Veronenf.* 1739.

Adverfus *Theclam* accufator acerrimus linguæ exferit gladium: cum fuis fibi miniftris publicæ leges inferviunt: ftimulis acuitur feritas in ferocitatem; & tamen mitior hominibus invenitur. Ne quid fcenæ tam diræ inhumanitatis deeffe videatur, immittuntur etiam marina monftra. Laciniis omnibus exfpoliatur puella, veftitur incendio. Inter tot inftrumenta mortis, fpectatore metuente, fecura calcat genera univerfa terrorum. Incolumis, quafi orbe fubacto, de illo feralis caveæ loco, jam non miferabilis, fed mirabilis, funereo ambitu excedit, victi fæculi triumphum reportans, quam tot fuppliciis omnes crediderant perituram. *Cap.* xii.

VII.

Epiphanius Hæref. lxxviii. §. xvi. *tom.* I. *pag.* 1048. C. *edit. Parif.* 1622.

Καὶ Θέκλα μὲν συναντᾷ Παύλῳ τῷ ἁγίῳ, καὶ διαλύεται γάμου, ὡραιότατον ἔχουσα μειδέστατον, πρωτεύοντα δὲ πόλεως, πλούσιον ἄγαν, εὐγενέστατον δὲ ἐν τῷ βίῳ, καὶ διαφανέστατον· καὶ περιφρονεῖ τῶν ἐπιγείων ἡ ἁγία, ἵνα τῶν ἐπουρανίων ἐγκρατὴς γένηται.

Sed & *Thecla*, quum in fanctum Paullum incidiffet, pactas quoque nuptias diffolvit, licet fponfum haberet formofiffimum, primarium civitatis, prædivitem, nobiliffimum fplendidiffimumque. Sed fancta virgo defpicit terrena, ut cæleftium compos fieret. *Cap.* III.

VIII.

Gregorius Nazianzenus *in* Orat. I. adverfus Julianum, *tom.* I. *pag.* 76. D. *edit. ut fertur*, *Colon.* 1690.

Οὐκ ᾐδέσθης τὰ ὑπὲρ Χριστοῦ σφάγια; οὐδὲ ἐφοβήθης τοὺς μεγάλους ἀγωνιστάς; τὸν Ἰωάννην ἐκεῖνον, τὸν Πέτρον, τὸν Παῦλον, τὸν Ἰάκωβον, τὸν Στέφανον, τὸν Λουκᾶν, τὸν Ἀνδρέαν, τὴν Θέκλαν, τοὺς ἐπ' ἐκείνοις τε καὶ πρὸ ἐκείνων, τῆς ἀληθείας προκινδυνεύσαντας; οἳ πυρὶ, καὶ σιδήρῳ, καὶ θηρσὶ, καὶ τυράννοις προθύμως ἀντηγωνίσαντο, καὶ παροῦσι κακοῖς, καὶ ἀπειλουμένοις, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίοις σώμασιν ἢ ἀσώματοι;

Non victimas pro Chrifto cæfas veritus es? nec magnos pugiles extimuifti, Joannem illum, Petrum, Paullum, Jacobum, Stephanum, Lucam, Andream, *Theclam*, eos qui & poft illos, & ante illos pro veritate periculis fe objecerunt? qui cum igni, & ferro, & belluis, & tyrannis, & præfentibus malis & denuntiatis, alacri animo, velut in alienis corporibus, immo quafi corporum expertes dimicarunt?

Idem. *in* Orat. xviii. *ibid. pag.* 279. C.

Πάντων ἀπογνοῦσα τῶν ἄλλων, ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγει, — ὃς καὶ Θέκλαν διέσωσεν — ἀπὸ τυράννου μνηστῆρος, καὶ τυραννικωτέρου πατρός.

Defperatis omnibus aliis remediis, ad Deum confugit, — qui & *Theclam* fervavit — a tyranno ipfius proco patreque magis tyrannico, (*feu rectius* matreque m. tyrannica.) *Cap.* vi.

Idem *in* Præceptis ad Virgines, *tom.* II. pag. 59. A.

Τίς Θέκλαν ἐσάωσεν ὑπ' ἐκ πυρὸς, ἢ τίς ἔδησε
Θηρῶν ὠμοβόρων κρατερὸν μένος; ἢ μέγα θαῦμα.
Παρθενίη καὶ θῆρας ἐκοίμισεν, οὐδ' ἐτάλασσαν
Παρθενικῆς δέμας ἁγνὸν ἑοῖς γενύεσσι μιῆναι.

Quis *Theclam* necis eripuit flammæque periclo?
Quis validos ungues vinxit rabiemque ferarum?
Virginitas. O res omni mirabilis ævo!
Virginitas fulvos potuit fopire leones;
Dente nec impuro generofos virginis artus
Aufi funt premere, & rigido difcerpere morfu.
Capp. vii. xi. xii.

Idem *in* Exhortat. ad Virgines, *tom.* II. *pag.* 300. B.

Ὁρᾷς Θέκλαν ἐκ πυρὸς καὶ θηρίων φυγοῦσαν;

Videfne *Theclam* ereptam ex igne & belluis? *Capp.* vii. x. xi.

Confule Gregorium Presbyterum in *Vita* Gregorii Nazianzeni, poft medium.

IX.

GREGORIUS NYSSENUS *homil.* XIV. in Cantic. *tom.* I. *pag.* 676. D. *edit. Parif.* 1638.

Τοιαύτην ὅποτε Παῦλος σμύρναν προχέει τοῦ στόματος, μεμιγμένην τῷ καθαρῷ κρίνῳ τῆς σωφροσύνης, ἐν ἀκοαῖς τῆς ἁγίας παρθένου. Θέκλα δὲ ἦν ἡ παρθένος, ἣ καλῶς τῇ ψυχῇ τὰς ἀπορρεούσας σταγόνας ἐν ἑαυτῇ δεξαμένη, θανάτῳ διαλαμβάνει τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον, πᾶσαν σαρκώδη διάνοιάν τε καὶ ἐπιθυμίαν ἑαυτῆς ἀποσβέσασα.

Talem myrrham olim Paullus effundebat ex ore fuo, miftam cum puro pudicitiæ lilio, in fanctæ virginis aures. Ea vero erat *Thecla*, quæ præclare animo fuo defluentibus de lilio guttis intra fe receptis, hominem externum morte opprimit, omni cogitatione cupiditateque carnali extincta. *Cap.* III.

IDEM de Vita S. Macrinæ *Cap.* I. *tom.* II. *pag.* 178.

Θέκλης ἐκείνης, ἧς πολὺς ἐν ταῖς παρθένοις ὁ λόγος.

Theclæ illius inter Martyres (Virgines) celeberrimæ. *Vide* Jul. Bolland. *tom.* IV. *pag.* 593.

X.

AMBROSIUS *lib.* II. de Virginib. *cap.* III. *num.* 19. *tom.* II. *pag.* 166. F. *edit.* *BB. Parif.* 1690.

Thecla doceat immolari: quæ copulam fugiens nuptialem, & fponfi furore damnata, naturam etiam beftiarum virginitatis veneratione mutavit. Namque parata ad feras, quum adfpectus quoque declinaret virorum, ac vitalia ipfa fævo offerret leoni, fecit ut qui impudicos detulerant oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes beftiam cubitare humi, muto teftificantem fono quod facrum virginis corpus violare non poffet. Ergo adorabat prædam fuam beftia: & propriæ oblita naturæ, naturam induerat quam homines amiferant. Videres quadam naturæ transfufione, homines feritatem indutos, fæviriam imperare beftiæ: beftiam exofculantem pedes virginis, docere quid homines deberent. Tantum habet virginitas admirationis, ut eam etiam leones mirentur. Non impaftos cibus flexit, non citatos impetus rapuit, non ftimulatos ira exafperavit, non ufus decepit adfuetos, non feros natura poffedit. Docuerunt religionem, dum adorant martyrem: docuerunt etiam caftitatem, dum virgini nihil aliud nifi plantas exofculantur, demerfis in terram oculis, tamquam verecundantibus, ne mas aliquis vel beftia virginem nudam videret. *Capp.* X. XI. XII.

IDEM *lib.* de Virginit. *cap.* VII. *num.* 40. *ibidem pag.* 223. B.

Certe *Theclam* non fenectus, fed virtus probavit. *Cap. ult.*

IDEM *Epift.* XXXVII. *ad* Simplicianum, *num.* 36. *ibidem pag.* 939. A.

Quid *Theclam*, quid Agnem, quid Pelagiam loquar, quæ tamquam nobilia vitulamina pullulantes, ad mortem quafi ad immortalitatem feftinaverunt? Inter leones virgo exfultavit, & rugientes beftias fpectavit intrepida. *Capp.* XI. & XII.

IDEM *Epift.* LXIII. *ad* Vercellenfem Ecclefiam, *num.* 34. *ibidem pag.* 1030. F.

Quo munere autem venerabilis *Thecla* etiam leonibus fuit, ut ad pedes prædæ fuæ ftratæ impaftæ beftiæ, facrum deferrent jejunium, nec procaci oculo virginem, nec ungue violarent afpero: quoniam & ipfo adfpectu virginitatis violatur fanctitas. *Cap.* X.

XI.

HIERONYMUS *lib.* de Viris illuftribus, *cap.* VII. *cum vetere* GRÆCO INTERPRETE. *Ex edit. Veron.* 1735. *tom.* II. *pag.* 827.

Igitur Περιόδους Paulli & Theclæ, & totam baptizati leonis fabulam inter apocryphas fcripturas computamus. Quale enim eft, ut individuus comes Apoftoli (Lucas) inter ceteras ejus res hoc folum ignoraverit? Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum refert, presbyterum quemdam in Afia, σπουδαστὴν Apoftoli Paulli, convictum apud Joannem quod auctor effet libri, & confeffum fe hoc Paulli amore feciffe, loco excidiffe.

Ἡ γὰρ περίοδος Παύλου καὶ Θέκλας καὶ πᾶς ὁ μῦθος ὡσανεὶ λέοντος βαπτισθέντος, εἰς τὰς ἀποκρύφας γραφὰς ψηφισθήσεται. Οὐδὲ γὰρ ἐνεχώρει τὸν ἀχώριστον τοῦ Ἀποστόλου μεταξὺ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ πράξεων τοῦτο ἠγνοηκέναι. Ἀλλὰ καὶ Τερτυλλιανὸς ἐκείνων τῶν χρόνων ἀναφέρει πρεσβύτερόν τινα ἐν τῇ Ἀσίᾳ, σπουδαστὴν Παύλου Ἀποστόλου ἐλεγχθέντα ἐπὶ Ἰωάννου διὰ τῆς παρ' αὐτοῦ συνταγείσης βίβλου, ὁμολογηκέναι φίλτρῳ κατεχόμενον Παύλου τοῦτο πεποιηκέναι, διὸ καὶ ἐκβεβλῆσθαι τοῦτόν τινες ὑπολαμβάνουσιν.

IDEM *in* Chronico, *ad annum* CCCLXXV.

Melania nobiliffima mulierum Romanarum & Marcelli quondam Confulis filia, unico Prætore tunc urbano filio derelicto, Jerofolymam navigavit: ubi tanto virtutum præcipueque humilitatis miraculo fuit, ut *Theclæ* nomen acceperit.

IDEM *in* Epiſt. XXII. *ad* Euſtochium, *num.* 41. *tom.* I. *pag.* 123.

Tunc *Thecla* in tuos læta volabit amplexus.

XII.

AUCTOR INCERTUS *in* Epiſt. ad Oceanum, *quæ olim* HIERONYMO *tribuebatur*, *cap.* V. *tom.* XI. *pag.* 271.

Thecla poſt tentationem paſſionis, Antiochiam a Paullo prohibetur pariter pergere. *Cap.* VIII.

XIII.

NICEAS *Aquilejenſis Epiſcopus*, Objurgat. in Suſannam lapſam, *capp.* III. & IV. *Exſtat in edit. Veron. opp.* S. HIERON. *tom.* XI. *pag.* 182. *&* *in edit. Pariſ. opp.* S. AMBROSII, cui Tractatus iſte a Benedictinis tribuitur, *tom.* II. *pag.* 307.

Quid facies coram Joanne & *Thecla*, maculato thoro puritatis? — Sed dictura es forſitan, Non potui ſuſtinere, quia carnem fragilem circumferebam. Reſpondebit tibi beata *Thecla* cum ſuis innumerabilibus ſociabus: Et nos eadem carne amictæ fuimus; nec tamen plenum propoſitum caſtitatis noſtræ aut fragilitas carnis potuit mutilare, aut ſævitia tyrannorum per varia tormenta dejicere.

XIV.

AUGUSTINUS *lib.* de ſancta Virginitate, *cap.* XLIV. *tom.* VI. *pag.* 363. F. *edit. BB. Pariſ.* 1684.

Unde ſcit virgo; — unde, inquam, ſcit, ne forte ipſa nondum ſit *Thecla*?

XV.

FAUSTUS *apud* AUGUSTINUM *lib.* XXX. *cap.* IV. *tom.* VIII. *pag.* 446. F.

Taceo nunc veſtrum periculum: ipſi jam timeo Apoſtolo, ne dæmoniorum doctrinam intuliſſe tunc Iconium videatur, quum *Theclam* oppigneratam jam thalamo, in amorem ſermone ſuo perpetuæ virginitatis incendit. *Cap.* III.

XVI.

JOANNES CHRYSOSTOMUS *homil.* de S. Thecla *tom.* II. *pag.* 749. E. *edit. Pariſ. BB.* 1718.

Ἐπέκειτο μήτηρ πρὸς γάμον ἐπείγουσα· ἡ δὲ πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς διεβόα νυμφίον· πρὸς σὲ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ. Ἐπεφοίτα μνηστὴρ διαλέξει γαμικῇ γαργαλίζων· ἡ δὲ τῷ Χριστῷ καθ' ἑαυτὴν συνετάττετο· ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου λέγουσα. Συνέῤῥεον συγγενεῖς κολακεύοντες· ἡ δὲ διαμαρτυρόμενον ἐφαντάζετο Παῦλον· ἡρμοσάμην σε ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. Ἱκέτευον οἰκέται σὺν δάκρυσιν· ἡ δὲ προσῆδεν ἐρωτικῶς τῷ νυμφίῳ· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ;

Inſtabat mater, quæ ad nuptias impellebat; at illa ſponſum cæleſtem his vocibus compellabat: *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælis.* Accedebat procus, nuptiali eam colloquio titillans; at illa ſe cum Chriſto tacite conjungebat, dicens: *Adhæſit anima mea poſt te.* Confluebant adulationibus captantes propinqui; at illius menti obverſabatur Paullus conteſtans: *Deſpondi te uni viro, virginem caſtam exhibere, Chriſto.* Supplicabant domeſtici cum lacrymis; at illa ſponſo amatorie concinebat: *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti?* Cap. III.

IDEM *homil.* XXV. *in* Acta Apoſtolor. *tom.* IX. *pag.* 207. A.

Ἄκουσον περὶ τῆς μακαρίας Θέκλης. Ἐκείνη ἵνα Παῦλον ἴδῃ, καὶ τὰ χρυσία ἔδωκεν ἑαυτῆς.

Audi de beata *Thecla*. Illa ut Paullum videret, etiam aurea ornamenta ſua dedit. *Cap.* V.

XVII.

ANONYMUS AUCTOR *in Serm.* in ſanctos XII. Apoſtolos. *In Append. tom.* VII. *opp.* S. JO. CHRYSOSTOMI, *pag.* 12. C.

Ὁ Παῦλος ὁ κατὰ τὸν Βενιαμὶν τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφὸς, καὶ κατὰ τὴν Θέκλαν καὶ τῶν παιδῶν πατὴρ καὶ διδάσκαλος.

Paullus — qui ratione Beniamin, Joſeph frater, & ratione *Theclæ*, filiorum pater & magiſter fuit. *Cap.* III.

XVIII.

AUCTOR INCERTUS *in homil.* de Cæco nato, *ibid. pag.* 63. B. C.

Τί ἔβλαψε τὴν πρωτομάρτυρα Θέκλαν, τὸ ἐν θεά-

Quid primæ martyri *Theclæ* nocuit, nudam in

τρῳ γυμνὴν παλαίειν; οὐχ ἡμάρτησε γυμνουμένη· οὐχ ὑβρίζεται ἡ ἁγία, ἀλλὰ στεφανοῦται.

theatro certare? non peccavit denudata: non afficitur ignominia, sed coronatur ſancta. *Cap.* XI.

XIX.

Isidorus Pelusiota *lib.* I. Epiſt. LXXXVII. *pag.* 28. *edit. Pariſ.* 1638.

Καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν γυναικείων νικῶν καὶ τροπαίων, ἡ πανεύφημος Θέκλα, στήλη αἰώνιος ἁγνείας ἑστῶσα, ὡς πυρσὸς ἐκ μέσου τοῦ κλύδωνος τῶν παθῶν ἀναφθεῖσα, εἰς τὸν ἀκύμονα κατάρασα λιμένα. Lege ſis etiam *Epiſt.* CLX. ejuſdem *libri* I.

Adde muliebrium victoriarum ac trophæorum caput, hoc eſt illam omnium laudibus celebratam *Theclam*, quæ tamquam immortalis pudicitiæ columna proſtat, quæque e media turbidarum affectionum tempeſtate fax accenſa, ad portum ab omnibus fluctibus immunem appulit.

XX.

Maximus Taurinensis *homil. in* Natal. S. Agnetis *prope finem*.

Quia Laurentium craticula conſumtum recolis, & Agnem ſicut *Theclam* flammarum globos evaſiſſe; nullam in his ſuſpiceris varietatem fidei tunc fuiſſe: una etenim fides ſanctos Dei in paſſione exercuit, & diverſo genere gloriarum reddidit utrobique victores. *Cap.* VIII.

Hanc autem Maximi Taurin. homiliam, velut adhuc ineditam & Auctoris incerti, typis evulgarunt Cll. Monachi Benedictini in *Append.* ad opera S. Ambrosii tom. II. pag. 455.

XXI.

Theodoretus in Religioſ. Hiſtor. *Cap.* XXIX. *opp. tom.* III. *pag.* 894. *edit. Pariſ.* 1642.

Καὶ τῆς καλλινίκου δὲ Θέκλης ἐπιθυμήσασαι θεάσασθαι τὸν ἐν Ἰσαυρίᾳ σηκὸν, ἵνα τῆς περὶ τὸν Θεὸν ἀγάπης πανταχόθεν ἐξάψωσι τὸν πυρσὸν, ὡς ἀπῆλθον οὕτως ἐπανῆλθον ἄσιτοι.

Et quum victricis *Theclæ* templum, quod in Iſauria eſt, viſere licuiſſet, ut caritatis in Deum flammas undique accenderent, jejunæ ſimiliter ierunt redieruntque. *Vide* Bolland. Aug. *tom.* I. *pag.* 226. *num.* 4.

XXII.

Basilius Seleuciensis, *vel quiſquis ſit auctor*, *lib.* I. de Thecla, *pag.* 251. C.

Παραδείκνυσιν ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς ἐν τῇ τοῦ Παύλου μορφῇ, τὴν προθυμίαν αὐτῆς (Θέκλης) ἐπιθαῤῥύνων, τὴν ἀτονίαν καθηγῶν. Et alibi paſſim, l. c.

Chriſtus ſub Paulli ſpecie ſe illi (*Theclæ*) oſtendit, promtitudinem ejus magis confirmans, conſtantiamque exacuens. *Cap.* VII.

XXIII.

Apud Bolland. Jan. *tom.* II. *pag.* 600. *ex* Vita S. Eusebiæ, *cap.* II.

Peregrinam in alieno ſolo ne deſpicias; ne averſeris miſeram & egentem; ne reſpuas deprecationem humilis peccatricis: ſed Apoſtolum Paullum imitatus, eſto dux noſter & magiſter, ſicut & ille *Theclæ* fuit. *Cap.* III.

Ibidem, Febr. *tom.* I. *pag.* 338. *ex* Actis SS. Blasii Epiſc. & ſocior.

Petimus te, magne & terribilis Domine Deus noſter, ut connumerare nos digneris primæ martyri tuæ *Theclæ*.

Ibidem, April. *tom.* I. *pag.* 861. *ex* Actis SS. Terentii & ſocior.

Tunc Sancti Dei Martyres ſuſpicientes in cælum, dixerunt: Domine Deus noſter — qui Danielem ex ore leonum eripuiſti, & de manu Pharaonis Moſem ſervaſti; & ſanctam *Theclam* ab igne, & theatro, & feris ac beſtiis marinis defendiſti. *Capp.* VII. X. XI. XII.

XXIV.

Auctor Vitæ S. Syncleticæ, *num.* 8. *In Append. opp.* S. Athanaſii, *tom.* II. *pag.* 680. *edit. BB. Pariſ.* 1698.

Καὶ ἦν ἰδεῖν τῆς μακαρίας Θέκλης γνησίαν μαθήτριαν, τοῖς αὐτοῖς αὐτὴν ἑπομένην διδάγμασι. καὶ γὰρ τῶν δύο, εἷς μνηστὴρ ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ αὐτὸς ἦν τῶν ἀμφοτέρων νυμφαγωγὸς Παῦλος. — Τὰ μὲν γὰρ τῆς μακαρίας Θέκλης οὐδενὶ ἠγνόηται μαρτύρια, ὡς διὰ πυρὸς καὶ θηρίων ἀθιτάσσων ἐνηθλήκειν.

Videre erat beatæ *Theclæ* germanam diſcipulam, eadem quam illa documenta ſequentem. Ambarum namque unus pronubus erat Chriſtus; idem ambarum paranymphus Paullus. — Et quidem beatæ *Theclæ* nemini ignotum martyrium & cruciatus, quod per ignem feraſque indomitas decertaverit. *Capp.* VII. X. XI.

XXV.

FORTUNATUS *lib.* VIII. *Carm.* IV. de Virginitate.

Illic Euphemia, pariter quoque plaudit Agathe,
Et Justina simul, consociante *Thecla*.

Et infra.

Cæciliam Sicula profert, Seleucia *Theclam*.

XXVI.

EVAGRIUS SCHOLASTICUS Hist. Eccl. *lib.* III. *cap.* VIII.

Ζήνων δὲ παροτρύνουσαν, ὥς φασι, θεασάμενος τὴν ἁγίαν καὶ πολύαθλον πρωτομάρτυρα Θέκλαν, καὶ τὴν τῆς βασιλείας ἀποκατάστασιν ὑπισχνουμένην, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον στρατεύει. — Οὕτως ὁ Ζήνων μέγιστον τέμενος, ἐξοχῇ τε καὶ κάλλει προὔχον, ἀνατέθεικε τῇ πρωτομάρτυρι Θέκλῃ ἀνὰ τὴν Σελευκέων τὴν πρὸς τῇ Ἰσαύρων χώρᾳ κειμένην, πλείστοις καὶ βασιλικοῖς ἀναθήμασι διακοσμήσας τοῖς καὶ μέχρις ἡμῶν σωζομένοις.

At Zeno, quum sanctam ac multis certaminibus illustrem protomartyrem *Theclam* vidisset in somnis, ut perhibent, ipsum incitantem, & restitutionem Imperii ipsi pollicentem; Byzantium versus castra movit. — Quamobrem Zeno amplissimum templum, opibus ac venustate eximium, protomartyri *Theclæ* in urbe Isauriæ Seleucia dedicavit, multisque imperialibus donariis illud exornavit, quæ ad nostram usque ætatem illic servantur.

Vide sis etiam NICEPHORUM *Eccl. Hist.* lib. XVI. cap. VIII. & PROCOPIUM *de Ædificiis*, lib. I. cap. VII.

XXVII.

AUCTOR INCERTUS Doctrinæ ad Antiochum, *num.* 21. *In Append. opp.* S. Athanasii, *tom.* II. *pag.* 264.

Οὐ θέλω λέγειν τὰ περὶ Θέκλης καὶ τὰς λοιπὰς γυναῖκας· αἵτινες ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, μετὰ δόξης στεφανοφοροῦσαι παραστ
αθήσονται τῷ Χριστῷ.

Nolo de *Thecla* loqui, vel de reliquis mulieribus; quæ in futuro sæculo cum gloria coronatæ, prope Christum collocabuntur.

XXVIII.

EX JOANNIS MOSCHI Prato spirituali *cap.* IX. *pag.* 346. *tom.* II. Monument. Eccl. Gr. *Cotelerii*.

Ἐγὼ δὲ ὡς εἶδον, ἠρξάμην παρακαλεῖν τὸν Θεὸν, καὶ λέγειν· Κύριε ὁ Θεὸς ὁ φανεὶς τῇ δούλῃ σῇ Θέκλῃ, καὶ ῥυσάμενος αὐτὴν ἐκ τῶν ἀνόμων χειρῶν, ῥῦσαί με ἐκ τῆς ἀνάγκης ταύτης.

Ego vero ut vidi, cœpi obsecrare Deum, & dicere: Domine Deus, qui apparuisti ancillæ tuæ *Theclæ*, ac eripuisti eam de iniquorum manibus, libera me ex necessitate hac. *Capp.* VII. & XVI.

IBIDEM *cap.* CLV. *pag.* 437.

Ἦν γὰρ φιλομάρτυς ὁ γέρων, καὶ νῦν μὲν ἀπίῃ πρὸς τὸν ἅγιον Ἰωάννην εἰς Ἔφεσον, νῦν δὲ εἰς τὸν ἅγιον Θεόδωρον εἰς Εὐχάϊταν, καὶ ἄρτι μὲν εἰς τὴν τῶν Ἰσαύρων εἰς τὴν ἁγίαν Θέκλαν εἰς Σελεύκειαν. Hæc eadem lecta & probata in *Concilio Nicæno* II. Act. V. — Vide tom. VIII. Concilior. pag. 1034. edit. Venet.

Erat enim Senex, Martyrum studiosus: & nunc quidem pergebat Ephesum ad sanctum Joannem; nunc autem Euchaitam ad sanctum Theodorum; & modo quidem in Isauriam ad sanctam *Theclam* in Seleucia. *Capp.* XV. & XVI.

XXIX.

MENOLOGIUM GRÆCORUM, *jussu Basilii Imperatoris Græce editum*; ad d. XXIV. Septembris *Part.* I. *pag.* 66. *edit. Urbin.* 1727.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλης.

Ἡ πρωτομάρτυς Θέκλα γέγονεν ἐκ τῆς πόλεως Ἰκονίου· γυναικός τινος θυγάτηρ εὐγενοῦς καὶ πλουσίας, Θεοκλίας ὀνόματι. Ἀπελθόντος δὲ εἰς τὸ Ἰκόνιον τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Παύλου, ἤκουσεν αὐτοῦ διδάσκοντος τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ὀνησιφόρου· ἦν δὲ, ὅτε ἐπίστευσεν, ἐτῶν δέκα καὶ ὀκτώ. Ἐξεδόθη δὲ πρὸς γάμον ἀνδρὶ πλουσίῳ, ὀνόματι Θαμύριδι· ἀλλὰ καταφρονήσασα μητρὸς, ἀνδρὸς, πλούτου, ἠκολούθησε τῷ Ἀποστόλῳ·

Certamen sanctæ protomartyris Theclæ.

Thecla protomartyr ex urbe Iconio, mulieris cujusdam nobilis ac divitis, Theocliæ nomine, filia, audivit sanctum Apostolum Paullum, quum Iconium profectus, verba Dei in domo Onesiphori doceret. Erat autem, quum credidit, annorum decem & octo. Collocata vero in matrimonium homini opulento Thamyridi, neglecta matre, viro, divitiis, adjunxit se Apostolo; cum quo An-

καὶ μετ' αὐτοῦ ἀπελθοῦσα εἰς τὴν Ἀντιόχειαν τῆς Πι-... , ἐκδίδοται θηρίοις ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος Ἀλεξάνδρου. Καὶ μηδὲν ἀδικηθεῖσα, προσεδέθη ταύροις. Ἀλλὰ καὶ τούτων ῥυσθεῖσα, Θεοῦ χάριτι, πολλοὺς ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον· συνεργὸν ἔχουσα Τρύφαιναν τινὰ τὸν Θεὸν φοβουμένην, τὴν ὑποδεξαμένην αὐτήν. Ὑποστρέψασα δὲ πάλιν εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα, κατῴκησεν ἐν ὄρει τινὶ ἐγγὺς Σελευκείας· ἡσυχάζουσα καὶ θαυματουργοῦσα. Βουληθέντων δὲ πονηρῶν ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, καὶ μιᾶναι αὐτὴν, ἐσχίσθη πέτρα, καὶ ὑπεδέξατο, ὑπάρχουσαν ἐτῶν ἐνενήκοντα.

tiochiam Pisidiæ profecta, damnatur ad bestias ab Alexandro præside. Sed nulla in re ab his læsa, traditur tauris; a quibus etiam Dei beneficio liberata, multos ad Dominum convertit, adjuta a Tryphæna singulari pietate femina, quæ illam hospitio exceperat. Inde in patriam regressa, in monte apud Seleuciam habitavit, tranquillam vitam agens & miraculorum frequentia illustris. Quum autem nefarii quidam homines illuc accedere, eamque violare cogitarent, petra in partes discissa excepit sanctam, annos nonaginta natam.

Ibidem ad d. xv. Julii, *Part.* III. *pag.* 170.

Ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ὀνησιφόρος, ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ἰκονίου, συγγενὴς ὢν τῆς βασιλίσσης Τρυφαίνης· κατῴκει δὲ ἐν τῇ πόλει Ἰκονίου· Ἔνθα καὶ δεξάμενος τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον, ἐδιδάχθη ὑπ' ἐκείνου τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· καὶ βαπτισθεὶς πανοικὶ, ἐκήρυττε τὸν Χριστόν.

Onesiphorus Christi martyr, ex urbe Iconio oriundus, affinis Tryphænæ Imperatricis, Iconii habitavit; ubi & suscipiens magnum Apostolum Paullum, ab eo verbum veritatis edoctus, atque cum tota domo baptizatus, Christum prædicabat. *Capp.* I. & II.

XXX.

Martyrologium metricum Ecclesiæ Græcæ, *ad d.* xxiv. *Sept. ex edit.* Siberi, *Lipsiæ* 1727.

Αὐτός σε σώζει, Θέκλα, ῥήξας τὴν πέτραν,
Οὗ τῷ πάθει πρὶν ἐῤῥάγησαν αἱ πέτραι.
Te servat ille, Thecla, disrumpens petram,
Qui passus ante jam scabras rupit petras. *Cap.* xvi.

XXXI.

Althelmus *Carm.* xxxvii. de Laude Virginum. *Ex* H. Canisii Thesauri *tom.* I. *pag.* 747.

Virgo dicata Deo florebat tempore prisco:
Nomine hanc *Theclam* veteres dixere parentes;
Quæ conversa fuit sacrato dogmate Paulli,
Et Christum sequitur connubia pacta relinquens.
Virginitatis amor fragrans in corde puellæ
Dulcia mundanæ sprevit consortia vitæ,
In qua fundavit cælestis gratia mentem,
Sæcula quam penitus numquam mollire valebant;
Durior ut ferro foret ad tormenta cruenta.
Hanc pater & genitrix pactis sponsalibus, ambo
Ad stirpem generis satagebant dedere nuptis.
Sed mens virgineis ardescens torrida flammis,
Gurgite mundano perfusa tepescere nescit,
Quamvis verborum rorarent imbre parentes;
Sicut nimbosis stillabant æthera guttis.
Propterea focus & flagrans accenditur ignis:
Vulcanus late fervebat sonibus atris;
Ut Virgo felix ferret tormenta rogorum,
Consumtura piam falso sine crimine carnem.
Tali femineam sontes molimine spinam
Excruciare student, membratim quatenus ossa,
Si fieri posset, vacuarent cruda medullis.
Sed Deus æterna defendit ab arce puellam,
Ut voti compos flammas evaderet ignis.
Truditur ad rictus Virgo laceranda leonum;
Diris vero dant muliebres morsibus artus:
Bestia sed sacrum non audet carpere corpus,
Defensante Deo devotæ membra puellæ,
Dum teneræ carni non ultra sponte pepercit.
Vid. *Capp.* III. vii. xi. & xii.

XXXII.

Theodorus Studita *lib.* II. Epist. xxi. *Ex collect. opp.* Jac. Sirmondi, *tom.* v. *pag.* 416. *edit. Paris.* 1696. D.

Μὴ γὰρ ὡς Πέτρος ἢ Παῦλος σὺν τοῖς ὁμοταγέσιν, ἢ Γεώργιος καὶ Θεόδωρος σὺν τοῖς ὁ-

Non enim in iisdem nos, quibus Petrus & Paullus cum æqualibus, aut Georgius & Theodorus

μοκλεέστιν, ἢ Θέκλα καὶ Φεβρωνία σὺν ταῖς ὁμοδόξοις, βεβασανίσμεθα· οἷς πολὺ ἀγαπήτασιν ἀναλόγως περιέσσευσε καὶ τὰ Χριστοῦ παθήματα δεδωρημένα.

cum ejusdem gloriæ sociis, aut *Thecla* & Febronia cum paribus, affecti tormentis fuimus: in quibus, quum multum diligerent, proportione abundarunt & Christi concessæ passiones.

Idem *ibid.* Epist. LIII. *pag.* 475. D.

Οὐ γὰρ εἶ ἀγενεστέρα Θέκλης, Φεβρωνίας καὶ τοῦ περὶ αὐτὰς μακαρίου χοροῦ.

Neque enim es *Thecla* ignobilior, aut Febronia, aut felici illarum cœtu.

Idem *ibid.* Epist. CXXIII. *pag.* 572. B.

Σπέρμα ἔντιμον, τίνος; Θέκλης ἐκείνης τῆς πρωτομάρτυρος, Φεβρωνίας, Εὐπραξίας, τοῦ κατ᾽ αὐτὰς ἱεροῦ καὶ μακαρίου καταλόγου.

Semen honorabile, cujusnam? *Theclæ* illius protomartyris, Febroniæ, Eupraxiæ, & reliqui secundum illas sacri ac beati catalogi.

XXXIII.

Usuardus *in* Martyrologio *ad d.* 23. *Septembr. pag.* 157. *edit. Paris.* 1718.

Eodem die sanctæ *Theclæ* Virginis, de Iconio civitate, quæ in confessione Christi ignes ac bestias devicit; & post multa certamina, ad doctrinam multorum veniens Seleuciam, requievit in pace. *Capp.* VII. X. XII. XV.

XXXIV.

Nicetas Paphlago in Orat. inscripta, Εἰς τὴν ἁγίαν πρωτομάρτυρα καὶ ἀπόστολον Θέκλαν.
Apud Combefisium *Auctar. noviss. Bibl. PP.* part. I. pag. 446. C.

Αὐτὴ Παύλῳ τοῦ εὐαγγελίου κοινωνήσασα, καὶ τῇ μιμήσει τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ διωγμῶν καὶ πειρασμῶν, ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ γεγενημένη, οὐκ ἂν ἐθέλοι τοῖς μάρτυσι περιωρίσθαι.

Ipsa (*Thecla*) Paullo prædicationis socia, eumque doctrinis ac operibus imitata, communique persecutionum ac tentationum studio, Christi Jesu Apostolus facta, Martyrum cœtu coerceri noluit. *Vide sis & pag.* 459. *&c.*



ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ ΠΡΩΤΟΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΚΑΙ
ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ
ΘΕΚΛΑΣ.

MARTYRIUM
SANCTÆ ET GLORIOSÆ PROTO-MARTYRIS
ET
APOSTOLATU DEFUNCTÆ VIRGINIS
THECLÆ.

VET. INTERPR.

CAPUT I.

A Tempore illo adscendente Paullo Iconium post Antiochiæ fugam, facti sunt ei comites Demas, Hermogenes, Alexander ærarius, repleti simulatione, quique obsequebantur ei quasi diligentes eum. Paullus vero ad benignitatem eorum respiciens, nihil mali de il- B lis suspicabatur, sed diligebat eos valde, ut magnaliis Dei & interpretationibus Evangelii dilecti filii mansuetos eosdem faceret; scientiam etiam Christi, quemadmodum revelatum est ei, singula eis verba differens. Quidam vero, Onesiphorus nomi- C ne, audiens Paullum Iconium esse venturum, exivit obviam illi, cum conjuge Lectra & filiis suis Simia & Zenone, ut eum hospitio reciperent. Narravit enim Titus, qualis esset figura Paulli; neque enim noverant eum in carne, sed tantum D in spiritu. Et iter faciens per viam regalem quæ ducit in Lystris, stetit & sustinuit eum, & advenientem intuebatur secundum ea signa quæ Titus indicaverat. Erat enim statura brevi, attonso capite, ruborus, cruribus ele-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

A Ναβαίνοντος τȣ̃ Παύλȣ εἰς Ἰκόνιον μετὰ τὴν φυγὴν τὴν ἀπὸ Αντιοχείας, ἐγενήθησαν αὐτῷ συνοδοιπόροι [1] Δημᾶς ϗ Ἑρμογένης ὁ χαλκεὺς, ὑποκρίσεως γέμοντες. Ὁ δὲ Παῦλος ἀποβλέπων εἰς μόνην τὴν ἀγαθωσύνην τȣ̃ Θεȣ̃, [2] ȣ̉δὲν φαῦ- B λον ἐποίει αὐτοῖς, ἀλλ' ἔστεργεν αὐτȣ̀ς σφόδρα. Ὥστε [3] πάντα τὰ λόγια τȣ̃ Χριστȣ̃, καὶ τῆς διδασκαλίας, καὶ τῆς ἑρμηνείας τȣ̃ Εὐαγγελίȣ τȣ̃ ἠγαπημένȣ, ἐγλύκαινεν αὐτοῖς, καὶ ἐν τῇ γνώσει τȣ̃ Χριστȣ̃, ὡς ἀπεκαλύφθη αὐτῷ, διηγήσατο αὐτοῖς. Καί τις ἀνὴρ [4] Ὀνη- C σιφόρος, μαθὼν τὸν Παῦλον παραγενόμενον εἰς Ἰκόνιον, παραυτὰ δρομαίως ἐξῆλθεν σὺν τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ Λέκτρᾳ, ϗ τοῖς αὐτῶν τέκνοις Σημμίᾳ καὶ Ζήνωνι, εἰς ἀπάντησιν αὐτȣ̃, ἵνα αὐτὸν δέξωνται. Διηγήσατο γὰρ αὐτοῖς Τίτος, ποταπῶς ἐστιν ἡ ἰδέα αὐτȣ̃· μὴ εἰδόσιν αὐ- D τὸν σαρκὶ, ἀλλὰ μόνον πνεύματι. Ἐπορεύοντο ȣ̉ν κατὰ τὴν βασιλικὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Λύστραν, καὶ εἱστήκεισαν ἀπεκδεχόμενοι αὐτὸν· καὶ τȣ̀ς διερχομένȣς ἐθεώρȣν κατὰ τὴν μήνυσιν Τίτȣ. Ἴδον δὲ τὸν ἄνδρα ἐρχόμενον, τὸν Παῦλον, μικρὸν τῷ μεγέθει, [5] ψιλὸν τὴν κεφαλὴν,

Versio J. E. GRABII.

CAPUT I.

A Descendente Paullo Iconium post fugam ab urbe Antiochia, adjunxere se ei comites Demas & Hermogenes ærarius, viri pleni hypocriseos. Paullus vero solam Dei bonitatem respiciens, nihil mali faciebat eis, sed dilige- B bat eos valde. Quamobrem omnia verba Christi, & doctrinæ atque interpretationis Evangelii dilecti filii dulcia ipsis reddebat, atque scientiam Christi, quemadmodum ei revelata erat, iisdem edisserebat. Quidam vero, Onesiphorus nomine, audiens Paul- C lum Iconium esse venturum, illico occurrit illi cum conjuge Lectra & filiis suis Simmia & Zenone, ut eum hospitio exciperent. Narraverat quippe eis Titus, qualis esset figura Paulli; neque enim noverant eum in carne, sed tantum in spiritu. Ibant D igitur per viam regalem quæ ducit Lystras, & stabant exspectantes eum; ac illos qui pertransibant, intuebantur secundum ea signa, quæ Titus indicaverat. Videbant igitur advenientem Paullum, statura brevi, calvastrum, cruribus curvis, surosum, superciliis jun-

1 Δημᾶς ϗ Ἑρμογένης ὁ χαλκεὺς] Vetus Interpres, Demæ ac Hermogeni addit *Alexandrum ærarium*, cujus nomen librarii incuria puto e textu Græco excidisse. Apostolus enim Alexandrum quidem, nullibi vero Hermogenem, *ærarium* vocat. Sic II. *Tim.* IV. 14. Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο. Demæ autem meminit idem Apostolus *Cap.* cit. *Commat.* 10. hisce verbis: Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα. Hermogenis vero l. c. *Cap.* I. *comm.* 15. Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὧν ἐστι ὁ Φύγελος ϗ Ἑρμογένης.

2 Οὐδὲν φαῦλον ἐποίει αὐτοῖς] Hujus loci versionem Grabianam, *nihil mali faciebat eis*, reprehendit J. R. Steckius in IV. *Observat. sacr.* edit. in *Musei Helvetici* Part. XXI. ipsique magis probatur veteris Interpretis versio, *nihil mali de illis suspicabatur*. At Steckium castigant Grabiumque tuentur *Acta Erudit. Lips.* in earumdem *Observat. sacr.* recensione.

3 Πάντα τὰ λόγια κ. τ. λ.] Vetus Interpres hæc paullo aliter sequentem in modum legisse videtur: πᾶσι τοῖς λογίοις τοῦ Χριστȣ̃ ϗ διδασκαλίας τῆς ἑρμηνείας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ ἠγαπημένȣ ἐγλύκαινεν αὐτούς: ut ex ejus versione patet. GRAB.

4 Ὀνησιφόρος — παραυτὰ δρομαίως ἐξῆλθεν] De Onesiphoro in eamdem sententiam ita ipsemet Paullus II. *Tim.* I. 16. Δῴη ἔλεος ὁ Κύριος τῷ Ὀνησιφόρȣ οἴκῳ· ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἅλυσίν με οὐκ ἐπαισχύνθη. Vide sup. *Menolog. Gr.* ad d. XV. Julii.

5 Ψιλὸν τὴν κεφαλὴν — ἐπίῤῥινον] Convenit hæc Paulli descriptio cum ista apud Lucianum in *Philopatride*, ubi vocatur ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας: *Recalvaster, naso aquilino, qui in tertium usque cælum per aëra raptus est.* GRAB.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 90.



Vet. Interpr.

gans, subcambaster, furosus, superciliis junctis, naso aquilino, plenus gratia Dei: Modo enim hominis, modo Angeli faciem habebat. Cui quum occurrisset Onesiphorus, excepit illum, & dicit ei: Ave minister benedicte. Et Paullus ad eum: Gratia tecum & cum omni domo tua. Demas autem & Hermogenes dixerunt: Et nos non sumus benedicti? quare nos non salutasti? Quibus Onesiphorus dixit: Quia non video in vobis fructum justitiæ ejusdem; tamen si ejusdem estis, venite & reficite vos.

[1] ἀγκύλον ταῖς κνήμαις, εὔκνημον, σύνοφρυν, ἐπίῤῥινον, χάριτος πλήρη· ποτὲ μὲν γὰρ ἐφαίνετο ὡς ἄνθρωπος, ποτὲ δὲ ἀγγέλου πρόσωπον εἶχεν. Καὶ ἰδὼν ὁ Παῦλος τὸν Ὀνησιφόρον, ἐμειδίασεν. Καὶ εἶπεν ὁ Ὀνησιφόρος· Χαῖρε ὑπηρέτα τοῦ εὐλογημένου. Κἀκεῖνος εἶπεν· Ἡ χάρις μετά σου, καὶ τοῦ οἴκου σου. Δημᾶς δὲ καὶ Ἑρμογένης ἐζήλωσαν, καὶ πλείονα τὴν ὑπόκρισιν ἐκίνησαν, ὥστε εἰπεῖν τὸν Δημᾶν· Ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν τοῦ εὐλογημένου; ὅ, τι ἡμᾶς οὐκ ἠσπάσω; Καὶ εἶπεν ὁ Ὀνησιφόρος· Οὐχ ὁρῶ ἐν ὑμῖν καρπὸν δικαιοσύνης· εἰ δὲ ἐστέ τινες, δεῦτε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν οἶκόν μου, καὶ ἀναπαύεσθε.

Versio J. E. Grabii.

ctis, naso aquilino, plenum gratia Dei: modo enim hominis, modo Angeli faciem habebat. Et videns Paullus Onesiphorum, lætatus est. Et dixit Onesiphorus: Ave minister Dei benedicti. Paullus vero ad eum: Gratia tecum & cum omni domo tua. Demas autem & Hermogenes invidentes, omnem intenderunt simulationem; adeo ut Demas diceret: Et nos non sumus benedicti Dei (*ministri?*) quare nos non salutasti? Quibus Onesiphorus dixit: Non video in vobis fructum justitiæ: at vero si tales estis, venite & vos in domum meam, ac requiem capite.

CAPUT II.

Ut autem Paullus introivit domum, factum est illic gaudium magnum, ponentibus genua ad orationem. Et pane fracto cœpit Paullus de verbo Domini tractare, & dicere: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Beati abstinentes, quia ipsis alloquitur Deus. Beati qui renunciant sæculo huic, quia ipsi accepti erunt Deo. Beati qui habent uxores tamquam non habentes, quia ipsi hereditabunt Dominum. Beati qui habent timorem Dei, quia Angelis similes erunt. Beati qui baptisma purum servant, quia ipsi refrigerabuntur apud Patrem & Filium cariſſimum. Beati qui propter caritatem Dei exierunt de habitu hujus mundi, quoniam Angelis æquabuntur & ad dexteram Dei sedebunt. Beati misericordes, quoniam ipsi non videbunt diem judicii amarum. Beata corpora virginum, quia placebunt Deo, & non perdent mercedem castitatis; quia verbum Patris manet in eis, salvans eos in die Christi filii ejus, & requiem dans in sæcula sæculorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Καὶ εἰσελθόντος τοῦ Παύλου εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ὀνησιφόρου, ἐγένετο χαρὰ μεγάλη, καὶ κλίσις γονάτων, καὶ κλάσις ἄρτου, καὶ λόγος Θεοῦ περὶ ἐγκρατείας καὶ ἀναστάσεως, λέγοντος τοῦ Παύλου οὕτως· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. Μακάριοι οἱ ἁγνὴν τὴν σάρκα τηρήσαντες, ὅτι αὐτοὶ ναοὶ Θεοῦ γενήσονται. Μακάριοι οἱ ἐγκρατεῖς, ὅτι αὐτοῖς λαλήσει ὁ Θεός. Μακάριοι οἱ ἀποταξάμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὅτι αὐτοὶ εὐαρεστήσουσι τῷ Θεῷ. Μακάριοι οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες, ὅτι αὐτοὶ ἄγγελοι Θεοῦ γενήσονται. Μακάριοι οἱ τρέμοντες τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. Μακάριοι οἱ τὸ βάπτισμα καθαρὸν τηρήσαντες, ὅτι αὐτοὶ ἀναπαύσονται πρὸς τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. Μακάριοι οἱ σοφίαν λαβόντες Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ ὑψίστου κληθήσονται. Μακάριοι οἱ σύνεσιν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρήσαντες, ὅτι αὐτοὶ ἐν φωτὶ γενήσονται. Μακάριοι οἱ δι' ἀγάπην Χριστοῦ [2] ἐξελθόντες τοῦ σχήματος τοῦ κόσμου, ὅτι [3] αὐτοὶ ἀγγέλους κρινοῦσιν, καὶ [4] ἐν δεξιᾷ τοῦ Χριστοῦ σταθήσονται, καὶ οὐκ ὄψονται ἡμέραν κρίσεως πικράν. Μακάρια τὰ σώματα τῶν παρθένων καὶ τὰ πνεύματα, ὅτι αὐταὶ εὐαρεστήσουσι τῷ Θεῷ, καὶ οὐκ ἀπολέσουσιν τὸν μισθὸν αὐτῶν τῆς ἁγνείας· ὅτι ὁ λόγος τοῦ πατρὸς ἔργον αὐτοῖς γενήσεται σωτηρίας εἰς ἡμέραν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ἀνάπαυσιν ἕξουσιν εἰς αἰῶνα αἰῶνος.

CAPUT II.

Ut autem Paullus introivit domum Onesiphori, factum est illic gaudium magnum, & oratio flexis genibus fusa, panisque fractus, & verbum Dei de continentia & resurrectione prædicatum a Paullo hunc in modum: [a] *Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Beati qui carnem servant immaculatam in castitate, quoniam [b] ipsi templa Dei erunt. Beati continentes, quia ipsis loquetur Deus. Beati qui huic sæculo renuntiant, quia ipsi accepti erunt Deo. Beati [c] *qui habent uxores tamquam non habentes*, quia [d] ipsi fient Angeli Dei. Beati [e] qui ad verba Dei tremunt, quia ipsi consolationem accipient. Beati qui baptisma purum servant, quia ipsi recreabuntur apud Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Beati qui sapientiam Jesu Christi suscipiunt, quia ipsi filii Altiſſimi vocabuntur. Beati qui intelligentiam Jesu Christi servant, quoniam ipsi in lumine habitabunt. Beati qui propter caritatem Christi formam mundi relinquunt, quia ipsi Angelos judicabunt, & ad dexteram Christi constituentur, nec severum diem judicii videbunt. Beata corpora & spiritus virginum, quia [f] ipsæ placebunt Deo, & non perdent mercedem castitatis suæ; quia verbum Patris operabitur eis salutem in diem filii ejus, & requiem habebunt in sæculum sæculi.


a Matth. v. 8. b I. Cor. III. 16. 17. vi. 19. II. Cor. vi. 16. c I. Cor. vii. 29. d Matth. xxii. 30. e Is. lxvi. 2. f I. Cor. vii. 32. 34.

1 Ἀγκύλον ταῖς κνήμαις, εὔκνημον] Hæc duo epitheta sibi invicem repugnantia videri poterant: siquidem prius significat *hominem cruribus curvis*, posterius *elegantem cruribus*, uti vetus Interpres reddidit. Verum hoc loco εὔκνημον denotare potius arbitror hominem crassis ac firmis, quam concinnis ac elegantibus suris: hincque, ab alio quopiam emendatore Latinæ versionis additum puto τὸ *furosus*. Iᴅ.

2 Ἐξελθόντες τοῦ σχήματος τοῦ κόσμου] Imitatio Paulli I. Cor. vii. 31. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου: *præterit enim figura hujus mundi*.

3 Αὐτοὶ ἀγγέλους κρινοῦσιν] Respicit auctor ad I. *Cor.* vi. 3. Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; *Nescitis quoniam angelos judicabimus?* Quibus verbis in eamdem quidem sententiam hortatur Corinthios Apostolus ad lites de rebus temporalibus fugiendas.

4 Ἐν δεξιᾷ τοῦ Χριστοῦ σταθήσονται] Alludit ad *Matth.* xix. 28. Ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς: *Quum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos*.



Vet. Interpr.

CAPUT III.

A HÆc & his similia prædicante Paullo in domo Onesiphori, Thecla quædam virgo, Theocliæ filia, quæ desponsata erat Thamyro principi civitatis, assedit super fenestram juxta domum Onesiphori, ubi Paullus docebat de castitate. Tractante autem illo, & die noctuque orationem faciente, Thecla a fenestra non recedebat, sed fide implebatur. Videns autem multas mulieres & virgines intrantes ad B Paullum, cupiebat & ipsa introire, & verbum ejus audire: nec enim vultum ejus sciebat, sed tantummodo vocem ejus audiebat. Et quum non recederet a fenestra, neque ad manducandum neque ad bibendum, mater ejus Theoclia misit ad Thamyrum sponsum ejus. At ille protinus venit cum gaudio, tamquam nuptu accepturus Theclam. Qui quum introiisset domum, dixit Theo- C cliæ: Ubi est Thecla mea? Tunc illa profusis lacrymis dixit: Novam rem habeo tibi dicere, Thamyre; tres enim dies sunt & tres noctes, quibus non recedebat a fenestra, & inhæsit ut aranea, attonita ad virum qui seductoria & inexquisita verba docet, ut etiam admirer quod talis verecundiæ virgines sæpe vexantur. Et nunc, Thamyre, homo iste Iconium civitatem evertit: tantæ D enim mulieres, virgines & juvenes nunc veniunt ad eum, quibus suadet caste vivere & unum Deum timere. Adhuc etiam & filia mea Thecla colligata verbis illius, desiderio novo tenetur: intuetur enim in verbis, quibus ille docet & animo demolitur. Sed accede, & loquere ei: tibi enim est desponsata. Tunc accessit Thamyrus, & dixit ad eam: Thecla mihi desponsata, quis te E amor detinet stuporis? Convertere ad tuum Thamyrum, confundere & erubesce. Et mater ejus eadem dicebat: Filia Thecla, quare talis facta es? Quare sursum respicis, & nemini respondes? Et hæc di-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ΄.

A ΚΑὶ ταῦτα αὐτῦ λέγοντος εἰς μέσον τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ Ὀνησιφόρυ οἴκῳ, ΘΕΚΛΑ τις παρθένος, θυγάτηρ [1] Θεοκλίας μητρὸς, μεμνηστευμένη ἀνδρὶ Θαμύριδι· αὕτη ἐπὶ τῆς θυρίδος τῦ οἴκυ αὐτῆς καθεσθεῖσα ἀπὸ τῆς σύνεγγυς θυρίδος [2] ἤκυεν νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὸν περὶ Θεῦ λόγον λεγόμενον ὑπὸ τῦ Παύλυ, καὶ τὸν περὶ ἀγάπης, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, καὶ προσευχῆς· καὶ ὐκ ἀπένευσεν ἀπὸ τῆς θυρίδος, ἀλλὰ τῇ πίστει ὑπήγετο ὑπερευφραινομένη. B Ἔτι δὲ καὶ βλέπυσα πολλὰς γυναῖκας καὶ παρθένυς εἰσπορευομένας πρὸς τὸν Παῦλον, ἐπεπόθει καὶ αὐτὴ καταξιωθῆναι καὶ κατὰ πρόσωπον στῆναι Παύλυ, καὶ ἀκύειν τὸν τῦ Χριστῦ λόγον· ὐδέπω γὰρ ἀκμὴν τὸν χαρακτῆρα Παύλυ ἑωράκει, ἀλλὰ τὺς λόγυς αὐτῦ ἤκυεν, καὶ μόνον. Ὡς δὲ ὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τῆς θυρίδος, ἡ μήτηρ αὐτῆς πέμπει πρὸς τὸν Θάμυριν· ὁ δὲ ἔρχεται περιχαρὴς, ὡς ἤδη λαμβάνων αὐτὴν πρὸς γάμον. Εἶπεν ὖν ὁ Θάμυρις πρὸς C Θεοκλίαν· Πῦ μυ ἐστιν ἡ Θέκλα; Καὶ εἶπεν Θεοκλία· Καινόν σοι ἔχω εἰπεῖν διήγημα, Θάμυρι· ἤδη γὰρ ἡμέρας τρεῖς Θέκλα ἀπὸ τῆς θυρίδος ὐκ ἐγείρεται, ὔτε ἐπὶ τὸ φαγεῖν, ὔτε ἐπὶ τὸ πιεῖν· ἀλλὰ, ἀτενίζυσα εἰς εὐφρασίαν, ὕτως [3] πρόκειται ἀνδρὶ ξένῳ [ὅστις] ἀπατηλὺς καὶ ποικίλυς λόγυς διδάσκει, ὥστε με θαυμάζειν, ὅτι ἡ τοσαύτη αἰδὼς τῆς παρθένυ χαλεπῶς ἐνοχλεῖται, Θάμυρι. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὗτος τὴν Ἰκονιέων πόλιν ἀνασείει, ἔτι δὲ καὶ D τὴν σὴν Θέκλαν. Πᾶσαι γὰρ αἱ γυναῖκες καὶ οἱ νέοι εἰσέρχονται πρὸς τῦτον, διδασκόμενοι ὑπ᾽ αὐτῦ. Ἔτι δὲ φησὶν ἕνα καὶ μόνον Θεὸν φοβεῖσθαι, καὶ ζῆν ἁγνῶς. Ἔτι δὲ καὶ ἡ θυγάτηρ μυ Θέκλα, ὡς ἀράχνη ἐπὶ τῆς θυρίδος δεδεμένη, τοῖς Παύλυ λόγοις κρατεῖται, ἐπιθυμίᾳ δεινῇ, καὶ πάθει δεινῷ. Ἀτενίζει γὰρ τοῖς λεγομένοις ὑπ᾽ αὐτῦ, καὶ ἑάλω παρθένος. Ἀλλὰ πρόσελθε, καὶ λάλησον αὐτῇ· σοὶ γάρ ἐστιν ἡρμοσμένη. Καὶ προσελθὼν ὁ Θάμυρις, E ἅμα μὲν φιλῶν αὐτὴν, ἅμα δὲ φοβούμενος τὴν ἔκπληξιν αὐτῆς, εἶπεν πρὸς αὐτήν· Θέκλα, ἐμοὶ μνηστευθεῖσα, τί τοιαύτη κάθηται κάτω βλέπουσα; καὶ ποῖόν σε πάθος κατέχει ἔκπληκτον; ἐπιστράφηθι πρὸς τὸν Θάμυριν, καὶ αἰσχύνθητι. [4] Ἔτι δὲ καὶ ἡ μή-

Versio J. E. Grabii.

CAPUT III.

A HÆc perorante ipso in medio Ecclesiæ quæ erat in domo Onesiphori, Thecla quædam virgo, filia Theocliæ matris, desponsata viro cui nomen erat Thamyridis, stans ad fenestram domus suæ, per proximam fenestram noctes diesque audiebat eum qui a Paullo prædicabatur, sermonem de Deo, & de caritate, & de fide in Christum, & oratione: nec recedebat a fenestra, sed jugo fidei subdebatur supra modum lætabun- B da. Ast videns insuper plures mulieres virginesque ad Paullum introeuntes, & ipsa adeo digna haberi desiderabat, ut in conspectu Paulli staret & verbum Christi audiret: neque enim usque adhuc figuram Paulli viderat, sed sermones ejus audierat, & quidem seorsim. Quum autem a fenestra recedere nollet, mater ejus misit ad Thamyrin; qui venit gaudio circumfusus, quasi jam ad torum eam recepturus. Dixit itaque Thamyris ad Theocliam: C Ubi mea est Thecla? Cui respondit Theoclia: Novam rem habeo quam tibi dicam, mi Thamyri: jam quippe per triduum a fenestra haud dimoveri potuit Thecla, neque ad cibum neque ad potum capiendum; sed ad ejus vim dicendi intenta, peregrino viro seductorios vafrosque sermones ferenti, ita est addicta, ut mirer quod adeo insignis pudor virginis graviter obturbetur, mi Thamyri. Iste quippe homo civitatem Iconiorum concitat, im- D mo vero ipsam tuam Theclam. Omnes enim mulieres & adolescentes eum visitant, doctrinam ab illo capientes. Adhuc vero inculcat, unum Deum, eumque solum, esse timendum, & caste vivendum. Adhuc autem filia mea Thecla, velut araneæ tela ad fenestram adstricta, Paulli sermonibus tenetur, cum mirabili desiderio & affectu stupendo. Defixa enim attendit iis quæ ab illo dicuntur, iisque capta est virgo. Sed accede, ipsamque com- E pella: tibi enim est desponsata. Et accedens Thamyris, & simul amans ipsam, simulque timens ecstasin ejus, ait ei: O Thecla, sponsa mea, quid ita sedes oculis in terram dejectis? & qualis te occupavit affectus stuporis? converte te ad Thamyrin, & erubesce. Insuper vero

---


1 Θυγάτηρ Θεοκλίας] Notandum heic παρόραμα Cl. Valesii, ad lib. III. *Evagrii* cap. VIII. notantis, quod *Thecla* per syncopen dicta sit pro *Theoclea*; quodque illa hoc nomine sæpius appellata sit a Basilio Seleuciensi. Verum tam Basilius Seleuciensis, quam noster scriptor, *Theocleam* a *Thecla* omnino diversam facit; illamque matrem, hanc filiam fuisse tradit. Grab.

2 Ἤκυεν νυκτὸς καὶ ἡμέρας] Huc respicit Gregorius Nyssenus *homil.* XIV. *in Cant.* Id. —— Huc quoque Methodius Nysseno antiquior, in *Convivio decem Virginum*, pag. 169. edit. Allatii: nec non auctor *Vitæ S. Eusebiæ* cap. II. apud Bolland. Jan. tom. II. pag. 600. Quorum verba inter Veterum testimonia superius reperies.

3 Πρόκειται] Leg. πρόσκειται. Grab.

4 Ἔτι δὲ καὶ ἡ μήτηρ κ. τ. λ.] Huc respicit Joannes Chrysostomus homil. *de Thecla* tom. I. Gr. Lat. pag. 885. Id. —— Exstat in noviss. edit. BB. tom. II. pap. 749. At Savilius aliique viri docti ipsum secuti, hanc Chrysostomi homiliam inter ἀμφιβαλλόμενα posuere. Habes verba ex ea descripta inter Veterum testimonia superius relata.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 90.



VET. INTERPR.

cens, flebant omnes. Thamyrus amiſſionem ſponſæ ſuæ cum omni familia ſua plorabat: Theoclia vero lugebat vocibus magnis. Sed quum hæc fierent, Thecla non ſe convertit ad eos, ſed erat attonita in his quæ Paullus docebat.

A τηρ τὰ αὐτὰ λέγουσα· Τέκνον, τί τοιαύτη κάτω βλέπουσα κάθησαι, μηδὲν ἀποκρινομένη, ὡς παραπλήξ; Καὶ οἱ μὲν ἔκλαιον δεινῶς· Θάμυρις μὲν, [1] γυναικὸς ἀστοχῶν, Θεοκλία δὲ τέκνου, αἱ δὲ παιδίσκαι, κυρίας. Πολλὴ οὖν σύγχυσις ἦν ἐν τῷ οἴκῳ πένθους. Καὶ τούτων γενομένων, Θέκλα οὐκ ἀπεστράφη, ἀλλ' ἦν πρὸς τὸν λόγον Παύλου ἀποβλέπουσα. B

A *Verſio I. E. GRABII.*

& mater ad eumdem modum: Filia, inquit, quid ita defixis in terram oculis ſedes, & nihil quidquam reſpondes, quaſi mentis expers? Sicque miſere illacrymabantur: Thamyris quidem, quod excidiſſet conjuge, Theoclia vero filia, ancillæ denique domina. Magna itaque in domo erat luctus confuſio. Hiſque omnibus Thecla non movebatur, ut ſe verteret, ſed ad ſermones Paulli attenta reſpiciebat. B

CAPUT IV.

TUnc Thamyrus exſilivit, & abiit in publicum, & obſervabat intrantes ad Paullum, & exeuntes ab eo; & vidit duos viros inter ſe litigantes, dixitque eis: Quis eſt iſte homo, qui doctrina ſua animas juvenum & virginum oblectat, ut non nubant, ſed ſic permaneant? Promitto me vobis daturum pecuniam multam, ſi dixeritis mihi de eo: ſum enim primus civitatis hujus. Demas autem & Hermogenes dixerunt: Hic quis ſit, neſcimus; avertit autem juvenes, virgines & mulieres, dicens: Aliter non erit reſurrectio veſtra, niſi caſte vixeritis, & corpora veſtra non coinquinaveritis. Thamyrus autem dixit eis: Venite, viri, in domum meam, & reficite vos apud me. Et abierunt ad pretioſam cœnam & ad optimum vinum, & ad divitias magnas, & ad menſam ſplendidam, & ſatiavit eos potionibus, & dixit ad eos in convivio: Quæ eſt hujus hominis doctrina? Dicite mihi: non enim modice angor propter ſponſam meam, quæ ſic amat hunc hoſpitem. Demas autem & Hermogenes dixerunt: Trade eum præſidi, quaſi perſuaſorem populi, ut ſecundum Senatus conſultum perdat eum: & tu habebis uxorem tuam; & nos te docebimus, quia quam hic dicit reſurrectionem futuram, jam facta eſt in filiis noſtris, in quibus reſurgimus, Deum cognoſcentes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὁ δὲ Θάμυρις ἀναπηδήσας, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ἄμφοδον, καὶ παρετήρει τοὺς εἰσερχομένους πρὸς τὸν Παῦλον, καὶ τοὺς ἐξερχομένους· καὶ ἴδεν δύο ἄνδρας πρὸς αὐτοὺς μαχομένους πικρῶς· καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἄνδρες, τί ἔχετε, εἴπατέ μοι, καὶ τίς οὗτος, ὁ ἔσω μεθ' ὑμῶν, πλανῶν ψυ- C χὰς ἀνθρώπων, νέων καὶ παρθένων, ἵνα γάμοι μὴ γένωνται, ἀλλὰ οὕτως μένωσιν; ὑπισχνοῦμαι ὑμῖν δοῦναι χρήματα πολλὰ, ἐὰν εἴπητέ μοι περὶ αὐτοῦ· [2] εἰμὶ γὰρ πρῶτος τῆς πόλεως. Δημᾶς δὲ καὶ Ἑρμογένης εἶπαν πρὸς αὐτόν· Τίς μέν ἐστιν, οὐκ οἴδαμεν οὗτος· στερεῖ δὲ νέους γυναικῶν, καὶ παρθένους ἀνδρῶν, λέγων· Ἄλλως ἀνάστασις οὐκ ἔστιν, ἐὰν μὴ ἁγνοὶ μενεῖτε, μηδὲ τὴν σάρκα ὑμῶν μολύνετε. Ὁ δὲ Θάμυρις εἶπεν αὐτοῖς· Δεῦτε, D ἄνδρες, μετ' ἐμοῦ εἰς τὸν οἶκόν μου, καὶ ἀναπαύσασθε πρός με. Καὶ ἀπῆλθον εἰς πολύτιμον δεῖπνον, καὶ εἰς οἶνον πολὺν, καὶ πλοῦτον πολύν· καὶ τράπεζαν λαμπρὰν παρέθηκεν αὐτοῖς, καὶ ἐπότισεν αὐτοὺς ὁ Θάμυρις, φιλῶν τὴν Θέκλαν, καὶ θέλων τυχεῖν γυναικός· Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Θάμυρις· Ἄνδρες, εἴπατέ μοι, τίς ἐστιν ἡ διδασκαλία αὐτοῦ, ἵνα κἀγὼ εἰδῶ· οὐ γὰρ μικρῶς ἀγωνιῶ περὶ τῆς Θέκλης, ὅτι φιλεῖ τὸν ξένον, καὶ E στεροῦμαι γυναικός. Εἶπαν δὲ Δημᾶς καὶ Ἑρμογένης, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος· Θάμυρι, προσάγαγε αὐτὸν τῷ ἡγεμόνι [3] Καπελλίῳ, ὡς ἀναπείθοντα τοὺς ὄχλους ἐπὶ καινῇ διδασκαλίᾳ Χριστιανῶν, καὶ κατὰ τὸ δόγμα τοῦ Καίσαρος ἀπολεῖ αὐτὸν, καὶ σὺ ἕξεις τὴν γυναῖκά σου, καὶ ἡμεῖς διδάξομεν, [4] ὅτι ἣν λέγει οὗτος ἀνάστασιν γενέσθαι, ἤδη γέγονεν ἐφ' οἷς ἔχοιμεν τέκνοις, καὶ ἀνέστημεν, Θεὸν ἐπιγνόντες.

CAPUT IV.

THamyris vero exſiliens in plateam exibat, & ad Paullum ingredientes egredientesque obſervabat: & videns duos viros acriter inter ſe rixantes, ait illis: Heus, viri dicite mihi, quid vobis heic negotii, & quiſnam iſte ſocius veſter qui in domo eſt, ſeducens animas hominum, juvenum ac virginum, ne nuptias celebrent, ſed in iſto ſtatu maneant? promitto vobis amplas dare opes, ſi mihi conditionem ejus dixeritis: ſum quippe in hac civitate princeps. Demas autem & Hermogenes ei reſponderunt: Quiſnam ipſe ſit, non ita exacte quidem novimus: privat autem juvenes nuptis, & virgines maritis, dum ait: Alio modo non erit reſurrectio, niſi caſti perſeveraveritis, nec carnem veſtram pollueritis. Tunc Thamyris: Venite, inquit, viri mecum in domum meam, voſque apud me reficite. Et abierunt ad pretioſam cœnam vinumque abundans, & ad divitias magnas: appoſuitque eis menſam ſplendide inſtructam & ingurgitavit illos Thamyris, eo quod deperiret Theclam, eamque in uxorem accipere vellet. Dixit itaque Thamyris ipſis: Viri, ediſſerite quæſo mihi, quæ ſit iſtius (*Paulli*) doctrina, ut & ipſe illam norim. Neque enim mediocriter ob Theclam angor, quoniam amat peregrinum iſtum, ſicque ego conjuge deprivor. Demas vero & Hermogenes uno quaſi ore reſponderunt: Thamyri, jube ipſum ad præſidem Caſtellium deduci, tamquam qui perſuadet turbis novam Chriſtianorum doctrinam; & juxta decretum Cæſaris e medio tollet eum: tuque habebis uxorem tuam; & nos docebimus, eam quam ipſe dicit fore reſurrectionem, jam factam eſſe in iis quos habemus liberis, quodque reſurrexerimus, dum Deum cognovimus.

1 Γυναικὸς ἀστοχῶν] Iſta præ oculis habuit Epiphanius *Hæreſ.* LXXVIII. §. XVI. cujus verba inter Veterum teſtimonia videas. ID. — Hæc item legit Fauſtus apud Auguſtinum, *lib.* XXX. *cap.* V. tom. VIII. p. 446.

2 Εἰμὶ γὰρ πρῶτος τῆς πόλεως] Hinc Epiphanius loco modo citato eum vocat πρωτεύοντα τῆς πόλεως, *primarium in civitate*. GRAB.

3 Καπελλίῳ] Leg. Καστελλίῳ. Ita emendandum nomen præſidis ex Baſilio Seleucienſi; qui *pag.* 248. ubi Καστέλλιον nominaverat, addit: Τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ἀνθυπάτῳ: *Hoc quippe nomen erat proconſuli*. ID.

4 Ὅτι ἣν λέγει οὗτος ἀνάστασιν γενέσθαι, ἤδη γέγονεν] Apoſtolus II. *Tim.* II. 18. hujus erroris meminit his verbis: Καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει. — Οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι: *Et ſermo eorum ut cancer ſerpit. — Qui a veritate exciderunt, dicentes reſurrectionem eſſe jam factam*. Quo ſane reſpexiſſe horum Actuum ſcriptorem nihil dubito. His addo poſt Grabium in Notis pag. 333. hæc ipſa verba Actuum Paulli & Theclæ legiſſe Hilarium Diaconum in *Comment.* ſuper II. *Tim.* II. 18. quem ſuperius inter veterum teſtimonia relatum conſulas velim.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 90.

Vet. Interpr.

CAPUT V.

A Hæc autem audiens Thamyrus repletus est ira; & diluculo surgit, cum turbis & fustibus abiit ad domum Onesiphori, clamans & dicens: Impostor, corrupisti civitatem nostram, insuper & sponsam meam non nubere suasisti; eamus ad præsidem. Et omnis turba clamabat: Duc magum, qui exterminavit uxores nostras. B Et stans ante tribunal Thamyrus, cœpit clamare præsidi: Hic homo unde sit, nescimus, qui non patitur virgines nubere; dicat quapropter hæc docet. Demas autem & Hermogenes dixerunt: Dic eum esse Christianum, ut celerius eum perdas. Præses autem vocavit ad se Paullum, dixitque ei: Unde es tu, & quid C doces? Non enim leviter accusaris. Paullus autem levavit vocem, & dixit: Si ego interrogor, quid doceam, audi præses: Deus omnipotens misit me pro salute hominum, ut docerem eos, ut a corruptibilibus & voluptatibus se abstineant, ut non peccent, neque pompas sæculares desiderent. D Propter quod Deus misit filium suum, quem ego oro, ut in eum habeant spem omnes homines; qui solus doluit sæculo, ut fidem habeant & caritatem Dei, & ament scientiam, & sanctitatem, & veritatem. Si ergo quæ a Deo revelata sunt mihi, doceo, quid noceo aliquem? E Hæc Præses audiens jussit Paullum alligari, & in carcerem mitti, donec de vacuo audiret eum diligentius. Thecla vero audiens hæc surrexit, & venit ad carcerem, & ejecit armillas suas, & dedit ostiario ut aperiret ei, & dedit custodi carceris speculum suum argenteum, & intromisit eam, &

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

A Ὁ δὲ Θάμυρις ἀκούσας παρ' αὐτῶν ταῦτα, καὶ πλησθεὶς ζήλου καὶ θυμοῦ, ὄρθρου ἀναστὰς, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ὀνησιφόρου, μετ' ἀρχόντων, καὶ δημοσίου, καὶ ὄχλου ἱκανοῦ μετὰ ξύλων, λέγων τῷ Παύλῳ· Διέφθειρας τὴν Ἰκονιέων πόλιν, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἡρμοσμένην μοι Θέκλαν, ἵνα μὴ θελήσῃ μοι γῆμαι· ἄγωμεν οὖν ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα Καστέλλιον. Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος λέγει· Ἀπάγαγε τὸν μάγον, διέφ- B θειρε γὰρ ἡμῶν πάσας τὰς γυναῖκας, καὶ συνεπείσθησαν αὐτῷ πάντες οἱ ὄχλοι. Καὶ στὰς πρὸ τοῦ βήματος ὁ Θάμυρις, κραυγῇ μεγάλῃ εἶπεν· Ἀνθύπατε, ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐκ οἶδα πόθεν ἐστὶν, καὶ οὐκ ἐᾷ γαμεῖν τὰς παρθένους· εἰπάτω οὖν ἐπὶ σοῦ, τίνος ἕνεκεν ταῦτα διδάσκει. Ὁ δὲ Δημᾶς καὶ Ἑρμογένης εἶπον τῷ Θαμύριδι· Λέγε αὐτὸν Χριστιανὸν, καὶ ἀπολεῖται συντόμως. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔστησεν τὴν διά- C νοιαν αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσε τὸν Παῦλον, λέγων· Τίς εἶ; ὅ, τι διδάσκεις; οὐ γὰρ μικρῶς σου κατηγοροῦσιν. Καὶ ἦρεν τὴν φωνὴν αὐτοῦ ὁ Παῦλος, λέγων· Εἰ ἐγὼ σήμερον ἀνακρίνωμαι, τί διδάσκω, ἄκουσον, ἀνθύπατε· Θεὸς ζηλωτὴς, Θεὸς ἐκδικήσεων, [1] Θεὸς ἀπροσδεὴς χρήζων τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, ἔπεμψέν με, ὅπως ἀπὸ τῆς φθορᾶς καὶ τῆς ἀκαθαρσίας ἀποσπάσω αὐτοὺς, καὶ πάσης ἡδονῆς τε καὶ θα- D νάτου, ὅπως μηκέτι ἁμαρτάνωσιν. Διὸ ἔπεμψεν ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ παῖδα Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃν ἐγὼ εὐαγγελίζομαι, καὶ διδάσκω ἐν ἐκείνῳ ἔχειν τὴν ἐλπίδα τοὺς ἀνθρώπους· ὃς μόνος συνεπάθησε πλανωμένῳ κόσμῳ, ἵνα μηκέτι ὑπὸ κρίσιν ὦσιν, ἀνθύπατε, ἀλλὰ πίστιν ἔχωσιν, καὶ φόβον Θεοῦ, καὶ γνῶσιν σεμνότητος, καὶ ἀγάπην ἀληθείας. Εἰ οὖν ἐγὼ τὰ ὑπὸ Θεοῦ μοι ἀποκεκαλυμμένα διδάσκω, τί ἀδικῶ, ἀνθύπατε; Ὁ δὲ ἀνθύπατος E ἀκούσας ταῦτα, ἐκέλευσεν δεθῆναι τὸν Παῦλον, καὶ εἰς φυλακὴν βληθῆναι, μέχρις ἂν εὐσχολήσας ἀκούσηται αὐτοῦ ἐπιμελέστερον. [2] Ἡ δὲ Θέκλα νυκτὸς περιελομένη τὰ ἑαυτῆς ἐνώτια, ἔδωκεν τῷ πυλωρῷ, καὶ ἤνοιξεν αὐτῇ τὰς θύρας, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν φυλακήν· καὶ δοῦσα τῷ δεσμοφύλακι κάτοπτρον ἀργύρεον, εἰσῆλθεν πρὸς τὸν Παῦλον· καὶ καθεσθεῖσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἤκουσεν τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ· καὶ ὡς οὐδὲν [3] ἐδώκει πάσχειν ὁ Παῦλος,

Versio J. E. Grabii.

CAPUT V.


A Tunc Thamyris hæc ex illis audiens, & zelo & ira repletus, mane surrexit, ivitque ad ædes Onesiphori, cinctus præfectis & custode, plurimaque turba cum ligneis fustibus, dicens Paullo: Corrupisti civitatem Iconiensium, insuper vero Theclam mihi desponsatam, ita ut nolit mihi nubere: eamus itaque ad præsidem Castellium. Ad hæc omnis turba vociferabatur: Abducito magum; B corrupit enim cunctas mulieres nostras, eique omnis plebs fidem habet. Atque Thamyris stans ante tribunal, magno clamore dixit: O præses, homo iste unde sit, nescio; non autem permittit virgines in uxores accipere: dicat igitur coram te causam, quare talia doceat. Demas autem & Hermogenes inquiunt ad Thamyrin: Dic ipsum Christianum esse, & sine mora e medio C tolletur. Præses vero animo composito vocavit Paullum, dicens: Tu quis es? quæ doctrina tua? graviter quippe accusaris. Paullus vero elata voce dixit: Si hodie a me exquiritur quid doceam, audias, quæso, præses: Deus zelotes, Deus ultionum, qui nulla re indiget, præterquam salute hominum, misit me, ut illos a pravitate & impuritate, omnique voluptate & morte abstraham, ne amplius peccent. D Quamobrem Deus misit filium suum Jesum Christum, quem ego prædico, doceoque homines spem in ipso collocare; utpote qui solus erranti mundo compassus est, ne judicarentur, o præses, sed fidem haberent, Deique timorem, & cognitionem severitatis morum, atque veritatis amorem. Si igitur ea quæ a Deo mihi revelata sunt, doceo, quid inique ago, præses? E Hic vero audiens ista, jussit Paullum vinctum in carcerem conjici, usquedum otio abundans ipsum accuratius audiret. Thecla autem noctu detrahens inaures suas, dedit eas ostiario, qui aperuit ipsi ostium, sicque abiit ad carcerem; & custodi carceris offerens speculum argenteum, ad Paullum admissa introivit: atque ad hujus pedes stans audivit magnalia Dei: & quandoquidem Paullus plane non metuebat pati, sed juvan-

1 Θεὸς ἀπροσδεὴς χρήζων] Eadem phrasis occurrit apud Clementem Rom. Epist. I. *ad Corinth.* cap. LII. Ἀπροσδεὴς ὁ δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἁπάντων, οὐδὲν οὐδενὸς χρῄζει: *Nullius rei indigus est Dominus omnium, nec quidquam desiderat.* Sic ad h. l. monuit Ruchatus in Gallica sua versione *Patrum Apostolicorum*, ut alibi jam notavimus.

2 Ἡ δὲ Θέκλα κ. τ. λ.] Ista legit exscripsitque Joannes Chrysostomus homil. xxv. in *Acta Apostolor.* prope finem. Grab.

3 Ἐδώκει] Leg. ἐδεδίει. Ita corrigo ex Simeone Metaphraste, qui hoc loco sequentia habet verba: Καὶ οὔτε τῷ Παύλῳ δέος ἦν τοῦ παθεῖν κακῶς· ἐκείνης δὲ (Θέκλης) ἡ πίστις ηὔξανε: *Neque Paullum torquebat metus passionis; & ipsius quoque* (Theclæ) *fides crescebat.* Id.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 90.



Vet. Interpr.

cœpit sedere ad pedes Paulli, audiens ab eo magnalia Dei, & osculabatur vincula ejus.

CAPUT VI.

UT autem lux orta est, inquirebatur a suis quasi fugitiva, aut ne forte aliquid sibi mali fecisset. Sed & Thamyrus per omnia itinera mittens, unumquemque interrogans de ea, ecce unus de servis innotuit de ea, quod noctu exiisset. Et interrogatus ostiarius respondit: Nocte quidem venit & perrexit ad carcerem. Et venientes invenerunt eam ad pedes Paulli, colligatam desiderio Christi. Et irritato populo, indicaverunt hoc præsidi, qui statim jussit Paullum ad suum tribunal adduci. Thecla vero mansit in carcere, & volutabat se in loco ubi sederat Paullus. Tunc præses jussit, ut & ipsa exhiberetur, quæ & venit cum gaudio magno. Et omnis turba clamabat dicens: Tolle magum, tolle maleficum, qui corrupit mulieres nostras. Sed præses libenter Paullum audiebat: sed consilio inito jussit Theclam propius accedere, cui & dixit: Quare noluisti nubere sponso tuo secundum consuetudinem Iconiorum? Thecla vero Paullum intuens, nihil respondit. Et mater ejus clamabat dicens: Combure sacrilegam, combure sceleratam, ut ceteræ mulieres timeant. His clamoribus territus præses jussit Paullum cædi flagellis, & extra civitatem projici: Theclam vero adjudicavit in igne concremari.

CAPUT VII.

ET abiit cum omni populo ad crudele spectaculum. Thecla vero, sicut agnus pastorem circumspiciens, sic illa desiderabat Paullum videre. Et dum respiceret in turbam, vidit Dominum Jesum stantem in figura Paulli. At illa dixit intra se: Quasi non possum sufferre, etiam Paullus venit spectare me. Et dum intendit, vidit, quomodo Dominus in cælum ferebatur, & intellexit quid vidisset. Ecce mulieres & puellæ afferebant ligna & farmen-

ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ παῤῥησίᾳ ἐπολιτεύετο, κἀκείνης ηὔξανεν ἡ πίστις, καταφιλούσης τὰ δεσμὰ αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

ΩΣ δὲ ἐζητεῖτο Θέκλα ὑπὸ τῶν [1] Ἰουδαίων καὶ Θαμύριδος, ὡς ἀπολλυμένη, κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐδιώκετο. Καί τις τῶν συνδούλων τοῦ πυλωροῦ ἐμήνυσεν αὐτοῖς, εἰπὼν ὅτι νυκτὸς ἐξῆλθε. Καὶ ἀνέτασαν τὸν πυλωρόν· καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι πεπόρευται πρὸς τὸν ξένον, εἰς τὸ δεσμωτήριον. Καὶ ἀπῆλθον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς, καὶ εὗρον αὐτήν· καὶ ἐξελθόντες ἐκεῖθεν, τοὺς ὄχλους ἐπεσπάσαντο, καὶ τῷ ἡγεμόνι ἐνεφάνισαν τὸ γεγονός. Καὶ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἄγεσθαι τὸν Παῦλον ἐπὶ τὸ βῆμα· ἡ δὲ Θέκλα ἐκυλίετο ἐπὶ τοῦ τόπου, οὗ ἐδίδασκε καθήμενος ἐν τῇ φυλακῇ ὁ Παῦλος. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν κἀκείνην ἄγεσθαι ἐπὶ τὸ βῆμα· ἡ δὲ μετὰ χαρᾶς ἀπῄει ἀγαλλομένη. Ὁ δὲ ὄχλος, προσαχθέντος τοῦ Παύλου, πάλιν περισσοτέρως ἐβόα· Μάγος ἐστὶν, αἶρε αὐτόν. Ἡδέως δὲ ἤκουσεν ὁ ἀνθύπατος τοῦ Παύλου ἐπὶ τοῖς ὁσίοις ἔργοις τοῦ Χριστοῦ· καὶ συμβούλιον ποιήσας, ἐκάλεσε τὴν Θέκλαν, λέγων αὐτῇ· Διὰ τί οὐ γαμεῖς κατὰ τὸν νόμον Ἰκονιέων τῷ Θαμύριδι; Ἡ δὲ εἱστήκει, Παύλῳ ἀτενίζουσα· αὐτῆς δὲ [2] οὐδὲν ἀποκρινομένης, [3] Θεοκλία ἡ μήτηρ αὐτῆς ἀνέκραγε, λέγουσα· Κατάκαιε τὴν ἄνομον, κατάκαιε τὴν ἄνυμφον ἐν μέσῳ τοῦ θεάτρου, ἵνα πᾶσαι αἱ ὑπὸ τούτου διδαχθεῖσαι γυναῖκες φοβηθῶσιν. Καὶ ὁ ἡγεμὼν ἔπαθεν μεγάλως, καὶ τὸν μὲν Παῦλον φραγελλώσας ἐξέβαλε τῆς πόλεως· τὴν δὲ Θέκλαν κατέκρινεν πυρίκαυστον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζʹ.

ΚΑὶ εὐθέως ὁ ἡγεμὼν ἀναστὰς, ἀπῆλθεν εἰς τὸ θέατρον· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν ἀνάγκην τῆς θέας. Ἡ δὲ Θέκλα, καθάπερ ἀμνὸς ἐν ἐρήμῳ περισκοπεῖ τὸν ποιμένα, οὕτως κἀκείνη τὸν Παῦλον· καὶ ἐμβλέψασα εἰς τὸν ὄχλον [4] ἴδεν τὸν Κύριον καθήμενον ὡς τὸν Παῦλον, καὶ εἶπεν ἐν ἑαυτῇ· Ἀνυπομονήτου μου οὔσης, ἦλθεν ὁ Παῦλος θεάσασθαί με. Καὶ προσεῖχεν αὐτῷ ἀτενίζουσα. Ὁ δὲ εἰς οὐρανοὺς ἀπῄει θεωρούσης αὐτῆς. Οἱ δὲ παῖ-

Versio J. E. Grabii.

te Deo cum fiducia vivebat, illius quoque fides augebatur, adeo ut vincula ejus deoscularetur.

CAPUT VI.

QUum autem Thecla a domesticis pariter & Thamyride quæreretur, quasi perdita, per vias eam venabantur. Aliquis autem eorum qui una cum ostiario ministrabant, indicabat ipsis, quod noctu exiisset. Et examinarunt ostiarium: hicque confessus dixit, quod iverit ad virum peregrinum in carcerem. Hinc, simulatque id eis dixerat, abierunt, eamque invenerunt. Inde igitur exeuntes, attraxerunt plebem, ac factum præsidi notum fecerunt. Hic tum Paullum ad tribunal adduci jussit; Thecla vero volutabatur in carcere eo in loco, ubi sedens Paullus eam docuerat. Mox præses & Theclam ad tribunal accersivit; quæ exsultans cum gaudio abiit. Plebs autem, Paullo adducto, iterum vehementius vociferabatur: Magus hic est; e medio eum tolle. Ceterum proconsul Paullum de sanctis Christi operibus disserentem libenter audiebat; & consilio inito, vocabat Theclam, dicens ipsi: Quare non juxta legem Iconiensium Thamyridi nubis? Ipsa vero stabat, oculos in Paullum defixos habens: quumque nihil responderet, Theoclia mater ejus clamabat, dicens: Combure iniquam, combure eam quæ sponsum respuit, in medio theatri, ut cunctis ab illo edoctis mulieribus metus incutiatur. Tum præses multum condolens, Paullum quidem flagellari ac ex urbe ejici jussit; Theclam vero condemnavit igne comburendam.

CAPUT VII.

MOx igitur præses surgens ivit in theatrum, ac omnis populus ad fatale hoc spectaculum exiit. Thecla vero, perinde ut agnus in eremo circumspicit versus pastorem, ita ipsa versus Paullum: ac turbam oculis perlustrans vidit Dominum in forma Paulli sedentem, dixitque apud semetipsam: Venit Paullus ad spectandum me, quasi non patienter sustinere queam. Et fixos in illum oculos intendit. Ipse vero in conspectu ejus in cælum ferebatur. Ceterum


1 Ἰουδαίων]. Leg. ex Metaphraste, οἰκείων. In.

2 Οὐδὲν] Hanc vocem in Ms. Græco omissam, ex Basilii Seleuciensis *pag.* 250. D. & Latino Ms. restitui. In.

3 Θεοκλία ἡ μήτηρ κ. τ. λ.] Huc respexit S. Gregorius Nazianzenus in *Orat.* xviii. tom. I. pag. 279. cujus verba inter Veterum testimonia legere est.

4 Ἴδεν τὸν Κύριον καθήμενον ὡς τὸν Παῦλον] Christum Martyribus aliisve persecutionem patientibus quandoque apparuisse, in ipsis canonicis Apostolorum Actis aliisque probatis veteris Historiæ monumentis legimus. Hanc autem apparitionem, non sequioribus sæculis confictam esse, sed in antiquis Actis exstitisse certum est: quia Basilius Seleuciensis, vel quicumque est auctor, lib. I. *de Thecla* pag. 251. C. eam inde refert. Ejusdem etiam apparitionis mentio fit apud Joannem Moschum in *Prato spirituali*, tom. II. *Monument. Eccles. Græcæ* Cotelerii p. 346. & in Actis Febroniæ martyris sub Diocletiano, descriptis a Thomaide ejus ministra, quæ Lat. exstant apud Surium tom. III. ad diem xv. Junii. Grab.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 90.



VET. INTERPR.

ta, ut cremaretur Thecla. Et adducta est nuda; & præses mirabatur, quæ esset in ea patientia & animi virtus: & quum posita essent ligna, urgebant eam publice ascendere super piram. At illa expansis manibus orabat, ascendens super ligna, & publice supposuerunt ignem. Et surrexit flamma ingens in circuitu; in medio autem non tangebat eam. Dominus autem misertus est ejus secundum fidem suam: & ecce subito de cælo factus est fragor magnus, & nubes aquæ plena obumbraverat amphitheatrum, & in tantum fuderat grandinem, ut multi ex his qui ad spectaculum venerant, morerentur, & ignis extinctus est, & Thecla salvata est.

δες καὶ αἱ παρθένοι ἤνεγκαν ξύλα καὶ χόρτον, ἵνα ἡ Θέκλα καῇ. Ὡς δὲ εἰσήχθη γυμνή, ἐδάκρυσεν ὁ ἡγεμών, καὶ ἐθαύμασεν τὴν δύναμιν τοῦ κάλλους αὐτῆς. Ἔστρωσαν δὲ τὰ ξύλα, καὶ ἐκέλευσαν αὐτὴν οἱ δῆμοι ἐπιβῆναι τῇ πυρᾷ· ἡ δὲ, τὸν τύπον σταυροῦ ποιησαμένη, ἐπέβη τῶν ξύλων. Οἱ δὲ δήμιοι ὑφῆψαν τὸ πῦρ· καὶ μεγάλης πυρᾶς ἐκλαμψάσης, οὐχ ἥψατο αὐτῆς τὸ πῦρ. Ὁ γὰρ Θεὸς σπλαγχνισθεὶς ἐπ' αὐτὴν, ἦχον ὑπόγειον ἐποίησεν, καὶ νεφέλη ἄνωθεν ὑπεσκίασεν ὕδατος πλήρης καὶ χαλάζης, καὶ ἐξεχύθη πᾶν τὸ κύτος τοῦ ἐδάφους, ὡς πολλοὺς κινδυνεῦσαι, καὶ ἀποθανεῖν, [1] καὶ τὸ μὲν πῦρ σβεσθῆναι, τὴν δὲ Θέκλαν σωθῆναι.

Versio J. E. Grabii.

adolescentes & virgines lignum & gramen attulerunt, ut Thecla combureretur. Quæ quum nuda introduceretur, præsidi lacrymæ oboriebantur, eximiam ejus pulcritudinem miranti. Suppositis vero lignis, plebs compulit eam, ut rogum conscenderet; ipsaque facto signo crucis, conscendit. Populus vero succendit ignem; qui tamen illam non tetigit, licet rogus undiquaque luceret: quippe Deus Theclæ misertus, fragorem subtus e terra excitavit, nubesque desuper aqua & grandine plena obumbravit, ac sinus terræ ruptus quasi se effudit; adeo ut plures in periculum inciderent, & perirent; ignis vero extingueretur, ac Thecla salva evaderet.

CAPUT VIII.

PAullus autem erat cum Onesiphoro in monumento cum omni domo sua. Et quum jam plures dies essent, quum jejunarent, dixerunt pueri Paullo, Esurimus: non enim habebant panes; quia Onesiphorus relinquens sua, Paullum secutus est. Tunc Paullus exuens se tunicam suam, tradidit eam puero dicens: Vade, fili, vende eam, & eme panes. Et ille exiens, vidit venientem vicinam suam Theclam, & dixit ei: Ubi vadis? At illa dixit: Paullum quæro, salvata ab igne. Et ille: Veni, inquit, & duco te ad illum; multum enim est ingemiscens propter te, rogans Deum. Et quum venissent ad monumentum, invenerunt Paullum orantem, & dicentem: Domine Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, rogo, ne omnino tangat ignis Theclam, quia tua ancilla est. Illa vero stabat retro, & non videbat eam Paullus. Tunc illa exclamans dixit: Benedico tibi, Deus meus, qui misisti Angelum tuum, & liberasti me ab igne, & fecisti me Paullum videre. Tunc Paullus gratias agens Domino, dixit: Inspector cordium Deus, benedico tibi, quoniam velociter audisti me. Et factum est gaudium magnum in monumento. Habebant autem panes quinque, & olera, & aquam; & operabantur in orationibus in Christo. Peractis autem his omnibus, di-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.


Ἦν δὲ ὁ Παῦλος νηστεύων μετὰ Ὀνησιφόρου, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν τέκνων, ἐν μνημείῳ ἐν ὁδῷ, ἐν ᾗ ἀπὸ Ἰκονίου εἰς Δάφνην ἐπορεύοντο. Ἡνίκα δὲ πολλὰς ἡμέρας ἐποίησαν νηστεύοντες, εἶπαν οἱ παῖδες τῷ Παύλῳ· Πάτερ, πεινῶμεν, καὶ οὐκ ἔχομεν πόθεν ἄρτους ἀγοράσαι· ἦν γὰρ καταλείψας τὰ τοῦ κόσμου ὁ Ὀνησιφόρος, καὶ τῷ Παύλῳ ἠκολούθει πανοικεί. Παῦλος δὲ ἀποδυσάμενος τὸν ἐπενδύτην αὐτοῦ, εἶπεν τῷ παιδίῳ· Ὕπαγε, τέκνον, ἀγόρασον ἄρτους πλείονας, καὶ φέρε. Ὡς δὲ ἠγόρασεν ὁ παῖς τοὺς ἄρτους, ἴδεν Θέκλαν τὴν γείτονα αὐτοῦ, καὶ ἐθαμβήθη, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Θέκλα, ποῦ πορεύῃ; Ἡ δὲ εἶπεν· Παῦλον διώκω, ἐκ πυρὸς σωθεῖσα. Καὶ ὁ παῖς εἶπεν αὐτῇ· Δεῦρο, ἀπαγάγω σὲ πρὸς αὐτόν· στενάζει γὰρ περὶ σοῦ, καὶ προσεύχεται, καὶ νηστεύει ἤδη ἡμέρας ἕξ. Ὡς δὲ ἐπέστη ἡ Θέκλα ἐπὶ τὸ μνημεῖον, Παύλου τὰ γόνατα κεκλικότος, καὶ προσευχομένου, καὶ λέγοντος· Πάτερ ἅγιε, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ; μὴ ἁψάσθω τὸ πῦρ Θέκλας, ἀλλὰ παράστηθι αὐτῇ, ὅτι δούλη σοῦ ἐστιν. Ἡ δὲ ὄπισθεν ἑστῶσα ἐβόησε λέγουσα· Δέσποτα Κύριε, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ ἁγίου παιδός σου πάτερ, εὐλογῶ σε, ὅτι ἔσωσάς με ἐκ πυρὸς, ἵνα Παῦλον ἴδω. Καὶ ἀναστὰς Παῦλος ἴδεν αὐτὴν, καὶ εἶπεν· Θεὲ καρδιογνῶστα, πάτερ τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ, εὐλογῶ σε, ὅτι ὃ ἠρώτησα, ἔδωκάς μοι. Καὶ ἦν ἔσω ἐν τῷ μνημείῳ ἀγάπη πολλὴ, Παύλου ἀγαλλιωμένου, καὶ Ὀνησιφόρου, καὶ πάντων τῶν σὺν αὐτοῖς. Εἶχον δὲ πέντε ἄρτους, καὶ λάχανα, καὶ ὕδωρ,

CAPUT VIII.

CEterum Paullus una cum Onesiphoro, hujusque uxore & liberis jejunabat, delitescens in monumento in via, qua Iconio Daphnen proficiscebantur. Quum autem plures dies jejunio transegissent, pueri Paullo dicebant: Esurimus, pater, nec habemus unde panem emere possimus: reliquerat enim Onesiphorus opes mundanas, & cum omni familia Paullum secutus erat. Paullus vero exuens tunicam suam dixit puero: Vade, fili, eme plures panes, eosque affer. Emtis panibus puer vidit Theclam vicinam ejus, & obstupescens dixit illi: Thecla, quo vadis? Ipsa vero: Paullum, inquit, consector, postquam ex igne salva evasi. Et puer: Veni, inquit, ducam te ad ipsum: quippe propter te ingemiscit, & orat, & jejunat jam sex ab hinc diebus. Quum autem Thecla ad monumentum venisset, Paullus flexis genibus orabat, dicens: Pater sancte, Domine Jesu Christe, fac ne Theclam tangat ignis, sed assiste ipsi, quoniam famula tua est. Ipsa vero pone stans exclamabat his verbis: Domine dominator, creator cæli & terræ, Pater dilecti & sancti filii tui, benedico tibi, quod me ab igne servaveris, ut Paullum videam. Et surgens Paullus vidit ipsam, aitque: Deus cordium scrutator, Pater Domini mei Jesu Christi, benedico tibi, quod voti compotem me feceris. Et celebrarunt intus in monumento convivium magna cum caritate, Paullo & Onesiphoro, cunctisque qui una cum his ibi erant, lætantibus. Habebant vero quinque panes,

1 *Καὶ τὸ μὲν πῦρ σβεσθῆναι κ. τ. λ.*] Rem hanc miram litteris mandarunt Cyprianus Antiochenus in *Orat. pro Martyribus*; Gregorius Nazianzenus in *Exhortat. ad Virgines*, tom. II. pag. 300. B. & Maximus Taurinensis in *Natali S. Agnetis* prope finem. ID. — His adde auctorem vitæ S. *Syncleticæ*, num. 8. in Append. opp. S. Athanasii, tom. II. pag. 680. edit. BB. Neque heic omittendum videtur Maximi Taurinensis Sermonem h. l. laudatum a Grabio, emendatiorem quidem, sed velut adhuc ineditum, atque Auctoris incerti, typis fuisse consignatum a Cll. Monachis BB. in Appendice ad opera S. Ambrosii, tom. II. p. 455. quum jam pridem editus fuerit & Maximo Taurinensi assertus.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 90.



VET. INTERPR.

xit Thecla ad Paullum : Tondebo me , & sequar te , quocumque abieris . Et Paullus dixit ad eam : Tempus tuum prope est , & speciosa es nimis : ne forte altera caussa tentationis contingat deterior quam prior , & non possis sufferre . Et Thecla dixit ei : Tu tantum da mihi signum Domini , & non me tanget ulla tentatio . Et Paullus : Patientiam habe , & accipe lavacrum regenerationis .

CAPUT IX.

ET his dictis , dimisit Onesiphorum Iconio cum omnibus suis , & profectus est Antiochiam cum Thecla . Et ecce quidam homo , nomine Alexander , ut vidit Theclam , incidit in speciem ejus , & volebat seducere Paullum cum pecunia & muneribus multis . Paullus autem dixit ei : Nescio quid dicis , neque mulier mea est . Tunc ille , quia multum potens erat , victus amore , voluit in publico complecti eam . Thecla vero repugnans dicebat : Noli injuriam facere mihi peregrinæ , neque maculare ancillam Domini . Nam & ego Iconiorum sum prima , sed quia nolui nubere Thamyro , projecta sum de civitate mea . Et hæc dicens concidit [5] prætextum ejus , & detraxit coronam de capite illius , & statuit eum super triumphum . Tunc ille sumsit adversus eam furiam , & obtulit illam præsidi : & præses interrogavit eam , si fecisset ea quæ accusabatur ab eo . At illa non negavit se fecisse : & præses quasi sacrilegam damnavit eam ad bestias , [6] ipso Alexandro munus edente . Quod videntes populi dixerunt : Injusta

κ̀ εὐφραίνοντο ἐπὶ τοῖς ὁσίοις ἔργοις τοῦ Χριστοῦ. Καὶ εἶπεν Θέκλα πρὸς τὸν Παῦλον· Περικαροῦ, καὶ ἀκολουθήσω σοι, ὅπου δ᾽ ἂν πορεύῃ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ· [1] Ὁ καιρὸς αἰσχρὸς, καὶ σὺ γυνὴ εὔμορφος· μή σε ἄλλος πειρασμὸς λάβοι χείρων τοῦ πρώτου, καὶ οὐχ ὑπομενεῖς, ἀλλὰ δειλιάσεις. Καὶ εἶπεν αὐτῷ Θέκλα· μόνον [2] δός μοι τὴν ἐν Χριστῷ σφραγίδα, καὶ οὐχ ἅψεταί μου πειρασμός. Καὶ εἶπεν ὁ Παῦλος τῇ Θέκλᾳ· Μακροθύμησον, καὶ λήψῃ τὴν [3] δωρεὰν τοῦ Χριστοῦ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

ΚΑὶ ἀπέπεμψε Παῦλος τὸν Ὀνησιφόρον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ πανοικεί· αὐτὸς δὲ λαβόμενος τὴν Θέκλαν, [4] εἰς Ἀντιόχειαν ἀπίει. Ἅμα δὲ τῷ ἔρχεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ πόλει, Σύρος τις, Ἀλέξανδρος ὀνόματι, Ἀντιοχέων πρωτοπολίτης, πολλὰ ποιῶν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ· καὶ ἰδὼν τὴν Θέκλαν, ἐφίλησεν αὐτήν· καὶ ἐξελιπάρει τὸν Παῦλον χρήμασι καὶ δώροις πολλοῖς. Ὁ δὲ Παῦλος εἶπεν αὐτῷ· Οὐκ οἶδα τὴν γυναῖκα ταύτην, ἣν λέγεις, οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐμή. Ὁ δὲ πολὺ δυνάμενος εἰς Ἀντιόχειαν, αὐτὸς αὐτῇ περιεπλάκη, φιλῶν αὐτὴν ἐν τῷ ἀμφόδῳ. Ἡ δὲ Θέκλα οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλὰ Παῦλον ἐζήτει, καὶ ἀνέκραξε πικρῶς ἐν φωνῇ μεγάλῃ, λέγουσα· Μὴ βιάσῃ με τὴν ξένην, μὴ βιάσῃ με τὴν τοῦ Θεοῦ δούλην. Ἰκονιέων εἰμὶ πρώτη, καὶ διὰ τὸ μὴ θέλειν με γαμηθῆναι Θαμύριδι, ἐκβέβλημαι τῆς πόλεώς μου. Καὶ ἐπιλαβομένη τὸν Ἀλέξανδρον, περιέσχισεν αὐτοῦ τὴν χλαμύδα, κ̀ τὸν στέφανον ἀφείλατο ἀπὸ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἔστησεν αὐτὸν θρίαμβον ἐπὶ πάντων. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἅμα μὲν φιλῶν αὐτὴν, ἅμα δὲ κ̀ αἰσχυνόμενος τὸ γεγονὸς, προσήγαγεν τῷ ἡγεμόνι αὐτήν· κἀκείνης ὁμολογησάσης ταῦτα πεπραχέναι, [7] κατέ-

Versio J. E. GRABII.

& olera, atque aquam, ac super sanctis Christi operibus delectabantur. Tum Thecla ad Paullum ait: Lætare, & sequar te, quocumque iveris. Ipse autem ad illam: Tempora sunt turpitudini dedita, tuque es formosa: modo ne alia te capiat tentatio priori pejor, quamque non sustineas, sed timido animo succumbas. Inde Thecla: Da mihi, inquit, signaculum in Christo & nulla me tanget tentatio. Et Paullus respondit Theclæ: Patienter exspecta, & accipies donum Christi.

CAPUT IX.

HInc dimisit Paullus Onesiphorum cum omni familia ut domum reverteretur; ipse vero assumens Theclam, Antiochiam petiit. Simul ac vero in urbem venissent, Syrus aliquis, nomine Alexander, præfectus urbis Antiochenæ, qui res plures, dum præesset, in civitate bene gesserat, videns Theclam, adamavit ipsam; & Paullum opibus donisque plurimis obtestatus est. Paullus autem dixit ei: Non novi mulierem istam de qua loqueris, neque enim mea est. Ipse autem admodum potens in urbe Antiochena, Theclam in platea amplexus & osculatus est. Hæc vero id sustinere noluit, sed Paullum quæsivit, & tristis voce magna exclamavit: Noli mihi peregrinæ vim facere, noli violare ancillam Dei. Sum primaria Iconiensium: & quod Thamyridi recusarem nubere, civitate cedere coacta sum. Et apprehendens Alexandrum, concidit tunicam ejus, & coronam de capite excussit, & coram omnibus de ipso triumphavit. Alexander vero, partim quidem amans eam, partim autem suffusus pudore ob ea quæ acciderant, ad præfectum illam deduxit: quumque ipsa confiteretur se ista fecisse, condemnavit eam præ-

1 Ὁ καιρὸς αἰσχρὸς κ. τ. λ.] Hæc ob oculos habuisse videtur Auctor epistolæ ad Oceanum, Hieronymo adscriptæ; qui *cap.* v. *Thecla*, inquit, *post tentationem passionis, Antiochiam a Paullo perhibetur pariter pergere*.

2 Δός μοι τὴν ἐν Χριστῷ σφραγίδα] Baptismum his verbis petiit S. Thecla ; ac eadem plane phrasi Aquila ad Christianam fidem conversus dicitur αἰτήσας τὴν ἐν Χριστῷ σφραγίδα Epiphanio lib. *de Ponderibus & Mensuris* §. xv. p. 171. —— Ne autem excipias, hanc phrasin ista, qua Presbyter Asiaticus *Acta Paulli & Theclæ* scripsisse dicitur, ætate, id est Apostolica, recentiorem esse : ecce verba Apostolici scriptoris, nempe Hermæ, lib. III. *Similit.* IX. §. XVI. *Illi igitur defuncti sigillo filii Dei signati sunt, & intraverunt in regnum Dei. Antequam enim accipiat homo nomen filii Dei, morti destinatus est : at ubi accipit illud sigillum, liberatur a morte, & traditur vitæ. Illud autem sigillum aqua est, in quam descendunt homines morti obligati, adscendunt vero vitæ assignati. Et illis igitur prædicatum est illud sigillum : & usi sunt eo, ut intrarent in regnum Dei*. Quæ ultima a Clemente Alex. lib. III. Strom. p. 379. citata, Græce ita sonant: Καὶ αὐτοὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν σφραγίδα τοῦ κηρύγματος. —— Duas hujus denominationis rationes dat Gregorius Nazianz. *Orat.* XL. pag. 639. *Baptismum sigillum vocamus* (σφραγίδα καλοῦμεν) , *quia est conservatio, & dominationis significatio*. Quarum priorem confirmat heic ipsa Thecla. GRAB. —— Vide sis Svicerum in *Thes. Eccl.* tom. II. pag. 1198. unde nonnulla exscripsit Grabius. Aliaque plura, nec ubivis obvia, dabit Cangius in *Glossar. Græc.* tom. II. pag. 1500.

3 Τὴν δωρεὰν Χριστοῦ] Et hac voce Sacramentum Baptismi denotatur. Vide Casauboni Animadv. in *Baronii Annales*, *Exercit.* XVI. num. LI. GRAB. —— In hanc quoque sententiam consule laudatum Svicerum in *Thes. Eccl.* tom. I. pag. 979. v. Δῶρον, num. I.


4 Εἰς Ἀντιόχειαν ἀπίει] Vide quæ notavit Combefisius *Not.* 7. in Nicetæ Paphlagonis orationem *de Thecla*, p. 508. GRAB.

5 *Prætextum*] Id est prætextam *vestem*, cui adsutum aliquid ad ornamentum. Ita Cangii *Glossarium Lat.*

6 *Ipso Alexandro munus edente*] Hæc verba veteris Interpretis desunt heic quidem in Græcis : at illa occurrunt mox infra sub initium *Cap.* XI. ubi sic : Αὐτὸς γὰρ [Ἀλέξανδρος] ἐδίδου τὰ κυνήγεσια : quæ vicissim apud veterem Interpretem ibidem desunt.

7 Κατέκρινεν αὐτὴν κ. τ. λ.] Hoc loco Græcus Codex Ms. bibliothecæ Bodleianæ mancus est, & satis magno laborat defectu. ID. —— At hunc defectum opportune supplevit THOMAS HEARNE ex Codice Ms. Huntingdoniano bibliothecæ Oxoniensis; ediditque Oxonii hujusmodi laciniam in posteriori Parte Appendicis ad *Joannis Lelandi Collectanea* pagg. 68. 69. Hinc itaque descriptum Græcum istud Fragmentum Hearnianum, licet mendis scatens, heic subjicimus; quo tandem integra hæc Acta in lucem prodeant.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 90.



Vet. Interpr.

A

judicia ſunt in hac civitate. Thecla autem, ut vidit damnatam ſe eſſe, petiit a præſide, ut uſque in diem qua erat pugnatura, caſta ſervaretur. Quumque requireret præſes, quis eam digne ſuſciperet, ecce quædam vidua, nomine Triſina, dives valde, cujus filia nuper defuncta fuerat, petiit eam cuſtodiendam, B & cœpit eam habere in loco filiæ ſuæ.

A

κέλευεν αὐτὴν εἰς θηρία βληθῆναι. Αἱ δὲ γυναῖκες ἐξεπλάγησαν, καὶ ἔκραξαν παρὰ τὸ βῆμα τοῦ ἡγεμόνος· κακὴ ἡ κρίσις, ἀνοσία ἡ κρίσις. Ἡ δὲ Θέκλα ἠτήσατο τὸν ἡγεμόνα, μέχρις ὅταν ἔχει θηριομαχῆσαι, μεῖναι αὐτὴν ἁγνήν. Καί τις γυνὴ πλουσία, ὀνόματι Τρύφαινα, ἧς ἡ θυγάτηρ τεθνήκει, ὀνόματι Φαλκονίλλα, ἔλαβε τὴν Θέ- B κλαν εἰς παραφυλακὴν, καὶ εἶχεν αὐτὴν εἰς παραμυθίαν.

Versio Nova.

A

fectus ad beſtias. Mulieres autem animo perculſæ, ad præfecti tribunal conclamarunt: Perverſum judicium, iniqua ſententia. Thecla vero præfectum rogavit, ut caſta ſervaretur, quoad cum belluis eſſet pugnatura. Quædam porro mulier dives, nomine Tryphæna, cujus filia cui nomen Phalconilla, vita functa erat, Theclam excepit cu- B ſtodiendam, ſimulque ut aliquod ab ea caperet ſolatium.

CAPUT X.

Et quum veniſſet dies, ut beſtiæ publicarentur, in amphitheatro poſita eſt, in cavea in qua erat leæna ſæviſſima, & introivit in arenam pompa ſpectaculi. Triſina autem ſequebatur C Theclam, nihil erubeſcens. Leæna vero mittens linguam præclara ſcabie, lingebat pedes Theclæ. Erat autem [3] eulogium ejus ſcriptum: Sacrilegium. Mulieres autem clamabant: O Deus, iniqua judicia fiunt in civitate noſtra. Poſtquam autem publicatæ ſunt beſtiæ, Triſina recepit D Theclam in domo ſua, & dormierunt. Et ecce filia Triſinæ quæ defuncta erat, viſa eſt matri ſuæ dicens: Mater, Theclam ancillam Chriſti habeto in loco meo, & pete ab ea, ut oret pro me, ut transferar in locum refrigerii. Tunc Triſina plangebat, dicens: Filia Falconilla mihi dixit: habes Theclam in loco meo, quapro- E pter precor, Thecla, ora pro filia mea, ut transferatur in locum refrigerii, & ad vitam æternam. His auditis, Thecla ſtatim oravit ad Dominum, dicens: Domine Deus cæli & terræ, Jeſu Chriſte fili Altiſſimi, da ut filia ejus Falconilla vivat in æternum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι΄.

Ἡνίκα δὲ τὰ θηρία ἐπόμπευον, ἀπέλυσαν ἐν αὐτῇ λέαιναν πικράν. καὶ ἡ βασίλισσα Τρύφαινα ἐπηκολούθει, ἕως οὗ εἰσῆλθεν εἰς τὸ θέατρον. Ἡ δὲ λέαινα [1] ἐπάνω καθεζο- C μένη τῆς Θέκλας, [2] περιέλειχε τοὺς πόδας αὐτῆς· καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐξίστατο. Ἡ δὲ αἰτία τῆς ἐπιγραφῆς ἦν αὐτῇ· ἱερόσυλος. Αἱ δὲ γυναῖκες μετὰ τῶν τέκνων αὐτῶν ἔκραξαν ἄνωθεν λέγουσαι· [4] ἀθῷος κρίσις, ὅτι ἀνοσία κρίσις γίνεται ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Καὶ ἀπὸ τοῦ [5] πραιτωρίου λαμβάνει αὐτὴν πάλιν ἡ Τρύφαινα. Ἡ δὲ θυγάτηρ τῆς Τρυφαίνης [6] ἡ τεθνηκυῖα, κατ᾽ ὄναρ D εἶπεν αὐτῇ· μήτηρ μου τὴν [7] ἐρημωθεῖσαν τὴν ξένην Θέκλαν ἕξεις εἰς τὸν ἐμὸν τόπον, ἵνα ὑπὲρ ἐμοῦ προσεύξηται, [8] καὶ μετατεθῶ εἰς τὸν τῶν δικαίων τόπον. Ὅτε οὖν ἀπὸ τοῦ πραιτωρίου ἡ Τρύφαινα παρέλαβε τὴν Θέκλαν, ἅμα μὲν ἐπένθει [9], ὅτι ἔμελλε τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ θηριομαχῆσαι ἡ Θέκλα, ἅμα δὲ στέργουσα τὴν θυγατέρα αὐτῆς Φαλκονίλλαν, E εἶπεν αὐτῇ· τέκνον μου δεύτερον Θέκλα πρόσευξαι τῷ Θεῷ σου, ἵνα ζήσῃ τὸ τέκνον μου Φαλκονίλλα· τοῦτο γὰρ [10] ἴδον καθ᾽ ὕπνους. Ἡ δὲ Θέκλα μὴ μελλήσασα, [11] ἐπῆρεν τὴν φωνὴν αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ εἶπεν· Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ὁ υἱὸς τοῦ ὑψίστου, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ δὸς αὐτῇ κατὰ τὸ θέλημά σου, ἵνα ἡ θυγάτηρ αὐτῆς Φαλκονίλλα

CAPUT X.

Quum autem feræ magno cum apparatu producerentur, in Theclam quam ſubſequebatur princeps Tryphæna, quouſque in theatrum ingreſſa eſt, ſævam leænam C immiſerunt. Leæna vero prope Theclam decumbens, ejus pedes circumlingebat. Ad hæc obſtupuit univerſa populi turba. Inſcriptionis autem cauſſa erat hæc: Sacrilega. Mulieres vero una cum filiis ſuis deſuper clamantes dicebant: Judicium præceps: iniqua in hac urbe fertur ſententia. Rurſumque a prætorio eam abducit Tryphæna; cui quæ D defuncta fuerat filia, in ſomnis apparens: Habebis, inquit, mei loco derelictam hoſpitem Theclam, quæ pro me Deum orabit, ut in juſtorum locum transferar. Quum itaque Theclam a prætorio abduceret Tryphæna, flens ægre ferre, quod in ſequenti die cum feris ea eſſet pugnatura; ſimulque Phalconillam impenſo amore proſecuta, E dicere: Thecla quæ altera filia mihi es, ora Deum tuum, ut filia mea Phalconilla vita perfruatur. Id enim in ſomnis vidi. Statimque Thecla vocem ad Deum extollens dixit: Domine Deus qui cælum terramque condidiſti, fili Altiſſimi Domine Jeſu Chriſte, concede ei ſecundum voluntatem tuam, ut ipſius filia Phalconilla vivat in

1 Ἐπάνω —— τῆς Θέκλας] Ἐπάνω quandoque *prope*, vel *apud*. Sic *Luc.* IV. 39. Καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς. Vide Schoettgenium in *Lexico N. T.*

2 Περιέλειχε] Hujuſce rei meminit S. Ambroſius lib. II. *de Virginib.* cap. III. tom. II. pag. 168. edit. BB.

3 *Erat autem eulogium ejus ſcriptum*] *Eulogium* proprie quidem idem ſonat, quod jam vocamus *Elogium*. Sed in genere quoque de omni dictione ſive ſcriptura uſurpatur. Sic in Epiſtola Caroli M. ad Offam regem: *Veſtræ Serenitati hoc Eulogium duximus deſtinandum*. Et in præfatione Paſſionarii Galeni: *Si quis intente deſiderat cognoſcere intentionem totius libri, prius curſim relegat hæc prænotata capitula, quæ brevi Eulogio in fronte hujus libelli prænotata repetit.* Grab. —— Vide ſis Cangii *Gloſſarium Lat.*

4 Ἀθῷος κρίσις] Omiſit, opinor, librarius, ut ſæpe accidit, particulam negativam, ſcribens ἀθῷος pro οὐκ ἀθῷος, ut ſenſus poſtulare videtur. Niſi forte ſcribere quis malit, ἀθρόος, *præceps*, *temere factum*. Sic Ant. Bongiovanni, Vir Cl. atque optimus inter amicos. Vetus Interpres aliter legiſſe videtur. Simeon Metaphraſtes heic ita: ἐπιμαρτυρόμεναι τὸν Θεὸν, ἀνόσιον εἶναι τὴν κρίσιν λέγουσαι.

5 Πραιτωρίου] Mss. tum heic, tum infra, πρετορίου. Vox quidem origine Latina; ſed quæ in ſacris N. T. litteris frequens occurrit: *Matth.* XXVII. 27. *Marc.* XV. 16. *Joan.* XVIII. 28. 33. *Act.* XXIII. 35. *Philipp.* I. 13. Qua de re præclare, ut aſſolet, Blackwallus in *Auctoribus ſacr. claſſic. defenſ.* pagg. 40. 48. ſeq.

6 Ἡ τεθν.] Metaphraſtes heic: Ἡ μέντοι τεθνηκυῖα θυγάτηρ αὐτῆς ὄναρ ἐπιστᾶσα Τρυφαίνῃ.

7 Ἐρημωθεῖσαν] Ms. ἐρημωθ. At legendum aut ἐρημωθεῖσαν, aut ἔρημον.


8 Καὶ μετατεθῶ κ. τ. λ.] Carpit hunc locum Ruchatus in notis ad Cap. IV. *Epiſt.* I. S. *Clementis Rom.* quod horum Actorum auctor in ea fuiſſe ſententia videatur, vivorum preces profuturas defunctis, qui dum in terris agerent, ſuperſtitioni Gentilium erant addicti. Verum Grabius ſub finem præfationis ad hæc ipſamet Acta, tom. I. *Spicil.* pag. 94. hujuſmodi cenſuram diluere nititur. Quem in locum hæc eſt Simeonis Metaphraſtæ ſententia: Θεοῦ δὲ ταῦτα, καὶ τῆς ἐκείνου φιλανθρωπίας οἰκονομία.

9 Ἐπένθει ὅτι κ. τ. λ.] Heic Ms. ita ſe habet: ἐπένθει Τρύφαινα παρέλαβε τὴν Θέκλαν . . . . ὅτι ἔμελλε κ. τ. λ. Ubi legendum videtur: ἐπένθει, ὅτι. Reliqua redundant, adeoque expungenda.

10 Ἴδον] Ms. ἰδὼν. Locum hunc paullulum obſcurum ita effert Metaphraſtes: Τοῦτο γάρ μοι ἐκείνη δι᾽ ὀνείρατος [illegible].

11 Ἐπῆρεν] Metaphraſtes: χεῖρας ἄρασα καὶ φωνήν.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 90.



VET. INTERPR.

Tunc Trifina hæc audiens, amplius lugebat, dicens: O injusta judicia! & o indignum nefas! talem speciem ad bestias mitti!

CAPUT XI.

Et ut lux orta est, ecce veniens Alexander ad domum Trifinæ dixit: Jam præses sedit, & populus exspectat; produc noxiam foris. Tunc Trifina exsiluit in faciem ejus, & conturbavit eum, ita ut fugeret. Erat autem ipsa Trifina ex Regalibus, & cœpit flere, & dicere: Ecce duplex luctus in domo mea; & nemo est qui adjuvet me, neque quia filia mea mortua est, neque quia Theclam defendere non possum. Et nunc, Domine Deus, adjuva Theclam ancillam tuam. Et dum hæc Trifina prosequeretur, misit præses [2] stratorem suum, ut adduceretur Thecla. Cujus manum apprehendens Trifina prosequebatur dicens: Falconillam ad monumentum duxi, Theclam vero ad bestias duco. Hæc audiens Thecla lacrymata est, & orans dixit: Domine Deus, cui ego credidi & ad quem confugi, redde mercedem Trifinæ, & quia mihi mundam me servavit. Erat autem fremitus magnus in amphitheatro, & rugitus bestiarum, & clamor populi, dicentis: Induc noxiam. Mulieres vero clamabant, dicentes: Nunc tollatur hæc civitas propter talem iniquitatem, & in nobis omnibus da talem sententiam, præses. O malum judicium! o crudele spectaculum! At ille non sufferens clamorem populi, jussit, celerius induci eam. Et tollentes Theclam de manu Trifinæ, accepto [7] campestro, nuda missa est in arena; & leones & ursi missi sunt ei.

ζήσῃ εἰς τοὺς αἰῶνας. Καὶ ἀκούσασα ταῦτα ἡ Τρύφαινα, ἐπένθει, θεωροῦσα τοιοῦτον κάλλος εἰς θηρία βαλλόμενον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑʹ.

Καὶ ὅτε ὄρθρος ἐγένετο, ἦλθεν ὁ Ἀλέξανδρος εἰς τὴν οἰκίαν τῆς Τρυφαίνης τοῦ παραλαβεῖν τὴν Θέκλαν, αὐτὸς γὰρ ἐδίδου τὰ κυνηγέσια, λέγων πρὸς τὴν Τρύφαιναν· ὁ ἡγεμὼν κάθηται, καὶ ὄχλος θορυβεῖ· δὸς ὅπως ἀπαγάγω τὴν θηριόμαχον. Ἡ δὲ Τρύφαινα ἀνέκραξε μέγα ὥστε φυγεῖν τὸν Ἀλέξανδρον, λέγουσα· [1] ἤδη δεύτερόν μοι πένθος εἰς τὴν οἰκίαν γίνεται, καὶ οὐδεὶς ὁ βοηθῶν· οὐκ ἀνὴρ, χήρα γάρ εἰμι· οὐ τέκνον, ἀπέθανον γάρ. Ὁ Θεὸς Θέκλης τοῦ τέκνου μου, βοήθησον τῇ Θέκλῃ ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ τῆς ἀνάγκης. Καὶ πέμπει ὁ ἡγεμὼν στρατιώτας, ἵνα ἀχθῇ. Ἡ δὲ Τρύφαινα οὐκ [3] ἀπαίρει αὐτῆς, λέγουσα· [4] τὴν μὲν θυγατέρα μου Φαλκονίλλαν ἀπήγαγον εἰς τὸ μνημεῖον, σὲ δὲ τέκνον Θέκλα εἰς θηριομαχείαν ἀπάγω. Καὶ ἐβόησε Θέκλα πρὸς Κύριον, καὶ ἔκλαυσε πικρῶς, στενάζουσα πικρῶς καὶ λέγουσα· Κύριε ὁ Θεός μου ὃν ἐγὼ πιστεύω, ἐφ' ὃν ἐγὼ κατέφυγον, ὁ ῥυσάμενός με ἐκ τοῦ πυρὸς, ἀπόδος μισθὸν ἀγαθὸν τῇ Τρυφαίνῃ τῇ εἰς τὴν δούλην σου συμπαθεισάσῃ, καὶ ὅτι με ἐφύλαξεν ἁγνήν. Θόρυβος οὖν ἐγένετο, καὶ τάραχος καὶ πικρὰ βοὴ τοῦ δήμου καὶ τῶν γυναικῶν ὁμοῦ καθεσθεισῶν, τῶν μὲν λεγόντων· τὴν ἱερόσυλον ἄγαγε [5], τῶν δὲ λεγουσῶν· ἀρθήτω ἡ πόλις ἐπὶ τῇ ἀνομίᾳ ταύτῃ· αἶρε πάσας ἡμᾶς, ἀνθύπατε· πικρὸν θέαμα, κακὴ κρίσις. Ἡ δὲ Θέκλα ἐκ χειρὸς Τρυφαίνης ληφθεῖσα, [6] ἐξεδύθη γυμνή· καὶ ἔλαβεν διάζωμα, καὶ ἐβλήθη εἰς τὸ στάδιον. Καὶ λέοντες καὶ ἄρκοι ἀπελύθησαν ἐπ' αὐτήν.

VERSIO NOVA.

æternum. Quod ut audivit Tryphæna, amare flebat, intentis oculis spectans tantam speciem, feris mox objiciendam.

XX. Cognoscite igitur, filii mei, quod duo Spiritus vacant homini, Spiritus veritatis, & Spiritus erroris; & medius est Spiritus intellectus mentis, cujus est, quo vult inclinare. Et [a] quæ sunt veritatis, & quæ sunt erroris, scripta sunt super pectus hominis; & unumquodque eorum cognoscit Dominus. Et non est tempus, in quo poterunt latere hominum opera; quoniam ea in pectore ossium inscripta sunt coram Domino. Et Spiritus veritatis testimonium perhibet de omnibus, & accusat omnia; & adustus est qui peccat ex proprio corde, & levare faciem non potest ad judicem.

XXI. Et nunc, filii mei, diligite Levi, ut permaneatis; & non efferamini super ipsum, ut non dispereatis. Mihi enim dedit Dominus regnum, & illi sacerdotium, & subjecit regnum sacerdotio. Mihi dedit quæ in terra; illi vero, quæ sunt in cælis. Ut supereminet cælum terræ, ita supereminet Dei sacerdotium regno quod est in terra. Etenim ipsum supra te elegit Dominus appropinquare ipsi, & comedere mensam ipsius, & primitias deliciarum filiorum Israel : & eris eis ut mare. Quemadmodum enim in mari justi & injusti hyemant, hi quidem captivi facti, hi vero ditati : ita & in te omne genus hominum, hi quidem periclitantur in captivitatem acti, hi vero ditantur rapientes. Quoniam qui regnant erunt sicut cete, deglutientes homines velut pisces : filias & filios liberos in servitutem redigent; domos, agros, greges, pecunias rapient; & multorum carnibus injuste corvos & ibices saturabunt, & proficient in malum in avaritia exaltati. Et erunt ut procellæ pseudoprophetæ, & omnes justos persequentur.

Ἰσαὰκ εὐλόγησέ με ὁμοίως. Καὶ ἐγὼ οἶδα, ὅτι ἐξ ἐμοῦ στήσεται τὸ βασίλειον.

ΙΗʹ. Κάγε ἔγνων ἐν βιβλίοις ἘΝΩΧ τοῦ δικαίου, ὅσα κακὰ ποιήσετε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις. Φυλάξασθε οὖν, τέκνα μου, ἀπὸ τῆς πορνείας καὶ τῆς φιλαργυρίας, ἀκούσατε Ἰούδα τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ὅτι ταῦτα ἀφιστᾷ νόμου Θεοῦ, καὶ τυφλοῖ τὸ διαβούλιον τῆς ψυχῆς, καὶ ὑπερηφανίαν ἐκδιδάσκει, καὶ οὐκ ἀφίησιν ἄνδρα ἐλεῆσαι τὸν πλησίον αὐτοῦ, στερίσκει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπὸ πάσης ἀγαθωσύνης, καὶ συνέχει αὐτὸν ἐν μόχθοις καὶ πόνοις, καὶ ἀφιστᾷ ὕπνον αὐτοῦ, καταδαπανᾷ σάρκας αὐτοῦ, καὶ θυσίας Θεοῦ ἐμποδίζει, καὶ εὐλογίας [1] οὐ μέμνηται, καὶ προφήτῃ λαλοῦντι οὐκ ὑπακούει, καὶ λόγῳ εὐσεβείας προσοχθίζει. Δυσὶ γὰρ πάθεσιν ἐναντίοις τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ δουλεύων, Θεῷ ὑπακούειν οὐ δύναται, ὅτι ἐτύφλωσαν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ, ὡς ἐν νυκτὶ, πορεύεται.

ΙΘʹ. Τέκνα μου, ἡ φιλαργυρία πρὸς εἴδωλα ὁδηγεῖ, ὅτι ἐν πλάνῃ διὰ ἀργυρίου, τοὺς μὴ ὄντας θεοὺς ὀνομάζουσι· καὶ ποιεῖ τὸν ἔχοντα αὐτὴν εἰς ἔκστασιν ἐμπεσεῖν διὰ ἀργυρίου. Ἐγὼ ἀπώλεσα τὰ τέκνα μου, καὶ εἰ μὴ ἡ μετάνοια τῆς σαρκός μου, καὶ ἡ ταπείνωσις τῆς ψυχῆς μου, καὶ αἱ εὐχαὶ Ἰακὼβ τοῦ πατρός μου, ἄτεκνος εἶχον ἀποθανεῖν. Ἀλλ' ὁ Θεὸς τῶν πατέρων μου, ὁ οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων, συνέγνω ὅτι ἐν ἀγνοίᾳ ἐποίησα. Ἐτύφλωσε γάρ με ὁ ἄρχων τῆς πλάνης, καὶ ἠγνόησα, ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὡς [3] σὰρξ, ἐν ἁμαρτίαις φθαρείς. Καὶ ἐπέγνων τὴν ἐμαυτοῦ ἀσθένειαν, νομίζων ἀκαταμάχητος εἶναι.

Κʹ. [4] Ἐπίγνωτε οὖν, τέκνα μου, ὅτι δύο πνεύματα σχολάζουσι τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ τῆς ἀληθείας, καὶ τὸ τῆς πλάνης. καὶ μέσον ἐστὶ τὸ τῆς συνέσεως τοῦ νοὸς, οὗ ἐὰν θέλῃ κλῖναι. Καίγε τὰ τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ τῆς πλάνης, γέγραπται ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ ἀνθρώπου· καὶ ἓν ἕκαστον αὐτῶν γνωρίζει Κύριος. Καὶ οὐκ ἔστι καιρὸς, ἐν ᾧ δυνήσεται λαθεῖν ἀνθρώπων ἔργα, ὅτι ἐν στήθει οστέων αὐτὰ ἐγγέγραπται ἐνώπιον Κυρίου. Καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας μαρτυρεῖ πάντα, καὶ κατηγορεῖ πάντων, καὶ ἐμπεπύρισται ὁ ἁμαρτήσας ἐκ τῆς ἰδίας καρδίας, καὶ ἆραι πρόσωπον οὐ δύναται πρὸς τὸν κριτήν.

ΚΑʹ. Καὶ νῦν, τέκνα μου, ἀγαπήσατε τὸν Λευῒ, ἵνα διαμείνητε· καὶ μὴ ἐπαίρεσθε ἐπ' αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐξολοθρευθῆτε. Ἐμοὶ γὰρ ἔδωκε Κύριος τὴν βασιλείαν, κἀκείνῳ τὴν ἱερατείαν, καὶ ὑπέταξε τὴν βασιλείαν τῇ ἱερωσύνῃ. Ἐμοὶ ἔδωκε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, κἀκείνῳ τὰ ἐν οὐρανοῖς. Ὡς ὑπερέχει οὐρανὸς τῆς γῆς, οὕτως ὑπερέχει Θεοῦ ἱερατεία τῆς ἐπὶ γῆς [5] βασιλείας. Καὶ γὰρ αὐτὸν ὑπέρ σε ἐξελέξατο Κύριος ἐγγίζειν αὐτῷ, καὶ ἐσθίειν τράπεζαν αὐτοῦ, καὶ ἀπαρχὰς ἐντρυφημάτων υἱῶν Ἰσραήλ· [6] καὶ ἔσῃ αὐτοῖς ὡς ἡ θάλασσα. Ὥσπερ γὰρ ἐν αὐτῇ δίκαιοι καὶ ἄδικοι χειμάζονται, οἱ μὲν αἰχμαλωτιζόμενοι, οἱ δὲ πλουτοῦντες· οὕτως καὶ ἐν σοὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων, οἱ μὲν κινδυνεύουσιν αἰχμαλωτιζόμενοι, οἱ δὲ πλουτοῦσιν ἁρπάζοντες. Ὅτι οἱ βασιλεύοντες ἔσονται, ὡς κήτη, καταπίνοντες ἀνθρώπους, ὡς ἰχθύας· θυγατέρας καὶ υἱοὺς ἐλευθέρους καταδουλώσουσιν· οἴκους, ἀγροὺς, ποίμνια, χρήματα ἁρπάσουσι· καὶ πολλῶν σάρκας ἀδίκως κόρακες καὶ ἴβεις χορτάσουσι, καὶ προκόψουσιν ἐπὶ τὸ κακὸν ἐν πλεονεξίᾳ ὑψούμενοι. Καὶ ἔσονται ὡς καταιγίδες ψευδοπροφῆται, καὶ πάντας δικαίους διώξονται.

[a] Rom. II. 14. 15.

1 Οὐ μέμνηται] Θεοῦ οὐ μνημονεύει. Grab.

2 *Propter argentum*] Duo verba ista ad præcedentem periodum sunt referenda, si Græcum textum sequi velimus, in cujus utroque exemplari, tam Oxon. quam Cantab. post *δι' ἀργυρίου* est punctum; melius vero, juxta hanc versionem. Id.

3 Σάρξ] Omissum. Id.

4 Ἐπίγνωτε οὖν] Omissa integra hæc periodus. Id.

5 Βασιλείας] Βασιλείας, ἐὰν μὴ δι' ἁμαρτίας ἐκπέσῃ Κυρίου, καὶ κυριευθῇ ὑπὸ ἐπιγείας, addit Codex Oxon.

6 Καὶ ἔσῃ αὐτοῖς] Add. σὺ δὲ ἔσῃ βασιλεὺς Ἰακώβ. Idem.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 96.

ΚΒʹ. Ἐπάξει δὲ αὐτοῖς Κύριος διαιρέσεις κατ' ἀλλήλων, ϗ πόλεμοι συνεχεῖς ἔσονται ἐν Ἰσραὴλ, ϗ ἐν ἀλλοφύλοις συντελεσθήσεται ἡ βασιλεία μου, ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸ σωτήριον τῷ Ἰσραὴλ, ἕως παρουσίας τοῦ Θεοῦ τῆς δικαιοσύνης, τοῦ ἡσυχάσαι τὸν Ἰακὼβ ἐν εἰρήνῃ, ϗ πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ αὐτὸς φυλάξει κράτος βασιλείας μου ἕως τοῦ αἰῶνος. Ὅρκῳ γὰρ ὤμοσέ μοι Κύριος, μὴ ἐκλείψειν τὸ βασίλειόν μου ἐκ τοῦ σπέρματός μου, πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τοῦ αἰῶνος.

ΚΓʹ. Πολλὴ δὲ λύπη μοί ἐστι, τέκνα μου, διὰ τὰς ἀσελγείας, ϗ γοητείας, ϗ εἰδωλολατρείας, ἃς ποιήσετε εἰς τὸ βασίλειον, ἐγγαστριμύθοις [1] ἀκολουθοῦντες, κληδόσι, ϗ δαίμοσι πλάνης. Τὰς θυγατέρας ὑμῶν μουσικὰς ϗ δημοσίας ποιήσετε, καὶ ἐπιμιγήσεσθε ἐν βδελύγμασιν ἐθνῶν· ἀνθ' ὧν ἄξει Κύριος ἐφ' ὑμᾶς λιμὸν, θάνατον ϗ ῥομφαίαν, ἐκδικοῦσαν πολιορκίαν, [2] ϗ κύνας εἰς διασπασμὸν, ἐχθρῶν καὶ φίλων ὀνειδισμοὺς, ἀπώλειαν καὶ σφακελισμὸν ὀφθαλμῶν, νηπίων ἀναίρεσιν, ϗ συμβίων ἀφαίρεσιν, [3] ὑπαρχόντων ἁρπαγὴν, γῆς ἐρήμωσιν, ναοῦ Θεοῦ ἐμπυρισμὸν, ὑμῶν αὐτῶν δουλείαν ἐν ἔθνεσι· ϗ ἐκτεμοῦσιν ἐξ ὑμῶν εἰς εὐνούχους ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν, ἕως ἂν ἐπιστρέψητε πρὸς Κύριον ἐν τελείᾳ καρδίᾳ, μεταμελόμενοι, ϗ πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπισκέψηται ὑμᾶς Κύριος ἐν ἐλέει, ϗ [4] ἀναγάπῃ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν.

ΚΔʹ. Καὶ μετὰ ταῦτα ἀνατελεῖ ὑμῖν ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματός μου, ὡς ὁ ἥλιος δικαιοσύνης, συμπορευόμενος τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐν πρᾳότητι ϗ δικαιοσύνῃ, ϗ πᾶσα ἁμαρτία οὐχ εὑρεθήσεται ἐν αὐτῷ. Καὶ ἀνοιγήσονται ἐπ' αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ, ἐκχέαι πνεῦμα, εὐλογίαν πατρὸς ἁγίου· ϗ αὐτὸς ἐκχεεῖ πνεῦμα χάριτος ἐφ' ὑμᾶς, ϗ ἔσεσθε αὐτῷ εἰς υἱοὺς ἐν ἀληθείᾳ, [5] ϗ πορεύσεσθε ἐν προστάγματι αὐτοῦ πρώτοις ϗ ἐσχάτοις. Οὗτος ὁ βλαστὸς Θεοῦ ὑψίστου, ϗ αὕτη ἡ πηγὴ εἰς ζωὴν πάσης σαρκός· [6] Τότε ἀναλάμψει σκῆπτρον βασιλείας μου, ϗ ἀπὸ τῆς ῥίζης ὑμῶν γενήσεται πυθμὴν· καὶ ἐν αὐτῷ ἀναβήσεται ῥάβδος δικαιοσύνης τοῖς ἔθνεσι, κρῖναι ϗ σῶσαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους Κύριον.

ΚΕʹ. Καὶ μετὰ ταῦτα ἀναστήσεται Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, ϗ Ἰακὼβ εἰς ζωὴν· ϗ ἐγὼ, καὶ οἱ ἀδελφοί μου ἔξαρχοι, σκῆπτρον [7] ἡμῶν ἐν Ἰσραὴλ ἐσόμεθα. Λευῒ πρῶτος, δεύτερος ἐγὼ, τρίτος Ἰωσὴφ, τέταρτος Βενιαμὶν, πέμπτος Συμεὼν, ἕκτος Ἰσαχὰρ, καὶ οὕτως καθεξῆς πάντες. Καὶ Κύριος εὐλόγησε τὸν Λευῒ· ὁ ἄγγελος τοῦ προσώπου ἐμέ· αἱ δυνάμεις τῆς δόξης τὸν Συμεών· ὁ οὐρανὸς τὸν Ῥουβήμ· τὸν Ἰσαχὰρ ἡ γῆ· ἡ θάλασσα τὸν Ζαβουλών· τὰ ὄρη τὸν Ἰωσήφ· ἡ σκηνὴ τὸν Βενιαμίν· οἱ φωστῆρες τὸν Δάν· ἡ τρυφὴ τὸν Νεφθαλείμ· ὁ ἥλιος τὸν Γάδ· ἐλαία τὸν Ἀσήρ· ϗ ἔσται εἷς λαὸς Κυρίου, ϗ γλῶσσα μία· ϗ οὐκ ἔσται ἔτι πνεῦμα πλάνης τοῦ Βελιὰρ, ὅτι ἐμβληθήσεται ἐν τῷ πυρὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ οἱ ἐν λύπῃ τελευτήσαντες, ἀναστήσονται ἐν χαρᾷ, ϗ οἱ ἐν πτωχείᾳ διὰ Κύριον, πλουτισθήσονται, καὶ οἱ ἐν πενίᾳ, χορτασθήσονται, ϗ οἱ ἐν ἀσθενείᾳ, ἰσχύσουσι, ϗ οἱ διὰ Κύριον ἀποθανόντες, ἐξυπνισθήσονται ἐν ζωῇ. Καὶ οἱ ἔλαφοι Ἰακὼβ δραμοῦνται ἐν ἀγαλλιάσει, ϗ οἱ ἀετοὶ Ἰσραὴλ πετασθήσονται ἐν χαρᾷ· οἱ δὲ ἀσεβεῖς πενθήσουσι, καὶ ἁμαρτωλοὶ κλαύσονται, καὶ πάντες οἱ λαοὶ δοξάσουσι Κύριον εἰς αἰῶνας.

Κϛʹ. Φυλάξατε οὖν, τέκνα μου, πάντα τὸν νόμον

A XXII. Inducet autem eis Dominus divisiones inter se, & bella continua erunt in Israel, & in alienigenis consummabitur regnum meum, donec veniet salutare Israel, usque ad adventum Dei justitiæ, ut quiescat Jacob in pace, & omnes gentes. Et ipse custodiet potestatem regni mei usque in sæculum. Juramento enim juravit mihi Dominus, non defecturum regnum meum e semine meo, omnibus diebus, usque in sæculum.

XXIII. Multa autem tristitia mihi est, filii mei, propter impudicitias, & sortilegia, & idololatrias, quas facietis in regnum, ventriloquos
B sequentes, divinationes & dæmonas erroris. Filias vestras cantatrices & publicas facietis, & immiscebimini abominationibus gentium; pro quibus ducet Dominus super vos famem & pestilentiam, mortem & gladium, ulciscentem obsidionem, & canes in dilaniationem, inimicorum & amicorum opprobria, perditionem & tabem oculorum, puerorum occisionem, & uxorum ablationem, possessionum rapinam, terræ desolationem, templi Dei incendium, vestri ipsorum servitutem in gentibus; & exscindent e vobis eunuchos uxoribus suis, donec revertamini ad Dominum in integro corde,
C pœnitentes, & ambulantes in omnibus mandatis Dei, & visitet vos Dominus in misericordia, & reducat a captivitate inimicorum vestrorum.

XXIV. Et post hæc orietur vobis astrum ex Jacob in pace, & exsurget homo ex semine meo, ut sol justitiæ, ambulans cum filiis hominum in mansuetudine & justitia, & quidquam peccati non invenietur in eo. Et aperientur super ipsum cæli, ad effundendum Spiritum, benedictionem Patris sancti: & ipse effundet Spiritum gratiæ super vos, & eritis ei filii in veritate, & ambulabitis in præceptis illius primis & ultimis. Hic est germen Dei altissimi, & hic est fons in vitam omnis
D carnis. Tunc refulgebit sceptrum regni mei, & a radice vestra nascetur propago: & in eo adscendet virga justitiæ gentibus, ut judicet & salvet omnes invocantes Dominum.

XXV. Et post hæc resurget Abraham, & Isaac, & Jacob in vitam; & ego, & fratres mei principes, sceptrum vestrum in Israel erimus. Levi primus, secundus ego, tertius Joseph, quartus Benjamin, quintus Simeon, sextus Isachar, & ita deinceps omnes. Et Dominus benedixit Levi; Angelus faciei me; virtutes gloriæ Simeon; cælum Ruben; Isachar terra; mare Zabulon; mon-
E tes Joseph; tabernaculum Benjamin; luminaria Dan; deliciæ Nepthalim; sol Gad; oliva Aser: & erit unus populus Domini, & lingua una; & non erit amplius Spiritus erroris Beliar, quoniam mittetur in ignem in sæculum. Et qui in tristitia mortui sunt, resurgent in gaudio; & qui in paupertate propter Dominum, ditabuntur; & qui in inopia, saturabuntur; & qui in infirmitate, fortificabuntur; & qui propter Dominum mortui sunt, evigilabunt in vita. Et cervi Jacob current in exsultatione, & aquilæ Israel volabunt in gaudio: impii vero tristabuntur, & peccatores lugebunt, & omnes populi glorificabunt Dominum in sæcula.

XXVI. Custodite igitur, filii mei, omnem legem

1 Ἀκολουθοῦντες, κληδόσι] Ἐξακολουθοῦντες, omissa sequenti voce κληδόσι. Grab.

2 Καὶ κύνας εἰς διασπασμὸν, ἐχθρῶν ϗ φίλων ὀνειδισμοὺς, ἀπώλειαν καὶ] Desunt omnia, & loco sequentis vocis σφακελισμὸν posita vox λιμὸν. Id.


3 Ὑπαρχόντων ἁρπαγὴν] Desunt. Id.

4 Ἀναγάπῃ] Ἀναγάγῃ, quæ lectio multo melior est altera prorsus vitiosa. Neque enim ἀναγάπη uspiam alibi legitur; nec sequens ἀπὸ ad aliquam vocem præcedentem referri potest. Id.

5 Καὶ πορεύσεσθε ἐν προστάγματι αὐτοῦ πρώτοις ϗ ἐσχάτοις] Desunt in Oxoniensi. Puto vero pro προστάγματι, legendum pluraliter προστάγμασι, ut sequentia verba indicant. Id.

6 Τότε ἀναλάμψει] Omissa omnia usque ad δοξάσουσι Κύριον εἰς αἰῶνας, sive usque ad finem sequentis paragraphi. Id.

7 Ἡμῶν] Lego potius ὑμῶν. Id.



SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 96.

Domini, quoniam spes est omnibus dirigentibus viam ejus. Et dixit eis: Centum decem & novem annorum ego morior hodie in oculis vestris. Nemo me sepeliat in pretiosa veste, vel ventrem meum rescindat, quoniam hæc facturi sunt regnantes. Et reducite me in Hebron vobiscum. Et quum hæc dixisset, obdormivit Judas: & fecerunt filii ejus secundum omnia quæ mandavit eis, & sepelierunt eum in Hebron cum patribus suis.

Κυρίου, ὅτι ἐλπὶς ἐστιν πᾶσι τοῖς κατευθύνουσι τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτούς· ριθ ἐτῶν ἀποθνήσκω ἐγὼ σήμερον ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν. Μηδείς με ἐνταφιάσῃ πολυτελεῖ ἐσθῆτι, ἢ ἀναῤῥήξοι τὴν κοιλίαν μου, ὅτι ταῦτα μέλλουσι ποιεῖν οἱ βασιλεύοντες. Καὶ ἀναγάγετέ με εἰς Χεβρὼν μεθ' ὑμῶν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐκοιμήθη Ἰούδας· καὶ ἐποίησαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ κατὰ πάντα, ὅσα ἐνετείλατο αὐτοῖς, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν Χεβρὼν μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ.

CAPUT V.

Testamentum Isachar, de Simplicitate.

I. TRansscriptum verborum Isachar. Quum vocasset filios suos, dixit eis: Audite filii Isachar patrem vestrum, auribus percipite verba dilecti a Domino. Ego sum natus quintus filius Jacob, in mercede mandragorarum. Ruben enim attulit mandragoras ex agro, & præobvians Rachel accepit eas. Flevit autem Ruben, & in voce ipsius exivit Lia mater mea. Mandragoræ autem erant mala odorifera, quæ producit terra Aram in excelso sub valle aquarum. Dixit autem Rachel: Non dabo hæc tibi, quoniam erunt mihi pro filiis. Erant autem mala duo. Et dixit Lia: Sufficiat tibi, quoniam accepisti virum virginitatis meæ; num & hæc accipies? Illa vero dixit: Ecce, sit Jacob tibi nocte hac pro mandragoris filii tui. Dixit autem ei Lia: Ne jactes, & ne glorieris; meus enim est Jacob, & ego uxor juventutis ejus. Rachel vero dixit: Quid igitur? quoniam mihi primo copulatus est, & propter me servivit patri nostro annis quatuordecim. Quid tibi faciam, quoniam multiplicatus est dolus & astutia hominum, & dolus procedit in terra? Si autem secus esset, non utique tu videres faciem Jacob: non enim uxor ipsius tu es, sed in dolo pro me inducta es. Et seduxit me pater meus, & transferens me nocte illa, non permisit me videre; quoniam si fuissem illic, non factum fuisset hoc. Et dixit Rachel: Accipe unam mandragoram, & pro una in mercedem do tibi eum in una nocte. Et cognovit Jacob Liam, & concipiens me peperit; & propter mercedem vocatus sum Isachar.

II. Tunc apparuit Jacob Angelus Domini, dicens, quod duos filios Rachel pariet, quoniam respuit coitum viri, & elegit continentiam. Et nisi Lia mater mea pro coitu reddidisset duo mala, octo filios paritura fuisset; propter hoc sex peperit, duos vero Rachel, quoniam in mandragoris visitavit eam Dominus. Scivit enim, quod propter filios voluit coire cum Jacob, & non propter desiderium voluptatis. Apponens enim & in crastino reddidit Jacob, ut acciperet & aliam mandragoram. Propter hoc in mandragoris exaudivit Dominus Rachel; quoniam & desiderans eas, non comedit, sed reposuit eas in domo Domini, offerens Sacerdoti Altissimi, qui erat in tempore illo.

III. Quando igitur factus sum vir, filii mei, ambulavi in rectitudine cordis, & factus sum agricola patrum meorum, & fratrum meorum, & attuli fructus ex agris secundum tempus eorum, & benedixit mihi pater meus, videns quod in simplicitate ambulabam. Et non eram perscrutator in actibus meis, neque perniciosus & invidens pro-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Διαθήκη Ἰσαχάρ, περὶ ἁπλότητος.

Α'. ΑΝτίγραφον λόγων Ἰσαχάρ. Καλέσας τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· Ἀκούσατε, τέκνα, Ἰσαχὰρ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ἐνωτίσασθε ῥήματα [1] ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου. Ἐγὼ ἐτέχθην πέμπτος υἱὸς τῷ Ἰακὼβ, ἐν μισθῷ τῶν μανδραγόρων. [2] Ἰακὼβ γὰρ ἤνεγκε [3] μανδραγόρους ἐκ τοῦ ἀγροῦ, καὶ προαπαντήσασα Ῥαχὴλ ἔλαβεν [4] αὐτούς. Ἔκλαιε δὲ Ῥουβὴμ, καὶ ἐπὶ τῇ φωνῇ αὐτοῦ ἐξῆλθε Λία ἡ μήτηρ μου. [5] Ταῦτα δὲ ἦσαν μῆλα εὐώδημα, ἃ ἐποίει ἡ γῆ Ἀρὰμ ἐν ὕψει ὑποκάτω φάραγγος ὑδάτων. Εἶπε δὲ Ῥαχήλ· Οὐ δώσω σοι αὐτὰ, ὅτι ἔσονταί μοι ἀντὶ τέκνων. Ἦσαν δὲ μῆλα δύο. Καὶ εἶπε Λία· Ἱκανούσθω σοι, ὅτι ἔλαβες τὸν ἄνδρα παρθενείας μου. μὴ καὶ ταῦτα λήψῃ; Ἡ δὲ εἶπεν· Ἰδοὺ, ἔστω σοι Ἰακὼβ τὴν νύκτα ταύτην ἀντὶ τῶν μανδραγόρων τοῦ υἱοῦ σου. Εἶπε δὲ Λία πρὸς αὐτήν· Μὴ καυχῶ, καὶ μὴ δοξάζου· ἐμὸς γάρ ἐστιν ὁ Ἰακὼβ, κἀγὼ γυνὴ νεότητος αὐτοῦ. Ἡ δὲ Ῥαχὴλ εἶπε· Τί οὖν; ὅτι ἐμοὶ [6] πρῶτον ἡρμόσθη, καὶ δι' ἐμὲ ἐδούλευσε τῷ πατρὶ ἡμῶν ἔτη ιδ. Τί σοι ποιήσω, ὅτι ἐπληθύνθη ὁ δόλος καὶ ἡ πανουργία τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ δόλος προχωρεῖ ἐπὶ τῆς γῆς; Εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἂν ἧς σὺ ὁρῶσα πρόσωπον Ἰακὼβ. οὐ γὰρ γυνὴ αὐτοῦ εἶ σὺ, ἀλλ' ἐν δόλῳ ἀντ' ἐμοῦ εἰσήχθης. Καὶ ἐπλάνησέ με ὁ πατήρ μου, καὶ μεταστήσας με τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, οὐκ εἴασέ με ἰδεῖν· ὅτι εἰ ἤμην ἐκεῖ, οὐκ ἐγίνετο τοῦτο. Καὶ εἶπε Ῥαχήλ· Λάβε [7] ἕνα μανδραγόραν, καὶ ἀντὶ [8] τοῦ ἑνὸς ἐκμισθῶ σοι αὐτὸν ἐν μιᾷ νυκτί. Καὶ ἔγνω Ἰακὼβ τὴν Λίαν, καὶ συλλαβοῦσά με ἔτεκε· καὶ διὰ τὸν μισθὸν ἐκλήθην Ἰσαχάρ.

Β'. Τότε ὤφθη τῷ Ἰακὼβ ἄγγελος Κυρίου, λέγων, ὅτι δύο τέκνα Ῥαχὴλ τέξεται, ὅτι διέπτυσε συνουσίαν ἀνδρὸς, καὶ ἐξελέξατο ἐγκράτειαν. Καὶ εἰ μὴ Λία ἡ μήτηρ μου ἀπέδωκεν ἀντὶ συνουσίας τὰ δύο μῆλα, ὀκτὼ υἱοὺς εἶχε τεκεῖν· διὰ τοῦτο ἓξ ἔτεκε, τοὺς δὲ δύο Ῥαχὴλ, ὅτι ἐν μανδραγόραις ἐπεσκέψατο αὐτὴν ὁ Κύριος. Εἶδε γὰρ, ὅτι διὰ τέκνα ἤθελε συνεῖναι τῷ Ἰακὼβ, καὶ οὐ διὰ φιληδονίαν. Προσθεῖσα γὰρ καὶ τῇ ἐπαύριον ἀπέδοτο τὸν Ἰακὼβ, ἵνα λάβῃ καὶ [9] τὸν ἄλλον μανδραγόραν. Διὰ τοῦτο ἐν [10] τοῖς μανδραγόραις ἐπήκουσε Κύριος τῆς Ῥαχήλ· ὅτι καίγε ποθήσασα [11] αὐτοὺς, οὐκ ἔφαγεν, ἀλλ' ἀνέθηκεν αὐτοὺς ἐν οἴκῳ Κυρίου, προσενέγκασα τῷ ἱερεῖ ὑψίστου, τῷ ὄντι ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ.

Γ'. Ὅτε οὖν ἡδρύνθην, τέκνα μου, ἐπορευόμην ἐν εὐθύτητι καρδίας, καὶ ἐγενόμην γεωργὸς τῶν πατέρων μου, καὶ τῶν ἀδελφῶν μου, καὶ ἔφερον καρποὺς ἐξ ἀγρῶν κατὰ καιρὸν αὐτῶν, καὶ εὐλόγησέ με ὁ πατήρ μου, βλέπων, ὅτι ἐν ἁπλότητι πορεύομαι. Καὶ οὐκ ἤμην περίεργος ἐν ταῖς πράξεσί μου, οὐδὲ [12] πονηρὸς καὶ βασκα-

1 Ἠγαπημένοι] Ἠγαπημένου. GRAB.
2 Ἰακώβ] Ῥουβήμ: & quidem recte, unde & Latinam versionem correxi. ID.
3 Μανδραγόρους] Μανδραγόραν. ID.
4 Αὐτούς] Αὐτήν. ID.
5 Ταῦτα δὲ ἦσαν μῆλα εὐώδημα] Αὗται δὲ ἦν μῆλα εὔοσμα. ID.
6 Πρῶτον] Πρότερόν σου. ID.
7 Ἕνα] Μίαν. ID.
8 Τοῦ ἑνὸς ἐκμισθῶ] Ταύτης ἐκμισθώσω. ID.
9 Τὸν ἄλλον μανδραγόραν] Τὴν ἄλλην μανδραγόραν. ID.
10 Τοῖς μανδραγόραις] Ταῖς μανδραγόραις. ID.
11 Αὐτούς] Αὐτάς. Sic & paullo post. ID.
12 Πονηρός] Φθονερός. ID.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 96.

... τῷ πλησίον μου · οὐ κατελάλησά τινος, οὐ-δὲ ... βίον ἀνθρώπου, πορευόμενος ἐν ἁπλότητι ὀφθαλμῶν. Διὰ τοῦτο τριάκοντα [1] ἐτῶν ἔλαβον ἐμαυτῷ γυναῖκα, ὅτι ὁ κάματος κατήσθιε τὴν ἰσχύν μου · καὶ οὐκ ἐνενόουν ἡδονὴν γυναικὸς, ἀλλὰ διὰ τοῦ κόπου ὕπνος μοι περιεγένετο, καὶ πάντοτε ἔχαιρεν ἐπὶ τῇ ἁπλότητί μου ὁ πατήρ μου. Εἴτι γὰρ ἔκαμνον, πᾶσαν [2] ὀπώραν, καὶ πᾶν πρωτογένημα πρῶτον διὰ τοῦ ἱερέως Κυρίῳ προσέφερον, ἔπειτα τῷ πατρί μου, καὶ τότε ἐγώ. Καὶ Κύριος ἐδιπλασίασε τὰ ἀγαθὰ ἐν χερσί μου. Ἤδει δὲ καὶ Ἰακὼβ, ὅτι ὁ Θεὸς συνεργεῖ τῇ ἁπλότητί μου · παντὶ γὰρ πένητι καὶ παντὶ θλιβομένῳ παρεῖχον τῆς γῆς τὰ ἀγαθὰ ἐν ἁπλότητι καρδίας.

Δ'. Καὶ νῦν ἀκούσατέ μου, τέκνα, καὶ πορεύεσθε ἐν ἁπλότητι καρδίας, ὅτι εἶδον ἐν αὐτῇ πᾶσαν εὐαρέστησιν Κυρίου. Ὁ ἁπλοῦς χρυσίον οὐκ ἐπιθυμεῖ, τὸν πλησίον οὐ πλεονεκτεῖ, βρωμάτων ποικίλων οὐκ ἐφίεται, ἐσθῆτα διάφορον οὐ θέλει, χρόνους μακροὺς οὐχ ὑπογράφει ζῆν, ἀλλὰ μόνον ἐκδέχεται τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ · καίγε τὰ πνεύματα τῆς πλάνης [4] οὐκ ἰσχύουσι πρὸς αὐτόν. Οὐ γὰρ εἶδεν ἐπιδέξασθαι κάλλος θηλείας, ἵνα μὴ ἐν διαστροφῇ μιάνῃ τὸν νοῦν αὐτοῦ · οὐ ζῆλος ἐν διαβουλίοις αὐτοῦ ἐπελεύσεται · οὐ βασκανία ἐκτήκει ψυχὴν αὐτοῦ, οὐδὲ [5] πορισμὸν ἐν ἀπληστίᾳ ἐννοεῖ · πορεύεται δὲ ἐν εὐθύτητι [6] ζωῆς, καὶ πάντα ὁρᾷ ἐν ἁπλότητι, μὴ ἐπιδεχόμενος ὀφθαλμοῖς πονηρίας ἀπὸ τῆς πλάνης τοῦ κόσμου, ἵνα μὴ ἴδῃ [7] διεστραμμένως τι τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου.

Ε'. Φυλάξατε οὖν, τέκνα μου, νόμον Θεοῦ, καὶ τὴν ἁπλότητα κτήσασθε, καὶ ἐν ἀκακίᾳ πορεύεσθε, μὴ περιεργαζόμενοι ἐντολὰς Κυρίου, καὶ τοῦ πλησίον τὰς πράξεις · ἀλλ' ἀγαπᾶτε Κύριον καὶ τὸν πλησίον, πένητα καὶ ἀσθενῆ ἐλεήσατε. Ὑποθέτε τὸν νῶτον ὑμῶν εἰς τὸ γεωργεῖν, καὶ ἐργάζεσθαι ἐν ἔργοις γῆς, καθ' ἑκάστην γεωργίαν δῶρα μετ' εὐχαριστίας Κυρίῳ προσφέροντες · ὅτι ἐν πρωτογεννήμασι καρπῶν γῆς εὐλόγησέ σε Κύριος, καθὼς εὐλόγησε πάντας τοὺς ἁγίους, ἀπὸ Ἄβελ ἕως τοῦ νῦν. Οὐ γὰρ δέδοταί σοι ἄλλη μερὶς, ἢ τῆς πιότητος τῆς γῆς, ἧς ἐν πόνοις οἱ καρποί · ὅτι καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰακὼβ ἐν εὐλογίαις γῆς καὶ ἀπαρχῶν καρπῶν εὐλόγησέ με. Καὶ ὁ Λευῒ καὶ ὁ Ἰούδα ἐδοξάσθησαν παρὰ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Ἰακώβ. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος ἐκληρώσεν ἐν αὐτοῖς, καὶ τῷ μὲν ἔδωκε τὴν ἱερατείαν, τῷ δὲ βασιλείαν. Αὐτοῖς ὑπακούσατε, καὶ τῇ ἁπλότητι τοῦ πατρὸς ὑμῶν περιπατήσατε · ὅτι καὶ τῷ Γὰδ ἐδόθη ἀπολέσαι τὰ πειρατήρια τὰ ἐπερχόμενα Ἰσραήλ.

Ϛ'. Οἶδα δὲ, τέκνα μου, ὅτι ἐν ἐσχάτοις καιροῖς καταλείψουσιν οἱ υἱοὶ [8] ἡμῶν τὴν ἁπλότητα, καὶ κολληθήσονται τῇ ἀπληστίᾳ · καὶ ἀφέντες τὴν ἀκακίαν, προσπελάσουσι τῇ κακουργίᾳ, καὶ [9] καταλιπόντες τὰς ἐντολὰς Κυρίου, κολληθήσονται τῷ Βελιάρ · καὶ ἀφέντες τὸ γεώργιον, ἐξακολουθήσουσι τοῖς πονηροῖς διαβουλίοις αὐτῶν, καὶ διασπαρήσονται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ δουλεύσουσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν. Καὶ ὑμεῖς οὖν εἴπατε ταῦτα τοῖς τέκνοις ὑμῶν, ὅπως, ἐὰν [10] ἁμαρτήσωσι, τάχιον ἐπιστρέψωσι πρὸς Κύριον · ὅτι ἐλεήμων ἐστὶ, καὶ ἐξελεῖται αὐτοὺς, [11] τοῦ ἐπιστρέψαι εἰς τὴν γῆν αὐτῶν.

Ζ'. Ρκβ ἐτῶν εἰμι ἐγώ · καὶ οὐκ ἔγνων ἐπ' ἐμὲ ἁμαρτίαν εἰς θάνατον. Πλὴν τῆς γυναικός μου, οὐκ ἔγνων

ximo meo; non oblocutus ſum alicui, neque vituperavi vitam hominis, ambulans in ſimplicitate oculorum. Propter hoc triginta annorum accepi mihimet uxorem, quoniam labor devoraverat fortitudinem meam. Et non animadvertebam voluptatem mulieris, ſed per laborem ſomnus meus circumdedit me, & ſemper gaviſus eſt in ſimplicitate mea pater meus. Si quid enim laborabam, omnem fructum & omne primum germen primum per Sacerdotem Domino offerebam, deinde patri meo, & tunc ego [3]. Et Dominus duplicavit bona in manibus meis. Scivit autem & Jacob, quod Deus cooperatur ſimplicitati meæ: omni enim pauperi & omni afflicto tribuebam terræ bona in ſimplicitate cordis.

IV. Et nunc audite me, filii, & ambulate in ſimplicitate cordis, quoniam novi in ipſa omne beneplacitum Domini. Simplex aurum non concupiſcit, proximum non circumvenit, cibos varios non appetit, veſtem diverſam non vult, tempora longa ſibi non præſcribit vivere, ſed ſolum recipit voluntatem Dei; & Spiritus erroris nil valebunt adverſus eum. Non enim novit recipere pulcritudinem mulieris, ut non in perverſione coinquinet mentem ſuam; non zelus in conſiliis ejus ſuperveniet; non invidia liquefacit animam ejus, neque lucrum in inſatiabilitate excogitat: ſed ambulat in rectitudine vitæ, & omnia videt in ſimplicitate, non recipiens oculis malignitates ab errore mundi, ut non videat perverſe aliquod mandatorum Dei.

V. Cuſtodite igitur, filii mei, legem Dei, & ſimplicitatem poſſidete, & in innocentia ambulate, non nimis curioſe ſcrutantes mandata Domini, & proximi actiones; ſed diligite Dominum & proximum, pauperis & infirmi miſeremini. Supponite dorſum veſtrum ad agrum colendum, & laborandum in operibus terræ, ſecundum unamquamque agriculturam dona cum gratiarum actione Domino offerentes; quoniam in primis germinibus fructuum terræ benedixit tibi Dominus, ſicut benedixit omnibus ſanctis, ab Abel uſque ad hoc tempus. Non enim datur tibi alia pars, quam pinguedinis terræ, cujus in doloribus ſunt fructus; quoniam & pater noſter Jacob in benedictionibus terræ & primitiarum fructuum benedixit mihi. Et Levi & Judas glorificati ſunt a Domino in filiis Jacob. Etenim Deus hereditatem aſſumſit ex illis; & huic quidem dedit ſacerdotium, huic vero regnum. Eis ergo obedite, & in ſimplicitate patris veſtri ambulate; quoniam & Gad datum eſt perdere tentationes ſupervenientes Iſrael.

VI. Novi vero, filii mei, quod in extremis temporibus derelinquent filii veſtri ſimplicitatem, & adhærebunt avaritiæ; & dimittentes innocentiam, appropinquabunt malignitati; & derelinquentes mandata Dei, adhærebunt Beliar; & dimittentes agriculturam, ſequentur pernicioſa conſilia ſua, & diſpergentur in gentibus, & ſervient inimicis ſuis. Et vos igitur dicite filiis veſtris, ut ſi peccent, velociter revertantur ad Dominum; quoniam miſericors eſt, & eripiet eos, ut revertantur in terram ſuam.

VII. Centum viginti duo annorum ſum ego; & non cognovi ſuper me peccatum in mortem. Præ-

1 Τριάκοντα] Πέντε, *add.* Grab.
2 Ὀπώραν] Ὥραν. Id.
3 *Et tunc ego*] *Heic aliquid deeſſe videtur.* Id.
4 Οὐκ] Οὐδέν. Id.
5 Πορισμόν] Περισπασμόν. Id.
6 Ζωῆς] Ψυχῆς. Id.
7 Διεστραμμένως τι τῶν ἐντολῶν] Διεστραμμένας τὰς ἐντολάς. Id.
8 Ἡμῶν] Ὑμῶν puto legendum, uti Robertus legiſſe videtur; licet Oxonienſis pariter ac Cantabrigienſis Codex habeat ἡμῶν. Id.
9 Καταλιπόντες] Καταλιμπάνοντες. Id.
10 Ἁμαρτήσωσι] Ἁμάρτωσι. Id.
11 Τοῦ ἐπιστρέψαι εἰς τὴν γῆν αὐτῶν] Deſunt. Idem.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 96.

ter uxorem meam, non cognovi aliam; non fornicatus sum in elatione oculorum; vinum in aberrationem non bibi; omne desiderabile proximi non desideravi: dolus non factus est in corde meo; mendacium non adscendit per labia mea. Omni homini dolore cruciato congemui, & pauperi dedi panem meum. Non comedi solus; terminum non solvi; pietatem feci in omnibus diebus meis, & veritatem. Dominum dilexi in tota fortudine mea; similiter & omnem hominem dilexi, ut filios meos. Hæc & vos faciatis, filii mei, & omnis Spiritus Beliar fugiet a vobis; & omnis actio perniciosorum hominum non dominabitur vobis; & omnem agrestem feram servituti subjicietis, habentes vobiscum Deum cæli; ambulantes cum hominibus in simplicitate cordis. Et mandavit eis, ut reducant eum in Hebron, & illic eum sepeliant in spelunca cum patribus suis. Et extendit pedes suos, & mortuus est quintus (*filius Liæ,*) in senectute bona, omne membrum habens sanum, & potens dormivit somnum perpetuum.

ἄλλην· οὐκ ἐπόρνευσα ἐν μετεωρισμῷ ὀφθαλμῶν· οἶνον εἰς ἀποπλάνησιν οὐκ ἔπιον· πᾶν ἐπιθύμημα τοῦ πλησίον οὐκ ἐπόθησα· δόλος οὐκ ἐγένετο ἐν καρδίᾳ μου· ψεῦδος οὐκ ἀνῆλθε διὰ τῶν χειλέων μου. Παντὶ ἀνθρώπῳ ὀδυνωμένῳ συνεστέναξα, καὶ πτωχῷ μετέδωκα τὸν ἄρτον μου. Οὐκ ἔφαγον μόνος· ὅριον οὐκ ἔλυσα, [1] εὐσέβειαν ἐποίησα ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἐμοῦ, καὶ ἀλήθειαν. Τὸν Κύριον ἠγάπησα ἐν πάσῃ τῇ ἰσχύϊ μου· ὁμοίως καὶ πάντα ἄνθρωπον ἠγάπησα, [2] ὡς τὰ τέκνα μου. Ταῦτα ποιήσατε καὶ ὑμεῖς, τέκνα μου, καὶ πᾶν πνεῦμα τοῦ Βελιὰρ φεύξεται ἀφ᾽ ὑμῶν, καὶ πᾶσα πρᾶξις πονηρῶν ἀνθρώπων οὐ κυριεύσει ὑμῶν· καὶ πάντα ἄγριον θῆρα καταδουλώσεσθε, ἔχοντες μεθ᾽ ἑαυτῶν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ· συμπορευόμενοι τοῖς ἀνθρώποις ἐν ἁπλότητι καρδίας. Καὶ ἐνετείλατο αὐτοῖς, ὅπως ἀνάγωσιν αὐτὸν ἐν Χεβρὼν, κἀκεῖ αὐτὸν θάψωσιν ἐν τῷ σπηλαίῳ μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ. Καὶ ἐξέτεινε τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν [3] πέμπτος ἐν γήρει καλῷ, πᾶν μέλος ἔχων ὑγιὲς, καὶ ἰσχύων ὕπνωσεν ὕπνον αἰώνιον.

CAPUT VI.

Testamentum Zabulon, de Commiseratione & Misericordia.

I. TRansscriptum Zabulon, quod disposuit filiis suis centesimo decimo quarto anno vitæ suæ, post duos annos mortis Joseph. Et dixit eis: Audite me, filii Zabulon, attendite verbis patris vestri. Ego sum Zabulon, datio bona genitoribus meis. Quum enim genitus essem, valde auctus est pater noster & gregibus & armentis, quando in variis virgis habuit sortem. Non novi, filii mei, quod peccavi in diebus meis, præterquam mente; neque recordor, quod iniquitatem feci, præter ignorantiam quam feci in Joseph, quoniam celavi cum fratribus meis, ut non dicerem patri meo quod factum erat. Et flevi multum in abscondito: timui enim fratres meos, quoniam conspirabant omnes simul, ut si quis revelaret mysterium, occiderent eum gladio. Verumtamen, quando volebant occidere eum, multa testificatus sum eis cum lacrymis, ut non facerent iniquitatem hanc.

II. Venerunt enim Simeon & Gad in Joseph, ut occiderent eum; & cadens super faciem Joseph, dixit eis: Miseremini mei, fratres mei, miseremini viscerum Jacob patris nostri. Ne injiciatis in me manus vestras, ad effundendum sanguinem innocentem, quoniam non peccavi in vos. Si vero peccavi, in disciplina erudite me: manum autem vestram ne inferatis propter Jacob patrem nostrum. Ut autem dixit verba hæc, miseratione commotus sum, & incepi flere, & hepata mea resoluta sunt in me, & omnis subsistentia viscerum meorum laxata est super animam meam. Flevit autem & Joseph, & ego cum ipso, & intremuit cor meum, & juncturæ corporis mei expaverunt, & non potui stare. Et videns me flentem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ΄.

Διαθήκη Ζαβουλὼν, περὶ εὐσπλαγχνίας καὶ ἐλέους.

Α΄. ΑΝτίγραφον Ζαβουλὼν, ὃ διέθετο τοῖς τέκνοις αὐτοῦ ἑκατοστῷ [4] τεσσαρακοστῷ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ, μετὰ δύο ἔτη τοῦ θανάτου Ἰωσήφ. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς. Ἀκούσατέ μου, [5] υἱοὶ Ζαβουλὼν, προσέχετε ῥήμασι πατρὸς ὑμῶν. Ἐγώ εἰμι Ζαβουλὼν, [6] δόσις ἀγαθὴ τοῖς γονεῦσί μου. Ἐν γὰρ τῷ γεννηθῆναί με, ηὐξήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν ἕως σφόδρα, καὶ τὰ ποίμνια, καὶ τὰ βουκόλια, ὅτε ἐν ταῖς ποικίλαις ῥάβδοις εἶχε τὸν κλῆρον. Οὐκ ἔγνων, τέκνα μου, ὅτι ἥμαρτον ἐν ταῖς ἡμέραις, παρεκτὸς ἐννοίας· οὐδὲ μιμνήσκομαι, ὅτι παρανομίαν ἐποίησα, πλὴν τὴν ἄγνοιαν, ἣν ἐποίησα ἐπὶ Ἰωσήφ, ὅτι [7] ἐσκέπασα ἐπὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου, μὴ εἰπεῖν τῷ πατρί μου τὸ γενόμενον. [8] Καὶ ἔκλαιον πολλὰ ἐν κρυφῇ· ἐφοβούμην γὰρ τοὺς ἀδελφούς μου, ὅτι συνέθεντο πάντες ὁμοῦ, εἴτις ἐξείπῃ τὸ μυστήριον, ἀναιρεθῆναι αὐτὸν μαχαίρᾳ. Πλὴν δὲ, ὅτε ἐβούλοντο ἀνελεῖν αὐτὸν, πολλὰ διεμαρτυράμην αὐτοῖς μετὰ δακρύων, τοῦ μὴ ποιῆσαι τὴν ἀνομίαν ταύτην.

Β΄. Ἦλθον γὰρ Συμεὼν καὶ Γὰδ ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ, τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν· καὶ πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον Ἰωσὴφ, ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἐλεήσατέ με, ἀδελφοί μου, οἰκτειρήσατε σπλάγχνα Ἰακὼβ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. Μὴ ἐπαγάγητε ἐπ᾽ ἐμὲ τὰς χεῖρας ὑμῶν, τοῦ ἐκχέαι αἷμα ἀθῶον, ὅτι οὐχ ἥμαρτον εἰς ὑμᾶς. Εἰ δὲ ἥμαρτον, ἐν παιδείᾳ παιδεύσατέ με· τὴν δὲ χεῖρα ὑμῶν μὴ ἐπενέγκατε διὰ Ἰακὼβ τὸν πατέρα ἡμῶν. Ὡς δὲ ἔλεγε τὰ ῥήματα ταῦτα, εἰς οἶκτον ἦλθον ἐγὼ, καὶ ἠρξάμην κλαίειν, καὶ τὰ ἥπατά μου ἐξελύθησαν ἐπ᾽ ἐμὲ, καὶ πᾶσα ἡ ὑπόστασις τῶν σπλάγχνων ἐχαυνοῦτο ἐπὶ τὴν ψυχήν μου. Ἔκλαιε δὲ καὶ Ἰωσὴφ, κἀγὼ σὺν αὐτῷ, καὶ ἐβόμβει ἡ καρδία μου, καὶ οἱ ἁρμοὶ τοῦ σώματός μου ἐξέστησαν, καὶ οὐκ ἠδυνάμην στῆναι. Καὶ ἰδών με συγ-

1 Εὐσέβειαν ἐποίησα ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἐμοῦ, καὶ ἀλήθειαν] Εὐσέβειαν ἐποίησα, ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις μου ἀλήθειαν ἐποίησα. GRAB.

2 Ὡς] Ὑπέρ. ID.

3 Πέμπτος] Deest. ID.


4 Τεσσαρακοστῷ] Τετάρτῳ legendum, licet tam in Oxoniensi, quam Cantabrigiensi Codice habeatur τεσσαρακοστῷ, quamvis in illo ultima pars hujus vocis deleta sit, quod error Chronologicus deprehenderetur. Ruben enim frater natu maximus, eodem quo Zabulon, anno, secundo scilicet post mortem Josephi, defunctus dicitur supra *Testam.* I, §. I. Atqui is ibidem mortuus dicitur CXXV. anno vitæ ipsius. Non igitur Zabulon, frater junior, annum CL. attingere potuit, sed utique CXIV. anno mortuus est, ut Latini Codices, Manuscripti pariter ac impressi, habent. Sed in his male XXXII. pro duobus annis positi sunt. ID.

5 Υἱοὶ Ζαβουλών] Λόγων add. ID.

6 Δόσις ἀγαθή] Alludit ad verba matris Leæ, quæ protulisse dicitur, quando eum enixa erat, *Genes.* XXX. 20. *Bonam portionem largitus est mihi Deus: etiam hac vice habitabit maritus meus mecum, eo quod genuerim ei sex filios: & idcirco appellavit nomen ejus Zabulon.* Consule interpretes in hunc locum. ID.

7 Ἐσκέπασα] Ἐβεβαίωσα. ID.

8 Καὶ ἔκλαιον πολλὰ ἐν κρυφῇ· ἐφοβούμην γὰρ τοὺς] Ἀλλ᾽ ἔκλαιον κρυφῇ ἡμέρας πολλὰς περὶ Ἰωσήφ· καὶ ἐφοβούμην τοὺς. ID.



κλαίοντα αὐτῷ, κἀκείνους ἐπερχομένους ἀνελεῖν αὐτὸν, κατέφυγεν ὀπίσω μου, δεόμενος αὐτῶν. Ἀναστὰς δὲ Ῥουβὴμ εἶπεν· Ἀδελφοὶ, μὴ ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ ῥίψωμεν αὐτὸν εἰς ἕνα τῶν λάκκων τῶν ξηρῶν τούτων, ὧν ὤρυξαν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ οὐχ εὗρον ὕδωρ. Διὰ γὰρ τοῦτο ἐκώλυσε Κύριος ὕδωρ ἀναβλῦσαι ἐν αὐτοῖς, ἵνα γένηται περιποίησις τῷ Ἰωσήφ. Καὶ ἐποίησε Κύριος οὕτως, ἕως οὗ αὐτὸν τοῖς Ἰσμαηλίταις ἐπώλησαν.

Γ. Καὶ [1] γὰρ τῆς τιμῆς τοῦ Ἰωσὴφ ἐγὼ οὐκ ἐκοινώνησα, τέκνα, ἀλλὰ Συμεὼν, καὶ Γὰδ, καὶ οἱ [3] ἀδελφοὶ ἓξ ἄλλοι ἡμῶν λαβόντες τὴν τιμὴν τοῦ Ἰωσὴφ, ἐπρίαντο ὑποδήματα ἑαυτοῖς, καὶ ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν, εἰπόντες· Ὅτι τιμὴ αἵματός ἐστιν ἀδελφοῦ ἡμῶν αὕτη, οὐ φαγώμεθα αὐτὴν ἀλλὰ καταπατήσει καταπατήσωμεν αὐτὴν, ἀνθ' ὧν εἶπε [4] βασιλεύειν ἐφ' ἡμᾶς· καὶ ἴδωμεν, τί ἐστι τὰ ἐνύπνια αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο [5] ἐν γραφῇ νόμου ἘΝΏΧ γέγραπται, τὸν μὴ θέλοντα σπέρμα ἀναστῆσαι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, [6] ὑπολυθήσεσθαι τὸ ὑπόδημα, καὶ ἐμπτύεσθαι εἰς τὸ πρόσωπον. Καὶ οἱ ἀδελφοὶ Ἰωσὴφ οὐκ ἠθέλησαν [7] εἰς ζωὴν ἀδελφοῦ αὐτῶν· καὶ Κύριος ὑπέλυσεν αὐτοῖς τὸ ὑπόδημα [8] Ἰωσήφ. Καὶ γὰρ ἐλθόντες ἐν Αἰγύπτῳ, ὑπελύθησαν ὑπὸ τῶν παίδων Ἰωσὴφ [10] κατὰ τὸν τύπον τοῦ Φαραώ. Οὐ μόνον δὲ προσεκύνησαν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ἐνεπτύσθησαν, παραχρῆμα πεσόντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ· καὶ οὕτως ᾐσχύνθησαν ἔμπροσθεν τῶν Αἰγυπτίων. Μετὰ ταῦτα γὰρ ἤκουσαν οἱ Αἰγύπτιοι πάντα τὰ κακὰ ἃ ἐποιήσαμεν τῷ Ἰωσήφ.

Δ' Μετὰ ταῦτα ἔβαλον ἐσθίειν ἐκεῖνοι. Ἐγὼ γὰρ δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας οὐκ ἐγευσάμην, σπλαγχνιζόμενος ἐπὶ Ἰωσήφ. Καὶ Ἰούδας οὐ συνέτρωγεν αὐτοῖς· προσεῖχε δὲ τῷ λάκκῳ, ὅτι ἐφοβεῖτο, μὴ ἀποπηδήσαντες Συμεὼν καὶ Γὰδ ἀνέλωσιν αὐτόν. Καὶ ὁρῶντες κἀμὲ μὴ ἐσθίοντα, ἔθεντό με τηρεῖν αὐτὸν, ἕως οὗ ἐπράθη. Ἐποίησε δὲ ἐν τῷ λάκκῳ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, καὶ οὕτως ἐπράθη ἄσιτος. Καὶ ἀκούσας Ῥουβὴμ, ὅτι ἐπράθη ἀπόντος αὐτοῦ, περιεσχισάμενος ἐθρήνει, λέγων· Πῶς ὄψομαι τὸ πρόσωπον Ἰακὼβ τοῦ πατρός μου; Καὶ λαβὼν τὸ ἀργύριον, [11] κατέδραμε τοῖς ἐμπόροις, καὶ [12] οὐδὲν εὗρεν· ἀφέντες γὰρ τὴν ὁδὸν τὴν μεγάλην, ἐπορεύθησαν διὰ [13] τρωγλοκολπητῶν ἐν τῇ συντόμῳ· καὶ οὐκ [14] ἔφαγε Ῥουβὴμ ἄρτον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Προσελθὼν οὖν ὁ Δὰν εἶπεν αὐτῷ· Μὴ κλαῖε, μηδὲ πένθει· εὗρον γὰρ, τί εἴπωμεν τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἰακώβ. Θύσομεν [15] χίμαρρον αἰγῶν, καὶ ἐμβάψομεν τὸν χιτῶνα Ἰωσὴφ, καὶ ἐροῦμεν· Ἐπίγνωθι, εἰ χιτὼν τοῦ υἱοῦ σου ἐστὶν οὗτος· [16] τὸν γὰρ χιτῶνα τοῦ πατρὸς ἡμῶν ἐξέδυσαν τὸν Ἰωσὴφ ἐν τῷ μέλλειν πιπράσκειν αὐτὸν, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν ἱμάτιον παλαιὸν δούλου. Τὸν δὲ χιτῶνα εἶχε Συμεὼν, καὶ οὐκ ἤθελε δοῦναι αὐτὸν, θέλων τῇ ῥομφαίᾳ αὐτοῦ κατακόψαι αὐτὸν, ὀργιζόμενος, ὅτι ἔζησε, καὶ οὐκ ἀνεῖλεν αὐτόν. Ἀναστάντες δὲ κατ' αὐτοῦ πάντες ὁμοῦ, εἴπομεν· Ὅτι ἐὰν μὴ δῷς, ἐροῦμεν, ὅτι σὺ μόνος ἐποίησας τὸ πονηρὸν [17] ἐν Ἰσραήλ. Καὶ οὕτως δίδωσιν αὐτὸν, καὶ ἐποίησαν, καθὼς εἶπεν ὁ Δάν.

A cum eo, & illos supervenientes ad occidendum eum, refugit post me, deprecans ipsos. Exsurgens autem Ruben, dixit: Fratres, ne occidamus eum, sed projiciamus eum in unum lacuum horum siccorum, quos foderunt patres nostri, & non invenerunt aquam. Propter hoc enim prohibuit Dominus adscendere aquam in eis, ut fieret protectio Joseph. Et fecit Dominus ita, donec venderunt eum Ismaelitis.

III. Etenim in pretio Joseph ego non [2] communicavi, filii; sed Simeon, & Gad, & alii sex fratres nostri accipientes pretium Joseph, emerunt B calceamenta sibi ipsis, & uxoribus suis, & filiis suis, dicentes: Quoniam pretium sanguinis est fratris nostri hoc, ne comedamus ipsum, sed conculcatione conculcemus ipsum, pro eo quod dixit, se regnaturum super nos: & videamus quid portendant somnia ejus. Propter hoc in scripturis legis Enoch scriptum est, non volenti suscitare semen fratri suo, solvendum calceamentum, & conspuendum in faciem. Et fratres Joseph non voluerunt vitam fratris eorum: & Dominus solvit eis calceamentum Joseph. Etenim venientes in Æ- C gyptum, soluti sunt a pueris Joseph ante [9] portam, & ita adoraverunt Joseph, secundum typum Pharaonis. Non solum autem adoraverunt eum, sed etiam consputi sunt, confestim procidentes coram eo: & sic confusi sunt coram Ægyptiis. Post hæc enim audierunt Ægyptii omnia mala, quæ fecimus Joseph.

IV. Post hæc apposuerunt illi (*fratres*) cibum, ut comederent. Ego enim per duos dies & duas noctes non gustavi (*cibum*,) miseratus Joseph. Et Judas non comedit cum eis; intendebat autem in lacum, quoniam timebat, ne resilientes Simeon D & Gad interficerent eum. Et videntes me non comedentem, posuerunt me custodire ipsum, quousque venditus est. Fuit autem in lacu tres dies & tres noctes, & ita venditus est impastus. Et audiens Ruben, quod venditus esset absente eo, circumscissus plorabat, dicens: Quomodo videbo faciem Jacob patris mei? Et accipiens argentum cucurrit ad mercatores, & neminem invenit: dimittentes enim viam magnam, ambulaverunt per asperos sinus in via compendiaria: & non comedit Ruben panem in die illa. Accedens igitur Dan dixit ei: Ne fleas, neque tristeris: inveni enim E quid dicamus patri nostro Jacob. Occidemus hircum caprorum, & tingemus tunicam Joseph, & dicemus: Cognosce, si tunica filii tui sit ista; tunica enim patris nostri exuerunt Joseph, quum vendituri essent eum, & induerunt eum vestimentum vetus servi. Tunicam vero habuit Simeon, & noluit dare eam, volens gladio suo discindere eam, iratus quod viveret, & non occidisset eum. Exsurgentes autem adversus eum omnes simul diximus: Quod si non des, dicemus, quod tu solus fecisti hoc malum in Israel. Et ita dedit eam; & fecerunt, sicut dixit Dan.

1 Γὰρ τῆς τιμῆς] Τὸ τίμημα. GRAB.
2 *Communicavi*] i. e. *nullam partem ejus accepi*. ID.
3 Ἀδελφοὶ ἓξ] Ἓξ ἀδελφοί. ID.
4 Βασιλεύειν] Ὅτι βασιλεύσει. ID.
5 Ἐν γραφῇ νόμου Ἐνὼχ γέγραπται] Idem legitur Deuteronomii xxv. 7. seq. ac proinde notanda convenientia inter legem Mosis, & eam quæ Enocho auctori adscripta est. Ceterum quod Christus de circumcisione dixit *Joan.* VII. 22. eam *non ex Mose, sed ex patribus esse*, id de præcepto quoque suscitandi fratri seminis verum esse colligitur ex *Genes.* XXXVIII. 9. adeoque nec vero est absimile, ritum calcei detrahendi & expuendi in faciem ejus, qui fratris nomen propagare recusaverit, jam olim usitatum fuisse; sicut alia excalceatio, qua propinquus alteri suo cedebat, *mos antiquus in Israel fuisse* dicitur, *Ruth.* IV. 7. ID.
6 Ὑπολυθήσεσθαι] Ὑποδήσεσθαι male. ID.
7 Εἰς] Omissum. ID.
8 Ἰωσήφ] Ὃ ἐφόρεσαν κατὰ Ἰωσὴφ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν. ID.
9 *Portam*] *Atrium*, Josephi scilicet; hoc enim vox πυλὼν denotat. ID.
10 Κατὰ τὸν τύπον τοῦ Φαραώ] Add. ex Oxon. ἔμπροσθεν τοῦ πυλῶνος, καὶ οὕτως προσεκύνησαν τῷ Ἰωσήφ. ID.
11 Κατέδραμε] Καὶ καταδραμών. ID.
12 Οὐδὲν] Forte οὐδένα, quamvis & Oxoniensis Codex habeat οὐδέν. Ms. Trin. οὐδένα. ID.
13 Τρωγλοκολπητῶν] Τρωγλοδυτῶν. ID.
14 Ἔφαγε Ῥουβὴμ] Ἔφαγεν, omisso Ῥουβήμ. ID.
15 Θύσομεν] Μαχαίρᾳ add. ID.
16 Οὗτος] Add. Καὶ ἐποίησαν οὕτως. ID.
17 Ἐν Ἰσραήλ] Ἐνώπιον Κυρίου. ID.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 96.



V. Et nunc, filii mei, annuntio vobis custodire mandata Domini, & facere misericordiam in proximum, & viscera commiserationis ad omnes habere, non solum ad homines, sed & ad irrationalia. Propter hæc enim benedixit mihi Dominus, &, omnibus fratribus meis ægrotantibus, ego sine ægritudine evasi: novit enim Dominus uniuscujusque propositum. Habete ergo misericordiam in visceribus vestris, filii mei, quoniam ut aliquis faciet proximo suo, ita & Dominus faciet ei. Etenim filii fratrum meorum ægrotabant, moriebantur propter Joseph, quoniam non fecerunt misericordiam in visceribus suis: filii autem mei sine ægritudine custoditi sunt, sicut novistis. Et quando eram in Chanaan, in littore venatus sum venatione piscium Jacob patri meo; & multis suffocatis in mari, ego illæsus permansi.

VI. Primus ego feci scapham in mari navigare, quoniam Dominus dedit mihi intellectum & sapientiam in ipsa: & demisi lignum post ipsam, & velum extendi in ligno recto, in medio; & in ipsa perambulans littora, piscabar pisces domui patris mei, usquequo venimus in Ægyptum: & ex venatione mea omni homini peregrino miseratus dabam. Si vero erat peregrinus, vel ægrotans, vel senex, coquens pisces, & bene ea (*eos*) apparans, secundum uniuscujusque necessitatem afferebam omnibus, colligens & compatiens. Propter hoc & Dominus multos pisces fecit me venari. Qui enim tribuit proximo, accipit multiplicata a Domino. Quinque annis piscatus sum, omni homini quem videram tribuens, & omni domui patris mei sufficiens. In æstate piscabar; in hyeme autem pascebam gregem cum fratribus meis.

VII. Nunc annuntiabo vobis, quæ feci. Videbam afflictum in nuditate hyemis; & ipsius misertus, furatus vestimentum ex domo mea abscondite, dedi afflicto. Et vos igitur, filii mei, ex his quæ tribuit vobis Deus, indifferenter omnium miserentes, misericordiam facite, & tribuite omni homini in bono corde. Si vero non habetis in occasione dare indigenti, compatiamini in visceribus misericordiæ. Novi quod manus mea non invenit in præsens tribuere indigenti, & amplius septem stadiis ambulans cum ipso, flebam; & viscera mea versa sunt super ipsum in compassionem.

VIII. Et vos igitur, filii mei, habete viscera compassionis in omnem hominem in misericordia, ut & Deus vobis propitius misereatur vestri; quoniam & in extremis diebus Deus mittet misericordiam suam in terram: & ubi invenerit viscera misericordiæ, in ipso habitabit. Quantum enim homo miseretur proximi, tantum Deus ipsius. Quando enim descendimus in Ægyptum, Joseph non recordatus est mali in nos; me vero videns, misertus est. In quem inspicientes & vos, immemores malorum efficiamini, filii mei, & diligite vosmet invicem, & ne animadvertatis unusquisque malitiam fratris sui; quoniam hoc dividit unitatem, & omnem consanguinitatem dispergit, & animum perturbat. Memor enim mali viscera misericordiæ non habet.

Ε'. Καὶ νῦν, τέκνα μου, ἀναγγέλλω ὑμῖν τοῦ φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς Κυρίου, καὶ ποιεῖν ἔλεος ἐπὶ τὸν πλησίον, καὶ εὐσπλαγχνίαν ἔχειν πρὸς πάντας, οὐ μόνον εἰς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ εἰς ἄλογα. Διὰ γὰρ ταῦτα εὐλόγησέ με Κύριος, καὶ, πάντων τῶν ἀδελφῶν μου ἀσθενούντων, ἐγὼ ἄνοσος παρῆλθον· οἶδε γὰρ Κύριος ἑκάστου τὴν προαίρεσιν. Ἔχετε οὖν ἔλεος ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, τέκνα μου, ὅτι ὡς ἄν τις ποιήσῃ τῷ πλησίον αὐτοῦ, οὕτως καὶ ὁ Κύριος ποιήσει αὐτῷ. Καὶ γὰρ οἱ υἱοὶ τῶν ἀδελφῶν μου ἠσθένουν, ἀπέθνησκον διὰ Ἰωσήφ, ὅτι οὐκ ἐποίησαν ἔλεος ἐν σπλάγχνοις αὐτῶν· οἱ δὲ υἱοί μου ἄνοσοι διεφυλάχθησαν, ὡς οἴδατε. Καὶ ὅτε ἤμην ἐν [1] τῇ Χαναάν, εἰς παράλιον ἐθήρευον [2] θήραν ἰχθύων Ἰακὼβ τῷ πατρί μου· καὶ πολλῶν ἀγχομένων ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐγὼ ἀβλαβὴς διέμεινα.

Ϛ'. [3] Πρῶτος ἐγὼ ἐποίησα σκάφος ἐπιπλέειν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὅτι Κύριος ἔδωκέ μοι σύνεσιν καὶ σοφίαν ἐν αὐτῷ· καὶ καθῆκα ξύλον ὄπισθεν αὐτοῦ, καὶ ὀθόνην ἐξέτεινα ἐν ὀρθῷ ξύλῳ ἐν μέσῳ· καὶ ἐν αὐτῷ διαπορευόμενος τοὺς αἰγιαλοὺς, ἡλίευον ἰχθύας οἴκῳ πατρός μου, ἕως ἤλθομεν εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἐκ τῆς θήρας μου παντὶ ἀνθρώπῳ ξένῳ σπλαγχνιζόμενος ἐδίδουν. Εἰ δὲ ἦν ξένος, ἢ νοσῶν, ἢ γηράσας, ἑψήσας τοὺς ἰχθύας, καὶ ποιήσας αὐτὰ ἀγαθῶς, κατὰ τὴν ἑκάστου χρείαν προσέφερον πᾶσι, συνάγων καὶ συμπάσχων. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος πολὺν ἰχθὺν ἐποίησέ με θηρᾶν. Ὁ γὰρ μεταδιδοὺς τῷ πλησίον, λαμβάνει πολλαπλασίονα παρὰ Κυρίου. Πέντε ἔτη ἡλίευσα, παντὶ ἀνθρώπῳ, ὃν ἑωράκειν, μεταδιδοὺς, καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου ἐξαρκῶν. Τὸ θέρος ἡλίευον, καὶ ἐν χειμῶνι ἐποίμαινον κατὰ τῶν ἀδελφῶν μου.

Ζ'. [4] Νῦν ἀναγγελῶ ὑμῖν, ἃ ἐποίησα. Εἶδον θλιβόμενον ἐν γυμνότητι χειμῶνος, καὶ σπλαγχνισθεὶς ἐπ' αὐτὸν, κλέψας ἱμάτιον ἐκ τοῦ οἴκου μου κρυφαίως, ἔδωκα τῷ θλιβομένῳ. Καὶ ὑμεῖς οὖν, τέκνα μου, ἐξ ὧν παρέχει ὑμῖν ὁ Θεὸς, ἀδιακρίτως πᾶσι σπλαγχνιζόμενοι [5] ἐλεεῖτε, καὶ παρέχετε παντὶ ἀνθρώπῳ ἐν ἀγαθῇ καρδίᾳ. Εἰ δὲ μὴ ἔχετε πρὸς καιρὸν δοῦναι τῷ χρήζοντι, συμπάσχετε ἐν σπλάγχνοις ἐλέους. Οἶδα ὅτι ἡ χείρ μου οὐχ εὗρε πρὸς τὸ παρὸν ἐπιδοῦναι τῷ χρήζοντι, καὶ ἔτι ἑπτὰ σαδίους συμπορευόμενος αὐτῷ, ἔκλαιον· καὶ τὰ σπλάγχνα μου [6] ἐτρέφετο ἐπ' αὐτῷ εἰς συμπάθειαν.

Η'. Καὶ ὑμεῖς οὖν, τέκνα μου, ἔχετε εὐσπλαγχνίαν κατὰ παντὸς ἀνθρώπου ἐν ἐλέει, ἵνα καὶ ὁ Κύριος εἰς ὑμᾶς σπλαγχνισθεὶς ἐλεήσῃ ὑμᾶς· ὅτι καίγε ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν ὁ Θεὸς ἀποστέλλει τὸ σπλάγχνον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὅπου εὕρῃ σπλάγχνα ἐλέους, ἐν αὐτῷ κατοικεῖ. Ὅσον γὰρ ἄνθρωπος σπλαγχνίζεται εἰς τὸν πλησίον, τοσοῦτον Κύριος εἰς αὐτόν. Ὅτε γὰρ κατήλθομεν εἰς Αἴγυπτον, Ἰωσὴφ οὐκ ἐμνησικάκησεν εἰς ἡμᾶς· ἐμὲ δὲ ἰδὼν, ἐσπλαγχνίσθη. Εἰς ὃν ἐμβλέποντες καὶ ὑμεῖς, ἀμνησίκακοι γίνεσθε, τέκνα μου, καὶ ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καὶ [7] μὴ λογίζεσθε ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· ὅτι τοῦτο χωρίζει ἑνότητα, καὶ πᾶσαν συγγένειαν διασκορπίζει, καὶ τὴν ψυχὴν ταράσσει [8]. Ὁ γὰρ μνησίκακος σπλάγχνα ἐλέους οὐκ ἔχει.

1 Τῇ] Γῇ. Grab.

2 Θήρᾳ ἰχθύων] Θήραν. Id.

3 Πρῶτος ἐγὼ ἐποίησα σκάφος] Zabulon itaque connumerandus variis Heroibus, qui se inventores artis nauticæ fuisse jactarunt, vel ab aliis tales crediti sunt; & addendus iis, quos Polydorus Vergilius lib. III. *de Inventoribus rerum* cap. xv. Salmuthus in Pancirollum Tit. XI. *de Pyxidecula nautica*, & Cornelius a Lapide aliique Commentatores in *Sapientiæ Salomonis* cap. xiv. v. 1. seqq. nominarunt. Ex quibus patebit, Zabulone antiquiorem esse artem nauticam, ejusque originem ad Noe saltem referendam esse. Id.

4 Νῦν ἀναγγελῶ ὑμῖν] Hæc omnia omissa sunt in Codice Oxoniensi usque ad ista sequentis paragraphi verba: τοσοῦτον Κύριος εἰς αὐτόν. Id.

5 Ἐλεεῖτε] Ms. ἐλεᾶτε. Id.

6 Ἐτρέφετο] Legendum ἐστρέφετο. Id.

7 Μὴ λογίζεσθε ἕκαστος κακίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, &c.] Idem monitum Hermæ dabatur *Visione* II. §. 3. his verbis: *Tu autem Herma, noli meminisse injuriarum filiorum tuorum. — Memoria enim injuriarum mortem operatur, oblivio vero earum vitam æternam.* Id.

8 Ταράσσει] Καὶ τὴν ὕπαρξιν ἀφανίζει, addit Codex Oxon. Id.

Θ'. Προσέχετε [1] τὰ ὕδατα, ὅτι ὅταν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πορεύεται, λίθους, ξύλα, τὴν ἄμμον [2] κατασύρει· ἐὰν δὲ εἰς πολλὰ διαιρεθῇ, ἡ γῆ ἀφανίζει αὐτὰ, καὶ γίνεται εὐκαταφρόνητα. Καὶ ὑμεῖς, ἐὰν διαιρεθῆτε, ἔσεσθε οὕτως. Μὴ σχισθῆτε εἰς δύο κεφαλὰς, ὅτι πᾶν ὃ ἐποίησε Κύριος, κεφαλὴν μίαν ἔχει. Ἔδωκε δύο ὤμους, πόδας, χεῖρας, ἀλλὰ πάντα τὰ μέλη τῇ μιᾷ κεφαλῇ ὑπακούει. Ἔγνων ἐν γραφῇ πατέρων μου, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἀποστήσεσθε ἀπὸ Κυρίου, καὶ διαιρεθήσεσθε ἐν [3] Ἰσραὴλ, καὶ δυσὶ βασιλεῦσιν ἐξακολουθήσετε, καὶ πᾶν βδέλυγμα ποιήσετε, καίγε πᾶν εἴδωλον προσκυνήσετε, καὶ αἰχμαλωτεύσουσιν ὑμᾶς οἱ ἐχθροὶ ὑμῶν, καὶ [4] καθίσεσθε ἐν ἔθνεσι ἐν πάσαις ἀσθενείαις, καὶ θλίψεσι, καὶ ὀδύναις ψυχῆς. Καὶ μετὰ ταῦτα μνησθήσεσθε Κυρίου, καὶ μετανοήσετε, καὶ ἐπιστρέψει ὑμᾶς, ὅτι ἐλεήμων ἐστὶ καὶ εὔσπλαγχνος, μὴ λογιζόμενος κακίαν τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, διότι σάρξ εἰσι, καὶ τὰ πνεύματα τῆς πλάνης ἀπατᾷ αὐτοὺς ἐπὶ πάσαις ταῖς πράξεσιν αὐτῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα [5] ἀνατελεῖ ὑμῖν αὐτὸς ὁ Κύριος, φῶς δικαιοσύνης, [6] καὶ ἴασις καὶ εὐσπλαγχνία ἐπὶ ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. Αὐτὸς λυτρώσεται πᾶσαν αἰχμαλωσίαν υἱῶν ἀνθρώπου ἐκ τοῦ Βελιὰρ, καὶ πᾶν πνεῦμα πλάνης πατηθήσεται· καὶ ἐπιστρέψει πάντα τὰ ἔθνη εἰς παραζήλωσιν αὐτοῦ· καὶ ὄψεσθε Θεὸν ἐν σχήματι ἀνθρώπου, ὃν ἂν ἐκλέξηται Κύριος, Ἱερουσαλὴμ ὄνομα αὐτῷ. Καὶ πάλιν ἐν πονηρίᾳ λόγων ὑμῶν παροργίσετε αὐτὸν, καὶ ἀποῤῥιφήσεσθε ἕως καιροῦ συντελείας.

Ι'. Καὶ νῦν, τέκνα μου, μὴ λυπεῖσθε, ὅτι ἀποθνήσκω ἐγὼ, μηδὲ συμπίπτετε, ὅτι ἀπολείπω ὑμῶν. Ἀναστήσομαι γὰρ πάλιν ἐν μέσῳ ὑμῶν, ὡς ἡγούμενος ἐν μέσῳ υἱῶν αὐτοῦ, καὶ εὐφρανθήσομαι ἐν μέσῳ τῆς φυλῆς μου, ὅσοι ἐφύλαξαν νόμον Κυρίου, καὶ ἐντολὰς Ζαβουλὼν πατρὸς αὐτῶν. Ἐπὶ δὲ τοὺς ἀσεβεῖς ἐπάξει Κύριος πῦρ αἰώνιον, καὶ ἀπολέσει αὐτοὺς ἕως γενεῶν. Ἐγὼ εἰς τὴν ἀνάπαυσίν μου ἀποτρέχω, ὡς οἱ πατέρες μου· ὑμεῖς δὲ φοβεῖσθε Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν, ἐν πάσῃ ἰσχύϊ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ὑμῶν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐκοιμήθη ὕπνῳ καλῷ, καὶ ἔθηκαν αὐτὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐν θήκῃ· ὕστερον δὲ ἀναγαγόντες αὐτὸν εἰς Χεβρὼν, ἔθαψαν μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ.

IX. Attendite aquis, quoniam quum simul moventur, lapides, ligna, arenam detrahunt; si vero in multas dividantur, terra exterminat eas, & fiunt neglectæ. Et vos, si dividamini, eritis ita: Ne scindamini in duo capita, quia omne quod fecit Deus, caput unum habet. Dedit duos humeros, pedes, manus; sed omnia membra uni capiti obediunt. Novi in scriptura patrum meorum, quod in ultimis diebus recedetis a Domino, & divisi eritis in Israel, & duos reges sequemini, & omnem abominationem facietis, & omne idolum adorabitis, & captivos abducent vos inimici vestri, & sedebitis in nationibus in omnibus infirmitatibus, & tribulationibus, & doloribus animæ. Et post hæc recordabimini Domini, & resipiscetis, & convertet vos, quoniam clemens est & misericors, non imputans malitiam filiis hominum; quoniam caro sunt, & Spiritus erroris seducunt eos in omnibus actionibus suis. Et post hæc orietur vobis ipse Dominus, lumen justitiæ, & sanitas & misericordia in pennis ejus. Ipse redimet omnem captivitatem filiorum hominis a Beliar, & omnis Spiritus erroris conculcabitur; & convertet omnes gentes in æmulationem ejus: & videbitis Deum in forma hominis, quem elegerit Dominus; Jerusalem nomen ei. Et rursus in malitia sermonum vestrorum ad iracundiam provocabitis eum, & abjecti eritis usque ad tempus consummationis.

X. Et nunc, filii mei, ne contristemini, quoniam morior ego; neque concidatis, quoniam relinquo vos. Resurgam enim in medio vestri, velut dux in medio filiorum suorum, & lætabor in medio tribus meæ, quotquot custodierunt legem Domini, & mandata Zabulon patris eorum. Super impios vero inducet Dominus ignem æternum, & perdet eos usque in generationes. Ego in requiem meam confugio, sicut patres mei: vos autem timete Dominum Deum vestrum, in omni fortitudine, omnibus diebus vitæ vestræ. Et quum hæc dixisset, dormivit somno bono, & posuerunt eum filii ejus in theca; postea vero reducentes eum in Hebron, sepelierunt cum patribus ejus.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 96.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Διαθήκη Δὰν, περὶ θυμοῦ καὶ ψεύδους.

Α'. ΑΝτίγραφον λόγων Δὰν, ὧν εἶπε τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ. Ἑκατοστῷ εἰκοστῷ πέμπτῳ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καλέσας τὴν πατριὰν αὐτοῦ, εἶπεν· Ἀκούσατε υἱοὶ Δὰν λόγων μου, προσέχετε ῥήμασι στόματος πατρὸς ὑμῶν. Ἐπείρασα ἐν καρδίᾳ μου, καὶ ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ μου, ὅτι καλὸν καὶ Θεῷ εὐάρεστον, ἡ ἀλήθεια μετὰ δικαιοπραγίας· καὶ ὅτι πονηρὸν τὸ ψεῦδος, καὶ ὁ [7] θυμὸς, ὅτι πᾶσαν κακίαν ἀνθρώπων ἐκδιδάσκει. Ὁμολογῶ σήμερον ὑμῖν, τέκνα μου, ὅτι ἐν καρδίᾳ μου, ἡδόμην περὶ τοῦ θανάτου Ἰωσὴφ, τοῦ ἀνδρὸς τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἀληθινοῦ, καὶ ἔχαιρον ἐπὶ τῇ πράσει Ἰωσὴφ, ὅτι ὑπὲρ ἡμᾶς ὁ πατὴρ αὐτὸν ἠγάπα. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ ζήλου καὶ τῆς ἀλαζονείας ἔλεγέ μοι· Καί γε σὺ υἱὸς αὐτοῦ. Καὶ ἓν τῶν πνευμάτων τοῦ Βελιὰρ συνήργει μοι, λέγον· Λάβε τὸ ξίφος τοῦτο, καὶ ἐν αὐτῷ ἄνελε τὸν Ἰωσὴφ, καὶ ἀγαπήσει σε ὁ πατήρ σου, ἀποθανόντος αὐτοῦ. Τοῦτό ἐστι τὸ πνεῦμα τοῦ θυμοῦ, τὸ πεί-

CAPUT VII.

Testamentum Dan, de Ira & Mendacio.

ϛ'. Καὶ νῦν, τέκνα μου, ἀγαπήσατε ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἐξάρατε τὸ μῖσος ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν, ἀγαπῶντες ἀλλήλους ἐν ἔργῳ, καὶ λόγῳ, καὶ διανοίᾳ ψυχῆς. Ἐγὼ γὰρ κατὰ πρόσωπον τοῦ πατρὸς ἡμῶν [12] εἰρηνικὰ ἐλάλουν τῷ Ἰωσήφ, καὶ ἐξελθόντος μου, τὸ πνεῦμα τοῦ μίσους ἐσκότιζέ μου τὸν νοῦν, καὶ ἐτάρασσέ μου τὴν ψυχὴν, τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν. [13] Ἀγαπᾶτε οὖν ἀλλήλους ἀπὸ καρδίας· καὶ ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς σὲ, εἰπὲ αὐτῷ ἐν εἰρήνῃ, ἐξορίσας τὸν ἰὸν τοῦ μίσους, καὶ ἐν ψυχῇ σου μὴ κρατήσῃς δόλον· καὶ ἐὰν ὁμολογήσας μετανοήσῃ, ἄφες αὐτῷ· ἐάν τε ἀρνεῖται, μὴ φιλονείκει αὐτῷ, μήποτε ὀμόσαντος αὐτοῦ, δισσῶς ἁμαρτήσῃς. Μὴ ἀκούσῃ ἐν μάχῃ ἀλλότριος μυστήριον ὑμῶν· ἵνα μὴ μισήσας σε ἐχθραίνῃ, καὶ μεγάλην ἁμαρτίαν ἐργάσηται κατά σου· ὅτι πολλάκις [14] δολοφονῆσαι, ἢ περιεργάζεταί σε ἐν κακῷ, λαβὼν ἀπὸ σοῦ τὸν ἰόν. Ἐὰν οὖν ἀρνεῖται, καὶ αἰδεσθῇ ἐλεγχόμενος, [15] ἡσυχασθῇ, μὴ ἐξάξῃς αὐτόν. Ὁ γὰρ ἀρνούμενος μετανοεῖ, τοῦ μηκέτι πλημμελῆσαι εἰς σέ· ἀλλὰ καὶ τιμήσει σε, καὶ φοβηθήσεται, καὶ εἰρηνεύει· Ἐὰν δὲ ἀναιδής ἐστι, καὶ ἐνίσταται τῇ κακίᾳ, καὶ οὕτως ἄφες αὐτῷ ἀπὸ καρδίας, καὶ δὸς τῷ Θεῷ τὴν ἐκδίκησιν.

Ζ'. Ἐάν τις ὑπὲρ ὑμᾶς εὐοδοῦται, μὴ λυπεῖσθε· ἀλλὰ καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα τελείως εὐοδοῦται. Ἴσως γὰρ ὑμῖν συμφέρει οὕτως· καὶ ἐὰν ἐπὶ πλεῖον ὑψοῦται, μὴ φθονεῖτε, μνημονεύοντες, ὅτι πᾶσα σὰρξ ἀποθανεῖται. Κυρίῳ δὲ ὕμνον προσφέρετε, τῷ παρέχοντι τὰ καλὰ καὶ συμφέροντα πᾶ-

malorum, & veneno diabolico cor implet. Hæc edoctus experientia dico vobis, ut fugiatis odium, & adhæreatis dilectioni Domini. Justitia ejicit odium, humilitas occidit odium. Justus enim & humilis erubescit facere injuste, non ab alio reprehensus, sed a proprio corde, quoniam Dominus [2] protegit consilium ejus. Non obtrectat viro, quia timor Altissimi vincit odium. Timens enim non offendit Dominum: non vult omnino, ne cogitatione quidem, injusta facere adversus hominem. Hæc ego ultimo cognovi, postea quam pœnitui de Joseph. [a] Quæ enim secundum Deum est vera pœnitentia, occidit inobedientiam, & fugat tenebras, & illuminat oculos, & cognitionem tribuit animæ, & ducit consilium ad salutem; & quæ non didicit ab hominibus, novit per pœnitentiam. Induxit enim mihi Deus ægritudinem hepatis; & nisi orationes patris mei Jacob prævenissent, parum abfuit quin [8] desiisset in me spiritus meus. [b] *Per quæ* enim *homo peccat, per illa & punitur.* Quia igitur disposita erant hepata mea immisericorditer adversus Joseph, in hepate patiens immisericorditer, judicium pertuli per menses undecim, secundum tempus in quo insidiabar Joseph, usque dum venderetur.

VI. Et nunc, filii mei, diligite unusquisque fratrem suum, & auferte odium a cordibus vestris, diligentes vosmet invicem in opere, & sermone, & cogitatione animæ. Ego enim coram facie patris nostri pacifica loquebar ad Joseph; & exeunte me, Spiritus odii obtenebravit intellectum meum, & turbavit animam meam, ad occidendum eum. Diligite igitur vosmet invicem ex corde; & [c] si peccet in te (*aliquis*,) dic ei in pace, exterminans venenum odii, & in anima tua ne teneas dolum: & si confitens pœniteat, remitte ei; & si negat, ne contendas cum eo, ne quando jurante eo, dupliciter pecces. Ne audiat alienus in contentione secretum vestrum; ne odiens te inimicetur, & magnum peccatum operetur adversus te: quoniam multoties dolo loquetur tecum, vel perscrutabitur te in malo, accipiens a te venenum. Si igitur neget, & erubescat redargutus, & quiescat, ne educas eum. Negans enim resipiscit, ut non amplius delinquat in te; sed & honorabit te, & timebit, & pacificus erit. Si vero inverecundus est, & instat malitiæ; & ita remitte ei ex corde, & [d] da Deo vindictam.

VII. Si quis plus quam vos prosperatur, ne contristemini; sed & orate pro ipso, ut perfecte prosperetur. Forte enim vobis expedit ita: & si plus exaltatus fuerit, ne invideatis, recordantes, quod omnis caro morietur. Domino autem hymnum offerte, [e] tribuenti bona & utilia omnibus

[a] II. Cor. VII. 10. [b] Sap. XI. 17. [c] Matth. XVIII. 15. Luc. XVII. 3. [d] Rom. XII. 19. [e] Jac. I. 5.

1 Φεύξησθε τὸ μῖσος] Ἐξώσητε τὸ μῖσος τοῦ διαβόλου. GRAB.

2 *Protegit*] *Inspicit* juxta Ox. Gr. ID.

3 Ἐπισκέπει] Ἐπισκοπεῖ rectius. ID.

4 Ἀνδρὸς] Ὁσίου add. ID.

5 Καθ' ὅλον] Καθόλου. ID.

6 Ἀπείθειαν] Ἄγνοιαν. ID.

7 Ἐπήγαγε] Τοὺς ἐπιστρέφοντας δέχεσθαι. addit Codex Oxon. Quæ alium prorsus sensum faciunt, quasi hæc verba ad Deum essent referenda: sed præfero lectionem Cantabrigiensem. ID.

8 *Desiisset in me*] Dissonuisset a me. Græca vox occurrit *Exod.* XXIV. 11. *Jos.* XXIII. 14. &c.

9 Ὀλίγου διεφώνησεν] Ἔφθασεν, add. in Cod. Oxon. IDEM.

10 Δι' ὧν κ. τ. λ.] Hanc sententiam exscripsit Auctor ex *Sap.* XI. 17. ubi ipsissima pæne verba occurrunt: Δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται. Vulg. *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.*

11 Καθ' ὅσον χρόνον ἐνεῖχον τῷ Ἰωσήφ, ἕως ἵνα πραθῇ] Desunt. GRAB.


12 Εἰρηνικὰ ἐλάλουν τῷ Ἰωσήφ] Moses *Genes.* XXXVII. v. 4. de fratribus Josephi ait: *Oderant eum, nec poterant quidquam pacifice ad eum loqui.* Auctor vero Testamentorum hæc verba non universe intelligi voluit, sed ad colloquia fratrum inter se restrinxit indeque Gadum coram patre Jacob pacifica cum Josepho verba miscuisse dixit. ID.

13 Ἀγαπᾶτε κ. τ. λ.] Omissa omnia usque ad περισπασμὸν τῶν ἀνθρώπων. ID.

14 Δολοφονῆσαι] Legendum puto δολοφονήσει, idque Latine reddendum *dolo occidet te*. Id quippe significat verbum δολοφονεῖν, non autem *dolose loqui*, ut Robertus transtulit, legens forte δολοφωνεῖν; quam tamen vocem in nullo Auctore legisse memini. Accedit, quod *cædes per dolum facta* antecedentibus magis congruat, quam *colloquium dolosum*; quippe grandis peccati mentio facta erat, quale est utique homicidium. ID.

15 Ἡσυχασθῇ] Heic inserendum videtur καὶ. ID.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 96.



hominibus. Scrutare judicia Domini, & ita dimittet [2], & quiescet consilium tuum. Si vero & ex malis quis ditatus fuerit, sicut Esau frater patris mei, nolite æmulari: terminum enim Domini suscipietis. Vel enim aufert hæc in malis, vel pœnitentibus dimittit, vel impœnitenti servat in [4] æternum punitionem. Nam pauper, [5] & invidia carens, in omnibus Domino gratias agens, ipse apud omnes ditatur, quoniam non habet perniciosam [6] deprædationem hominum. Auferte igitur odium ab animabus vestris, & diligite vosmet invicem in rectitudine cordis.

VIII. Dicite autem & vos hæc filiis vestris, ut honorent Judam & Levi; quoniam ex eis orietur vobis Dominus, Salvator Israeli. Cognovi enim quod in fine recedent filii vestri ab eis, & in omni pernicie, & malignitate, & corruptione erunt coram Domino. Et paullulum quiescens, rursus dixit eis: Filii mei, obedite patri vestro, & sepelite me prope patres meos. Et elevans pedes suos, dormivit in pace. Et post quinque annos reduxerunt eum, & posuerunt eum in Hebron cum patribus ipsius.

C A P U T X.

Testamentum Aser, de duabus faciebus malitiæ & virtutis.

I. TRansscriptum testamenti Aser, quæ locutus est filiis suis centesimo vicesimo [10] anno vitæ suæ. Adhuc sanus exsistens, dixit eis: Audite, filii Aser, patrem vestrum, & omne rectum coram Deo ostendam vobis. Duas vias dedit Dominus filiis hominum, duo consilia, & duos actus, & duo loca, & duos fines. Ideoque omnia duo sunt, unum contra unum. Viæ duæ, boni & mali; in quibus sunt duo consilia in pectoribus nostris, dijudicantia eas. Si igitur anima velit in bono, ad bonum ducitur homo, omnis actus ipsius est in justitia; & si peccet, illico resipiscit. Justa enim cogitans, & abjiciens malitiam, statim evertit malum, & eradicat peccatum. Si vero ad malum declinat consilium, omnis actus ejus est in malitia, & repellens bonum assumit malum; & constitutus sub dominio Beliar, etsi bonum aliquod operetur, in malitiam hoc convertit. Quum enim inceperit quasi bonum faciens, finem actionis ejus in malum opus perducit. Quia thesaurus diaboli veneno perniciosi spiritus impletus est.

II. Dicit igitur anima ipsius, bonum supra malum esse, & finem rei in malitiam ducit. Est homo, qui non miseretur ministrantis ei in malum; & hoc duplicem faciem habet, sed totum perniciosum est. Et est homo diligens malignantem, similiter est in malitia; quoniam & mori desiderat in malo propter ipsum. Et de hoc manifestum, quod duplicis faciei est; totum vero, malus actus est. Et amor exsistens, malitia est, abscondens malum; sicut est nomine quasi bono, finis vero actus venit in malum. Alius furatur, injuste agit, rapit, avarus exsistit, & miseretur pauperum: duplicem quidem

A σιν ἀνθρώποις. Ἐξέτασον κρίματα [1] Κυρίῳ, καὶ οὕτως καταλείψει, καὶ [3] ἡσυχάζει τὸ διαβούλιόν σου. Ἐὰν δὲ καὶ ἐκ κακῶν τις πλουτίσῃ, ὡς Ἠσαῦ ὁ πατράδελφός μου, μὴ ζηλώσητε· ὅρον γὰρ Κυρίου ἐκδέξασθε. Ἢ γὰρ ἀφαιρεῖται αὐτὰ ἐν κακοῖς, ἢ μετανοοῦσιν ἀφίησιν, ἢ ἀμετανοήτῳ τηρεῖ εἰς αἰῶνα τὴν κόλασιν. Ὁ γὰρ πένης, καὶ ἄφθονος, ἐπὶ πᾶσι Κυρίῳ εὐχαριστῶν, αὐτὸς παρὰ πᾶσι πλουτεῖ, ὅτι οὐκ ἔχει τὸν πονηρὸν περισπασμὸν τῶν ἀνθρώπων. Ἐξάρατε οὖν τὸ μῖσος ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, καὶ ἀγαπήσατε ἀλλήλους ἐν εὐθύτητι καρδίας.

Η΄. Εἴπατε δὲ καὶ ὑμεῖς ταῦτα τοῖς τέκνοις ὑμῶν, B ὅπως τιμήσωσιν Ἰούδαν καὶ Λευΐ· ὅτι ἐξ αὐτῶν ἀνατελεῖ ὑμῖν Κύριος, σωτὴρ τῷ Ἰσραήλ. Ἔγνων γὰρ ὅτι ἐπὶ [7] τέλει ἀποστήσονται τὰ τέκνα ὑμῶν ἀπ᾽ [8] αὐτῶν, καὶ ἐν πάσῃ πονηρίᾳ, καὶ κακώσει, καὶ διαφθορᾷ ἔσονται ἐνώπιον Κυρίου. Καὶ ὀλίγον ἡσυχάσας, πάλιν εἶπεν αὐτοῖς· Τέκνα μου, ὑπακούσατε τοῦ πατρὸς ὑμῶν, καὶ θάψατέ με σύνεγγυς τῶν πατέρων μου. Καὶ ἐξάρας τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ. Καὶ μετὰ πέντε ἔτη ἀνήγαγον αὐτὸν, καὶ ἔθηκαν αὐτὸν εἰς Χεβρὼν [9] μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι΄.

C *Διαθήκη Ἀσὴρ, περὶ δύο προσώπων κακίας καὶ ἀρετῆς.*


Α΄. ΑΝτίγραφον διαθήκης Ἀσὴρ, ἃ ἐλάλησε τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἐν ρκϛ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Ἔτι ὑγιαίνων, εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἀκούσατε, τέκνα Ἀσὴρ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν, καὶ πᾶν τὸ εὐθὲς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ὑποδείξω ὑμῖν. Δύο ὁδοὺς ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, δύο διαβούλια, καὶ δύο πράξεις, καὶ δύο τόπους, καὶ δύο τέλη. Διὰ τοῦτο πάντα δύο εἰσὶν, [11] ἓν κατέναντι τοῦ ἑνός. Ὁδοὶ δύο, καλοῦ καὶ κακοῦ· ἐν οἷς εἰσι τὰ δύο διαβούλια ἐν στέρνοις D ἡμῶν, διακρίνοντα αὐτάς. Ἐὰν οὖν ἡ ψυχὴ θέλῃ ἐν καλῷ, πᾶσα πρᾶξις αὐτῆς ἐστιν ἐν δικαιοσύνῃ, κἂν ἁμάρτῃ, εὐθὺς μετανοεῖ. Δίκαια γὰρ λογιζόμενος, καὶ ἀπορρίπτων τὴν πονηρίαν, ἀνατρέπει εὐθὺς τὸ κακὸν, καὶ ἐκριζοῖ τὴν ἁμαρτίαν. Ἐὰν δὲ ἐν πονηρῷ κλίνει τὸ διαβούλιον, πᾶσα πρᾶξις αὐτῆς ἐστιν ἐν πονηρίᾳ, καὶ ἀπωθούμενος τὸ ἀγαθὸν προσλαμβάνει τὸ κακὸν, καὶ κυριευθεὶς ὑπὸ τοῦ Βελιὰρ, κἂν ἀγαθόν τι πράξῃ, ἐν πονηρίᾳ αὐτὸ μεταστρέφει. Ὅτε γὰρ ἐνάρξηται ὡς ἀγαθὸν ποιῶν, τὸ τέλος τῆς πράξεως αὐτοῦ εἰς [12] κακὸν ποιεῖν ἀνελαύνει. Ἐπειδὴ ὁ θησαυρὸς [13] τοῦ διαβόλου ἰοῦ πονηροῦ πεπλήρωται πνεύματος.

Β΄. Ἔστιν οὖν ψυχὴ λέγουσα, φησὶ, τὸ καλὸν ὑπὲρ E τοῦ κακοῦ, καὶ τὸ τέλος τοῦ πράγματος εἰς κακίαν ἄγει. [14] Ἔστιν ἄνθρωπος, ὅστις οὐκ οἰκτείρει λειτουργοῦντα αὐτῷ ἐν κακῷ· καίγε τοῦτο διπρόσωπον, ἀλλὰ τὸ ὅλον πονηρόν ἐστι. Καὶ ἔστιν ἄνθρωπος ἀγαπῶν τὸν πονηρευόμενον, ὡσαύτως ἐστὶν ἐν πονηρίᾳ· ὅτι καὶ ἀποθανεῖν αἱρεῖται ἐν κακῷ δι᾽ αὐτόν. Καὶ περὶ τούτου φανερὸν, ὅτι διπρόσωπόν ἐστι· τὸ δὲ πᾶν, κακὴ πρᾶξις. Καί γε ἀγάπη οὖσα, πονηρία ἐστὶ, συγκρύπτουσα τὸ κακόν· ὥσπερ ἐστὶ τῷ ὀνόματι ὡς καλῷ, τὸ δὲ τέλος τῆς πράξεως ἔρχεται εἰς κακόν. Ἄλλος κλέπτει, ἀδικεῖ, ἁρπάζει, πλεονεκτεῖ, καὶ ἐλεεῖ τοὺς πτωχούς·

1 Κυρίῳ] Forte Κυρίου. GRAB.
2 *Dimittet*] *Add.* te. ID.
3 Ἡσυχάζει] Forte Ἡσυχάσει. ID.
4 *Æternum*] *Sæculum* habent Codices Mss. ID.
5 *Et invidia carens*] *Et qui est abundans* 62. Atqui vox ἄφθονος habet quidem hanc significationem; verumtamen propria ejus notio heic magis locum habet, eaque reddenda potius videtur *Invidia carens*, qualis character pauperi optime convenit. ID.
6 *Deprædationem*] *Distractionem*, qualis ex mendicorum importunitate oritur. ID.

7 Τέλει] Τότε habet Oxon. ID.
8 Αὐτῶν] Αὐτοῦ. ID.
9 Μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ] Καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐκεῖ, omissis ultimis. ID.
10 *Anno*] Addenda vox *sexto*, si Græcum Codicem tam Oxon. quam Cantab. sequi velimus; quæ tamen deest in Ms. Græc. Coll. Trin. Cantab. ID.
11 Ἓν κατέναντι τοῦ ἑνός] Desunt. ID.
12 Κακὸν ποιεῖν ἀνελαύνει] Εἰς κακοποίησιν ἐλαύνει. ID.
13 Τοῦ διαβόλου] Διαβουλίου. ID.
14 Ἔστιν ἄνθρωπος — ἀναπαύει.] Omnia omissa. ID.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 96.



διπρόσωπον μέν κ̀ τῦτο, τὸ δὲ ὅλον πονηρόν ἐςιν. Ὁ πλεονεκτῶν τὸν πλησίον παροργίζει τὸν Θεὸν, κ̀ τὸν ὕψιςον ἐπιορκεῖ, κ̀ τὸν πτωχὸν ἐλεεῖ· [1] τὸν ἐντολέα τοῦ νόμου Κυρίου ἀθετεῖ κ̀ παροξύνει, κ̀ τὸν πένητα ἀναπαύει· τὴν ψυχὴν σπιλοῖ, κ̀ τὸ σῶμα λαμπρύνει· πολλοὺς ἀναιρεῖ, καὶ ὀλίγȣς ἐλεεῖ· καὶ τοῦτο διπρόσωπόν ἐστι. Ἄλλος μοιχεύει, πορνεύει, καὶ ἀπέχεται ἐδεσμάτων· καὶ νηςεύων κακοποιεῖ, καὶ τῇ δυναστείᾳ, [2] τῷ πλȣ́τῳ, πολλοὺς παρασύρει, καὶ ἐκ τῆς ὑπερόγκου κακίας ποιεῖ ἐντολάς. Καὶ τῦτο διπρόσωπόν ἐστι, τὸ δὲ ὅλον κακόν ἐςι. Οἱ τοιȣ̃τοι [3] ὅσιοί εἰσι [4] δασύποδες, ὅτι ἐξ ἡμισείας εἰσὶ καθαροὶ, τὸ δὲ ἀληθὲς ἀκάθαρτοί εἰσι. Καὶ γὰρ Θεὸς ἐν ταῖς πλαξὶ τῶν ȣ̓ρανῶν εἶπεν ȣ̈́τως.

Γ. Ὑμεῖς ȣ̓̃ν, τέκνα μȣ, μὴ γίνεσθε κατ' αὐτȣ̀ς διπρόσωποι, ἀγαθότητος καὶ κακίας· ἀλλὰ τῇ ἀγαθότητι μόνῃ κολλήθητε, ὅτι ὁ Θεὸς ἀναπαύεται εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ ἄνθρωποι ποθοῦσιν αὐτήν· τὴν δὲ κακίαν [5] ἀποδράσατε, ἀναιρȣ̃ντες τὸν διάβολον ἐν ταῖς ἀγαθαῖς ὑμῶν πράξεσιν· ὅτι οἱ διπρόσωποι οὐ Θεῷ, ἀλλὰ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν δουλεύουσιν, ἵνα τῷ Βελιὰρ ἀρέσωσι, καὶ τοῖς ὁμοίοις αὐτῶν ἀνθρώποις.

Δ. Οἱ γὰρ ἀγαθοὶ ἄνθρωποι, καὶ μονοπρόσωποι, κἂν νομισθῶσι παρὰ τῶν διπροσώπων ἁμαρτάνειν, δίκαιοί εἰσι παρὰ τῷ Θεῷ. Πολλοὶ γὰρ ἀναιροῦντες πονηρȣ̀ς, δύο ποιȣ̃σιν ἔργα, [6] κακὸν διὰ καλȣ̃, ὅλον δέ ἐστι καλόν· ὅτι τὸ κακὸν ἐκριζώσας ἀπώλεσεν. Ἐςί τις μισῶν τὸν ἐλεήμονα, κ̀ [7] ἀδικῶν τὸν μοιχὸν κ̀ [8] ληςεύοντα· καὶ αὐτὸ ἐστι διπρόσωπον· ἀλλὰ τὸ πᾶν ἔργον ἀγαθόν ἐςιν, ὅτι μιμεῖται Κύριον, μὴ προσδεχόμενος τὸ δοκȣ̃ν καλὸν μετὰ τȣ̃ ἀληθινοῦ κακȣ̃. Ἕτερος οὐ θέλει ἀγαθὴν ἡμέραν ἰδεῖν μετὰ ἀσώτων, ἵνα μὴ χράνῃ τὸ [9] ςόμα, καὶ μολύνῃ τὴν ψυχήν· καίγε τȣ̃το διπρόσωπόν ἐςιν, ὅλον δὲ καλόν ἐςιν, ὅτι οἱ τοιȣ̃τοι δόρκαις καὶ ἐλάφοις ὅμοιοί εἰσιν· ὅτι ἐν ἤθει ἀγρίῳ δοκȣ̃σιν ἀκάθαρτοι εἶναι, τὸ δὲ πᾶν καθαροί εἰσιν, ὅτι ἐν ζήλῳ Θεȣ̃ πορεύονται, ἀπεχόμενοι ὧν καὶ ὁ Θεὸς διὰ τῶν ἐντολῶν μισῶν ἀπαγορεύει, [10] ἀπείργων τὸ κακὸν τȣ̃ ἀγαθȣ̃.

Ε. Ὁρᾶτε ȣ̓̃ν, τέκνα, πῶς δύο εἰσὶν ἐν πᾶσι, ἓν κατέναντι ἑνὸς, κ̀ ἓν ὑπὸ τȣ̃ ἑνὸς κέκρυπται. [11] Τὴν ζωὴν ὁ θάνατος διαδέχεται, τὴν δόξαν ἡ ἀτιμία, τὴν ἡμέραν ἡ νὺξ, [12] κ̀ τὸ φῶς τὸ σκότος· τὰ δὲ πάντα ὑπὸ ἡμέραν εἰσὶ, καὶ ὑπὸ ζωὴν τὰ δίκαια· διὸ καὶ τὸν θάνατον ἡ αἰώνιος ζωὴ ἀναμένει· καὶ ȣ̓κ ἔστιν εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν ψεῦδος, οὐδὲ τὸ δίκαιον ἄδικον· ὅτι πᾶσα ἀλήθεια ὑπὸ τοῦ φωτός ἐςι· καθὼς τὰ πάντα ὑπὸ τὸν Θεόν. Ταῦτα πάντα ἐδοκίμασα ἐν τῇ ζωῇ μȣ, καὶ ȣ̓κ ἐπλανήθην ἀπὸ τῆς ἀληθείας Κυρίου, καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ ὑψίςου ἐξεζήτησα, κατὰ πᾶσαν ἰσχύν μου πορευόμενος μονοπροσώπως εἰς τὸ ἀγαθόν.

ς. Προσέχετε ȣ̓̃ν καὶ ὑμεῖς, τέκνα μου, ταῖς ἐντολαῖς Κυρίȣ, μονοπροσώπως ἀκολȣθȣ̃ντες τῇ ἀληθείᾳ· ὅτι οἱ διπρόσωποι δισσῶς κολάζονται [13]. Τὰ

A faciem habet & hoc, totum vero perniciosum est. Qui defraudat proximum, ad iracundiam provocat Deum, & per Altissimum falso dejerat, & pauperis miseretur; præceptorem legis Domini spernit & exacerbat, & pauperem requiescere facit; animam inquinat, & corpus splendidum reddit; multos occidit, & paucorum miseretur: & hoc quidem duplicis faciei est. Alius adulteratur, & fornicatur, & abstinet a cibis; & jejunans malefacit, & potentia & divitiis multos misere vexat, & ex tumida malitia facit mandata. Et hoc duplicis faciei est, totum autem malum est. Tales ut B sues sunt & lepores, quia ex medietate sunt mundi, revera autem sunt immundi. Etenim Deus in tabulis cælorum dixit ita.

III. Vos igitur, filii mei, ne efficiamini secundum ipsos duplicem habentes faciem, bonitatis & malitiæ; sed bonitati soli adhærete, quoniam Deus requiescit in ipsa, & homines desiderant eam: malitiam autem fugite, occidentes diabolum in bonis vestris actibus; quoniam qui duplicis faciei sunt, non Deo, sed concupiscentiis suis serviunt, ut Beliar placeant, & similibus sibi hominibus.

C IV. Boni enim viri, & qui sunt unius faciei, etsi existimentur ab eis qui duplicis faciei sunt, peccare, justi sunt apud Deum. Multi enim occidentes perniciosos, duo faciunt opera, malum propter bonum, totum vero est bonum: quoniam qui malum eradicavit, perdidit illud. Est aliquis, qui odit misericordem, & injuria afficit adulterum & latronem; & hoc est duplicis faciei; sed totum opus bonum est, quia imitatur Dominum, non accipiens quod videtur bonum cum vero malo. Alter non vult diem bonum videre cum luxuriosis, ut non maculet os, & inquinet animam: & hoc D duplicis faciei est, totum autem bonum est, quoniam tales capreolis & cervis similes sunt; quoniam in consuetudine agresti videntur immundi esse, ex toto autem mundi sunt; quoniam in zelo Dei ambulant, abstinentes ab his a quibus Deus per mandata odio habens prohibet, arcens malum a bono.


V. Videte igitur, filii, qualiter duo sunt in omnibus, unum contra unum, & unum sub uno absconditur. Vitæ mors succedit, gloriæ ignominia, diei nox, & luci tenebræ: omnia vero sub die sunt, & sub vita quæ justa sunt; propterea & mortem æterna vita præstolatur: & [a] non licet E dicere veritatem mendacium, neque justum injustum; quoniam [b] omnis veritas sub luce est; quemadmodum omnia sub Deo. Hæc omnia probavi in vita mea, & non erravi a veritate Domini; & mandata Altissimi exquisivi, secundum omnem fortitudinem meam ambulans secundum unam faciem in bonum.

VI. Attendite igitur & vos, filii mei, mandatis Domini, secundum unam faciem sequentes veritatem; quoniam qui duplicis faciei sunt, dupli-

a Isa. v. 20. *b* Joan. III. 21.

1 Τὸν ἐντολέα — ἀναπαύει] Desunt. GRAB.
2 Τῷ πλȣ́τῳ] Τȣ̃ πλȣ́τȣ. ID.
3 Ὅσιοί] Interpres legit ὡς σύες. ID.
4 Δασύποδες] Hanc vocem Auctor a LXX. Interpretibus mutuatus est, qui eam *Levit.* XI. 6. & *Deut.* XIV. 7. usurparunt; illic pro *cuniculo*, heic pro *lepore*. Utrumque autem animal *mundum* ex parte, ex parte *immundum* apud Judæos habebatur; *mundum* quatenus ruminabat quidem, sed *immundum* quatenus ungulam non findebat: uti contra, sus ungulam quidem findit, sed non ruminat, & ipsa proinde immunda. Talibus itaque animantibus merito ab Auctore nostro comparantur homines ἐξ ἡμισείας καθαροὶ, i. e. ex parte boni, & ex parte mali, in quibus *mixtura est virtutum & vitiorum*, uti Tacitus loquitur.
5 Ἀποδράσατε] Φύγετε. ID.
6 Κακὸν διὰ καλȣ̃] Καλὸν διὰ κακȣ̃. ID.
7 Ἀδικῶν] Ἄδικον. ID.
8 Ληςεύοντα] Νηςεύοντα. ID.
9 Στόμα] Σῶμα. ID.
10 Ἀπείργων τὸ κακὸν τȣ̃ ἀγαθȣ̃] Desunt. ID.
11 Τὴν ζωὴν] Ἐν τῇ εὐφροσύνῃ ἡ μέθη, ἐν τῷ γέλωτι τὸ πένθος, ἐν τῷ γάμῳ ἡ ἀκρασία, add. Cod. Oxon. ID.
12 Καὶ τὸ φῶς τὸ σκότος] Omissa sunt. ID.
13 Κολάζονται] Ὅτι καὶ πράσσουσι τὸ κακὸν, καὶ συνευδοκȣ̃σι τοῖς πράσσουσι, add. Codex Oxon. ID.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 96.



citer puniuntur. Spiritus erroris odio habete, adverſus hominem contendentes. Legem Domini cuſtodite, & ne attendite malo, ut bono; ſed in vere bonum reſpicite, & obſervate illud in omnibus mandatis Domini, ad eum reverſi, & in eo quieſcentes, (quoniam fines hominum oſtendunt juſtitiam eorum) cognoſcentes Angelos Domini & Satanæ. Quando enim turbata anima abit, torquetur a pernicioſo Spiritu, cui & ſervivit in concupiſcentiis & operibus pernicioſis: ſi autem quiete in gaudio cognovit Angelum pacis, conſolabitur eum in vita.

VII. Ne efficiamini, filii, ut Sodoma quæ ignoravit Angelos Domini, & periit uſque in ſæculum. Novi enim, quod peccabitis, & trademini in manus inimicorum veſtrorum; & terra veſtra deſolabitur, & vos diſpergemini in quatuor angulos terræ, & eritis in diſperſione deſpecti, velut aqua inutilis, uſquequo Altiſſimus viſitaverit terram; & [a] ipſe veniens ut homo, cum hominibus manducans & bibens, & in ſilentio conterens caput draconis. [6] Per aquam hic ſalvabit Iſrael & omnes gentes, [b] Deus in virum abſconditus. Dicite igitur hæc filiis veſtris, ut credant in eum. Legi enim in tabulis cælorum, quod increduli non credetis in eum, & impie agentes impie agetis in eum, non attendentes legi Dei, ſed mandatis hominum. Propter hoc diſpergemini, ut Gad & Dan, fratres mei, qui regiones eorum ignorabunt, & tribum & linguam eorum. Sed congregabit vos Deus in fide propter ſpem miſericordiæ ſuæ, propter Abraham, Iſaac & Jacob.

VIII. Et quum hæc eis dixiſſet, mandavit eis, dicens: Sepelite me in Hebron; & mortuus eſt, ſomno bono dormiens. Et poſt hæc fecerunt filii ejus, ſicut mandaverat eis; & reducentes eum, ſepelierunt cum patribus ejus.

A πνεύματα τῆς πλάνης [1] μισήσατε, τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἀγωνιζόμενα. Τὸν νόμον Κυρίου φυλάξατε, καὶ μὴ προσέχετε [2] τὸ κακὸν, ὡς καλόν· ἀλλ' εἰς τὸ ὄντως καλὸν ἀποβλέπετε, καὶ διατηρεῖτε αὐτὸ ἐν πάσαις ἐντολαῖς Κυρίου, εἰς αὐτὸν ἀναστρεφόμενοι, καὶ ἐν αὐτῷ καταπαύοντες, (ὅτι τὰ τέλη τῶν ἀνθρώπων δείκνυσι τὴν δικαιοσύνην αὐτῶν) γνωρίζοντες τοὺς ἀγγέλους Κυρίου, καὶ τοῦ Σατανᾶ. Ὅτε γὰρ τεταραγμένη ψυχὴ ἀπέρχεται, βασανίζεται ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πνεύματος, ᾧ καὶ ἐδούλευσεν ἐν ἐπιθυμίαις καὶ ἔργοις πονηροῖς· ἐὰν δὲ ἡσύχως ἐν χαρᾷ ἐγνώρισε τὸν ἄγγελον τῆς εἰρήνης, [3] παρακαλέσει αὐτὸν ἐν ζωῇ.

B Ζ΄. Μὴ γίνεσθε, τέκνα, ὡς Σόδομα, [4] ἥτις ἠγνόησε τοὺς ἀγγέλους Κυρίου, καὶ ἀπώλετο ἕως αἰῶνος. Οἶδα γὰρ, ὅτι ἁμαρτήσετε, καὶ παραδοθήσεσθε εἰς χεῖρας ἐχθρῶν ὑμῶν· καὶ ἡ γῆ ὑμῶν ἐρημωθήσεται [5], καὶ ὑμεῖς διασκορπισθήσεσθε εἰς τὰς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, καὶ ἔσεσθε ἐν διασπορᾷ ἐξουθενώμενοι, ὡς ὕδωρ ἄχρηστον, ἕως οὗ ὁ ὕψιστος ἐπισκέψηται τὴν γῆν, καὶ αὐτὸς ἐλθὼν ὡς ἄνθρωπος, ἐσθίων καὶ πίνων μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συντρίβων τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος δι' ὕδατος. Οὗτος σώσει τὸν Ἰσραὴλ, καὶ πάντα τὰ ἔθνη, [7] Θεὸς εἰς ἄνδρα C ὑποκρινόμενος. Εἴπατε οὖν ταῦτα τοῖς τέκνοις ὑμῶν, μὴ ἀπειθεῖν αὐτῷ. Ἀνέγνων γὰρ ἐν ταῖς πλαξὶ τῶν οὐρανῶν, ὅτι ἀπειθοῦντες [8] ἐπιθήσετε αὐτῷ, καὶ ἀσεβοῦντες ἀσεβήσετε εἰς αὐτὸν, μὴ προσέχοντες τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐντολαῖς ἀνθρώπων. Διὰ τοῦτο διασκορπισθήσεσθε, ὡς Γὰδ καὶ Δὰν, οἱ ἀδελφοί μου, οἱ χώρας αὐτῶν ἀγνοήσουσι, καὶ φυλὴν καὶ γλῶσσαν αὐτῶν. Ἀλλ' ἐπισυνάξει ὑμᾶς Κύριος ἐν πίστει δι' ἐλπίδα εὐσπλαγχνίας αὐτοῦ, διὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ.

Η΄. Καὶ εἰπὼν αὐτοῖς ταῦτα, ἐνετείλατο αὐτοῖς, λέγων· Θάψατέ με εἰς Χεβρών· καὶ ἀπέθανεν, ὕπνῳ D καλῷ κοιμηθείς. Καὶ κατὰ ταῦτα ἐποίησαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, ὡς ἐνετείλατο αὐτοῖς, καὶ ἀναγαγόντες αὐτὸν, ἔθαψαν μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ.

C A P U T XI.

Teſtamentum Joſeph, de Caſtitate.

I. TRanſcriptum teſtamenti Joſeph. Quum moriturus eſſet, vocans filios ſuos & fratres ſuos, dixit eis: Filii mei & fratres, audite Joſeph, dilectum ab Iſrael; auribus percipite, filii, patrem veſtrum. Ego vidi in vita mea invidiam & mortem, & non erravi in veritate Domini. Fratres mei iſti oderunt me, & Dominus dilexit me: iſti voluerunt occidere me, & Deus patrum meorum cuſtodivit me. In lacum me demiſerunt, & Altiſſimus reduxit me. Venditus ſum in ſervum, & Dominus liberum me fecit. In captivitatem aſſumtus ſum, & fortis manus ejus adjuvit me. In fame detentus ſum, & ipſe Dominus nutrivit me. Solus eram, & Deus conſolatus eſt me. In

Κ Ε Φ Α Λ Α Ι Ο Ν ΙΑ΄.

Διαθήκη Ἰωσὴφ, περὶ σωφροσύνης.

Α΄. ΑΝτίγραφον διαθήκης Ἰωσήφ. Ἐν τῷ μέλλειν αὐτὸν ἀποθνήσκειν, καλέσας τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· Τέκνα μου καὶ ἀδελ-E φοὶ, ἀκούσατε Ἰωσὴφ, τοῦ ἠγαπημένου ὑπὸ Ἰσραήλ· ἐνωτίσασθε, υἱοὶ, πατρὸς ὑμῶν. Ἐγὼ εἶδον ἐν τῇ ζωῇ μου τὸν φθόνον καὶ τὸν θάνατον, καὶ οὐκ ἐπλανήθην ἐν τῇ ἀληθείᾳ Κυρίου. Οἱ ἀδελφοί μου οὗτοι ἐμίσησάν με, καὶ ὁ Κύριος ἠγάπησέ με· αὐτοὶ ἤθελόν με ἀνελεῖν, καὶ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων μου ἐφύλαξέ με. Εἰς λάκκον με ἐχάλασαν, καὶ ὁ ὕψιστος ἀνήγαγέ με. Ἐπράθην εἰς δοῦλον, καὶ ὁ Κύριος ἠλευθέρωσέ με. Εἰς αἰχμαλωσίαν ἐλήφθην, καὶ ἡ κραταιὰ χεὶρ αὐτοῦ ἐβοήθησέ μοι. Ἐν λιμῷ συνεχέθην, καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος διέθρεψέ με. Μόνος ἤμην, καὶ ὁ Θεὸς παρεκάλεσέ με. Ἐν ἀσθενείᾳ

a Matth. XI. 19. *b* Iſa. XLV. 15.

1 Μισήσατε τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον] μιμούμενοι, κατὰ τῶν ἀνθρώπων. GRAB.

2 Τὸ κακὸν, ὡς καλόν] Τῷ κακῷ, ὡς καλῷ. ID.

3 Παρακαλέσει] Παραμυθεῖται. ID.

4 Ἥτις ἠγνόησε τοὺς ἀγγέλους Κυρίου, καὶ ἀπώλετο ἕως αἰῶνος. Deſunt. ID.

5 Ἐρημωθήσεται] Καὶ τὰ ἅγια ὑμῶν καταφθαρήσεται, add. Cod. Oxon. ID.

6 *Per aquam*] Duæ iſtæ voces in Codice 75. finem præcedentis periodi faciunt, non vero novam inchoant, ut in Græco Codice. ID.

7 Θεὸς εἰς ἄνδρα ὑποκρινόμενος] Deſunt. ID.—— Warthonus tamen in *Auctar. Hiſtor. dogmat. J. Uſſerii* pag. 322. hæc verba legit in Ms. Archiep. Cantuar. eaque ſic recitat: Δι' ὕδατος οὗτος σώσει τὸν Ἰσραὴλ καὶ πάντα τὰ ἔθνη, Θεὸς εἰς ἄνδρα ὑποκρινόμενος. Hinc Roberti verſio confirmatur, apud quem duabus iſtis vocibus, *per aquam*, nova periodus inchoatur, ut modo monebat Grabius. Neque prætereundum cenſeo, quod apud Simonium occurrit *Biblioth. crit.* tom. II. pag. 232. Ms. ſcilicet bibliothecæ regiæ pro Θεὸς, heic exhibere ἕως: mendoſe procul dubio, nulloque plane ſenſu. Quid enim boni extundes ex hac lectione ἕως εἰς ἄνδρα ὑποκρινόμενος, ſi eam cum præcedentibus conferas? Arguit ibidem ipſe Simonius tamquam minus recte Latine reddita ab Epiſcopo Lincolnienſi, quæ ſtatim ſequuntur: *Dicite* &c. jure ne autem, an injuria, poſt emendationem Grabii, viderint eruditi.

8 Ἐπιθήσετε] Ἀπειθήσετε, quæ genuina eſt lectio. GRAB.

ἤμην, καὶ ὁ ὕψιστος ἐπεσκέψατό με. [1] Ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ὁ σωτὴρ ἐχαρίτωσέ με· ἐν δεσμοῖς, καὶ ἔλυσέ με· [3] ἐν διαβολαῖς, καὶ συνηγόρησέ μοι· ἐν λόγοις Αἰγυπτίων πικροῖς, καὶ ἐῤῥύσατό με· ἐν φθόνοις σὺν δόλοις, καὶ ὕψωσέ με.


Β'. [5] Καὶ οὕτως Φωτιμὰρ, ὁ [6] ἀρχιμάγειρος Φαραὼ, ἐπίστευσέ μοι τὸν οἶκον αὐτοῦ. Καὶ ἠγωνισάμην πρὸς γυναῖκα ἀναιδῆ [7] ἐπειγούσῃ με παρανομεῖν μετ' αὐτῆς. Ἀλλ' ὁ Θεὸς [8] Ἰσραὴλ τοῦ πατρός μου ἐφύλαξέ με ἐκ φλογὸς καιομένης. Ἐφυλακίσθην, [9] ἐτυπτίσθην, ἐμυκτηρίσθην· καὶ ἔδωκέ με Κύριος εἰς οἰκτιρμοὺς ἐνώπιον τοῦ δεσμοφύλακος. Οὐ μὴ B γὰρ ἐγκαταλείψει Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, οὐκ ἐν σκότει, ἢ δεσμοῖς, ἢ θλίψεσιν, ἢ ἀνάγκαις. Οὐ γὰρ ὡς ἄνθρωπος ἐπαισχύνεται ὁ Θεὸς, οὔτε ὡς [10] ἄνθρωπος δειλιᾷ, οὔτε ὡς γηγενὴς ἀσθενεῖ, ἢ ἀπωθεῖται· ἐν πᾶσι δὲ [11] τόποις παρίσταται, καὶ ἐν [12] δικρόφοις τρόποις παρακαλεῖ, ἐκ βραχεῖ ἀφιστάμενος εἰς τὸ δοκιμάσαι τῆς ψυχῆς τὸ διαβούλιον. Ἐν δέκα πειρασμοῖς δόκιμόν με ἀνέδειξε, καὶ ἐν πᾶσιν αὐτοῖς ἐμακροθύμησα· ὅτι μέγα φάρμακόν ἐστιν ἡ μακροθυμία, καὶ πολλὰ ἀγαθὰ δίδωσιν ἡ ὑπομονή.

Γ'. Ποσάκις ἡ Αἰγυπτία ἠπείλησέ μοι θάνατον; C ποσάκις τιμωρίαις [13] παραδοῦσα [14] ἀνεκαλέσατό με, καὶ ἠπείλησέ μοι μὴ θέλοντι συνελθεῖν αὐτῇ; Ἔλεγε δέ μοι· κυριεύσεις μου καὶ πάντων τῶν ἐμῶν, ἐὰν ἐπιδῷς σεαυτὸν εἰς ἐμὲ, καὶ ἔσῃ ὡς δεσπότης ἡμῶν. Ἐγὼ οὖν ἐμνησκόμην λόγων πατέρων πατρός μου Ἰακὼβ, καὶ εἰσερχόμενος εἰς τὸ ταμιεῖον, προσηυχόμην Κυρίῳ, καὶ ἐνήστευον ἐν τοῖς ἑπτὰ ἔτεσιν ἐκείνοις, καὶ ἐφαινόμην τῷ Αἰγυπτίῳ ὡς ἐν τρυφῇ διάγων· ὅτι οἱ διὰ τὸν Θεὸν νηστεύοντες τοῦ προσώπου τὴν χάριν προσλαμβάνουσιν. Ἐὰν δὲ [15] ἐπεδίδου μοι οἶνον, οὐκ ἔπινον· καὶ [16] τριημερίζων ἐλάμβανόν μου τὴν δίαιταν, καὶ ἐδίδουν αὐτὴν πένησι καὶ D ἀσθενοῦσιν. Καὶ ὤρθριζον πρὸς Κύριον, καὶ ἔκλαιον περὶ [17] Μεμφίας τῆς Αἰγυπτίας, ὅτι σφόδρα ἀδιαλείπτως ἐνώχλει μοι· καὶ ἐν νυκτὶ εἰσῄει πρός με, λόγῳ ἐπισκέψεως· καὶ [18] τὰ μὲν πρῶτα ὅτι τέκνον ἀρσενικὸν οὐκ ἦν αὐτῇ, προσεποιεῖτό με ἔχειν, ὡς υἱόν. Καὶ ηὐξάμην πρὸς Κύριον, καὶ ἔτεκεν ἄῤῥεν. Ἕως χρόνου ὡς υἱὸν περιεπτύσσετό με· κἀγὼ ἠγνόουν· [19] ἔσχατον εἰς πορνείαν με [20] ἐφελκύσατο. Καὶ νοήσας ἐλυπήθην ἕως θανάτου· καὶ ἐξελθούσης αὐτῆς, ἦλθον εἰς ἐμαυτὸν, καὶ ἐπένθησα περὶ αὐτῆς ἡμέρας πολλὰς, ὅτι ἔγνων τὸν δόλον αὐτῆς καὶ E τὴν πλάνην. Καὶ ἔλεγον αὐτῇ ῥήματα ὑψίστου, εἰ ἄρα ἀποστρέψει ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῆς τῆς πονηρᾶς.

Δ'. [21] Ποσάκις ὡς ἁγίῳ ἀνδρὶ ἐν λόγοις ἐκολάκευσέ με, μετὰ δόλου διὰ ῥημάτων ἐπαινοῦσα τὴν σωφροσύνην μου ἐνώπιον τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, βουλομένη κατὰ μόνας ὑποσκελίσαι με; Ἐδόξασέ με ὡς σώφρονα φανερῶς, καὶ ἐν κρυφῇ ἔλεγέ μοι· Μὴ φοβηθῇς τὸν ἄνδρα μου· καὶ γὰρ πέπεισται πε-

A infirmitate eram, & Altissimus visitavit me. In carcere eram, & Salvator [2] lætificavit me: in vinculis, & solvit me: in accusationibus, & [4] protexit me: in verbis Ægyptiorum amaris, & liberavit me: in invidia cum dolis, & exaltavit me.

Sæcul. I. circa Ann. Chr. 96.



II. Et ita Photimar, princeps coquorum Pharaonis, credidit mihi domum suam. Et luctatus sum contra mulierem inverecundam, solicitantem me, ut iniqua agerem cum ipsa. Sed Deus Israel patris mei custodivit me a flamma urente. In carcerem conjectus, verberibus cæsus, subsannatus sum: B & fecit Dominus, ut misericordia commotus esset erga me custos carceris. Non enim derelinquet Dominus timentes eum, non in tenebris, nec in vinculis, nec in tribulationibus, nec in necessitatibus. Non enim ut homo confunditur Deus, nec ut filius hominis formidat, neque ut terrenus infirmatur, vel repellitur; in omnibus vero locis præsens est, & in modis differentibus consolatur, in brevi recedens ad probandum animæ consilium. In decem tentationibus probatum me monstravit, & in omnibus his longanimis fui; quoniam magna medicina est longanimitas, & multa bona dat sustinentia.

III. Quoties Ægyptia minata est mihi mortem? quoties pœnis tradens revocavit me mulier, & minata est mihi, quum recusarem rem habere cum ea? Dicebat autem mihi: Dominaberis mihi & omnibus quæ mea sunt, si tradideris teipsum mihi, & eris sicut dominator nostri. Ego igitur recordatus sum sermonum patrum patris mei Jacob, & ingrediens in cubile adoravi Dominum, & jejunavi septem annis illis, & apparui Ægyptio quasi in deliciis vivens; quoniam propter Deum jejunantes faciei gratiam accipiunt. Quumque dabatur mihi vinum, non bibebam: & in triduano jejunio accepi meam diætam, & tribui eam egentibus & infirmis. Et mane evigilavi ad Dominum, & flevi pro Memphitica Ægyptia, quoniam valde indesinenter molesta erat mihi: & noctu intravit ad me, quasi quæ me invisere vellet; & primo quidem, quoniam filius masculus non erat ei, fingebat habere me, ut filium. Et oravi ad Dominum, & peperit marem. Usque ad hoc tempus ut filium me amplexa est; & ego ignorabam: denique me ad fornicationem attrahebat. Et intelligens tristatus sum usque ad mortem; & exeunte ipsa redii ad meipsum, & tristabar illius caussa per dies multos, quia cognovi dolum ejus & errorem. Et dicebam ei verba Altissimi, si forte averteretur a concupiscentia sua perniciosa.

IV. Quoties ut viro sancto in verbis blandita est mihi, cum dolo per verba laudans castitatem meam coram marito suo, volens seorsum supplantare me? Glorificavit me ut castum in manifesto, & in abscondito dixit mihi: Ne timeas virum meum; nam persuasum est ei de castitate tua; adeo

1 Ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ὁ σωτὴρ ἐχαρίτωσέ με] Omissa sunt. Grab.

2 *Lætificavit me*] *Carum me sibi habuit*, sive *gratia sua me complexus est*. Neque enim derivatur a χαρά, sed a χάρις. Id.

3 Ἐν διαβολαῖς, — καὶ ὕψωσέ με.] Desunt. Id.

4 *Protexit me*] i. e. *causam meam egit*. Id.

5 Καὶ οὕτως Φωτιμάρ] Ὁ ἀνοῦχος Φαραώ. Id.

6 Ἀρχιμάγειρος] Vocem hanc Auctor iterum accepit ex LXX. Interpretum versione *Genes.* xxxvii. 36. Notanda vero observatio Hieronymi in *Traditionibus Hebraicis* ad hunc locum: *In plerisque locis archimagiros, id est, coquorum principes, pro magistris exercitus Scriptura commemorat; μαγειρεύειν quippe Græce interpretatur* occidere. *Venditus est igitur Joseph principi exercitus & bellatorum*. Mihi max me placet Targum Jonathan & Hierosolymitanum, quæ ambo reddiderunt, רב ספוקלטוריא *Principi speculatorum*. Quæ vox occurrit quoque *Marc.* vi. 27. Idem.

7 Ἐπειγούσῃ] Ἐπειγούσης habet Codex Oxon. Sed mallem legi ἐπείγουσαν. Id.

8 Ἰσραήλ] Ἰακώβ. Id.

9 Ἐτυπτίσθην, ἐμυκτηρίσθην] Ἐτύφθην, omisso ἐμυκτηρίσθην. Id.

10 Ἄνθρωπος] Υἱὸς ἀνθρώπου, habet Cod. Oxon. Id.

11 Τόποις] Τύποις. Id.

12 Δικρόφοις τρόποις] Διαφόροις τόποις. Id.

13 Παραδοῦσα] Παραδοῦναι, subintell. ἠπείλησε. Id.

14 Ἀνεκαλέσατό με, καὶ ἠπείλησέ μοι μὴ θέλοντι συνελθεῖν αὐτῇ.] Ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐῤῥύσατό με. Id.

15 Ἐπεδίδου] Ms. ἐπιδίδῃ. Id.

16 Τριημερίζων] Deest. Id.

17 Μεμφίας] Omissum est. Id.


18 Τὰ μὲν πρῶτα] Desunt. Id.

19 Ἔσχατον] Ὅτι, habet Cod. Oxon. quæ lectio melior mihi videtur. Id.

20 Ἐφελκύσατο] Ἐφειλκύσατο. Id.

21 Ποσάκις — ὑποσκελίσαι με] Desunt. Id.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 96.



ut quamvis dixerit aliquis ei de nobis, non crederet. Propter hæc omnia in terra jacebam ego sacco indutus, & deprecabar Dominum, ut liberaret me ab Ægyptia. Ut vero nihil valuit, rursus sub prætextu instructionis capiendæ venit ad me, ut disceret verbum Domini; & dixit mihi: Si vis, ut relinquam idola, obtempera mihi; & Ægyptium persuadebo recedere ab idolis, & in lege Domini Dei tui ambulabimus. His ergo respondi: In immunditia non vult Dominus esse venerantes ipsum, neque in adulterantibus bene placitum est ei. Et illa siluit, desiderans explere concupiscentiam suam. Et ego addidi jejunium & orationem, ut liberaret me Dominus ab ipsa.

V. Rursus vero alio tempore dicit mihi: Si adulterare non vis, ego occidam Ægyptium, & ita lege accipiam te in virum. Ego igitur, ut audivi hoc, scidi stolam meam, & dicebam: Mulier, revere Deum, & ne facias hanc perniciosam rem, ut non dispereas: quoniam & ego annuntiabo cogitationem impietatis tuæ omnibus. Timens igitur illa, rogabat, ut nulli annuntiarem malitiam ejus; & recessit, tentans me donis, & mittens mihi omnia, quæ sunt in usum filiorum hominum.

VI. Et misit mihi cibum incantatione conspersum. Et ut venit eunuchus ferens illum, respexi, & vidi virum terribilem, tradentem mihi cum disco gladium. Et intellexi, quod hæc curiosa sedulitas in seductionem esset animæ meæ. Et egresso eo, flebam, neque illum, neque alium ciborum ipsius gustans. Post unum igitur diem ipsa veniens ad me, cognovit cibum, & dixit mihi: Quid hoc est, quod non comedisti de cibo? Et dicebam ei: quoniam implesti illum morte. Et quomodo dixisti, quod non appropinquo idolis, sed Domino soli? Nunc igitur cognosce, quod Deus patris mei per Angelum revelavit mihi malitiam tuam, & servavi cibum in redargutionem tui, si forte videns illum pœniteas. Ut vero discas, quod his qui in castitate Dominum venerantur, non prævalet malitia impie agentium, accipiens coram ipsa comedi, dicens: Deus patrum meorum, & Angelus Abraham, erit mecum. Illa vero cecidit in faciem ad pedes meos, & flevit: & erigens illam admonui: & promisit se non esse facturam amplius impietatem hanc.

VII. Adhuc vero cor ipsius in me exarserat ad adulterium, & ingemiscens cecidit. Videns vero eam Ægyptius, dicit ei: Quid concidit facies tua? Illa vero dixit: Dolore cordis ego doleo, & gemitus spiritus mei constringunt me. Et curabat eam non ægrotantem. Tunc insiluit ad me, adhuc foris existente viro suo, & dicit mihi: Suffocor, vel in puteum, vel præcipitium projicio meipsam, nisi mihi obtemperaveris. Et intelligens, quod spiritus Beliar ipsam conturbat, orans Dominum, dixi ei: Quid turbaris & tumultuaris, in peccatis excæcata? Memento quod si occidas teipsam, Sethon, concubina viri tui, rivalis tua, colaphos infringet filiis tuis, & perdet memoriam tuam de ter-

A εἰ τῆς σωφροσύνης σου· ὅτι κἂν εἴπῃ τις αὐτῷ περὶ ἡμῶν, οὐ μὴ πιστεύσῃ. Ἐν τούτοις πᾶσι ἐχαμοκοίτων ἐγὼ [1], καὶ ἐδεόμην τοῦ Θεοῦ, ὅπως ῥύσηταί με ἐκ τῆς Αἰγυπτίας. Ὡς δὲ οὐδὲν ἴσχυσε, πάλιν ἐπὶ λόγῳ κατηχήσεως ἤρχετο πρός με, μαθεῖν λόγον Κυρίου· καὶ ἔλεγέ μοι· Εἰ θέλεις, ἵνα καταλίπω τὰ εἴδωλα, [2] συμπείσθητί μοι· καὶ τὸν Αἰγύπτιον πείσω ἀποστῆναι τῶν εἰδώλων, ἐν νόμῳ Κυρίου σου πορευόμενοι. [3] Λέγω δὲ πρὸς αὐτήν· Οὐκ ἐν ἀκαθαρσίᾳ [4] λέγει Κύριος σεβομένους αὐτὸν, οὐδὲ ἐν τοῖς μοιχεύουσιν εὐδοκεῖ. Κἀκείνη [5] ἐσιώπησε, ποθοῦσα [6] ἐκτελέσαι τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς. Κἀγὼ
B προσετίθουν νηστείαν καὶ προσευχὴν, ὅπως ῥύσηταί με ὁ Κύριος ἀπ' αὐτῆς.

Ε'. Πάλιν δὲ ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ λέγει μοι· Εἰ μοιχεῦσαι οὐ θέλεις, ἐγὼ ἀναιρῶ τὸν Αἰγύπτιον, καὶ οὕτως [7] νόμῳ λήψομαί σε εἰς ἄνδρα. Ἐγὼ οὖν, ὡς ἤκουσα τοῦτο, διέῤῥηξα τὴν στολήν μου, καὶ εἶπον· Γύναι, αἰδέσθητι τὸν Κύριον, καὶ μὴ ποιήσῃς τὴν πρᾶξιν ταύτην τὴν πονηρὰν, ἵνα μὴ ἐξολοθρευθῇς· ὅτι καί γε ἐγὼ ἐξαγγελῶ τὴν ἐπίνοιαν τῆς ἀσεβείας σου πᾶσι. Φοβηθεῖσα οὖν ἐκείνη, ἠξίου, ἵνα μηδενὶ ἀναγγείλω τὴν κακίαν αὐτῆς· καὶ ἀνεχώρησε, [8] θέλγουσά με δώροις, καὶ πέμπουσα πᾶσαν ἀπόλαυσιν υἱῶν
C ἀνθρώπων.

ς'. Καὶ ἀποστέλλει μοι βρῶμα ἐν γοητείᾳ πεφυρμένον. Καὶ ὡς ἦλθεν ὁ εὐνοῦχος ὁ κομίζων αὐτὸ, ἀνέβλεψα, καὶ εἶδον φοβερὸν ἄνδρα, ἐπιδιδόντα μοι μετὰ τοῦ τρυβλίου μάχαιραν. Καὶ συνῆκα, ὅτι περιεργία αὕτη εἰς ἀποπλάνησιν ψυχῆς ἐστι. Καὶ ἐξελθόντος αὐτοῦ, ἔκλαιον, μήτε ἐκείνου, μήτε ἄλλου γευσάμενος ἐδεσμάτων αὐτῆς. Μετὰ δὲ μίαν ἡμέραν ἐλθοῦσα πρός με, ἐπέγνω τὸ βρῶμα, καὶ λέγει πρός με· Τί τοῦτο, ὅτι οὐκ ἔφαγες ἀπὸ τοῦ βρώματος; Καὶ εἶπον πρὸς αὐτήν· Ὅτι ἐπλήρωσας αὐτὸ θανάτου. Καὶ πῶς εἶπας, ὅτι οὐκ ἐγγί-
D ζω τοῖς εἰδώλοις, ἀλλὰ [9] Κυρίῳ μόνῳ; Νῦν οὖν γνῶθι, ὅτι ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου δι' ἀγγέλου ἀπεκάλυψέ μοι τὴν κακίαν σου, καὶ ἐτήρησα αὐτὸ εἰς ἔλεγχόν σου, εἰ ἄρα ἰδοῦσα αὐτὸ μετανοήσεις. Ἵνα δὲ μάθῃς, ὅτι τῶν ἐν σωφροσύνῃ Θεὸν σεβόντων οὐ κατισχύει κακία ἀσεβούντων, λαβὼν ἐνώπιον αὐτῆς ἔφαγον, εἰπών· Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων μου, καὶ ὁ ἄγγελος Ἀβραὰμ ἔσαι μετ' ἐμοῦ. Ἡ δὲ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον εἰς τοὺς πόδας μου, καὶ ἔκλαυσε· καὶ ἀναστήσας αὐτὴν ἐνουθέτησα· καὶ συνέθετο τοῦ μὴ ποιῆσαι ἔτι τὴν ἀσέβειαν ταύτην.

Ζ'. [10] Ὅτι δὲ ἡ καρδία αὐτῆς ἐνέκειτο εἰς ἐμὲ
E πρὸς ἀκολασίαν, [11] καὶ στενάζουσα [12] προσέπιπτεν. Ἰδὼν δὲ ὁ Αἰγύπτιος, λέγει πρὸς αὐτήν· Τί συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου; Ἡ δὲ εἶπε· Πόνον καρδίας ἀλγῶ ἐγὼ, καὶ οἱ στεναγμοὶ τοῦ πνεύματός μου συνέχουσί με. Καὶ ἐθεράπευσεν αὐτὴν μὴ ἀσθενοῦσαν. Τότε εἰσεπήδησε πρός με, ἔτι ἔξω ὄντος τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ λέγει μοι· Ἄγχομαι, ἢ εἰς φρέαρ, ἢ εἰς κρημνὸν ῥίπτω ἐμαυτὴν, ἐὰν μὴ [13] συμπεισθῇς μοι. Καὶ νοήσας, ὅτι τὸ πνεῦμα τοῦ Βελιὰρ [14] αὐτὴν ἐνοχλεῖ, προσευξάμενος Κυρίῳ, εἶπον αὐτῇ· Ἵνα τί ταράσσῃ καὶ θορυβῇ, ἐν ἁμαρτίαις τυφλώττουσα; Μνήσθητι ὅτι ἐὰν ἀνέλῃς σαυτὴν, [15] ἡ Σηθὼν, ἡ παλλακὴ τοῦ ἀνδρός σου, ἡ ἀντίζηλός σου, [16] κολαφίσει τὰ τέκνα σου, καὶ ἀπολέσει τὸ μνημόσυνόν σου

1 Ἐν τούτοις πᾶσι ἐχαμοκοίτων ἐγὼ] Ἐν σάκκῳ, add. GRAB.
2 Συμπείσθητί] Συγγίνου. ID.
3 Λέγω] Ἔλεγον. ID.
4 Λέγει] Θέλει, recte legit Cod. Oxon. ID.
5 Ἐσιώπησε] Ἐφιλονείκει, quod plane contrarium sonat. ID.
6 Ἐκτελέσαι] Τελέσαι. ID.
7 Νόμῳ] Νομίσας. ID.
8 Θέλπουσα] Lege θέλγουσα. ID.
9 Κυρίῳ μόνῳ] Ex veneficio idolorum cultum colligit Josephus. Idololatria quippe & magia geminæ sunt sorores, ut alii ante me prolixe per exempla docuerunt. Ipse Spiritus S. Babeli una cum idololatria incantationes adscribit & veneficia, *Esaiæ* XLVII. & *Apocalyps.* XVIII. ID.
10 Ὅτι] Ἔτι. ID.
11 Καὶ] Deest in Ms. Trin. ID.
12 Προσέπιπτεν] Συνέπιπτεν. ID.
13 Συμπεισθῇς] Συγγένῃ. ID.
14 Αὐτὴν] Αὐτῇ. ID.
15 Ἡ Σηθὼν] Omiss. ID.
16 Κολαφίσει] Κονδυλίσει. ID.

ἀπὸ τῆς γῆς. Καὶ λέγει πρός με· Εἰ οὖν ἀγαπᾷς με; ἀρκεῖ μοι μόνον, [1] ὅτι ἀντιποιῇ τῆς ζωῆς μου, καὶ τῶν τέκνων μου· καὶ ἔχω προσδοκίαν ἀπολαῦσαι τῆς ἐπιθυμίας μου. Καὶ οὐκ ἔγνω, ὅτι διὰ τὸν Θεόν μου εἶπον οὕτως, καὶ οὐχὶ δι' αὐτήν. Ἐὰν γάρ τις πάθει ὑποπέσῃ ἐπιθυμίας πονηρᾶς, καὶ τούτῳ δουλωθῇ, ὡς κἀκείνη· κἂν ἀγαθόν τι ἀκούσῃ, εἰς τὸ πάθος [2] ᾧ ἡττᾶται, ἐκλαμβάνει αὐτὸ πρὸς ἐπιθυμίαν πονηράν.

Η'. Λέγω ὑμῖν, τέκνα, ὅτι ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη, ὅτε ἐξῆλθεν ἀπ' ἐμοῦ· κἀγὼ γόνυ κλίνας πρὸς Κύριον ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ ὅλην τὴν νύκτα συνάψας, περὶ τὸν ὄρθρον ἀνέστην δακρύων καὶ αἰτῶν λύτρωσιν ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας. Τέλος οὖν ἐπιλαμβάνεταί μου τῶν ἱματίων, μετὰ βίας ἐφελκομένη με εἰς συνουσίαν. Ὡς οὖν εἶδον ὅτι μαινομένη κρατεῖ τὰ ἱμάτιά μου, γυμνὸς ἔφυγον. Κἀκείνη ἐσυκοφάντησέ με πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς· καὶ ἐνέβαλέ με εἰς φυλακὴν ἐν οἴκῳ αὐτοῦ ὁ Αἰγύπτιος· καὶ τῇ ἑξῆς μαστίξας με, ἔπεμψέ με εἰς [3] τὴν εἱρκτὴν τοῦ Φαραώ. Ὡς οὖν ἤμην ἐν πέδαις, ἡ Αἰγυπτία ἠσθένει ἀπὸ τῆς λύπης, καὶ ἐπηκροᾶτό μου, πῶς ὕμνουν τὸν Κύριον ἐν οἴκῳ σκότους, καὶ ἐν ἱλαρᾷ φωνῇ χαίρων ἐδόξαζον τὸν Θεόν μου μόνον, ὅτι διὰ προφάσεως ἀπηλλάγην τῆς Αἰγυπτίας.

Θ'. Πολλάκις ἔπεμψε πρός με, λέγουσα· Εὐδόκησον πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ [4] λυτρώσω σε τῶν δεσμῶν, καὶ ἀπαλλάξω σε τοῦ σκότους· καὶ οὐδὲ ἕως ἐννοιῶν ἔκλινα πρὸς αὐτήν. Ἀγαπᾷ γὰρ ὁ Θεὸς μᾶλλον τὸν ἐν λάκκῳ σκότους [5] νηστεύοντα ἐν σωφροσύνῃ, ἢ τὸν ἐν ταμείοις [6] τρυφῶντα μετὰ ἀκολασίας. Ὁ δὲ ἐν σωφροσύνῃ διάγων θέλει καὶ δόξαν, καὶ εἰ οἶδεν ὁ ὕψιστος, ὅτι συμφέρει, παρέχει αὐτῷ καὶ [7] ταῦτα, ὡς κἀμοί. Ποσάκις, καίπερ ἀσθενοῦσα, κατῄει πρός με ἐν ἀωρίᾳ, καὶ ἤκουσε τῆς φωνῆς μου προσευχομένου; συνιὼν δὲ ἐγὼ τοὺς στεναγμοὺς αὐτῆς, ἐσιώπουν. Καὶ γὰρ ὅτε ἤμην ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς, ἐγύμνου τοὺς βραχίονας αὐτῆς, καὶ τὰ στέρνα, καὶ τὰς κνήμας, ἵνα συμπέσω εἰς αὐτήν· πάνυ γὰρ ἦν ὡραία, μάλιστα κοσμουμένη πρὸς ἀπάτησίν μου. Καὶ ὁ Κύριος ἐφύλαξέ με ἀπὸ τῶν ἐγχειρημάτων αὐτῆς.

Ι'. Ὁρᾶτε οὖν, τέκνα μου, πόσα κατεργάζεται ἡ ὑπομονή, καὶ ἡ προσευχὴ μετὰ νηστείας. Καὶ ὑμεῖς οὖν, ἐὰν τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν ἁγνείαν μετέλθητε ἐν ὑπομονῇ καὶ ταπεινώσει καρδίας, Κύριος κατοικήσει ἐν ὑμῖν, ὅτι ἠγάπησε τὴν σωφροσύνην. Ὅπου δὲ κατοικεῖ ὁ ὕψιστος, κἄν τις περιπέσῃ φθόνῳ, ἢ δουλείᾳ, ἢ συκοφαντίᾳ [8], Κύριος ὁ ἐν αὐτῷ κατοικῶν, διὰ τὴν σωφροσύνην οὐ μόνον ἐκ τῶν κακῶν ῥύεται, ἀλλὰ καὶ ὑψοῖ, καὶ δοξάζει αὐτὸν, ὡς κἀμέ. Πάντως γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ἢ ἐν ἔργῳ, ἢ ἐν λόγῳ, ἢ ἐν διανοίᾳ [9] συνέρχεται. Γινώσκουσιν οἱ ἀδελφοί μου, πῶς ἠγάπησέ με ὁ πατήρ μου· καὶ οὐκ ὑψούμην ἐν τῇ καρδίᾳ μου· καίπερ νήπιος ὤν, εἶχον τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ διανοίᾳ μου· Ἤδειν γὰρ, ὅτι τὰ πάντα παρελεύσεται, καὶ ἐμέτρουν ἐμαυτὸν, καὶ ἐτίμουν τοὺς ἀδελφούς μου. καὶ διὰ τὸν φόβον αὐτῶν ἐσιώπουν πιπρασκόμενος, μὴ εἰπεῖν τοῖς Ἰσμαηλίταις τὸ γένος μου, ὅτι υἱός εἰμι Ἰακὼβ, ἀνδρὸς μεγάλου καὶ δυνατοῦ.

ΙΑ'. Καὶ ὑμεῖς οὖν ἔχετε ἐν [10] πράξει ὑμῶν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τιμᾶτε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν. Πᾶς γὰρ ὁ ποιῶν νόμον Κυρίου, ἀγαπηθήσεται ὑπ' αὐτοῦ. Ἐλθὼν οὖν εἰς Ἰνδοκολπίτας μετὰ τῶν Ἰσμαη-

A ra. Et dicit mihi: Num igitur diligis me? sufficit mihi solum, quod protegis vitam meam, & filiorum meorum; & habeo exspectationem potiundi desiderio meo. Et non cognovit, quod propter Deum meum ita dixi, & non propter ipsam. Si enim aliquis passioni succumbat desiderii perniciosi, & huic servus efficiatur, ut & illa; etsi bonum aliquid audierit, in passionem qua vincitur, accipit illud ad desiderium perniciosum.


VIII. Dico vobis, filii, quod hora erat quasi sexta, quando exivit a me; & ego genu flectens (*oravi*) ad Dominum totum diem, & totam noctem conjungens, circa diluculum surrexi lacry-
B mans, & petens liberationem ab Ægyptia. In fine igitur apprehendit mea vestimenta, violenter attrahens me ad concubitum. Ut igitur vidi quod insaniens tenuit vestimenta mea, nudus effugi. Illa vero calumniata est me apud virum suum: & injecit me in carcerem qui erat in domo sua Ægyptius; & sequenti die, quum flagellasset me, misit me in carcerem Pharaonis. Et quum vinctus jacerem in compedibus, Ægyptia infirmata est dolore, & auscultabat mihi, qualiter hymnis laudabam Dominum in domo tenebrarum, & hilari voce gaudens glorificabam Deum meum solum, quod per (*hanc*) occasionem amovebar ab Ægyptia.
C IX. Multoties misit ad me, dicens: Digneris implere desiderium meum, & liberabo te a vinculis, & eripiam te ex tenebris: & neque usque ad cogitationes inclinavi ad eam. Diligit enim Deus eum magis, qui in lacu tenebrarum jejunat in castitate, quam eum qui in cellis penuariis opipare luxuriatur. Qui autem in castitate vivit & vult gloriam, & si noverit Altissimus, quod expediat, tribuit ei & hæc, quemadmodum & mihi. Quoties, quamvis infirmata, descendit ad me immature, & audivit vocem mei orantis? intelligens vero ego suspiria ejus, silui. Etenim quum
D eram in domo ejus, nudavit brachia sua, & pectora, & tibias, ut inciderem in eam: valde enim erat pulcra, maximeque ornata, ut me deciperet. Et Dominus custodivit me a conatibus ejus.

X. Videte igitur filii mei, quanta operatur sustinentia, & oratio cum jejunio. Et vos igitur, si sobrietatem & castitatem transeatis in sustinentia & humilitate cordis, Dominus habitabit in vobis, quoniam dilexit sobrietatem. Ubi vero habitat Altissimus, etsi aliquis incidat in invidiam, vel servitutem, vel calumniam, Dominus qui in ipso habitat, propter castitatem non solum a malis liberat, sed & exaltat & glorificat ipsum,
E sicut & me. Omnino enim homo, vel in opere, vel in verbo, vel in cogitatione continetur. Cognoscunt fratres mei, qualiter dilexit me pater meus; & non exaltatus sum in corde meo: quamvis puer exsistens, habebam timorem Dei in mente mea. Scivi enim, quod omnia transibunt, & moderabar meipsum, & honorabam fratres meos: & propter timorem eorum silui venditus, ut non dicerem Ismaelitis genus meum, quod filius essem Jacob, viri magni & potentis.

XI. Et vos igitur habete in actu vestro Dei timorem, & honorate fratres vestros. Omnis enim qui facit legem Dei, diligetur ab ipso. Veniens igitur ad Indocolpitas cum Ismaelitis, interroga-

1 Ὅτι ἀντιποιῇ] Ἀντιποιοῦσαι. Grab.
2 Ὧ ἡττᾶται] Deest. Id.
3 Τὴν εἱρκτὴν τοῦ Φαραώ] Ita emendo, ex Ms. Cod. Oxon. pro quibus antehac legebatur iterum, φυλακὴν ἐν οἴκῳ αὐτοῦ ὁ Αἰγύπτιος. Id. — Emendatio minime forte admittenda, si cum iis quæ de Ægyptia statim subduntur, conferatur.
4 Λυτρώσω] Λύσω. Grab.
5 Νηστεύοντα] Πιστεύοντα perperam habet Cod. Oxon. Id.
6 Τρυφῶντα] Βασιλέων add. Cod. Oxon. Id.
7 Ταῦτα] Ταυτά. Id.
8 Ἢ συκοφαντίᾳ] Ἢ σκότει, addit Cod. Oxon. omissis sequentibus a Κύριος usque σωφροσύνην. Id.
9 Συνέρχεται] Συνέχεται Ms. Trin. Id.
10 Πράξει ὑμῶν τόν] Πάσῃ τῇ πράξει ὑμῶν πρὸ ὀφθαλμῶν τόν. Id.

SÆCUL. I. CIRCA ANN. CHR. 96.



bant me: & ego dicebam, quod servus essem ex domo, ut non confunderem fratres meos. Dicit vero mihi major eorum: Non es servus, quoniam & aspectus tuus ostendit de te; & minatus est mihi usque ad mortem. Ego vero dicebam, quod servus ipsorum essem. Ut autem venimus in Ægyptum, de me decertabant, quis addens thesaurum acciperet me. Ideo placuit omnibus, ut essem in Ægypto apud negotiatorem negotiationis ipsorum, usquequo reverterentur ferentes negotiationem. Et Dominus dedit mihi gratiam in oculis negotiatoris, & credidit mihi domum suam. Et benedixit ei Dominus in manu mea, & implevit eum argento & auro; & eram cum ipso mensibus tribus, & diebus quinque.

XII. Secundum illud tempus transivit Memphitica mulier Petephri cum gloria multa, & injecit super me oculos suos; quoniam dixerant ei eunuchi de me. Et dicit viro suo de negotiatore, quod ditatus esset in manu juvenis cujusdam Hebræi: dicunt vero, quod furto furati essent eum de terra Chanaan. Nunc ergo fac cum eo judicium, & aufer juvenem in dispensatorem tuum; & benedicet tibi Deus Hebræorum, quoniam gratia ex cælo est in ipso.

XIII. Petephris vero persuasus verbis ipsius, jussit adduci negotiatorem, & dicit ei: Quid hæc audio, quod furaris animas ex terra Hebræorum, [6] in pueris vendendis? Cadens igitur negotiator in faciem suam, precabatur dicens: Precor te, domine, non novi quid dicis. Ille vero ait: Unde igitur tibi puer Hebræus? Et dixit: Ismaelitæ commendaverunt mihi ipsum, usquequo revertantur. Et non credidit ei; sed jussit nudum flagellari eum. Sustinente vero eo, dixit Petephris: Adducatur juvenis. Et inductus supplicavi principi eunuchorum: tertius enim erat in dignitate apud Pharaonem, princeps omnium eunuchorum, habens uxores, & concubinas, & filios. Et quum me seorsum duxisset, dixit: servus es, an liber? & dicebam: servus. Et dicit mihi: cujus es servus? Et dico ei: Ismaelitarum. Et rursus dixit mihi: qualiter ipsorum factus es servus? & dicebam: quoniam ex terra Chanaan emerunt me. Ille vero non credidit, dicens: mentiris; & nudum jussit me flagellari.

XIV. Memphitica vero vidit per fenestram me flagellatum, & mittit ad virum suum, dicens: Injustum est judicium tuum, quoniam & furto abreptum liberum punis, ut injuste agentem. Ubi autem non commutavi verbum flagellatus, jussit custodiri me, usquequo veniant (ait) domini pueri. Et uxor ejus dicit ei: Propter quid detines captivum nobilem puerum, quem oportuit magis solvi, & famulari tibi? voluit enim me videre in desiderio peccati; & ignorabam de omnibus his. Ille vero dixit Memphiticæ: Non licet apud Ægyptios, ante ostensionem auferri aliena. Hoc dixit de negotiatore; & de me, quoniam debui inclusus teneri.

XV. Post viginti vero & quatuor dies venerunt Ismaelitæ; & quia audiverant, quod Jacob pater meus tristatur de me, dixerunt mihi: quid est, quod dixisti teipsum servum esse? & ecce cognovimus, quod filius es viri magni in terra Chanaan;

λιτῶν, ἠρώτουν με· κἀγὼ εἶπον, ὅτι δοῦλός εἰμι ἐξ οἴκου, ἵνα μὴ αἰσχύνω τοὺς ἀδελφούς μου. Λέγει δέ μοι ὁ μείζων αὐτῶν· Οὐ εἶ δοῦλος, ὅτι καὶ ἡ ὄψις σου δηλοῖ περὶ σου· καὶ ἠπείλει μοι ἕως θανάτου. Ἐγὼ δὲ ἔλεγον, ὅτι δοῦλος αὐτῶν εἰμι. Ὡς δὲ ἤλθομεν εἰς Αἴγυπτον, περὶ ἐμοῦ ἐμάχοντο, τίς προσδοὺς χρυσίον λάβῃ με. Διότι πᾶσιν ἔδοξεν εἶναί με εἰς Αἴγυπτον πρὸς μετάβολον ἐμπορείας αὐτῶν, ἕως ἐπιστρέψωσι φέροντες ἐμπορείαν. Καὶ ὁ Κύριος ἔδωκέ μοι χάριν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ μεταβόλου, καὶ ἐπίστευσέ μοι τὸν οἶκον αὐτοῦ. Καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν ὁ Κύριος ἐν χειρί μου, καὶ ἐπλήθυνεν αὐτὸν ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ· καὶ ἤμην μετ᾽ αὐτοῦ μῆνας τρεῖς, καὶ ἡμέρας πέντε.

ΙΒ΄. Κατ᾽ ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν παρήει ἡ [1] Μεμφία γυνὴ τοῦ [2] Πετεφρὴ μετὰ δόξης πολλῆς, καὶ ἐπέβαλεν ἐπ᾽ ἐμὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς· ὅτι εἶπον αὐτῇ οἱ εὐνοῦχοι περὶ ἐμοῦ. Καὶ λέγει τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς περὶ τοῦ μεταβόλου, ὅτι ἐπλούτησεν ἐν χειρὶ νέου τινὸς Ἑβραίου· λέγουσι δὲ, ὅτι καὶ κλοπῇ ἔκλεψαν αὐτὸν ἐκ γῆς Χαναάν. Νῦν οὖν ποίησον μετ᾽ αὐτοῦ κρίσιν, καὶ ἄφελε τὸν νεανίαν εἰς [3] οἰκονόμον σου· καὶ εὐλογήσει σε ὁ τῶν Ἑβραίων Θεὸς, ὅτι χάρις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐστιν ἐπ᾽ αὐτῷ.

'Αντιόχειαν Πέτρου διαδοχῆς, δεύτερος τὴν ἐπισκοπὴν κεκληρωμένος. Λόγος δ' ἔχει τοῦτον ἀπὸ Συρίας ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀναπεμφθέντα, θηρίων γενέσθαι βορὰν, τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν. Καὶ δὴ τὴν δι' Ἀσίας ἀνακομιδὴν μετ' ἐπιμελεστάτης φρουρῶν φυλακῆς ποιούμενος, τὰς κατὰ πόλιν αἷς ἐπεδήμει παροικίας, ταῖς διὰ λόγων ὁμιλίαις τε καὶ προτροπαῖς ἐπιῤῥωννὺς, ἐν πρώτοις μάλιστα προφυλάττεσθαι αἱρέσεις ἄρτι τότε πρῶτον ἀναφυείσας καὶ ἐπιπολαζούσας παρῄνει· προὔτρεπέ τε ἀπρὶξ ἔχεσθαι τῆς τῶν Ἀποστόλων παραδόσεως, ἣν ὑπὲρ ἀσφαλείας, καὶ ἐγγράφως, ἤδη μαρτυρόμενος διατυποῦσθαι ἀναγκαῖον ἡγεῖτο. Οὕτω δῆτα ἐν Σμύρνῃ γενόμενος, ἔνθα ὁ Πολύκαρπος ἦν, μίαν μὲν ἐπιστολὴν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐκκλησίᾳ γράφει, ποιμένος αὐτῆς μνημονεύων Ὀνησίμου· ἑτέραν δὲ τῇ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δαμᾶ μνήμην πεποίηται· καὶ τῇ ἐν Τράλλεσι δὲ ἄλλην, ἧς ἄρχοντα τότε ὄντα Πολύβιον ἱστορεῖ. Πρὸς ταύταις καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ γράφει· ᾗ καὶ παράκλησιν προτείνει, ὡς μὴ παραιτησάμενοι τοῦ μαρτυρίου, τῆς ποθουμένης αὐτὸν ἀποστερήσαιεν ἐλπίδος. ἐξ ὧν καὶ βραχύτατα εἰς ἐπίδειξιν τῶν εἰρημένων παραθέσθαι ἄξιον. γράφει δὴ οὖν κατὰ λέξιν· ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ διὰ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἐνδεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστι στρατιωτικὸν τάγμα· οἳ καὶ εὐεργετούμενοι, χείρους γίγνονται. ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασι αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι. ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἑτοίμων. ἃ καὶ εὔχομαι σύντομά μοι εὑρεθῆναι. ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θέλῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. συγγνώμην μοι ἔχετε. τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω. νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι. μηδέν με ζηλῶσαι τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις· σκορπισμοὶ ὀστέων· συγκοπαὶ μελῶν· ἀλεσμοὶ ὅλου τοῦ σώματος· κολάσεις τοῦ διαβόλου εἰς ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῆς δηλωθείσης πόλεως ταῖς κατειλεχθείσαις ἐκκλησίαις διετυπώσατο. Ἤδη δ' ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος, ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμι-

VERSIO H. VALESII.

bratus, secundus post Petrum Antiochensem Ecclesiam sortitus est. Hic ob fidem Christi e Syria ad urbem Romam perductus, bestiis objectus esse dicitur. Et quum per Asiam sub accuratissima satellitum custodia duceretur, singularum nihilominus civitatum quas ingrederetur, Ecclesias sermonibus & cohortationibus suis confirmans, monebat in primis ut sibi a pravis hæreticorum opinionibus caverent; quæ tunc primum in lucem emergere quum cœpissent, copiosius pullulabant. Hortatusque est, ut Apostolorum traditionibus tenaciter inhærerent: quas quidem ad certiorem posteritatis notitiam testimonio suo confirmatas scriptis mandare necessarium duxit. Itaque quum Smyrnam venisset in qua tum erat Polycarpus, unam quidem Epistolam scripsit ad Ecclesiam *Ephesiorum*, in qua Onesimi ipsorum Pastoris mentionem facit. Alteram quoque dedit ad Ecclesiam *Magnesiæ* civitatis quæ ad Mæandrum sita est, in qua etiam Damam Episcopum nominat. Aliam item ad Ecclesiam *Trallianorum*, cujus Antistitem tunc fuisse memorat Polybium. Præter has est & alia ejus Epistola ad Ecclesiam urbis *Romæ*, in qua orat atque hortatur Romanos, ne martyrium a se depellentes ac deprecantes, spe ac voto se fraudare velint. Sed operæ pretium fuerit ad confirmationem eorum quæ diximus, nonnulla ex iis litteris heic adscribere. Scribit igitur in hunc modum: „ A Syria Romam „ usque cum bestiis depugno, terra „ marique, noctu & interdiu, colligatus decem leopardis, hoc est „ manipulo militum; qui beneficiis „ a me affecti, sæviores fiunt. Verum ego injuriis quidem illorum „ erudior: non idcirco tamen justificatus sum. Utinam fruar bestiis „ illis quæ mihi paratæ sunt. Quas „ equidem opto ut quamprimum „ inveniam. Palpaturus sum eas, ut „ me celeriter devorent, nec metu „ absterritæ mihi parcant, quemadmodum aliquibus pepercerunt. „ Quod si forte recusabunt, ego eas „ vi adigam. Veniam mihi date. „ Novi quidnam mihi conducat. „ Nunc tandem incipio esse discipulus Christi. Nulla res tam earum quæ adspectabiles sunt, quam „ earum quæ sub oculos non cadunt, animum meum capiat, ut „ Jesu Christo possim potiri. Ignis, „ crux, bestiarum impetus, ossium „ distractio, confractio membrorum, ac totius corporis contusio, „ diaboli quoque supplicia in me „ unum incursent, dummodo Christo frui mihi liceat. „ Et hæc quidem ille ex Asia ad Ecclesias superius memoratas perscripsit. Postea

VERSIO RUFINI.

„ te quæsita cumulentur, dummodo Jesum Christum merear „ adipisci. „ Hæc & multa alia his similia ad diversas Ecclesias scribit. Sed & ad *Polycarpum*, velut Apostolicum virum datis litteris, Antiochenam ei Ecclesiam præcipue commendat. Ad *Smyrnæos* sane scribens, utitur verbis quibusdam, unde assumtis nescimus, quibus hæc de Salvatore proloquitur: „ Ego autem post resurrectio„ nem quoque in carne eum scio „ fuisse, & credo. Nam & „ quum venisset ad Petrum ce„ terosque, ait eis: Accedi„ te, & videte, quia non sum „ dæmonium incorporeum. Qui „ & contingentes eum, credi„ derunt. „ Scit autem & Irenæus martyrium ejus, nec non & mentionem facit scriptorum ejus. —— Sed & Polycarpus horum memoriam facit in Epistola, quam ad Philippenses scribit per hæc: „ Deprecor, in„ quit, omnes vos obedientiæ „ operam dare, & meditari pa„ tientiam quam vidistis in *Igna„ tio*, & Rufo, & Zosimo bea„ tis viris, præcipue autem in „ Paullo & ceteris Apostolis, „ qui fuerunt ante vos; scien„ tes quod hi omnes non in va„ cuum, sed per fidem & ju„ stitiam cucurrerunt, usque„ quo pervenirent ad locum si„ bi a Domino præparatum: „ quoniam quidem passionum „ ejus participes exstiterunt, „ nec dilexerunt præsens sæcu„ lum, sed eum solum qui pro „ ipsis & pro nobis mortuus est „ & resurrexit „. Et post pauca subjungit: „ Scripsistis mihi „ & vos & *Ignatius*, ut si quis „ vadit ad partes Syriæ deferat „ litteras ad vos: quod faciam, „ quum tempus invenero „. *Lege* HAYMON. *lib.* IV. *cap.* VI.

λεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγουμένῳ Πολυκάρπῳ· ὃν οἷα δὴ Ἀποστολικὸν ἄνδρα εὖ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποίμνην, ὡς ἂν γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξιῶν. Ὁ δ' αὐτὸς Σμυρναίοις γράφων, οὐκ οἶδα ὁπόθεν ῥητοῖς συγκέχρηται, τοιαῦτά τινα περὶ τοῦ Χριστοῦ διεξιών· ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἐλήλυθεν, ἔφη αὐτοῖς· λάβετε, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο, καὶ ἐπίστευσαν. Οἶδε δὲ αὐτοῦ τὸ μαρτύριον καὶ ὁ Εἰρηναῖος, καὶ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ μνημονεύει. —— Καὶ ὁ Πολύκαρπος δὲ τούτων αὐτῶν μέμνηται ἐν τῇ φερομένῃ αὐτοῦ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ, φάσκων αὐτοῖς ῥήμασι· παρακαλῶ οὖν πάντας ὑμᾶς πειθαρχεῖν καὶ ἀσκεῖν πᾶσαν ὑπομονήν, ἣν εἴδετε κατ' ὀφθαλμοὺς οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ καὶ Ῥούφῳ καὶ Ζωσίμῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν· καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ καὶ τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις· πεπεισμένους ὅτι οὗτοι πάντες οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, ἀλλ' ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὅτι εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ Κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον. οὐ γὰρ τὸν νῦν ἠγάπησαν αἰῶνα, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα, καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀναστάντα. Καὶ ἑξῆς ἐπιφέρει· ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος, ἵνα ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα. ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγώ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν. Lege NICEPHORUM lib. III. cap. XIX.

VERSIO H. VALESII.

vero a Smyrna ulterius progressus, quum Troadem venisset, inde ad *Philadelphenses* litteras dedit, & ad *Smyrnæorum* Ecclesiam, privatimque ad *Polycarpum* eorum Episcopum. Quem quum Apostolicum virum esse plane cognosceret, ipsi tamquam bonus ac fidelis pastor, gregem Antiochenæ Ecclesiæ commendavit: rogans ut omni cura ac diligentia illum fovere vellet. Idem in Epistola ad Smyrnæos de Servatore nostro loquens quædam ejus verba recitat, quæ unde acceperit ignoro. „ Ego vero, inquit, post resurrectio„ nem Dominum ipsum in carne „ apparuisse scio & credo. Qui quum „ ad Petrum & ceteros ejus comites „ accessisset, dixit illis: Apprehen„ dite, contrectate me, & videte „ quod non sum incorporeus spiri„ tus. Statimque eum contrectantes „ crediderunt. „ Hujus porro *Ignatii* & martyrium & Epistolas commemorat Irenæus. —— Sed & Polycarpus in sua ad Philippenses Epistola earumdem meminit Epistolarum. „ Obsecro, inquit, vos omnes, „ ut pareatis præpositis vestris, o„ mnemque patientiam exerceatis, „ quam spectastis non solum in „ *Ignatio*, Rufo ac Zosimo viris „ beatissimis, sed etiam in aliis ci„ vibus atque inquilinis vestris, & „ in ipso præcipue Paullo ceteris„ que Apostolis: pro certo haben„ tes, quod hi omnes non frustra „ cucurrerunt, sed in fide ac justitia „ ingressi, ad locum sibi a Deo de„ bitum pervenerunt, quandoqui„ dem & passionum ejus participes „ exstiterunt. Neque enim præsens „ sæculum, sed eum qui pro nobis „ passus & a Deo suscitatus est, ad„ amarunt. „ Et paullo post addit: „ Scripsistis ad me & vos & *Igna„ tius*, ut si quis forte in Syriam „ proficisceretur, vestras litteras „ eo deferret. Quod quidem perfi„ ciam, si tempus opportunum na„ ctus fuero: vel ego ipse vel per „ alium quempiam, cui id mu„ nus vestra caussa delegabo. „ *Epist.* IGNATII *ad* Roman. *capp.* IV. & V. *Epist. ad* Smyrn. *cap.* III. *Epist.* POLYCARPI *ad* Philipp. *capp.* IX. & XIII.

IDEM *ibid. capp.* XXXVII. & XXXVIII.

Verum, quoniam impossibile nobis est singulos enumerare, qui post Apostolorum primas successiones in Ecclesiis quæ per orbem terræ sunt, vel Principes, vel Evangelistæ fuerunt, vel Pastores: illos tantummodo commemorasse sufficiat, quorum libris inserta ad nos usque fidei & prædicationis monimenta venere; ut Clementis & *Ignatii* ceterorumque, quorum superius fecimus mentionem.

Ἀδυνάτου δ' ὄντος ἡμῖν ἅπαντας ἐξ ὀνόματος ἀπαριθμεῖσθαι, ὅσοι ποτὲ κατὰ τὴν πρώτην τῶν Ἀποστόλων διαδοχὴν ἐν ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίαις γεγόνασι ποιμένες ἢ καὶ εὐαγγελισταί, τούτων εἰκότως ἐξ ὀνόματος γραφῇ μόνων τὴν μνήμην κατατεθείμεθα, ὧν ἔτι καὶ νῦν εἰς ἡμᾶς δι' ὑπομνημάτων τῆς Ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἡ παράδοσις φέρεται. Ὥσπερ οὖν ἀμέλει τοῦ Ἰγνατίου ἐν αἷς κατελέξαμεν ἐπιστολαῖς.

Ceterum quum fieri nullo modo possit, ut singulos nominatim recenseamus, quotquot primis illis Apostolicæ successionis temporibus per omnes orbis terrarum Ecclesias Antistites aut Evangelistæ fuerunt: eorum dumtaxat nomina heic commemorare statuimus, quorum monumenta Apostolicam illorum doctrinam continentia adhuc supersunt. Verbi gratia, *Ignatii*, quas recensuimus, Epistolæ.

IDEM *ibid. lib.* V. *cap.* VIII.

Justini quoque martyris, & *Ignatii* mentionem facit (Irenæus,) & ea quæ scripserunt producit in medium.

Ἔτι καὶ Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος καὶ Ἰγνατίου μνήμην πεποίηται, μαρτυρίαις αὖθις καὶ ἀπὸ τῶν τούτοις γραφέντων κεχρημένος.

Præterea Justini martyris & *Ignatii* mentionem facit, ex eorum scriptis testimonia proferens.

VI.

ATHANASIUS *Epist.* de Synodis Arimini & Seleuciæ, *num.* 47. *Ex edit. BB. Paris.* 1698. *tom.* I. *part.* II. *pag.* 761.

Ἰγνάτιος οὖν, ὁ μετὰ τοὺς Ἀποστόλους ἐν Ἀντιοχείᾳ κατασταθεὶς ἐπίσκοπος, καὶ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ γενόμενος, γράφων περὶ τοῦ Κυρίου, εἴρηκεν· εἷς ἰατρός ἐστι σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸς, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινὴ, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ. — Εἰ δὲ τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν αὐτῶν γινώσκοντες, πεπείσμεθα, ὅτι καὶ ὁ μακάριος Ἰγνάτιος ὀρθῶς ἔγραψε, γεννητὸν αὐτὸν λέγων διὰ τὴν σάρκα· ὁ γὰρ Χριστὸς σὰρξ ἐγένετο· ἀγέννητον δὲ, ὅτι μὴ τῶν ποιημάτων καὶ γεννητῶν ἐστιν, ἀλλ' υἱὸς ἐκ Πατρὸς, κ. τ. λ.

Ignatius certe qui post Apostolos Antiochiæ Episcopus constitutus est, ipseque martyr Christi fuit, de Domino scribens dixit: „ Unus medicus „ est carnalis & spiritualis, factus & non factus, „ in homine Deus, in morte vita vera, & ex „ Maria & ex Deo. „ — Quod si gnari eorum in Christo fidei, persuasum habemus beatum etiam *Ignatium* recte scripsisse, quum illum carnis caussa factum dixit, (Christus enim caro factus est) & non factum, quia non ex opificiis & rebus factus, sed filius ex Patre, *&c.* Epist. ad *Ephes.* cap. VII.

VII.

HIERONYMUS *lib.* de Viris illustrib. *cap.* XVI. *cum Vetere* INTERPRETE GRÆCO.

Ignatius Antiochenæ Ecclesiæ tertius post Petrum Apostolum Episcopus, commovente persecutionem Trajano, damnatus ad bestias, Romam vinctus mittitur. Quumque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus auditor Joannis Episcopus erat, scripsit unam Epistolam ad *Ephesios*, alteram ad *Magnesianos*, tertiam ad *Trallenses*, quartam ad *Romanos*: & inde egrediens scripsit ad *Philaldelpheos* & ad *Smyrnæos*, & proprie ad *Polycarpum*, commendans illi Antiochensem Ecclesiam: in qua & de Evangelio quod nuper a me translatum est, super persona Christi ponit testimonium, dicens: (*ad* Smyrn. *cap.* III.) „ Ego „ vero & post resurrectionem in carne eum vi„ di, & credo quia sit. Et quando venit ad Pe„ trum, & ad eos qui cum Petro erant, dixit „ eis: Ecce palpate me & videte, quia non sum „ dæmonium incorporale. Et statim tetigerunt „ eum, & crediderunt. „ Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, & de Epistola ejus quam ad Romanos (Cap. V.) scribit (al. *scripsit*) pauca ponere: „ De Syria usque ad „ Romam pugno ad bestias, in mari & in ter„ ra, nocte dieque, ligatus cum decem leopar„ dis, hoc est militibus qui me custodiunt; qui„ bus & quum benefeceris, pejores fiunt. Ini„ quitas autem eorum mea doctrina est; sed non „ idcirco justificatus sum. Utinam fruar bestiis quæ „ mihi sunt præparatæ, quas & oro mihi veloces „ esse ad interitum, & alliciam eas ad comeden„ dum me, (al. *ad interitum & ad supplicia, & all.*) ne sicut aliorum martyrum, non audeant „ corpus meum attingere. Quod si venire nolu„ erint, ego vim faciam, ego me ingeram, ut „ devorer. Ignoscite mihi, filioli: quid mihi pro„ sit, ego scio. Nunc incipio Christi esse disci„ pulus, nihil de his quæ videntur desiderans, „ ut Jesum Christum inveniam. Ignis, crux, be„ stiæ, confractio ossium, membrorum divisio, „ & totius corporis contritio, & tota tormenta „ diaboli in me veniant, tantum ut Christo fruar. „ Quumque jam damnatus esset ad bestias, ardore

Ἰγνάτιος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας τρίτος μετὰ Πέτρον τὸν Ἀπόστολον ἐπίσκοπος, διωγμὸν κινήσαντος Τραϊανοῦ, θηριομαχῆσαι κελευσθεὶς, εἰς Ῥώμην στέλλεται δέσμιος. Πλέων δὲ, καὶ ἐπιστὰς τῇ Σμύρνῃ, ἐν ᾗ Πολύκαρπος ἀκροατὴς Ἰωάννου ἐπίσκοπος ἦν, ἔγραψε πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολὴν μίαν, ἄλλην πρὸς Μαγνησιάνους, τρίτην πρὸς Τραλλιάνους, τετάρτην πρὸς Ῥωμαίους· κἀκεῖσθεν ἐξιὼν ἔγραψε Φιλαδελφεῦσι, καὶ Σμυρναίοις, καὶ ἰδικῶς πρὸς Πολύκαρπον, παρατιθέμενος αὐτῷ τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίαν· ἐν ᾗ καὶ περὶ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ πρώην μεταφραθέντος, (deest ὑπ' ἐμοῦ) ἐκ προσώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ μνήμην ποιεῖται, λέγων· Ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σώματι αὐτὸν εἶδον, καὶ πιστεύω ὅτι ἐστί. Καὶ ὅτε ἦλθεν πρὸς Πέτρον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ὄντας, εἶπεν αὐτοῖς· Ψηλαφήσατέ με, (deest καὶ ἴδετε) ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον σωματικόν. (male legit *corporale*) Καὶ εὐθέως ἥψαντες αὐτοῦ, ἐπίστευσαν. (al. ἥψαντο αὐτοῦ, καί) Ἄξιον δὲ φαίνεται, ἐπείπερ τοιούτου ἀνδρὸς πεποιήμεθα μνήμην, ἐκ τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῦ τῆς πρὸς Ῥωμαίους γραφείσης, ὀλίγα ἐκθέσθαι· Ἀπὸ Συρίας ἄχρι Ῥώμης θηριομαχῶ ἐν θαλάσσῃ καὶ ἐν γῇ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δέκα συνδεδεμένος λεοπάρδοις, τουτέστι, στρατιώταις τοῖς φυλάσσουσί με, οἵτινες καὶ μετὰ εὐεργεσίαν χείρονες γίνονται· αἱ γὰρ ἀνομίαι αὐτῶν, παίδευσίς μοι ἐστίν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἐδικαιώθην. Καὶ εἴθε ἀπολαύσω τῶν θηρίων ἐντρεπισθέντων μοι, ἅτινα εὔχομαι ὀξύτατα εἶναί μοι εἰς ἀπώλειαν, καὶ ἐνδελεχίζειν εἰς τὴν ἐμὴν κατάβρωσιν· μήπως ὃν τρόπον ἐπὶ τῶν ἄλλων μαρτύρων, μὴ τολμήσωσι τοῦ σώματός μου ἅψασθαι· Εἰ γὰρ ἐπελθεῖν μὴ θελήσουσιν, ἐγὼ βιάσομαι, ποθῶν καταβρωθῆναι. Συγγνώτετέ μοι, τεκνία· τὸ συμφέρον μοι, ἐγὼ οἶδα· Νῦν ἄρχομαι εἶναι μαθητὴς, οὐδὲν τούτων τῶν ὁρωμένων ἐπιθυμῷ, (leg. ἐπιθυμῶν) ἵνα Ἰησοῦν Χριστὸν εὕρω. Πῦρ, σταυρὸς, θηρία, σύγκλασις ὀστέων, καὶ τῶν μελῶν διασπασμὸς, καὶ παντὸς τοῦ σώματος συντριβὴ, καὶ βάσανοι τοῦ διαβόλου εἰς ἐμὲ ἔλθωσιν, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπολαύσω. Καταχριθεὶς τοίνυν θηριομαχῆσαι, καὶ πόθῳ τοῦ πα-

patiendi, quum rugientes audiret leones, ait: „ Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum mo- „ lar, ut panis mundus inveniar „. Passus est anno undecimo Trajani.

θεῖν, ἀκούσας τοῦ βρυγμοῦ τῶν λεόντων, ἔφη· Σῖτος Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰμι, καὶ ἄχομαι τοῖς ὀδοῦσι τῶν θηρίων ἀληθῆναι, ἵνα ἄρτος καθαρὸς εὑρεθῶ. Ἔπαθε δεκάτῳ ἔτει Τραϊανοῦ.

Lege FRECULPHUM *tom.* II. *lib.* II. *cap.* XI. & HONORIUM AUGUSTODUNENSEM de Luminar. Eccles. *cap.* XVI.

IDEM *lib.* adversus Helvidium, *num.* 17. *Ex edit. Veron. tom.* II. *pag.* 225. C.

Numquid non possum tibi totam veterum Scriptorum seriem commovere: *Ignatium*, Polycarpum, Irænem, Justinum martyrem, multosque alios apostolicos & eloquentes viros, qui adversus Ebionem & Theodotum Byzantium & Valentinum, hæc eadem sentientes plena sapientiæ volumina conscripserunt?

IDEM *lib.* I. Commentar. *in* Matth. I. 18.

Martyr *Ignatius* etiam quartam addidit caussam, cur a desponsata conceptus sit (Christus:) Ut partus, inquiens, ejus celaretur diabolo; dum eum putat, non de virgine, sed de uxore generatum. *Epist. ad* Ephes. *cap.* XIX.

Vide superius ejusdem HIERONYMI testimon. de BARNABÆ Epistola. Vide sis quoque FRECULPHUM in *Chron.* lib. II. cap. XI. HIERONYMI verba, tacito ejus nomine, exscribentem.

VIII.

PSEUDO-DIONYSIUS AREOPAG. *lib.* de divin. nominib. *cap.* IV. §. 12. *Ex edit. Antuerp.* 1633. pag. 565.

Καίτοι ἔδοξέ τισι τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερολόγων, καὶ θειότερον εἶναι τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα, τοῦ τῆς ἀγάπης. γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος· Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται. Vide Paraphras. PACHYMERÆ.

Atqui visum est quibusdam e nostris Scriptoribus sacris, nomen *amoris* divinius esse nomine *caritatis*. Etenim divinus *Ignatius* scribit: *Meus amor crucifixus est*. Epist. ad *Rom.* cap. VII.

IX.

BASILIUS, vel quisquis sit Auctor, *homil.* in sanctam Christi generationem, *num.* 3. *Ex edit. BB. Paris.* 1722. *tom.* I. *pag.* 598. B.

Εἴρηται δὲ τῶν παλαιῶν τινι καὶ ἕτερος λόγος, ὅτι ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου τὴν παρθενίαν τῆς Μαρίας, ἡ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπενοήθη μνηστεία.

Allata est & alia ratio a quodam ex antiquis; videlicet excogitatam fuisse Josephi desponsationem, ut Mariæ virginitas mundi hujus principem lateret. *Epist. ad* Ephes. *cap.* XIX.

X.

JOANNES CHRYSOSTOMUS *homil. in* S. IGNATIUM Martyrem, *num.* 5. *Ex edit. BB. Paris.* 1718. *tom.* II. *pag.* 599. D.

Ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ, τῆς πόλεως ἄνω καθεζομένης ἁπάσης, τὸν τοῦ μαρτυρίου τρόπον ὑπέμεινε, θηρίων ἐπ' αὐτὸν ἀφεθέντων· ἵν' ὑπὸ ταῖς ἁπάντων ὄψεσι τὸ τρόπαιον στήσας κατὰ τοῦ διαβόλου, τοὺς θεατὰς ἅπαντας ζηλωτὰς ποιήσῃ τῶν ἀγωνισμάτων τοῦ ἑαυτοῦ, οὐκ ἀποθνήσκων μόνον οὕτω γενναίως, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡδονῆς ἀποθνήσκων. Οὐ γὰρ ὡς ζωῆς ἀπορρήγνυσθαι μέλλων, ἀλλ' ὡς ἐπὶ ζωὴν καλούμενος βελτίω καὶ πνευματικωτέραν, οὕτως ἀσμένως ἑώρα τὰ θηρία. Πόθεν τοῦτο δῆλον; ἀπὸ τῶν ῥημάτων, ὧν ἀποθνήσκειν μέλλων ἐφθέγξατο. ἀκούσας γὰρ ὅτι οὗτος αὐτὸν τῆς τιμωρίας ὁ τρόπος μένει, Ἐγὼ τῶν θηρίων ἐκείνων ὀναίμην, ἔλεγε. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἐρῶντες· ὅπερ ἂν πάσχωσιν ὑπὲρ τῶν ἐρωμένων, μεθ' ἡδονῆς δέχονται, καὶ τότε δοκοῦσιν ἐμφορεῖσθαι τῆς ἐπιθυμίας, ὅταν πολλῷ χαλεπώτερα ᾖ τὰ γινόμενα· ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τούτου συνέβαινεν. Οὐ γὰρ τῷ θανάτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προθυμίᾳ ζηλῶσαι τοὺς ἀποστόλους ἔσπευδε· καὶ ἀκούων ὅτι μαστιχθέντες ἐκεῖνοι μετὰ χαρᾶς ἀνεχώρουν, ἐβουλήθη καὶ αὐτὸς μὴ τῇ τελευτῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ χαρᾷ μιμήσασθαι τοὺς διδασκάλους· διὰ τοῦτο, τῶν θηρίων ἔλεγεν ὀναίμην.

In medio theatro, universa civitate sursum considente & spectante, bestiis in ipsum immissis & concitatis, martyrium pertulit (*Ignatius*): ut sub omnium oculis adversus diabolum tropæum erigeret, cunctosque spectatores suorum certaminum imitatores efficeret; quum non modo fortiter, sed etiam cum lætitia mortem oppeteret, ferasque cum voluptate spectaret: non quasi raperetur e vita, sed tamquam ad vitam meliorem ac præstantiorem vocaretur. Unde hoc fit perspicuum? ex verbis quæ moriturus loquebatur. Quum enim id genus supplicii sibi esse subeundum intellexisset, *Ego*, inquit, *feris illis fruar*. Sic enim agunt, qui amant: quum pro iis qui amantur, aliquid patiuntur, gaudentes id faciunt; tuncque sibi videntur optatis frui, quum ea quæ perferunt, sunt quam gravissima: quod quidem in hoc item contigit. Siquidem non morte solum, verum etiam alacritate studebat Apostolos imitari. Et non ignorans, quod illi flagellati, cum gaudio ibant e conspectu concilii; voluit etiam ipse non morte solum, sed etiam lætitia magistris esse similis: idcirco *Feris*, inquit, *fruar*. Epist. ad *Rom.* cap. V.

XI.

INCERTUS AUCTOR *apud* CHRYSOSTOMUM *homil.* de Legislatore *num.* 4. *Ibid. tom.* VI. *pag.* 410. C.

Διὰ τοῦτο γενναῖός τις ἀρχαίων· Ἰγνάτιος δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ· οὗτος ἱερωσύνῃ καὶ μαρτυρίῳ διαπρέψας, ἐπιστέλλων τινὶ ἱερεῖ ἔλεγε· μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω, μηδὲ σὺ ἄνευ γνώμης Θεοῦ τι πράττε.

Propterea nobilis vir quidam ex veteribus, cui nomen *Ignatius*, quique ſacerdotio ſimul & martyrio decoratus fuit, ad ſacerdotem quemdam ſcribens dicebat: „ Nihil ſine tua voluntate geratur, „ neque item tu quidquam abſque Dei voluntate „ facias. „ *Epiſt. ad* Polycarp. *cap.* IV.

XII.

THEODORETUS *Epiſt.* LXXXIX. *ad* Florentium Patricium. *Ex edit. Pariſ.* 1642. *tom.* III. *pag.* 966. B.

Ταῦτα δὲ ἡμῖν παρέδοσαν οὐ μόνον οἱ ἀπόστολοι καὶ προφῆται, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ τούτων ἡρμηνευκότες συγγράμματα, Ἰγνάτιος, Εὐστάθιος, Ἀθανάσιος, Βασίλειος, Γρηγόριος, Ἰωάννης καὶ οἱ ἄλλοι τῆς οἰκουμένης φωστῆρες.

Hæc porro tradidere nobis non Apoſtoli modo & Prophetæ, verum ii etiam qui horum libros interpretati ſunt, *Ignatius*, Euſtathius, Athanaſius, Baſilius, Gregorius, Joannes & reliqua orbis lumina.

IDEM *Epiſt.* CXLV. *ad* Monachos Conſtantinopolitanos. *Ibidem pag.* 1027. A.

Καὶ οἱ τούτων πρεσβύτεροι, Ἰγνάτιος καὶ Πολύκαρπος, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ἰουστῖνος, καὶ Ἱππόλυτος, ὧν οἱ πλείους οὐκ ἀρχιερέων προλάμπουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν μαρτύρων διακοσμοῦσι χορόν.

Atque his adhuc antiquiores, *Ignatius*, & Polycarpus, & Irenæus, & Juſtinus, & Hippolytus; quorum plerique non modo inter pontifices prælucent, ſed martyrum etiam chorum exornant.

IDEM *Dial.* Immutab. I. *Ibid. tom.* IV. *pag.* 33. A.

Ἐπιδείξω δέ σοι τὸν πανεύφημον τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλον, καὶ τὸ ἐκείνου περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως φρόνημα, ἵνα γνῷς τινα περὶ τῆς ληφθείσης ἐδόξασε φύσεως. ἀκήκοας δὲ πάντως Ἰγνάτιον ἐκεῖνον, ὃς διὰ τῆς τοῦ μεγάλου Πέτρου δεξιᾶς τῆς ἀρχιερωσύνης τὴν χάριν ἐδέξατο, καὶ τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἰθύνας τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο. —Ἄκουσον τῶν ἀνδρῶν τὴν ἀποστολικὴν προφερόντων διδασκαλίαν.

Oſtendam autem tibi celeberrimum Eccleſiæ doctorem, & illius de divina Incarnatione ſententiam, ut cognoſcas de ſuſcepta natura quid ſenſerit. Audiviſti enim prorſus *Ignatium* illum, qui de Petri dextera pontificatus gratiam ſuſcepit, & poſt adminiſtratam Eccleſiam Antiochenam martyrii coronam adeptus eſt. — Audi ergo viros apoſtolicam doctrinam ſonantes.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας καὶ μάρτυρος, ἐκ τῆς πρὸς Ῥωμαίους [lege, Σμυρναίους] ἐπιστολῆς.

Πεπληροφορημένους ἀληθῶς εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν, ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν Θεοῦ κατὰ θεότητα καὶ δύναμιν, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ, ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου, καθηλωμένον ὑπὲρ ὑμῶν σαρκί.

Sancti IGNATII *epiſcopi Antiocheni & martyris ex Epiſtola ad* SMYRNÆOS.

Plane cumulateque perſuaſos de Domino noſtro, qui eſt ex genere David ſecundum carnem, & filius Dei ſecundum divinitatem & potentiam: qui vere natus eſt ex Virgine: baptizatus a Joanne, ut omnis ab ipſo juſtitia impleretur: vere ſub Pontio Pilato & Herode tetrarcha, pro nobis in carne crucifixus. *Epiſt. ad* Smyrnæos *cap.* I.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Τί γὰρ ὠφελεῖ, εἴπερ με ἐπαινεῖ τις, τὸν δὲ Κύριόν μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται, ὡς νεκροφόρον.

Ejuſdem ex eadem Epiſtola.

Quid enim prodeſt, ſi quis me laudet, Dominum autem meum blaſphemet, non confitens eum carnem geſtare? Quod qui non confitetur, plane ipſum negat, ut cadaver circumferentem. *Ibid.* cap. V.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Εἰ γὰρ τῷ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι. τί δὲ καὶ ἐμαυτὸν ἔκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; ἀλλ' ὁ ἐγγὺς μαχαίρας, ἐγγὺς Θεοῦ. μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ πάντα ὑπομένω, αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου, ὅν τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται.

Ejuſdem ex eadem Epiſtola.

Si enim opinione tantum hæc a Domino noſtro geſta ſunt, ego quoque opinione vinctus ſum. Cur autem & meipſum morti tradidi, ad ignem, ad gladium, ad beſtias? Verum qui vicinus gladio, vicinus Deo. Solum in nomine Jeſu Chriſti, ut paſſionum ejus ſocius fiam, omnia ſuſtineo, ipſo me corroborante homine perfecto, quem aliqui ignorantes negant. *Ibid.* cap. IV.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς.

Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἐκ σπέρματος μὲν Δαβίδ, ἐκ πνεύματος δὲ ἁγίου· ὃς ἐγεν-

Ejuſdem ex Epiſtola ad EPHESIOS.

Deus enim noſter Jeſus Chriſtus in Mariæ utero geſtatus eſt ſecundum Dei diſpenſationem, ex ſemine quidem David, ſed ex Spiritu ſancto: qui

νήθη, καὶ ἐβαπτίσθη, ἵνα τὸ θνητὸν ἡμῶν καθαρισθῇ.

natus est & baptizatus, ut mortalitas nostra purgaretur. *Ex Epist. ad* Ephes. *cap.* XVIII.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Εἴ τι οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν τῇ χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει, καὶ ἑνὶ Ἰησοῦ Χριστῷ, κατὰ σάρκα ἐκ γένους Δαβὶδ, τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ υἱῷ τοῦ Θεοῦ.

Ejusdem ex eadem Epistola.

Siquidem singuli omnes universe in gratia nominatim convenitis in una fide & in uno Jesu Christo, secundum carnem ex genere David, filio hominis, & filio Dei. *Ibid.* cap. XX.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Εἷς ἰατρός ἐστι σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς, γεννητὸς ἐξ ἀγεννήτου, ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸς, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινὴ, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθὴς, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν.

Ejusdem ex eadem Epistola.

Unus est medicus carnalis & spiritalis, genitus ex ingenito, in homine Deus, in morte vita vera, & ex Maria & ex Deo, primum patibilis & tunc impatibilis, Jesus Christus Dominus noster. *Ibid.* cap. VII.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Τραλλιανοὺς ἐπιστολῆς.

Κωφώθητε οὖν, ὅταν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑμῖν λαλῇ τις, τοῦ ἐκ γένους Δαβὶδ, τοῦ ἐκ Μαρίας, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέ τε καὶ ἔπιεν ἀληθῶς, ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἐσταυρώθη, καὶ ἀπέθανε, βλεπόντων ἐπιγείων καὶ ἐπουρανίων καὶ καταχθονίων.

Ejusdem ex Epistola ad TRALLIANOS.

Obturate aures vestras, quando quispiam vobis loquitur sine Jesu Christo; qui est ex genere David, qui ex Maria, qui vere natus est, vere comedit & bibit, qui sub Pontio Pilato passus est, crucifixus & mortuus, videntibus cælestibus, terrestribus & inferis. *Epist. ad* Trall. *cap.* IX.

IDEM *Dial.* Inconfus. II. *Ibid. pag.* 86. B.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας καὶ μάρτυρος, ἐκ τῆς πρὸς Σμυρναίους ἐπιστολῆς.

Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα καὶ πιστεύω ὄντα· καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο, καὶ ἐπίστευσαν.

Sancti IGNATII *Antiocheni episcopi & martyris, ex Epistola ad* SMYRNÆOS.

Ego enim post resurrectionem ipsum in carne scio & credo esse: & quando ad eos qui cum Petro erant, venit, dixit eis: Accipite, palpate me, & videte, quia non sum dæmonium incorporeum. Et statim ipsum tetigerunt, & crediderunt. *Epist. ad* Smyrn. *cap.* III.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν καὶ συνέφαγε καὶ συνέπιεν αὐτοῖς, ὡς σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ πατρί.

Ejusdem ex eadem Epistola.

Post resurrectionem autem una cum eis & comedit & bibit, tamquam carnaliter & spiritualiter unitus Patri. *Ibid.*

IDEM *Dial.* Impatib. III. *Ibid. pag.* 154. D.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας καὶ μάρτυρος, ἐκ τῆς πρὸς Σμυρναίους ἐπιστολῆς.

Εὐχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν.

Sancti IGNATII *episcopi Antiocheni & martyris, ex Epistola ad* SMYRNÆOS.

Eucharistias & oblationes non admittunt, quod non confiteantur Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est, quam Pater benignitate sua suscitavit. *Epist. ad* Smyrn. *cap.* VII.

XIII.

GELASIUS I. adversus Eutych. & Nestor. *Ex Bibliothec. PP. Paris. tom.* IV. *part.* I. *pag.* 423. F.

Testimonia veterum de duabus naturis in Christo. *Ignatii Episcopi & Martyris Antiocheni ex Epistola ad Ephesios*. Unus medicus est, carnalis & spiritualis, factus & non factus, in homine Deus, in morte vita æterna, ex Maria & ex Deo, primum passibilis & tunc impassibilis, Dominus noster Jesus Christus. *Et post pauca.* Singuli, *inquit*, viri communiter omnes, ex gratia ex nomine convenite in unam fidem, & in uno Jesu Christo, secundum carnem ex genere David, filio hominis & filio Dei. *Epist. ad* Ephes. *capp.* VII. & XX.

XIV.

EPHRÆMIUS Patriarcha Theopolitanus *in Epist. ad* Zenobium Scholasticum Emisenum. *Apud* PHOTIUM Biblioth. *Cod.* CCXXVIII. *pag.* 778. *edit. Rothomag.* 1653.

Ὅπερ οὖν εἴρηται κατὰ τὸ τρίτον κεφάλαιον ἔκ τε τῶν εὐαγγελικῶν φωνῶν καὶ ἐκ τῶν ἀποστολικῶν, καὶ δὴ καὶ ἐκ τῶν μακαρίων πατέρων ἡμῶν, Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου, Ἰουλίου, καὶ Ἀθανασίου, καὶ Γρηγορίων καὶ Βασιλείου κ. τ. λ.

Quod igitur tertio capite dictum est tum ex Evangelicis, tum ex Apostolicis verbis, atque etiam ex beatis Patribus nostris, *Ignatio* Deifero, Julio, Athanasio, Gregoriis & Basilio *&c.*

IDEM de sacris Antiochiæ legibus *lib.* III. *Apud* PHOTIUM *ibid. Cod.* CCXXIX. *pag.* 810.

Καὶ ὁ Θεοφόρος δὲ Ἰγνάτιος καὶ μάρτυς, Σμυρναίοις ἐπιστέλλων, ὁμοίως κέχρηται τῷ ἄρθρῳ.

Etiam *Ignatius*, vir divinus & martyr, Epistolam ad Smyrnæos scribens, similiter articulo utitur.

XV.

GILDAS SAPIENS *in* Castigatione Cleri Britanniæ, *sub initium*. *Ex Bibl.PP.Paris.tom.*V.*pag.*409.D.

Quis vestrum, ut sanctus martyr *Ignatius* Antiochiæ urbis Episcopus, post admirabiles in Christo actus, ob testimonium ejus, leonum molis Romæ confractus est? Cujus verba, quum ad passionem duceretur, audientes, (si aliquando vultus vestri rubore suffusi essent,) non solum in comparatione ejus vos non putabitis sacerdotes, sed ne mediocres quidem Christianos esse. Ait enim in Epistola, quam ad Romanam Ecclesiam misit: „ A Syria usque Romam cum bestiis terra marique depugno, „ die ac nocte connexus & colligatus decem leopardis, militibus dico ad custodiam datis, qui ex be- „ neficiis nostris sæviores fiunt. Sed ego eorum nequitiis magis erudior: nec tamen in hoc justificatus „ sum. O salutares bestias quæ præparantur mihi! Quando venient? quando emittentur? quando eis „ frui licebit carnibus meis? Quas ego exopto acriores parari, & invitabo ad devorationem mei, „ & deprecabor, ne forte ut nonnullis fecerunt, timeant attingere corpus meum: quinimmo, si cun- „ ctabuntur ego vim faciam, ego me ingeram. Date quæso veniam: ego novi quid expediat mihi: „ nunc incipio esse Christi discipulus. Facessat invidia vel humani affectus, vel nequitiæ spiritua- „ lis, ut Jesum Christum merear adipisci. Ignes, cruces, bestiæ, dispersiones ossium, discerptiones- „ que membrorum, ac totius corporis pœnæ, & omnia in me unum supplicia diaboli arte quæsita „ compleantur, dummodo Jesum Christum merear adipisci. — Christianus non mediocris sed per- „ fectus, sacerdos non vilis sed summus, martyr non segnis sed præcipuus, dicit: Nunc incipio es- „ se Christi discipulus. „ *Epist. ad* Rom. *cap.* v. — *Ex* RUFINO, Hist. Eccl. *lib.* III. *cap.* XXXVI.

XVI.

Auctor CHRONICI PASCHALIS *pag.* 221. *edit. Paris.* 1688.

Ὅτι δὲ τρεῖς ἐνιαυτοὺς κηρύξας τὸ εὐαγγέλιον ὁ Κύριος ἐπὶ τὸν ἑκούσιον καὶ ζωοποιὸν ἦλθε σταυρὸν, διδάσκει καὶ Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος καὶ μάρτυς, ὁ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου γνήσιος μαθητὴς γεγονὼς, τῆς δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐπίσκοπος ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων κατασταθείς. Ἐν τῇ πρὸς Τραλλιανοὺς τοίνυν ἐπιστολῇ γέγραφεν ἐπὶ λέξεως οὕτως· Ἀληθῶς τοίνυν ἐγέννησε Μαρία σῶμα, Θεὸν ἔχον ἐνοικον. Καὶ ἀληθῶς ἐγεννήθη ὁ Λόγος ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας, σῶμα ὁμοιοπαθὲς ἡμῖν ἠμφιεσμένος. Ἀληθῶς γέγονεν ἐν μήτρᾳ, ὁ πάντας ἀνθρώπους ἐν μήτρᾳ διαπλάττων· καὶ ἐποίησεν ἑαυτῷ σῶμα ἐκ τῶν τῆς παρθένου σπερμάτων, πλὴν ὅσον ὁμιλίας ἀνδρὸς ἄνευ. Ἀληθῶς ἐκυοφορήθη, ὡς καὶ ἡμεῖς, χρόνων περιόδοις. καὶ ἀληθῶς ἐτέχθη, ὡς καὶ ἡμεῖς. Ἀληθῶς ἐγαλακτοτροφήθη, καὶ τροφῆς κοινῆς καὶ ποτοῦ μετέσχεν, ὡς καὶ ἡμεῖς· καὶ τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πολιτευσάμενος ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου, ἀληθῶς, καὶ οὐ δοκήσει. Καὶ γ´ ἐνιαυτοὺς κηρύξας τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ποιήσας σημεῖα καὶ τέρατα ὑπὸ τῶν ψευδοϊουδαίων, καὶ Πιλάτου ἡγεμόνος ὁ κριτὴς ἐκρίθη, ἐμαστιγώθη, ὑπὸ δούλων ἐπὶ κόρρης ἐῤῥαπίσθη, ἐνεπτύσθη, ἀκάνθινον στέφανον καὶ πορφυροῦν ἱμάτιον ἐφόρεσε, κατεκρίθη, ἐσταυρώθη ἀληθῶς, οὐ δοκήσει, οὐ φαντασίᾳ, οὐκ ἀπάτῃ· ἀπέθανεν ἀληθῶς, καὶ ἐτάφη, καὶ ἠγέρθη ἐκ τῶν νεκρῶν. Ἰδοὺ φανερῶς ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλος τρεῖς ἐνιαυτοὺς κηρύξαι τὸ εὐαγγέλιον τὸν Σωτῆρα λέγει.

Quod autem Dominus, prædicato per tres annos Evangelio, ad voluntariam & vivificam crucem venerit, docet *Ignatius* ille Deifer & Martyr, qui Joannis Theologi genuinus discipulus fuit, sanctissimæque Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus ab Apostolis constitutus. Is quippe in Epistola ad Trallianos sic verbo tenus scripsit: „ Vere „ etenim peperit Maria corpus, Deo in ea ha- „ bitante, & vere natus est Deus Verbum ex „ Virgine, corpus similiter nobis passibile sine „ peccato induens. Vere conceptus est in utero, „ [qui omnes homines in vulva fingit,] formans „ & faciens sibi corpus ex Virgine, sine semine „ scilicet & consuetudine viri: portatusque in „ utero, sicut & nos tempore portati sumus: & „ vere lactatus est & nutritus sicut nos; & cibo „ & potu sicuti & nos usus est: & triginta an- „ nos agens baptizatus est a Joanne, in veritate & „ non in phantasmate: & tribus annis prædica- „ vit Evangelium, & fecit signa & prodigia co- „ ram falsis Judæis: & a Pilato præside Judæa ju- „ dicatus est: flagellatus est, colaphis cæsus est, „ consputus est, spineam coronam purpureamque „ vestem portavit, condemnatus est, crucifixus est „ vere, non phantastice; neque fallaciter mortuus „ est, sed vere; sepultus est, & resurrexit a mor- „ tuis. „ Ecce aperte omnino talis ac tantus Ecclesiæ doctor triennio a Servatore prædicatum Evangelium dicit. *Ex Epist. ad* Trallianos interpol. *cap.* X.

Cl. DUFRESNIUS in notis ad hunc locum monet, veterem Ignatianam interpretationem sibi usurpatam; quam tamen nonnihil pleniorem & alicubi variam editi exhibent.

XVII.

JOBIUS *Monachus*, de Oeconomia, *seu* Verbo incarnato, *lib.* VII. *cap.* XXXI. *Apud* PHOTIUM Biblioth. *Cod.* CCXXII. *pag.* 622.

Φησὶ γὰρ ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος τρία λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου· τὴν παρθενίαν

Nam tria divinus *Ignatius* sæculi hujus principem latuisse commemorat: virginitatem Mariæ,

Μαρίας, τὴν σύλληψιν τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν σταύρωσιν.

conceptionem Domini, & crucifixionem. *Epist. ad* Ephes. *cap.* XIX.

XVIII.

LEONTIUS BYZANTINUS *lib.* de Sectis, *Act.* III. *Ex Bibl. PP. Parif. tom.* XI. *pag.* 503. C.

Ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου διδάσκαλοι καὶ πατέρες οἵδε· Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος, Εἰρηναῖος, Ἰουστῖνος, κ. τ. λ. Τούτους ἅπαντας αἱ μετ' αὐτοὺς γενόμεναι αἱρέσεις δέχονται.

Ceterum temporibus illis, quæ a Christi nativitate usque ad imperium Constantini numerantur, hi doctores & patres exstiterunt: *Ignatius* Theophorus, Irenæus, Justinus *&c.* Hos omnes secutæ deinceps hæreses excipiunt.

XIX.

JOANNES Rhetor. *Apud* EVAGRIUM Hist. Eccl. *lib.* I. *cap.* XVI.

Τότε καὶ Ἰγνάτιος ὁ θεσπέσιος ἐπειδή γε, ὡς ἐβούλετο, τάφον τὰς τῶν θηρίων ἐσχηκὼς γαστέρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης ἀμφιθεάτρῳ κ. τ. λ.

Tunc etiam *Ignatius* divinus postquam, ut ipse voluit, ferarum ventres in amphitheatro urbis Romæ pro sepulcro habuisset *&c.* Epist. ad *Rom.* cap. IV.

XX.

ANASTASIUS Senior Patriarcha Antioch. *lib.* de rectis Veritatis dogmat. *Ex Ms. Colleg. Cantabr. apud* PEARSON. Vindic. Ignat. *part.* I. *cap.* II.

Μορφὴν δούλου ἠμφιεσμένον, ἵνα λάθῃ Θεὸς ὢν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου.

Forma servi indutum, ut Deus exsistens lateret principem hujus sæculi. *Ad* Ephes. *cap.* XIX.

XXI.

ANASTASIUS SINAITA lib. Ὁδηγὸς inscript., *cap.* XII.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.
Ἐάσατέ με μιμητὴν γενέσθαι τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ μου.

S. IGNATII *Episcopi Antiocheni.*
Sinite me fieri imitatorem passionis Dei mei. *Ad* Rom. *cap.* VI.

XXII.

ANTIOCHUS *homil.* CXXIV. *Ex Bibl. PP. Parif. tom.* XII. *pag.* 219.

Ὁ Θεοφόρος Ἰγνάτιος ἐπιστέλλει, λέγων· τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὁ Θεὸς ὑμῖν. Ἀντίψυχον ἐγὼ τῷ ὑποτασσομένῳ [leg. τῶν ὑποτασσομένων] ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις τε καὶ διακόνοις· μετ' αὐτῶν μοι γένοιτο τὸ μέρος ἔχειν ἐν Θεῷ.

Ignatius Theophorus per epistolam dicit: „ Episcopo attendite, ut & Deus vobis. Anima mea „ pro iis, qui Episcopo, Presbyteris & Diaconis „ morem gerunt: cum illis portionem habere mihi „ in Deo contingat. „ *Ad* Polycarp. *cap.* VI.

Idem ANTIOCHUS tum heic, tum alibi passim verba sancti IGNATII ex aliis ejus Epistolis descripta recitat.

XXIII.

MAXIMUS in Schol. ad PSEUDO-DIONYS. AREOPAG. de divinis nominib. *cap.* IV. §. 12. *pag.* 613.

Ὁ ἐμὸς ἔρως] Ζητητέον, πῶς ἐπὶ Ὀνησίμου τοῦ μετὰ Τιμόθεον Ἰγνατίου διαλεγομένου, καὶ γράφοντος Ῥωμαίοις τό, Ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται κ. τ. λ. — Τεκμήριον δή, τὸ μὴ προσκεῖσθαι, Γράφει δέ τισι, τουτέστι Ῥωμαίοις· ἀλλ' ἁπλῶς, Γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος.

Amor meus] Quærendum, quomodo *Ignatio* cum Onesimo, Timothei postero, disputante & ad Romanos scribente, *Amor meus crucifixus est* &c. — Cujus rei argumentum est, quod non habeatur heic, *scribit vero quibusdam*, id est Romanis; sed simpliciter *scribit vero divus Ignatius*. Epist. ad *Rom.* cap. VII.

IDEM *in* Loc. commun. *Serm.* II. *Ex edition. Combefisii tom.* II. *pag.* 534.

Ἰγνατίου.
Τέλειοι ὄντες τέλεια φρονεῖτε· θέλουσι γὰρ ὑμῖν εὐπράττειν, Θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρέχειν.

IGNATII.
Qui perfecti estis, perfecta sapite: volentibus enim vobis bene agere, Deus paratus est præbere. *Epist. ad* Smyrn. *cap.* XI.

IDEM *ibid.* Serm. XLIII. *pag.* 638.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου.
Κἂν ἐῤῥωμένος ὦ τὰ κατὰ Θεόν, πλέον με δεῖ φο-

Sancti IGNATII.
Quum in rebus divinis firmus ac robustus fuero,

βεῖσθαι, καὶ προσέχειν τοῖς εἰκῇ φυσιοῦσί με· ἐπαινοῦντες γάρ με, μαστιγοῦσιν.

tum vehementius timeam oportet, ab iiſque caveam qui me incaſſum inflant. Qui enim me laudant, flagris me afficiunt. *Epiſt. ad* Trall. interpol. *cap.* IV.

XXIV.

Theodorus Presbyter *apud* Photium Biblioth. *Cod.* I. *pag.* 3.

Πῶς μέμνηται τῆς τοῦ Θεοφόρου Ἰγνατίου ἐπιστολῆς ἡ βίβλος; ὁ μὲν γὰρ Διονύσιος τοῖς τῶν ἀποστόλων ἐνήκμασε χρόνοις· Ἰγνάτιος δὲ ἐπὶ Τραϊανοῦ τὸν διὰ μαρτυρίου ἤθλησεν ἀγῶνα, ὃς καὶ πρὸ βραχὺ τῆς τελευτῆς ταύτην ἐπιστολὴν, ἧς ἡ βίβλος μνημονεύει, γράφει.

Cur Epiſtolam beati Ignatii hic liber (Dionyſii Areopagitæ) citat? Dionyſius enim Apoſtolorum temporibus floruit: *Ignatius* vero Trajano Auguſto imperante martyrii certamen certavit, & paullo ante mortem eam Epiſtolam quam hic liber citat, conſcripſit.

XXV.

Andreas Cretensis *homil.* II. *in* Nativit. B. Virginis. *Ex Ms. Oxon. apud* Pearson. *in* Vindic. Ignat. *part.* I. *cap.* II.

Ὥς φησί που ἅγιος ἀνὴρ, Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ· Καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τόκος αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, τρία μυστήρια φρικτὰ, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη.

Ut ait ſanctus vir, cui nomen *Ignatius*: „ Principem hujus ſæculi latuit virginitas Mariæ, & „ partus ejus, ſimiliter & mors Chriſti: tria tremenda myſteria, quæ in ſilentio Dei facta „ ſunt. „ *Epiſt.* ad Epheſ. *cap.* XIX.

XXVI.

Antonius Melissa, Loc. comm. *lib.* II. *cap.* XLXIII.

Πάντας βάσταζε ὥς σε ὁ Κύριος· πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ· αἰτοῦ σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις. πάντων τὰς νόσους βάσταζε· ὅπου γὰρ πλεῖον κόπος, πολὺ τὸ κέρδον.

Omnes ferto, ut te Dominus: omnes ſuſtine in caritate: poſtula prudentiam majorem ea quam habes. Omnium morbos porta: ubi enim plus laboris, ibi lucri multum. *Epiſt. ad* Polycarp. *cap.* I.

Idem *ibid. lib.* II. *cap.* LXXXIX.

Στῆκε ὡς ἄκμων τυπτόμενος· μεγάλου ἀθλητοῦ ἐστι δέρεσθαι καὶ νικᾷν· μάλιστα δὲ ἕνεκεν Θεοῦ πάντα ἡμᾶς ὑπομένειν δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομένῃ.

Stato quaſi incus, dum cæderis: generoſi eſt athletæ, cædi & vincere: maxime propter Deum omnia ſuſtinenda ſunt, ut ipſe quoque nos ſuſtineat. *Ad* Polycarp. *cap.* III.

Idem *ibid. lib.* II. *cap.* XXIII.

Οἱ δοῦλοι μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ κοινοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἀλλ᾽ εἰς δόξαν Θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ Θεοῦ τύχωσιν.

Servi non deſiderent a communi liberi fieri; ſed in gloriam Dei plus ſerviant, ut meliori libertate a Deo potiantur. *Ad* Polycarp. *cap.* IV.

Idem *ibid. lib.* I. *cap.* XIV.

Εἴ τις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω· καὶ ἐὰν γνωσθῇ πλέον τοῦ ἐπισκόπου, ἔφθαρται. πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι καὶ ταῖς γαμουμέναις, μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι, ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ Θεὸν, καὶ μὴ κατ᾽ ἐπιθυμίαν.

Si quis in caſtitate manere poteſt ad honorem carnis Domini, ſine jactantia maneat. Et ſi videri vult plus Epiſcopo, corruptus eſt. Decet autem ducentes & ductas, cum ſententia Epiſcopi unionem facere, ut nuptiæ fiant ſecundum Deum, & non ſecundum cupiditatem. *Ad* Polycarp. *cap.* V.

Idem *ibid. lib.* II. *cap.* LXXXIV.

Μακροθυμεῖτε μετ᾽ ἀλλήλων ἐν πραΰτητι, ὡς ὁ Θεὸς μεθ᾽ ἡμῶν διὰ παντός.

Patienter alii alios cum manſuetudine patimini, ut nos ſemper Deus. *Ad* Polycarp. *cap.* VI.

Idem *ibid. lib.* II. *cap.* III.

Σπουδάσατε μὴ ἀντιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ἦτε Θεῷ ὑποτασσόμενοι· καὶ ὅσον βλέπετε σιγῶντα τὸν ἐπίσκοπον, πλέον αὐτὸν φοβεῖσθε. πάντα γὰρ ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι ὡς αὐτὸν τὸν πέμποντα. τὸν οὖν ἐπίσκοπον ὡς αὐτὸν τὸν Κύριον δεῖ προβλέπειν.

Date operam ne reſiſtatis Epiſcopo, ut ſitis Deo ſubjecti: & quo magis tacitum videritis Epiſcopum, eo magis illum metuite. Quemcumque enim mittit paterfamilias ut rei domeſticæ præſit, ſic decet nos excipere velut ipſum qui mittit. Epiſcopum igitur tamquam Dominum ipſum ſuſcipere oportet. *Ad* Epheſ. *capp.* V. & VI.

IDEM *ibid. lib.* II. *cap.* LXVII.

Οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς ὁ πόλεμος καταλύεται.

Nihil est pace melius, qua omne bellum dirimitur. *Ad* Ephes. *cap.* XIII.

IDEM *ibid. lib.* II. *cap.* XIX.

Ὁ Σαμουὴλ παιδάριον ὢν, ὁ βλέπων ἐκλήθη, καὶ τῷ χορῷ τῶν προφητῶν ἐγκατελέχθη. Δανιὴλ νέος ὢν, ἔκρινεν ὁμογέροντάς τινας, δείξας ἐξώλεις αὐτοὺς, οὐ πρεσβυτέρους εἶναι. Ἱερεμίας διὰ τὸ νέον παραιτούμενος τὴν ἐγχειριζομένην αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ προφητείαν, ἀκούει· μὴ λέγε, νεώτερός εἰμι· διότι πρὸς πάντας οὓς ἐὰν ἐξαποστελῶ σε, πορεύσῃ. Σολομῶν δὲ ὁ σοφὸς, δυοκαίδεκα τυγχάνων ἐτῶν, συνῆκε τὸ μέγα τῆς ἀγνωσίας τῶν γυναικῶν ἐπὶ τοῖς σφετέροις τέκνοις ζήτημα. Δαυὶδ ὁ προφήτης ὁμοῦ καὶ βασιλεὺς, μειράκιον χρίεται ὑπὸ Σαμουὴλ εἰς βασιλέα.

Samuel quum adhuc parvus puer esset, Videns est vocatus, ac in Prophetarum numero est cooptatus. Daniel adhuc juvenis consenes quosdam judicio damnavit, eosque non seniores, sed perdite libidinosos esse demonstravit. Jeremias quum juventutis caussa, eam quam Deus ei tradebat prophetandi provinciam recusaret, a Deo illa audit: Te juniorem esse ne dicito: ad quoscumque enim te misero, proficisceris. Salomon autem ille sapiens, quum duodecim haberet annos, magnam quæstionem de ignoratione mulierum non agnoscentium suos liberos dijudicavit. David Propheta simul & Rex, adolescentulus adhuc a Samuele ad futurum regnum ungitur.

Editi MELISSÆ ferunt, ista ex Epistola ad *Magnesianos* esse desumta. His quidem fere similia exstant in Epistola ad *Magnesianos interpolata*, cap. III. Sed hæc potius videtur descripsisse MELISSA ex Epistola *Mariæ Castabal.* adscripta, ubi pæne αὐτολεξεὶ occurrunt *capp.* III. & IV.

XXVII.

THEODORUS STUDITES, Catechef. CXXVII. *Ex Biblioth. PP. Parif. tom.* II. *pag.* 727. F.

Συνέπεται δὲ καὶ ὁ Θεοφόρος Ἰγνάτιος, τάδε λέγων· προφυλάττω ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων, αἱρετικῶν· οὓς οὐ μόνον οὐ δεῖ ὑμᾶς παραδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατὸν, μηδὲ συναντᾷν.

Nec abludit & Deifer *Ignatius*, scribens in hunc sensum: Præmoneo vos hominiformium ferarum, hæreticorum: quos non solum non admittere debetis, sed ne occurrere quidem, si potest. *Epist. ad* Smyrn. *cap.* IV.

Interpretationem hujus loci meliorem dabit COTELERIUS infra num. XXX.

IDEM *in* Jambis, *num.* LXX. *Ex edit. opp.* Sirmondi *Parif. tom.* V. *pag.* 766.

Εἰς τὸν ἅγιον Ἰγνάτιον τὸν Θεοφόρον.

Ἔχων ἔρωτα Χριστὸν ἐν σῇ καρδίᾳ,
Ἀποστόλων σύσκηνος ὤφθης τρισμάκαρ·
Ἄθλοις δὲ θερμοῖς ἐκφλογίζων τὴν πλάνην,
Ἐπιστολαῖς σὺ Παῦλος ἄλλος τις τέλεις.

In sanctum IGNATIUM *Theophorum*.

Gerens in alto Christi amorem pectore,
Apostolorum visus es felix comes:
Errorem & acri persequens certamine,
Alium tuis in Epistolis Paulum refers.

XXVIII.

MICHAEL SYNGELUS *in* Encom. Dionysii Areopag. *Ex edit. opp.* Areopagit. *Antuerp. tom.* II. *pag.* 233.

Γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος· ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται. Τοῦτο γὰρ τὸ ῥητὸν ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος, μέλλων ἐν Ῥώμῃ μαρτυρικῶς ἀθλήσειν, καὶ τοῖς λέουσι βορὰ κατὰ τὴν τοῦ τυράννου Τραϊανοῦ πρόσταξιν, περὶ τὸ τῆς αὐτοῦ τυραννείας ἔννατον ἔτος, κατὰ τῶν εὐσεβεστάτων Χριστιανῶν διωγμὸν ἐγείραντος, Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων γέγραφε.

Scribit enim & divinus Ignatius: *Amor meus cruci suffixus est*. Hoc enim verbum divinus Ignatius extremo supplicio Romæ dimicaturus, ac leonibus imperio Trajani regis cibus projiciendus, circa nonum regni ipsius annum, desævientis contra Christianos pietatis amantissimos, Romanis per epistolam scripsit. *Cap.* VII.

XXIX.

PHOTIUS Biblioth. *Cod.* CXXVI. *pag.* 306.

Λέγει δὲ καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ αἰτεῖται ἀναδιδαχθῆναι παρ' αὐτῶν, εἴ τι περὶ ἐκείνου διακηκόασιν.

Refert quoque (Polycarpus,) divini *Ignatii* litteras ad illos (Philippenses) se misisse; postulatque certior vicissim fieri, si quid forte de eo inaudierint.

XXX.

Ex CODICE REGIO 1624. *Apud* COTELERIUM *in Notis ad Cap.* IV. *Epist. ad* Smyrnæos.

Ἐκ τῆς πρὸς Σμυρναίους πατρὸς αὐτοῦ [Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου.]

Προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων ἀνθρωπομόρφων, αἱρετικῶν· οὓς οὐ μόνον οὐ δεῖ ἡμᾶς παραδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατὸν, μὴ δὲ συναντᾷν· μόνον δὲ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν.

Ex Epistola ad Smyrnæos *ejusdem Patris* [IGNATII *Theophori.*]

Præmunio autem vos contra feras humanam formam præ se ferentes: quos non solum oportet vos non recipere, sed si possibile est, neque obviam eis fieri: solum vero pro ipsis orare, si quo modo pœnitentiam agant. *Ad* Smyrn. *cap.* IV.

Eadem ferme recitat THEODORUS STUDITES, ut modo vidimus: apud quem, sicut & heic, αἱρετικῶν, est explicatio, non textus pars, monente Cl. *Cotelerio.*

XXXI.

IBN ZORHA Jacobita *lib.* adversus Eutychen *cap.* IV. *Ex Ms. Cod. Arabico, interprete* Ed. Bernardo, *apud* PEARSON. Vind. Ignat. *part.* I. *cap.* II.

Dicit *Ignatius* Patriarcha Antiochensis tertius a Petro Apostolo, in Epistola sua ad Smyrnenses; dicit, (inquam:) „ Et vos estote persuasi in Domino nostro Jesu Christo, qui ex semine Davidis „ Prophetæ quoad corpus, at filius Dei in veritate ejus, natus ex Maria Virgine, & baptizatus a „ Joanne, & crucifixus propter nos sub præfectura Pontii Pilati. „ *Ad* Smyrn. *cap.* I.

IDEM *ibid.*

Et dicit etiam (*Ignatius*) in Epistola sua ad Antiochenses: „ Qui credit nunc in Christo, & „ non in oblatione sua (esse eum) filium Dei creatoris mundi, dicetque quod est illic filius alius, „ & substituet eum loco ejus, de quo vaticinati sunt Prophetæ quemque prædicarunt discipuli, palatium est diaboli. „ *Ex Epist. supposit. ad* Antiochen. *cap.* V.



ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

S. IGNATII EPISTOLÆ.

Vetus Interpres.

AD SMYRNÆOS.

Ignatius, qui & Theophorus, Ecclesiæ Dei Patris & dilecti Jesu Christi, habenti propitiationem in omni charismate, impletæ in fide & caritate, indeficienti exsistenti omni charismate, Deo-decentissimæ & sanctiferæ, exsistenti in Smyrna Asiæ; in incoinquinato spiritu & verbo Dei, plurimum gaudere.

CAPUT I.

A Glorifico Jesum Christum Deum, qui vos sapientes fecit: intellexi enim vos perfectos in immobili fide, quemadmodum clavifixos in cruce Domini nostri Jesu Christi & carne & spiritu, & firmatos in caritate, in sanguine Christi: certificatos in Dominum nostrum Jesum Christum, vere exsistentem de genere David secundum carnem, filium Dei secundum voluntatem & potentiam Dei, genitum vere ex Virgine, baptizatum a Joanne, ut *impleatur omnis justitia ab ipso*; vere sub Pontio Pilato & Herode Tetrarcha clavifixum pro nobis in carne. A cujus fructu nos, a divine-beatissima ipsius passione; ut *levet signum* in sæcula, per resurrectionem, in sanctos & fideles ipsius, & in Judæis & in Gentibus, in uno corpore Ecclesiæ ipsius.

CAPUT II.

Hæc enim omnia passus est pro nobis, ut salvemur. Et vere passus est, ut & vere resuscitavit seipsum: non, quemadmodum infideles quidam dicunt, secundum videri ipsum passum esse, ipsi secundum videri exsistentes; & quemadmodum sapiunt, & accidet ipsis, exsistentibus incorporeis & dæmoniacis.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησίᾳ Θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἠγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐλεημένῃ ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληρωμένῃ ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος, θεοπρεπεστάτῃ καὶ ἁγιοφόρῳ, τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ Θεοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

A Δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν, τὸν οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρτισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὥσπερ καθηλωμένους ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ σαρκί τε καὶ πνεύματι, καὶ ἑδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵματι Χριστοῦ, [1] πεπληροφορημένους εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν, ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα, υἱὸν Θεοῦ κατὰ θέ- B λημα καὶ δύναμιν Θεοῦ, γεγεννημένον ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένον ὑπὸ Ἰωάννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ, ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου καθηλωμένον ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί. Ἀφ' οὗ καρποῦ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ [2] θεομακαρίου αὐτοῦ πάθους, ἵνα ἄρῃ σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ἰουδαίοις, εἴτε C ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἑνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτόν· οὐχ' ὥσπερ ἄπιστοί τινες λέγουσιν τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπονθέναι, αὐτοὶ D τὸ δοκεῖν ὄντες· καὶ καθὼς φρονοῦσιν καὶ συμβήσεται αὐτοῖς, οὖσιν ἀσωμάτοις καὶ δαιμονικοῖς.

Versio J. B. Cotelerii.

SMYRNÆIS.

Ignatius, qui & Theophorus, Ecclesiæ Dei Patris & dilecti Jesu Christi, misericordiam consecutæ in omni dono, repletæ fide & caritate, nullum non donum assecutæ, divinissimæ & sanctiferæ, quæ est Smyrnæ in Asia; in Spiritu immaculato & Verbo Dei, salutem plurimam.

CAPUT I.

A Glorifico Jesum Christum Deum, qui tanta vos sapientia donavit. Cognovi enim vos perfectos in fide immota; ut affixos cruci Domini nostri Jesu Christi, & carne & spiritu; & firmatos in caritate, in sanguine Christi; plene persuasos in Dominum nostrum vere exsistentem de genere Davidis, secundum carnem; filium Dei, secun- B dum voluntatem & potentiam Dei: natum vere ex Virgine; baptizatum a Joanne, ut [a] *impleretur ab eo omnis justitia*; vere sub Pontio Pilato & Herode Tetrarcha clavis confixum pro nobis in carne. Ex quo fructu nos sumus, per divine-beatam passionem ejus; ut [b] *elevet signum* in sæcula, per resurrectionem, sanctis & fidelibus suis, si- C ve in Judæis, sive in Gentibus, in uno corpore Ecclesiæ suæ.

CAPUT II.


Omnia enim hæc passus est propter nos, ut salutem consequamur. Et vere passus est; sicut & vere seipsum resuscitavit: non, ut quidam infideles dicunt, secundum opinionem ipsum passum es- D se; ipsi secundum opinionem exsistentes: & quemadmodum sapiunt, sic & continget eis; qui phantastici sunt & dæmoniaci.

a Matth. III. 15. b Isa. v. 26. & XLIX. 22. juxta LXX.

1 Theodoret. Dialog. I.

2 Ms. θεομακαρίτω. lege θεομακαρίτου.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 116.



Vetus Interpres. A

CAPUT III.

EGo enim & poſt reſurrectionem in carne ipſum vidi, & credo exſiſtentem. Et quum ad eos qui circa Petrum venit, ait ipſis: *Apprehendite, palpate me, & videte, quoniam non ſum dæmonium incorporeum.* Et confeſtim ipſum tetigerunt, & crediderunt, convicti carne ipſius & ſpiritu. Propter hoc & mortem contemſerunt; inventi B autem ſunt ſuper mortem. Poſt reſurrectionem autem comedit cum eis & bibit, ut carnalis; quamvis ſpiritualiter unitus Patri.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ΄.

ΕΓὼ [1] γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς· λάβετε, ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμὶ δαιμόνιον ἀσώματον. Καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἥψαντο, καὶ ἐπίστευσαν, [2] κρατηθέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. Διὰ τοῦτο καὶ θανάτου B κατεφρόνησαν· ηὑρέθησαν δὲ ὑπὲρ θάνατον. [3] Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν, ὡς σαρκικὸς, καίπερ πνευματικῶς ἡνωμένος τῷ πατρί.

Versio J. B. Cotelerii. A

CAPUT III.

EGo enim & poſt reſurrectionem eum in carne novi, & credo eſſe. Et quando ad eos qui cum Petro erant venit, inquit ipſis: *Apprehendite, palpate me, & videte, quod non ſum dæmonium incorporale.* Et confeſtim ipſum tetigerunt, atque crediderunt, convicti carne ipſius & ſpiritu. Propter B hoc etiam mortem contemſerunt; ſupra mortem vero inventi ſunt. Poſt reſurrectionem autem, cum illis comedit & bibit, ut carnalis, quamvis ſpiritualiter unitus Patri.

CAPUT IV.

HÆc autem moneſacio vobis, dilecti, ſciens quoniam & vos ſic habetis. Præmunio autem vos a beſtiis anthropomorphis: quos non ſolum oportet vos non recipere, ſed ſi poſſibile neque C eis obviare; ſolum autem orare pro ipſis, ſi quo modo pœniteant; quod difficile. Hujus autem habet poteſtatem Jeſus Chriſtus, verum noſtrum vivere. Si autem ſecundum videri hæc operata ſunt a Domino noſtro: [6] ergo & ego ſecundum videri ligor. Quid autem & meipſum traditum dedi morti, ad ignem, ad gladium, ad beſtias? Sed prope gladium, prope Deum: inter medium beſtiarum, inter medium Dei. So- D lum in nomine Jeſu Chriſti, ad compati ipſi, omnia ſubſtinebo: ipſo me fortificante, qui perfectus homo factus eſt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ΄.

ΤΑῦτα δὲ παραινῶ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑμεῖς οὕτως ἔχετε. Προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων· οὓς οὐ μόνον δεῖ ὑμᾶς μὴ παραδέ- C χεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατόν ἐστι μηδὲ συναντᾶν, μόνον δὲ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν, ὅπερ δύσκολον. Τούτου δὲ ἔχει ἐξουσίαν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν. [4] Εἰ γὰρ [5] τὸ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, κἀγὼ τῷ δοκεῖν δέδεμαι. Τί δὲ καὶ ἐμαυτὸν ἔκδοτον δέδωκα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαιραν, πρὸς θηρία; Ἀλλ' [7] ἐγγὺς μαχαίρας, ἐγγὺς Θεοῦ, [8] μεταξὺ θηρίων, D μεταξὺ Θεοῦ. Μόνον ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ, πάντα ὑπομένω· αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου γενομένου.

CAPUT IV.

DE his autem admoneo vos, cariſſimi, ſciens quod & vos ita habeatis. Sed præmunio vos contra feras humanam formam præ ſe ferentes; quos non ſolum oportet C vos non recipere; ſed, ſi poſſibile eſt, neque obviam eis fieri; ſolum vero pro ipſis orare, ſi quo modo pœnitentiam agant; quod admodum difficile eſt. Hujus autem poteſtatem habet Jeſus Chriſtus, vera noſtra vita. Si enim opinione ſola hæc a Domino noſtro ſunt peracta; & ego opinione ſolum vinctus ſum. Quid vero & meipſum morti dedititium tradidi, ad ignem, ad gladium, ad beſtias? Verum qui prope gladium, prope Deum eſt: D qui cum beſtiis, cum Deo eſt. Tantum in nomine Jeſu Chriſti, ut ſimul cum illo patiar, omnia ſuſtineo: ipſo roborante me, qui perfectus homo factus eſt.

CAPUT V.

QUem quidam ignorantes abnegant, magis autem abnegati ſunt ab ipſo; exſiſtentes concionatores mortis magis, quam veritatis: quos non perſuaſerunt Prophetiæ, neque lex Moyſi; ſed ne- E que uſque nunc Evangelium, neque noſtræ eorum qui ſecundum virum paſſiones. Etenim de nobis idem ſapiunt. Quid enim juvat me quis, ſi me laudat; Dominum autem meum blaſphemat, non confitens ipſum carniferum? Qui autem hoc non dicit, ipſum perfecte abnegavit, exſiſtens mortifer. Nomina autem ipſorum, exſiſtentia infidelia, non viſum eſt mihi inſcribere: ſed neque fiat mihi ipſorum recordari, uſque quo pœniteant in paſſionem, quæ eſt noſtra reſurrectio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

ὌΝ τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται, μᾶλλον δὲ ἠρνήθησαν ὑπ' αὐτοῦ, ὄντες συνήγοροι τοῦ θανάτου μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας· οὓς οὐκ ἔπεισαν αἱ προφητεῖαι, οὐδ' ὁ E νόμος Μωσέως, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι νῦν τὸ εὐαγγέλιον, οὐδὲ τὰ ἡμέτερα [9] τῶν κατ' ἄνδρα παθήματα. Καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν τὸ αὐτὸ φρονοῦσιν. [10] Τί γάρ με ὠφελεῖ τις, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ, τὸν δὲ Κύριον μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; Ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρνηται [11] ὢν νεκροφόρος. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, ὄντα ἄπιστα, οὐκ ἔδοξέ μοι ἐγγράψαι· ἀλλὰ μηδὲ γένοιτό μοι αὐτῶν μνημονεύειν, μέχρις οὗ μετανοήσωσιν εἰς τὸ πάθος, ὅ ἐστιν ἡμῶν ἀνάστασις.

CAPUT V.

QUem quidam ignorantes, abnegant: magis autem abnegati ſunt ab ipſo; patroni mortis magis quam veritatis. Quibus nec Prophetiæ perſuaſere, nec Moyſis lex, E ſed nec Evangelium in hunc uſque diem, neque noſtræ ſingulorum paſſiones. Nam & de nobis id ipſum ſentiunt. Quid enim mihi prodeſt, ſi quis me laudet; & Dominum meum blaſphemet, non confitens ab ipſo carnem geſtari? Qui vero id non dicit, prorſus eum negavit, & ipſe cadaver geſtat. Nomina vero eorum, quum ſint infidelia, non viſum eſt mihi ſcribere: ſed & abſit a me, ut eorum mentionem faciam, donec reſipiſcant in paſſionem, quæ eſt noſtra reſurrectio.

1 Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. III. cap. 56. Theodoret. Dialog. II.
2 Ms. κραθέντες, compendiaria ſcriptione.
3 Theodoret. ibid.
4 Theodoret. Dialog. I.
5 Theodoret. τῷ. utrobique.
6 Deeſt *ergo* in Cod. Cajenſi.
7 Ὁ ἐγγὺς, Theodor.
8 Hæc male omittuntur a Theodoreto.
9 Interpol. habet τὰ. ſed τῶν poteſt retineri.
10 Theodoret. Dialog. I.
11 Theodoret. ὡς νεκροφόρον. male.

Vetus Interpres. | Versio J. B. Cotelerii.

CAPUT VI.

NUllus erret. Et supercælestia, & gloria Angelorum, [1] & Principes visibiles & invisibiles, si non credant sanguinem Christi; & illis judicium est. *Qui capit, capiat.* Qualitate nullus inflectur. Totum enim est fides & caritas: quibus nihil præpositum est. Considerate autem aliter opinantes in gratiam Jesu Christi, eam quæ in nos venit; qualiter contrarii sunt sententiæ Dei. [3] De caritate non est cura ipsis, non de vidua, non de orphano, non de tribulato, non de ligato vel soluto, non de esuriente vel sitiente.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

ΜΗδεὶς πλανάσθω. Καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι, ἐὰν μὴ [2] πιστεύσωσιν εἰς τὸ αἷμα Χριστοῦ, κἀκείνοις κρίσις ἐστίν. Ὁ χωρῶν χωρείτω. Τόπος μηδένα φυσιούτω· τὸ γὰρ ὅλον ἐστὶ πίστις καὶ ἀγάπη, ὧν οὐδὲν προκέκριται. Καταμάθετε δὲ τοὺς ἑτεροδοξοῦντας εἰς τὴν χάριν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν, πῶς ἐναντίοι εἰσὶν τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ. Περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ ὀρφανοῦ, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου, οὐ περὶ πεινῶντος ἢ διψῶντος.

CAPUT VI.

NEmo erret. Et supercælestia, & gloria Angelorum, & Principes visibiles ac invisibiles, si non credant in sanguinem Christi; etiam illis judicium est. [a] *Qui capit, capiat.* Locus neminem efferat. Totum namque est fides & caritas; quibus nihil prælatum est. Considerate vero eos, qui alienam opinionem tuentur contra gratiam Jesu Christi quæ ad nos venit, quo modo contrarii sint sententiæ Dei. De caritate non est cura ipsis, non de vidua, non de orphano, non de oppresso, non de vincto vel soluto, non de esuriente vel sitiente.

CAPUT VII.

AB Eucharistia & oratione recedunt; propter non confiteri Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Jesu Christi pro peccatis nostris passam, quam benignitate Pater resuscitavit. Contradicentes ergo [5] huic dono Dei, perscrutantes moriuntur. Conferens autem esset ipsis diligere, ut resurgant. Decens est recedere a talibus, & neque seorsum de ipsis loqui, neque communiter: attendere autem Prophetis, præcipue vero Evangelio, in quo passio nobis ostensa est, & resurrectio perfecta est. Partitiones autem fugite, ut principium malorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζʹ.

[4] ΕΥχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν. Οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ, συζητοῦντες ἀποθνήσκουσι. Συνέφερεν δὲ αὐτοῖς ἀγαπᾷν, ἵνα καὶ ἀναστῶσιν. Πρέπον οὖν ἐστιν ἀπέχεσθαι τῶν τοιούτων, καὶ μήτε κατ᾽ ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν, μήτε κοινῇ· προσέχειν δὲ τοῖς προφήταις, ἐξαιρέτως δὲ τῷ εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἡμῖν δεδήλωται, καὶ ἡ ἀνάστασις τετελείωται. Τοὺς δὲ μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν.

CAPUT VII.

AB Eucharistia & oratione abstinent; eo quod non confiteantur Eucharistiam carnem esse Servatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est, quam Pater sua benignitate suscitavit. Qui ergo contradicunt huic dono Dei, altercantes moriuntur. Utile autem esset ipsis diligere, ut & resurgerent. Decet itaque abstinere ab ejusmodi; & nec in privato, nec in communi colloquio de illis verba facere: attendere autem Prophetis; præcipue autem Evangelio, in quo passio nobis ostensa, & resurrectio perfecta est. Divisiones vero fugite, ut principium malorum.

CAPUT VIII.

OMnes Episcopum sequimini, ut Jesus Christus Patrem; & Presbyterium, ut Apostolos: Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum. Nullus sine Episcopo aliquid operetur eorum, quæ conveniunt in Ecclesiam. Illa firma gratiarum actio reputetur, quæ sub [6] ipso est, vel quam utique ipse concesserit. Ubi utique apparet Episcopus, illic multitudo sit, quemadmodum utique ubi est Christus Jesus, illic Catholica Ecclesia. Non licitum est sine Episcopo neque baptizare, neque agapen facere: sed quod utique ille probaverit, hoc est & Deo beneplacitum; ut stabile sit & firmum omne quod agitur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ηʹ.

ΠΆντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρί· καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε, ὡς Θεοῦ ἐντολήν. Μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω· ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Οὐκ ἐξόν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, οὔτε βαπτίζειν, οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ᾽ ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ πράσσεται.

CAPUT VIII.

OMnes Episcopum sequimini, ut Jesus Christus Patrem; & Presbyterium, ut Apostolos; Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum. Sine Episcopo nemo quidquam faciat eorum, quæ ad Ecclesiam spectant. Rata Eucharistia habeatur illa, quæ sub Episcopo fuerit, vel cui ipse concesserit. Ubi comparuerit Episcopus, ibi & multitudo sit: quemadmodum ubi fuerit Christus Jesus, ibi Catholica est Ecclesia. Non licet sine Episcopo, neque baptizare, neque Agapen celebrare: sed quodcumque ille probaverit, hoc & Deo est beneplacitum: ut tutum ratumque sit quodcumque agitur.

CAPUT IX.

RAtionabile est de cetero evigilare; & quum adhuc tem-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θʹ.

ΕΥλογόν ἐστιν λοιπὸν ἀνανῆψαι· καὶ, ὡς ἔτι καιρὸν ἔχο-

CAPUT IX.


COnsentaneum est deinceps resipiscere; & dum adhuc tempus

a Matth. xix. 12.

1 V. Vind. Ignat. II. 90.
2 Ms. πιστεύσωμεν.
3 V. S. Polycarp. ep. cap. vi.

4 Theodoret. Dialog. III.
5 Eucharistiæ.
6 L. *episc po.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.



VETUS INTERPRES.

A pus habemus, in Deum pœnitere. Bene habet, & Deum & Episcopum cognoscere. Honorans Episcopum, a Deo honoratus est: qui occultans ab Episcopo aliquid operatur, diabolo præstat obsequium. Omnia igitur vobis in gratia superabundent: digni enim estis. Secundum enim omnia me quiescere fecistis: & vos Jesus Christus. Absentem me & præsentem dilexistis. Retribuat vobis Deus; propter quem omnia sustinentes, ipsum adipiscemini.

μεν, εἰς Θεὸν μετανοεῖν. Καλῶς ἔχει καὶ Θεὸν καὶ ἐπίσκοπον εἰδέναι. Ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον, ὑπὸ Θεοῦ τετίμηται· ὁ λάθρα ἐπισκόπου τι πράσσων, τῷ διαβόλῳ λατρεύει. Πάντα οὖν ὑμῖν ἐν χάριτι περισσευέτω, ἄξιοι γάρ ἐστε. Κατὰ πάντα με ἀνεπαύσατε, καὶ ὑμᾶς Ἰησοῦς Χριστός. Ἀπόντα με καὶ παρόντα ἠγαπήσατε. Ἀμείβῃ ὑμῖν Θεός, δι' ὃν πάντα ὑπομένοντες αὐτοῦ τεύξεσθε.

VERSIO J. B. COTELERII.

A habemus, ad Deum per pœnitentiam redire. Bene habet, Deum & Episcopum respicere. Qui honorat Episcopum, a Deo honoratus est: qui clam Episcopo aliquid agit, diabolo præstat obsequium. Omnia igitur vobis in gratia abundent: digni enim estis. Omni modo me recreastis; & vos Jesus Christus. Absentem me ac præsentem dilexistis: retribuat vobis Deus, propter quem omnia sustinentes, ipsum adipiscemini.

B

CAPUT X.

PHilonem & Reum [&] Agathopum, qui secuti sunt me in verbum Dei, bene fecistis suscipientes ut ministros Dei Christi: qui & gratias agunt Domino pro vobis; quoniam ipsos quiescere fecistis secundum omnem modum. Nihil vobis utique deperibit. Conformis animæ vestræ spiritus meus, & vincula mea, quæ non despexistis neque erubuistis: neque vos erubescet perfecta fides, Jesus Christus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

ΦΙλωνα, καὶ Ῥέων Ἀγαθόπουν, οἳ ἐπηκολούθησάν μοι εἰς λόγον Θεοῦ, καλῶς ἐποιήσατε ὑποδεξάμενοι ὡς διακόνους Χριστοῦ Θεοῦ· οἳ καὶ εὐχαριστοῦσιν τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύσατε κατὰ πάντα τρόπον. Οὐδὲν ὑμῖν οὐ μὴ ἀπολεῖται. Ἀντίψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου, καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε οὐδὲ ἐπαισχύνθητε· οὐδὲ ὑμᾶς ἐπαισχυνθήσεται ἡ τελεία C πίστις, Ἰησοῦς Χριστός.

CAPUT X.

QUod Philonem & Rheum & Agathopodem qui me secuti sunt in verbo Dei, ut Christi Dei ministros exceperitis, bene fecistis. Qui & Domino pro vobis gratias agunt, quod omnibus modis illos refeceritis. Nihil vobis utique deperibit. Vice animarum vestrarum spiritus meus sit, & vincula mea, quæ non fastidistis nec erubuistis: nec de vobis erubescet perfe- C cta fides, Jesus Christus.

CAPUT XI.

ORatio vestra pervenit ad Ecclesiam quæ est in Antiochia Syriæ; unde ligatus Deo decentissimis vinculis omnes saluto, non exsistens dignus inde esse, extremus ipsorum exsistens: secundum voluntatem autem Dei dignus factus sum, non ex conscientia, sed ex gratia Dei; quam oro perfectam mihi dari, ut in oratione vestra Deo potiar. Ut igitur perfectum D vestri fiat opus in terra & in cælo; decet ad honorem Dei, ordinare Ecclesiam vestram Deo venerabilem, in factum usque Syriam congaudere ipsis, quoniam pacem habent & acceperunt propriam magnitudinem, & restitutum est ipsis proprium corpusculum. Visum est mihi igitur Deo digna res, mittere aliquem vestrorum cum epistola: ut [1] conglorificent eam, quæ secundum Deum, ipsis factam tranquillitatem; & quoniam portu jam potita est, oratione vestra. Perfe- E cti exsistentes, perfecta & sapite. Volentibus enim vobis bene facere, Deus paratus est ad tribuere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἡ Προσευχὴ ὑμῶν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας· ὅθεν δεδεμένος θεοπρεπεστάτοις δεσμοῖς πάντας ἀσπάζομαι, οὐκ ὢν ἄξιος ἐκεῖθεν εἶναι, ἔσχατος αὐτῶν ὤν· κατὰ θέλημα δὲ Θεοῦ κατηξιώθην, οὐκ ἐκ συνειδότος, ἀλλ' ἐκ χάριτος Θεοῦ, ἣν εὔχομαι τελείαν μοι δοθῆναι, ἵνα ἐν τῇ προσευχῇ ὑ- D μῶν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἵνα οὖν τέλειον ὑμῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ, πρέπει εἰς τιμὴν Θεοῦ χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν θεοπρεσβύτην εἰς τὸ γενόμενον ἕως Συρίας συγχαρῆναι αὐτοῖς, ὅτι εἰρηνεύουσιν, καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον μέγεθος, καὶ ἀπεκατεστάθη αὐτοῖς τὸ ἴδιον σωματεῖον. Ἐφάνη μοι οὖν ἄξιον πρᾶγμα πέμψαι τινὰ τῶν ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ Θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδίαν, καὶ ὅτι λιμένος ἤδη ἐτύγχανεν τῇ E προσευχῇ ὑμῶν. Τέλειοι ὄντες, τέλεια καὶ φρονεῖτε. Θέλουσιν γὰρ ὑμῖν εὐπράσσειν, Θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρασχεῖν.

CAPUT XI.

ORatio vestra pervenit ad Ecclesiam Antiochenam quæ est in Syria: unde, Deo decoris ligatus vinculis, omnes saluto; qui inde exsistere non sum dignus, quum extremus sim eorum; sed Dei voluntate dignus effectus sum; non juxta conscientiam, sed ex gratia Dei; quam opto perfectam mihi dari, ut per orationem vestram D Deum consequar. Quo itaque opus vestrum absolutum sit, tum super terram, tum in cælo; decet ad Dei honorem, ut Ecclesia vestra eligat sacrum legatum; ut quum ad Syriam usque venerit, congratuletur illis, quod pacem consecuti sint, & suam receperint magnitudinem, ac restitutum sit illis suum corpus. Digna igitur mihi res est visa, ut aliquem vestrum mittatis cum Epistola: quo una cum illis glorificet Deum, de tranquillitate quam in Deo consecuti sunt; & quod portu jam E potiti sunt per orationem vestram. Quum perfecti sitis, perfecta & sentite. Cupientibus enim vobis bene facere, Deus largiri paratus est.

CAPUT XII.

SAlutat vos caritas fratrum, qui in Troade: unde & scribo vobis per Burrum, quem misistis mecum simul [2] Ephesiis fratribus vestris; qui secundum omnia me quiescere fecit. Et utinam omnes ipsum imitentur, exsistentem e-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.


Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι· ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου, ὃν ἀπεστείλατε μετ' ἐμοῦ ἅμα Ἐφεσίοις τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν, ὃς κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν. Καὶ ὄφελον πάντες αὐτὸν ἐμιμοῦντο, ὄν-

CAPUT XII.

SAlutat vos caritas fratrum qui sunt in Troade: unde & scribo vobis per Burrhum, quem misistis mecum una cum Ephesiis fratribus vestris: qui omni modo me refocillavit. Atque utinam omnes illum imitentur, qui est exemplar divini

1 L. *conglorificet*.

2 Euplo & Frontone.



VETUS INTERPRES.

xemplarium Dei ministerii. Remuneret ipsum gratia secundum omnia. Saluto Deo dignum Episcopum, & Deo decens Presbyterium, & conservos meos Diaconos; & singillatim & communiter omnes, in nomine Jesu Christi, & carne ipsius, & sanguine, & passione, & resurrectione, carnali & spirituali, in unitate Dei & vestri. Gratia vobis, & misericordia, & pax, & sustinentia semper.

A Θεῦ διακονίας . . Ἀμείψεται αὐτὸν ἡ χάρις κατὰ πάντα. Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ θεοπρεπέστατον πρεσβυτέριον, καὶ τοὺς συνδούλους μου διακόνους, καὶ τοὺς κατ' ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ αἵματι, πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ, [1] ἐν ὀνόματι, ἐν ἑνότητι Θεοῦ καὶ ὑμῶν. Χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπο- B μονὴ διὰ παντός.

A VERSIO J. B. COTELERII.

ministerii. Remuneret ipsum gratia per omnia. Saluto Deo dignum Episcopum, & Deo decorum Presbyterium, & conservos meos Diaconos, singillatimque ac in universum omnes; in nomine Jesu Christi, & carne ipsius, & sanguine, & passione, ac resurrectione corporali simul & spirituali; in unitate Dei vestraque. Gratia vobis, misericordia, pax, patientia, sem- B per sit.

CAPUT XIII.

SAluto domos fratrum meorum, cum uxoribus & filiis; & virgines vocatas viduas. Valete mihi in virtute [2] Patris. Salutat vos Philon, mecum exsistens. Saluto domum Thaviæ: quam oro firmari fide & caritate carnali & spirituali. Saluto Alken, desideratum mihi nomen; & Daphnum incomparabilem, & Eutecnum, & omnes secundum nomen. Valete in gratia Dei.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

ΑΣπάζομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας. Ἔρρωσθέ μοι ἐν δυνάμει πνεύματος. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Φίλων, σὺν ἐμοὶ ὤν. Ἀσπάζομαι τὸν οἶκον Ταουΐας, ἣν εὔχομαι ἑδρᾶσθαι πίστει καὶ ἀγάπῃ σαρκικῇ τε καὶ πνευματι- C κῇ. Ἀσπάζομαι Ἄλκην, τὸ ποθητόν μου ὄνομα· καὶ Δάφνον, Ἀσύγκριτον, καὶ Εὔτεκνον, καὶ πάντας κατ' ὄνομα. Ἔρρωσθε ἐν χάριτι Θεοῦ.

CAPUT XIII.

SAluto familias fratrum meorum cum uxoribus & liberis; necnon virgines, vocatas viduas. Incolumes in virtute Spiritus este mihi. Salutat vos Philo, qui mecum est. Saluto Taviam cum domesticis; quam opto solidari fide & caritate corporali atque spirituali. Saluto C Alcen, desiderabile mihi nomen; & Daphnum incomparabilem, & Eutecnum, omnesque nominatim. Valete in gratia Dei.

AD POLYCARPUM.

Ignatius, qui & Theophorus, Polycarpo Episcopo Ecclesiæ Smyrnæorum, magis autem visitato a Deo Patre & Domino Jesu Christo, plurimum gaudere.

D CAPUT I.

ACceptans tuam in Deo sententiam, firmatam ut supra petram immobilem, superglorifico, dignificatus tua facie immaculata, qua fruar in Deo. Deprecor te in Dei gratia qua indutus es, apponere cursui tuo, & omnes deprecari ut salventur. Justifica locum tuum in omni cura, carnali & spirituali. Unionem cura, qua nihil melius. Omnes supporta; ut & te Dominus. Omnes sustine in cari- E tate; quemadmodum & facis. Orationibus vaca indesinentibus. Pete intellectum ampliorem eo quem habes. Vigila, non dormientem spiritum possidens. Singulis secundum [5] consuetudinem Dei loquere. Omnium ægritudines porta, ut perfectus athleta. Ubi major labor, multum lucrum.

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμυρναίων, μᾶλλον δὲ ἐπεσκοπημένῳ ὑπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, πλεῖστα χαίρειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

ΑΠοδεχόμενός σου τὴν ἐν Θεῷ γνώμην, ἡδρασμένην ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον, ὑπερδοξάζω, καταξιωθεὶς τοῦ προσώπου σου τοῦ ἀμώμου, οὗ ὀναίμην ἐν Θεῷ. Παρακαλῶ σε ἐν χάριτι Θεοῦ, ᾗ ἐνδέδυσαι, προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου, καὶ πάντας παρακαλεῖν, ἵνα σώζωνται. [3] Ἐκδίκει σου τὸν τόπον ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Τῆς ἑνώσεως φρόντιζε, ἧς οὐδὲν ἄμεινον. E Πάντας βάσταζε ὡς καί σε ὁ Κύριος. Πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ, ὥσπερ καὶ ποιεῖς. Προσευχαῖς σχόλαζε ἀδιαλείπτοις. Αἰτοῦ σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις. Γρηγόρει, ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος. Τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ [4] βοήθειαν Θεοῦ λάλει. Πάντων τὰς νόσους βάσταζε, ὡς τέλειος ἀθλητής. ὅπου πλείων κόπος, πολὺ κέρδος.

AD POLYCARPUM.

Ignatius, qui & Theophorus, Polycarpo Episcopo Ecclesiæ Smyrnæorum, immo vero cujus Episcopus est Deus Pater & Dominus Jesus Christus, plurimam salutem.

D CAPUT I.

SUscipiens tuum propositum in Deo firmatum velut super petram immobilem, summis eveho laudibus, dignus habitus inculpata tua facie, qua utinam fruar in Deo. Obsecro te in Dei gratia qua indutus es, ut ad cursum tuum adjicias, omnesque adhorteris ut salventur. Tuere locum tuum, in omni cura carnali & spiritali. Unitatis curam habe, qua nihil melius. E Omnes perfer; quo & te Dominus. Omnes tolera per caritatem; sicut & facis. Precibus vaca perpetuis. Postula intellectum ampliorem, quam habes. Vigila, insomnem spiritum possidens. Singulis juxta adjutorium Dei loquere. Cunctorum ægrotationes porta, sicut perfectus athleta. Ubi plus laboris, magnum lucrum est.

CAPUT II.

BOnos discipulos si diligas, gratia tibi non est: magis deteriores in mansuetudine subjice. Non omne vulnus eodem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.


ΚΑλοὺς μαθητὰς ἐὰν φιλῇς, χάρις σοι οὐκ ἔστιν· μᾶλλον τοὺς λοιμοτέρους ἐν πρᾳότητι ὑπότασσε. Οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλά-

CAPUT II.

BOnos discipulos si amaveris, nulla tibi est gratia: potius pestilentiores in mansuetudine subjice. Non omne vulnus eodem

1 Redundat: & plane omittendum videtur.
2 Spiritus.
3 Antioch. homil. CXI. περὶ ἡγουμένων.
4 Ὁμοίθειαν.
5 Adjutorium.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.



VETUS INTERPRES.

A emplastro curatur. Exacerbationes in pluviis quieta. *Prudens fias, ut serpens*, in omnibus: *& simplex, ut columba*. Propter hoc carnalis es & spiritualis, ut manifesta in tuam faciem blandiaris: invisibilia autem petas, ut tibi manifestentur; ut nullo deficias, & omni charismate abundes. Tempus expetit te, ut gubernatores ventos; & ut qui in procella est, portum ad Deo potiendum. Vigila, ut Dei athleta: B thema, incorruptio & vita æterna; de qua & tu confisus es. Secundum omnia, tui refrigerium ego, & vincula mea quæ dilexisti.

A στρῳ θεραπεύεται. Τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε. Φρόνιμος γίνου, ὡς ὄφις, ἐν ἅπασιν· καὶ ἀκέραιος, [1] ὡσεὶ περιστερά. Διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικὸς, ἵνα [2] τὰ φαινόμενά σου εἰς πρόσωπον κολακεύῃς· τὰ δὲ ἀόρατα αἴτει ἵνα σοι φανερωθῇ, ὅπως μηδενὸς λείπῃ, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύῃς. Ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ σε, ὡς κυβερνῆται ἀνέμους, καὶ ὡς χειμαζόμενος λιμένα, εἰς τὸ B Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Νῆφε ὡς Θεοῦ ἀθλητής· τὸ θέμα ἀφθαρσία καὶ ζωὴ αἰώνιος, περὶ ἧς καὶ σὺ πέπεισαι. Κατὰ πάντα σου ἀντίψυχον ἐγὼ, καὶ τὰ δεσμά μου, ἃ ἠγάπησας.

VERSIO J. B. COTELERII.

A emplastro curatur. Vehementiores morbi accessiones superfusionibus seda. [a] *Prudens esto, sicut serpens*, in omnibus; *& simplex, ut columba*. Propter hoc corporalis es & spiritualis, ut quæ apparent coram te, demulceas; quæ autem non videntur, petas ut manifestentur tibi: ne tibi quidquam desit, & omni dono abundes. Tempus expetit te, ut gubernatores ventos; & ut tempestate jactatus portum: quo Deo po- B tiaris. Caute te gere, ut Dei athleta. Thema seu proposita corona, est incorruptio & vita æterna; de qua & tu persuasus es. Secundum omnia vice animæ tuæ sim ego, & vincula mea quæ dilexisti.

CAPUT III.

Qui videntur fide digni esse & altera docent, non te stupefaciant. [3] Sta firmus, ut incus percussa. Magni est athletæ, [4] discerpi, & vincere: ma- C xime autem propter Deum omnia sustinere nos oportet; ut & ipse nos sustineat. Plus studiosus fias, quam es. Tempora considera: eum qui supra tempus, exspecta, intemporalem; invisibilem, propter nos visibilem; impalpabilem, impassibilem, propter nos passibilem; secundum omnem modum propter nos sustinentem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

ΟἹ δοκοῦντες ἀξιόπιστοι εἶναι καὶ ἑτεροδιδασκαλοῦντες, μή σε καταπλησσέτωσαν. Στῆθι ἑδραῖος ὡς ἄκμων τυπτόμενος. Μεγάλου ἐ- C στὶν ἀθλητοῦ τὸ δέρεσθαι καὶ νικᾶν· μάλιστα δὲ ἕνεκεν Θεοῦ πάντα ὑπομένειν ἡμᾶς δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ. Πλέον σπουδαῖος γίνου οὗ εἶ. Τοὺς καιροὺς καταμάνθανε· τὸν ὑπέρκαιρον προσδόκα, τὸν ἄχρονον, τὸν ἀόρατον, τὸν δι' ἡμᾶς ὁρατὸν, τὸν ἀψηλάφητον, τὸν ἀπαθῆ, τὸν δι' ἡμᾶς παθητὸν, τὸν κατὰ πάντα τρόπον δι' ἡμᾶς ὑπομείναντα.

CAPUT III.

Qui videntur fide digni esse, & aliena docent, non te perterrefaciant. Sta firmus, ut incus quæ percutitur. Magni athletæ est, C cædi & vincere. Maxime vero propter Deum omnia sustinere nos oportet; ut & ipse nos sustineat. Studiosior fias, quam es. Tempora perpende. Eum qui ultra tempus est, exspecta; intemporalem; invisibilem, propter nos visibilem; impalpabilem, impatibilem, propter nos patibilem; qui omnimodis propter nos sustinuit.

CAPUT IV.

D Viduæ non negligantur. Post Dominum tu ipsarum curator esto. Nihil sine sententia tua fiat; neque tu sine Deo quid operare: quod autem operaris, sit bene stabile. Sæpius congregationes fiant: ex nomine omnes quære. Servos & ancillas ne despicias: sed neque ipsi inflentur; sed in gloriam Dei plus serviant, ut meliori libertate a Deo potiantur. Non desiderent a communi liberi fieri; ut non servi E inveniantur concupiscentiæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

D ΧΗῖραι μὴ ἀμελείσθωσαν. μετὰ τὸν Κύριον σὺ αὐτῶν φροντιστὴς ἔσο. Μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω, μηδὲ σὺ ἄνευ [5] Θεοῦ τι πρᾶσσε· ὅπερ [6] οὐδὲ πράττεις, εὐσταθής. Πυκνότερον συναγωγαὶ γινέσθωσαν· ἐξ ὀνόματος πάντας ζήτει. Δούλους καὶ δούλας μὴ ὑπερηφάνει· ἀλλὰ μηδὲ αὐτοὶ φυσιούσθωσαν, ἀλλ' εἰς δόξαν Θεοῦ πλέον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ἀπὸ Θεοῦ τύχωσιν. Μὴ ἐράτωσαν E ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἵνα μὴ δοῦλοι εὑρεθῶσιν [7] τῆς ἐπιθυμίας.

CAPUT IV.

D Viduæ non negligantur. Post Dominum tu earum curator esto. Nihil sine tua voluntate fiat; neque tu quidquam sine Dei voluntate agas; quod nec facis, quum sis constans. Crebrius conventus fiant. Nominatim omnes inquire. Servos & ancillas ne superbe contemnas: sed nec ipsi inflentur; verum ad gloriam Dei plus serviant, ut potiorem libertatem a Deo consequantur. Non cupiant a communi donari li- E bertate, ne servi inveniantur cupiditatis.

CAPUT V.

Malas artes fuge: magis autem de his homiliam fac. Sorores meas alloquere, diligere Dominum, & viris sufficere carne & spiritu. Similiter & fratribus meis annuntia in nomine Jesu Christi, diligere uxores, ut Dominus Ecclesiam. Si quis potest

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

ΤΑ'ς κακοτεχνίας φεῦγε· μᾶλλον δὲ περὶ τούτων ὁμιλίαν [μὴ] ποιοῦ. Ταῖς ἀδελφαῖς μου προσλάλει, ἀγαπᾷν τὸν Κύριον, καὶ τοῖς συμβίοις ἀρκεῖσθαι σαρκὶ καὶ πνεύματι. Ὁμοίως καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου παράγγελλε ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀγαπᾷν τὰς συμβίους, ὡς ὁ Κύριος τὴν ἐκ-

CAPUT V.

Malas artes fuge: immo vero de iis verba ne facito. Sororibus meis dicito, ut Dominum ament, & maritis contentæ sint carne ac spiritu. Similiter & fratribus meis manda in nomine Jesu Christi, diligant conjuges suas, [b] sicut Dominus Ecclesiam. Si quis potest in

a Matth. x. 10. b Ephes. v. 25.

1 Ὡς ὁ Ms.
2 Antioch. homil. CXI. περὶ ἡγουμένων.
3 Antioch. homil. LXXXV. περὶ ὀλιγοψυχίας καὶ διψυχίας.
4 Cædi.
5 Ita in Ms. Medicæo absque γνώμης, quod sua in editione addidit Vossius. Licet illud occurrat apud Chrysostomum & Interpolat.
6 F. σὺ δέ.
7 Deest τῆς in Ms.

VETUS INTERPRES.

in caſtitate manere, in honorem carnis Domini, in ingloriatione [2] Domini maneat. Si glorietur, perditur: & ſi videri velit plus Epiſcopo, corruptus eſt. Decet autem ducentes & ductas, cum ſententia Epiſcopi unionem facere; ut ſit ſecundum Deum, & non ſecundum concupiſcentiam. Omnia in honorem Dei fiant.

A κλησίαν. [1] Εἴτις δύναται ἐν ἁγνείᾳ μένειν, εἰς τιμὴν τȣ͂ Κυρίȣ τῆς σαρκὸς, ἐν ἀκαυχησίᾳ μενέτω. Ἐὰν καυχήσηται, ἀπώλετο· κ̀ ἐὰν γνωσθῇ πλέον τȣ͂ ἐπισκόπȣ, ἔφθαρται. Πρέπει δὲ τοῖς γαμȣ͂σι κ̀ ταῖς γαμȣμέναις, μετὰ γνώμης τȣ͂ ἐπισκόπȣ τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι· ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ Θεὸν, κ̀ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν. Πάντα εἰς τιμὴν Θεοῦ γινέσθω.

A VERSIO J. B. COTELERII.

caſtitate manere, ad honorem carnis Dominicæ, in humilitate maneat. Si glorietur, periit. Et ſi ſe majorem Epiſcopo cenſet, interiit. Decet vero ut ſponſi & ſponſæ de ſententia Epiſcopi conjugium faciant; quo nuptiæ ſint ſecundum Dominum, & non ſecundum cupiditatem. Omnia ad honorem Dei fiant.

CAPUT VI.

B Epiſcopo attendite, ut & Deus vobis. Unanimis ego cum ſubjectis Epiſcopo, Presbyteris, Diaconis: & cum ipſis mihi [3] pars fiat capere in Deo. Collaborate ad invicem, concertate, concurrite, compatimini, condormite, conſurgite, ut Dei diſpenſatores, & aſſeſſores, & miniſtri. Placete cui militatis; a quo & ſtipendia fertis. Nullus veſtrum otioſus inveniatur. Baptiſma veſtrum maneat ut ſcutum, C fides ut galea, caritas ut lancea, ſuſtinentia ut omnis armatura. Depoſita veſtra, opera veſtra; ut accepta veſtra, digna feratis. Longanimiter ferte igitur vos ad invicem in manſuetudine, ut Deus vos. Fruar vobis ſemper.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

B Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα κ̀ ὁ Θεὸς ὑμῖν. Ἀντίψυχον ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέροις, διακόνοις· καὶ μετ' αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο ἔχειν ἐν Θεῷ· Συγκοπιᾶτε ἀλλήλοις, [4] συναθλεῖτε, συντρέχετε, συμπάσχετε, συγκοιμᾶσθε, συνεγείρεσθε, ὡς Θεȣ͂ οἰκονόμοι, καὶ πάρεδροι, καὶ ὑπηρέται. Ἀρέσκετε ᾧ στρατεύεσθε, ἀφ' ȣ͂ κ̀ τὰ ὀψώνια κομίζεσθε. Μήτις ὑμῶν δεσέρ- C τωρ εὑρεθῇ. Τὸ βάπτισμα ὑμῶν μενέτω ὡς ὅπλα, ἡ πίστις ὡς περικεφαλαία, ἡ ἀγάπη ὡς δόρυ, ἡ ὑπομονὴ ὡς πανοπλία. Τὰ δεπόσιτα ὑμῶν, τὰ ἔργα ὑμῶν· ἵνα τὰ ἄκκεπτα ὑμῶν ἄξια κομίζησθε. Μακροθυμήσατε ȣ͂ν μετ' ἀλλήλων ἐν πραότητι, ὡς ὁ Θεὸς ὑμῶν. Ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντός.

CAPUT VI.

B Epiſcopo attendite, ut & Deus vobis. Devovear ego pro iis, qui ſubditi ſunt Epiſcopo, Presbyteris, Diaconis. Atque mihi contingat habere cum illis partem in Deo. Collaborate vobis mutuo, una certate, una currite, compatimini, una dormite, una exſurgite, ut Dei diſpenſatores, & aſſeſſores, & miniſtri. Placete illi cui militatis, a quo & ſtipendia refertis. Nemo veſtrum deſertor C inveniatur. Baptiſmus veſter maneat, velut arma; fides, ut galea; caritas, ut haſta; patientia, ut tota armatura. Depoſita veſtra ſint opera veſtra; ut accepta veſtra, digna reportetis. Longanimes igitur eſtote alter ad alterum in manſuetudine; ut & Deus erga vos. Utinam fruar vobis perpetuo.

CAPUT VII.

Quia Eccleſia quæ in Antiochia Syriæ, pacem habet, D ut oſtenſum eſt mihi, per orationem veſtram; [5] & ego lætior factus ſum in [6] ſolicitudine Dei: ſi quidem, per pati, Deo potiar, in inveniri me in [7] oratione veſtri diſcipulum. Decet, Polycarpe Deo-beatiſſime, concilium congregare Deo-decentiſſimum, & ordinare aliquem, quem dilectum valde habetis & impigrum, qui poterit Dei-curſor vocari: & hunc dignificari, ut vadens in Syriam, glorificet veſtram impigram cari- E tatem in gloriam Dei. Chriſtianus ſui ipſius poteſtatem non habet, ſed Deo vacat. Hoc opus Dei eſt & veſtri, [10] quoniam ipſi perfecti eſtis. Credo enim gratiæ, quoniam parati eſtis ad beneficentiam Deo decentem. Sciens veſtrum [11] compendium veritatis, per paucas vos litteras [12] conſolatus ſum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ἐπειδὴ ἡ ἐκκλησία ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας εἰρηνεύει, ὡς D ἐδηλώθη μοι, διὰ τὴν προσευχὴν ὑμῶν, κἀγὼ εὐθυμότερος ἐγενόμην ἐν ἀμεριμνίᾳ Θεȣ͂, ἐάνπερ διὰ τȣ͂ παθεῖν Θεȣ͂ ἐπιτύχω, εἰς τὸ εὑρεθῆναι με ἐν τῇ ἀναστάσει ὑμῶν μαθητήν. Πρέπει, Πολύκαρπε θεομακαριστότατε, συμβούλιον ἀγαγεῖν θεοπρεπέστατον, καὶ χειροτονῆσαί τινα, ὃν ἀγαπητὸν λίαν ἔχετε καὶ ἄοκνον, [8] ὡς δυνήσεται θεόδρομος καλεῖσθαι· τοῦτον καταξιῶσαι, ἵνα πορευθεὶς εἰς Συ- E ρίαν δοξάσῃ ὑμῶν τὴν ἄοκνον ἀγάπην εἰς δόξαν [9] Χριστȣ͂· Χριστιανὸς ἑαυτοῦ ἐξουσίαν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ Θεῷ σχολάζει. Τȣ͂το τὸ ἔργον Θεοῦ ἐστιν καὶ ὑμῶν, ὅταν αὐτὸ ἀπαρτίσητε. Πιστεύω γὰρ τῇ χάριτι, ὅτι ἕτοιμοί ἐστε εἰς εὐποιΐαν Θεῷ ἀνήκουσαν· Εἰδὼς ȣ͂ν ὑμῶν τὸ σύντονον τῆς ἀληθείας, δι' ὀλίγων ὑμᾶς γραμμάτων παρεκάλεσα.


CAPUT VII.

Quia vero Eccleſia quæ eſt in Antiochia Syriæ, pace, ut D relatum eſt mihi, fruitur per preces veſtras; & ego tranquilliori animo fui in ſecuritate Dei; ſi modo per paſſionem Deum aſſequar, ut inveniar in reſurrectione veſter diſcipulus. Decet, in Deo beatiſſime Polycarpe, concilium cogere Deo decentiſſimum, & eligere aliquem, quem valde carum habeatis & impigrum, qui poterit divinus curſor appellari; illumque eo dignari honore, ut profectus in Syriam, E glorificet veſtram impigram caritatem in gloriam Chriſti. Chriſtianus ſui poteſtatem non habet, ſed Deo vacat. Hoc eſt opus Dei & veſtrum, quando ipſum perfeceritis. Credo enim gratiæ, quod parati ſitis ad beneficentiam Deo congruentem. Quum itaque ſcirem vehemens veſtrum erga veritatem ſtudium, per breves litteras vos adhortatus ſum.

1 Antioch. hom. XXI. περὶ παρθενίας.
2 Male repetitur.
3 Cot. *partem*.
4 In Ms. συναθλῆτε.
5 Ideo etiam ego.
6 In inſolicit.

7 Mihi videntur litteræ in compendium contractæ pro *reſurrectione* poni, & ita legi debere.
8 Ὃς. 9 Θεȣ͂.
10 Quando illud perfeceritis.
11 Σύντομον, ſed male.
12 Hortatus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.



VETUS INTERPRES. A

CAPUT VIII.

Quia igitur omnibus Ecclesiis non potui scribere, propter repente navigare me a Troade in Neapolim, ut Voluntas præcipit; scribes aliis Ecclesiis, ut Dei sententiam possidens, idem & ipsos facere: hi quidem potentes pedites mittere, hi autem Epistolas [2] per a te missos, ut glorificeris æterno opere, ut dignus exsistens. B Saluto omnes ex nomine; & eam quæ Epitropi, cum domo tota ipsius & filiorum. Saluto Attalum dilectum meum. Saluto futurum dignificari ad eundum in Syriam. Erit gratia cum ipso semper, & mittente ipsum Polycarpo. Valere vos semper in Deo nostro Jesu Christo oro; in quo permaneatis in unitate Dei & visitatione. Saluto Alken, desideratum mihi nomen. Valete in Domino. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η′.

Ἐπεὶ [1] πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις οὐκ ἠδυνήθην γράψαι, διὰ τὸ ἐξαίφνης πλεῖν με ἀπὸ Τρωάδος εἰς Νεάπολιν, ὡς τὸ θέλημα προστάσσει, γράψεις ταῖς ἔμπροσθεν ἐκκλησίαις, ὡς Θεοῦ γνώμην κεκτημένος, εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς τὸ αὐτὸ ποιῆσαι· οἱ μὲν δυνάμενοι πεζοὺς πέμψαι· οἱ δὲ ἐπιστολὰς διὰ τῶν ὑπό σου πεμπομένων, B ἵνα [3] δοξασθῆτε αἰωνίῳ ἔργῳ ὡς ἄξιος ὤν. Ἀσπάζομαι πάντας ἐξ ὀνόματος, καὶ τὴν τοῦ Ἐπιτρόπου σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῆς καὶ τῶν τέκνων. Ἀσπάζομαι Ἄτταλον τὸν ἀγαπητόν μου. Ἀσπάζομαι τὸν μέλλοντα καταξιοῦσθαι τοῦ εἰς Συρίαν πορεύεσθαι. Ἔσται ἡ χάρις μετ' αὐτοῦ διὰ παντὸς, καὶ τοῦ πέμποντος αὐτὸν Πολυκάρπου. Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς διὰ παντὸς ἐν Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ εὔχομαι, ἐν ᾧ διαμείνητε ἐν ἑνότητι Θεοῦ καὶ [4] ἐπισκοπῇ. Ἀσπάζομαι Ἄλκην τὸ C ποθητόν μου ὄνομα. Ἔρρωσθε ἐν Κυρίῳ.

A VERSIO J. B. COTELERII.

CAPUT VIII.

Quoniam igitur omnibus Ecclesiis nequivi scribere, quod repente navigaverim a Troade Neapolim, ut Voluntas imperat; scribes vicinis Ecclesiis, tamquam qui sententiæ Dei compos sis, quo & ipsi idem faciant: qui possunt, pedites mittant; alii vero epistolas per eos qui a te mittentur: ut B glorificeris æterno opere, quemadmodum dignus es. Saluto omnes nominatim; & Epitropi uxorem cum tota domo sua & liberis. Saluto Attalum mihi carum. Saluto eum qui profectione in Syriam dignus habebitur. Gratia in perpetuum cum illo erit, & cum mittente illum Polycarpo. Opto vos valere semper in Deo nostro Jesu Christo; in quo permaneatis in unitate Dei & visitatione. Saluto Alcen, desiderabile mihi nomen. C Valete in Domino.

AD EPHESIOS.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in magnitudine Dei Patris & plenitudine, prædestinatæ ante sæcula esse semper in gloriam permanentem, invertibilem, unitam, & electam in passione vera, in voluntate Patris & Jesu Christi Dei nostri, Ecclesiæ digne- D *beatæ exsistenti in Epheso Asiæ, plurimum in Jesu Christo, & in immaculata gratia, gaudere.*

CAPUT I.

Acceptans in Deo multum dilectum tuum nomen, quod possedistis natura justa, secundum fidem & caritatem in Christo Jesu Salvatore nostro, [6] [glorificato Jesum Christum Deum:] quia imitatores exsisten- E tes Dei, & reaccendentes in sanguine Christi Dei, cognatum opus integre perfecistis. Audientes enim ligatum a Syria pro communi nomine & spe, sperantem oratione vestra potiri, in Roma cum bestiis pugnare, ut potiri possim discipulus esse, videre festinastis. Plurimam enim multitudinem vestram in nomine Dei suscepi in Onesimo, qui in caritate inenarrabilis est, vester autem in carne Episcopus: quem oro secundum Jesum Christum vos diligere, & omnes vos ipsi in

ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν μεγέθει Θεοῦ πατρὸς καὶ πληρώματι, τῇ προωρισμένῃ πρὸ αἰώνων εἶναι διὰ παντὸς εἰς δόξαν παράμονον, ἄτρεπτον, ἡνωμένην, καὶ ἐκλελεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῷ, ἐν θελήματι τοῦ πατρὸς καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀξιομα- D καρίστῳ τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ ἐν ἀμώμῳ χάριτι, χαίρειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α′.

Ἀποδεξάμενος [5] ἐν Θεοῦ τὸ πολυαγάπητόν σου ὄνομα, ὃ κέκτησθε φύσει δικαίᾳ, κατὰ πίστιν καὶ ἀγάπην ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν, μιμηταὶ ὄντες Θεοῦ, ἀναζωπυρήσαντες ἐν αἵ- E ματι Θεοῦ, τὸ συγγενικὸν ἔργον τελείως ἀπηρτίσατε. Ἀκούσαντες γὰρ δεδεμένον ἀπὸ Συρίας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος, ἐλπίζοντα τῇ προσευχῇ ὑμῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Ῥώμῃ θηριομαχῆσαι, ἵνα διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ μαθητὴς εἶναι τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀνενεγκόντος Θεῷ προσφορὰν καὶ θυσίαν. Ἐπεὶ οὖν τὴν πολυπληθίαν ὑμῶν ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἀπείληφα ἐν Ὀνησίμῳ, τῷ [7] ἐν ἀγάπῃ ἀδιηγήτῳ, ὑμῶν δὲ ἐν σαρκὶ ἐπισκόπῳ· ὃν εὔχομαι κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν ὑμᾶς ἀγαπᾶν, καὶ πάντας ὑμᾶς αὐτῷ ἐν ὁμοιότητι εἶ-

AD EPHESIOS.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in magnitudine Dei Patris & plenitudine, prædestinatæ ante sæcula, ut esset semper in permanente gloria, immutabilis, unita, & electa in vera passione, per voluntatem Patris & Jesu Christi Dei nostri; Ecclesiæ merito beatæ, quæ est Ephesi in Asia, plurimam in Jesu Christo & in immaculata gratia salutem.

CAPUT I.

Suscepi vestrum in Deo multum dilectum nomen, quod possidetis natura justa, secundum fidem & caritatem in Jesu Christo Salvatore nostro, quum imitatores sitis Dei, excitando vos per sanguinem Dei, E cognatum opus omnibus suis numeris absolvistis; postquam audistis me vinctum a Syria pro communi nomine & spe, sperantem, quod vestris precibus consequar ut Romæ adversus bestias pugnem, quo per martyrium adipisci possim discipulus esse illius, qui seipsum pro nobis obtulit Deo oblationem & hostiam. Quandoquidem numerosam multitudinem vestram in nomine Dei suscepi in Onesimo, inenarrabilis caritatis viro, vestro autem in carne Episcopo; quem obsecro, ut juxta Jesum Christum ametis, utque vos omnes illius similes sitis.

1 Insere ἄν.
2 In codice Cajensi *a te missus*, male.
3 L. δοξασθῇς.
4 Forte legendum ἐπισκόπου.
5 Int. Ἀπεδεξάμην.
6 Assumentum.
7 Int. ἐπ'.

VETUS INTERPRES.

similitudine esse. Benedictus enim qui tribuit vobis dignis exsistentibus talem Episcopum possidere.

ναι. Εὐλογητὸς γὰρ ὁ χαρισάμενος ὑμῖν ἀξίοις οὖσι τοιοῦτον ἐπίσκοπον κεκτῆσθαι.

VERSIO J. B. COTELERII.

Benedictus enim, qui donavit vobis qui digni estis, talem Episcopum possidere.

CAPUT II.

DE conservo autem meo Burro, secundum Deum diacono [1] nostro in omnibus benedicto; oro permanere ipsum in honorem vestri & Episcopi. Sed & Crocus, Deo dignus & vobis, quem exemplarium ejus quæ a vobis caritatis suscepi, secundum omnia me quiescere fecit, ut & ipsum Pater Jesu Christi refrigeret, cum Onesimo, & Burro, & Euplo, & Frontone; per quos vos omnes secundum caritatem vidi. Fruar vobis semper; si quidem dignus exsistam. Decens igitur est secundum omnem modum glorificare Jesum Christum, qui glorificavit vos: ut in una subjectione perfecti, subjecti Episcopo & Presbyterio, secundum omnia sitis sanctificati.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

ΠΕρὶ δὲ τοῦ συνδούλου μου Βούρρου, τοῦ κατὰ Θεὸν διακόνου ὑμῶν ἐν πᾶσι εὐλογημένου, εὔχομαι παραμεῖναι αὐτὸν εἰς τιμὴν ὑμῶν καὶ τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ Κρόκος δὲ ὁ Θεοῦ ἄξιος καὶ ὑμῶν, ὃν ἐξεμπλάριον τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης ἀπέλαβον, κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν, ὡς καὶ αὐτὸν ὁ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ [2] ἀναψύξει, ἅμα Ὀνησίμῳ, καὶ Βούρρῳ, καὶ Εὔπλῳ, καὶ Φρόντωνι, δι' ὧν πάντας ὑμᾶς κατὰ ἀγάπην εἶδον.. Ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντὸς, ἐάνπερ ἄξιος ὦ. Πρέπον οὖν ἐστιν κατὰ πάντα τρόπον δοξάζειν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν δοξάσαντα ὑμᾶς· ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ ἦτε κατηρτισμένοι ([3] τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ, καὶ τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἵνα) ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, κατὰ πάντα ἦτε ἡγιασμένοι.

CAPUT II.

DE Burrho autem conservo meo, & secundum Deum diacono vestro in omnibus benedicto, oro ut permaneat ad honorem vestri & Episcopi. Sed & Crocus, & Deo & vobis dignus, quem exemplar vestræ caritatis accepi, per omnia me recreavit, quo modo & ipsum refrigeret Pater Jesu Christi, una cum Onesimo, Burrho, Euplo ac Frontone, per quos vos omnes quoad caritatem vidi. Fruar vobis perpetuo, si dignus fuero. Decet itaque vos omnibus modis glorificare Dominum Jesum Christum, qui glorificavit vos, ut in obedientia una [a] *sitis perfecti, eadem mente, eademque sententia, idemque dicatis de eodem omnes*, ut subjecti Episcopo & Presbyterio, per omnia sanctificati sitis.

CAPUT III.

NOn dispono vobis, ut exsistens aliquis. Si enim & ligor in nomine [5] Christi, nequaquam perfectus sum in Jesu Christo. Nunc autem principium habeo addiscendi; & alloquor vos, ut doctores mei. Me enim oportuit a vobis [6] suscipi fide, admonitione, sustinentia, longanimitate. Sed quia caritas non sinit me silere pro vobis; propter hoc præoccupavi rogare vos, ut concurratis sententiæ Dei. Etenim Jesus Christus, incomparabile nostrum vivere, Patris sententia; ut & [8] ipsi secundum terræ fines determinati Jesu Christi sententia sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

ΟΥ' διατάσσομαι ὑμῖν, ὡς ὤν [4] τις. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι ἐν τῷ ὀνόματι, οὔπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. Νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι, καὶ προσλαλῶ ὑμῖν ὡς συνδιδασκαλίταις μου. Ἐμὲ γὰρ ἔδει ὑφ' ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπομονῇ, μακροθυμίᾳ. Ἀλλ' ἐπεὶ ἡ ἀγάπη οὐκ ἐᾷ με σιωπᾷν περὶ ὑμῶν, διὰ τοῦτο προέλαβον παρακαλεῖν ὑμᾶς, ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς, [7] τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν, τοῦ πατρὸς ἡ γνώμη· ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι, οἱ κατὰ τὰ πέρατα ὁρισθέντες, ἐν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμῃ εἰσίν.

CAPUT III.

NOn præcipio vobis quasi sim aliquis. Quamvis enim vinctus sum in nomine, necdum tamen perfectus sum in Jesu Christo. Nunc enim incipio discipulus esse; & alloquor vos ut condoctores meos. Nam oportebat me a vobis incitari, fide, admonitione, patientia, æquanimitate. At quando caritas non sinit me tacere de vobis, propterea anteverti vos admonere, ut in Dei sententiam concurratis. Etenim Jesus Christus, inseparabilis nostra vita, Patris est sententia; ut & Episcopi per terræ terminos definiti, ex Jesu Christi sunt sententia.

CAPUT IV.

UNde decet vos concurrere Episcopi sententiæ: quod & facitis. Digne enim nominabile vestrum Presbyterium, Deo dignum, sic concordatum est Episcopo, ut chordæ citharæ. Propter hoc in consensu vestro & consona caritate Jesus Christus canitur. Sed & singuli chorus facti estis; ut consoni exsistentes in consensu, melos Dei accipientes in unitate, cantetis in voce una per Jesum Christum Patri; ut &

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅθεν πρέπει ὑμῖν συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ, ὅπερ καὶ ποιεῖτε. Τὸ γὰρ ἀξιονόμαστον ὑμῶν πρεσβυτέριον, τοῦ Θεοῦ ἄξιον, οὕτως συνήρμοσται τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρᾳ. Διὰ τοῦτο ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν, καὶ συμφώνῳ ἀγάπῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ᾄδεται. Καὶ οἱ κατ' ἄνδρα δὲ χορὸν γίνεσθε, ἵνα σύμφωνοι ὄντες ἐν ὁμονοίᾳ, χρῶμα Θεοῦ λαβόντες ἐν ἑνότητι, [9] ᾄδετε ἐν φωνῇ μιᾷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ πατρὶ, ἵνα ὑμῶν καὶ ἀκούσῃ, [10] καὶ ἐπι-

CAPUT IV.

UNde decet vos in Episcopi sententiam concurrere: quod & facitis. Nam memorabile vestrum Presbyterium, dignum Deo, ita coaptatum est Episcopo, ut chordæ citharæ. Propter hoc, in consensu vestro & concordi caritate, Jesus Christus canitur. Sed & vos singuli chorus este; ut consoni per concordiam, melos Dei recipientes in unitate, cantetis voce una per Jesum Christum Patri; quo & vos audiat, &

a I. Cor. I. 10.

1 L. *vestro*.
2 Ἀναψύξαι Ms.
3 Hæc inclusa male inserta sunt.
4 Interpol. τι.
5 *Jesu Christi* in Ms.
6 Legebat ὑπολνοθῆναι.
7 [illegible].
8 [illegible]. Est enim abbreviatio.
9 [illegible].
10 [illegible].

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.

Vetus Interpres. A

vos audiat, & cognoscat per quem bonum operamini, membra exsistentes filii [3] ipsius. Utile igitur est, vos in immaculata unitate esse; ut & Deo semper participetis.

γινώσκων [1] δι' ὧν εὐπράσσετε, μέλη. [2] ὄντας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Χρήσιμον οὖν ἐστιν ὑμᾶς ἐν ἀμώμῳ ἑνότητι εἶναι, ἵνα καὶ Θεοῦ πάντοτε μετέχητε.

A Versio J. B. Cotelerii.

agnoscat ex iis quæ operamini, membra esse vos Filii ipsius. Utile itaque est, in immaculata unitate vos esse; ut & semper participetis Deo.

CAPUT V.

SI enim ego in parvo tempore talem consuetudinem tenui ad Episcopum vestrum, non humanam exsistentem sed spiritualem; quanto magis vos beatifico, conjunctos sic ut Ecclesia Jesu Christo, & ut Jesus Christus Patri, ut omnia in unitate consona sint? Nullus erret. Si quis non sit intra altare, privatur pane Dei. Si enim unius & alterius oratio tantam vim habet; quanto magis illa quæ Episcopi & omnis Ecclesiæ? Qui igitur non venit in idem, hic jam superbit, & seipsum [5] condemnavit. Scriptum est enim: *Superbis Deus resistit*. Festinemus igitur non resistere Episcopo, ut simus Deo subjecti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

ΕΙ' γὰρ ἐγὼ ἐν μικρῷ χρόνῳ τοιαύτην συνήθειαν ἔσχον πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν, οὐκ ἀνθρωπίνην οὖσαν ἀλλὰ πνευματικήν, πόσῳ **B** μᾶλλον ὑμᾶς μακαρίζω, τοὺς ἐγκεκραμένους οὕτως, ὡς ἡ ἐκκλησία Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ Πατρὶ, ἵνα πάντα ἐν ἑνότητι σύμφωνα ᾖ; Μηδεὶς πλανάσθω. Ἐὰν μή τις ᾖ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖται τοῦ ἄρτου τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ ἑνὸς καὶ δευτέρου προσευχὴ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει, πόσῳ μᾶλλον ἥτε τοῦ ἐπισκόπου καὶ πάσης [4] ἐκκλησίας; Ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ, καὶ ἑαυτὸν διέκρινεν· γέγραπται γάρ· [a] ὑπερηφάνοις ὁ Θεὸς **C** ἀντιτάσσεται. Σπουδάσωμεν οὖν μὴ ἀντιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν Θεοῦ ὑποτασσόμενοι.

CAPUT V.

SI enim ego brevi temporis spatio talem consuetudinem contraxi cum Episcopo vestro, quæ non humana sed spiritualis est; quanto vos beatiores judico, conjunctos sicuti Ecclesia Jesu Christo, & Jesus Christus Patri; ut omnia per unitatem consentiant? Nemo erret: nisi quis intra altare sit, privatur pane Dei. Si enim unius atque alterius precatio tantas vires habet; quanto magis illa quæ Episcopi est & totius Ecclesiæ? Qui igitur in conventum non venit, hic jam superbia elatus est, & seipsum separavit atque judicavit. Scriptum est enim: [a] *Superbis Deus resistit*. Studeamus igitur Episcopo non resistere, ut simus subjecti Deo.

CAPUT VI.

ET quantum videt quis tacentem Episcopum, plus ipsum timeat: omnem enim quem mittit Dominus domus in propriam dispensationem, sic oportet nos ipsum recipere, ut ipsum mittentem. Episcopum igitur manifestum, quoniam ut ipsum Dominum oportet respicere. Ipse igitur quidem Onesimus superlaudat vestram divinam ordinationem: quoniam omnes secundum veritatem vivitis, & quoniam in vobis neque una hæresis habitat; sed neque auditis aliquem amplius quam Jesum Christum, loquentem in veritate.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς΄.

ΚΑὶ ὅσον βλέπει τις σιγῶντα ἐπίσκοπον, αὐτὸν φοβείσθω· πάντα γὰρ ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμψαντα. Τὸν οὖν ἐπίσκοπον δῆλον, ὅτι **D** ὡς αὐτὸν τὸν Κύριον δεῖ [6] προβλέπειν. Αὐτὸς μὲν οὖν Ὀνήσιμος ὑπερεπαινεῖ ὑμῶν τὴν ἐν Θεῷ εὐταξίαν, ὅτι πάντες κατὰ ἀλήθειαν ζῆτε, καὶ ὅτι ἐν ὑμῖν οὐδεμία αἵρεσις κατοικεῖ· ἀλλ' οὐδὲ ἀκούετέ τινος πλέον [7] ἤπερ Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλοῦντος ἐν ἀληθείᾳ.

CAPUT VI.

ET quanto quis taciturniorem viderit Episcopum, tanto magis eum revereatur: quemcumque enim pater familias mittit ad gubernandam familiam suam, hunc ita accipere debemus ut illum ipsum qui mittit. Manifestum igitur est, quod Episcopum respicere oporteat ut ipsum Dominum. Et ipse quidem Onesimus supra modum laudat vestrum decentem divinumque ordinem, quod omnes secundum veritatem vivitis, & quod inter vos nullus est hæresi locus: sed neque auditis aliquem amplius quam Jesum Christum, qui loquitur in veritate.

CAPUT VII.

COnsueverunt enim quidam dolo malo nomen circumferre, sed quædam operantes indigna Deo: quos oportet vos ut bestias declinare. Sunt enim canes rabidi; latenter mordentes: quos oportet vos observare, exsistentes difficile curabiles. Unus medicus est, carnalis & spiritualis, [8] genitus & ingenitus, in carne factus Deus, in [10] immortali vita vera, & ex Maria & ex Deo, primo passibilis & tunc impassibilis, Dominus Christus noster.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ΄.

E ΕἸώθασι γάρ τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα περιφέρειν, ἀλλά τινα πράσσοντες ἀνάξια Θεοῦ· οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν. Εἰσὶν γὰρ κύνες λυσσῶντες, λαθροδῆκται· οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι, ὄντας δυσθεραπεύτους. Εἷς ἰατρός ἐστιν, σαρκικός τε καὶ πνευματικὸς, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ γενόμενος Θεὸς, [9] ἐν ἀθανάτῳ ζωῇ ἀληθινῇ, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθὴς, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν.

CAPUT VII.

SOlent enim nonnulli malo dolo nomen quidem circumferre; sed patrant quædam indigna Deo: quos oportet vos ut feras evitare. Sunt enim canes rabidi, clam mordentes quos a vobis vitari oportet, ut morbo difficulter curabili laborantes. Medicus autem unus est, & carnalis & spiritualis, genitus & ingenitus *seu* factus & non factus, in homine exsistens Deus, in morte vita vera, & ex Maria & ex Deo, primum passibilis & tunc impassibilis, Jesus Christus Dominus noster.

a Prov. III. 34. Jac. IV. 6. I. Pet. V. 5.

1 Δι' ὅν.
2 Ὄντες.
3 *Ejus* in Ms.
4 In Ms. τῆς ἐκκλησίας, cum articulo.
5 *Discrevit* sive *separavit*.
6 Προβλέπειν Ms. Sic etiam Antonius. Al. προσβλέπειν.
7 In Ms. ἅπερ.
8 Γέννητος καὶ ἀγέννητος.
9 Lege, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή.
10 L. *mortali*.

VETUS INTERPRES.

CAPUT VIII.

NOn igitur quis vos seducat; quemadmodum neque [1] seducemini, toti exsistentes Dei. Quum enim neque una lis complexa est in vobis, potens vos torquere; tunc secundum Deum vivitis. Peripsima vestri & [3] castificetur a vestra Ephesiorum Ecclesia, famosa in sæculis. Carnales spirtualia operari non possunt, neque spirituales carnalia: quemadmodum neque fides quæ infidelitatis, neque infidelitas quæ fidelitatis & fidei. Quæ autem & secundum carnem operata sunt, hæc [5] spiritualia sunt: in Jesu enim Christo omnia operata sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'

ΜΗ' ὖν τις ὑμᾶς ἐξαπατάτω, ὥσπερ ὐδὲ ἐξαπατᾶσθε, ὅλοι ὄντες Θεοῦ. ὅταν γὰρ μηδεμία ἔρις ἐνείρεισαι ἐν ὑμῖν, ἡ δυναμένη ὑμᾶς βασανίσαι, ἄρα κατὰ Θεὸν ζῆτε. Περίψημα ὑμῶν καὶ [2] ἁγνίζομαι ὑμῶν Ἐφεσίων ἐκκλησίας τῆς διαβοήτου τοῖς αἰῶσιν. Οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράσσειν ὐ δύνανται, ὐδὲ οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά· ὥσπερ ὐδὲ ἡ πίστις τὰ τῆς ἀπιστίας, οὐδὲ ἡ ἀπιστία τὰ τῆς πίστεως. Ἃ δὲ καὶ κατὰ σάρκα [4] πράσσετε, ταῦτα πνευματικά ἐστιν· ἐν Ἰησοῦ γὰρ Χριστῷ πάντα πράσσετε.

VERSIO J. B. COTELERII.

CAPUT VIII.

NE quis igitur vos seducat, sicut nec seducimini: toti namque estis Dei. Quum enim nulla lite implicemini quæ vos discruciare possit, profecto secundum Deum vivitis. Purgamentum vestri sum, & piaculum efficiar pro vestra Ephesiorum Ecclesia, celeberrima in sæculis. Carnales spiritualia exercere nequeunt, neque spirituales carnalia: sicut nec fides quæ incredulitatis sunt, nec incredulitas quæ fidei. Quæ vero & secundum carnem agitis, ea spiritualia sunt: in Jesu enim Christo omnia agitis.

CAPUT IX.

COgnovi autem transeuntes quosdam inde, habentes malam doctrinam: quos non dimisistis seminare in vos, obstruentes aures, ad non recipere seminata ab ipsis; ut exsistentes lapides templi Patris, parati in ædificatione Dei Patris, relati in excelsa per machinam Jesu Christi, quæ est crux, fune utentes Spiritu Sancto. Fides autem vestra dux vester, caritas vero via referens in Deum. Estis igitur & conviatores, Deiferi, & templiferi, & Christiferi, sanctiferi, secundum omnia ornati in mandatis Jesu Christi; quibus & exsultans dignificatus sum, per quæ scribo, alloqui vobis, & congaudere; quoniam secundum aliam vitam nihil diligitis nisi solum Deum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

ἜΓνων δὲ παροδεύσαντάς τινας ἐκεῖθεν, ἔχοντας κακὴν διδαχήν· ὓς ὐκ εἰάσατε σπεῖραι εἰς ὑμᾶς, βύσαντες τὰ ὦτα, εἰς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὰ σπειρόμενα ὑπ' αὐτῶν, [6] ὡς ὄντες λίθοι ναῦ Πατρὸς, ἡτοιμασμένοι εἰς οἰκοδομὴν Θεοῦ Πατρὸς ἀναφερόμενοι εἰς τὰ ὕψη διὰ τῆς μηχανῆς Ἰησῦ Χριστοῦ, [7] ὅ ἐστιν σταυρὸς, σχοινίῳ χρώμενοι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. Ἡ δὲ πίστις ὑμῶν ἀναγωγεὺς ὑμῶν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ ἀναφέρουσα εἰς Θεόν. Ἐστὲ οὖν καὶ σύνοδοι πάντες, Θεοφόροι, καὶ ναοφόροι, Χριστοφόροι, ἁγιοφόροι, κατὰ πάντα κεκοσμημένοι ἐντολαῖς Ἰησῦ Χριστῦ· οἷς καὶ ἀγαλλιῶμαι ὅτι ἠξιώθην δι' ὧν γράφω προσομιλῆσαι ὑμῖν, καὶ συγχαρῆναι, ὅτι κατ' ἄλλον βίον ὐδὲν ἀγαπᾶτε, εἰ μὴ μόνον τὸν Θεόν.

CAPUT IX.

NOvi autem nonnullos illic transiisse, qui habent perversam doctrinam. Quos non permisistis seminare inter vos; & obturastis aures, ne reciperetis quæ ab ipsis sunt disseminata; ut qui lapides sitis templi Patris, præparati in Dei Patris ædificium; sublati in alta per machinam Jesu Christi, quæ est crux, Spiritu Sancto pro fune utentes. Fides autem vestra subvectrix vestra, caritas vero via deducens ad Deum. Estis igitur & viæ comites omnes, Deiferi & templiferi, Christiferi, sanctiferi, per omnia ornati præceptis Jesu Christi: propter quos exsulto, quod dignus habitus sim, per ea quæ scribo, colloqui vobiscum, & simul gaudere; quia ratione alterius vitæ habita, nihil diligitis præter solum Deum.

CAPUT X.

SEd & pro aliis hominibus indesinenter Deum [8] oratis. Est enim in ipsis spes pœnitentiæ, ut Deo potiantur. Monete igitur ipsos saltem ex operibus a vobis erudiri. Ad iras ipsorum vos mansueti, ad magniloquia eorum vos humilia sapientes, ad blasphemias ipsorum vos orationes, ad errorem ipsorum vos firmi fide, ad agreste ipsorum vos mansueti. Non festinantes imitari ipsos; fratres ipsorum inveniamur in mansuetudine: imitatores autem Dei studeamus esse; (quis plus injustum patiatur, quis fraudetur, quis contemnatur?) ut non dia-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

ΚΑὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δὲ ἀνθρώπων ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. Ἐστὶν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐλπὶς μετανοίας, ἵνα Θεῦ τύχωσιν. Ἐπιτρέψατε οὖν αὐτοῖς κἂν ἐκ τῶν ἔργων ὑμῖν μαθητευθῆναι. [9] Πρὸς τὰς ὀργὰς αὐτῶν ὑμεῖς πραεῖς, πρὸς τὰς μεγαλορρημοσύνας αὐτῶν ὑμεῖς ταπεινόφρονες, πρὸς τὰς βλασφημίας αὐτῶν ὑμεῖς τὰς προσευχὰς, πρὸς τὴν πλάνην αὐτῶν ὑμεῖς ἑδραῖοι τῇ πίστει, πρὸς τὸ ἄγριον αὐτῶν ὑμεῖς ἥμεροι. Μὴ σπυδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτὺς, ἀδελφοὶ αὐτῶν εὑρεθῶμεν τῇ ἐπιεικείᾳ· μιμηταὶ δὲ τῦ [10] Κυρίυ σπυδάζωμεν εἶναι. ([11] τίς πλέον ἀδικηθῇ, τίς ἀποστε-


CAPUT X.

SEd & pro aliis hominibus indesinenter oratis. Est enim ipsis spes pœnitentiæ, ut Deum nanciscantur. Permittite itaque ipsos, saltem ex operibus, a vobis erudiri. Sitis vos adversus iras eorum mites: adversus magniloquentias eorum humiles: eorum maledictis opponite vos preces: adversus errorem eorum vos firmi permanete in fide: adversus efferos mores illorum vos mansueti sitis. Non ipsos contra imitari conati; fratres eorum inveniamur per benignitatem: imitatores autem Domini studeamus esse: (unusquisque majorem injuriam patiatur, unusquisque defraudari se

1 Seducimini.
2 Ἀγνίζωμαι.
3 L. *castificet*. In Ms. Cajensi, *castificet*.
4 Πράσσονται.
5 Ad finem spiritualem diriguntur.
6 Antioch. homil. I. περὶ πίστεως.

7 Ὃς Ms.
8 Orate.
9 Antioch. homil. CXVI. περὶ τῦ ἀδικεῖσθαι καὶ μὴ ἀδικεῖν.
10 Θεῦ.
11 In Ms. εἰς πλέον ἀδικηθῇ, τίς ἀποστερηθῇ, τίς ἀθετηθῇ.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.



VETUS INTERPRES.

A

boli herba quis inveniatur in vobis, sed in omni castitate & temperantia maneatis, in Jesu Christo, carnaliter & spiritualiter.

ρηθῇ, τὶς ἀθετηθῇ·) ἵνα μὴ τοῦ διαβόλου βοτάνη τὶς εὑρεθῇ ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ [1] μένητε, ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς.

A

VERSIO J. B. COTELERII.

sinat, unusquisque contemni: ut non herba aliqua diaboli in vobis inveniatur; sed in omni puritate & temperantia maneatis, in Jesu Christo, carnaliter & spiritualiter.

CAPUT XI.

Extrema tempora: de cetero verecundemur & timeamus longanimitatem Dei; ut non nobis in judicium fiat. Vel enim futuram iram timeamus, vel præsentem gratiam diligamus: unum duorum solum in Christo Jesu [3] invenitur, in verum vivere. Sine ipso nihil vos deceat; in quo vincula circumfero, spirituales margaritas, in quibus fiat mihi resurgere oratione vestra: qua fiat mihi semper participem esse, ut in sorte Ephesiorum inveniar Christianorum; qui & Apostolis semper consenserunt, in virtute Jesu Christi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἔσχατοι [2] καιροὶ λοιπόν· αἰσχυνθῶμεν, φοβηθῶμεν τὴν μακροθυμίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἡμῖν εἰς κρίμα γένηται. Ἢ γὰρ τὴν

B

μέλλουσαν ὀργὴν φοβηθῶμεν, ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν· ἓν τῶν δύο μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὑρεθῆναι, εἰς τὸ ἀληθινὸν ζῆν. Χωρὶς τούτου μηδὲν ὑμῖν πρεπέτω, ἐν ᾧ τὰ δεσμὰ περιφέρω, τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας, ἐν οἷς γένοιτό μοι ἀναστῆναι τῇ προσευχῇ ὑμῶν, ἧς γένοιτό μοι ἀεὶ μέτοχον εἶναι, ἵνα ἐν κλήρῳ Ἐφεσίων εὑρεθῶ τῶν Χριστιανῶν, οἳ καὶ τοῖς ἀποστόλοις πάντοτε [4] συνῄνεσαν ἐν δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

CAPUT XI.

Novissima jam sunt tempora: revereamur & timeamus Dei longanimitatem, ne in judicium nobis cedat. Aut enim futuram timeamus iram, aut præsentem gratiam diligamus: unum ex duobus, modo in Christo Jesu inveniamur, ad veram vitam vivendam. Sine ipso nihil vos deceat; in quo vincula circumfero, spirituales margaritas, in quibus erectum stare mihi contingat oratione vestra, cujus me opto semper fieri participem, ut inveniar in sorte Ephesiorum Christianorum, qui & Apostolis semper consenserunt, in virtute Jesu Christi.

C

CAPUT XII.

Novi quis sum, & quibus scribo. Ego condemnatus, vos propitiationem habentes: ego sub periculo, vos firmati. Transitus estis eorum qui in Deum interficiuntur: Paulli condiscipuli, sanctificati, martyrizati, digne beati; cujus fiat mihi sub vestigiis inveniri, quando Deo fruar; qui in omni Epistola memoriam facit vestri in Jesu Christo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Οἶδα τίς εἰμι καὶ τίσιν γράφω. ἐγὼ κατάκριτος, ὑμεῖς ἠλεημένοι· ἐγὼ ὑπὸ κίνδυνον, ὑμεῖς ἐστηριγμένοι. Πάροδός ἐστε τῶν εἰς Θεὸν ἀναιρουμένων· Παύλου συμμύσται τοῦ ἡγιασμένου, τοῦ μεμαρτυρημένου, ἀξιομακαρίστου, οὗ γένοιτό μοι ὑπὸ τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι, ὅτ' ἂν Θεοῦ ἐπιτύχω, ὃς ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ μνημονεύει ὑμῶν ἐν Χριστῷ

D

Ἰησοῦ.

CAPUT XII.

Scio qui sum, & quibus scribo. Ego condemnatus, vos misericordiam assecuti: ego periculo obnoxius; vos confirmati. Transitus estis eorum qui ob Deum interficiuntur: Paulli symmystæ, qui sanctificatus, martyrium consecutus, & digne beatus est; (ad cujus vestigia contingat mihi ut inveniar, ubi Deo potitus fuero) qui tota Epistola memor vestri est in Christo Jesu.

CAPUT XIII.

Festinate igitur crebrius convenire in gratiarum actionem Dei, & in gloriam. Quum enim crebro in idipsum convenitis, destruuntur potentiæ Satanæ; & solvitur perditio ipsius in concordia vestræ fidei. Nihil est melius pace; in qua omne bellum evacuatur cælestium & terrestrium.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Σπουδάζετε οὖν πυκνότερον συνέρχεσθαι εἰς εὐχαριστίαν Θεοῦ καὶ εἰς δόξαν. ὅτ' ἂν γὰρ πυκνῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιροῦνται αἱ δυνάμεις τοῦ Σατανᾶ, καὶ λύεται ὁ ὄλεθρος αὐτοῦ ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν τῆς πίστεως. Οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς πόλεμος καταργεῖται ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων.

CAPUT XIII.

Date itaque operam, ut crebrius congregemini ad gratias Deo agendas, & ad eum laudandum. Quando enim sæpius in idem loci convenitis, labefactantur vires Satanæ; & concordia vestræ fidei solvitur exitium quod ille infert. Nihil præstantius pace est, qua aboletur omne bellum cælestium & terrenorum.

E

CAPUT XIV.

Quorum nullum latet vos, si perfecte in Jesum Christum habeatis fidem & caritatem; [5] quæ sunt principium vitæ & finis. Principium quidem fides; finis autem caritas. Hæc autem duo, in unitate facta, Deus est: alia autem omnia in bonitate sequenda sunt. Nullus fidem repromittens peccat; neque caritatem possidens odit. *Manifesta est arbor a fructu ipsius:*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ὧν οὐδὲν λανθάνει ὑμᾶς, ἐὰν τελείως εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν ἔχητε τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ ζωῆς καὶ τέλος. Ἀρχὴ μὲν πίστις, τέλος δὲ ἀγάπη. Τὰ δὲ δύο, ἐν ἑνότητι γενόμενα, Θεοῦ ἐστιν· τὰ δὲ ἄλλα πάντα εἰς καλοκἀγαθίαν ἀκόλουθά ἐστιν. Οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ἁμαρτάνει, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖ. [a] Φανερὸν τὸ δένδρον ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐ-

CAPUT XIV.

Quorum nihil vos latet; si perfecte habueritis in Jesum Christum fidem & caritatem; quæ initium vitæ & finis sunt: principium quidem fides, finis vero caritas. Hæc autem duo in unum coeuntia, Dei sunt: omnia vero alia ad probitatem consectanea sunt. Nullus fidem repromittens, peccat; neque caritatem possidens, odit. [a] *Manifesta est arbor ex fructu ipsius:* si-

a Matth. XII. 33.

1 In Ms. μένετε.
2 Forsan, Ἔσχατοι καιροί· λοιπὸν αἰσχ.
3 F. *Inveniatur.*
4 Interpol. συνῆσαν. *conversati sunt cum Apostolis.* i. e. Paullo, Joanne, & Timotheo: uti ille explicat.
5 Legebat αἵτινές εἰσιν.

VETUS INTERPRES.

A

ſic repromittentes Chriſtiani eſſe, per quæ operantur manifeſti erunt. Non enim nunc repromiſſionis opus, ſed in virtute fidei, ſi quis inveniatur in finem.

τοῦ· οὕτως οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστιανοὶ εἶναι, δι' ὧν πράττουσιν ὀφθήσονται. Οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας τὸ ἔργον, ἀλλ' ἐν δυνάμει πίστεως, ἐάν τις εὑρεθῇ εἰς τέλος.

A

VERSIO J. B. COTELERII.

militer qui profitentur ſe Chriſtianos eſſe, ex iis quæ faciunt, cernentur. Non enim nunc repromiſſionis opus; ſed per virtutem fidei, ſi quis inveniatur uſque ad finem.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.

CAPUT XV.

MElius [1] eſt ſilere & eſſe, quam loquentem non eſſe. Bonum docere, ſi dicens facit. Unus igitur Doctor, qui dixit, & factum eſt: ſed & quæ ſilens fecit, digna Patre ſunt. Qui verbum Jeſu poſſidet, vere poteſt & ſilentium ipſius audire, ut perfectus ſit: ut per quæ loquitur operetur, & per quæ ſilet cognoſcatur. Nihil latet Dominum: ſed & abſcondita noſtra prope ipſum ſunt. Omnia igitur faciamus, [4] ſic ipſo in nobis habitante; ut ſimus ipſius templa, & ipſe in nobis Deus noſter: quo modo & eſt, & apparebit ante faciem noſtram; ex quibus juſte diligimus ipſum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ἄμεινόν ἐστιν σιωπᾶν καὶ εἶναι, ἢ λαλοῦντα μὴ εἶναι. Καλὸν τὸ διδάσκειν, ἐὰν ὁ λέγων ποιῇ. Εἷς οὖν διδάσκαλος, ὃς εἶπεν, καὶ ἐγένετο· [2] ἃ σιγῶν δὲ πεποίηκεν, B ἄξια τοῦ πατρός ἐστιν. Ὁ λόγον B Ἰησοῦ κεκτημένος, ἀληθῶς δύναται καὶ τῆς ἡσυχίας αὐτοῦ ἀκούειν, ἵνα τέλειος ᾖ· ἵνα δι' ὧν [3] λαλεῖ πράσσῃ, καὶ δι' ὧν σιγᾷ γινώσκηται. Οὐδὲν λανθάνει τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν. Πάντα οὖν ποιῶμεν ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοί, καὶ αὐτὸς ᾖ ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν· ὅπερ καὶ ἔστιν καὶ φανήσεται πρὸ προσώπου ἡμῶν, ἐξ ὧν δικαίως ἀγαπῶμεν αὐτόν.

CAPUT XV.

MElius eſt tacere & eſſe, quam loquentem non eſſe. Bonum eſt docere, ſi qui dicit, faciat. Unus igitur Doctor, qui dixit, & factum eſt: ſed & quæ ſilens fecit, digna Patre ſunt. Qui verbum Jeſu poſſidet, vere poteſt & ſilentium ipſius audire, ut perfectus ſit: ut per quæ loquitur operetur, & per quæ ſilet cognoſcatur. Nihil latet Dominum, ſed & arcana noſtra prope ipſum ſunt. Omnia itaque faciamus, ſicut ipſo in nobis habitante; ut illius ſimus templa, & ipſe ſit in nobis Deus noſter: quo modo & eſt, & apparebit ante faciem noſtram; ex quibus juſte diligimus ipſum.

CAPUT XVI.

C

NOn erretis, fratres mei. Domus corruptores regnum Dei non hereditabunt. Si igitur qui ſecundum carnem hæc operantur mortui ſunt; quanto magis, ſi quis fidem Dei in mala doctrina corrumpat, pro qua Jeſus Chriſtus crucifixus eſt? Talis, inquinatus factus, in ignem inexſtinguibilem ibit; ſimiliter & qui audit ipſum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛ'.

Μὴ πλανᾶσθε ἀδελφοί μου. Οἱ οἰκοφθόροι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Εἰ οὖν οἱ κατὰ σάρκα ταῦτα πράσσοντες ἀπέθανον, πόσῳ μᾶλλον ἐὰν [5] πίστιν Θεοῦ ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ φθείρῃ, ὑπὲρ ἧς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη; ὁ τοιοῦτος, ῥυπαρὸς γενόμενος, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον χωρήσει, ὁμοίως καὶ ἀκούων αὐτοῦ.

C

CAPUT XVI.

NE erretis, fratres mei: feminarum corruptores regnum Dei non hereditabunt. Si autem ii qui ſecundum carnem hæc operati ſunt, morte ſunt affecti; quanto magis, ſi quis fidem Dei prava doctrina corrumpat, pro qua Jeſus Chriſtus crucifixus eſt? Talis, inquinatus factus, in ignem inextinguibilem ibit; ſimiliter & qui audit ipſum.

CAPUT XVII.

D

PRopter hoc unguentum in capite ſuo recepit Dominus, ut ſpiret Eccleſiæ incorruptionem. Non ungamini fœtore doctrinæ principis ſæculi hujus: non captivet vos ex præſenti vivere. Propter quid autem non omnes prudentes ſumus, accipientes Dei cognitionem, qui eſt Jeſus Chriſtus? Quid fatue perdimur, ignorantes chariſma, quod vere miſit Dominus?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Διὰ [6] τοῦτο μύρον ἔλαβεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὁ Κύριος, ἵνα πνέῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀφθαρσίαν. Μὴ ἀλείφεσθε δυσωδίαν τῆς διδασκαλίας τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου· μὴ αἰχμαλωτίσῃ ὑμᾶς ἐκ τοῦ προκειμένου ζῆν. Διατί δὲ οὐ πάντες φρόνιμοι γινόμεθα λαβόντες Θεοῦ γνῶσιν, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός; Τί μωρῶς ἀπολλύμεθα, ἀγνοοῦντες τὸ χάρισμα, ὃ πέπομφεν ἀληθῶς ὁ Κύριος.

D

CAPUT XVII.

OB id [a] Dominus in capite ſuo accepit unguentum, ut Eccleſiæ ſpiret incorruptionem. Non ungamini tetro odore doctrinæ principis hujus ſæculi: non captivos vos abducat a propoſita vita. Cur vero non omnes prudentes ſumus, accepta Dei cognitione, quod eſt Jeſus Chriſtus? Quid fatue perimus, non agnoſcentes donum quod vere miſit Dominus?

CAPUT XVIII.

E

PEripſima meus ſpiritus Crucis; quæ eſt ſcandalum non credentibus, nobis autem ſalus & vita æterna. *Ubi ſapiens? ubi conquiſitor?* ubi gloriatio dictorum ſapientum? Deus enim noſter Jeſus Chriſtus conceptus eſt ex Maria, ſecundum diſpenſationem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περίψημα τὸ ἐμὸν πνεῦμα τοῦ σταυροῦ, ὅ ἐστιν σκάνδαλον τοῖς ἀπιστοῦσιν, ἡμῖν δὲ σωτηρία καὶ ζωὴ αἰώνιος. Ποῦ σοφός; ποῦ συζητητής; ποῦ καύχησις τῶν λεγομένων συνετῶν; Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκυοφορήθη ὑπὸ Μαρίας, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ,

E

CAPUT XVIII.

PUrgamentum meus ſpiritus eſt Crucis; [b] quæ incredulis ſcandalum, nobis vero ſalus eſt & vita æterna. [c] *Ubi ſapiens? ubi conquiſitor?* ubi gloriatio eorum, qui dicuntur prudentes? Deus enim noſter Jeſus Chriſtus in utero geſtatus eſt a Maria, juxta diſpen-

[a] Matth. XXVI. 7. Marc. [illegible]. Joan. XIII. 38. [b] I. Cor. I. 18. 23. 24. [c] I. Cor. I. [illegible].

[1] Antioch. homil. XXII. περὶ [illegible].
[2] Καὶ [illegible] Ms.
[3] Ms. [illegible].
[4] Forte [illegible]
[5] [illegible]
[6] [illegible]

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 116.

Vetus Interpres.

Dei, ex semine quidem David, Spiritu autem sancto: qui natus est, & baptizatus est, ut passione aquam purificaret.

ἐκ σπέρματος μὲν Δαβὶδ, πνεύματος δὲ ἁγίου· ὃς ἐγεννήθη, καὶ ἐβαπτίσθη, ἵνα τῷ πάθει τὸ ὕδωρ καθαρίσῃ.

Versio J. B. Cotelerii.

sationem Dei, ex semine Davidis, Spiritu autem sancto. Qui natus est, & baptizatus est, ut passione aquam purificaret.

CAPUT XIX.

Et latuit principem sæculi hujus virginitas Mariæ, & partus ipsius; similiter & mors Domini: tria mysteria clamoris, quæ in silentio Dei operata sunt. Qualiter igitur manifestatus est sæculis? Astrum in cælo resplenduit super omnia astra, & lumen ipsius ineffabile erat, & stuporem tribuit novitas ipsius. Reliqua vero omnia astra, simul cum Sole & Luna, chorus facta sunt illi astro: ipsum autem erat superferens lumen ipsius super omnia. Turbatio autem erat, unde novitas, quæ dissimilis [2] ipsis; ex qua solvebatur omnis magia, & omne vinculum disparuit malitiæ, ignorantia [3] omnis ablata est, vetus regnum corruptum est; Deo humanitus apparente, in novitatem vitæ æternæ. Principium autem assumsit, quod apud Deum perfectum. Inde omnia commota erant, propter meditari mortis dissolutionem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Κυρίου· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ Θεοῦ ἐπράχθη. Πῶς οὖν ἐφανερώθη τοῖς αἰῶσιν; Ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτοῦ. Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄστρα, ἅμα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, χορὸς ἐγένετο τῷ ἀστέρι· αὐτὸς δὲ ἦν ὑπερβάλλων τὸ φῶς αὐτοῦ ὑπὲρ πάντα. [1] Ταραχή τε ἦν, πόθεν ἡ καινότης ἡ ἀνόμοιος αὐτοῖς· ὅθεν ἐλύετο πᾶσα μαγεία, καὶ πᾶς δεσμὸς ἠφανίζετο κακίας, ἄγνοια καθῃρεῖτο, παλαιὰ βασιλεία διεφθείρετο, Θεοῦ ἀνθρωπίνως φανερουμένου εἰς καινότητα ἀϊδίου ζωῆς. Ἀρχὴν δὲ ἐλάμβανεν τὸ παρὰ Θεῷ ἀπηρτισμένον. Ἔνθεν τὰ πάντα συνεκινεῖτο, διὰ τὸ μελετᾶσθαι θανάτου κατάλυσιν.

CAPUT XIX.

Et principem hujus mundi latuit Mariæ virginitas, & partus ipsius, similiter & mors Domini: tria mysteria clamoris quæ in silentio Dei patrata sunt. Quomodo igitur manifestatus est sæculis? [a] Stella in cælo fulsit, splendore exsuperans omnes stellas, & lux illius ineffabilis erat; & stuporem incussit ipsius novitas. Omnia autem reliqua astra, una cum Sole & Luna, chorus fuere Stellæ: ipsa vero lumen suum extendebat super omnia: & perturbatio erat, unde prodiret illis novitas dissimilis: quare soluta est omnis magia, & omne vinculum malitiæ est abolitum, ignorantia destructa est, vetus regnum est labefactatum; Deo humanitus manifestato, in novitatem vitæ æternæ. Principatum vero accepit id quod a Deo omnibus suis partibus absolutum erat. Inde omnia commovebantur, quod meditaretur mortis abolitionem.

CAPUT XX.

Si me dignificet Jesus Christus in oratione vestra, & voluntas sit; in secundo libello quem scripturus sum vobis, manifestabo vobis, quam inceperam dispensationem in novum hominem Jesum Christum, in ipsius fide & in ipsius dilectione, in passione ipsius & resurrectione; maxime, si Dominus revelet mihi: quoniam qui secundum virum communiter omnes in gratia ex nomine convenitis in una fide, & in Jesu Christo (secundum carnem ex genere David, filio hominis & filio Dei) in obedire vos Episcopo & Presbyterio indiscerpta mente; unum panem frangentes, quod est pharmacum immortalitatis, antidotum ejus quod est non mori, sed vivere in Jesu Christo semper.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ἐάν με καταξιώσῃ Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν, καὶ θέλημα ᾖ, ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλιδίῳ, ὃ μέλλω γράφειν ὑμῖν, προσδηλώσω ὑμῖν ἧς ἠρξάμην οἰκονομίας εἰς τὸν καινὸν ἄνθρωπον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν τῇ αὐτοῦ πίστει, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀγάπῃ, ἐν πάθει αὐτοῦ καὶ ἀναστάσει, μάλιστα ἐὰν ὁ Κύριός μοι ἀποκαλύψῃ· ὅτι οἱ κατ' ἄνδρα κοινῇ πάντες ἐν χάριτι ἐξ ὀνόματος συνέρχεσθε ἐν μιᾷ πίστει, καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ κατὰ σάρκα ἐκ γένους Δαβὶδ, τῷ υἱῷ ἀνθρώπου, καὶ υἱῷ Θεοῦ, εἰς τὸ ὑπακούειν ὑμᾶς τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ἀπερισπάστῳ διανοίᾳ, ἕνα ἄρτον κλῶντες, [4] ὅς ἐστιν φάρμακον ἀθανασίας, ἀντίδοτος τοῦ μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ διὰ παντός.

CAPUT XX.

Si me dignatus fuerit Jesus Christus per orationem vestram, & voluntas sit; in secundo libello quem scripturus sum vobis, declarabo vobis quam inceperam dispensationem in novum hominem Jesum Christum, in fide ipsius & in ipsius dilectione, in passione ipsius & resurrectione; maxime, si Dominus mihi revelaverit. Siquidem singuli communiter omnes, ex gratia, nominatim convenitis in una fide & uno Jesu Christo, secundum carnem ex genere Davidis, filio hominis & filio Dei; ut obediatis Episcopo & Presbyterio mente indivulsa; frangentes panem unum, qui pharmacum immortalitatis est, antidotum ne moriamur, sed vivamus semper in Jesu Christo.

CAPUT XXI.

Unanimis vobiscum ego, & quem misistis in Dei honorem in Smyrnam; unde & scribo vobis gratias agens Domino, diligens Polycarpum ut & vos. Mementote mei, ut vestri Jesus Christus. Orate pro Ecclesia quæ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ἀντίψυχον ὑμῶν ἐγὼ, καὶ ὃν ἐπέμψατε εἰς Θεοῦ τιμὴν εἰς Σμύρναν· ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, εὐχαριστῶν τῷ Κυρίῳ, ἀγαπῶν Πολύκαρπον ὡς καὶ ὑμᾶς. Μνημονεύετέ μου ὡς καὶ ὑμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῆς ἐκ-

CAPUT XXI.

Vice animarum vestrarum sim ego, & illorum quos ad honorem Dei misistis Smyrnam, unde & scribo vobis; gratias agens Domino, diligens Polycarpum ut & vos. Memineritis mei, sicut & vestri Jesus Christus. Orate pro

[a] Matth. II.

1 Ταραχὴ δὲ V. Interpres.
2 Ceteris stellis.
3 Abest *omnis* in cod. Cajensi.
4 Ὃ V. Interpres.

VETUS INTERPRES. A

in Syria: unde ligatus in Romam abducor, extremus exsistens eorum qui ibidem fidelium; quemadmodum dignificatus sum in honorem Dei inveniri. Valete in Deo Patre, & in Jesu Christo communi spe nostra.


A

κλησίας ἐν Συρίᾳ· ὅθεν δεδεμένος εἰς Ῥώμην ἀπάγομαι, ἔσχατος ὢν τῶν ἐκεῖ πιστῶν, [1] ὥσπερ ἠξιώθην εἰς τιμὴν Θεοῦ εὑρεθῆναι· Ἔρρωσθε ἐν Θεῷ Πατρὶ, καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῇ κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.

A VERSIO J. B. COTELERII.

Ecclesia quæ est in Syria, unde vinctus Romam abducor, novissimus fidelium eorum qui ibi sunt; quemadmodum ad honorem Dei inveniri dignus habitus sum. Valete in Deo Patre, & in Jesu Christo communi spe nostra.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.



AD MAGNESIOS.

Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ in gratia Dei Patris in Christo Jesu Salvatore no- B *stro; in quo saluto Ecclesiam exsistentem in Magnesia, ea quæ juxta Mæandrum, & oro in Deo Patre & in Jesu Christo plurimum gaudere.*

ΜΑΓΝΗΣΙΕΥΣΙΝ.

Ἰγνάτιος, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν χάριτι Θεοῦ Πατρὸς ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν, ἐν ᾧ ἀσπάζομαι τὴν ἐκκλησίαν τὴν οὖσαν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, καὶ εὔχομαι ἐν Θεῷ Πατρὶ καὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πλεῖστα χαίρειν.

AD MAGNESIANOS.

B *Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ per gratiam Dei Patris, in Jesu Christo Salvatore nostro; in quo saluto Ecclesiam quæ Magnesiæ est juxta Mæandrum, optoque in Deo Patre & in Jesu Christo plurimam salutem.*

CAPUT I.

COgnoscens vestram multi-bonam ordinationem ejus quæ secundum Deum caritatis, exsultans præelegi in fide Jesu Christi alloqui vos. Dignificatus enim C nomine Deo-decentissimo, in quibus circumfero vinculis, canto Ecclesias, in quibus unionem oro carnis & spiritus Jesu Christi, ad nos semper vivere fidei (quod & caritatis, cui nihil præfertur) principalius autem Jesu & Patris, in quo sustinentes omne nocumentum principis sæculi hujus & perfugientes Deo [3] potimur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

ΓΝοὺς ὑμῶν τὸ πολυεύτακτον τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης, ἀγαλλιώμενος προειλόμην ἐν πίστει Ἰησοῦ Χριστοῦ προσλαλῆσαι ὑμῖν. Καταξιωθεὶς C γὰρ ὀνόματος θεοπρεπεστάτου, ἐν οἷς περιφέρω δεσμοῖς, ᾄδω τὰς ἐκκλησίας, ἐν αἷς ἕνωσιν εὔχομαι σαρκὸς καὶ πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ διαπαντὸς ἡμῶν ζῆν, [2] πίστεώς τε καὶ ἀγάπης, ἧς οὐδὲν προκέκριται, τὸ δὲ κυριώτερον Ἰησοῦ καὶ Πατρὸς, ἐν ᾧ ὑπομένοντες τὴν πᾶσαν ἐπήρειαν τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ διαφυγόντες Θεοῦ τευξόμεθα.

CAPUT I.

C QUum cognovissem caritatem vestram secundum Deum admodum bene ordinatam, exsultans, in fide Jesu Christi alloqui vos decrevi. Dignus enim habitus nomine majestatem divinam maxime præ se ferente, in his quæ circumfero vinculis, laudo Ecclesias; quibus opto unionem secundum carnem & spiritum Jesu Christi, sempiternæ nostræ vitæ; fidei, & cui nihil præfertur, caritatis; principalius autem Jesu & Patris; in quo sustinentes omnem vim principis sæculi hujus, & evadentes, Deo potiemur.

CAPUT II.

QUia igitur dignificatus sum videre D vos per Dama dignum Deo vestrum Episcopum, & Presbyteros dignos Bassum & Apollonium, & conservum meum Diaconum [4] Sotionem, quo ego fruar; quoniam subjectus est Episcopo ut gratiæ Dei, & Presbyterio ut legi Jesu Christi. [[5] Glorificato Deum patrem Domini Jesu Christi.]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

ἘΠεὶ οὖν ἠξιώθην ἰδεῖν ὑμᾶς διὰ D Δάμα τοῦ ἀξιοθέου ὑμῶν ἐπισκόπου, καὶ πρεσβυτέρων ἀξίων Βάσσου καὶ Ἀπολλωνίου, καὶ τοῦ συνδούλου μου διακόνου Σωτίωνος, οὗ ἐγὼ ὀναίμην, ὅτι ὑποτάσσεται τῷ ἐπισκόπῳ ὡς χάριτι Θεοῦ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς νόμῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

CAPUT II.

QUoniam itaque dignus habitus fui videre vos per Damam Episcopum vestrum Deo dignum, & dignos Presbyteros Bassum ac Apollonium, conservumque meum Sotionem Diaconum, quo utinam fruar; quia subditus est Episcopo ut gratiæ Dei, & Presbyterio ut legi Jesu Christi.

CAPUT III.

SEd & vos decet non couti ætate Episcopi, sed secundum E virtutem Dei Patris omnem reverentiam ei tribuere, sicut agnovi & sanctos Presbyteros; non assumentes apparentem juniorem ordinem, sed ut prudentes in Deo concedentes ipsi: non ipsi autem, sed Patri Jesu Christi omnium Episcopo. In honorem igitur illius volentis [8] nos decens est obedire, secundum nullam hypocrisim: quia nequaquam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

ΚΑὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ [6] συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, E ἀλλὰ κατὰ δύναμιν Θεοῦ πατρὸς πᾶσαν ἐντροπὴν αὐτῷ ἀπονέμειν, καθὼς ἔγνων καὶ τοὺς ἁγίους πρεσβυτέρους, οὐ προσειληφότας τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν, ἀλλ' ὡς φρονίμους ἐν Θεῷ συγχωροῦντας αὐτῷ· οὐκ αὐτῷ δὲ, ἀλλὰ τῷ Πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ πάντων ἐπισκόπῳ. Εἰς τιμὴν οὖν ἐκείνου τοῦ θελήσαντος [7] ἡμᾶς πρέπον ἐστὶν ἐπακούειν κατὰ μηδεμίαν ὑπόκρισιν· ἐπεὶ οὐχ ὅτι τὸν ἐπίσκο-

CAPUT III.

E SEd & vos decet non familiarius ac superbe uti ætate Episcopi, sed secundum virtutem Dei Patris omnem impertiri illi reverentiam; quemadmodum novi sanctos facere Presbyteros; non respicientes ad apparentem juvenilem ordinationem, sed ut prudentes in Deo cedentes ipsi: non ipsi autem, sed Patri Jesu Christi, omnium Episcopo. In honorem igitur illius qui vult, decet vos obedire sine ulla hypocrisi: quia nequaquam Episco-

1 Interpol. σωτήρ.
2 Antioch. homil. 1.
3 Potiemur.
4 Casent. Ms. *Zenonem*.
5 Male insertum.
6 M[illegible] συγ[illegible].
7 Tu[illegible].
8 Lege vos.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.

VETUS INTERPRES. A

Episcopum hunc conspectum seducit quis, sed invisibilem paralogizat. Tale autem non ad carnem sermo, sed ad Deum absconditia scientem.

A

πον τοῦτον τὸν βλεπόμενον πλανᾷ τις, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον παραλογίζεται. Τὸ δὲ τοιοῦτον, οὐ πρὸς σάρκα ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν, τὸν τὰ κρύφια εἰδότα.

A VERSIO J. B. COTELERII.

pum hunc quis fallit, qui videtur; sed illudit invisibili. Quidquid vero est ejusmodi, non ad carnem refertur, sed ad Deum qui abscondita cognoscit.

CAPUT IV.

Decens igitur est, non solum vocari Christianos, sed & esse: quemadmodum quidam Episcopum quidem vocant, sine ipso autem omnia operantur. Tales autem non bonæ conscientiæ mihi esse videntur, propter non firmiter secundum præceptum congregari.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Πρέπον οὖν ἐστιν μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανοὺς, ἀλλὰ καὶ εἶναι· ὥσπερ καί τινες ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν, χωρὶς δὲ αὐτοῦ πάντα πράσσουσιν. Οἱ τοιοῦτοι δὲ οὐκ εὐσυνείδητοί μοι εἶναι φαίνονται, B διὰ τὸ μὴ βεβαίως κατ' ἐντολὴν συναθροίζεσθαι.

CAPUT IV.

Decet itaque non modo vocari Christianos, sed etiam esse: quemadmodum nonnulli Episcopum quidem nominant, sed sine ipso omnia faciunt. Tales vero non B bona conscientia mihi præditi esse videntur; quia non stabiliter secundum præceptum congregantur.

CAPUT V.

Quia igitur finem res habent, & proponuntur duo simul, mors & vita; & unusquisque in proprium locum iturus est. Quemadmodum enim sunt numismata duo, hoc quidem Dei, hoc autem mundi; & unumquodque ipsorum proprium characterem superpositum habet: infideles, mundi hujus; fideles autem, in caritate characterem Dei Patris per Jesum Christum; per quem nisi voluntarie habeamus mori in ipsius passionem, vivere ipsius non est in nobis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχει, καὶ [1] ἐπίκειται τὰ δύο ὁμοῦ, ὅ τε θάνατος καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον μέλλει χωρεῖν· Ὥσπερ γάρ ἐστιν νομίσματα δύο, τὸ μὲν Θεοῦ, τὸ δὲ κόσμου, καὶ ἕκαστον αὐτῶν C ἴδιον χαρακτῆρα ἐπικείμενον ἔχει, οἱ ἄπιστοι τοῦ κόσμου τούτου, οἱ δὲ πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ χαρακτῆρα Θεοῦ πατρὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐὰν μὴ αὐθαιρέτως [2] ἔχομεν ἀποθανεῖν εἰς τὸ αὐτοῦ πάθος, τὸ ζῆν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν.

CAPUT V.

Quia igitur res finem habent, incumbunt duo simul, mors & vita; & unusquisque in proprium locum iturus est. Quemadmodum enim sunt numismata duo, alterum quidem Dei, alterum autem mundi; unumquodque etiam ipsorum C characterem proprium habet impositum; infideles, mundi hujus; fideles autem, in caritate characterem Dei Patris per Jesum Christum; per quem nisi propensa nobis est voluntas mori in ipsius passionem, nec vita ipsius in nobis est.

CAPUT VI.

Quia igitur in præscriptis personis omnem multitudinem speculatus sum in fide & dilectione; moneo, in concordia Dei studete omnia operari, præsidente Episcopo in loco Dei, & Presbyteris in loco confessionis Apostolorum, & Diaconis mihi dulcissimis habentibus creditam ministrationem Jesu Christi; qui ante sæcula apud Patrem erat, & in fine apparuit. Omnes igitur eamdem consuetudinem Dei accipientes, [4] veneremini adinvicem; nullus secundum carnem adspiciat proximum, sed in Jesu Christo adinvicem semper diligite. Nihil sit in vobis quod possit vos partiri; sed uniamini Episcopo & præsidentibus, in typum & doctrinam incorruptionis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις προσώποις τὸ πᾶν πλῆθος ἐθεώρησα ἐν πίστει καὶ [3] ἀγάπῃ, D παραινῶ ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ σπουδάζετε πάντα πράσσειν, προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον Θεοῦ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν διακόνων, τῶν ἐμοὶ γλυκυτάτων, πεπιστευμένων διακονίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς πρὸ αἰώνων παρὰ πατρὶ ἦν, καὶ ἐν τέλει ἐφάνη. Πάντες οὖν, ὁμοήθειαν Θεοῦ λαβόντες, ἐντρέπεσθε ἀλλήλοις, καὶ μηδεὶς κατὰ σάρκα βλεπέτω τὸν πλησίον, ἀλλ' ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ ἀλλήλους διαπαντὸς ἀγαπᾶτε. Μηδὲν ἔστω ἐν ὑμῖν ὃ δυνήσεται E ὑμᾶς μερίσαι, ἀλλ' ἑνώθητε τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς προκαθημένοις, εἰς τύπον καὶ διδαχὴν ἀφθαρσίας.

CAPUT VI.

Quandoquidem itaque in iis personis quas commemoravi, omnem multitudinem contemplatus sum in fide & caritate; D hortor ut hoc sit vestrum studium, in Dei concordia omnia agere, Episcopo præsidente Dei loco, & Presbyteris loco senatus Apostolici, & diaconis, mihi suavissimis, quibus commissum est ministerium Jesu Christi; qui ante sæcula apud Patrem erat, & in fine apparuit. Omnes igitur acceptis iisdem divinis moribus, vos mutuo revereamini; & nemo secundum carnem spectet proximum, sed in Jesu Christo vos invicem semper diligite. E Nihil sit in vobis quod possit vos dirimere, sed uniamini Episcopo & præsidentibus, in typum & doctrinam incorruptionis.

CAPUT VII.

Quemadmodum igitur Dominus sine Patre nihil fecit, unitus exsistens, neque per seipsum, neque per Apostolos: sic neque vos sine Episcopo & Presbyteris aliquid operemini. Neque tentetis rationabile aliquid ap-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.


Ὥσπερ οὖν ὁ Κύριος ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἐποίησεν, ἡνωμένος ὢν, οὔτε δι' ἑαυτοῦ, οὔτε διὰ τῶν ἀποστόλων, οὕτως μηδὲ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, μηδὲν [5] πράσσετε. Μηδὲ πειράσητε εὔλογόν τι φαίνεσθαι ἰ-

CAPUT VII.

Quemadmodum igitur Dominus sine Patre nihil fecit, ipsi unitus, neque per seipsum, neque per Apostolos; ita neque & vos sine Episcopo & Presbyteris quidquam agite. Neque operam detis, ut aliquid vobis seorsim rationi vi-

1 Int. πρόκειται. 2 Ἔχωμεν.
3 Ἠγάπησα Ms.
4 *Veneremur* in excusis.
5 Ms. πράσσεται.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.



VETUS INTERPRES. A

parere proprie vobis: sed in idipsum una oratio, una deprecatio, unus intellectus, una spes, in caritate, in gaudio incoinquinato: quod est Christus Jesus, quo melius nihil est. Omnes ut in unum templum concurrite Dei, ut in unum altare, ut in unum Jesum Christum, ab uno Patre exeuntem, & in unum exsistentem & revertentem.

A

δίᾳ ὑμῖν· ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ μία προσευχὴ, μία δέησις, εἷς νοῦς, μία ἐλπὶς, ἐν ἀγάπῃ, ἐν τῇ χαρᾷ τῇ ἀμώμῳ. [1] Εἷς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ ἄμεινον οὐδέν ἐστιν. Πάντες οὖν ὡς εἰς ναὸν συνέρχεσθε Θεοῦ, ὡς ἐπὶ ἓν θυσιαστήριον, ὡς ἐπὶ ἕνα Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀφ' ἑνὸς Πατρὸς προελθόντα, καὶ εἰς ἕνα ὄντα καὶ χωρήσαντα.

A VERSIO J. B. COTELERII.

deatur consentaneum: sed in unum convenientibus, una sit oratio, una precatio, una mens, una spes, in caritate, in gaudio inculpato. Unus est Jesus Christus, quo nihil præstantius est. Omnes itaque velut in unum templum Dei concurrite, velut ad unum altare, velut ad unum Jesum Christum, qui ab uno Patre prodit, & in uno exsistit, in unum revertitur.

CAPUT VIII.

NOn erretis extraneis opinionibus, neque fabulis veteribus, inutilibus exsistentibus. Si enim usque nunc secundum Judaismum vivimus, confitemur gratiam non recepisse. Divinissimi enim Prophetæ secundum Christum Jesum vixerunt. Propter hoc & persecutionem passi sunt, inspirati a gratia ipsius, ad [3] certificare impersuasos, quoniam unus Deus est, qui manifestavit seipsum per Jesum Christum filium ipsius; qui est ipsius Verbum æternum, non a silentio progrediens; qui secundum omnia beneplacuit mittenti ipsum.

B ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

ΜΗ' πλανᾶσθε ταῖς ἑτεροδοξίαις, μηδὲ μυθεύμασιν τοῖς παλαιοῖς ἀνωφελέσιν οὖσιν. Εἰ γὰρ μέχρι νῦν κατὰ [2] νόμον Ἰουδαϊσμὸν ζῶμεν, ὁμολογοῦμεν χάριν μὴ εἰληφέναι. Οἱ γὰρ θειότατοι προφῆται κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ἔζησαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐδιώχθησαν, ἐμπνεόμενοι ὑπὸ τῆς χάριτος αὐτοῦ, εἰς τὸ πληροφορηθῆναι τοὺς ἀπειθοῦντας, ὅτι εἷς Θεός ἐστιν ὁ φανερώσας ἑαυτὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστιν αὐτοῦ λόγος ἀΐδιος, οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθὼν, ὃς κατὰ πάντα εὐηρέστησεν τῷ πέμψαντι αὐτόν.

B CAPUT VIII.

NE seducamini alienis doctrinis, neque [a] veteribus fabulis, quæ sunt inutiles. Si namque adhuc juxta legem Judaicam vixerimus, confitemur nos gratiam non accepisse. Divinissimi namque Prophetæ juxta Christum Jesum vixerunt. Ob hoc & persecutionem passi sunt; gratia ipsius inspirati ut qui increduli, certi redderentur, quod unus Deus est qui seipsum manifestavit per Jesum Christum filium suum; qui est Verbum ipsius æternum, non a silentio progrediens; quique in omnibus ei qui ipsum miserat complacuit.

CAPUT IX.

SI igitur in veteribus rebus conversati, in novitatem spei venerunt, non amplius sabbatizantes, sed secundum Dominicam viventes, in qua & vita nostra orta est per ipsum & mortem ipsius; [6] quod quidam negant: (per quod mysterium accepimus credere, & propter hoc sustinemus, ut inveniamur discipuli Jesu Christi, solius Doctoris nostri;) quo modo nos poterimus vivere sine ipso; cujus & Prophetæ discipuli exsistentes, spiritu ipsum ut Doctorem exspectabant? & propter hoc [8] quod juste exspectabant, præsens suscitavit ipsos ex mortuis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

ΕΙ' οὖν οἱ ἐν παλαιοῖς [4] πράγμασιν ἀναστραφέντες, εἰς καινότητα ἐλπίδος ἦλθον, μηκέτι σαββατίζοντες, ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζωὴν ζῶντες, ἐν ᾗ καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνέτειλεν δι' αὐτοῦ, καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, [5] ὅν τινες ἀρνοῦνται· δι' οὗ μυστηρίου ἐλάβομεν τὸ πιστεύειν, καὶ διὰ τοῦτο [7] ὑπομένομεν ἵνα εὑρεθῶμεν μαθηταὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου διδασκάλου ἡμῶν· πῶς ἡμεῖς δυνησόμεθα ζῆσαι χωρὶς αὐτοῦ; οὗ καὶ οἱ προφῆται μαθηταὶ ὄντες, τῷ πνεύματι ὡς διδάσκαλον αὐτὸν προσεδόκουν; καὶ διὰ τοῦτο ὃν δικαίως ἀνέμενον, παρὼν ἤγειρεν αὐτοὺς ἐκ νεκρῶν.

D CAPUT IX.

SI igitur qui in vetustis rebus versati fuerant, ad novitatem spei venerunt, non amplius sabbatum colentes, sed juxta Dominicam viventes, in qua & vita nostra exorta est per ipsum, & mortem ipsius, quem quidam negant: (per quod mysterium fidem accepimus; & propter hoc sustinemus, ut inveniamur discipuli Jesu Christi, solius Doctoris nostri;) quo modo nos poterimus vivere sine ipso? cujus etiam Prophetæ discipuli quum essent, spiritu ipsum ut Doctorem exspectabant: & propter hoc, is quem juste præstolabantur, adveniens [b] suscitavit ipsos ex mortuis.

CAPUT X.

NOn igitur non sentiamus benignitatem ipsius. Si enim nos persequatur secundum quod operamur; non amplius sumus. Propter hoc discipuli ejus effecti, discamus secundum Christianismum vivere. Qui enim alio nomine vocatur amplius ab hoc, non est Dei. Deponite igitur malum fermentum inveteratum &

E ΚΕΚΑΛΑΙΟΝ Ι'.

ΜΗ' οὖν ἀναισθητῶμεν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ. Ἂν γὰρ ἡμᾶς μιμήσεται καθὰ πράσσομεν, οὐκ ἔτι ἐσμέν. Διὰ τοῦτο μαθηταὶ αὐτοῦ γενόμενοι, μάθωμεν κατὰ Χριστιανισμὸν ζῆν. Ὃς γὰρ ἄλλῳ ὀνόματι καλεῖται πλέον τούτου, οὐκ ἔστιν τοῦ Θεοῦ. [9] Ὑπέρθεσθε οὖν τὴν κακὴν ζύμην τὴν παλαιωθεῖσαν καὶ ἐνοξίσασαν, καὶ μεταβάλλεσθε εἰς


E CAPUT X.

NE igitur [c] nullus nos tangat sensus benignitatis ipsius. Si enim nos imitetur secundum ea quæ facimus, jam periimus. Propterea discipuli ejus effecti, discamus secundum Christianismum vivere. Qui enim alio nomine vocatur præter hoc, non est Dei. Abjicite igitur malum fermentum, inveteratum, & acidum; & transmu-

a I. Tim. I. 4. b Matth. XXVII. 52. c Rom. II. 4.

1 Antioch. homil. LXXX. περὶ ὁμονοίας, qui habet ὃ, ut legebat V. I. & sic interpunctio mutari debet.
2 Glossema.
3 F. certificari.
4 Interpol. γράμμασιν.
5 Ms. οἵτινες.
6 Quem Cod. Cajensis.
7 Ms. [illegible].
8 Lege quem.
9 Ἀπόθεσθε Interpol. & melius.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.



VETUS INTERPRES.

[1] exacuens; & transponite in novum fermentum, qui est Jesus Christus. [2] Salvificemini in ipso, ut non corrumpatur aliquis in vobis, [3] qui ab odore redarguemini. Inconveniens est Jesum Christum [4] perfari, & judaizare. Christianismus enim non in Judaismum credidit, sed Judaismus in Christianismum: ut omnis lingua credens in Deum [6] congregaretur.

νέαν ζύμην, ὅ ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. Ἁλίσθητε ἐν αὐτῷ, ἵνα μὴ διαφθαρῇ τις ἐν ὑμῖν, ἐπεὶ ἀπὸ τῆς ὀσμῆς ἐλεγχθήσεσθε. Ἄτοπόν ἐστιν Χριστὸν Ἰησοῦν λαλεῖν, καὶ Ἰουδαΐζειν. Ὁ γὰρ Χριστιανισμὸς οὐκ εἰς Ἰουδαϊσμὸν ἐπίστευσεν, ἀλλὰ Ἰουδαϊσμὸς εἰς Χριστιανισμὸν, ὡς πᾶσα γλῶσσα πιστεύσασα εἰς Θεὸν [5] συνήχθη.

VERSIO J. B. COTELERII.

temini in novum fermentum, quod est Jesus Christus. Saliamini in ipso, ut non corrumpatur aliquis in vobis; quoniam ab odore redarguemini. Absurdum est Christum Jesum profari, & judaizare. Christianismus enim non in Judaismum credidit, sed Judaismus in Christianismum; ut omnis lingua credens ad Deum aggregaretur.

CAPUT XI.

HÆc autem, dilecti mei, non quia cognovi aliquos ex vobis sic habentes; sed, ut minor vobis, volo præservari vos, ut non incidatis in hamos vanæ gloriæ: sed certificemini in nativitate & passione & resurrectione, facta in tempore ducatus Pontii Pilati: quæ facta sunt vere & firmiter a Jesu Christo, spe nostra, a qua averti nulli vestrum fiat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

ΤΑῦτα δὲ ἀγαπητοί μου, οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τινὰς ἐξ ὑμῶν οὕτως ἔχοντας, ἀλλ' ὡς μικρότερος ὑμῶν, θέλω προφυλάσσεσθαι ὑμᾶς, μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τὰ ἄγκιστρα τῆς κενοδοξίας, ἀλλὰ πεπληροφορῆσθαι ἐν τῇ γεννήσει, καὶ τῷ πάθει, καὶ τῇ ἀναστάσει τῇ γενομένῃ ἐν καιρῷ τῆς ἡγεμονίας Ποντίου Πιλάτου· πραχθέντα ἀληθῶς καὶ βεβαίως ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἧς ἐκτραπῆναι μηδενὶ ὑμῶν γένοιτο.

CAPUT XI.

HÆc autem, dilecti mei, non quod cognoverim aliquos vestrum hoc animo affectos esse: sed, ut minor vobis, cupio vobis cautum, ne incidatis in hamos inanis doctrinæ; sed ut plene certi reddemini in nativitate & passione & resurrectione, (quæ contigit tempore præfecturæ Pontii Pilati:) quæ vere & indubitanter gesta sunt a Jesu Christo, spe nostra, a qua exorbitare quemquam vestrum absit.

CAPUT XII.

FRuar vobis secundum omnia, si quidem dignus sim. Etsi enim ligatus sum, ad unum solutorum de vobis non sum. Novi quoniam non inflamini: Jesum enim Christum habetis in vobismetipsis. Et magis quando utique laudo vos, novi quoniam verecundamini; sicut scriptum est, quoniam *justus sui ipsius accusator est*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

ὈΝαίμην ὑμῶν κατὰ πάντα, ἐάνπερ ἄξιος ὦ. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι, πρὸς ἕνα τῶν λελυμένων οὐκ εἰμί. Οἶδα ὅτι οὐ φυσιοῦσθε· Ἰησοῦν γὰρ Χριστὸν ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς. Καὶ μᾶλλον [7] ὅτ' ἂν ἐπαινῶ ὑμᾶς, οἶδα ὅτι ἐντρέπεσθε· ὡς γέγραπται, ὅτι ὁ δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος.

CAPUT XII.

FRuar vobis per omnia, si quidem dignus sum. Tametsi enim vinctus sum, comparandus tamen non sum uni vestrum, qui soluti estis. Novi quod in vobis nihil fastus insit: Jesum enim Christum habetis in vobis ipsis. Et magis quum laudo vos, scio quod rubore suffundamini; sicut scriptum est [a]: *Justus sui est accusator.*

CAPUT XIII.

STudete igitur firmari in dogmatibus Domini & Apostolorum, ut omnia quæcumque facitis prosperentur, carne & spiritu, fide & caritate, in Filio & Patre & Spiritu sancto, in principio & in fine, cum digne-decentissimo Episcopo vestro, & digne complexa spirituali corona Presbyterii vestri, & eorum qui secundum Deum Diaconorum. Subjicimini Episcopo & adinvicem, ut Jesus Christus Patri secundum carnem, & Apostoli Christo & Patri & Spiritui; ut unio sit carnalis & spiritualis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

ΣΠουδάζετε οὖν βεβαιωθῆναι ἐν τοῖς δόγμασιν τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων, ἵνα πάντα ὅσα ποιῆτε [8] κατευοδωθῆτε σαρκὶ καὶ πνεύματι, πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἐν υἱῷ καὶ πατρὶ καὶ ἐν πνεύματι, ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τέλει, μετὰ τοῦ ἀξιοπρεπεστάτου ἐπισκόπου ὑμῶν, καὶ ἀξιοπλόκου πνευματικοῦ στεφάνου τοῦ πρεσβυτερίου ὑμῶν, καὶ τῶν κατὰ Θεὸν διακόνων. Ὑποτάγητε τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ ἀλλήλοις, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ Πατρὶ κατὰ σάρκα, καὶ οἱ ἀπόστολοι τῷ Χριστῷ καὶ τῷ πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι, ἵνα ἕνωσις ᾖ σαρκική τε καὶ πνευματική.

CAPUT XIII.

STudete igitur ut confirmemini in dogmatibus Domini & Apostolorum, ut omnia quæ facitis prospere vobis succedant, carne & spiritu, fide & caritate, in Filio & Patre & Spiritu sancto, in principio & in fine; cum dignissimo Episcopo vestro, & digne contexta spirituali corona Presbyterii vestri, & secundum Deum agentibus Diaconis. Subjecti este Episcopo & vobis mutuo, ut Jesus Christus Patri, secundum carnem; & Apostoli Christo & Patri & Spiritui; ut unio sit & carnalis & spiritualis.

CAPUT XIV.

SCiens quoniam Deo pleni estis, compendiose deprecatus sum vos. Mementote mei in orationibus vestris, ut Deo fruar; &

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

ΕΙ'δὼς ὅτι Θεοῦ γέμετε, συντόμως [9] παρεκέλευσα ὑμᾶς. Μνημονεύετέ μου ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν, ἵνα Θεοῦ ἐπιτύχω· καὶ τῆς ἐν

CAPUT XIV.

QUum sciam vos Deo plenos esse, brevibus cohortatus sum vos. Memores estote mei in orationibus vestris, ut Deum asse-

a Prov. XVIII. 17.

1 Cot. *exacens*. 2 Lege, *Salsificemini*.
3 Cot. *quia*.
4 Forsan, *præfari* vel *profari*.
5 Is. συναχθῇ.
6 Ms. C. *congregetur*.
7 Cot. ὅταν.
8 Interpol. κατευοδωθήσεται.
9 Interp. παρεκάλεσα.

VETUS INTERPRES.

ejus quæ in Syria Ecclesiæ, unde non dignus sum vocari. Superindigeo enim unita vestra in Deo oratione & caritate; in dignificari eam quæ in Syria Ecclesiam per Ecclesiam vestram irrorari.

A

Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν οὐκ ἄξιός εἰμι καλεῖσθαι. Ἐπιδέομαι γὰρ τῆς ἡνωμένης ὑμῶν ἐν Θεῷ προσευχῆς καὶ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀξιωθῆναι τὴν ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν δροσισθῆναι.

A

VERSIO J. B. COTELERII.

quar; & Ecclesiæ quæ in Syria, unde non sum dignus vocari. Indigeo enim unita vestra in Deo oratione & caritate; ut Ecclesia quæ in Syria est, mereatur per Ecclesiam vestram irrorari.

CAPUT XV.

SAlutant vos Ephesii a Smyrna, (unde & scribo vobis) præsentes in gloriam Dei, quemadmodum & vos: qui secundum omnia me quiescere fecerunt, simul cum Polycarpo Episcopo Smyrnæorum. Sed & reliquæ Ecclesiæ in honore Jesu Christi salutant vos. Valete in concordia Dei, possidentes inseparabilem spiritum, qui est Jesus Christus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ἀσπάζονται ὑμᾶς Ἐφέσιοι ἀπὸ Σμύρνης, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν, παρόντες εἰς δόξαν Θεοῦ,

B

[1] ὥσπερ καὶ ὑμεῖς, οἳ κατὰ πάντα με ἀνεπαύσαν, ἅμα Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ Σμυρναίων. Καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ ἐκκλησίαι ἐν τιμῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀσπάζονται ὑμᾶς. Ἔρρωσθε ἐν ὁμονοίᾳ Θεοῦ, κεκτημένοι [2] ἀδιάκριτον πνεῦμα, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός.

CAPUT XV.

SAlutant vos Ephesii, de Smyrna; unde hæc scribo vobis: qui præsentes adsunt in Dei gloriam, uti & vos; qui me una cum Polycarpo Episcopo Smyrnæorum in omnibus recrearunt.

B

Et ceteræ Ecclesiæ in honore Jesu Christi salutant vos. Valete in concordia Dei, spiritum possidentes inseparabilem, qui est Jesus Christus.

AD PHILADELPHICOS.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΥΣΙΝ.

C

ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

C

AD PHILADELPHICOS.

Ignatius, qui & Theophorus, Ecclesiæ Dei Patris & Jesu Christi, quæ est in Philadelphia Asiæ, habenti propitiationem, & firmatæ in concordia Dei, & exsultanti in passione Domini Jesu Christi inseparabiliter, & in resurrectione ipsius certificatæ in omni misericordia: quam saluto in sanguine Jesu Christi, qui est gaudium æternum, & incoinquinatum, maxime si in uno sumus cum Episcopo, & eis qui cum ipso Presbyteris & Diaconis, manifestatis in sententia Jesu Christi, quos secundum propriam voluntatem firmavit in firmitudine [3] sancti spiritus ipsius.

ΕΓὼ γράφω ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐντέλλομαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἑκὼν ὑπὲρ Θεοῦ ἀποθνήσκω, ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ εὔνοια ἄκαιρος γένησθέ μοι. Ἄφετέ με θηρίων εἶναι βορὰν, δι' ὧν ἔνεστιν Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Σῖτός εἰμι Θεοῦ· καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ. Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται, καὶ μηδὲν καταλίπωσι τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεὶς βαρύς τινι γένωμαι. Τότε ἔσομαι μαθητὴς ἀληθῶς τοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται. Λιτανεύσατε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων θυσία εὑρεθῶ. Οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ὑμῖν. Ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δοῦλος. Ἀλλ' ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος Ἰησοῦ, καὶ ἀναστήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος. Νῦν μανθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν κοσμικὸν ἢ μάταιον.

CAPUT IV.

EGo Ecclesiis scribo, omnibusque mando, quod pro Deo ultro & libens morior, si quidem vos non impediatis. Obsecro vos, ne intempestivam mihi benevolentiam exhibeatis. Sinite me ferarum cibum esse, per quas Deum consequi licet. Frumentum sum Dei, & per ferarum dentes molor, ut purus panis Christi inveniar. Feris potius blandimini, ut mihi sepulcrum fiant, nihilque mei corporis relinquant; ne postquam obdormiero, gravis alicui fiam. Tunc vere Christi discipulus ero, quum neque corpus meum mundus videbit. Christo pro me supplicate, ut per hæc instrumenta hostia inveniar. Non ut Petrus & Paullus vobis præcipio. Illi Apostoli: ego condemnatus. Illi liberi: ego autem usque ad hoc tempus servus; sed si patiar, libertus Christi ero, & in ipso liber resurgam. Nunc vinctus disco nihil mundanum vel vanum concupiscere.

a II. Cor. IV. 18.

1 F. *velox*. Uss.
2 F. apparentiæ.
3 Deo.
4 Insere *autem*.
5 Et.



VETUS INTERPRES. A

CAPUT V.

A Syria usque Romam cum bestiis pugno, per terram & per mare, nocte & die; vinctus decem leopardis, quod est militaris ordo: qui & beneficiati deteriores fiunt. In injustificationibus autem ipsorum magis erudior: *sed non propter hoc justificatus sum*. Sortiar bestiis mihi esse paratis; & oro promtas mihi inveniri: quibus & blandiar B cito me devorare; non quemadmodum quosdam timentes non tetigerunt. Sed &, si ipsæ volentem non velint, ego vim faciam. Veniam mihi habete: quid mihi confert, ego cognosco. Nunc incipio discipulus esse; nihil me zelare visibilium & invisibilium, ut Jesu Christo fruar. Ignis & crux, bestiarumque congregationes, dispersiones ossium, concisio membrorum, molitiones totius corporis, malæ punitiones diaboli in me veniant; solum ut C Jesu Christo fruar.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, διὰ γῆς [1] καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δεδεμένος δέκα λεοπάρδοις, ὅ ἐστιν στρατιωτῶν τάγμα· οἳ καὶ εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται. Ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο δεδικαίωμαι. Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἡτοιμασμένων, καὶ εὔχομαι ἕ- B τοιμά μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω συντόμως με καταφαγεῖν, οὐχ ὥσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἥψαντο. Κἂν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θελήσῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. Συγγνώμην μοι ἔχετε· τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω. Νῦν ἄρχομαι μαθητὴς εἶναι. Μηδέν με ζηλώσῃ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Πῦρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, ἀνατομαὶ, διαιρέσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπὴ μελῶν, ἀλησμοὶ ὅλου τοῦ σώματος, κακαὶ κολάσεις τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ C ἐρχέσθωσαν· μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω.

VERSIO TH. RUINART. A

CAPUT V.

A Syria Romam usque terra marique, noctu & interdiu cum bestiis pugno, decem leopardis vinctus, quæ est militum turma, qui etiam beneficio accepto pejores fiunt. Verum illorum injuriis magis erudior: [a] *sed non propter hoc justificatus sum*. Utinam fruar bestiis mihi præparatis, quas & opto mihi promB tas inveniri, quibus & blandiar ut cito me devorent, non ut quosdam veritæ non tetigerunt. Si autem illæ repugnantes noluerint, ego vi impellam. Veniam mihi date: quid mihi prodest, ego novi. Nunc incipio discipulus esse. Nihil visibilium & invisibilium mihi æmuletur, ut Jesum Christum consequar. Ignis & crux, ferarum catervæ, lacerationes, distractiones, disjunctiones, concisio membrorum, totius corporis contusiones, dira diaboli torC menta in me veniant: solummodo ut Jesum Christum consequar.

CAPUT VI.

Nihil mihi proderunt termini mundi, neque regna sæculi hujus. Bonum mihi mori propter Jesum Christum, quam regnare super terminos terræ. Illum quæro qui pro nobis mortuus est; illum volo qui propter nos resurrexit. Ille lucrum mihi adjacet. Ignoscite mihi, fratres: non impediatis me vivere, non D velitis me mori. Dei volentem esse, per mundum non separetis me, neque per materiam seducatis. Dimittite me purum lumen accipere: illuc adveniens, homo ero. Sinite me imitatorem esse passionis Dei mei. Si quis ipsum in seipso habet, intelligat quod volo; & compatiatur mihi, sciens quæ continent me.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Οὐδέν μοι ὠφελήσει τὰ τερπνὰ τοῦ κόσμου, οὐδὲ αἱ βασιλεῖαι τοῦ αἰῶνος τούτου. Μᾶλλόν μοι ἀποθανεῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων τῆς γῆς. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; Ἐκεῖνον ζητῶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα· ἐκεῖνον θέ- D λω τὸν δι' ἡμᾶς ἀναστάντα. Ὁ δὲ τοκετός μοι ἐπίκειται. Σύγγνωτέ μοι, ἀδελφοί· μὴ ἐμποδίσητέ μοι ζῆσαι, μὴ θελήσητέ μοι ἀποθανεῖν, τὸν τοῦ Θεοῦ θέλοντα εἶναι. Κόσμῳ μὴ [2] χωρίζησθε. Ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν· ἐκεῖ παραγενόμενος, ἄνθρωπος Θεοῦ ἔσομαι. Ἐπιτρέψατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους τοῦ Θεοῦ μου. Εἴ τις αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω ὃ θέλω, καὶ συμπαθείτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με.

CAPUT VI.

Nihil mihi proderunt mundi voluptates, neque huius sæculi regna. Præstat mihi in Jesu Christo mori, quam finibus terræ imperare. [b] *Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Illum quæro qui pro nobis mortuus est. Illum volo qui D propter nos resurrexit. Hoc mihi lucrum & fœnus impendet. Ignoscite mihi, fratres. Ne me vivere impediatis. Ne velitis me mori, qui Dei volo esse. Mundo ne gaudeatis. Sinite me purum lumen percipere. Ubi illuc advenero, homo Dei ero. Concedite mihi imitatorem esse passionis Dei mei. Si quis illum in seipso habet, cogitet quod volo; & conscius eorum quæ me coarctant, mei commisereatur.

CAPUT VII.

E Princeps sæculi hujus rapere me vult, & eam quæ in Deum meum sententiam corrumpere. Nullus igitur præsentium de vobis adjuvet: ipsi autem magis mei fiatis, hoc est Dei mei. Non loquimini Jesum Christum, & mundum concupiscatis. Invidia in vobis non inhabitet: neque utique ego vos præsens deprecor, credite mihi. His autem magis credite quæ scribo vobis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου διαρπάσαι με βούλεται, καὶ τὴν εἰς Θεόν μου γνώμην διαφθεῖραι. Μηδεὶς οὖν τῶν παρόντων ὑμῶν βοηθείτω αὐτῷ· μᾶλλον ἐμοῦ γίνεσθε, τουτέστιν τοῦ Θεοῦ. Μὴ λαλεῖτε Ἰησοῦν Χριστὸν, κόσμον δὲ ἐπιθυμεῖτε. Βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικείτω· μηδ' ἂν ἐγὼ παρὼν παρακαλῶ ὑμᾶς, πείσθητέ μοι· τούτοις δὲ μᾶλλον πείσθητε οἷς γράφω ὑμῖν. Ζῶν γράφω ὑμῖν, ἐρῶν τοῦ ἀποθανεῖν. Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρω-

CAPUT VII.


E Princeps hujus sæculi rapere me vult, meamque erga Deum voluntatem corrumpere. Nemo ergo vestrum qui adestis, illum adjuvet. Mei potius, hoc est Dei, efficiamini. Non loquimini Jesum Christum, & mundum concupiscite. Invidia in vobis non habitet. Neque si ego præsens vos oro, credite mihi: his potius quæ vobis scribo, credite. Vivens scribo vobis, mori desiderans. Meus amor crucifixus

[a] I. Cor. IV. 4. [b] Matth. XVI. 26.

1 Καὶ διά.

2 Χαρίσασθε

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 116.



VETUS INTERPRES. A

Vivens enim scribo vobis, desiderans mori. Meum desiderium crucifixum est; & non est in me ignis amans aliquam aquam: sed vivens & loquens est in me; intus me dicit: Veni ad Patrem. Non delector cibo corruptionis, neque delectationibus vitæ hujus. Panem Dei volo; quod est caro Jesu Christi, ejus qui ex genere David: & potum volo sanguinem ipsius; quod est caritas incorruptibilis.

ται, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλόϋλον· ὕδωρ δὲ ζῶν καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοί, ἔσωθέν μοι λέγον, δεῦρο πρὸς τὸν πατέρα. Οὐχ ἥδομαι τροφῇ φθορᾶς, οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου. Ἄρτον Θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅς ἐστιν σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ γενομένου [1] ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ· καὶ πόμα Θεοῦ θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος, καὶ ἀέναος ζωή.

VERSIO TH. RUINART. A

est, nec est in me ignis materiæ amans: sed vivens & loquens aqua in me est, mihi interius dicens: *Veni ad Patrem*. Non delector corruptionis alimento, neque hujus vitæ voluptatibus. Panem Dei volo, panem cælestem, panem vitæ quæ est caro Jesu Christi filii Dei, qui posteriori tempore ex semine David & Abraham factus est: & potum Dei volo, sanguinem ipsius; quæ est caritas incorrupta, & perennis vita.

B

CAPUT VIII.

NOn amplius volo secundum homines vivere: hoc autem erit, si vos velitis. Velite autem, ut & vos acceptemini. Per paucas litteras deprecor vos: credite mihi. Jesus autem Christus vobis manifestabit hæc, quoniam vere dico; non mendax os, in quo Pater vere locutus est. Petite pro me, ut attingam. Non secundum carnem vobis scripsi, sed secundum C sententiam Dei. Si patiar, voluistis: si reprobus efficiar, odivistis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

ΟΥ'κ ἔτι θέλω κατὰ ἀνθρώπους ζῆν. τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν ὑμεῖς θελήσητε. Θελήσατε, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε. Δι' ὀλίγων γραμμάτων αἰτοῦμαι ὑμᾶς· πιστεύσατέ μοι. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὑμῖν ταῦτα φανερώσει, ὅτι ἀληθῶς λέγω· τὸ ἀψευδὲς στόμα, ἐν ᾧ ὁ πατὴρ ἐλάλησεν ἀληθῶς. Αἰτήσασθε περὶ ἐμοῦ, ἵνα ἐπιτύχω. Οὐ κατὰ σάρκα ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλὰ κατὰ γνώμην Θεοῦ. Ἐὰν πάθω, ἠθελήσατε· ἐὰν ἀποδοκιμασθῶ, ἐμισήσατε.

CAPUT VIII.

NOlo amplius secundum homines vivere: quod quidem futurum est, si vos volueritis. Id ergo vobis placeat, ut & vos placeatis. Brevibus litteris peto a vobis: credite mihi. Jesus Christus vobis hæc patefaciet, quod vere dico. Verax os est, in quo Pater vere locutus est. Pro me petite, ut consequar. Non secundum carnem, sed C secundum Dei mentem scripsi vobis. Si patiar, voluistis: sin rejiciar, odistis.

CAPUT IX.

MEmentote in oratione vestra ejus, quæ in Syria, Ecclesiæ; quæ pro me, pastore Deo utitur. Solus [2] ipse Jesus Christus vice Episcopi sit, & vestra caritas. Ego autem erubesco ex ipsis dici. Non enim sum dignus, exsistens extremus ipsorum, & abor- D tivum: sed misericordiam consecutus sum aliquis esse, si Deo fruar. Salutat vos meus spiritus, & caritas Ecclesiarum quæ receperunt me in nomine [3] Jesu Christi, ut non transeuntem. Etenim non advenientes mihi in via quæ secundum carnem, secundum civitatem me præcesserunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

ΜΝημονεύετε ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ἥτις ἀντὶ ἐμοῦ ποιμένι τῷ Θεῷ χρῆται. Μόνος αὐτὴν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπισκοπήσει, καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη. Ἐγὼ δὲ αἰσχύνομαι ἐξ αὐτῶν λέγεσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἄξιός D εἰμι, ὢν ἔσχατος αὐτῶν, καὶ ἔκτρωμα· ἀλλ' ἠλέημαί τις εἶναι, ἐὰν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ ἡ ἀγάπη τῶν ἐκκλησιῶν τῶν δεξαμένων με εἰς ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ, [4] οὐχ ὡς παροδεύοντα. Καὶ γὰρ αἱ μὴ προσήκουσαί μοι τῇ ὁδῷ τῇ κατὰ σάρκα, κατὰ πόλιν με προῆγον.

CAUPT IX.

MEmores estote in vestris precibus Ecclesiæ Syriæ, quæ mei loco Deo pastore utitur. Solus Jesus Christus illam vice Episcopi reget, atque vestra caritas. Ego autem erubesco ex eorum numero dici. Neque enim dignus sum, ut- D pote qui sim ultimus eorum & abortivus. Verum misericordiam consecutus sum, ut essem aliquis, si Deum consequar. Salutat vos meus spiritus, & caritas Ecclesiarum quæ me exceperunt in nomine Jesu Christi, non ut transeuntem. Etenim quæ nihil ad me pertinebant, via quæ secundum carnem est, me per civitates deduxerunt.

CAPUT X.

SCribo autem vobis hæc a E Smyrna per Ephesios dignebeatos. Est autem & simul mecum cum aliis multis & Crocus, desideratum mihi nomen. De advenientibus [5] mecum a Syria in Romam ad gloriam Dei, credo vos cognovisse; quibus & [6] manifestatis, prope me exsistentem. Omnes enim sunt digni Deo & vobis: quos decens est vos secundum omnia quietare. Scripsi autem vobis hæc, in ea quæ ante IX Kal. Sept. Valete in finem, in sustinentia Jesu Christi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

E ΓΡάφω δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης δι' Ἐφεσίων τῶν ἀξιομακαρίστων. Ἔστιν δὲ καὶ ἅμα ἐμοὶ σὺν ἄλλοις πολλοῖς Κρόκος, τὸ ποθητόν μοι ὄνομα. Περὶ τῶν προελθόντων με ἀπὸ Συρίας εἰς Ῥώμην εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ, πιστεύω ὑμᾶς ἐπεγνωκέναι, οἷς καὶ δηλώσατε, ἐγγύς με ὄντα. Πάντες γάρ εἰσιν ἄξιοι τοῦ Θεοῦ καὶ ὑμῶν· οὓς πρέπον ὑμῖν ἐστιν κατὰ πάντα ἀναπαῦσαι. Ἔγραψα δὲ ὑμῖν ταῦτα τῇ πρὸ ἐννέα Καλανδῶν Σεπτεμβρίων, τουτέστιν Αὐγούστου εἰκάδι τρίτῃ. Ἔρρωσθε εἰς τέλος, ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

CAPUT X.

E POrro hæc e Smyrna per Ephesios laude dignos scribo vobis. Mecum etiam est cum aliis multis Crocus, desideratum mihi nomen. De his qui me a Syria Romam usque ad Dei gloriam præcesserunt, credo vos cognovisse, quibus etiam significate me prope esse. Siquidem omnes Dei & vestrum digni sunt, quos in omnibus recreare vos decet. Hæc scripsi vobis ante diem IX Kalendas Septembris, hoc est, Augusti vigesima * tertia. Ualete in finem, in patientia Jesu Christi. Amen.

1 Non legebat in suo codice V. I. ἐν ὑστέρῳ.
2 Cot. *ipsi*.
3 *Domini*. Ita habet Cod. Caiensis.
4 Ὡς οὐκ.
5 *Mihi*, Codex Caiensis,
6 Lege, *manifestabitis*,

* In Gr. leg. τετάρτῃ, *quarta*. Heic enim videtur designari ipsa dies IX. Kalendarum Septembrium, id est, 24. Augusti: quum hæc verba, *ante diem IX. Kalend.* nihil aliud indicent, ut videre est apud Norisium in *Coenotaph. Pisanis* differt. II. pag. 345. & Toinardum in notis ad Lactantii lib. *de mort. persecut.* quos consule. RUINART.

FRAGMENTA,
SEU
SENTENTIÆ
SANCTI IGNATII,
Quæ in ejus Epiſtolis non exſtant.

I.

Apud Jo. CHRYSOSTOMUM *homil.* de Anathemate, *num.* 3.
Ex edit. BB. Pariſ. tom. I. *pag.* 693. C.

ΒΟύλεσθε μαθεῖν οἷά τις ἐφθέγξατο ἅγιός τις πρὸ ἡμῶν τῆς διαδοχῆς τῶν ἀποστόλων γενόμενος, ὃς καὶ μαρτυρίου ἠξίωτο; δεικνὺς τούτου τοῦ λόγου τὸ φορτικὸν, τοιούτῳ ἐχρήσατο ὑποδείγματι. Ὃν τρόπον ὁ περιθεὶς ἑαυτῷ ἁλουργίδα βασιλικὴν ἰδιώτης τυγχάνων, αὐτός τε καὶ οἱ αὐτῷ συνεργήσαντες, ὡς τύραννοι ἀναιροῦνται· οὕτως, ἔφη, οἱ τῇ δεσποτικῇ ἀποφάσει χρησάμενοι, καὶ ἀνάθεμα τῆς ἐκκλησίας ποιήσαντες ἄνθρωπον, εἰς παντελῆ ὄλεθρον ἀπάγουσιν ἑαυτοὺς, τὴν ἀξίαν τοῦ υἱοῦ ἀφαρπάζοντες.

VUltis diſcere, quid dixerit vir quidam ſanctus, qui ante nos & de ſucceſſione Apoſtolorum fuit, ac martyrio dignatus eſt? Ut hujus verbi moleſtiam indicaret, hoc uſus exemplo eſt: „ Quemadmodum ſi quis, privatus quum ſit, regiam purpuram induerit; tum ipſe, tum commilitones ejus, quaſi tyranni e medio tolluntur: ſic qui dominico utuntur decreto, & hominem Eccleſiæ anathema faciunt, in extremam ſe perniciem abducunt, dignitatem Filii uſurpantes.„

Vide ſis Epiſt. ad *Smyrn. Interpol.* cap. IX.

II.

Apud eumdem CHRYSOSTOMUM *homil.* XI. *in* Epiſt. ad Epheſ.
tom. XI. *pag.* 86. C.

Ἀνὴρ δέ τις ἅγιος εἶπέ τι, δοκοῦν εἶναι τολμηρὸν, πλὴν ἀλλ᾽ ὅμως ἐφθέγξατο. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύνασθαι ἐξαλείφειν τὴν ἁμαρτίαν.

Dixit autem ſanctus quiſpiam vir quiddam, quod magnam præ ſe fert audaciam; ſed tamen eſt elocutus. Quid hoc eſt autem? „ Ne quidem ſanguinem martyrii delere poſſe hoc peccatum„ [*ſchiſma.*]

III.

Ex JOANNIS ANTIOCHENI *Orat.* in donat. Monaſter. *&c.*
Apud COTELERIUM Monum. Eccl. Gr. *tom.* I. *pag.* 176.

Τῷ δὲ ἐκκλησίαν Θεοῦ σκανδαλίσαντι οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα, κατὰ τὸν Θεοφόρον Ἰγνάτιον, ἀρκεῖ εἰς συγχώρησιν.

Ei qui Eccleſiam Dei offenderit, neque martyrii ſanguis, juxta *Ignatium* Theophorum, ad veniam ſufficit.

IV.

Apud JOANNEM DAMASCENUM *in* Sacr. Parallel. Litt. α. Tit. XXI.
Ex edit. Pariſ. 1712. *tom.* II. *pag.* 358. D.

Τῷ Καίσαρι ὑποτάγητε, ἐν οἷς ἀκίνδυνος ἡ ὑποταγή.

Cæſari ſubjecti eſtote in iis rebus, in quibus ei parere periculo caret.

Εὐεργεσία τοῖς ὑποδεεστέροις, καὶ ἄρχειν ἑαυτῶν μὴ ἐπισταμένοις, τὸ δουλεύειν τοῖς κατ᾽ ἐπιστήμην ἄρχουσιν.

Inferioribus & iis qui ſibi ipſis imperare neſciunt, beneficii pars eſt, ut iis ſerviant qui recte & ſcite præſunt.

Adi, ſi placet, Epiſt. ad *Philadelph. interpol.* cap. IV.

V.

IBID. Litt. γ. Tit. XVII. *pag.* 777. B.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου.

Sancti IGNATII *Theophori.*

Μόνους ἄνδρας τοὺς ὁμοζύγους εἶναι νομιστέον ταῖς γυναιξὶν, οἷς καὶ ἑνώθησαν κατὰ γνώμην Θεοῦ.

Solos viros conjuges eſſe ſuos exiſtiment mulieres, quibus & unitæ ſunt ſecundum conſilium Dei.

VI.

IBID. Litt. π. Tit. x. *pag.* 642. C.

Ἰγνατίου.

Παρθενίας ζυγὸν μηδενὶ ἐπιτίθει. ἐπισφαλὲς γὰρ τὸ κτῆμα καὶ δυσφύλακτον, ὅταν κατ᾽ ἀνάγκην γίνηται.

Τοῖς νέοις ἐπίτρεπε γαμεῖν, πρὶν διαφθαρῶσιν εἰς ἑτέρας. (f. ἑταίρας.)

IGNATII.

Virginitatis jugum nemini impone. Periculosa quippe res eſt, & ſervatu difficilis, quando neceſſitate fit.

Junioribus ante nubere permitte, quam cum ſcortis corrumpantur.

Hæc *Meliſſa* perinde IGNATIO tribuit: nec aliunde accipi potuerunt quam ex alterutra Epiſtola ad *Polycarpum*, quum tamen in neutra occurrant. Sed nec in Epiſtola ad *Antiochenos*, ad quam pertinere feruntur in cod. Rupefucald. LE QUIEN. — Vide ſis Grabium in *Spicil.* tom. II. pag. 24. ubi eadem exhibentur nonnihil diverſa.

VII.

IBID. Litt. ε. Tit. XVII. *pag.* 515. B.

Τοῦ αὐτοῦ.

Χρὴ τὸν προεστῶτα ἀνεπίληπτον μελετᾷν, καὶ ἀσκεῖσθαι βίον, καὶ μηδὲν ἀνεπιτήδευτον ἔχειν τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ.

Ejuſdem.

Præſulem oportet ab omni reprehenſione alienum eſſe, & vitam exercitationibus excolere; nec ullius rei quæ Deo grata ſit, ſtudium prætermittere.

Apud Cl. LEQUIEN, ex cod. Rupeſ. hic locus dicitur Κυρίλλου, ἐκ τοῦ ιζ΄. βιβλίου τῶν κατὰ Ἰουλιανόν. Quod pridem monuerat GRABIUS l. c. pag. 25.



FRAGMENTA

EPISTOLARUM GENUINARUM

SANCTI IGNATII,

Ex Parallelis Damascenicis Rupefucaldinis potissimum descripta : Quibus quamplurimæ lectiones Ms. *Medicei* vel confirmantur, vel in primis emendantur.

JOANNES DAMASCENUS *in* Sacr. Parallel. Litt. ε. Tit. XLVII.
Ex edit. Parif. 1712. *tom.* II. *pag.* 779. B.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου, ἐκ τῆς πρὸς Σμυρναίους.

ΠΑ'ντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρὶ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς ἀποστόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε ὡς Θεοῦ ἐντολήν. μηδεὶς χωρὶς ἐπισκόπου τὶ πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων ἐν ἐκκλησίᾳ. βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω ἡ τοῦ ἐπισκόπου οὖσα, ἢ ᾧ ἐὰν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος· ὥσπερ ὅπου ἐὰν ᾖ Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς ἐπισκόπου, οὔτε βαπτίζειν, οὔτε ἀγάπας ποιεῖν, ἀλλ' ὃ ἐὰν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ Ἰησοῦ Χριστῷ εὐάρεστον, ἵνα ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν ὃ πράσσεται. εὔλογόν ἐστι λοιπὸν ἀνανῆψαι ἡμᾶς, ὡς καιρὸν ἔχομεν εἰς Θεὸν μετανοεῖν. καλῶς ἔχει Θεὸν καὶ ἐπίσκοπον εἰδέναι· ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον, ὑπὸ Θεοῦ τετίμηται· ὁ λάθρα ἐπισκόπου τὶ πράσσων, τῷ διαβόλῳ λατρεύει.

Sancti IGNATII *Theophori, ex Epistola ad* SMYRNENSES.

OMnes Episcopum sequimini ut Jesus Christus Patrem, & Presbyterium ut Apostolos : Diaconos autem ut Dei mandatum. Nemo sine Episcopo aliquid agat eorum quæ ad Ecclesiam spectant. Illa Eucharistia firma censeatur, quæ ab Episcopo fit, aut cui ipse permiserit. Ubi apparuerit Episcopus, illic multitudo sit : quemadmodum ubi est Jesus Christus, illic est Ecclesia catholica. Non licet sine Episcopo, neque baptizare, neque agapas facere; sed quod ille probaverit, hoc Jesu Christo complacitum est, ut tutum firmumque sit omne quod agitur. De cetero æquum est ut evigilemus, quando tempus habemus, ut nos Dei caussa pœniteat. Optimum est, Deum atque Episcopum nosse. Qui honorat Episcopum, a Deo honoratur : qui inscio Episcopo aliquid agit, hic diaboli cultor est. *Epist. ad* Smyrn. *capp.* VIII. & IX.

Ibidem pag. 514. eadem occurrunt in *Parallel. Vatic.* alicubi tamen diversa nonnihil a *Rupefucaldinis* heic descriptis.

IDEM *ibid.* Litt. α. Tit. II. *pag.* 747. C.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου.

Τέλειοι ὄντες, τέλεια φρονεῖτε. θέλουσι γὰρ ἡμῖν εὖ πράττειν, Θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρέχειν.

Sancti IGNATII.

Qui perfecti estis, perfecta sapite. Illis enim qui bene agere volunt, Deus ad dandum præsto est. *Ad* Smyrn. *cap.* XI.

Ibidem pag. 314. *Parallela Vatic.* exhibent tantum posterius membrum.

IDEM *ibid.* Litt. ε. Tit. XVII. *pag.* 515. A.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Πολύκαρπον Σμύρνης.

Πάντας βάσταζε, ὡς καί σε ὁ Κύριος. πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ· προσευχαῖς σχόλαζε ἀδιαλείπτοις. αἰτοῦ σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις. γρηγόρει, ἀκοίμητον ὄμμα κεκτημένος.

Ejusdem Epist. ad POLYCARPUM *Smyrn.*

Omnes supporta, quomodo & te Dominus. Omnes suffer in dilectione : orationibus assiduis vaca. Ampliorem quam habeas intelligentiam postula. Vigila, oculum non dormientem possidens. *Ad* Polycarp. *cap.* I.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πάντων τὰς νόσους βάσταζε, ὡς τέλειος ἀθλητής. ὅπου πλείων κόπος, πολὺ κέρδος. καλοὺς μαθητὰς ἐὰν φιλῇς, χάρις σοι οὐκ ἔσται· μᾶλλον τοὺς ἀπειθεστέρους ἐν πραότητι ὑπόταττε. οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. τοὺς παροξυσμοὺς ἐμβροχαῖς παῦε. διὰ τοῦτο σαρκικὸς εἶ καὶ πνευματικὸς, ἵνα τὰ φαινόμενά σοι εἰς πρόσωπον κολακεύῃς· τὰ δὲ ἀόρατα, αἴτει ἵνα σοι φανερωθῇ, ἵνα μηδενὸς λείπῃ.

Ejusdem.

Omnium ægritudines porta, veluti perfectus athleta. Ubi major fuerit labor, ibi & majus lucrum est. Bonos discipulos si diligas, non est tibi gratia: magis fac ut contumaciores in lenitate subjicias. Non omne vulnus eodem emplastro curatur. Acredines persusionibus seda. Propterea carne simul & spiritu constas, ut quæ conspectui tuo manifesta sunt, blande corrigas : quæ autem adspectum tuum fugiunt, pete ut tibi retegantur, ut in nullo deficias. *Ad* Polycarp. *capp.* I. & II.

IDEM *ibid.* Litt. υ. Tit. XVII. *pag.* 788. B.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου, ἐν τῇ πρὸς Πολύκαρπον ἐπιστολῇ.

Στῆθι ὡς ἄκμων τυπτόμενος. μεγάλου ἀθλη-

Sancti IGNATII, *ex Epistola ad* POLYCARPUM.

Sta velut incus quæ percutitur. Magni athletæ

τοῦ ἐστι δέρεσθαι καὶ νικᾷν. μάλιστα δὲ ἕνεκεν Θεοῦ, πάντα ἡμᾶς ὑπομένειν δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ.

est verberari & vincere. Maxime autem propter Deum omnia nos ſuſtinere oportet, ut & ipſe nos ſuſtineat. *Ad* Polycarp. *cap.* III.

IDEM *ibid.* Litt. δ. Tit. XXXIV. *pag.* 778. C.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου, ἐκ τῆς πρὸς Πολύκαρπον ἐπιστολῆς.

Οἱ δοῦλοι μὴ ἐράτωσαν ἀπὸ κοινοῦ ἐλευθεροῦσθαι, ἀλλ᾽ εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ τὸ πλεῖον δουλευέτωσαν, ἵνα κρείττονος ἐλευθερίας ὑπὸ Θεοῦ τύχωσιν.

Sancti IGNATII, *ex Epiſtola ad* POLYCARPUM.

Servi non deſiderent a communi liberi fieri; ſed ad gloriam Dei magis ſerviant, ut potiorem libertatem a Deo conſequantur. *Ad* Polycarp. *cap.* IV.

IDEM *ibid.* Litt. ε. Tit. XLII. *pag.* 779. D.

Ἐκ τῆς πρὸς Πολύκαρπον.

Τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὑμῖν ὁ Θεός. ἐγὼ ἀντίψυχον τῶν ὑποτασσομένων ἐπισκόπῳ, πρεσβυτερίῳ, διακόνοις· μετ᾽ αὐτῶν μοι τὸ μέρος γένοιτο ἐν Θεῷ.

Ex Epiſtola ad POLYCARPUM.

Epiſcopo attendite, ut & Deus vobis. Unanimis ego ſum cum iis qui ſubjecti ſunt Epiſcopo, Presbyterio, Diaconis: cum his pars mihi ſit in Deo. *Ad* Polycarp. *cap.* VI.

IDEM *ibid.* Litt. υ. Tit. XVII. *pag.* 788. B.

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

Μακροθυμεῖτε μετ᾽ ἀλλήλων ἐν πραΰτητι, ὡς ὁ Θεὸς μεθ᾽ ὑμῶν διὰ παντός.

Ex eadem.

Patienti animo invicem vos ferte cum manſuetudine, uti Deus vos ſemper. *Ad* Polycarp. *cap.* VI.

IDEM *ibid.* Litt. χ. Tit. IV. *pag.* 724. E.

Ἰγνατίου.

Χριστιανὸς ἑαυτοῦ ἐξουσίαν οὐκ ἔχει, ἀλλὰ τῷ Θεῷ σχολάζει.

IGNATII.

Chriſtianus ſui ipſius poteſtatem non habet, ſed Deo vacat. *Ad* Polycarp. *cap.* VII.

IDEM *ibid.* Litt. α. Tit. LXXVI. *pag.* 772. D.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου.

Μηδεὶς πλανάσθω. ἐὰν μή τις ᾖ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖται τοῦ ἄρτου τοῦ Θεοῦ. εἰ γὰρ ἑνὸς καὶ δευτέρου προσευχὴ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει, πόσῳ μᾶλλον ἥτε τοῦ ἐπισκόπου καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας; ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ, καὶ ἑαυτὸν διακρίνει. γέγραπται δέ· ὑπερηφάνοις ὁ Θεὸς ἀντιτάσσεται.

Ex Epiſtola ad EPHESIOS *ſancti* IGNATII *Deiferi.*

Nullus erret. Si quis non eſt intra altare, Dei pane privatur. Si enim unius & alterius oratio tantum virtutis habet, quanto magis Epiſcopi & omnis Eccleſiæ? Qui ergo ſimul non convenit, hic jam ſuperbus eſt, ac ſe ipſum dijudicat. Scriptum eſt enim: *Deus ſuperbis reſiſtit.* Ad *Epheſios*, cap. V.

IDEM *ibid.* Litt. ε. Tit. XLVIII. *pag.* 779. D.

Πρὸς Ἐφεσίους.

Σπουδάσωμεν μὴ ἀντιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν Θεῷ ὑποτασσόμενοι. καὶ ὅσον βλέπει τις σιγῶντα ἐπίσκοπον, πλέον αὐτὸν φοβείσθω. πάντα γὰρ ὃν πέμπει ὁ οἰκοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως δεῖ ἡμᾶς δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμποντα. τὸν γοῦν ἐπίσκοπον, ὡς αὐτὸν τὸν Κύριον δεῖ προσβλέπειν.

Ad EPHESIOS.

Operam ponamus, ut non Epiſcopo reſiſtamus, ut ſimus Deo ſubiecti. Et quo magis Epiſcopum tacentem quis videt, eo plus ipſum timeat. Omnem enim quem paterfamilias ad ſuam diſpenſationem mittit, ſic nos oportet recipere velut ipſum a quo mittitur. Epiſcopus itaque aſpici debet uti Dominus ipſe. *Ad* Epheſ. *capp.* V. *&* VI.

Hic locus nonnullis demtis, aliiſque leviter immutatis, occurrit ibidem, pag. 750. D.

IDEM *ibid.* Litt. α. Tit. LXXVI. *pag.* 772. C.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου τοῦ Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου.

Τοὺς μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν. Εἰώθασί τινες δόλῳ πονηρῷ τὸ ὄνομα Χριστοῦ περιφέρειν, ἄλλα τινὰ πράσσοντες ἀνάξια Θεοῦ, οὓς δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν. εἰσὶ γὰρ κύνες λυσσῶντες λαθροδῆκται· οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι, ὄντας δυσθεραπεύτους.

Ex ſancti IGNATII *Deiferi Epiſtola ad* EPHESIOS.

Fugite diviſiones, uti malorum initia. Solent aliqui malo dolo Chriſti nomen circumferre, alia quædam indigna Deo factitantes: a quibus vos oportet tamquam a feris declinare. Sunt enim rabioſi canes clam mordentes: a quibus vos debetis cavere, ceu qui difficile manſueſcant. *Ad* Epheſ. *cap.* VII.

Ad hunc locum Cl. Lequien adnotat minus recte, verba iſta, τοὺς μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν, neque in ſinceris, neque in interpolatis Ignatii Epiſtolis legi. Exſtant enim in fine *Cap.* VII. *Epiſt. ad Smyrnæos*, ut jampridem monuit doctiſſimus Cotelerius ad *Cap.* VII. *Epiſt. ad Epheſios*,

ad quod pertinent reliqua iis subjecta : licet omnia isthæc velut ex Epistola ad Ephesios descripta nobis obtrudere Auctori *Parallelorum* placuerit.

IDEM *ibid.* Litt. σ. Tit. XI. *pag.* 687. A.

Οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράσσειν οὐ δύνανται, ἔτι οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά.

Carnales spiritualia operari non possunt, neque spirituales carnalia. *Ad* Ephes. *cap.* VIII.

IDEM *ibid.* Litt. π. Tit. XXV. *pag.* 785. C.

Ἡ πίστις ἡμῶν, ἀναγωγεὺς ἡμῶν· ἡ δὲ ἀγάπη, ὁδὸς ἡ ἄνω φέρουσα πρὸς Θεόν.

Fides autem nostra, dux noster est: caritas autem, via nos sursum ad Deum provehens. *Ad* Ephes. *cap.* IX.

IDEM *ibid.* Litt. δ. Tit. XII. *pag.* 777. E.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου, ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς.

Ἔσχατοι καιροὶ, ἀδελφοί. λοιπὸν αἰσχυνθῶμεν· φοβηθῶμεν τὴν μακροθυμίαν τοῦ Θεοῦ, μὴ εἰς κρίμα ἡμῖν γένηται. ἢ γὰρ τὴν μέλλουσαν ὀργὴν φοβηθῶμεν, ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν ἐν τῷ νῦν βίῳ, μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὑρεθῶμεν.

Sancti IGNATII *Theophori*, *ex Epistola ad* EPHESIOS.

Novissima tempora sunt, fratres. Ceterum pudeat nos ac vereamur patientiam Dei, ne in judicium nobis convertatur. Vel enim futuram iram timeamus, vel præsentem gratiam diligamus, modo saltem in Christo Jesu reperiamur. *Ad* Ephes. *cap.* XI.

IDEM *ibid.* Tit. XXX. *pag.* 778. B.

Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου, πρὸς Ἐφεσίους.

Ὅταν πυκνῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιροῦνται δυνάμεις τοῦ σατανᾶ. λύεται ὄλεθρος αὐτοῦ ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν τῆς πίστεως.

IGNATII *Theophori ad* EPHESIOS.

Quando crebro convenitis, virtutes satanæ destruuntur. Deletur interitus ejus per concordiam fidei vestræ. *Ad* Ephes. *cap.* XIII.

IDEM *ibid.* Litt. β. Tit. I. pag. 775. A.

Τοῦ ἁγίου Ἰγνατίου ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς.

Οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ᾗ πᾶς πόλεμος καταργεῖται.

S. IGNATII, *ex Epistola ad* EPHESIOS.

Nihil pace præstantius, in qua bellum omne extinguitur. *Ad* Ephes. *cap.* XIII.

Exstat hoc dictum & in *Parallelis Vatic.* ibid. pag. 354. C. ubi minus recte notatum, illud ex *Epist. ad Ephesios interpolata* desumtum.

IDEM *ibid.* Litt. π. Tit. XXV. pag. 785. B.

Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου, ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους αὐτοῦ ἐπιστολῆς.

Οὐδὲν λανθάνει ὑμᾶς, ἐὰν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἔχητε τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην, ἥ τις ἐστὶν ἀρχὴ ζωῆς καὶ τέλος. ἀρχὴ μὲν ἡ πίστις· τέλος δὲ ἡ ἀγάπη. τὰ δὲ δύο ἐν ἑνότητι γενόμενα, Θεός ἐστι. τὰ δὲ ἄλλα πάντα εἰς καλοκαγαθίαν ἀκόλουθά εἰσιν. οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελλόμενος ἔχειν, ἁμαρτάνει. οὐδεὶς ἀγάπην κεκτημένος, μισεῖ. φανερὸν τὸ δένδρον ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ. οὕτως οἱ ἐπαγγελλόμενοι Χριστοῦ εἶναι, δι' ὧν πράσσουσιν ὀφθήσονται. οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας τὸ ἔργον, ἀλλὰ δυνάμει πίστεως, ἐάν τις εὑρεθῇ εἰς τέλος.

Sacrosancti martyris IGNATII *Theophori*, *ex Epistola ad* EPHESIOS.

Nihil vos latet, si in Christum Jesum fidem & dilectionem habeatis, quæ sunt vitæ principium & finis. Ac fides quidem principium est: finis vero caritas. Hæc autem duo in unitate conjuncta, Deus est: cetera vero omnia ad eximiam bonitatem consectaria sunt. Nemo fidem habere promittens, peccat. Nemo dilectionem possidens, odit. Manifesta est arbor a fructu suo. Sic qui promittunt se Christi futuros, ex his quæ agunt, videbuntur. Non enim nunc est repromissionis opus, sed in virtute fidei, si quis inveniatur in finem. *Ad* Ephes. *cap.* XIII.

IDEM *ibid.* Litt. α. Tit. LXXVI. *pag.* 772. D.

Ἐκ τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς.

Μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου· οἰκοφθόροι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. εἰ οὖν οἱ κατὰ σάρκα ταῦτα πάσχοντες ἀπέθνησκον, πόσῳ μᾶλλον ἐὰν πίστιν ἐν κακοδιδασκαλίᾳ φθερεῖ, [leg. φθείρῃ] ὑπὲρ ἧς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη; ὅτι οὗτος ῥυπαρὸς γενόμενος, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον χωρήσει, ὁμοίως καὶ ὁ ἀκούων αὐτοῦ.

Ex Epistola ad EPHESIOS.

Nolite errare, fratres mei: corruptores domorum regnum Dei non possidebunt. Si ergo qui hæc secundum carnem patiuntur, mortui sunt; quanto magis si fidem aliena doctrina labefactet, propter quam Jesus Christus crucifixus est? Quoniam hic contracta sorde, in ignem inextinctum abibit, quemadmodum & qui ipsum auscultat. *Ad* Ephes. *cap.* XVI.

IDEM *ibid.* Litt. ε. Tit. XLVIII. *pagg.* 779. E. 780. A.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Μαγνησίους.

Εἰς τιμὴν Θεοῦ τοῦ θελήσαντος ἡμᾶς, πρέπον ἐστὶν ὑπακούειν τῷ ἐπισκόπῳ κατὰ μηδεμίαν ὑπόκρισιν.

Ejusdem ad MAGNESIOS.

In honorem Dei qui nos vult, decens est nos Episcopo sine simulatione obedire. Quia nequa-

ἐπεὶ οὐχὶ τὸν ἐπίσκοπον τοῦτον τὸν βλεπόμενον πλανᾷ τις, ἀλλὰ τὸν ἀόρατον παραλογίζεται Θεόν. τῷ δὲ τοιούτῳ, οὐ πρὸς σάρκα ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν τὸν τὰ κρυπτὰ εἰδότα. πρέπον οὖν ἐστι, μὴ μόνον καλεῖσθαι χριστιανούς, ἀλλὰ καὶ εἶναι· ὥσπερ καί τινες ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν, χωρὶς δὲ αὐτοῦ πάντα πράσσουσιν. οἱ τοιοῦτοι οὐκ εὐσυνείδητοί μοι φαίνονται, διὰ τὸ μὴ βεβαίως κατ' ἐντολὴν συναθροίζεσθαι.

quam Episcopum hunc qui oculis videtur, seducit quispiam, sed invisibilem Deum fallere putat. Tali autem viro, non ad carnem sermo est, sed ad Deum qui occulta cernit. Quocirca consentaneum est, ut non solum Christiani vocemur, verum etiam simus: quo nempe modo aliqui Episcopum quidem vocant, cuncta vero sine ipso peragunt. Tales autem mihi bonæ conscientiæ non esse videntur, quia non firmiter secundum mandatum congregantur. *Ad* Magnes. *capp.* III. & IV.

IDEM *ibid.* Cap. περὶ φιλαδελφίας.

Πάντες ὁμοήθειαν Θεοῦ λαβόντες, ἀλλήλους ἐντρέπεσθε, καὶ μηδεὶς κατὰ σάρκα βλεπέτω τὸν πλησίον, ἀλλ' ἐν Χριστῷ ἀλλήλους διαπαντὸς ἀγαπᾶτε.

Omnes acceptis iisdem divinis moribus, vos mutuo revereamini; & nemo secundum carnem spectet proximum, sed in Christo vos invicem semper diligite. *Ad* Magnes. *cap.* VI.

Hæc recitat COTELERIUS in notis ad hunc locum, ex *Parallelis Rupefucaldinis*, tunc adhuc ineditis, descripta: quæ tamen omisit in præclara sua editione Cl. LEQUIEN.

IDEM *ibid.* Litt. ε. Tit. XLVIII. *pag.* 780. A.

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

Μηδὲν ἔστω ἐν ὑμῖν ὃ δυνήσεται ὑμᾶς μερίσαι, ἀλλ' ἐνώθητε τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς προκαθημένοις, εἰς τύπον καὶ διδαχὴν ἀφθαρσίας. ὥσπερ οὖν ὁ Κύριος ἡμῶν ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ἐποίησεν, οὔτε δι' ἑαυτοῦ, οὔτε διὰ τῶν ἀποστόλων, οὕτως μηδὲ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσετε, μηδὲ πειράσητε εὔλογόν τι φαίνεσθαι ἰδίᾳ ὑμῖν.

Ex eadem.

Nihil sit in vobis quod vos disjungere queat, sed copulamini cum Episcopo & iis qui præsident, secundum normam & doctrinam incorruptionis. Quemadmodum igitur Dominus noster nihil sine Patre gessit, neque per seipsum, neque per Apostolos; sic neque vos sine Episcopo & Presbyteris quidquam agatis; neque tentetis quidpiam quod vobis seorsim æquum appareat. *Ad* Magnes. *capp.* VI. & VII.

IDEM *ibid.* Litt. π. Tit. XXV. *pag.* 785. C.

Ἐκ τῆς πρὸς Μαγνησίους τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολῆς.

Μάθωμεν κατὰ Χριστιανισμὸν ζῆν. ὃ τις γὰρ ἄλλῳ ὀνόματι καλεῖται πλεῖον τούτου, οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ.

Ex Epistola ejusdem ad MAGNESIOS.

Discamus secundum Christianismum vivere. Qui enim alio ultra nomine vocatur, non est Dei. *Ad* Magnes. *cap.* X.

IDEM *ibid.* Litt. ε. Tit. XLVIII. *pag.* 780. B.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τέκνα φωτὸς ἀληθείας, φεύγετε τὸν μερισμὸν, καὶ τὰς κακοδιδασκαλίας. ὅπου δὲ ὁ ποιμήν ἐστι, ἐκεῖ ὡς πρόβατα ἀκολουθεῖτε.

Ejusdem.

Filii lucis veritatis, fugite divisionem & malas doctrinas. Ubi autem est pastor, illuc tamquam oves sequimini. *Ad* Philadelph. *cap.* II.

IDEM *ibid.* Litt. α. Tit. LXXVI. *pag.* 773. A.

Ἐκ τῆς πρὸς Φιλαδελφίους ἐπιστολῆς.

Ἀπέχεσθε τῶν κακῶν βοτανῶν, ὧν Χριστὸς Ἰησοῦς οὐ γεωργεῖ, διὰ τὸ μὴ εἶναι αὐτοὺς φυτείαν τοῦ πατρός. μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου· εἴ τις σχίζοντι ἀκολουθεῖ, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομεῖ.

Ex Epistola ad PHILADELPHIENSES.

A malis herbis abstinete, quas Jesus Christus non colit, propterea quod non ipsi sunt plantatio Patris. Ne erretis, fratres mei: si quis eum qui scissionem facit sequitur, regnum Dei hereditate non possidebit. *Ad* Philadelph. *cap.* III.

IDEM *ibid.* Litt. ε. Tit. XLVIII. *pag.* 780. B. C.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μάρτυς μου ἐν ᾧ δέδεμαι, ὅτι ἀπὸ σαρκὸς ἀνθρωπίνης οὐκ ἔγνων. τὸ δὲ πνεῦμα ἐκήρυσσε τάδε· χωρὶς ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε· τὴν σάρκα ὑμῶν ὡς ναὸν Θεοῦ τηρεῖτε· τὴν ἕνωσιν ἀγαπᾶτε· τοὺς μερισμοὺς φεύγετε· μιμηταὶ γίνεσθε Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς αὐτὸς τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ.

Ejusdem

Testis autem mihi est, in quo vinctus sum, quoniam a carne humana non cognovi. Spiritus vero hæc prædicavit: Sine Episcopo nihil faciatis: carnem vestram tamquam Dei templum custodite: unionem diligite: scissiones fugite: imitatores estote Jesu Christi, velut & ipse Patris. *Ad* Philadelph. *cap.* VII.

IDEM *ibid.* B.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὅταν τῷ ἐπισκόπῳ ὑποτάσσεσθε, φαίνεσθέ μοι,

Ejusdem.

Quando subjecti estis Episcopo, mihi videmini,

ἐ κατὰ ἄνθρωπον ζῶντες, ἀλλὰ κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν δι' ἡμᾶς ἀποθανόντα.

non secundum hominem viventes, sed secundum Jesum Christum qui nostri caussa mortuus est. *Ad* Trall. *cap.* II.

IDEM *ibid.* Litt. α. Tit. LXXVI. *pag.* 772. E.

Ἐκ τῆς πρὸς Τραλλαεῖς ἐπιστολῆς.

Παρακαλῶ ὑμᾶς, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μόνῃ τῇ Χριστιανικῇ τροφῇ χρῆσθαι, ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης ἀπέχεσθαι, ἥ τις ἐστὶν αἵρεσις. καὶ παρεμπλέκουσιν Ἰησοῦν Χριστὸν (leg. cum Interpol. καὶ παρ. τὸν ἰὸν) καταξιοπιστευόμενοι, ὥσπερ θανάσιμον φάρμακον διδόντες μετ' οἰνομέλιτος, ὅπερ ὁ ἀγνοῶν, ἡδέως λαμβάνει, ἐν ἡδονῇ κακῇ τὸ ἀποθανεῖν. Φυλάσσεσθε οὖν τοὺς τοιούτους.

Ex Epistola ad TRALLENSES.

Hortor vos, non ego, sed gratia Domini nostri Jesu Christi, solo Christianorum cibo uti: ab extranea vero herba abstinere, quæ est hæresis. Et venenum perperam implicant, quum juxta atque digni sunt, fidem habeant; utpote qui mortiferum pharmacum una cum mulso præbeant; quod qui nesciat, lubenter accipit, ut in delectatione mala moriatur. Observemini igitur a talibus. *Ad* Trall. *cap.* VI.

IDEM *ibid.* Litt. υ. Tit. IX. *pag.* 702. E.

Ἰγνατίου.

Μηδεὶς ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίον ἐχέτω τι, μὴ ἀφορμὰς δίδοτε τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα μὴ δι' ὀλίγους ἄφρονας τὸ ἔνθεον πλῆθος βλασφημῆται.

IGNATII.

Nemo vestrum adversus proximum quidquam habeat, ne occasionem Gentibus detis: ne paucorum stultorum culpa fiat, ut multitudo divina virtute prædita maledictis impetatur. *Ad* Trall. *cap.* VIII.


IDEM *ibid.* Litt. α. Tit. LXXVI. *pag.* 772. E.

Ἐκ τῆς αὐτῆς.

Φεύγετε τὰς κακὰς παραφυάδας, τὰς γεννώσας καρπὸν θανατηφόρον, οὗ ἐὰν γεύσεταί τις, παραυτίκα ἀποθνήσκει. οὗτοι γὰρ οὐκ εἰσὶ φυτεία τοῦ πνεύματος.

Ex eadem.

Fugite malas propagines, quæ mortiferum fructum generant; quem si gustet aliquis, statim moritur. Isti enim non sunt plantatio Spiritus. *Ad* Trall. *cap.* XI.



Sæcul. II. circa Ann. Chr. 116.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΟΡΟΥ.

MARTYRIUM
SANCTI ET SACRI MARTYRIS
IGNATII THEOPHORI.

Vetus Interpres.

CAPUT I.

NUper recipiente principatum Romanorum Trajano, Apoſtoli & Evangeliſtæ Joannis diſcipulus Ignatius, vir in omnibus apoſtolicus, gubernabat Eccleſiam Antiochenorum. Qui quondam procellas vix mitigans multarum ſub Domitiano perſecutionum, quemadmodum gubernator bonus, gubernaculo orationis & jejunii, continuitate doctrinæ, robore ſpirituali, fluctuationi [1] adverſantis ſe oppoſuit potentiæ: timens, ne aliquem eorum qui puſillanimes & magis ſimplices, proſterneret. Igitur lætabatur quidem de Eccleſiæ inconcuſſione, quieſcente ad paucum perſecutione: dubitavit autem ſecundum ſeipſum, quod nondum vere in Chriſtum caritatem attigerat, neque perfectum diſcipuli ordinem. Cogitavit enim eam quæ per Martyrium confeſſionem plus ipſum adducere ad familiaritatem Domini. Unde annis paucis adhuc permanens Eccleſiæ, &, ad lucernæ modum divinæ, cujuſque illuminans cor per Scripturarum enarrationem, ſortitus eſt iis, quæ ſecundum votum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

ΑΡτι διαδεξαμένου τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν Τραϊανοῦ, Ἰγνάτιος ὁ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθητὴς, ἀνὴρ ἦν τοῖς πᾶσιν ἀποστολικὸς, καὶ ἐκυβέρνα τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἐπιμελῶς, τοὺς πάλαι χειμῶνας μόλις παραγαγὼν τῶν πολλῶν ἐπὶ Δομετιανοῦ διωγμῶν, καθάπερ κυβερνήτης ἀγαθὸς τῷ οἴακι τῆς προσευχῆς καὶ τῆς νηστείας, [καὶ] τῇ συνεχείᾳ τῆς διδασκαλίας, τῷ τόνῳ τῷ πνευματικῷ, πρὸς τὴν ζάλην τὴν ἀντικειμένην ἀντεῖχεν· δεδοικὼς, μή τινα τῶν ὀλιγοψύχων ἢ ἀκεραιοτέρων ἀποβάλῃ. Τοιγαροῦν ηὐφραίνετο μὲν ἐπὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας ἀσαλεύτῳ, λωφήσαντος πρὸς ὀλίγον τοῦ διωγμοῦ· ἤσχαλλεν δὲ καθ' ἑαυτὸν, ὡς μήπω τῆς ὄντως εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἐφαψάμενος, μηδὲ τῆς τελείας τοῦ μαθητοῦ τάξεως. Ἐνενόει γὰρ τὴν διὰ μαρτυρίου γινομένην ὁμολογίαν πλεῖον αὐτὸν προσοικειοῦσθαι τῷ Κυρίῳ. Ὅθεν ἔτεσιν ὀλίγοις ἔτι παραμένων τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ λύχνου δίκην θείου τὴν ἑκάστου φωτίζων διάνοιαν διὰ τῆς τῶν [θείων] γραφῶν ἐξηγήσεως, ἐπετύγχανεν τῶν κατ' εὐχήν.

Versio Th. Ruinarti.

CAPUT I.

QUum nuper Romanorum imperium excepiſſet Trajanus, Ignatius Apoſtoli Joannis diſcipulus, vir erat in omnibus apoſtolicus, ſummaque cura Antiochenam Eccleſiam gubernabat: qui quum præteritas multarum Domitiani perſecutionum procellas vix tranſiiſſet, tamquam gubernator bonus, clavo orationis & jejunii, contentione ſpiritus, adverſanti tempeſtati reſtitit, veritus, ne quem puſilli animi & ſimpliciorem illa dejiceret. Itaque delectabatur quidem Eccleſiæ tranquillitate, quieſcente ad breve tempus perſecutione; animo tamen perturbabatur, quod nondum veram erga Deum caritatem, neque perfectum diſcipuli ordinem eſſet aſſecutus. Siquidem ſecum cogitabat, confeſſionem quæ fit per martyrium, ipſum Domino poſſe proximiorem reddere. Unde paucis annis in Eccleſia adhuc permanens, & divinæ inſtar lucernæ ſingulorum mentes ſacrarum Scripturarum expoſitione illuminans, ea quæ optabat, tandem conſecutus eſt.

CAPUT II.

TRajano enim, poſt [2] quartum annum imperii ſui, elato de victoria illa quæ adverſus Scythas & [3] Thraces & alteras multas & diverſas gentes; & exiſtimante adhuc deficere ipſi ad omnem ſubjectionem Chriſtianorum Deum venerantem congregationem, [4] niſi dæmoniacam cogeret culturam cum omnibus ſubintrare gentibus: perſecutionem comminans, omnes ipſos Dei cultores exſiſtentes vel ſacrificare vel mori cogebat. Tunc igitur timens pro Antiochenorum Eccleſia virilis Chriſti miles, voluntarie ductus eſt ad Trajanum; agentem quidem ſe-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

ΤΡαϊανοῦ γὰρ μετὰ ταῦτα ἐννάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐπαρθέντος ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ κατὰ Σκυθῶν καὶ Δακῶν καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐθνῶν, καὶ νομίσαντος ἔτι λείπειν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν ὑποταγὴν τὸ τῶν Χριστιανῶν θεοσεβὲς σύστημα, καὶ εἰ μὴ τὴν τῶν δαιμόνων ἕλοιτο λατρείαν μετὰ πάντων ὑπεισιέναι τῶν ἐθνῶν, διωγμὸν ὑπομένειν ἀπειλήσαντος, [ὁ φόβος] πάντας τοὺς εὐσεβῶς ζῶντας ἢ θύειν ἢ τελευτᾷν κατηνάγκαζεν. Τότε τοίνυν φοβηθεὶς ὑπὲρ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, ἑκουσίως ἤγετο πρὸς Τραϊανὸν, διάγοντα μὲν

CAPUT II.

NAmque poſthæc Trajano, nono ſui imperii anno, inſoleſcente ob victoriam, quam adverſus Scythas & Dacos & alias multas gentes reportaverat, & exiſtimante ad univerſam ſubjectionem ſibi adhuc deeſſe religioſum Chriſtianorum cœtum, atque comminante, niſi dæmonum cultum cum omnibus gentibus amplecterentur, perſecutionem paſſuros; timor omnes pie viventes vel ſacrificare vel mori cogebat. Tunc igitur pro Antiochena Eccleſia pertimeſcens generoſus Chriſti miles, ſponte ductus eſt ad Trajanum, qui tunc

1 Lege *adverſanti*. Ad verbum, *tempeſtati adverſanti ſe oppoſuit*, ſive *reſtitit*.
2 Repone *nonum*.
3 Dacos.
4 *Ut* MSS.

VETUS INTERPRES.

cundum illud tempus apud Antiochiam, festinantem autem ad Armeniam & Parthos. Ut autem coram facie stetit Imperatoris Trajani, Trajanus dixit: Quis [1] est cacodæmon, nostras festinans præceptiones transcendere; cum & alteros persuadere, ut perdantur male? Ignatius dixit: Nullus Theophorum vocat cacodæmonem: recesserunt enim longe à servis Dei dæmonia. Si autem quoniam iis gravis sum, malum me adversus dæmones vocas; confiteor. Christum enim habens supercælestem Regem, dissolvo horum insidias. Trajanus dixit: Et quis est Theophorus? Ignatius respondit: Qui Christum habet in pectore. Trajanus dixit: Nos igitur tibi videmur non habere secundum intellectum deos, quibus utimur compugnatoribus adversus adversarios? Ignatius dixit: Dæmonia gentium deos appellas errans. Unus enim est Deus, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in ipsis: & unus Christus Jesus, filius ipsius unigenitus, cujus amicitia fruar. Trajanus dixit: Crucifixum dicis sub Pontio Pilato? Ignatius dixit: Crucifigentem peccatum, cum ipsius inventore; & omnem condemnantem dæmoniacam malitiam sub pedibus eorum qui ipsum in corde ferunt. Trajanus dixit: Tu igitur in teipso Christum circumfers? Ignatius dixit: Etiam. Scriptum est enim: *Inhabitabo in ipsis & inambulabo.* Trajanus sententiavit: Ignatium præcipimus, in seipso dicentem circumferre Crucifixum, vinctum a militibus duci in magnam Romam; cibum bestiarum, in spectaculum plebis, futurum. Hanc audiens sanctus martyr sententiam, cum gaudio exclamavit: Gratias ago tibi, Domine, quia me perfecta ad te caritate honorare dignatus es, cum Apostolo tuo Paulo vinculis collocari ferreis. Hæc dicens, & cum gaudio circumponens vincula, oransque prius pro Ecclesia, & hanc cum lacrymis commendans Domino; velut aries insignis boni gregis dux, a bestiali militari duritia raptus est, bestiis cruda vorantibus ad Romam ad cibum adducendus.

κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, σπουδάζοντα δὲ ἐπὶ Ἀρμενίαν καὶ Πάρθους. Ὡς δὲ κατὰ πρόσωπον ἔστη Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως· τίς εἶ, κακοδαῖμον, τὰς ἡμετέρας σπουδάζων διατάξεις ὑπερβαίνειν, μετὰ [2] τὸ καὶ ἑτέρους ἀναπείθειν, ἵνα κακῶς ἀπολοῦνται; Ἰγνάτιος εἶπεν· οὐδεὶς Θεοφόρον ἀποκαλεῖ κακοδαίμονα· ἀφεστήκασι γὰρ ἀπὸ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τὰ δαιμόνια. Εἰ δὲ ὅτι τούτοις ἐπαχθής εἰμι, [3] [καὶ] κακόν με πρὸς τοὺς δαίμονας ἀποκαλεῖς, συνομολογῶ· Χριστὸν γὰρ ἔχων ἐπουράνιον βασιλέα, τὰς τούτων καταλύω ἐπιβουλάς. Τραϊανὸς εἶπεν· καὶ τίς ἐστιν Θεοφόρος; Ἰγνάτιος ἀπεκρίνατο· ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν στέρνοις. Τραϊανὸς εἶπεν· ἡμεῖς οὖν σοι δοκοῦμεν κατὰ νοῦν μὴ ἔχειν θεοὺς, οἷς καὶ χρώμεθα συμμάχοις πρὸς τοὺς πολεμίους; Ἰγνάτιος εἶπεν· τὰ δαιμόνια τῶν ἐθνῶν θεοὺς προσαγορεύεις πλανώμενος. Εἷς γάρ ἐστιν Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· καὶ εἷς Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ υἱὸς [4] τοῦ Θεοῦ ὁ μονογενὴς, οὗ τῆς βασιλείας ὀναίμην. Τραϊανὸς εἶπεν· τὸν σταυρωθέντα λέγεις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου; Ἰγνάτιος εἶπεν· τὸν ἀνασταυρώσαντα τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν μετὰ τοῦ ταύτης εὑρετοῦ, καὶ πᾶσαν καταδικάσαντα δαιμονικὴν πλάνην καὶ κακίαν ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν αὐτὸν ἐν καρδίᾳ φορούντων. Τραϊανὸς εἶπεν· σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ φέρεις [5] τὸν σταυρωθέντα; Ἰγνάτιος εἶπεν· ναί. Γέγραπται γάρ· ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. Τραϊανὸς ἀπεφήνατο· Ἰγνάτιον προσετάξαμεν, τὸν ἐν ἑαυτῷ λέγοντα περιφέρειν τὸν ἐσταυρωμένον, δέσμιον ὑπὸ στρατιωτῶν γενόμενον ἄγεσθαι παρὰ τὴν μεγάλην Ῥώμην, βρῶμα γενησόμενον θηρίων εἰς τέρψιν τοῦ δήμου. Ταύτης ὁ ἅγιος μάρτυς ἐπακούσας τῆς ἀποφάσεως, μετὰ χαρᾶς ἐβόησεν· εὐχαριστῶ σοι, δέσποτα, ὅτι με τελείᾳ τῇ πρός σε ἀγάπῃ τιμῆσαι κατηξίωσας, τῷ ἀποστόλῳ σου Παύλῳ δεσμοῖς συνδήσας σιδηροῖς. Ταῦτα εἰπὼν, καὶ μετ' εὐφροσύνης περιθέμενος τὰ δεσμὰ, ἐπευξάμενος πρότερον τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ταύτην παραθέμενος μετὰ δακρύων τῷ Κυρίῳ, ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος, ἀγέλης καλῆς ἡγούμενος, ὑπὸ θηριώδους στρατιωτικῆς δεινότητος συνηρπάζετο, θηρίοις αἱμοβόροις ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπαχθησόμενος πρὸς βοράν.

VERSIO TH. RUINARTI.

temporis circum Antiochiam agebat, atque in Armeniam & ad Parthos properabat. Ut vero in conspectu Trajani Imperatoris adstitit: Quis es, inquit, o cacodæmon, qui nostra mandata transgredi eniteris? Quin etiam aliis, ut idem agant, suades, quo nempe misere pereant. Ignatius dixit: Nemo Theophorum cacodæmonem appellat: abscedunt enim dæmones a servis Dei. Si vero quod gravis illis sum, & me malum adversus dæmones appellas: illud tecum fateor. Christum enim qui cælestis Rex est, habens, illorum insidias dissolvo. Trajanus dixit: Et quis est Theophorus? Ignatius respondit: Qui Christum habet in pectore. Trajanus dixit: An igitur tibi videmur deos in mente non habere, quibus etiam propugnatoribus adversus hostes utimur? Ignatius dixit: Gentium dæmones, deos errans appellas. Unus enim est Deus, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in ipsis continentur: atque unus est Christus Jesus, filius Dei unigenitus, cujus regno utinam potiar. Trajanus dixit: Illum dicis, qui sub Pontio Pilato crucifixus est? Ignatius dixit: Illum dico, qui meum peccatum cum suo inventore crucifixit, omnemque dæmonicum errorem & malitiam illorum pedibus sua sententia subjecit, qui ipsum in corde gerunt. Trajanus dixit: Tu ergo in teipso Crucifixum geris? Ignatius dixit: Etiam. Scriptum est enim: [a] *Inhabitabo in ipsis & inambulabo.* Trajanus sententiam pronuntiavit: Ignatium qui in seipso Crucifixum ferre dicit, præcipimus vinctum a militibus duci in magnam Romam, cibum bestiarum ad populi delectationem futurum. Qua sententia audita, sanctus martyr cum gaudio exclamavit: Tibi gratias ago, Domine, quia me perfecta erga te caritate honorare dignatus es, qui me cum Apostolo tuo Paullo ferreis vinculis vinciri permittis. His dictis, vinculisque cum gaudio acceptis, postquam pro Ecclesia orasset, ac eam cum lacrymis Domino commendasset, velut insignis aries dux præclari gregis a ferocibus & sævis militibus raptus est, feris sanguivoris in cibum Romam adducendus.

CAPUT III.

Cum multa igitur promtitudine & gaudio, ex desiderio passionis, descendens ab Antiochia in Seleuciam, [6] illinc ha-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Μετὰ πολλῆς τοίνυν προθυμίας καὶ χαρᾶς, ἐπιθυμίᾳ τοῦ πάθους, κατελθὼν ἀπὸ Ἀντιοχείας εἰς τὴν Σελεύκειαν, ἐκεῖθεν

CAPUT III.


Itaque cum magna alacritate & gaudio, patiendi ardore Antiochia Seleuciam descendit. Inde navem conscendit, multum-

a Lev. xxv. 11. 12. & II. Cor. vi. 16.

1 Lege εἶ. 2 Τοῦ. 3 Παρέλκει.
4 Αὐτοῦ V.I.

5 Χριστόν. Ita enim legebant ambo Interpretes.
6 *Illuc* in codice Cajensi.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 116.



Vetus Interpres.

A bebat navigationem: & applicans post multum laborem Smyrnæorum civitati, cum multo gaudio descendens de navi festinabat sanctum Polycarpum Episcopum coauditorem videre: fuerant enim quondam discipuli Joannis. Apud quem adductus, & spiritualibus cum ipso communicans charismatibus, & vinculis glorians, deprecabatur concertare ipsius proposito, maxime quidem communiter omnem Ecclesiam: (hono- B rabant enim Sanctum, per Episcopos, Presbyteros & Diaconos, Asiæ civitates & Ecclesiæ; omnibus festinantibus ad ipsum, si quo aliquam partem charismatis accipiant spiritualis) præcipue autem sanctum Polycarpum; ut velocius, per bestias disparens mundo factus, appareat faciei Christi.

A εἴχετο τοῦ πλοός. καὶ προσχὼν μετὰ πολὺν κάματον τῇ Σμυρναίων πόλει, σὺν πολλῇ χαρᾷ καταβὰς τῆς νηὸς, ἔσπευδε τὸν ἅγιον Πολύκαρπον τὸν Σμυρναίων ἐπίσκοπον τὸν συνακροατὴν θεάσασθαι· ἐγεγόνεισαν γὰρ πάλαι μαθηταὶ [τοῦ ἁγίου ἀποστόλου] Ἰωάννου· παρ᾽ ᾧ καταχθεὶς, καὶ πνευματικῶν αὐτῷ κοινωνήσας χαρισμάτων, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἐγκαυχώμενος, παρεκάλει συναθλεῖν τῇ αὐτοῦ προθέσει, μά- B λιστα μὲν κοινῇ πᾶσαν ἐκκλησίαν· (ἐδεξιοῦντο γὰρ τὸν ἅγιον διὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων αἱ τῆς Ἀσίας πόλεις καὶ ἐκκλησίαι, πάντων ἐπειγομένων πρὸς αὐτὸν, εἴπως μέρος χαρίσματος λάβωσι πνευματικοῦ·) ἐξαιρέτως δὲ τὸν ἅγιον Πολύκαρπον, ἵνα διὰ τῶν θηρίων θᾶττον ἀφανὴς τῷ κόσμῳ γενόμενος, ἐμφανισθῇ τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ.

Versio Th. Ruinarti.

A que post laborem ad Smyrnam urbem applicuit, ubi multa cum lætitia e nave descendit, & ad videndum sanctum Polycarpum Smyrnæ Episcopum, suum condiscipulum, properavit; (fuerant enim olim discipuli sancti Joannis Apostoli.) Apud quem diversatus, spiritualium charismatum ipsum participem fecit, suisque vinculis gloriatus illum hortabatur, ut se in suo proposito adjuvaret. Et vero B universam quidem Ecclesiam idem communiter orabat (namque omnes Asiæ urbes & Ecclesiæ per Episcopos, Presbyteros & Diaconos sanctum salutabant, cunctis ad ipsum festinantibus, ut aliquam partem spiritalis charismatis perciperent:) præcipue autem sanctum Polycarpum, ut citius per feras e mundo sublatus, in conspectum Christi prodiret.

CAPUT IV.

B stolæ ejus. De vobis etenim gloriatur in omnibus Ecclesiis, quæ Deum solæ tunc cognoverant: nos autem nondum noveramus. Valde ergo, fratres, contristor pro illo & pro conjuge ejus: quibus det Dominus pœnitentiam veram. Sobrii ergo estote & vos in hoc; & non sicut inimicos tales exstimetis, sed sicut passibilia membra & errantia eos revocate; ut omnium vestrum corpus salvetis. Hoc enim agentes, vos ipsos ædificatis.

CAPUT XII.

COnfido enim vos bene exercitatos esse in sacris litteris; & nihil vos latet; mihi autem non est concessum modo. Ut his scripturis dictum

C est: [d] *Irascimini, & nolite peccare.* Et: [e] *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Beatus qui [12] meminerit: quod ego credo esse in vobis. Deus autem & Pater Domini nostri Jesu Christi, & ipse sempiternus Pontifex, Dei filius, Jesus Christus ædificet vos in fide & veritate, & in omni mansuetudine; & sine iracundia, & in patientia & longanimitate & tolerantia & castitate: & det vobis sortem & partem inter sanctos suos; & nobis vobiscum & omnibus qui sunt sub cælo, qui credituri sunt in Dominum nostrum Jesum Christum, & in ipsius Patrem, [f] *qui resuscitavit eum a mortuis.* Pro omnibus sanctis orate. Orate etiam pro Regibus & Potestatibus & Principibus, atque

D pro persequentibus & odientibus vos, & pro inimicis crucis: ut fructus vester manifestus sit in omnibus; ut sitis in illo perfecti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

[13] ΕΓράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος, ἵνα ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα· ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν. Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἄλλας, ὅσας εἴχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ· ἐξ ὧν μεγάλα [14] ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν, καὶ ὑπομονὴν, καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν.

CAPUT XIII.

SCripsistis mihi & vos & Ignatius, ut si quis vadit ad Syriam, deferat litteras meas, quas fecero ad vos; si habuerimus tempus opportunum, sive ego, seu legatus quem misero pro vobis. Epistolas sane Ignatii quæ transmissæ sunt vobis ab eo, & alias quantascumque apud nos habuimus, transmisimus vobis, secundum quod mandastis; quæ sunt subjectæ huic Epistolæ: ex quibus magnus vobis erit profectus. Continent enim

E fidem, patientiam, & omnem ædificationem ad Dominum nostrum pertinentem.

Et de ipso Ignatio, & de [15] his qui cum eo sunt, quod certius agnoveritis, significate.

CAPUT XIV.

HÆc vobis scripsi per Crescentem, quem in præsenti commendavi vobis, & nunc commendo. Conversatus est enim nobiscum inculpabiliter: credo quia & vobiscum similiter. Sororem autem ejus habebitis commendaram, quum venerit ad vos. Incolumes estote in Domino Jesu Christo [16] in gratia cum omnibus vestris. *Amen.*

a Tob. XII. 9. b 1. Pet. II. 12. c 1. Cor. VI. 2. d Psal. IV. 5. e Ephes. IV. 26. f Gal. I. 1.

1 MS. ἣν καὶ εἴδετε. Euseb. ἣν εἴδετε.
2 V. Martyrolog. Romanum ad XVIII. Dec.
3 Al. [illegible]. 4 Al. *cum Dom.*
5 Adde [illegible], ut V. I. legebat.
6 H[illegible] verba ex Eusebio & Nicephoro supplevit Usserius. 7 Ἀναστάντα. 8 Desiderantur Græca.
9 Al. *præsentantes.* 10 Al. *considerantes.*
11 [illegible] 12 Al. [illegible]
13 [illegible] Græca [illegible] apud Eusebium, in loco citato.
14 [illegible] 15 Al. [illegible] 16 Al [illegible]

FRAGMENTA QUINQUE E RESPONSIONUM CAPITULIS, S. POLYCARPO ADSCRIPTIS:

VICTORIS Episcopi CAPUANI Catenæ in IV. Evangelistas inserta.

I.

Matthæus Dominum dixisse testatur [a], quod Moyses scribit Adam locutum fuisse hoc modo: [b] *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c.* Sed concordant Domini verba cum Moysi sermonibus; qui Adam præbens officium, inspiratione divina prophetavit, ipse a Moyse hoc dixisse refertur. Deus vero qui per inspirationem divinam in corde Adam ista verba formavit, ipse Pater a Domino recte locutus fuisse refertur. Nam & Adam hanc prophetiam protulit: & Pater qui eum inspiravit, recte dicitur protulisse.

II.

IDEM, ad hæc verba Christi: *Calicem meum bibetis &c.* Matth. xx. 23.

Per hujusmodi potum, significat passionem. Et [c] Jacobum quidem novissimum martyrio consummandum; fratrem vero ejus Joannem transiturum absque martyrio: quamvis & afflictiones plurimas, & exsilia toleravit: sed præparatam martyrio mentem, Christus martyrem judicavit. Nam Apostolus Paullus, [d] *Quotidie* (inquit) *morior*: dum impossibile sit quotidie mori hominem ea morte, qua semel vita hæc finitur. Sed quoniam pro Evangelio ad mortem jugiter erat præparatus, se mori quotidie sub ea significatione testatus est. Legitur & in dolio ferventis olei, pro nomine Christi, beatus Joannes fuisse demersus.

III.

IDEM, *de initio Evangelii secundum Marcum*.

Rationabiliter Evangelistæ principiis diversis utuntur; quamvis una eademque evangelizandi eorum probetur intentio. Matthæus, ut Hebræis scribens, genealogiæ Christi ordinem texuit: ut ostenderet, ab ea Christum descendisse progenie, de qua eum nasciturum universi Prophetæ cecinerant. Joannes autem ad Ephesum constitutus, qui legem tamquam ex Gentibus ignorabant, a caussa nostræ redemtionis Evangelii sumsit exordium: quæ caussa ex eo apparet, quod Filium suum Deus pro nostra salute voluit incarnari. Lucas vero a Zachariæ sacerdotio incipit: ut ejus filii miraculo nativitatis, & tanti prædicatoris officio, divinitatem Christi Gentibus declararet. Unde & Marcus antiqua prophetici mysterii competentia adventui Christi declarat: ut non nova, sed antiquitus prolata ejus prædicatio probaretur. Aut per hoc Evangelistis curæ fuit, eo uti procemio, quod unusquisque judicabat auditoribus expetere. Nihil ergo contrarium reperitur, ubi licet diversis scriptis, ad eamdem tamen patriam pervenitur.

IV.

IDEM, in illud: *Noli vocare amicos tuos, sed pauperes & debiles &c.* Luc. XIV. 12.

Præcepit, non amicos, sed infirmos quosque vocandos ad prandium. Quod si claudus aut quilibet eorum sit amicus, sine dubio talis pro amicitia minime est rogandus: unde ipsa quasi videntur se impugnare mandata. Nam si non amici, sed claudi & cæci sunt invitandi, ipsosque quoque amicos esse contingat, nequaquam rogare debemus. Sed amicos, arbitror, intelligi hoc loco debemus illos, quos pro mundi hujus terrena consideratione diligimus, non pro divinæ contemplationis intuitu. Hi sunt igitur amici relinquendi. Denique, ideo debilium exempla proposuit, quos pro nullius possumus appetere necessitate negotii, nisi tantum pro fructu retributionis æternæ.

V.

IDEM, in illud: *Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam.* Joann. XVII. 4.

Quomodo opus salutis humanæ adimplesse commemorat, quum necdum crucis vexillum conscenderat? Sed definitione voluntatis, de qua cuncta venerandæ passionis insignia adire decreverat, jure se opus perfecisse significat. &c.

a Matth. XIX. 5. b Gen. II. 24. c Act. XII. 2. d I. Cor. XV. 31.

INDEX CAPITUM
EPISTOLÆ
SANCTI POLYCARPI
AD PHILIPPENSES.



SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
118.

S. PAPIÆ
HIERAPOLITANI EPISCOPI
FRAGMENTA:
E QUINQUE LIBRIS
DE EXPOSITIONE ORACULORUM DOMINICORUM.

I.

E PROŒMIO.

Apud EUSEBIUM *lib.* III. Hist. Eccl. *cap.* XXXIX.

RUFINI *versio.*

NOn pigebit autem nos tibi omnia, quæ quondam a Presbyteris didicimus, & bene retinemus, recordantes exponere cum interpretationibus suis, & ut eorum veritas habeat, explicare. Neque enim multa dicentibus, sed vera tradentibus auscultavimus: neque his qui hominum præcepta, sed qui Domini mandata memorabant ab ipsa veritate suscepta. Quod si quando advenisset aliquis ex his qui secuti sunt Apostolos, ab ipso sedulo expiscabar, quid Andreas, quid Petrus dixerit; quid autem Philippus, vel Thomas; quid vero Jacobus, quid Joannes, aut Matthæus, vel alius quis ex discipulis Domini; quæve Aristion, vel Joannes Presbyter, ceterique discipuli dicebant. Nec enim tantum mihi librorum lectiones prodesse credebam, quantum vivæ vocis præsentisque magisterium.

ΟΥ'κ ὀκνήσω δὲ σοὶ καὶ ὅσα ποτὲ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καλῶς ἔμαθον, καὶ καλῶς ἐμνημόνευσα, [1] συγκατατάξαι ταῖς ἑρμηνείαις, διαβεβαιούμενος ὑπὲρ αὐτῶν ἀλήθειαν. Οὐ γὰρ τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν ἔχαιρον, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, ἀλλὰ τοῖς τἀληθῆ διδάσκουσιν· οὐδὲ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας ἐντολὰς μνημονεύουσι, ἀλλὰ τοῖς τὰς παρὰ τοῦ Κυρίου [2] τῇ πίστει δεδομένας, καὶ ἀπ' αὐτῆς παραγενομένας τῆς ἀληθείας. Εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους. τί Ἀνδρέας, ἢ τί Πέτρος εἶπεν, ἢ τί Φίλιππος, ἢ τί Θωμᾶς, ἢ Ἰάκωβος, ἢ τί Ἰωάννης, ἢ Ματθαῖος, ἤ τις ἕτερος τῶν Κυρίου μαθητῶν· ἅ τε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταὶ, λέγουσιν. Οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης.

Interprete H. VALESIO.

NEc pigebit, ea quæ quondam a Senioribus didici ac memoriæ mandavi, cum interpretationibus nostris adscribere, ut veritas eorum nostra quoque assertione firmetur. Non enim, ut plerique solent, eos umquam sectatus sum qui verbis affluerent, sed eos potius qui verum docerent: nec eos qui nova quædam & inusitata præcepta, sed illos qui Domini mandata in figuris tradita, & ab ipsa veritate profecta memorabant. Quod si quis interdum mihi occurrebat qui cum Senioribus versatus fuisset, ex eo curiose sciscitabar quænam essent Seniorum dicta: quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Matthæus, quid ceteri Domini discipuli dicere soliti essent: quidnam Aristion & Joannes Presbyter, discipuli Domini prædicarent. Neque enim ex librorum lectione tantam me utilitatem capere posse existimabam, quantam ex hominum adhuc superstitum viva voce.

II.

IBIDEM, *paullo post.*

Meminit sane idem ipse (*Papias*) de quibusdam mirabilibus in opere suo, quæ prætereunda minime censeo. Per Philippi enim Evangelistæ filias prophetissas hæc sibi tradita esse designat: mortuum resurrexisse suis temporibus dicit. Sed & de Justo qui cognominatus est Barsabas, refert miraculum ingens, quia venenum biberit; & nihil ex hoc triste pertulerit propter Domini fidem.

Ὡς δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ὁ Παπίας γενόμενος διήγησιν παρειληφέναι θαυμασίαν ὑπὸ τῶν τοῦ Φιλίππου θυγατέρων μνημονεύει, τὰ νῦν σημειωτέον. Νεκροῦ γὰρ ἀνάστασιν κατ' αὐτὸν γεγονυῖαν ἱστορεῖ. καὶ αὖ πάλιν ἕτερον παράδοξον περὶ Ἰοῦστον τὸν ἐπικληθέντα [3] Βαρσαβᾶν γεγονός· ὡς δηλητήριον φάρμακον ἐμπιόντος, καὶ μηδὲν ἀηδὲς διὰ τὴν τοῦ Κυρίου χάριν ὑπομείναντος.

Nunc vero quemadmodum *Papias* qui iisdem temporibus vixit, mirabilem quandam narrationem a Philippi filiabus accepisse se refert exponamus. Scribit enim mortuum sua ætate ad vitam esse revocatum. Alterum quoque ingens miraculum refert de Justo qui Barsabas cognominatus est; qui quum lethale poculum ebibisset, tamen Dei adjutus gratia, nullum inde accepit incommodum.

III.

IBIDEM, *paucis interjectis.*

Nos tamen illud assumimus ex his, quod de Marco Evangelista

Ἀναγκαίως νῦν προσθήσομεν ταῖς προεκτεθείσαις αὐτοῦ φωναῖς παρά-


Nunc rem illam quam de Marco Evangelista idem Scriptor com-

1 Συγκατατάξαι] Ita legitur in codice regio; & recte quidem, ut opinor. Certe Rufinus hunc locum ita legit, ut ex versione ejus apparet. Reliqui tamen codices Maz. Med. & Fuketianus cum Nicephoro scriptum habet συντάξαι. VALES.

2 Τῇ πίστει δεδομένας] *In figuris tradita* reddit Valesius. Al. *fidei* vel *fidelibus tradita*. Hæc transsilit Rufinus.

3 Βαρσαβᾶν] In tribus nostris codd. Maz. Med. & Fuk. legitur Βαρσαββᾶν. VALES.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 118.



A

Rufini *Versio*.

his protulit verbis: Etiam hoc, inquit (*Papias*,) Presbyter narrabat, quod Marcus interpres fuerit Petri, & quæcumque meminerat ab eo dicta conscripserit. Non tamen per ordinem ea, quæ a Domino dicta sunt vel facta, digesserit; quia non ipse Domini auditor fuerit vel sectator, sed novissime, ut dixi, Petro adhæsit ad usum ac ministerium prædicandi, non ad conscribendos Domini sermones. Itaque nihil B peccavit Marcus in eo quod ita quædam scripserit, quasi qui sparsim audita recordari videatur. Et hoc solum satis egit, ne quid ex auditis omitteret, aut aliquid falsum scriberet. Hæc de Marco scribit *Papias*. Sed & de Matthæo ita refert: Matthæus quidem scripsit Hebræo sermone. Interpretatus est autem ea quæ scripsit, unusquisque, sicut potuit. Hæc etiam de Matthæo. Utitur sane idem *Papias* testimoniis ex Epistola Joan- C nis prima, & Petri similiter prima. Simul & historiam quamdam subjungit de muliere adultera, quæ accusata est a Judæis apud Dominum. Habetur autem in Evangelio quod dicitur secundum Hebræos, scripta ista parabola.

A

δοσιν, ἣν περὶ Μάρκου τοῦ τὸ εὐαγγέλιον γεγραφότος ἐκτέθειται διὰ τούτων. Καὶ τοῦτο ὁ Πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν· οὐ μέν τοι τάξει τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα· οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ Κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ· ὕστερον δὲ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ, ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκα- B λίας· ἀλλ' οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λόγων. Ὥστε οὐδὲ ἥμαρτε Μάρκος, οὕτως ἔνια γράψας, ὡς ἀπεμνημόνευσεν. Ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν, ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς. Ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρηται τῷ Παπίᾳ περὶ τοῦ Μάρκου. Περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου ταῦτ' εἴρηται· Ματθαῖος μὲν οὖν Ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο. Ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ [1] ὡς ἠδύνατο ἕκαστος· κέ- C χρηται δ' ὁ αὐτὸς μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας ἐπιστολῆς, καὶ τῆς Πέτρου ὁμοίως. Ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς, ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ἣν τὸ καθ' Ἑβραίους εὐαγγέλιον περιέχει.

A

Interprete H. Valesio.

memoravit, superioribus ejus verbis subnectemus. Ajebat etiam, inquit, Presbyter ille Marcum Petri interpretem, quæcumque memoriæ mandaverat, diligenter perscripsisse: non tamen ordine pertexuisse quæ a Domino aut dicta aut gesta fuerant. Neque enim ipse Dominum audiverat aut sectatus fuerat umquam. Sed cum Petro, ut dixi, postea versatus est; qui pro audientium utilitate, non vero ut sermo- B num Domini historiam contexeret, Evangelium prædicabat. Quocirca nihil peccavit Marcus, qui nonnulla ita scripsit, prout ipse memoria repetebat. Id quippe unum studebat, ut ne quid eorum quæ audierat prætermitteret, aut ne quid falsi eis affingeret. Hæc de Marco *Papias* narrat. De Matthæo vero sic habet: Matthæus quidem, inquit, Hebraico sermone divina scripsit oracula: interpretatus est autem unusquisque illa, prout potuit. C Porro idem *Papias* testimoniis ex priore Joannis Epistola, & ex priore itidem Petri desumtis utitur. Aliam quoque exponit historiam de muliere, quæ multorum criminum coram Domino accusata est. Quæ quidem historia in Evangelio secundum Hebræos scripta habetur.

IV.

E libro IV.

Apud Irenæum *lib.* v. adversus Hæres. *cap.* xxxiii. *numm.* 3. & 4.

Presbyteri meminerunt, qui Joannem discipulum Domini viderunt, audisse se ab eo, quemadmodum de temporibus illis docebat Dominus, & dicebat: Venient dies in quibus vineæ nascentur, singulæ [2] decem millia palmitum habentes, & in uno palmite dena millia brachiorum, & in uno vero [3] palmite dena millia flagellorum, & in unoquoque flagello dena milia botruum, & in unoquoque botro dena milia acinorum, & unumquodque acinum dabit viginti quinque metretas vini. Et quum eorum apprehenderit aliquis sanctorum botrum, alius clamabit: Botrus ego melior sum, me sume, per me Dominum benedic. Similiter & granum tritici decem millia spicarum generaturum, & unamquamque spicam habituram decem millia granorum, & unumquodque granum quinque bilibres similæ claræ mundæ: & reliqua autem poma, & semina, & herbam, secundum D congruentiam iis consequentem: & omnia animalia iis cibis utentia quæ a terra accipiuntur, pacifica & consentanea invicem fieri, subjecta hominibus cum omni subjectione.

Hæc [4] autem & *Papias*, Joannis auditor, Polycarpi autem contubernalis, vetus homo, per Scripturam testimonium perhibet in quarto Librorum suorum: sunt enim illi quinque Libri conscripti.

Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας, Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀρχαῖος ἀνὴρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων· ἔστι γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα.

Et adjecit dicens: Hæc autem credibilia sunt E credentibus. Et Juda, inquit, proditore non credente, & interrogante: Quomodo ergo tales genituræ a Domino perficientur? dixisse Dominum: Videbunt qui venient in illa (*tempora*.)

V.

E libro IV.

Apud Maximum *in Comment. ad* Dionysii Areopag. *cap.* vii. de Ecclesiastica Hierarchia.

Ὁ Παπίας ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῶν Κυριακῶν ἐξηγήσεων, τὰς διὰ βρωμάτων εἶπεν ἐν τῇ

Papias in libro quarto suarum Dominicarum Explanationum scripsit, fore in resurrectione vo-


1 Ὡς ἠδύνατο ἕκαστος] Nicephorus habet ὡς ἦν δυνατὸς ἕκαστος: cui subscribunt quatuor nostri codd. Maz. Med. Fuk. & Sav. Vales.

2 *Decem millia*] Voss. *dena millia*. Massuet.

3 *Palmite*] Forte *brachio*. Grab.

4 *Hæc* — *testimonium perhibet*] Perperam vertit interpres. Scribendum erat vel *hæc testatur*, vel *hoc* — *testimonium perhibet*. Massuet. — Forte *hoc* scripserit idem interpres. Grabius pro *hæc* legit *de his*, in Spicil. tom. II. pag. 31. Græca ex Euseb. *Hist. Eccl.* lib. III. cap. 39.

Sæcul. II.
crica
Ann. Chr.
118.



ἀναςάσει ἀπολαύσεις. — Καὶ Εἰρηναῖος δὲ ὁ Λουγδούνου ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων πέμπτῳ λόγῳ τὸ αὐτὸ φησι, καὶ παράγει μάρτυρα τῶν ὑπ᾽ αὐτῶ εἰρημένων τὸν λεχθέντα Παπίαν.[1]

A luptates quæ percipiuntur ex cibis. — Quin & Irenæus Lugdunensis Episcopus libro quinto adversus hæreses idem tradit, ubi prædictum *Papiam* dictis suis testem adhibet.

V I.

Apud Andream Cæsariensem *in Apocalypsin*, *cap.* xxxiv. *Serm.* xii.

Παπίας δὲ ὅτως ἐπὶ λέξεως· Ἐνίοις δὲ αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν πάλαι θείων ἀγγέλων, καὶ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως ἔδωκεν ἄρχειν, καὶ καλῶς ἄρχειν παρηγγύησε. Καὶ ἑξῆς φησίν· εἰς ὄδὲν δὲ συνέβη τελευτῆσαι τὴν τάξιν αὐτῶν.

B Et *Papias* his utitur verbis: Alios ex ipsis, eos videlicet qui pridem Deo adhærebant, Angelos dispositioni mundi præesse fecit, iisque mandavit bene præesse. Et deinceps ait: Accidit vero, ordinem eorum prorsus destrui.

V I I.

E libro iv.

Apud Apolinarium *in Catena*, *Cod.* xxiii. *Bibliothecæ Coislinianæ*, *ex edit. Paris.* Montfauc. 1715. *pag. 66.*

Ἰςέον ὅτι ὁ Ἰούδας ὀκ ἐναπέθανε τῇ ἀγχόνῃ, ἀλλ᾽ ἐπεβίωκεν κατενεχθεὶς πρὸ τῶ ἀποπνιγῆναι. καὶ τῶτο δηλῶσιν αἱ τῶν ἀποςόλων πράξεις· ὅτι [2] πρηνὴς γενόμενος ἐλάκισε, καὶ τὰ ἑξῆς. τῶτο καὶ σαφέςερον ἱςορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννε τῶ ἀποςόλε μαθητὴς λέγων· [3] μέγα ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν ὁ Ἰούδας· πρησθεὶς γὰρ ἐπὶ τοσῶτον τὴν σάρκα, ὥςε μὴ δύνασθαι διελθεῖν, ἁμάξης ῥᾳδίως διερχομένης, ὑπὸ τῆς ἁμάξης [4] πιασθέντα τὰ ἔγκατα ἐγκενωθῆναι.

C Sciendum, Judam haud occubuisse laqueo (suspensum,) sed vivum adhuc, antequam suffocaretur, corruisse. Idque patet ex Actis Apostolorum: *Et pronus in faciem factus crepuit*; & quæ sequuntur. Hoc autem clarius narrat *Papias*, Joannis Apostoli discipulus, dicens: Magnum impietatis exemplum in hoc mundo exstitit Judas. Quum enim adeo fuerit corpore inflatus, ut pervadere non posset; dum plaustrum promtiore cursu pertransiret, plaustro ita compressus est, ut ejus intestina diffusa sint.

VIII.

E libro iv.

Apud Œcumenium *Comment. in Act. Apostol. cap.* II. *juxta ejus divisionem.*

Τῶτο δὲ σαφέςερον ἱςορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννε τῶ Ἀποςόλε μαθητὴς, λέγων· μέγα ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τότῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν Ἰόδας. [5] Πρησθεὶς γὰρ ἐπὶ τοσῶτον τὴν σάρκα, ὥςε μὴ δύνασθαι διελθεῖν, ἁμάξης ῥᾳδίως διερχομένης, ὑπὸ τῆς ἁμάξης ἐπιέσθη, ὥςε τὰ ἔγκατα αὐτῶ ἐκκενωθῆναι.

D Hoc autem planius scripsit *Papias*, Joannis Apostoli discipulus, dicens: Ad magnum impietatis exemplum permansit in hoc mundo Judas. In tantum enim corpore inflatus ut progredi non posset, quum currus levi cursu pertransiret, curru compressus est, ita ut intestina ejus effunderentur.

I X.

E libro iv.

Apud Theophylactum *in Acta Apostolorum.*

Οὐ γὰρ ἐναπέθανε τῇ ἀγχόνῃ ὁ Ἰόδας, ἀλλ᾽ ἐπεβίω καθαιρεθεὶς πρὸ τοῦ ἀποπνιγῆναι. Καὶ τοῦτο σαφέστερον ἱστορεῖ Παπίας ὁ Ἰωάννου μαθητὴς ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς ἐξηγήσεως τῶν Κυριακῶν λό-

Non enim in laqueo Judas mortuus est, sed supervixit demtus antequam suffocaretur. Atque id apertius tradit *Papias* discipulus Joannis in quarto libro Expositionis Dominicorum verborum, ubi

1 Apud Photium Cod. ccxxxii. Stephanus Gobarus Tritheita, se minime probare declarat ὀδὲ Παπίαν τὸν Ἱεραπόλεως ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὀδὲ Εἰρηναῖον τὸν ὅσιον ἐπίσκοπον Λουγδούνων, ἐν οἷς λέγουσιν, αἰσθητῶν τινων βρωμάτων ἀπόλαυσιν εἶναι τὴν τῶν ὀρανῶν βασιλείαν: *Neque Papiam episcopum Hierapolitanum & martyrem, neque Irenæum sanctum Lugdunensium antistitem, ubi dicunt quorumdam ciborum sensibilium fruitionem esse regnum cælorum.* Hinc colligit Grabius, cum Maximum tum Gobarum, dum hæc scriberent, Irenæi locum superius allatum præ oculis habuisse.

2 Πρηνὴς] Hanc vocem reddidimus *pronus in faciem*, Hesychium, Suidam aliosque secuti: quam quidem acceptionem Apolinarii contextus postulare videtur. Vulgatus interpres vertit *suspensus*. Al. *præceps*.

3 Λέγων] Heic monet Cl. Montfauconus in Bibliothecæ Coislinianæ Codice xxv. fol. 9. post, λέγων, hæc addi: ἐν τῷ δ᾽. τῆς ἐξηγήσεως τῶν κυριακῶν λόγων. Ubi tamen, sicut & apud Theophylactum mox infra, λογίων pro λόγων legendum conjicio. Ita enim inscribebatur Papiæ opus, teste Eusebio Hist. Eccl. lib. III. cap. xxxix. Τῶ δὲ Παπία συγγράμματα πέντε τὸν ἀριθμὸν φέρεται· ἃ καὶ ἐπιγέγραπται Λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως: *Papiæ vero quinque omnino feruntur libri, quorum titulus est, De interpretatione oraculorum Dominicorum.*

4 Πιασθέντα κ. τ. λ.] Locus mendosus, ita restituendus, ut apud Œcumenium statim: ὑπὸ τῆς ἁμάξης ἐπιέσθη, ὥςε τὰ ἔγκατα αὐτῶ ἐκκενωθῆναι. Ad quem proinde textum versionem exegimus.

5 Πρησθεὶς] Heic adnotare placet, auctores opinionis a Papia traditæ, *Act.* I. 18. videri mihi legisse πρησθεὶς pro πρηνὴς, uti Græci codices & interpretes hactenus vulgati omnes habent. Grab. — Verum non esse solicitandam Græci textus lectionem solide evincit VVolfius in suis *Curis philolog.* tom. II. pag. 1011. Accedit Fragmentum vii. modo productum. Ex eo enim liquet, Apolinarium πρηνὴς in textu legisse: apud Papiam vero πρησθεὶς invenisse.

γων, λέγων οὕτως· μέγα δὲ ἀσεβείας ὑπόδειγμα ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ περιεπάτησεν ὁ Ἰούδας, πρησθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μηδὲ ὁπόθεν ἅμαξα ῥαδίως διέρχεται, ἐκεῖνον δύνασθαι διελθεῖν. Ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸν μόνον τὸν τῆς κεφαλῆς ὄγκον αὐτοῦ. Τὰ μὲν γὰρ βλέφαρα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, φασὶ τοσοῦτον ἐξοιδῆσαι, ὡς αὐτὸν μὲν καθόλου τὸ φῶς μὴ βλέπειν· τοὺς ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ μηδὲ ὑπὸ ἰατροῦ διόπτρας ὀφθῆναι δύνασθαι· τοσοῦτον βάθος εἶχον ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας. Τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῦ πάσης μὲν ἀσχημοσύνης ἀηδέστερον καὶ μεῖζον φαίνεσθαι· φέρεσθαι δὲ δι' αὐτοῦ τοὺς ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος συῤῥέοντας ἰχῶράς τε καὶ σκώληκας εἰς ὕβριν δι' αὐτῶν μόνον τῶν ἀναγκαίων. Μετὰ πολλὰς δὲ βασάνους καὶ τιμωρίας, ἐν ἰδίῳ φασὶ χωρίῳ τελευτήσαντα, καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ ἔρημον καὶ ἀοίκητον τὸ χωρίον μέχρι τῆς νῦν γενέσθαι· ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῆς σήμερον δύνασθαί τινα ἐκεῖνον τὸν τόπον παρελθεῖν, ἐὰν μὴ τὰς ῥῖνας ταῖς χερσὶν ἐπιφράξῃ. Τοσαύτη διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐπὶ γῆς ἔκρυσις ἐχώρησε.[1]

A ita dicit: Magnum exemplum impietatis in hoc mundo Judas versatus est, cujus caro inflammata adeo intumuit, ut ne qua plaustrum quidem facile traducitur, ille potuerit transire. At ne ipsa quidem capitis illius mole sola. Nam palpebras oculorum illius in tantum intumuisse ferunt, ut ipse quidem prorsus non videret: oculi vero ejus ne per medici quidem dioptram cerni possent: tanta altitudine ab externa superficie introrsus abcesserant. Pudenda vero illius quavis re deformi fœdiora atque injucundiora ac majora apparerent: per quæ vermes sanie commixti ex toto corpore confluentes per ipsas solas (nimirum) necessarias partes corporis elaberentur. Post multas autem B pœnas & cruciatus in suo prædio ajunt illum mortuum esse: atque ab iis qui juxta illam viam habitant atque versantur, fundum illum usque ad hoc tempus desertum & ab incolis vacuum esse: ac ne ad hodiernum quidem usque diem quemquam per illum locum posse transire, nisi nares manibus obturet. Tantus per carnem illius etiam in terram fluxus delatus est.

X.

Ex Cod. 2397. *Bibliothecæ Bodlejanæ, anno* 1302. & 1303. *in Abbatia Osneyensi prope Oxonium scripto, fol.* 286. *pag.* 2. *Apud* GRABIUM *Spicileg. tom.* II. *pag.* 34.

[2] Maria Mater Domini: Maria Cleophæ sive C Alphei uxor, quæ fuit mater Jacobi Episcopi & Apostoli, & Symonis, & Thadei, & cujusdam Joseph: Maria Salome uxor Zebedei, mater Joannis Evangelistæ & Jacobi: Maria Magdalene. Istæ quatuor in Evangelio reperiuntur. Jacobus & Judas, & Joseph filii erant materteræ Domini. Jacobus quoque & Joannes alterius materteræ Domini fuerunt filii. Maria Jacobi minoris & Joseph mater, uxor Alphei, soror fuit Mariæ matris Domini, quam Cleophæ Joannes nominat, vel a patre, vel a gentilitatis familia, vel alia caussa. Maria Salome, a viro vel a vico dicitur: hanc eamdem Cleophæ quidam dicunt, quod duos viros habuerit.

1 Ἐχώρησε] Hanc ipsam Papiæ de Juda sententiam paucis contractam, suppresso auctoris nomine, profert idem Theophylactus, nec non & Euthymius, in *Matth.* cap. XXVII.

2 *Maria Mater Domini* &c.] Ista ex Papiæ nostri libris depromta esse exinde colligo, quia initio horum verborum ad marginem expresse adscriptum lego: *Papia*. Qui autem hæc descripsit, addidit de suo: *Maria dicitur Illuminatrix, sive Stella maris; genuit enim lumen mundi: sermone autem Syro Domina nuncupatur, quia genuit Dominum*. GRAB.



SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
120.



ANONYMI
VIRI APOSTOLICI
EPISTOLA
AD DIOGNETUM.

Ex interpretatione HENRICI STEPHANI, *pluribus locis emendata*.

ΕΠΕΙΔΗ ὁρῶ, κράτιστε Διόγνητε, [1] ὑπερεσπουδακότα σε τὴν θεοσέβειαν τῶν Χριστιανῶν μαθεῖν, καὶ πάνυ σαφῶς καὶ ἐπιμελῶς πυνθανόμενον περὶ αὐτῶν, τίνι τε Θεῷ πεποιθότες, καὶ πῶς θρησκεύοντες, [2] αὐτόν τε κόσμον ὑπερορῶσι πάντες, καὶ θανάτου καταφρονοῦσι· καὶ οὔτε τοὺς νομιζομένους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς λογίζονται, οὔτε τὴν Ἰουδαίων δεισιδαιμονίαν φυλάσσουσι· καὶ τίνα τὴν φιλοστοργίαν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους. καὶ τί δή ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον νῦν, καὶ οὐ πρότερον· ἀποδέχομαί γε τῆς προθυμίας σε ταύτης, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ ἀκούειν ἡμῖν χορηγοῦντος, αἰτοῦμαι δοθῆναι, ἐμοὶ μὲν, εἰπεῖν οὕτως ὡς μάλιστα ἂν [3] ἀκοῦσαί σε βελτίω γενέσθαι· σοί τε, οὕτως ἀκοῦσαι, ὡς μὴ λυπηθῆναι τὸν εἰπόντα.

A I. Quandoquidem video te, Diognete, vir præstantissime, acerrimo studio teneri discendi quis sit divinus cultus Christianorum, ac valde aperte accurateque percontari de illis, in quo Deo fiduciam collocantes, & quam religionem colentes, & mundum ipsum aspernentur omnes, & mortem contemnant: ac neque eos qui a Græcis dii existimantur, pro diis habeant; neque Judæorum superstitionem observent: & quis sit ille amor quo se mutuo prosequuntur: & cur novum hoc genus aut institutum in consuetudinem venire nunc cœperit, ac non prius: acceptum habeo tuum hoc desiderium, & peto a Deo, qui & loquendi & audiendi nobis facultatem suppe- B ditat, ut ab eo detur, mihi quidem, ita verba facere ut in primis contingat, te, postquam audieris, meliorem evadere; & tibi, ita audire, ut tristitia non afficiatur is qui verba fecerit.

Ἄγε δὴ, καθάρας σεαυτὸν ἀπὸ πάντων τῶν προκατεχόντων σου τὴν διάνοιαν λογισμῶν, καὶ τὴν ἀπατῶσάν σε συνήθειαν ἀποσκευασάμενος, καὶ γενόμενος, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς, καινὸς ἄνθρωπος, ὡς ἂν καὶ λόγου καινοῦ (καθάπερ καὶ αὐτὸς ὡμολόγησας) ἀκροατὴς ἐσόμενος· ἴδε μὴ μόνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ καὶ τῇ φρονήσει, τίνος [4] ὑποστάσεως ἢ τίνος εἴδους τυγχάνουσιν οὓς ἐρεῖτε καὶ νομίζετε θεούς. οὐχ ὁ μέν τις, λίθος ἐστὶν, ὅμοιος τῷ πατουμένῳ; ὁ δ᾽, ἐστὶ χαλκὸς, οὐ κρείσσων τῶν εἰς τὴν χρῆσιν ἡμῖν κεχαλκευμένων σκευῶν; ὁ δὲ, ξύλον, ἤδη καὶ σεσηπός; ὁ δὲ, ἄργυρος, χρῄζων ἀνθρώπου τοῦ [5] φυλάξοντος, ἵνα μὴ κλαπῇ; ὁ δὲ, σίδηρος, ὑπὸ ἰοῦ διεφθαρμένος; ὁ δὲ, ὄστρακον, οὐδὲν τοῦ κατεσκευασμένου πρὸς τὴν ἀτιμοτάτην ὑπηρεσίαν εὐπρεπέστερον; οὐ φθαρτῆς ὕλης ταῦτα πάντα; οὐχ ὑπὸ σιδήρου καὶ πυρὸς κεχαλκευμένα; οὐχ ὃ μὲν αὐτῶν, λιθοξόος, ὃ δὲ, χαλκεύς· ὃ δὲ, ἀργυροκόπος· ὃ δὲ, κεραμεὺς ἔπλασεν; [6] οὐ πρὶν ἢ ταῖς τέχναις τούτων εἰς τὴν μορφὴν τούτων ἐκτυπωθῆναι, ἦν ἕκαστος αὐτῶν ἑκάστῳ ἔτι καὶ νῦν μεταμεμορφωμένον; οὐ τὰ νῦν ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης ὄντα σκεύη γένοιτ᾽ ἂν, εἰ τύχοι τῶν αὐτῶν τεχνιτῶν, ὅμοια [7] τοι-

II. Age igitur, postquam teipsum a cunctis cogitationibus mentem tuam præoccupantibus purgaveris, & consuetudinem quæ te decipit, tamquam impedimentum aliquod, rejeceris, & factus fueris, velut ab initio, novus homo, utpote sermonis novi (sicut & ipse confessus es) auditor futurus: vide non solum oculis, sed etiam prudentia, cujus sint substantiæ, aut cujus formæ, ii quos vocatis & existimatis deos. Nonne eorum alius quidem est lapis, ei qui C calcatur similis? alius autem est æs, nihilo melius quam quæ in usum nostrum fabricata sunt vasa? alius lignum, & quidem etiam putridum? alius, argentum, cui opus est homini custodituro, ne furto auferatur? alius, ferrum rubigine corruptum? alius, testa, nihilo speciosior ea quæ ad abjectissimum ministerium facta est? Nonne ex materia corruptioni obnoxia sunt hæc omnia? nonne ferri & ignis ope fabricata? nonne eorum aliud sculptor lapidum, aliud faber ærarius, aliud argentarius faber, aliud figulus finxit? minimeque in talem formam unumquodque mutatum erat, priusquam arte alicujus horum hæc impressa ei fuisset? Nonne quæ nunc eadem e materia sunt vasa, similia his reddi queant, si eosdem artifices nanciscantur? nonne hæc

1 ὑπερεσπουδακότα.] Ante hanc vocem legebatur ὡς in Beureri exemplari, quod ut prorsus inutile, videtur Stephanus expunxisse.

2 αὐτόν τε κόσμον.] Mallet Stephanus αὐτόν τε τὸν κόσμον. Sed haud scio an operam ludat doctissimus grammaticus, dum in hoc scripto emendando sic versatur, quasi Platonis esset aut Demosthenis opus.


3 ἀκοῦσαι.] Legit Stephan. ἀκούσαντα, & paullo post tum ipse tum Sylburgius σοὶ δὲ pro σοί τε. Non tamen repugnat illud ἀκοῦσαι, & miror Stephano displicuisse. *Mihi quidem ita detur loqui, ut audiam in primis meliorem te esse factum*. Similis precatio in exordio Cohortationis Justini ad Græcos.

4 ὑποστάσεως.] Vertit Stephan. *subsistentiæ*; sed melius, opinor, reddidisset, *substantiæ*. Paullo post ἐρεῖτε recte dici contendit, videlicet ab ἐρέω; quo quidem de themate disseruisse se monet in Thesauro suo.

5 φυλάξοντος.] Sic posuit Stephanus pro eo quod erat in cod. mss. φυλάξαντος.

6 οὐ πρὶν &c.] Sic totum hunc locum immutat Stephanus: *καὶ οὐ πρὶν, ἢ ταῖς τέχναις τούτων εἰς τὴν μορφὴν τούτων ἐκτυπωθῆναι, ἣν ἕκαστον αὐτῶν ἑκάστῳ εἶδει ὡς καὶ νῦν μεταμεμορφωμένον*. Sed prorsus inutile videtur tot voces addere & immutare, ubi unius litteræ emendatio commodam affert sententiam. Nam si legas ἕκαστον pro ἕκαστος, sic locus reddi poterit: *Nonne prius quam horum artibus in has formas effingerentur, unumquodque ab unoquoque artifice variis modis, idque etiam hactenus, immutabatur?* Videbantur simulacra stabilitatem quamdam, ut pote diis consecrata, acquisivisse. Quare observat auctor epistolæ hoc beneficium esse artificum, quibus quamdiu caruerunt simulacra, tamdiu iisdem mutationibus obnoxia fuerunt ac aliæ res eadem ex materia constantes.

7 τοιούτοις.] Stephanus legendum monet τούτοις. Quod quidem minime necessarium existimaverim.



οὗτοις; οὐ ταῦτα πάλιν τὰ νῦν ὑφ' ὑμῶν προσκυνούμενα, δύναιτ' ἂν ὑπὸ ἀνθρώπων σκεύη ὅμοια γενέσθαι τοῖς λοιποῖς; οὐ κωφὰ πάντα; οὐ τυφλά; οὐκ ἄψυχα; οὐκ ἀναίσθητα; οὐκ ἀκίνητα; οὐ πάντα σηπόμενα; οὐ πάντα φθειρόμενα; ταῦτα θεοὺς καλεῖτε, τούτοις δουλεύετε, τούτοις προσκυνεῖτε· [1] πλεόν τε . . ἐξομοιοῦσθε. διὰ τοῦτο μισεῖτε Χριστιανοὺς, ὅτι τούτους οὐχ ἡγοῦνται θεούς. ὑμεῖς γὰρ οἱ νῦν νομίζοντες καὶ οἰόμενοι, οὐ πολὺ πλέον αὐτῶν καταφρονεῖτε; οὐ πολὺ μᾶλλον αὐτοὺς χλευάζετε καὶ ὑβρίζετε; τοὺς μὲν λιθίνους καὶ ὀστρακίνους σέβοντες [2] ἀφυλάκτους· τοὺς δὲ ἀργυρέους καὶ χρυσοῦς ἐγκλείοντες ταῖς νυξὶ, καὶ ταῖς ἡμέραις φύλακας παρακαθίσαντες, ἵνα μὴ κλαπῶσιν. αἷς δὲ δοκεῖτε τιμαῖς προσφέρειν, εἰ μὲν αἰσθάνονται, κολάζετε μᾶλλον αὐτούς· εἰ δὲ ἀναισθητοῦσιν, ἐλέγχοντες, αἵματι καὶ κνίσαις αὐτοὺς θρησκεύετε. ταῦθ' ὑμῶν τίς ὑπομεινάτω; ταῦτα ἀνασχέσθω τις ἑαυτῷ γενέσθαι; ἀλλὰ ἄνθρωπος μὲν οὐδὲ εἷς ταύτης τῆς κολάσεως ἑκὼν ἀνέξεται· (αἴσθησιν γὰρ ἔχει καὶ λογισμόν) ὁ δὲ λίθος ἀνέχεται· ἀναισθητεῖ γάρ. οὐκοῦν τὴν [3] αἴσθησιν . . . . ἐλέγχετε. περὶ μὲν οὖν τοῦ μὴ δεδουλῶσθαι Χριστιανοὺς τοιούτοις θεοῖς, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα εἰπεῖν ἔχοιμι· εἰ δέ τινι μὴ δοκοίη καὶ ταῦτα ἱκανά, περισσὸν ἡγοῦμαι καὶ τὸ [4] πλείω λέγειν.

A quæ a vobis adorantur, ab hominibus vasa reliquis similia fieri rursum possint? nonne surda sunt omnia? nonne cæca? nonne inanima? nonne sensus omnis expertia? nonne immobilia? nonne omnia putrescũnt? nonne omnia corrumpuntur? Hæc deos vocatis, his servitis, hæc adoratis; & omnino similes istis reddimini. Idcirco sunt vobis odio Christiani, quoniam hos esse deos non arbitrantur. Atqui vos qui esse deos nunc existimatis, annon multo magis quam illi contemtui habetis? annon multo magis quam illi, irridetis & injuria afficitis? dum lapideos quidem & testaceos veneramini, custodibus carentes; argenteos autem & aureos includitis noctu, ac interdiu custodes apponitis, ne furto auferantur. B Et vero illis honoribus quibus vos prosequi eos existimatis, potius supplicio afficitis, si quidem sensu præditi sunt: sin expertes sunt sensus, (hujus rei) convincentes, sanguine & nidoribus eos colitis. Quis vestrum hæc sufferat? quis hæc sibi fieri patiatur? sed nullus quidem hominum hoc supplicium nisi invitus, patietur; sensu enim & ratione est præditus: at lapis patitur; sensu enim caret. Quamobrem illos sensus expertes esse convincitis. Ac de eo quod Christiani diis hujusmodi in servitutem addicti non sunt, multa quidem & alia habeam quæ dicam: si cui tamen vel hæc ipsa sufficere non videantur, supervacaneum arbitror & plura dicere.

Ἑξῆς δὲ, περὶ τοῦ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ Ἰουδαίοις θεοσεβεῖν αὐτοὺς, οἶμαί σε μάλιστα ποθεῖν ἀκοῦσαι. Ἰουδαῖοι τοίνυν εἰ μὲν ἀπέχονται ταύτης τῆς προειρημένης λατρείας, καὶ εἰς Θεὸν ἕνα τῶν πάντων σέβειν καὶ δεσπότην ἀξιοῦσι [5] φρονεῖν· εἰ δὲ τοῖς προειρημένοις ὁμοιοτρόπως τὴν θρησκείαν προσάγουσιν αὐτῷ ταύτην, διαμαρτάνουσιν. ἃ γὰρ τοῖς ἀναισθήτοις καὶ κωφοῖς προσφέροντες οἱ Ἕλληνες ἀφροσύνης δεῖγμα παρέχουσι, ταῦθ' οὗτοι καθάπερ προσδεομένῳ τῷ Θεῷ λογιζόμενοι παρέχειν, μωρίαν [6] εἰκὸς μᾶλλον ἡγοῖντ' ἂν, οὐ θεοσέβειαν. ὁ γὰρ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ πᾶσιν ἡμῖν χορηγῶν ὧν προσδεόμεθα, οὐδενὸς ἂν αὐτὸς προσδέοιτο τούτων ὧν τοῖς οἰομένοις διδόναι παρέχει αὐτός· οἱ δέ γε θυσίας αὐτῷ δι' αἵματος καὶ κνίσης καὶ ὁλοκαυτωμάτων ἐπιτελεῖν οἰόμενοι, καὶ ταύταις ταῖς τιμαῖς αὐτὸν γεραίρειν, οὐδέν μοι δοκοῦσι διαφέρειν τῶν [7] εἰς τὰ κωφὰ τὴν αὐτὴν ἐνδεικνυμένοις φιλοτιμίαν, τῶν μὴ δυναμένων τῆς τιμῆς μεταλαμβάνειν, [8] τὸ δὲ δοκεῖν τινὰ παρέχειν τῷ μηδενὸς προσδεομένῳ.

C III. Deinceps autem de eo quod non est illis idem cultus divinus qui Judæis, te maxime cupidum esse audiendi puto. Judæi igitur, quamvis abstineant eo de quo verba feci cultu, & Deum unum venerari, dominumque omnium existimare velint: si tamen eodem quo ii de quibus dictum est modo, cultu illo eum prosequuntur, in errore versantur. Nam quæ Græci sensus expertibus & surdis offerentes, dementiæ dant argumentum; hi dum se Deo præbere ea cogitant, tamquam iis indigenti, stultitiam potius quam cultum divinum merito existiment (id quod faciunt.) Qui enim cælum & terram, atque omnia quæ in iis sunt condidit, & nobis omnibus ea suppeditat quibus indi- D gemus, fieri non possit ut ullo eorum indigeat quæ ipse iis præbet qui se illi dare existimant. At ii qui per sanguinem & nidorem & holocausta, facere se illi sacrificia putant, atque his eum honoribus ornare, mihi videntur, dum putant se aliqua præbere ei, qui nullius rei indigus est, nihil differre ab iis qui sensu carentia eodem honore studiose prosequuntur, quæ percipere honorem hunc non possunt.

Ἀλλὰ μὴν τό γε περὶ τὰς βρώσεις αὐτῶν ψοφοδεὲς, καὶ τὴν περὶ τὰ σάββατα δεισιδαιμονίαν, καὶ [9] τὴν τῆς περιτομῆς ἀλαζονείαν, καὶ τὴν τῆς νηστείας καὶ νουμηνίας εἰρωνείαν, καταγέλαστα καὶ οὐδὲν ἄξια λόγου, νομίζω σε χρῄζειν παρ' ἐμοῦ μαθεῖν. τό τε γὰρ τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κτισθέν-

IV. At eorum circa cibos meticulosam cautionem, & superstitionem circa sabbata, & jactantiam de circumcisione, & quæ de jejunio ac noviluniis simulant, quæ ridicula sunt & relatu indigna, te a me discere necesse habere non arbitror. Nam eorum quæ a Deo in usum hominum

1 πλεόν τε.] In Beureri apographo additur αὐτοῖς; atque ita legit Stephanus. In eodem Beureri exemplari alia manu legebatur πλεῖον δέ.

2 ἀφυλάκτους.] In Beureri apographo ἀφυλάκτως.

3 αἴσθησιν.] In Beureri apographo αὐτῶν ἐλέγχετε. Conjicit Stephanus scriptum fuisse, τὴν αἴσθησιν οὐκ ἔχειν ἐλέγχετε.

4 πλείω.] Hanc vocem addit Beureri apographum, sicque legendum vidit Stephanus ex litteris π & λ, quarum vestigia in cod. mss. supererant.

5 φρονεῖν.] Post hanc vocem aliquid deesse existimat Stephanus, vel figuram esse quæ vocatur ἀνανταπόδοτον. Sylburgius addendum putat ὀρθῶς φρονοῦσι. Sed nihil desiderabi[illegible] si illud εἰ μὲν eodem modo accipiamus, ac εἰ καὶ, [illegible]mvis, ut in interpretatione emendavimus. Similem [illegible]mus verborum constructionem initio Apologiæ primæ [illegible]tini. Ibidem pro εἰς Θεὸν ἕνα malunt Stephanus & Sylb. εἰ. Sed φρονεῖν hoc loco idem est ac πιστεύειν.


6 εἰκός.] Legendum censet Stephanus ὡς εἰκὸς vel εἰκότως. Ibidem ἢ pro οὐ legendum conjicit. Sed hæc minime necessaria.

7 εἰς τὰ κωφά.] Hanc præpositionem addendam monent Stephanus, Beur. & Sylburg. Paullo post legendum, ut iidem monent, ἐνδεικνυμένων & τὰ μὴ δυνάμενα.

8 τὸ δὲ δοκεῖν.] Frustra heic lacunam suspicantur Stephanus & Sylburgius. Satis est legere τῷ δὲ δοκεῖν. vel subaudire κατὰ ante hæc verba, quorum is est sensus: æque stultum esse, rebus sensu carentibus sacrificia offerre, & Deo qui nulla re indiget, putare se aliquid præbere. Ipse Stephanus fatetur legi posse τῷ γε δοκεῖν, hæc verba conjungendo cum præcedentibus.

9 τὴν τῆς περιτομῆς.] Stephanus addendum existimat οὐδὲ vel οὐδενὸς ἄξια λόγου οὐ νομίζω.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 120.



των εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων, ἃ μὲν ὡς καλῶς κτισθέντα παραδέχεσθαι, ἃ δ', ὡς ἄχρηστα καὶ περιττὰ, παραιτεῖσθαι, [1] πῶς οὐ θέμις ἐστί; τὸ δὲ καταψεύδεσθαι Θεοῦ, ὡς κωλύοντος ἐν τῇ τῶν σαββάτων ἡμέρᾳ καλόν τι ποιεῖν, πῶς οὐκ ἀσεβές; τὸ δὲ καὶ τὴν μείωσιν τῆς σαρκὸς [2] μαρτύριον ἐκλογῆς ἀλαζονεύεσθαι, ὡς διὰ τοῦτο ἐξαιρέτως ἠγαπημένους ὑπὸ Θεοῦ, πῶς οὐ χλεύης ἄξιον; τὸ δὲ παρεδρεύοντας αὐτοὺς ἄστροις καὶ σελήνῃ παρατήρησιν τῶν [3] μηνῶν καὶ τῶν ἡμερῶν ποιεῖσθαι, καὶ τὰς οἰκονομίας Θεοῦ καὶ τὰς τῶν καιρῶν ἀλλαγὰς κατά [4] .. πρὸς τὰς αὐτῶν ὁρμὰς, ἃς μὲν, εἰς ἑορτὰς, ἃς δὲ, εἰς πένθη· τίς ἂν θεοσεβείας καὶ οὐκ ἀφροσύνης πολὺ πλέον ἡγήσεται τὸ δεῖγμα; τῆς μὲν οὖν κοινῆς εἰκαιότητος καὶ ἀπάτης, καὶ τῆς Ἰουδαίων πολυπραγμοσύνης καὶ ἀλαζονείας ὅτι ὀρθῶς ἀπέχονται Χριστιανοὶ, ἀρκούντως σε νομίζω μεμαθηκέναι· τὸ δὲ τῆς ἰδίας αὐτῶν θεοσεβείας μυστήριον μὴ προσδοκήσῃς δύνασθαι παρὰ ἀνθρώπου μαθεῖν.

A creata sunt, alia quidem tamquam recte creata admittere; alia vero, ut inutilia & supervacanea, recusare, quomodo fas est? De Deo autem hoc mentiri, eum vetare aliquid quod honestum sit facere die sabbati, quomodo impium non sit? jam vero & de carnis imminutione, tamquam electionis testimonium sit, gloriari, & tamquam eam ob rem Deus eximio illos amore prosequatur, quomodo subsannatione non sit dignum? Quin etiam eos, (tamquam) assidentes astris & lunæ, observationi mensium & dierum deditos esse, & Dei œconomias ac tempestatum mutationes ad ea accommodare ad quæ mentes suæ propensæ sint, alias quidem ad festos dies, alias vero ad luctus: B quis divini cultus & non dementiæ multo magis indicium existimabit? Communi igitur vanitate & impostura, & Judæorum curiositate atque jactantia, jure Christianos abstinere, te abunde didicisse existimo. Sed divini cultus illis proprii mysterium ne te ab homine ullo doceri posse speres.

Χριστιανοὶ γὰρ οὔτε γῇ, οὔτε φωνῇ, οὔτε ἔθεσι διακεκριμένοι τῶν λοιπῶν εἰσὶν ἀνθρώπων. οὔτε γάρ που πόλεις ἰδίας κατοικοῦσιν, οὔτε διαλέκτῳ τινὶ παρηλλαγμένῃ χρῶνται, οὔτε βίον παράσημον ἀσκοῦσιν. οὐ μὴν ἐπινοίᾳ τινὶ καὶ φροντίδι πολυπραγμόνων ἀνθρώπων. [5] μαθήματι [a] τοῦτ' αὐτοῖς ἐστὶν εὑρημένον· οὐδὲ δόγματος ἀνθρωπίνου προεστᾶσιν, ὥσπερ ἔνιοι. κατοικοῦντες δὲ πόλεις Ἑλληνίδας τε καὶ βαρβάρους, ὡς ἕκαστος ἐκληρώθη, [6] καὶ ἐν τοῖς ἐγχωρίοις ἔθεσιν ἀκολουθοῦντες ἔν τε ἐσθῆτι καὶ διαίτῃ καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ, θαυμαστὴν καὶ ὁμολογουμένως παράδοξον ἐνδείκνυνται τὴν κατάστασιν τῆς ἑαυτῶν πολιτείας. πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων, ὡς πολῖται· καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι. πᾶσα ξένη, πατρίς ἐστιν αὐτῶν· καὶ πᾶσα πατρὶς, ξένη. γαμοῦσιν ὡς πάντες· τεκνογονοῦσιν, ἀλλ' οὐ ῥίπτουσι τὰ γεννώμενα. τράπεζαν κοινὴν παρατίθενται, [7] ἀλλ' ... κοινήν. ἐν σαρκὶ τυγχάνουσιν, ἀλλ' οὐ κατὰ σάρκα ζῶσιν. ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται. πείθονται τοῖς ὡρισμένοις νόμοις, καὶ τοῖς ἰδίοις βίοις νικῶσι τοὺς νόμους. ἀγαπῶσι πάντας, καὶ ὑπὸ πάντων διώκονται. ἀγνοοῦνται, καὶ κατακρίνονται. θανατοῦνται, καὶ ζωοποιοῦνται· [b] πτωχεύουσι, καὶ πλουτίζουσι πολλούς. πάντων ὑστεροῦνται, καὶ ἐν πᾶσι περισσεύουσιν. ἀτιμοῦνται, καὶ ἐν ταῖς ἀτιμίαις δοξάζονται· βλασφημοῦνται, καὶ δικαιοῦνται· λοιδοροῦνται, καὶ εὐλογοῦσιν· ὑβρίζονται, καὶ τιμῶσιν. ἀγαθοποιοῦντες, ὡς κακοὶ κολάζονται· κο-

V. Christiani enim neque regione, neque sermone, neque politicis vitæ institutis a ceteris hominibus sunt distincti. Nam neque proprias civitates incolunt, neque sermone utuntur qui ab aliorum sermone differat, neque vitæ genus habent quod de re aliqua sibi peculiari sit notabile: neque aliquid a curiosis hominibus excogitatum proponunt sibi discendum: neque C alicui dogmati humano patrocinantur, sicut nonnulli: sed incolentes partim Græcas, partim barbaras civitates, prout cujusque sors tulit, & indigenarum instituta sequentes in vestitu victuque, & ceteris quæ ad vitam pertinent, mirabilem & haud dubie incredibilem suæ politiæ statum oculis nostris proponunt. Patrias proprias habitant; sed tamquam inquilini. Omnia cum aliis communia habent, tamquam cives: & omnia patiuntur, tamquam peregrini. Omnis peregrina regio, patria est eorum: & omnis patria, est peregrina. Uxores ducunt, ut omnes, & liberos procreant: sed non abjiciunt fœtus. Mensam communem apponunt; minime vero cubile. In carne sunt; sed non secundum carnem vivunt. In terra degunt; sed D in cælo politiam suam habent. Obsequuntur legibus quæ sancitæ sunt, & suo vitæ genere leges superant. Amant omnes, & omnes illos persequuntur. Ignorantur, & condemnantur: morte afficiuntur, & vivificantur. Mendici sunt, & multos ditant. Rebus omnibus indigent, & omnia illis redundant. Dedecorantur, & inter dedecora gloria afficiuntur. Eorum fama laceratur, & justitiæ eorum testimonium perhibetur. Maledictis ac conviciis incessuntur, & bonis verbis prosequuntur. Injuria afficiuntur; & honore prose-

1 *πῶς οὐ θέμις.*] Delet *οὐ* Steph. vel legit *ἀθέμιτον*.

2 *μαρτύριον.*] In cod. ms. erat tantum *μαρτύρ*, quemadmodum etiam paullo post *χλ.* utramque vocem explevit Stephan. legendo *μαρτύριον* & *χλεύης*.

3 *μηνῶν.*] Sic pro *μ* Stephanus, Beur. & Sylb. emendant.

4 *κατά.*] In apographo Beureri erat *καταδιαιρεῖν*. Legit Steph. *καταρρυθμίζειν*. *ὅσα* additum ex Stephano & Beur. Mox Judæorum curiositas intelligenda est: *curiosum studium varia ad Dei cultum, qualem sibi fingebant, pertinentia acervandi:* sic ipse explicat Stephanus.

5 *μαθήματι.*] Iidem legunt *μάθημά τι*, & paullo post *εὑρημένον* pro *εἰρημένον*. Non displicet Sylburgio *ᾑρημένον*, *electum*. Legendum crediderim *μάθημα τοῦτο*. Illud *μαθήματι* ortum videtur ex simili casu vocum præcedentium.

6 *ἐν τοῖς.*] Delet Steph. præpositionem.

7 *ἀλλ' ...*] Stephanus & Beurerus legunt *ἀλλ' οὐ κοινήν*. Mallet Sylburgius *ἀλλ' οὐ πάντη κοινήν* vel *ἀλλ' ὁσίως κοινήν*. Sed frigida prorsus hæc ejusdem vocis repetitio, & hoc perpolito scriptore prorsus indigna. Quamobrem, ni fallor, legendum *ἀλλ' οὐ κοίτην*: *mensam communem apponimus, at cubile nequaquam*. Quibus verbis & iniquos de Christianis rumores repellit, & quantum ab ethnicorum moribus discreparent, demonstrat. Simili prorsus sententia Tertullianus: *Omnia*, inquit Apol. 39. *indiscreta sunt apud nos præter uxores. In isto solo consortium solvimus, in quo solo ceteri homines consortium exercent.*

a Μαθήματι τοῦτ'] Legendo *μάθημα τοῦτο*, ut legendum monui, sic reddendus hic locus: *Neque investigatione quadam & hominum curiosorum solicitudine hæc disciplina ab eis inventa*. MARAN. in *emendandis*.

b Πτωχεύουσι] Dicere malim de Christianis, *Pauperes sunt & multos ditant*, quam ut reddidit Stephanus, *Mendici sunt*. MARAN. ibid. — Hæc scribens auctor Epistolæ respexit ad II. *Cor.* VI. 10. *ὡς πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες*: quæ verba Vulg. interpres ita reddit: *Sicut egentes, multos autem locupletantes*. Sic mox infra præ oculis habuit idem auctor I. *Cor.* IV. 12. *λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν*: *Maledicimur, & benedicimus*.

λαζόμενοι χαίρουσιν, ὡς ζωοποιούμενοι. ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται, καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας εἰπεῖν οἱ μισοῦντες οὐκ ἔχουσιν.

A quuntur. Quum se gerant ut probos decet; tamquam improbi puniuntur: dum puniuntur, gaudent tamquam vivificentur. Adversus eos, tamquam alienigenas, Judæi bellum gerunt, & Græci eos persequuntur: & osores eorum caussam inimicitiarum dicere nequeunt.

Ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ὅπερ ἐστὶν ἐν σώματι ψυχὴ, τοῦτ' εἰσὶν ἐν κόσμῳ Χριστιανοί. ἔσπαρται κατὰ πάντων τῶν τοῦ σώματος μελῶν ἡ ψυχὴ, καὶ Χριστιανοὶ κατὰ τὰς τοῦ κόσμου πόλεις. οἰκεῖ μὲν ἐν τῷ σώματι ψυχὴ, οὐκ ἔστι δὲ ἐκ τοῦ σώματος· καὶ Χριστιανοὶ [a] ἐν κόσμῳ οἰκοῦσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ κόσμου. ἀόρατος ἡ ψυχὴ ἐν ὁρατῷ φρουρεῖται τῷ σώματι· καὶ Χριστιανοὶ γινώσκονται [1] μένοντες ἐν τῷ κόσμῳ, ἀόρατος δὲ αὐτῶν ἡ θεοσέβεια μένει. μισεῖ τὴν ψυχὴν ἡ σὰρξ, καὶ πολεμεῖ, μηδὲν ἀδικουμένη, διότι ταῖς ἡδοναῖς κωλύεται χρῆσθαι· μισεῖ καὶ Χριστιανοὺς ὁ κόσμος μηδὲν ἀδικούμενος, ὅτι ταῖς ἡδοναῖς ἀντιτάσσονται. ἡ ψυχὴ τὴν μισοῦσαν ἀγαπᾷ σάρκα, καὶ τὰ μέλη· καὶ Χριστιανοὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπῶσιν. ἐγκέκλεισται μὲν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, συνέχει δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα· καὶ Χριστιανοὶ κατέχονται μὲν ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ κόσμῳ, αὐτοὶ δὲ [2] συνέχουσι τὸν κόσμον. ἀθάνατος ἡ ψυχὴ ἐν θνητῷ σκηνώματι κατοικεῖ· καὶ Χριστιανοὶ παροικοῦσιν ἐν φθαρτοῖς, τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀφθαρσίαν προσδεχόμενοι. κακουργουμένη σιτίοις καὶ ποτοῖς ἡ ψυχὴ, βελτιοῦται· καὶ Χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν, πλεονάζουσι μᾶλλον. εἰς τοσαύτην αὐτοὺς τάξιν ἔθετο ὁ Θεὸς, ἣν οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς παραιτήσασθαι.

VI. Atque ut semel omnia complectar, quod est in corpore anima, hoc sunt in mundo Christiani. Dispersa est per omnia corporis membra anima; & Christiani per mundi civitates (dispersi sunt.) Habitat quidem in corpore anima, sed non est e corpore: (sic) & Christiani in mundo habitant, sed e mundo non sunt. Invisibilis anima in visibili corpore, tamquam in præsidio, constituta est: (sic) & Christiani cognoscuntur, dum in mundo commorantur; B sed invisibilis est eorum cultus divinus. Odio prosequitur animam caro, & bellum ei movet nulla affecta injuria, quod voluptatibus frui prohibeatur: odio prosequitur & mundus Christianos, nulla affectus injuria, quoniam voluptatibus repugnant. Anima carnem amat, quæ ipsam odit, & (amat) membra: (sic) etiam Christiani amant osores. Inclusa quidem est anima corpore, sed ipsa corpus conservat: (sic) & Christiani detinentur quidem in mundo, tamquam in custodia, sed ipsi mundum conservant. Immortalis anima in mortali tabernaculo habitat: & Christiani illa quæ corruptioni sunt obnoxia tamquam inquilini incolunt, incorruptibilitatem cælestem exspectantes. C Anima, dum cibo & potu male tractatur, fit melior: & dum Christiani suppliciis afficiuntur quotidie, numerus eorum crescit. Deus illos tam insignem tenere locum voluit, quem illi nefas est desugere.


Οὐ γὰρ ἐπίγειον, ὡς ἔφην, εὕρημα τοῦτ' αὐτοῖς παρεδόθη· οὐδὲ θνητὴν ἐπίνοιαν φυλάσσειν οὕτως ἀξιοῦσιν ἐπιμελῶς, οὐδὲ ἀνθρωπίνων οἰκονομίαν μυστηρίων πεπίστευνται· ἀλλ' αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ καὶ παντοκτίστης καὶ ἀόρατος Θεὸς, αὐτὸς ἀπ' οὐρανῶν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν λόγον [3] τὸν ἅγιον καὶ ἀπερινόητον ἀνθρώποις ἐνίδρυται, καὶ ἐγκατεστήριξε ταῖς καρδίαις αὐτῶν· οὐ, καθάπερ ἄν τις εἰκάσειεν, ἀνθρώποις ὑπηρέτην τινὰ πέμψας, ἢ ἄγγελον, ἢ ἄρχοντα, ἢ τινὰ τῶν διεπόντων τὰ ἐπίγεια, ἢ τινὰ τῶν πεπιστευμένων τὰς ἐν οὐρανοῖς διοικήσεις, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων· ᾧ τοὺς οὐρανοὺς ἔκτισεν, ᾧ τὴν θάλασσαν ἰδίοις ὅροις ἐνέκλεισεν· οὗ τὰ μυστήρια πιστῶς πάντα φυλάσσει τὰ στοιχεῖα· παρ' οὗ τὰ μέτρα τῶν τῆς ἡμέρας δρόμων εἴληφε [4] φυλάσσειν· ᾧ πειθαρχεῖ σελήνη νυκτὶ φαίνειν κελεύοντι· ᾧ πειθαρχεῖ τὰ ἄστρα, τῷ τῆς σελήνης ἀκολουθοῦντα δρόμῳ· ᾧ πάντα διατέτακται καὶ διώρισται καὶ ὑποτέτακται, οὐρανοὶ καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς, γῆ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, θάλασσα καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ· πῦρ, ἀὴρ, ἄβυσσος· τὰ ἐν ὕψεσι, τὰ ἐν βάθεσι, τὰ ἐν τῷ μεταξύ· τοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλεν, ἆρά γε, ὡς ἀνθρώπων ἄν τις λογίσαιτο, ἐπὶ τυραννίδι καὶ φόβῳ καὶ καταπλήξει; οὐ μὲν οὖν, ἀλλ' ἐν ἐπιεικείᾳ, [5] πραΰτητι. ὡς βασιλεὺς πέμπων υἱὸν βασιλέα ἔπεμψεν· ὡς Θεὸν ἔπεμψεν, ὡς πρὸς ἀνθρώπους ἔπεμψεν, ὡς σώζων ἔπεμψεν· ὡς πείθων, οὐ βιαζόμενος· βία γὰρ οὐ πρόσεστι τῷ Θεῷ. ἔπεμψεν ὡς ἀγαπῶν, οὐ κρίνων. πέμψει γὰρ αὐτὸν κρίνοντα, καὶ

VII. Non enim terrenum, ut dixi, inventum hoc illis traditum est: neque mortalis est commentatio, quam adeo accurate custodiendam sibi censent; neque humanorum mysteriorum œconomia illis commissa est: sed ipse vere Deus, qui est omnipotens, & omnium conditor, ac invisibilis, e cælis Veritatem & Verbum sanctum ac incomprehensibile inter homines locavit, & in cordibus eorum firmam habere sedem voluit: non, quemadmodum aliquis conjicere possit, D misso hominibus ministro aliquo, aut angelo, aut principe, aut aliquo eorum qui terrena gubernant, aut quopiam eorum quibus commissa est rerum in cælis administrandarum cura; sed ipso opifice & creatore omnium: quo cælos condidit, quo mare suis terminis conclusit: cujus mysteria fideliter ab omnibus elementis observantur: a quo certa spatia diurnorum cursuum (sol) observanda accepit: cui paret luna, jubenti eam lucere nocti: cui astra obtemperant, lunæ cursum sequenti: a quo omnia disposita sunt, & suis limitibus circumscripta: & cui sunt supposita cæli & quæ in cælis sunt, terra & quæ in terra sunt, mare & quæ in mari: ignis, aer, abyssus: quæ in altitudinibus, quæ in profunditatibus, E quæ in medio (locata sunt.) Hunc ad eos misit: an, ut aliquis hominum cogitare possit, tyrannidis exercendæ & terrorem incutiendi caussa? Minime vero: sed in clementia, in lenitate, tamquam rex mittens filium regem, misit; tamquam Deum misit, tamquam ad homines misit, tamquam servans misit: tamquam cum obsequentibus agens, non tamquam violentiam adhibens: violentia enim Deo non inest. Misit ut

1 μένοντες.] Steph. mavult μὲν ὄντες.
2 συνέχουσι.] Eadem habemus in Justini Apol. II. n. VII.
3 τὸν ἅγιον.] Monet Stephanus in cod. ms. vix aliud quam primam hujus vocis litteram deprehendi.
4 φυλάσσειν.] Post hanc vocem vel post εἴληφε non dubitat Stephanus quin ἥλιος vel ὁ ἥλιος a librario omissum fuerit. στοιχεῖα hoc loco non quatuor elementa, sed astra intelligi debent, quæ postea enumerantur, nimirum, sol, luna & stellæ. Vid. Not. in 1. Theophili librum num. 44.
5 πραΰτητι.] Stephanus observat addendum esse καί.

a Ἐν κόσμῳ οἰκοῦσιν κ. τ. λ.] Confer *Joan.* XVII. 11. 14. 16.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 120.



τίς αὐτοῦ τὴν παρουσίαν [1] ὑποστήσεται ; . . . . A . . . . παραβαλλομένους θηρίοις, ἵνα ἀρνήσωνται τὸν Κύριον, καὶ μὴ νικωμένους ; οὐχ ὁρᾷς, ὅσῳ πλείονες [2] κολάζονται, τοσούτῳ πλεονάζοντας ἄλλους ; ταῦτα ἀνθρώπου [3] οὐ δοκεῖ τὰ ἔργα, ταῦτα δύναμίς ἐστι Θεοῦ· ταῦτα τῆς παρουσίας αὐτοῦ δείγματα.

vocans, non persequens: misit ut amans: mittet enim eum condemnaturum ; & quis ejus adventum sustinebit ? .... Non vides objectos feris, ut abnegent Dominum, & non vinci? Non vides, quo plures qui suppliciis afficiunt, tanto majorem aliorum esse numerum ? Hæc non videntur ab homine fieri; hæc sunt Dei potentia: hæc adventus ejus sunt indicia.

Τίς γὰρ ὅλως ἀνθρώπων ἠπίστατο τί ποτ' ἐστὶ Θεὸς, πρὶν αὐτὸν ἐλθεῖν ; ἢ τοὺς κενοὺς καὶ ληρώδεις ἐκείνων λόγους ἀποδέχῃ τῶν ἀξιοπίστων φιλοσόφων ; [4] ὧν οἱ μὲν πῦρ ἔφασαν εἶναι τὸν Θεὸν (οὗ μέλλουσι χωρήσειν αὐτοὶ, τοῦτο καλοῦσι Θεὸν) οἱ δὲ, ὕδωρ· οἱ δ', ἄλλό τι τῶν στοιχείων τῶν B ἐκτισμένων ὑπὸ Θεοῦ. καί τοί γε εἴ τις τούτων τῶν λόγων ἀπόδεκτός ἐστι, δύναιτ' ἂν καὶ τῶν λοιπῶν κτισμάτων ἓν ἕκαστον ὁμοίως ἀποφαίνεσθαι Θεόν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τερατεία καὶ πλάνη τῶν γοήτων ἐστίν· ἀνθρώπων δὲ οὐδεὶς οὔτε εἶδεν οὔτε ἐγνώρισεν· αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπέδειξεν. ἐπέδειξε δὲ διὰ πίστεως· ᾗ μόνῃ Θεὸν ἰδεῖν συγκεχώρηται· ὁ γὰρ δεσπότης καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ ποιήσας τὰ πάντα καὶ κατὰ τάξιν διακρίνας, οὐ μόνον φιλάνθρωπος ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ μακρόθυμος. ἀλλ' οὗτος ἦν μὲν ἀεὶ τοιοῦτος, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, χρηστὸς [5] καὶ ἀγαθὸς καὶ ἀόργητος καὶ ἀληθής· καὶ μόνος ἀγαθός ἐστιν· ἐννοήσας δὲ μεγάλην καὶ ἄφραστον ἔννοιαν, ἣν ἐκοινώσατο μό- C νῳ τῷ παιδί. ἐν ὅσῳ μὲν οὖν κατεῖχεν ἐν μυστηρίῳ καὶ διετήρει τὴν σοφὴν αὐτοῦ βουλὴν, ἀμελεῖν ἡμῶν καὶ ἀφροντιστεῖν ἐδόκει. [6] ἐπεὶ δὲ ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ παιδὸς, καὶ ἐφανέρωσε τὰ ἐξ ἀρχῆς ἡτοιμασμένα, πάνθ' ἅμα παρέσχεν ἡμῖν, καὶ μετασχεῖν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ, [7] καὶ ἰδεῖν . . . ἦσαι. τίς ἂν πώποτε προσεδόκησεν ἡμῶν ; πάντ' οὖν ᾔδει παρ' ἑαυτῷ σὺν τῷ παιδὶ οἰκονομικῶς.

VIII. Nam quis ex omnibus hominibus norat, quid esset Deus, priusquam ipse venisset? An vana & nugacia dicta illorum fide scilicet dignorum Philosophorum approbas ? Quorum aliqui ignem esse Deum dixerunt: (id ad quod profecturi sunt ipsi, Deum vocantes) alii aquam: alii aliud ex elementis quæ a Deo sunt creata. Atqui si horum dictorum aliquod approbatione dignum est, possint & ceterarum rerum quæ sunt creatæ, unamquamque similiter pronuntiare Deum esse. Verum hi sermones sunt prodigiosa mendacia & imposturæ præstigiatorum: ac hominum quisquam neque vidit ipsum, neque aliquam ipsius notitiam habuit: sed ipse seipsum ostendit. Ostendit autem per fidem, cui soli Deum videre concessum est: nam dominus & opifex omnium Deus, qui omnia fecit & suo quæque ordine disposuit, non solum hominum amator, sed patiens etiam fuit. Sed hic fuit quidem semper talis, estque, & erit, benignus & bonus, & iræ expers, ac verax, & solus bonus: concepit autem mente aliquid magnum & ineffabile, de quo cum solo Filio communicavit. Quamdiu igitur suum prudens consilium in mysterio retinebat, neglectui nos habere, nullamque nostri curam gerere videbatur: at postquam per dilectum Filium revelavit & patefecit quæ jam inde ab initio erant præparata, omnia simul præbuit nobis: & frui suis beneficiis, & videre. Quæ quisnam nostrum exspectavisset? Omnia igitur apud se sciebat una cum Filio, œconomica sua scientia.

Μέχρι μὲν οὖν τοῦ πρόσθεν χρόνου εἴασεν ἡμᾶς ὡς ἐβουλόμεθα ἀτάκτοις φοραῖς φέρεσθαι, ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις ἀγομένους· οὐ πάντως ἐφηδόμενος τοῖς ἁμαρτήμασιν ἡμῶν, ἀλλ' ἀνεχόμενος· οὐδὲ D τῷ τότε τῆς ἀδικίας καιρῷ συνευδοκῶν, [a] ἀλλὰ τὸν νῦν τῆς δικαιοσύνης δημιουργῶν· ἵνα ἐν τῷ τότε χρόνῳ ἐλεγχθέντες ἐκ τῶν ἰδίων ἔργων ἀνάξιοι ζωῆς, νῦν ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος ἀξιωθῶμεν· καὶ τὸ καθ' ἑαυτοὺς φανερώσαντες ἀδύνατον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ δυνατοὶ γενηθῶμεν. ἐπεὶ δὲ πεπλήρωτο μὲν ἡ ἡμετέρα ἀδικία, καὶ τελείως πεφανέρωτο ὅτι ὁ [8] μισθὸς . . κόλασις, καὶ θά-

IX. Ceterum usque ad superius tempus sivit nos pro libito incertis motibus agitari, dum a voluptatibus & cupiditatibus transversi raperemur: non quidem quod ullo modo peccatis nostris gauderet, sed ea tolerans: neque illud quo injustitia exercebatur tempus approbans, sed mentem justitiæ creans: ut quum eo tempore convicti essemus e propriis operibus, vita esse indigni, nunc Dei benignitas nos ea dignaretur: & quum manifestum fecissemus, non posse ex eo quod in nobis situm est in regnum Dei ingredi, per potentiam Dei nobis id posse daretur. Quum autem ad cumulum malitia nostra pervenisset, & plene manifestum factum foret, mercedem peccati esse suppli-

1 *ὑποστήσεται.*] Perantiqua hæc lacuna ; siquidem librarius, a quo scriptum exemplar Stephani, ad marginem monet se eam in antiquissimo codice invenisse. Non pauca deesse putat Stephanus, quibus & præcedens sermo finiebatur, & alius inchoabatur. Legendum putat *οὐχ ὁρᾷς παραβαλλομένους*. Hujus loci sensum explere potest decerpta ex Justini dialogo num. 121. sententia, ubi S. Martyr, *ex eo quod inglorio & informi & despecto Christi primo adventu, tantus fuerit illius splendor & tanta potentia, ut nulla in gente ignoretur & ex omni genere homines pœnitentiam agant*, concludit quanta sit futura secundi adventus majestas.

2 *κολάζοντες.*] Observat Sylburgius non minus commode dici posse *κολάζονται*, *Quo plures supplicio afficiuntur*.

3 *οὐ δοκεῖ.*] Delet Stephanus *οὐ*, & sic restituendum hunc locum existimat : *Hæc videntur ab hominibus fieri ?* Necesse non videtur quidquam mutare. Hæc quoque in eorum numerum veniunt, quæ Justini sententiis gemella sunt ; simillima enim occurrunt Apol. II. num. x.

4 *ὧν οἱ μὲν πῦρ.*] Nulla erat in Beureri apographo lacuna, sed Stephanus ait nonnullas litteras in ms. exemplari ante ultimam vocem legi non potuisse. Quapropter scriptum fuisse putat *οἳ μὲν τινες*. Mox Stephanus legit *δύναιντ' ἄν*.


5 *καὶ ἀγαθός.*] Has voces expungendas putat Stephaphanus, quia mox sequitur *καὶ μόνος ἀγαθὸς*, sed, ut observat Sylburgius, nihil mutandum.

6 *ἐπεὶ δὲ ἀπεκάλυψε.*] E regione horum verborum adscriptum erat ad marginem ms. codicis : *ὅτι ἐκρύπτετο τοσούτους χρόνους τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας τριάδος μέχρι τοῦ βαπτίσματος τοῦ ἐν Ἰορδάνῃ.*

7 *καὶ ἰδεῖν.*] Beurerus legit *ἰδεῖν καὶ ποιῆσαι*. Melius cum Sylburgio legemus *κατανοῆσαι*. Ibidem Beureri apographum *προσεδόκα*, & mox *ἐπιθυμίαις ἀπαγομένους*.

8 *μισθός.*] Addit Stephanus *τῆς ἁμαρτίας*, sed melius in apographo Beureri *μισθὸς αὐτῆς* nempe injustitiæ, de qua paullo ante locutus est auctor Epistolæ.

a Ἀλλὰ τὸν νῦν τῆς δικαιοσύνης δημιουργῶν] *Sed mentem justitiæ creans*. Id est, præparans illam justitiam, quæ non littera sed spiritu continetur, quæque est *justitia Dei* (ut ait Apostolus *Rom.* III. 22.) *per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum*. MARAN. in *addenda*.



νατος προσεδοκᾶτο· ἦλθε δὲ ὁ καιρὸς ὃν Θεὸς A προέθετο λοιπὸν φανερῶσαι τὴν ἑαυτοῦ χρηστότητα καὶ δύναμιν, [1] ὡς . . . ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας μία ἀγάπη . . . . οὐκ ἐμίσησεν ἡμᾶς, οὐδὲ ἀπώσατο, οὐδὲ ἐμνησικάκησεν. ἀλλὰ ἐμακροθύμησεν, ἠνέσχετο, [2] λέγων αὐτὸς, τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο· αὐτὸς τὸν ἴδιον υἱὸν ἀπέδοτο λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, τὸν ἅγιον ὑπὲρ ἀνόμων, τὸν ἄκακον ὑπὲρ τῶν κακῶν, τὸν δίκαιον ὑπὲρ τῶν ἀδίκων, τὸν ἄφθαρτον ὑπὲρ τῶν φθαρτῶν, τὸν ἀθάνατον ὑπὲρ τῶν θνητῶν. τί γὰρ ἄλλο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἠδυνήθη καλύψαι ἢ ἐκείνου δικαιοσύνη; ἐν τίνι [3] δικαιωθῆναι δυνατὸν τοὺς ἀνόμους ἡμᾶς καὶ ἀσεβεῖς, ἢ ἐν μόνῳ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ; ὢ τῆς γλυκείας ἀνταλλαγῆς, ὢ τῆς B ἀνεξιχνιάστου δημιουργίας, ὢ τῶν ἀπροσδοκήτων εὐεργεσιῶν· ἵνα ἀνομία μὲν πολλῶν ἐν δικαίῳ ἑνὶ κρυβῇ, δικαιοσύνη δὲ ἑνὸς πολλοὺς ἀνόμους δικαιώσῃ. ἐλέγξας οὖν ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ τὸ ἀδύνατον τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰς τὸ τυχεῖν ζωῆς, νῦν δὲ τὸν σωτῆρα δείξας, δυνατὸν σώζειν καὶ τὰ ἀδύνατα, ἐξ ἀμφοτέρων ἐβουλήθη πιστεύειν ἡμᾶς τῇ χρηστότητι αὐτοῦ, αὐτὸν ἡγεῖσθαι τροφέα, πατέρα, διδάσκαλον, σύμβουλον, ἰατρὸν, νοῦν, φῶς, τιμὴν, δόξαν, ἰσχὺν, ζωήν· περὶ ἐνδύσεως καὶ τροφῆς μὴ μεριμνᾷν.

A cium, & mors exſpectaretur: advenifſetque tempus a Deo præſtitutum ad ſuam deinceps benignitatem ac potentiam declarandam, & quomodo præ immenſo quo homines proſequitur amore, nos odio non habuerit, neque rejecerit, neque improbitatis noſtræ memorem ſe oſtenderit, ſed patienter eam tulerit ac ſuſtinuerit: ipſe peccata noſtra ſuſcepit: proprium ipſe Filium pretium redemtionis pro nobis dedit, ſanctum pro iis qui legem tranſgreſſi erant; nihil minus quam malum, pro malis; juſtum pro injuſtis; corruptionis neſcium pro obnoxiis corruptioni; immortalem pro mortalibus. Quid enim aliud peccata noſtra potuit tegere quam ejus juſtitia? in quo alio nos iniqui & impii juſtificari poſſumus quam in ſolo Dei Filio? O dulcem permutationem! o imperveſtigabile artificium! o beneficia exſpectationem omnem ſuperantia! ut iniquitas quidem multorum in juſto uno abſcondatur, juſtitia autem unius faciat ut multi injuſti juſtificentur. Quum igitur ſuperiori tempore (hujus) nos (rei) convicifſet, non poſſe noſtram naturam vitam conſequi, nunc autem Servatorem oſtendiſſet, qui ſervare poſſet ea etiam quæ ſervari non poterant; utrimque nos benignitati ſuæ fidem habere voluit, ipſum exiſtimare altorem, parentem, magiſtrum, conſiliarium, medicum, mentem, lucem, honorem, gloriam, robur, vitam: de veſtitu & victu ſolicitos non eſſe.

Ταύτην καὶ σὺ τὴν πίστιν ἐὰν [4] ποθῇς καὶ C λάβῃς, πρῶτον μὲν [5] ἐπίγνωσιν π . . . . ὁ γὰρ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἠγάπησε, δι' οὓς ἐποίησε τὸν κόσμον, οἷς ὑπέταξε πάντα τὰ ἐν . . . οἷς λόγιον ἔδωκεν, οἷς νοῦν· οἷς [6] μόνοις πρὸς αὐτὸν ὁρᾷν ἐπέτρεψε· οὓς ἐκ τῆς ἰδίας εἰκόνος ἔπλασε· πρὸς οὓς ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ· οἷς τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν ἐπηγγείλατο, καὶ δώσει, τοῖς ἀγαπήσασιν αὐτόν. ἐπιγνοὺς δὲ, τίνος οἴει πληρωθήσεσθαι χαρᾶς; ἢ πῶς ἀγαπήσεις τὸν οὕτως προαγαπήσαντά σε; ἀγαπήσας δὲ, μιμητὴς ἔσῃ αὐτοῦ τῆς χρηστότητος. καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ δύναται μιμητὴς ἄνθρωπος γενέσθαι Θεοῦ. δύναται θέλοντος αὐτοῦ. οὐ γὰρ τὸ καταδυναστεύειν τῶν πλησίον, D οὐδὲ τὸ πλέον ἔχειν βούλεσθαι τῶν ἀσθενεστέρων· οὐδὲ τὸ πλουτεῖν καὶ βιάζεσθαι τοὺς ὑποδεεστέρους, εὐδαιμονεῖν ἐστιν· οὐδὲ ἐν τούτοις δύναταί τις μιμήσασθαι Θεόν· [a] ἀλλὰ ταῦτα ἐκτὸς τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος. ἀλλ' ὅστις τὸ τοῦ πλησίον ἀναδέχεται βάρος, ὃς ἐν ᾧ κρείσσων ἐστὶν, ἕτερον τὸν ἐλαττούμενον εὐεργετεῖν ἐθέλει, ὅσα παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβὼν ἔχει, θεὸς γίνεται τῶν λαμβανόντων· οὗτος μιμητής ἐστι Θεοῦ. τότε θεάσῃ τυγχάνων ἐπὶ γῆς, ὅτι Θεὸς [7] ἐν οὐρανοῖς πολιτεύεται· τότε μυστήρια Θεοῦ λαλεῖν ἄρξῃ· τότε τοὺς κολαζομένους ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν ἀρνήσασθαι Θεὸν, καὶ ἀγαπήσεις καὶ θαυμάσεις· τότε τῆς ἀπάτης τοῦ

C X. Hujus etiam tu fidei ſi deſiderio tenearis, & illam accipias, primum quidem cognoſces Patrem. Deus enim homines dilexit, propter quos mundum creavit, quibus omnia ſubjecit quæ in mundo ſunt: quibus rationem, quibus mentem dedit: quibus ſolis ad ipſum oculos attollere permiſit: quos ad imaginem ſuam formavit: ad quos Filium ſuum unigenitum miſit: quibus cæleſte regnum promiſit, & dabit, quod ipſum dilexerint. Poſtquam autem illum cognoveris, quanta te impletum iri lætitia exiſtimas? aut quantum diliges eum qui prior te ita dilexerit? Quum autem diligere cœperis, imitator benignitatis ejus eris. Ac ne mireris, poſſe hominem eſſe imitatorem Dei. Poteſt, eo volente. Non enim D imperium in proximos obtinere, neque velle potiore conditione eſſe quam ii qui ſunt infirmiores, neque divitem eſſe, & vim inferre inferioribus, eſt beatum eſſe: neque in his Deum imitari quiſquam poteſt; ſed hæc extra ejus majeſtatem ſunt. At qui proximi onus in ſe recipit; qui qua in re ſuperior eſt, alium qui eſt inferior, beneficio vult afficere; qui quæcumque habet, a Deo accepta, ea indignis ſuppeditans, Deus fit eorum qui accipiunt; is Dei eſt imitator. Tunc perſpicies, in terra degens, Deum in cælis mundum, velut aliquam rempublicam, gubernare: tunc myſteria Dei loqui incipies: tunc eos qui puniuntur quod abnegare Deum nolint, & diliges & miraberis: tunc impoſturam

1 ὡς . . . ὑπερβαλλούσης.] Legit Stephanus ὡς ὑπὸ τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας καὶ ἀγάπης, melius quam Beureri apographon, ὡς τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας μία ἀγάπη τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐμίσησεν. Libenter legerem ὢ ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας οἵα ἀγάπη.

2 λέγων.] Videtur hoc verbum additum fuiſſe ab aliquo exiſtimante verba Eſaiæ citari ex cap. 53. Sed manifeſtum eſt non de Filio heic agi, ſed de Patre, qui peccata noſtra ipſe ſuſcepiſſe dicitur, minus accurate id quidem, ſed tamen eo ſenſu, quod Filium ſuum pro nobis tradendo, ipſe nobis victimam ſuppeditavit qua peccata noſtra expiarentur.

3 δικαιωθῆναι.] Satis apte ad Calviniana commenta reddiderat Stephanus, *pro juſtis haberi*: & paullo poſt δικαιώσῃ, *faciat ut pro juſtis habeantur*.

4 ποθῇς.] Dubitat Stephanus utrum legatur in ms. ποθῇς, an ποθήσῃς.


5 ἐπίγνωσιν.] Addit Sylburgius πατρός σοι παρέξει. Mox Stephanus πάντα τὰ ἐν κόσμῳ vel ἐν τῇ γῇ. Sylburgius ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν.

6 μόνοις.] Poſt hanc vocem erat in ms. codice littera, quam Stephanus initium eſſe putat vocis ἄνω aut αὐτοῖς. Habebat ἄνω apographon Beureri.

7 ἐν οὐρανοῖς.] In hac voce librarios lapſos eſſe putat Stephanus ob ſcripturæ ſimilitudinem, & legendum ἐν ἀνθρώποις. Nam brevitatis cauſſa ſcribi ſolet ἐν ἄνοις pro ἐν ἀνθρώποις.

a Ἀλλὰ ταῦτα ἐκτὸς κ. τ. λ.] *Sed hæc extra ejus majeſtatem ſunt*. Id eſt, contraria illius ditiſſimæ beneficentiæ, quam imitari debemus. MARAN. ibid.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 120.



κόσμου καὶ τῆς πλάνης καταγνώσῃ· ὅταν τὸ ἀληθῶς ἐν οὐρανῷ ζῆν ἐπιγνώσῃ· ὅταν τοῦ δοκοῦντος ἐνθάδε θανάτου καταφρονήσῃς, ὅταν τὸν ὄντως θάνατον φοβηθῇς, ὃς φυλάσσεται τοῖς κατακριθησομένοις εἰς πῦρ τὸ αἰώνιον, ὃ τοὺς παραδοθέντας αὐτῷ μέχρι τέλους κολάσει· τότε τοὺς ὑπομένοντας ὑπὲρ δικαιοσύνης θαυμάσεις [1] τὸ πῦρ το . . . μακαρίσεις ὅταν ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐπιγνῷς.

A mundi & errorem damnabis, quum vere in cælo vivere didiceris: quum ejus quæ heic mors esse censetur, contemtor esse; & mortem, quæ revera est mors, formidare cœperis, quæ servatur iis qui ad ignem æternum damnabuntur, qui sibi traditos afficiet supplicio ad finem usque. Tunc admirationi tibi erunt qui pro justitia ignem patiuntur; tunc beatos prædicabis, quum ignem illum cognoveris.

Οὐ ξένα ὁμιλῶ, οὐδὲ παραλόγως ζητῶ· ἀλλὰ ἀποστόλων γενόμενος μαθητὴς, γίνομαι διδάσκαλος ἐθνῶν. τὰ παραδοθέντα ἀξίοις ὑπηρετῶ γινομένοις ἀληθείας μαθηταῖς. τίς γὰρ ὀρθῶς διδαχθεὶς, καὶ λόγῳ [2] προσφιλεῖ [a] γεννηθεὶς, οὐκ ἐπιζητεῖ σαφῶς μαθεῖν τὰ διὰ λόγου δειχθέντα φανερῶς μαθηταῖς, οἷς ἐφανέρωσεν ὁ λόγος φανεὶς παῤῥησίᾳ λαλῶν, ὑπὸ ἀπίστων μὴ νοούμενος, μαθηταῖς δὲ [3] διηγούμενος. οἳ πιστοὶ λογισθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ, [b] ἔγνωσαν πατρὸς μυστήρια. οὗ χάριν ἀπέστειλε λόγον, ἵνα κόσμῳ φανῇ· ὃς, ὑπὸ λαοῦ ἀτιμασθεὶς, διὰ ἀποστόλων κηρυχθεὶς, ὑπὸ ἐθνῶν ἐπιστεύθη. [c] οὗτος ὁ ἀπ᾽ ἀρχῆς, ὁ καινὸς φανεὶς, καὶ . . . . [4] εὑρεθεὶς, καὶ πάντοτε νέος ἐν ἁγίων καρδίαις γεννώμενος. οὗτος ὁ ἀεὶ, σήμερον υἱὸς λογισθείς· δι᾽ οὗ πλουτίζεται ἡ ἐκκλησία· καὶ χάρις ἁπλουμένη, ἐν ἁγίοις πληθύνεται, παρέχουσα νοῦν, φανεροῦσα μυστήρια, διαγγέλλουσα καιροὺς, χαίρουσα ἐπὶ πιστοῖς, ἐπιζητοῦσι [5] δωρουμένη· οἷς ὅρια πίστεως οὐ θραύεται, οὐδὲ ὅρια πατέρων παρορίζεται. εἶτα φόβος νόμου ᾄδεται, καὶ προφητῶν χάρις γινώσκεται, καὶ εὐαγγελίων πίστις ἵδρυται, καὶ ἀποστόλων παράδοσις φυλάσσεται· καὶ ἐκκλησίας χάρις σκιρτᾷ. ἣν χάριν οὐ λυπῶν, ἐπιγνώσῃ ἃ λόγος ὁμιλεῖ, δι᾽ ὧν βούλεται, ὅτε θέλει. ὅσα γὰρ θελήματι τοῦ κελεύοντος λόγου ἐκινήθημεν ἐξειπεῖν, μετὰ πόνου, ἐξ ἀγάπης τῶν ἀποκαλυφθέντων ἡμῖν, γινόμεθα ὑμῖν κοινωνοί.

XI. Non facio verba de rebus peregrinis, neque secus quam rationi consentaneum sit, quæro: sed quum Apostolorum fuerim discipulus, fio gentium doctor: quæ tradita sunt (mihi,) subministro iis qui discipuli fiunt digni veritate. Quis enim recte edo- B ctus, & ab amico Verbo generatus, non studet discere aperte quæ per Sermonem clare ostensa sunt discipulis, quibus declaravit Sermo conspicuus factus: libere loquens, quum ab incredulis non intelligeretur, sed discipulis enarraret: qui fideles ab eo existimati, cognoverunt Patris mysteria. Cujus rei gratia Sermonem misit, ut a mundo conspiceretur: qui a populo contemtus, Apostolorum præconio promulgatus, a gentibus est creditus. Hic ab initio erat, qui novus apparuit, & . . . . inventus, & semper novus in sanctorum cordibus nascens. Hic qui semper, hodie Filius habitus; per quem Ecclesia ditatur: & gratia expansa, in sanctis incrementum accipit, præbens mentem, patefaciens mysteria, annuntians tempo- C ra, gaudens super fidelibus, quærentibus donans: quibus limites fidei non perfringuntur, neque limites patrum transiliuntur. Deinde metus Legis decantatur, & Prophetarum gratia cognoscitur, & Evangeliorum fides stabilitur, & Apostolorum traditio custoditur, & Ecclesiæ gratia exsultat. Quam gratiam molestia non afficiens, cognosces ea de quibus Sermo instruit, per quos vult quum ei libet. Quæcumque enim voluntate jubentis Sermonis excitati sumus ad eloquendum, cum labore, ex dilectione eorum quæ revelata sunt nobis, sumus vobiscum participes.

Οἷς ἐντυχόντες, καὶ ἀκούσαντες μετὰ σπουδῆς, εἴσεσθε ὅσα παρέχει ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν ὀρθῶς, [6] οἱ γενόμενοι παράδεισος τρυφῆς, πάγκαρπον ξύλον, εὐθαλοῦν, ἀνατείλαντες ἐν ἑαυτοῖς, ποικίλοις καρποῖς κεκοσμημένοι. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χωρίῳ ξύλον γνώσεως καὶ ξύλον ζωῆς πεφύτευται· [d] ἀλλ᾽ οὐ τὸ τῆς γνώσεως ἀναιρεῖ, ἀλλ᾽ ἡ παρακοὴ ἀναιρεῖ. οὐδὲ γὰρ ἄσημα τὰ γεγραμμένα, ὡς Θεὸς ἀπ᾽ ἀρχῆς ξύλον ζωῆς ἐν μέσῳ παραδείσου ἐφύτευσε, διὰ γνώσεως ζωὴν ἐπιδεικνύς· ᾗ μὴ καθαρῶς χρησάμενοι οἱ ἀπ᾽ ἀρχῆς, πλάνῃ τοῦ ὄφεως γεγύμνωνται. οὐδὲ γὰρ ζωὴ ἄνευ γνώσεως, οὐδὲ γνῶσις ἀσφαλὴς ἄνευ ζωῆς ἀληθοῦς. διὸ πλησίον ἑκάτερον πεφύτευται. [e] ἣν δύ-

XII. Quæ quum legeritis & audieritis studiose, scietis quæcumque præbet Deus diligentibus recte: facti paradisus deliciarum, lignum genus omne fru- D ctus ferens, belle germinans, in vobis ipsis producentes, variis fructibus ornati. In hoc enim loco lignum cognitionis & lignum vitæ plantatum fuit. Verum non quod est cognitionis, id est quod e medio tollit; sed inobedientia e medio tollit. Neque enim ea sunt obscura quæ scripta sunt, Deum ab initio lignum vitæ in medio paradisi plantasse, per cognitionem vitam ostendentem; qua quum pure usi non essent qui ab initio fuerunt, impostura serpentis nudati fuerunt. Neque enim vita sine cognitione, neque cognitio tuta sine vita vera. Ideo in propinquo utrumque planta-

1 τὸ πῦρ.] Ad oram codicis, quo usus est Stephanus adscriptum erat: καὶ ὧδε ἐγκοπὴν εἶχε τὸ ἀντίγραφον. Sic emendat Stephanus, τότε τοὺς ὑπομένοντας ὑπὲρ δικαιοσύνης τὸ πῦρ θαυμάσεις καὶ μακαρίσεις ὅταν &c. Legere mallet Sylburgius sine transpositione, τὸ πῦρ τὸ ἐπίγειον καὶ τότε αὐτοὺς μακαρίσεις ὅταν.

2 προσφιλεῖ.] Sic habebat Beureri apographon: sed quia spatium erat in ms. inter προσφιλ. & εἶ, addendum putat Sylburgius καὶ ἀληθεῖ.

3 διηγούμενος.] Scriptum fuisse putat Stephanus ἐκδιηγούμενος in codice ms.

4 εὑρεθείς.] Legit Stephanus καὶ ἀρχαῖος εὑρεθείς. Beurerus καὶ παλαιός. Mallem καὶ ἐν χρόνῳ εὑρεθεὶς, *& in tempore inventus*, aut aliquid simile, quod naturæ divinæ æternitati opponatur.

5 δωρουμένη.] Verti etiam posset, *donata*, ut observat Stephanus.

6 οἱ γενόμενοι.] Miror doctissimum interpretem Stephanum reddidisse, *qui fuistis*, & mox *qui produxistis*, quum nihil magis sententiæ contrarium esse possit. Hæc enim ad Gentiles dicuntur. Non incommode deleretur articulus ante γενόμενοι.

a Προσφιλεῖ γεννηθείς] Legi etiam posset προσφιλὴς γεννηθείς. *Et Verbo amicus factus*. Maran. in *addend.*

b Ἔγνωσαν πατρὸς μυστήρια κ. τ. λ.] Sic etiam videtur scribi & intelligi posse: ἔγνωσαν πατρὸς μυστήρια, οὗ χάριν ἀπέστειλε λόγον: *Cognoverunt Patris mysteria, nimirum qua de caussa Sermonem miserit*. Maran. ibid.

c Οὗτος ὁ ἀπ᾽ ἀρχῆς, ὁ καινὸς φανείς] Legere malim, οὗτος ὁ ἀπ᾽ ἀρχῆς, καινὸς φανείς. *Hic qui ab initio erat, novus apparuit*. Maran. ibid.

d Ἀλλ᾽ οὐ τὸ τῆς γνώσεως κ. τ. λ.] Sic reddendum crediderim: *Verum non cognitionis lignum occidit, sed inobedientia*. Maran. in *emendand.*

e Ἣν δύναμιν ἐνιδὼν ὁ ἀπόστολος] Id est: Quum perspexisset Apostolus quam vim habeat illa utriusque ligni, nempe cognitionis & vitæ, conjunctio. Obscura Stephani interpretatio: *Quam facultatem quum perspexisset Apostolus*. Maran. ibid.

νάμιν ἐνιδὼν ὁ ἀπόστολος, τὴν τε ἄνευ ἀληθείας προστάγματος εἰς ζωὴν ἀσκουμένην γνῶσιν μεμφόμενος, λέγει· ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ· ὁ γὰρ νομίζων εἰδέναι τι ἄνευ γνώσεως ἀληθοῦς καὶ μαρτυρουμένης ὑπὸ τῆς ζωῆς, οὐκ ἔγνω, [1] ὑπὸ τοῦ ὄφεως πλανᾶται, [2] μὴ ἀγαπήσας τὸ ζῆν. ὁ δὲ μετὰ φόβου ἐπιγνοὺς, καὶ ζωὴν ἐπιζητῶν, ἐπ' ἐλπίδι φυτεύει, καρπὸν προσδοκῶν. ἤτω σοὶ καρδία γνῶσις· ζωὴ δὲ, λόγος ἀληθὴς, χωρούμενος· οὗ ξύλον φέρων, [3] καὶ καρπὸν . . . ρῶν, τρυγήσεις ἀεὶ τὰ παρὰ Θεῷ ποθούμενα· ὧν ὄφις οὐχ ἅπτεται, οὐδὲ πλάνη συγχρωτίζεται. [a] οὐδὲ Εὔα φθείρεται, ἀλλὰ παρθένος πιστεύεται. καὶ σωτήριον δείκνυται, καὶ ἀπόστολοι συνετίζονται, καὶ τὸ Κυρίου πάσχα προέρχεται, [4] καὶ κηροὶ συνάγονται, καὶ μετὰ κόσμου ἁρμόζεται· καὶ διδάσκων ἁγίους ὁ λόγος εὐφραίνεται· δι' οὗ πατὴρ δοξάζεται. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A tum fuit. Quam facultatem quum perspexisset Apostolus, reprehendens cognitionem quæ sine veritate mandati in vitam exercetur, dicit: [a] *Cognitio inflat, dilectio autem ædificat*. Qui enim putat se scire aliquid sine cognitione vera & cui testimonium perhibetur a vita, non cognoscit, a serpente decipitur, quia vitam non dilexit. At qui cum timore cognitionem est adeptus, & vitam quærit, in spe plantat, fructum exspectans. Esto tibi cor, cognitio: vita autem, sermo verus qui recipitur. Cujus lignum ferens, & fructum, percipies semper quæ apud Deum desi- B derantur, quæ serpens non attingit, neque impostura se illi applicat: neque Eva corrumpitur, sed virgo creditur: & Salutare ostenditur, & Apostoli intelligentia instruuntur, & Domini pascha progreditur, & chori congregantur, & decenter ordinantur: ac docens sanctos Sermo lætatur; per quem Pater glorificatur. Cui gloria in sæcula. Amen.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 120.

[a] 1. Cor. VIII. 1.

1 ὑπὸ τοῦ ὄφεως.] Præmittit καὶ Beurerus.
2 μὴ ἀγαπήσας.] Ita Beurerus & Sylburgius: posterior littera hujus voculæ μὴ legi non potuit in ms. codice, sed tantum μ. Stephanus reddidit *ob amorem vitæ*. Mox idem Beurerus ἤτω ἂν σοι.
3 καὶ καρπόν.] Stephanus & Beurerus καὶ καρποῦ ἱερῶν. Melius Sylburgius καὶ καρπὸν ἐκπληρῶν.
4 κηροί.] Vox corrupta, nec evidenter lecta in ms. codice. Non sanabitur vulnus, si legamus cum Sylburgio καιροί. Sed si ponamus χοροὶ, nihil puto superfuturum difficultatis. Stephanus voces sequentes sic reddit, *& cum mundo coaptatur*. Videtur legendum ἁρμόζονται.

a Οὐδὲ Εὔα φθείρεται] Clarior erit interpretatio, si sic reddamus: *Ubi neque Eva corrumpitur*. MARAN. in *emendandis*.



INDEX CAPITUM
EPISTOLÆ
AD
DIOGNETUM.



PASSIO S. SYMPHOROSÆ

ET SEPTEM FILIORUM EJUS.

Ex editis & tribus codd. mss.

I. QUum fabricasset Hadrianus palatium, & id dedicare vellet ritu illo nefario, cœpissetque sacrificiis idolorum ac dæmonum qui in idolis habitant, flagitare responsa; responderunt & [1] dixerunt: SYMPHOROSA vidua cum septem filiis suis laniat nos quotidie invocando Deum suum. Ista itaque si cum filiis suis sacrificaverit, promittimus nos omnia præstare, quæ petitis. Tunc Hadrianus jussit eam teneri cum filiis, & blandis eos sermonibus hortabatur, ut ad sacrificandum idolis consentirent. Cui beata Symphorosa dixit: *Vir meus* GETULIUS [2], *cum fratre suo* AMANTIO, *tribuni tui quum essent, pro Christi nomine passi sunt diversa supplicia, ne idolis consentirent ad immolandum, & quasi boni athletæ dæmones tuos moriendo vicerunt. Elegerunt enim magis decollari quam vinci, passi mortem; quæ pro nomine Christi suscepta, inter homines terrenos quidem ignominiam eis peperit temporalem, inter Angelos vero decus & gloriam sempiternam: inter quos nunc gradientes, & tropæa passionum suarum dantes* [3], *cum æterno Rege vita æterna fruuntur in cælis*.

II. Hadrianus Imperator dixit ad sanctam Symphorosam: Aut cum filiis tuis sacrifica diis omnipotentibus, aut te ipsam cum filiis tuis sacrificari faciam. Beata Symphorosa [4] respondit: *Et unde mihi tantum boni, ut ego merear cum filiis meis offerri hostia Deo?* Hadrianus Imperator dixit: Ego te diis meis sacrificari faciam. Beata Symphorosa respondit: *Dii tui me in sacrificium accipere non possunt: sed si pro nomine* CHRISTI DEI *mei incensa fuero, illos dæmones tuos magis exuro*. Hadrianus Imperator dixit: Elige tibi unum ex duobus; aut sacrifica diis meis, aut malo interitu finieris. Beata Symphorosa respondit: *Tu existimas quod possit animus meus aliquo terrore mutari, quum ego desiderem cum viro meo* GETULIO [5], *quem pro Christi nomine interfecisti, requiescere*. Tunc Hadrianus Imperator jussit eam duci ad fanum Herculis, & ibi primo alapis cædi, & post hæc capillis suspendi. Sed quum nulla ratione nulloque timore posset eam a bono proposito revocare; jussit eam alligato ad collum ingenti saxo in flumen præcipitari. Cujus corpus colligens frater ejus Eugenius, principalis curiæ Tiburtinæ, in suburbana ejusdem civitatis sepelivit.

III. Alia vero die jussit Hadrianus Imperator, simul omnes septem filios ejus sibi præsentari: quos quum ad sacrificandum idolis provocaret, & nullo pacto eos videret suis minis atque terroribus consentire, jussit circa Herculis templum septem stipites figi, & ibi eos ad trochleas extendi. Et primum CRESCENTEM præcepit in gutture transfigi; secundum JULIANUM in pectore pungi; tertium NEMESIUM in corde percuti; quartum PRIMITIVUM in umbilico vulnerari; quintum JUSTINUM aversum per dorsum perforari gladio; sextum STRACTEUM [6] in latere vulnerari; septimum vero EUGENIUM a summo usque deorsum findi.

IV. Altera vero die veniens Hadrianus Imperator ad fanum Herculis, jussit corpora eorum simul auferri, & projici in foveam altam: & imposuerunt Pontifices nomen loco illi, Ad septem Biothanatos [7]. Post hæc quievit persecutio anno uno, & mensibus sex; in quo spatio omnium Martyrum honorata sunt sancta corpora, & constructis tumulis condita cum omni diligentia, quorum nomina descripta sunt in libro vitæ. Natalis vero sanctorum Martyrum Christi, beatæ Symphorosæ & septem filiorum ejus, Crescentis, Juliani, Nemesii, Primitivi, Justini, Stractei & Eugenii, celebratur sub die XV. Kalendas Augusti. Eorum corpora requiescunt in via Tiburtina milliario ab urbe octavo, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

1 Confer Euseb. lib. 2. vitæ Constantin. cap. 50.

2 Eorum memoriam celebrant Martyrologia ad diem 10. Junii, quo etiam die Surius & Bollandiani eorum Acta exhibent. In ms. Colbertino, *Vir meus Zoticus cum fratre suo Amantio tribuno tuo quum essent ambo &c.*

3 Cod. Colbert. *tropæa passionum suarum laudantes*.


4 Hæc responsio cum sequenti interrogatione deest in cod. Colbertino.

5 Sur. Cardulus & cod. Colbertin. *Zotico*.

6 Cod. Colbertin. *Extacteum*. Edit. Carduli *Stacteum*, quo nomine ab omnibus infra designatur.

7 In uno cod. Colbertin. & alio ex Sorbona, heic aliqua inserta sunt de morte Hadriani, quæ paullo post horum Martyrum necem contigisse ibi refertur.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
126.



S. QUADRATI
APOLOGIÆ PRO CHRISTIANIS
FRAGMENTUM.

Apud EUSEBIUM *lib.* IV. Hist. Eccl. *cap.* III.

RUFINI *Versio*.

IDem igitur ipse suæ antiquitatis specimen talibus exprimit verbis: Nostri autem Salvatoris inquit, opera semper aderant viva & vera, in his qui sanati fuerant, & in his qui a mortuis excitati sunt. Non enim visi sunt tantummodo vel resurgere vel sanari, sed perpetuo ab hominibus videbantur; non tantum Salvatore præsente, sed & [4] post discessum ejus multis temporibus: ita ut aliquanti, qui ab B eo vel curati vel resuscitati sunt, etiam ad nostra usque tempora perdurarint.

A

Ὁ Δ' αὐτὸς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀρχαιότητα παραφαίνει, δι' ὧν ἱστορεῖ ταῦτα ἰδίαις φωναῖς· [1] τοῦ δὲ σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἔργα ἀεὶ παρῆν· ἀληθῆ γὰρ ἦν· [2] οἱ θεραπευθέντες· οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν· [3] οἳ οὐκ ὤφθησαν μόνον θεραπευόμενοι, καὶ ἀνιστάμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρόντες· οὐδὲ ἐπιδημοῦντος μόνον τοῦ σωτῆρος, ἀλλὰ καὶ ἀ- B παλλαγέντος, ἦσαν [5] ἐπὶ χρόνον ἱκανόν· ὥστε καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο.

A

Interprete H. VALESIO.

POrro idem scriptor (*Quadratus*) suam ipsius antiquitatem satis declarat his verbis: Servatoris autem, inquit, nostri opera semper conspicua erant, quippe quæ vera essent: ii scilicet qui morbis liberati, aut qui ex morte ad vitam revocati fuerant. Qui quidem non solum dum sanabantur, aut dum ad vitam revocabantur, conspecti sunt ab omnibus, sed secuto deinceps tempore. Nec solum quamdiu in terris moratus est Servator noster, B verum etiam post ejus discessum diu superstites fuerunt: adeo ut nonnulli eorum etiam ad nostra usque tempora pervenerint.

1 Τοῦ δὲ σωτῆρος κ. τ. λ.] Fragmentum istud ex Eusebio descripsit Georgius Syncellus in *Chronogr.* pag. 348. edit. Paris.

2 Οἱ θεραπ.] Syncell. καὶ οἱ θερ. — καὶ οἱ ἀνασ.

3 Οἱ οὐκ ὤφθ.] Syncell. οὐκ ὤφθ. μόνον οἱ θερ. καὶ οἱ ἀνασ.

4 *Post discessum*] *Post ascensum*. Antiquior Cod. Reginæ. CACCIAR.

5 Ἐπ' χρόνον ἱκανόν] Syncell. ἐπὶ χρόνῳ ἱκανῷ.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
132.

EX
AGRIPPÆ CASTORIS
CONFUTATIONE ADVERSUS BASILIDEM,
EXCERPTA.

Apud EUSEBIUM *lib.* IV. Hist. Eccl. *cap.* VII.

RUFINI *Versio*.

QUum publicaret ejus arcana, dixit eum de Evangelio quidem quatuor & viginti commentarios condidisse: prophetas vero sibimet nuncupasse quosdam, [2] Barchaban, & Barchob, aliosque qui numquam exstiterint: quos ipse tamen constituerit sibi; ac barbaris vocabulis, ut esset appellatio ipsa terribilis, nominarit. Docere etiam eum refert, immolata absque ullo respectu conscientiæ degustanda, & sine scrupulo atque [3] indifferenter D fidem negandam persecutionis temporibus: sectatoresque suos ad morem Pythagoricum docuit quinquennio silere.

C

Ἐκφαίνων δ' οὖν αὐτοῦ τὰ ἀπόρρητα, φησὶν αὐτὸν εἰς μὲν τὸ εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία· προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι [1] Βαρκαβᾶν καὶ Βαρκὼφ, καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς ἑαυτῷ συστησάμενον· βαρβάρους τε αὐτοῖς εἰς κατάπληξιν τῶν τὰ τοιαῦτα τεθηπότων ἐπιφημίσαι προσηγορίας· διδάσκειν τε ἀδιαφορεῖν εἰδωλοθύτων ἀπογευομένους, καὶ ἐξομνυ- D μένους ἀπαραφυλάκτως τὴν πίστιν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς· Πυθαγορικῶς τε τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ πενταετῆ σιωπὴν παρακελεύεσθαι.

C

Interprete H. VALESIO.

DUm igitur cuncta ejus (*Basilidis*) arcana profert in lucem (*Agrippa*,) quatuor & viginti libros in Evangelium ab illo conscriptos esse memorat, ipsumque sibi prophetas confinxisse Barcabam & Barcoph, aliosque nonnullos, qui numquam exstitissent: iisque barbara quædam nomina imposuisse, ad percellendos eorum animos qui hujusmodi rerum admiratione capiuntur. Ait præterea illum docere, quod indifferens sit, vi- D ctimas diis immolatas degustare, & persecutionum tempore licenter fidem abnegare; sectatoribus quoque suis Pythagoreorum more silentium quinquennii eum indicere affirmat.

1 Βαρκαβᾶν] Ita quidem Codex regius. Sed in Codd. Maz. Med. & FUK. scriptum est Βαρχα,ββὰν, cum accentu gravi in ultima. Nec aliter Nicephorus, nisi quod ultimam circumflectit. Apud Rufinum quoque, & apud Hieronymum in Indiculo hæreseon *Barcabbas* dicitur. Sic enim præferunt Mss. Codd. Rufini. VALES.

2 *Barchaban*] In vetusto Reginæ cod. *Barchabam*. CACCIAR.

3 *Indifferenter*] *Indiffidenter*. Idem Reg. cod. ID.

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
136.

DISPUTATIONIS
JASONIS ET PAPISCI,
AB
ARISTONE PELLÆO
CONSCRIPTÆ,
FRAGMENTA.

I.

Apud Eusebium *lib.* iv. Hist. Eccl. *cap.* vi.

Rufini *Versio*. A

OMnis hæc natio jam ex illo (*tempore*) ab omni regione finitima Hierosolymorum penitus arcebatur, cum sanctione divinæ legis, tum maxime constitutionibus & decretis Hadriani; ita ut ne de excelsiori quidem prospectu eminus eis saltem paternum solum profanis obtutibus liceret inspicere. *Ariston Pellæus* historiographus ista prosequitur.

A

ΤΟ' πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται, νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἁδριανοῦ, ὡς ἂν μὴ δ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου· Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ.

A *Interprete* H. Valesio.

EX eo deinceps tempore (xviii. *anno Hadriani*) universa Judæorum gens in regionem circum Hierosolymam sitam omnino pedem inferre prohibita est, lege & constitutionibus Hadriani: *adeo ut ne prospicere quidem e longinquo patrium solum ipsis liceret*, ut testatur *Aristo Pellæus*.

I I.

Apud Hieronymum *in* Traditionib. Hebr. in Genesin.

IN *principio fecit Deus cælum & terram*. Plerique existimant, sicut in Altercatione quoque Jasonis & Papisci scriptum est, & Tertullianus in lib. contra Praxeam disputat, nec non B Hilarius in expositione cujusdam Psalmi affirmat, in Hebræo haberi: *In filio fecit Deus cælum & terram*. Quod falsum esse, ipsius rei veritas comprobat.

I I I.

Idem *lib.* II. Comment. ad Galat. III. 13.

Memini me in Altercatione Jasonis & Papisci, C λοιδορία Θεοῦ ὁ κρεμάμενος: id est, *Maledictio Dei, qui appensus est*. quæ Græco sermone conscripta est, ita reperisse:

I V.

Maximus *in scholiis ad* Dionysium de Mystica Theologia, *cap.* i.

Ἀνέγνων δὲ τοῦτο ἑπτὰ οὐρανοὺς καὶ ἐν τῇ συγγεγραμμένῃ Ἀρίστωνι τῷ Πελλαίῳ διαλέξει Παπίσκου καὶ Ἰάσονος, ἣν Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν ὑποτυπώσεων τὸν ἅγιον Λουκᾶν φησιν ἀναγράψαι.

Legi autem septem cælos in Disputatione Papisci & Jasonis, ab *Aristone Pellæo* scripta, quam Clemens Alexandrinus lib. vi. Hypotyposeon ait sanctum Lucam descripsisse.

SIBYLLINORUM ORACULORUM

LIBRI OCTO.

ACCESSIT

APPENDIX

E PALÆOGRAPHIA GRÆCA

V. CL. D. BERNARDI DE MONTFAUCON.

ΣΙΒΥΛΛΙΑΚΟΙ ΧΡΗΣΜΟΙ.

SIBYLLINA ORACULA.

INTERPRETE

SEBASTIANO CASTALIONE.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἄνθρωποι θνητοὶ καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες,
Πῶς ταχέως ὑψοῦσθε, βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες;
Οὐ τρέμετ', οὐδὲ φοβεῖσθε θεὸν, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν,
Ὕψιστον, γνώστην πανεπόπτην, μάρτυρα πάντων,
Παντοτρόφον, κτιστὴν, ὅστις γλυκὺ πνεῦμ' ἐν ἅπασι
Κάτθετο, χ' ἡγητῆρα βροτῶν πάντων ἐποίησεν;
Εἷς θεὸς, ὃς μόνος ἄρχει ὑπερμεγέθης, ἀγένητος,
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα,
Αὐτὸς δ' οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἁπάσης.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον καὶ ἀληθῆ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ;
Ἀλλ' οὐδ' ἀκτίνων κατεναντίον ἠελίοιο
Ἄνθρωποι στῆναι δυνατοὶ, θνητοὶ γεγαῶτες
Ἄνδρες, ἐν ὀστήεσσι φλέβες καὶ σάρκες ἐόντες.
Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου,
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη,
Αὐτογενὴς, ἀγένητος, ἅπαντα κρατῶν διαπαντὸς,
Πᾶσι βροτοῖσιν ἐνὼν, τὸ κριτήριον ἐν φαῒ κοινῷ.
Τῆς κακοβουλοσύνης δὲ τὸν ἄξιον ἕξετε μισθὸν,
Ὅττι θεὸν προλιπόντες ἀληθινὸν, ἀέναόν τε
Δοξάζειν, αὐτῷ τε θύειν ἱερὰς ἑκατόμβας,
Δαίμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσατε, τοῖσιν ἐν ᾅδου.

PROŒMIUM.

A Mortales homines, viliſſima corpora carnis,
Cur vos effertis, neque finem cernitis ævi?
Non tremitis, ſummumque Deum (quo præſide ſtatis)
Non formidatis; qui conſpicit omnia teſtis,
Conditor omnia qui nutrit, cunctiſque ſuavem
Indidit afflatum mortales qui regat omnes?
Unus qui ſolus regnat Deus, atque ſupremus,
Omnipotens, numquam genitus, qui conſpicit ipſe
Omnia, mortali non aſpectabilis ulli.
Corporeis oculis etenim quis cernere verum,
Æternumque Deum poſſit, cælumque colentem;
Cum neque ſplendentis radiantia lumina ſolis
Suſtineant homines mortales cernere contra?

B Hunc colite, hunc unum, qui ſolus regnat in orbe,
Qui ſolus ſemperque fuit, ſemperque futurus,
Non genitus, per ſe conſtans, tenet omnia ſemper,
Et viget in cunctis mortalibus, atque vigorem
Senſibus inſinuat, communis luminis auctor.
Præmia ſed pravæ mentis digna accipietis:
Quandoquidem æternoque Deo, veroque relicto,
Cui decus & ſacro debetur victima ritu,

Verſ. 1. Ἄνθρωποι κ. τ. λ.] Theophilus ad Autolycum lib. 2. cap. 36. *Sibylla — ſic initio prophetiæ ſuæ in humanum genus invehitur*: Ἄνθρωποι κ. τ. λ. Procemium iſtud quod 84. verſus complectitur, in hodiernis Sibyllinis non exſtat. Illud nobis ſervavit idem Theophilus l. c. ex eoque verſus aliquot recitant Juſtinus, Clemens Alex. Lactantius & Euſebius. Occurrit itaque primus hic verſus etiam apud Clementem Al. lib. 3. *Strom.* cap. 3. pag. 517. edit. Oxon. quam ſequimur.

V. 3. Οὐ τρέμετ'] His affinia leguntur infra, lib. II. v. 376. Hæc autem, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν Ὕψιστον, gemina ſunt cum iis lib. II. v. 177. Ὕψιστος πάντων πανεπίσκοπος.

V. 4. Πανεπόπτην] Ita Opſopæi editio an. 1607. quam ſequuntur Gallæus & Maranus. Al. παντεπόπτην. Al. πανόπτην.

V. 5. Παντοτρόφον] Ita ſcribit magnus ille Turnebus: ea ratione qua πρωτοτόκος & πρωτότοκος pro accentuum variatione ſignificationem mutant. Iſtiuſmodi enim compoſita in penultima apice notata actionem deſignant; in antepenultima paſſionem. παντοτρόφος, *omnium nutritor*: παντότροφος, *ab omnibus nutritus*. OPSOP. — Hanc itaque ſcribendi rationem ſecuti ſumus, cum editt. Oxon. & Hamb. Al. παντότροφον. Duos autem hoſce verſus recitat Lactantius lib. 4. cap. 6. exhibetque *Appendix Montfauc.* Lactantiana omnia referens, Sibyllinis noſtris infra ſubjecta, v. 55. 56. utrumque tamen minus recte deſcriptum, ut ibi adnotatum.

V. 6. Χ' ἡγητῆρα βροτῶν] Excuſa Lactantii exemplaria, & ſcriptum Cl. V. Puteani optimæ notæ, habent χ' ἡγητῆρα θε. unde vel θεῶν, vel θεὸν fieri poteſt. Sed Lactantii menti propius accedit θεὸν, ut filium Dei Deum ducem dicat omnium. Sic mox infra v. 48.

Πάντων δ' ἡγητῆρα κατέστησεν θεότευκτον. OPSOP.

V. 7. Ἄρχει] Lactantius editus lib. 1. cap. 6. pro ἄρχει agnoſcit ἐστι. At ſcriptus ἀρχὴ habet: unde lubrica eſt mutatio in ἄρχει. Citat hunc verſum cum duobus ſeqq. Juſtinus in *Cohort. ad Græcos*, cap. 16. ſed paullulum variantem: ὡς δὲ θεὸς μόνος ἐστὶν ὑπ. IDEM. — Occurrit idem verſus infra lib. I. v. 1. quo lectio recepta firmatur. At Cl. Maranus mallet ἀρχή. Nam, inquit, de Deo non incommode dici poteſt, ὃς μόνος ἀρχὴ, *ſolus eſt principium*. Sedulius in *Appendice Montf.* v. 4. legit in ſuo Lactantio ἄχρι ὑπ. vertitque, *uſque ampliſſimus*.

V. 10. Τίς γὰρ κ. τ. λ.] Hos quatuor qui ſequuntur verſus, laudant Clemens Alex. in *Protrept.* cap. 6. pag. 61. & *Strom.* lib. 5. cap. 14. pag. 714. atque ex Clemente Euſebius *Præp. Evang.* lib. 13. cap. 13. pag. 678. ut aliis obſervatum.

V. 14. Ἐν ὀστήεσσι] Hanc lectionem ſequitur VVolfius. Turnebus apud Opſopœum olim legebat ἐν ὀστοῖσι. Sic etiam Fellus in edit. Oxon. 1684. licet aliter ſcripſerint editores Hamburg. & Paris. At Maranus legendum ſtatuit, ἐνὶ στήθεσσι, *in pectoribus*, non vero *in oſſibus*.

V. 15. Αὐτὸν κ. τ. λ.] Hos duos verſus profert Lactantius lib. 1. cap. 6. adeoque Appendix Montfauc. v. 8. ſeq.

V. 16. Ἐτύχθη] Apud Lactantium ita legebat Sedulius in Append. Montf. v. 9. Unde confirmatur Turnebi conjectura, ſic item legentis apud Opſopœum. Quam quidem lectionem Lactantio ſuo reſtituit Le Brunius, altera vulgari ἔτυχεν rejecta. Eamdem quoque ſequitur Fellus. At VVolfius & Maranus, ἐτέχθη, quos conſulas velim.

V. 17. Διαπαντός] Huc reſpexit Lactantius lib. 1. cap. 7. *A Sibylla*, inquit, αὐτογενὴς, *&* ἀγένητος, *&* ἀποίητος *nominatur*. Unde ſuſpicio eſt, Lactantium ἀποίητος pro διαπαντὸς legiſſe. OPSOP.

V. 18. Ἐνὼν, τὸ κριτ.] Al. ἓν ὂν τὸ κριτ. id eſt, Quum omnibus hominibus unum ſit tribunal. Al. ἐν ὤν: Deus ſcilicet unicum eſt tribunal. Maranus mallet, νέμων τὸ κριτ.

— Ἐν φαΐ] Ita ſcribere magis placet cum Opſopœo. Sic enim iterum infra lib. I. v. 355. & lib. III. v. 432. Al. ἐν φάει. Ubi vide ſis Wolfium.

V. 22. Ἐν ᾅδου] Ita Opſopœi editio, quam ſequuntur Oxon. & Hamb. Al. ἐν ᾅδῃ. Utrimque recte, inquit VVolfius, modo ſub ᾅδου, quod fieri ſolet, δόμος ſubintelligatur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, ϗ τρίβον ὀρθὴν
Εὐθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε τὴν δι᾽ ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων. τί πλανᾶσθε; βροτοὶ παύσασθε μάταιοι,
Ῥεμβόμενοι σκοτίῃ, ϗ ἀφεγγεῖ νυκτὶ μελαίνῃ·
Καὶ λίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε·
Οὗτος ἰδοὺ πάντεσσι σαφὴς, ἀπλάνητος ὑπάρχει.
Ἔλθετε, μὴ σκοτίην δὲ διώκετε, ϗ γνόφον αἰεί.
Ἡελίου γλυκυδερκὲς ἰδοὺ φάος ἔξοχα λάμπει.
Γνῶτε δὲ κατθέμενοι σοφίην ἐν στήθεσιν ὑμῶν·
Εἷς Θεός ἐστι, βροχὰς, ἀνέμους, σεισμοὺς ἐπιπέμπων,
Ἀστεροπὰς, λιμοὺς, λοιμοὺς, ϗ κήδεα λυγρὰ,
Καὶ νιφετοὺς, κρύσταλλα. τί δὴ καθ᾽ ἓν ἐξαγορεύω;
Οὐρανοῦ ἡγεῖται, γαίης κρατεῖ, αὐτὸς ὑπάρχει.

A Manibus infernis fecistis sacra. Superbi,
Insanique, via recta veraque relicta,
Erratis per iter scopulis & sentibus horrens.
Desinite in terræ noctis titubare tenebris,
Vani mortales: noctisque nigrore relicto,
Utimini (patet en cunctis errore sine ullo)
Solis luce, suo qui lumine cuncta serenat.
Atque hoc pectoribus sapienter noscite vestris:
Unus, qui pluvias mittit, motusque, notosque,
Est Deus, atque fames, pestes, tristesque dolores,
Atque nives, glaciem. sed quorsum singula pando?
Imperat & cælis, & terræ præsidet. Ipse est.

Καὶ πρὸς τοὺς γεννητοὺς λεγομένους ἔφη.

B *De iis autem qui generati dicuntur, ait:*

Εἰ δὲ γεννητὸν ὅλως καὶ φθείρεται, οὐ δύνατ᾽ ἀνδρὸς
Ἐκ μηρῶν, μήτρας τε Θεὸς τετυπωμένος εἶναι.
Ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς, πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, ϗ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, ϗ ὕδατος οἴδματα πόντου,
Οὔρεά θ᾽ ὑψήεντα, ϗ ἀέννααα χεύματα πηγῶν,
Τῶν τ᾽ ἐνύδρων πάλι γεννᾷ ἀνήριθμον πολὺ πλῆθος.
Ἑρπετὰ δὲ γαίης κινούμενα ψυχροτροφεῖ τε,
Ποικίλα τε πτηνῶν λιγυρόθροα, τραυλίζοντα,
Ξουθὰ, λιγυπτερόφωνα, ταράσσοντ᾽ ἀέρα ταρσοῖς·
Ἐν δὲ νάπαις ὀρέων ἀγρίαν γένναν θέτο θηρῶν,
Ἡμῖν τε κτήνη ὑπέταξεν πάντα βροτοῖσιν·
Πάντων θ᾽ ἡγητῆρα κατέστησεν θεότευκτον,
Ἀνδρὶ δ᾽ ὑπαίταξεν παμποίκιλα, κ᾽ οὐ κατάληπτα.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται θνητῶν γνῶναι τάδ᾽ ἅπαντα;
Ἀλλ᾽ αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ ποιήσας τάδ᾽ ἀπ᾽ ἀρχῆς,
Ἄφθαρτος κτιστὴς, αἰώνιος, αἰθέρα ναίων·
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων πολὺ πλείονα μισθὸν,
Τοῖς δὲ κακοῖς, ἀδίκοις τε, χόλον ϗ θυμὸν ἐγείρων,

Quod si progenitum est, prorsum interit: exque virili
Femineoque nequit membro Deus esse creatus.
Sed Deus est unus solus, rerumque supremus,
Qui cælum, solem, stellas, lunamque creavit,
Frugiferam terram, pontique fluenta tumentis,
Silvosos montes, fontesque perenne scatentes:
Et sub aquis degens genus innumerabile gignit,
Quæque premunt terram serpentia corpora nutrit,
Et varias volucres, seu balbas, sive canoras,
Stridentes, teneras, sulcantes aera plantis;
Et genus imposuit silvis egreste ferarum,
Subjecitque pecus nobis mortalibus omne;
Cunctorumque ducem fecit divinitus ortum,
C Subjecitque viro quæ vel comprendere non sit.
Nam quis hæc valeat mortalis noscere cuncta?
Ipse sed hæc solus novit, qui condidit unus,
Auctor inextinctus, æternus, in æthere degens:
Et multo majora bonis bona præmia reddens,
Injustosque, malosque, ira pœnisque coercens,

V. 23 Τύφῳ] Genuinam esse hanc lectionem patet ex Clemente Alex. qui quatuor hos versus recitat in *Protrept.* cap. 2. p. 23. contra eos qui τυφλοὶ scribendum putabant apud Opsopœum.

V. 24. Ἀπήλθετε τὴν — σκολόπων. τί πλανᾶσθε;] Sic emendavimus ope Clementis Alex. l. c. quod vitiose in editis nostris legebatur, ἀπήλθετε, καὶ δι᾽ ἀκανθῶν καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε. Mox apud eumdem, βροτέων. MARAN.

V. 28. Οὗτος κ. τ. λ.] Octo sequentes versus laudat Clemens Alex. in *Protrept.* cap. 8. pag. 66. & eorumdem primum, *Stromat.* lib. 5. cap. 14. p. 718. ubi Cl. Potterus ex hoc posteriore *Strom.* loco recte priorem emendat, in quo male excusum πάντ᾽ ἐστι pro πάντεσσι.

V. 29. Γνόφον] Apud Clementem ζόφον, eodem sensu. VVOLF.

V. 31. Κατθέμενοι] Per syncopen, pro καταθέμενοι. Sic supra v. 6. κάτθετο. Theophili editiones Parisienses an. 1615. & 1636. nec non Gallæus heic, mendose καθέμενοι.

V. 32. Σεισμοὺς ἐπιπέμπων] Apud Clementem Alex. σεισμούς τ᾽ ἐπιπέμπων.

V. 34. Κρύσταλλα. τί δή] Ita recte: pro quo mendose apud Clementem Alex. χρύσταλλά τε τί. Nam id metri ratio non patitur. VVOLF.

V. 35. Αὐτὸς ὑπάρχει] Legendum esse ἀΐδος ἄρχει, *imperat orco*, pluribus contendit Eustathius Swartius in *Analectis* p. 31. ut post Barthium monuit Gallæus. Quod itidem probatur VVolfio & Marano.

V. 36. Εἰ δὲ γεννητὸν κ. τ. λ.] Hæc præcessisse videntur carmina, quæ Theophilus laudavit lib. 2. cap. 3. Et hoc, illud ipsum videtur esse quod ibidem ait, καὶ πρὸς τοὺς γεννητοὺς λεγομένους ἔφη. Scilicet deos gentium, quorum genealogias describit Hesiodus. FELL. — Id jampridem conjecerat Opsopœus heic.

V. 37. Ἐκ μηρῶν κ. τ. λ.] Hic versus cum superioris hemistichio legitur apud Lactantium lib. 1. cap. 8. estque Append. Montf. v. 19. Vox τετυπωμένος restituenda cum textui, tum notis novissimæ Lactantii Paris. edit.

V. 38. Ἀλλὰ Θεὸς μόν.] Hic autem cum duobus seqq. iterum infra repetitur in procemio ad lib. I. v. 2. Eos item recitat Lactantius lib. 1. cap. 6. ubi monet Bunemannus, vocem πανυπέρτατος illustrari, & commode reddi, *exsuperantissimus*, a Spanhemio ad *Callimachi Jovem* v. 91. Sedulius in Append. Montf. v. 5. vertit, *eminentissimus*.

V. 40. Οἴδματα πόντου] Al. οἴδμ. πάντα. Sed nihil mutandum suadet eadem phrasis occurrens infra lib. I. v. 266. & lib. III. v. 715.

V. 41. Ὑψήεντα] Ex conjectura ὑλήεντα edidit Opsopœus, qui erratum emendavit in notis, quum postea in similem versum incidisset. Itaque vox eadem a Gallæo erat restituenda. WOLF. — Versus quem heic respicit Wolfius, occurrit infra lib. III. v. 715. Hinc reformanda versio ex l. c. *excelsos montes*.

— Ἀέννααα χεύματα πηγῶν] Anonymus Londinensis in notis ad edit. Opsopœi Paris. an. 1607. quam penes me habeo, heic legendum statuit ἀενάων πόμα πηγῶν, ut infra lib. IV. v. 15. De voce ἀέναος simplici ν scribenda, vide sis Heusingerum lib. 1. *Emendatt.* cap. 2. p. 37.

V. 43. Ἑρπ. δὲ γαίης] Idem Anon. Lond. τῆς γ. Al. δ᾽ ἐκ γ. Al. τ᾽ ἐν γαίῃ. Wolfius conjicit pro δὲ legendum δή, præcipue quum τὸ τε post ψυχροτροφεῖ, versum hunc prioribus satis jungat.

— Ψυχροτροφεῖ] Maranus, ψυχροτροφεῖς.

V. 45. Λιγυπτερόφωνα] Hæc lectio magis placet Wolfio & Marano, quam altera λιγυρόφωνα editt. Theophili.

V. 49. Ὑπαίταξεν] Sic & editio Oxon. Wolfius tamen quem sequitur Maranus, maluit duas heic facere voces, ὑπαὶ τάξεν, quam unam ὑπαίταξεν; ut sic de verbi hujus ratione clarius constaret. Scilicet, inquit, Poetæ sæpe pro ὑπὸ adhibent ὑπαὶ, tum seorsim, tum in conjunctione cum verbo.

V. 52. Αἰθέρα] Forte legendum: αἰθέρι ναίων. Hac enim phrasi sæpe utitur Homerus, Theophilo non incognitus. WOLF. — Esto. Verum Theophilus carmina isthæc non composuit, sed exscripsit e Sibyllinorum auctore; apud quem Lactantius item legit αἰθέρα, lib. *de Ira Dei* cap. 22. ubi tres hosce versus recitat.

V. 53. Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθόν] In plerisque, etiam nuperis, Lactantii editt. præter Spark. & Le Brun. τοῖς τ᾽ ἀκάκοις ἄκακον: quod olim redarguit Opsopœus. Minus enim recte quis dixerit, ἄκακον — μισθόν.

V. 54. Ἐγείρων] Ita sane apud Theophilum & Lactantium. Attamen Aldus legit ἀγείρων, vertitque *colligens*, non *excitans*, ut Parrhas. Quod quidem monuit Heusingerus in *Emendatt.* lib. 1. cap. 8. p. 144.

Καὶ πόλεμον, ϰ̀ λοιμὸν, ἰδ' ἄλγεα δακρυόεντα.
Ἄνθρωποι τί μάτlω ὑψέμεσοι ἐκροιζοῦσθε;
Αἰσχυνθῆτε γαλᾶς ϰ̀ κνώδαλα θειοποιοῦντες.
Οὐ μανίη ϰ̀ λύσσα φρενῶν, ϰ̀ ἐστηςία φάρη;
Εἰ λοπάδας κλέπτουσι θεοὶ, συλῶσι δὲ χύτρας;
Ἀντὶ δὲ χρυσήεντα πόλον κατὰ πίονα ναίειν,
Σητόβρωτα δέδορκε, πυκναῖς δ' ἀράχναις δεδίασαι·
Προσκυνέοντες ὄφεις, κύνας, αἰλούρους ἀνόητοι,
Καὶ πετεεινὰ σέβεσθε, ϰ̀ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Καὶ λίθινα ξόανα, ϰ̀ ἀγάλματα χειροποίητα,
Κ' ἐν παρόδοισι λίθων συγχώματα· ταῦτα σέβεσθε,
Ἄλλά τε πολλὰ μάταια, ἃ δὴ κ' αἰσχρὸν ἀγορεύειν.
Εἰσὶ θεοὶ μερόπων δολοήτορες οὗτοι ἀβούλων,
Τῶν δὴ κ' ἐκ στόματος χεῖται θανατηφόρος ἰός.
Οὗ δ' ἔστι ζωή τε, ϰ̀ ἄφθιτον ἀέναον φῶς,
Καὶ μέλιτος γλυκεροῦ γλυκερώτερον ἀνδράσι χάρμα
Ἐκπροχέει· τῷ δεῖ μόνῳ αὐχένα κάμπτειν,
Καὶ τρίβον αἰώνεσσιν ἐν εὐσεβέεσσ' ἀνακλίνειν.
Ταῦτα λιπόντες ἅπαντα, δίκης μεστὸν τὸ κύπελλον
Ζωρότερον, στιβαρὸν, βεβαρημένον, ϰ̀ μάλ' ἄκρητον
Εἱλκύσατ' ἀφροσύνῃσι μεμηνόσι πνεύματι πάντες·
Κ' οὐ θέλετ' ἐκνῆψαι, ϰ̀ σώφρονα πρὸς νόον ἐλθεῖν,
Καὶ γνῶναι βασιλῆα θεὸν, τὸν πάντ' ἐφορῶντα.
Τοὔνεκεν αἰθομένοιο πυρὸς σέλας ἔρχετ' ἐφ' ὑμᾶς,
Λαμπάσι καυθήσεσθε δι' αἰῶνος τὸ πανῆμαρ,
Ψεύδεσιν αἰσχυνθέντες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀχρήστοις.
Οἳ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν, ἀέναόν τε,
Ζωὴν κληρονομοῦσι, τὸν αἰῶνος χρόνον, αὐτοὶ
Οἰκοῦντες παραδείσου ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον,
Δαινύμενοι γλυκὺν ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

A Immittens bellum, peſtem, triſteſque dolores.
Stirpitus, o homines, cur inſurgendo peritis?
Non pudet in divos, feles & bruta referre?
An non eſt rabies, cæcæque inſania mentis?
Tauros furantur divi, prædantur & ollas?
Quoſque poli ſedes aureas habitare deceret,
Hos caries, denſiſque infeſtat aranea telis?
Serpentes colitis, ſtulti, feleſque, caneſque,
Et volucres, & quæ ſerpunt animalia terræ,
Et fabricata manu ſimulacra, & ſaxea ſigna,
Et paſſim lapidum moles: hæc, vanaque multa
B Præterea colitis, quæ ſunt turpiſſima dictu.
Talia ſunt hominum ſtultorum numina falſa,
Quorum mortiferum diſtillat ab ore venenum.
At cujus vita eſt, cujus lux illa perennis,
Lætitia unde viris dimanat dulcior omni
Melle: iſti cervix omnis ſe ſubdere ſoli
Debet, quique piis oſtendit qua ſit eundum
In vitam: his inquam neglectis, inſipienter
Ingentem, magnum calicem, plenumque meraco
Pœnarum hauſiſtis furioſis mentibus omnes;
Nec ſobrii vultis ſanæque evadere mentis,
Et noviſſe Deum regem, qui cuncta tuetur.
C Propterea fervens ignis vos opprimet ardor,
Semper & in flammis turpes ardebitis, omne
Quandoquidem vanis ſtatuis impenditis ævum.
At quibus æternus colitur Deus atque perennis,
Hi vitam degent quæ tempus in omne manebit,
Floriferos hortos paradiſi ſemper habentes,
Et dulcem cæli panem ſtellantis edentes.

V. 55. *Καὶ πόλεμον κ. τ. λ.*] Hunc verſum velut ex Orpheo deſumtum proferunt Juſtinus in *Cohort. ad Græc.* cap. 15. ac lib. *de Monarch.* cap. 2. & Clemens Alex. *Strom.* lib. 5. cap. 14. p. 725. Utrobique autem ita deſcribitur:

Καὶ πόλεμον κρυόεντα, ϰ̀ ἄλγεα δακρυόεντα.

Euſebius item *Præp. Evang.* lib. 13. cap. 13. refert ex eodem Clemente iſtud tantum acroſtichium:

Καὶ πόλεμον κρυόεντα. ———

Hinc ſuſpicatur Cl. Potterus, ex Euſebio ms. & edito excidiſſe reliqua, propter voces *ὁμοιοτελεύτους*, *κρυόεντα* & *δακρυόεντα*. At idem Euſebius lib. cit. cap. 12. p. 665. integrum recitat ex Ariſtobulo, ut exſtat in noſtris Sibyllinis.

— *Ἰδ' ἄλγεα*] Maranus, *ἢ ἄλγ.* ut habent cod. Bodl. & editio Tigurina. Fellus quem ſequitur Wolfius, *δ' ἄλγ.* At præter Euſebium l. c. legimus etiam *ἰδ' ἄλγ.* infra lib. III. v. 541. ubi verſus iſte repetitur.

V. 56. *Ἐκροιζοῦσθε* [Editt. Oxon. Hamb. & noviſſ. Paris. *ἐκριζοῦσθε*.

V. 57. *Γαλᾶς*] Ita ſcribendum jubet Opſopœus, tamquam contractum e *γαλέας*. Ita & editt. Felli, Wolfii & Marani. Al. *γάλας*.

V. 58. *Ἐστηςία φάρη*] Hanc lectionem exhibent cod. Bodl. & Tigur. editio, nec non Paris. 1607. & 1644. At Felli editio Oxon. quam minus attente legerunt Wolfius & Maranus, habet *ἐστήσια βάρη*. Al. *ἐπώσια βάρη*. Al. aliter.

V. 59. *Εἰ λοπάδας*] Hanc magis placuit lectionem ſequi poſt Turnebum & Auratum, quam alteram editionum præcedentium *εἰλοπόδας*, vitioſam inſuper, pro *εἰλιπόδας*. *Lances* enim, ſive patinæ, ollis diiſque felibus aptius quam *tauri* congruunt. Eamdem item lectionem ſequuntur editt. Hamb. & Paris.

V. 60. *Κατὰ πίονα ναίειν*] Ita editt. Oxon. Hamb. & Paris. Al. *κατὰ πίονα*. Auratus apud Opſopœum ſic legi poſſe cenſuit: *Ἀντὶ δὲ χρυσέοιο πόλου κατὰ πίονα νηόν*. In veteri ſane Oraculo apud Euſebium *Præp. Evang.* lib. 5. cap. 27. p. 224. ita legimus:

Ἥκεις ὦ Λυκόεργε ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν.

V. 65. *Κ' ἐν παρόδοισι*] Sic editt. Oxon. & Hamb. quod vidit etiam Opſopœus. Noviſſima tamen Paris. *Κ' ἐν παρόδοις*. Antiquiores, *Κἂν παροδοῖσι*. Mox ms. Bodl. *συγχώσματα*.

V. 67. *Εἰσὶ θεοὶ κ. τ. λ.*] Ita ex conjectura Turnebi, Opſopœi editio quam ſequuntur Fellus, Gallæus & Wolfius. Maranus tamen ex recenſione Ducæi ſic:

Καίγε θεοὶ μερόπων δολοήτορες εἰσὶν ἀβούλων.

V. 68. *Κ' ἐκ στόματος*] Sequimur editt. Oxon. Hamb. & Paris. Al. *κἀκ στόμ.* Mox apud Opſopœum recte *χεῖται*, ut e contextu patet, pro *κεῖται* aliarum editt. quas etiam Oxonienſis ſecuta eſt; quo tamen vitio carent Hamb. & Paris.

V. 69. *Οὗ δ' ἐστι*] Ita Opſopœi editio. Et ſic legendum vidit Maranus: licet ſit ſecutus editt. Oxon. & Hamb. quæ habent *οὐδ' ἐστι*.

V. 70. *Χάρμα*] Auratus apud Opſop. mallet *χρᾶμα*, *diluta potio*. Quam conjecturam firmare videtur epitheton *ἄκρητον*, mox infra v. 74. ut advertit Wolfius.

V. 71. *Ἐκπροχέει· τῷ κ. τ. λ.*] Claudum hunc verſum meus Anonymus Londinenſis ita reſtituit:

Ἐκπροχέει· τῷ δεῖ μόνῳ πάντ' αὐχένα κάμπτειν.

Al. aliter.

V. 72. *Ἀνακλίνειν*] Sic & editt. Oxon. & Hamb. Attamen Pariſienſis habet *ἀνακλινοῖ*; quæ eſt lectio ms. Bodl. mendoſa omnino juxta Wolfium, qui mallet *ἀνακλινεῖ*.

V. 81. *Οἱ δὲ κ. τ. λ.*] Exſtant hi tres verſus apud Lactantium lib. 2. cap. 12. & in Append. Montf. v. 34. ubi tamen legitur *τοῦ αἰῶνος*, atque in tertio *παράδεισον ὁμοίως*: ſed ibidem mendoſe, *ἐρυθήδεα*.

V. 82. *Κληρονομοῦσι*] Sic Lactantius & Sedulius in Append. Montf. Sic item editt. Oxon. & Hamb. Maranus tamen ſecutus edit. Tigu. & ms. Bodl. exhibet *κληρονομήσουσ'*.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
136.

A

ΣΙΒΥΛΛΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Α΄.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

Περὶ τȣ̃ ἀνάρχȣ Θεȣ̃.

Εἷς Θεὸς ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης, ἀγένητος.
Ἀλλὰ Θεὸς μόνος, εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀςέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντȣ,
Ὃς μόνος ἐςὶ Θεὸς κτίςης, ἀκράτητος ὑπάρχων,
Αὐτὸς ςήριξεν μερόπων μορφήν τε τύπον τε,
Αὐγὰς μῖξε, φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Ἀρχομένη πρώτης γενεῆς μερόπων ἀνθρώπων,
Ἄχρις ἐπ᾽ ἐσχατίῃσι προφητεύσω τὰ ἕκαςα,
Ὁππόσα πρὶν γέγονεν, πόσα τ᾽ ἐςὶν, ὁπόσσα τε μέλλει
Ἔσσεσθαι κόσμῳ, διὰ δυσσεβίας ἀνθρώπων.
Πρῶτον δὴ κέλεταί με λέγειν Θεὸς, ὡς ἐγενήθη
Ἀτρεκέως κόσμος. σὺ δὲ ποικίλε θνητὲ πίφασκε
Νουνεχέως, ἵνα μή ποτ᾽ ἐμῶν ἐφετμῶν ἀμελήσῃς,
Ὕψιςον βασιλῆα, ὃς ἔκτισε κόσμον ἅπαντα,
Εἴπας, γεινάσθω, καὶ γείνατο. ἥδρασε γὰρ γῆν
Ταρτάρῳ ἀμφίσαλον, καὶ φῶς γλυκὺ αὐτὸς ἔδωκε.
Οὐρανὸν ὕψωσε, γλαυκὴν δ᾽ ἥπλωσε θάλασσαν,
Καὶ πόλον ἐςεφάνωσεν. ἅλις πυριλαμπέσιν ἄςροις.
Καὶ γαῖαν κόσμησε φυτοῖς, ποταμοῖσι δὲ πόντον
Χευάμενος ἐκέρασσε, καὶ ἀέρι μῖξεν ἀϋτμὰς,
Καὶ νέφεα δροσόεντα. τιθεὶς ἄρα καὶ γένος ἄλλο,
Ἰχθύας ἐν πελάγεσσι, καὶ ὄρνεα δῶκεν ἀήταις·
Ὕλαις δ᾽ αὖ θῆρας λασιαύχενας, ἠδὲ δράκοντας
Ἑρπυςὰς, καὶ πάντ᾽ ὅσα κυκλόσε νῦν καθορᾶται.
Αὐτὸς ταῦτ᾽ ἐποίησε λόγῳ, καὶ πάντ᾽ ἐγενήθη
Ὦκα καὶ ἀτρεκέως. ὅδε γὰρ πέλετ᾽ αὐτολόχευτος.
Οὐρανὸν ἐγκαθορῶν, ὑποαιτετέλεςο δὲ κόσμος.
Καὶ τότε δὴ μετέπειτα πλάσεν πάλιν ἔμπνοον ἔργον,
Εἰκόνος ἐξ ἰδίης ἀπομαξάμενος νέον ἄνδρα,
Καλὸν, θεσπέσιον, τὸν δὴ κέλετ᾽ ἐν παραδείσῳ
Ἀμβροσίῳ ναίειν, ὡς οἱ καλὰ ἔργα μεμήλῃ.
Αὐτὰρ ὁ μοῦνος ἐὼν αὐτȣ̃ ἐριθήλεϊ κήπῳ,
Προσλαλιὴν ποθέεσκε, καὶ ηὔχετο εἶδος ἀθρῆσαι
Ἀλλ᾽ οἷον αὐτὸς ἔχεν. τȣ̃ δὴ Θεὸς αὐτὸς ἀπȣ̃ρας
Ἐκ λαπάρας, τȣ́τῳ ἐποιήσατο Εὔαν ἀγητὴν
Κȣριδίην ἄλοχον· ἣν δὴ πόρεν ἐν παραδείσῳ
Τȣ́τῳ συνναίειν. ὁ δέ μιν κατιδὼν, μέγα θυμῷ

SIBYLLÆ

LIBER I.

PROŒMIUM

de Deo principii experte.

Unus, qui ſolus regnat Deus, unus & idem,
Non genitus, rerum ſummus, ſuper omnia ma-
Qui cælum,ſolem,ſtellas,lunamque creavit, (gnus,
Frugiferam terram, pontique fluenta tumentis:
Qui ſolus Deus eſt, incomprenſuſque creator.
B Hic hominum formam & ſpeciem conſtruxit,& idem
Viventem generis naturam miſcuit omnem.

NARRATIO.

Aggredior primo generis mortalis ab ævo,
Uſque ad ſupremum divine pandere cuncta.
Quæ fuerint mundo, quæ ſint, quæ deinde ſequantur
Ob ſcelus humanum. Primum, quænam ſit origo
Mundi, dicere me Deus imperat. Ergo ſcienter
Nemea mortalis temnas præcepta caveto.
Supremum regem, qui mundum condidit omnem,
Sic fatus, fiat: factumque eſt namque locavit
Quæ cingatur aquis, & cingat tartara, terram:
C Dulce dedit lumen: cælum ſubvexit in altum
Et mare cæruleum explicuit: cœlumque renidens
Aſtrorum clara cinxit denſaque corona:
Et terram ornavit plantis: & flumina ponto
Indidit infundens: & miſcuit aere ventos,
Et pluvias nubes. Aliud genus edidit inde,
Et commiſit atque piſces, ventiſque volucres,
Atque feras ſilvis hirſutas, atque dracones
Serpentes: breviter, quæ nunc cernuntur ubique,
Hæc fecit verbo, & ſunt protinus omnia facta,
Et plane: ſiquidem per ſe parit ipſa ſua vi.
Cælum deſpiciens perfecto denique mundo,
Rurſum finxit opus ſpirabile namque recentem
Expreſſit, propria ducens ab imagine, pulcrum,
D Præſtantemque virum, & viridaria juſſit amœna
Incolere, ut ſtudiis, operam navaret honeſtis,
Verum cum ſolus viridantibus eſſet in hortis,
Colloquium optabat, proprioque videre volebat
Conſimiles vultus igitur Deus ipſius, ejus
Ereptam lateri, formoſam condidit Evam:
Uxoremque viro propriam conjunxit, ut una
Degeret hanc ſimulac vidit, propriæque notavit

V. 1. Εἷς θεὸς κ. τ. λ.] Hic verſus legitur apud Lactantium lib. 1. cap. 6. & in Append. Montf. v. 4. & repetitur in ſuperiori prooemio v. 7. Tres item ſequentes exſtant ibidem v. 37.

V. 5. Ὃς μόνος κ. τ. λ.] Hunc autem cum duobus reliquis reperies item apud Lactantium lib. 2. cap. 12. & in Append. Montf. v. 31.

V. 6. Αὐτὸς ςήριξεν] Lactantius:
Αὐτὸς δ᾽ ἐςήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε.
Sic & Sedulius in Append. Montf. Hic autem verſus legitur etiam infra lib. II. v. 374.

V. 7. Αὐγὰς μῖξε] Apud Lactantium & Sedulium, αὐτὸς ἔμιξε.

V. 14. Ἀμελήσῃς, Ὕψ. βασ.] Aliquid deeſſe cenſet Caſtalio. At Ranconetus, virgula poſt ἀμελήσῃς poſita, hiatum ſupplet: ut ſic πίφασκε regat accuſativum ὕψιςον βασιλῆα, *commemora regem altiſſimum*. Opsop.

V. 16. Καὶ γείνατο] Regius cod. habet Καὶ ἐγείνατο. Id. — Sic etiam in ſuo ms. legebat Gallæus.

V. 17. Ἀμφίσαλον] Uterque codex ms. regius & Cl. V. Fr. Pithœi præfert ἀμφὶ σάλον. (Sic & ms. Gallæi.) Turnebi liber ἀμφίαλον, *ſalo* ſive *mari cinctam*. Forte ſcribendum ἀμφιβαλὼν, ut infra lib. I. v. 126. Opsop.

V. 19. Πυριλάμπεσιν] Exemplar regium (& ms. Gallæi) περιλάμπεσιν. Id.

V. 21. Χευάμενος] Idem codex regius (& Gallæi) χευάμενον. Auratus, χεάμενος. Id.

V. 25. Πάντ᾽ ὅσα κ. τ. λ.] Turnebus, πάνθ᾽ ὅσα κυκλόσε γῆν καθ. Id.

V. 27. Αὐτολόχευτος] Suidas huc reſpexit in λοχεύονται. Αὐτολόχευτος, αὐτογέννητος, ὁ θεὸς ὁ ἀγέννητος: *Deus per ſe genitus, ſui ipſius parens*. Id. — Sic & Heſychius: Αὐτολόχευτος θεὸς, ἀγέννητος, αὐτογέννητος: *Per ſe genitus Deus, non genitus*. Uterque peſſime: judice Heinſio in *Ariſtarch.* cap. 3. p. 89. & Svicero in *Theſ. Eccl.* v. Αὐτολόχευτος: quos conſulas velim.

V. 28. Ὑποαιτετέλεςο] Vet. codex, ὑποτετέλεςο. Turnebi liber, μὲν ὕπαι, τετέλεςο: vel ἅπεν τετέλεςο. Auratus, πᾶσι τετέλεςο. Bayſius, ὕπατον, τετέλεςο. Opsop.

V. 30. Εἰκόνος κ. τ. λ.] His affinia occurrunt infra lib. VIII. v. 260. & 442.

V. 33. Ἐὼν αὐτȣ̃ ἐριθήλεϊ] Αὐτȣ̃ verſus cauſſa e Turnebi libro repoſitum eſt pro παραδείσȣ, quod ſcripti & cuſi codices agnoſcunt. Legi quoque poteſt, ἐὼν θεȣ̃ ἐν ἐριθ. Opsop. — Nos item metri gratia, Anonymum Londin. ſecuti, reſcripſimus ἐριθήλεϊ pro ἐριθήλει, quod habent editi.

V. 34. Προσλαλιήν] Unicam dictionem facit Fr. Pithœi codex: reliqui duas, πρὸς λαλιὴν, non tam bene. Opsop.

V. 36. Λαπάρας, τȣ́τῳ] Regium exemplar, λαπάρης τȣ́τȣ. Auratus, λαπάρας ὀςȣ̃ν. Id.

Θαῦμ' ἔχεν, ἐξαίφνης κεχαρημένος, οἷος ὁρᾶται
Αντίτυπον μίμημα, σοφοῖς δ' ἠμείβετο μύθοις,
Αὐτομάτοισι ῥέουσι. Θεῷ γὰρ πάντ' ἐμεμήλει.
Οὔτε γὰρ ἀκρασίη νόον ἔσκεπον, οὔτε μὲν αἰδῶ
Εἶχον, ἀλλ' ἦσαν κραδίης ἀπάνευθε κακοῖο,
Καὶ ὡς θῆρες δὴ βίνεσκον ἀπὸ σκοπιῆσι.
Καὶ μετέπειτα δὲ τοῖσι Θεὸς ἐφετμὰς ἀγορεύσας,
Δεῖξεν τοῦ δένδρου μὴ ψαύειν. τοὺς δὲ μάλ' αἰνὸς
Εξαπάτησεν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε
Αλλὰ γυνὴ πρώτη προδότις τῷ γίνετ' ἐκείνῳ,
Η δῶκεν, τοῦτον δ' ἀδαῆ πείθεσκεν ἁμαρτεῖν.
Ος δὲ γυναικὸς ἔπεσσι πεπεισμένος, ἐξελάθεσκεν
Αθανάτου κτίστου, σαφέων δ' ἀμέλησεν ἐφετμῶν.
Τοὔνεκεν ἀντ' ἀγαθοῖο λάβον κακὸν οἷον ἔπραξαν.
Καὶ τότε δὴ γλυκερῆς συκῆς πέταλ' ἐμπείραντες,
Εσθῆτας τεύξαντες, ἐπ' ἀλλήλοισιν ἔθηκαν.
Μήδεά τ' ἀμφεκάλυψαν, ἐπεὶ σφίσιν ἤιεν αἰδώς.
Τοῖσιν δ' ἀθάνατος κότον ἔνθετο, κάββαλεν ἔξω
Αθανάτου χώρου. τόδε γὰρ τετελεσμένον ἦεν,
Θνητοῖς ἐν χώρᾳ μεῖναι, ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξαν
Αθανάτου μεγάλοιο Θεοῦ λόγον ἀΐσαντες.
Οἱ δ' ἄφαρ ἐξελθόντες ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Δάκρυσι καὶ στοναχαῖς δεύοντο. ἔπειτα δὲ τοῖσιν
Αθάνατος Θεὸς αὐτὸς ἔπος προφερέστερον εἶπεν·
Αὔξεσθε, πληθύνεσθ', ἐργάζεσθ' ἐπὶ γαίης
Εντεχνέως, ἵν' ἔχητε τροφῆς κόρον ἱδρώοντες.
Ως φάτο. τῆς δ' ἀπάτης τὸν ἐπαίτιον ἑρπυστῆρα,
Νηδύϊ καὶ κενεῶνι ποιήσατο γαῖαν ἐρείδειν,
Πικρῶς ἐξελάσας. δεινὴν δ' ἔχθραν προΐαψεν
Εν μέσῳ ἀλλήλων· καὶ ὁ μὲν κεφαλὴν προφυλάσσει
Σώζειν, ὃς δὲ πτέρναν· ἐπεὶ θάνατός γε πάρεστι
Πλησίον ἀνθρώπων, καὶ ἰοβόλων κακοβούλων.

Καὶ τότε δὴ γενεὴ πληθύνετο, ὡς ἐκέλευσεν
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ αὔξανεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Λαὸς ἀπειρέσιος, οἴκους δέ μεν ἐξήσκησαν
Παντοίους, οἱ δ' αὖτε πόλεις καὶ τείχε' ἐποίουν
Εὖ καὶ ἐπισταμένως, οἷσιν πολυχρόνιον ἦμαρ
Ωπασεν εἰς ζωὴν πολυήρατον. οὐ γὰρ ἀνίαις
Τειρόμενοι θνῆσκον, ἀλλ' ὡς δεδμημένοι ὕπνῳ·
Ολβιοι οἱ μέροπες μεγαλήτορες, οὓς ἐφίλησεν
Σωτὴρ ἀθάνατος βασιλεὺς Θεός. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Ηλιτον ἀφροσύνῃ βεβολημένοι. οἳ γὰρ ἀναιδῶς
Εξεγέλων πατέρας, καὶ μητέρας ἠτίμαζον,
Γνωστοὺς δ' οὐκ ἐγίνωσκον, ἀδελφειῶν ἐπίβουλοι
Ησαν δ' ἄρ μιαροὶ, κεκορυθμένοι αἵματι φωτῶν,
Καὶ πολέμους ἐποίουν. ἴση δ' αὐτοῖς ἤλυθεν ἄτη,
Υστάτη, οὐρανόθεν βεβολημένη, ἣ βιότοιο
Δεινοὺς ἐξεῖλεν, τοὺς δ' αὖ ὑπεδέξατο ᾅδης.
Αδην δ' αὖτε κάλεσσαν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Αδὰμ
Γευσάμενος θανάτου, γαῖα δέ μιν ἀμφεκάλυψε.

A Exemplar formæ, stupuit simul, atque recentem
Hausit lætitiam: tum docte farier infit,
Verbis sponte sua manantibus, omnia quando
Curabat Deus.
Nam neque velabat mentem laxata libido,
Nec pudor ullus erat: sed prava mente carebant,
Luce palam vulgo coeuntes, more ferarum.
Illis deinde Deus tradens præcepta, cavendum
Arboris ostendit gustu. Sed pessimus illos
Decepit vafre serpens, ut mortis abirent
In fatum, scirentque bonumque malumque quid esset.
Sed mulier primo proditrix exstitit illi,
Quæ dedit, ignoraque rei peccare suasit.
Ille quidem audita persuasus conjuge, patrem
B Æternum oblitus, sprevit clarissima jussa.
Hoc ergo peperere sibi mala, non bona, facto,
Ac tum mellitæ ficus foliis contextis
Vestes fecerunt, quibus obtexere pudenda
Impositis inter sese, cogente pudore.
At pater æternus facto succensuit illo,
Dejecitque loco immortali, quatenus æquum
Degere mortali fuit in regione, rebelles
Contra immortalis magni præcepta parentis.
Qui simul egressi terram tetigere parentem,
Et gemitu & lacrymis perfundebantur. Et inde
Immortalis eos Deus est affarier orsus:
Crescite multiplici numero, terramque per artem
Exercete, cibos alimentaque desudantes.
C Sic ait: & fraudis serpentem qui fuit auctor,
In latus & ventrem, terram calcare coegit,
Acriter exactum: capitaleque conciliavit
Inter eos odium. Quare hic caput, ille tuetur
Calcem: quandoquidem mortis discrimen utrosque
Urget, mortalesque, veneniferosque malignos.
Tum genus humanum, sicut mandaverat ipse
Omnipotens, magno numero crescebat, & amplius
Fiebat populus. Tunc scite tecta, domosque
Diversas alii cœperunt ædificare:
Urbes & muros alii, queis longa dabantur
Tempora vivendi: nec enim tum sollicitudo
Mortem conflabat: placidoque simillima somno
Mors obrepebat. Felices, magnanimique,
D Quos Deus æternus rex & servator amavit.
Sed tamen hos etiam peccandi amentia cepit.
Ridebant patres, & matres dedecorabant
Turpiter, & notos non norant, fratribus ipsis
Insidiabantur, perversi, sanguine pleni
Humano, neque non crudelia bella gerebant.
Exitium sed idem divinitus abstulit illos
De cælo tactos, aut dura morte peremtos:
Quos Orcus cepit, qui Graiis nomine dictus
Est ᾅδης, quod eo primus descenderit Adam

V. 39. Οἷος ὁρᾶται] Idem Auratus, οἷον ὁρᾶτο. Id. — Eodem plane modo ms. nostrum exemplar. Gallæus.

V. 41. Αὐτομάτοισι ῥέουσι] Reg. cod. αὐτομάτοις ῥέουσι. Bene, si αὐτομάτως scribas. Opsop.

V. 43. Εἶχον — κραδίης] Idem cod. Reg. (& ms. Gallæi) ἄμφω εἶχον. Mavult Auratus κραδίην. Id.

V. 44. Ἀπὸ σκοπ.] Noster Anonymus Londin. legit ὑπὸ σκοπ.

V. 47. Ἐπὶ μοῖραν ἀπελθεῖν] Sic & infra lib. VIII. v. 261. unde huc translati videntur hi duo versus. Apud Lactantium tamen lib. 2. cap. 13. legimus ἀνελθεῖν: quo modo legit quoque Sedulius in Append. Montf. v. 38.

V. 49. Γίνετ'] Reg. cod. (& ms. Gallæi) γείνατ'. Opsop.

V. 55. Τεύξαντες, ἐπ' ἀλ.] Idem cod. Reg. τεύξαντο καὶ ἀλ. Id.

V. 57. Ἔνθετο, κάββαλεν] Exemplar Pithœi, ἔνθετο κάβαλεν. Al. ἔνθετο κἄκβαλεν. Id.

V. 59. Θνητοῖς ἐν χώρᾳ] An ἐν θνητῇ? Regium exemplar θνητοῖσιν ἐν χώρᾳ. Forte scribendum θνητοῖσι χωρὶ μεῖναι: q. d. ita consilio divino destinatum erat, ut seorsim habitarent, nempe extra hortum Dei. Auratus legit, θνητοῖς, μ' ἐν γαίῃ· pro μὴ ἐν. Id.

V. 60. Ἀΐσαντες] Turnebus & Auratus, ἀεισάοντες, metri caussa: quo verbo usa est Sibylla, infra lib. I. v. 177. Codex reg. ἀείσαντος: unde fieri potest ἀεὶν ἐόντος. Id.

V. 65. Ἐντεχνέως] Idem cod. (& Gallæi ms.) ἐντέχνως. Id.

V. 71. Ἀνθρώπων] Noster Anonymus Londin. legit ἀνθρώπων τε.

V. 75. Οἱ δ'] Pro οἱ δ', scriptum Reginæ (& Gallæi) refert ἠδ'. Opsop.

V. 78. Δεδμημένοι ὕπνῳ] Similiter Hesiodus, θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι. — Sunt autem ista de ætatibus pleraque ex Hesiodo desumta. Id. — Consule, si lubet, in hunc locum Fabricium *Bibl. Gr.* tom 1. p. 185.

V. 83. Γνωστοὺς δ' οὐκ ἐγίνωσκον] Turnebi liber, γνωστοὺς δ' οὐ γίνωσκον. Mox regius codex δ' ἐπίβουλοι. Opsop.


V. 84. Κεκορυθμένοι] Auratus legit μεμορυσμένοι αἵματι φωτῶν, *sanguine humano contaminati*: quamquam recepta lectio non sit reiicienda. Id.

V. 85. Ἴση δ' αὐτοῖς] Idem Auratus, εἰς vel ἐπὶ δ' αὐτοῖς ἤλυθεν ἄτη Υστάτη: *interitus ultimus supervenit illis*. Al. ἴση αὐτοῖς δ'. Id.

V. 86. Ἢ βιότ.] Reg. cod. (& Gallæi) καὶ βιότ. Id.

V. 88. Αὖτε κάλεσσαν] Idem codex αὖτ' ἐκάλεσσαν. Id. — Mira profecto interpretatio. Qua de re vide sis Fabricium *Bibl. Gr.* tom. 1. p. 201.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.



Τὔνεκα δὴ πάντες οἱ ἐπιχθόνιοι γεγαῶτες
Ανέρες εἰν αἴδαο δόμοις ἰέναι καλέονται.
Αλλ᾽ ἔτοι πάντες καὶ εἰν αἴδαο μολοῦντες,
Τιμὴν ἔχηκαν, καὶ ἐπὶ πρῶτον γένος ἦσαν.

Αὐτὰρ ἐπεὶ τούτους ὑπεδέξατο, δεύτερον αὖθις
Τῶν καταλειφθέντων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων
Αλλο γένος τεῦξεν πολυποίκιλον, οἷς ἐμεμήλει
Εργ᾽ ἐρατὰ, σπουδαί τε καλαὶ, καὶ ὑπείροχος αἰδὼς,
Καὶ πυκινὴ σοφίη, τέχνας δέ μεν ἐξήσκησαν
Παντοίας, εὑρόντες μηχανίαις ἐπινοίαις.
Καί τις μὲν γαῖαν ἀρότροις ἐξεῦρε γεωργεῖν,
Αλλος τεκταίνειν, ἄλλῳ δὲ πλέειν μεμέλητο,
Αλλῳ δ᾽ ἀστρονομεῖν καὶ ὀνειροπολεῖν τὰ πετεινὰ,
Φαρμακίη δ᾽ ἄλλῳ, αὐτὰρ μαγικὴ πάλιν ἄλλῳ.
Αλλοι δ᾽ ἄλλα ἕκαστα μεμηλότε τεχνώοντο,
Γρήγοροι ἀλφιστῆρες, ἐπωνυμίης μετέχοντες
Ταύτης, ὅττι φρεσὶν ἀκύμαντον νόον εἶχον,
Απλητόν τε δέμας, στιβαροὶ μεγάλοι τ᾽ ἐπὶ εἴδει
Ησαν ὁμῶς, ἔμολον δ᾽ ὑπὸ ταρτάρεον δόμον, αἰνὸν,
Δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις πεφυλαγμένοι ἐξαποτῖσαι,
Εἰς γέενναν μαλεροῦ λάβρου πυρὸς ἀκαμάτοιο.
Τῶν δὴ καὶ μετέπειτα πάλιν γένος ὀμβριμόθυμον,
Εξεφάνη τρίτατόν γε ὑπερφιάλων ἀνθρώπων,
Δεινῶν, οἳ κακὰ πολλὰ παρὰ σφίσιν ἐξεπονοῦντο.
Καὶ τοὺς δ᾽ ὑσμίνη τ᾽, ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε
Ξυνεχέως ὤλεσκον, ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας.

Εκ τῶν δὴ μετὰ ταῦτα κατήλυθεν ὀψιτέλεστον,
Οπλότατον γένος ἄλλο, μιαιφόνον, ἀκριτόβουλον,
Ανδρῶν ἐν τετάρτῃ γενεῇ, οἳ πολλὰ χέεσκον
Αἵματα, οὔτε θεὸν δειδιότες, οὔτ᾽ ἀνθρώπους
Αἰδόμενοι. μάλα γάρ τοι ἐπ᾽ αὐτοῖσιν βεβόλητο
Οἰστρομανὴς μῆνις, καὶ δυσσεβίη ἀλεγεινή.
Καὶ τοὺς μὲν πόλεμοί τ᾽, ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε
Εἰς ἔρεβος προΐαψαν, ὀϊζυροὺς περ ἐόντας,
Ανδρας δυσσεβέας. τοὺς δ᾽ αὖ μετόπισθε χόλοισιν
Οὐράνιος θεὸς αὐτὸς ἑοῦ μετεθήκατο κόσμου,
Ταρτάρῳ ἀμφιβαλὼν μεγάλῳ ὑπὸ πυθμένι γαίης.
Καὶ πάλιν ἄλλο γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
Ανθρώπων, ποιήσας οὐκ ἀγαθὸν μετέπειτα,
Αθάνατος θεὸς τεῦξεν, ἐπεὶ κακὰ πολλ᾽ ἐπονοῦντο
Οἱ γὰρ ὑβρεϊστῆρες πολλῷ πλέον, ἢ ὅτ᾽ ἐκεῖνοι,
Γίγαντες σκολιοὶ, μιαρῶς δύσφημα χέοντες.
Μοῦνος δ᾽ ἐν πάντεσσι δικαιότατος καὶ ἀληθὴς
Ην Νῶε, πιστότατος, καλοῖς τ᾽ ἔργοισι μεμηλώς.
Καὶ τῷ μὲν θεὸς αὐτὸς ἀπ᾽ οὐρανόθεν φάτο τοῖα·
Νῶε δέμας θάρσυνον ἑὸν, λαοῖσί τε πᾶσι
Κήρυξον μετάνοιαν, ὅπως σωθῶσιν ἅπαντες.
Ην δέ γε οὐκ ἀλέγωσιν, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες,

A Vita defunctus, quando est tellure repostus.
Hinc homines quotquot fuerint telluris alumni,
Infernas Orci sedes dicuntur adire.
Et tamen hi (quamvis omnes acceperit Orcus)
Ad primos primi generis referuntur honores.
His terra tectis, hominum genus inde secundum
Exstitit ex reliquis, cui non certaverit ullum
Justitia. Fuit his, diversis cura studere
Rebus, & egregiis studiis, pulcroque pudori,
Et disciplinis variis: artesque colebant
Omne genus, mentis quas extundebat acumen.
Hic terram docuit colere: ille fabrilia primus
Invenit: quidam torrentia flumina tranat.
Sidera suspectant alii, volucrumque feruntur
B Auguriis: alii medicam, magicamve sequuntur.
Quisque suo indulgent studio, curæque: vocati
Rite repertores vigiles: hoc nomen adepti,
Mentis inexhaustæ quod erant, & mole stupenda
Membrorum, facie proceraque, horribilique.
Hi quoque tartareas ædes subiere tremendas,
Infractis vinclis servati, suppliciumque
Ignis inextincti jussi perferre geennæ.
Tertia stirps hominum post illos deinde secuta est,
Sævior, & fastu nimium tumefacta superbo;
Qui mala multa sibi per sese consiliantes,
Cædibus assiduis, acie pugnaque peribant
Indomitis animis. Quorum de sanguine nata est
Posterior soboles temeraria, cæde cruenta.
C Hoc quartum genus est hominum, qui sanguine multo
Immaduere, Deique hominumque timore sepulto.
Insanis etenim stimulis crudele furebant
Sævitiæ, diræ parentes impietati.
Atque hos bella quidem, cædesque & prœlia dira
Demisere Erebo (dictu miserabile factum)
Infandos homines: quos tandem percitus ira
Cælestis Deus, ipse suo detrusit ab orbe,
Clausos tartareis claustris, tellure sub ima.

Postremo longe pejorem condidit atque
Plane illaudatam stirpem Deus, atque malorum
Artificem, multo illis intolerabiliorem:
D Scilicet horrendos, fantes infanda, gigantes.
Inter eos omnes unus justissimus, atque
Verax, Noe fuit, fidusque, & rebus honestis
Addictus, cælo cui sic Deus infit ab alto:

Collige Noe tuas vires, populosque moneto
Omnes, ut mores mutent, serventur ut omnes.
Quod si non curent (ut mens est læva malorum)

V. 93. Τιμὴν ἔσχηκαν] Honor hic explicatur ab Hesiodo. GALLÆUS.

V. 98. Τέχνας δέ μεν ἐξ.] Auratus, τέχνας γε μὲν ἐξ. Attamen supra quoque v. 74. οἴκους δέ μεν ἐξήσκησαν. OPSOP.

V. 99. Μηχανίαις ἐπινοίαις] Forte ἐπινοίας. Turnebus annotat hanc lectionem:

Παντοίας εὑρόντες ἀμηχανίαις ἐπινοίας.

Sed probe reg. codex, εὑρόντες ἀμηχανίας ἐπινοίαις: q. d. homines dum omnibus modis paupertatem & rerum penuriam a se depellere cogitant, varias artes invenerunt. Quo sensu Theognis dixit:

Μητέρ᾽ ἀμηχανίην ἔλαβον τὰ δίκαια φιλοῦντες.
Matrem inopiam acceperunt, qui justa amant.

ID. — Anonymus Londin. legit ἀμηχανίης.

V. 102. Ἄλλῳ δ᾽ ἀστρονομεῖν] His paria occurrunt infra lib. III. v. 165 seqq.

V. 104. Μεμηλότε τεχνώοντο] Reg. cod. μεμηνότες ἐτεχνώοντο. At contra metri leges. OPSOP. — Legendum cum meo Anonymo Londin. μεμηλότες ἐντεχνώοντο.

V. 105. Ἀλφιστῆρες] Idem codex reg. ἀλφηστῆρες: utpote ab ἀλφέω. Hesiodus, τῇ μ᾽ ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν. OPSOP. — Ἀλφηστῆρες item legit Anonym. Londin. Γρήγοροι ἀλφηστῆρες, angeli sunt ἐγρήγοροι dicti in fragmento Henochi. Vide sis Fabricium *Bibl. Gr.* tom. 1. p. 201. & *Cod. Pseud. Vet. Test.* tom. 1. pagg. 166. 179. seqq.

V. 106. Ὅττι φρεσὶν] Ubi priores editiones φασὶν habent, φρεσὶν reposuimus, vestigia codicis Puteani secuti, φρασὶν præ se ferentis. Sed & sic legi poterit, levi transpositione facta:

— ὅττι ἀκύμαντον νόον ἐν φρεσὶν εἶχον.

OPSOP. — Anonymus Londin. ὅττι ἐνὶ φρεσ᾽ ἀκύμαντον. Eadem phrasis mox infra v. 144. σὺ δ᾽ ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον.

V. 107. Ἀπλητὸν] Reg. codex, ut & priores editt. ἄπληστον. Hesiodus tertiæ ætatis homines ἀπλάστους nominat. OPSOP.

V. 108. Ἦσαν ὁμῶς] Auratus legit, ἦσαν ὁμῶς δ᾽ ἐμόλοντ᾽ ὑπό. ID.

V. 114. Ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε] Exemplar reg. (& Gallæi) ἀνδροκτασίαι τ᾽ ἀλεγειναί: *cædes miserandæ*. ID.

V. 118. Τετάρτῃ] Forte τετράτῃ. ID.

V. 120. Γάρ τοι] Scripti libri (& cod. Gallæi) γάρ οἱ. Turnebus γάρ τις. Auratus γὰρ δή. ID.

V. 128. Ποιήσας οὐκ] Reg. cod. ποίησεν, οἷς οὐκ ἀγ. Auratus, ποίησε, καὶ οὐ κάκιον. ID.

V. 129. Ἀθάνατος θεὸς κ. τ. λ.] Pro τεῦξεν scribendum est εὗρεν: vel θεὸς erit monosyllabum, ut annotavit Turnebus. Et in eodem versu, ἐπονοῦντο stat fide scriptorum codicum: & sic erat supra v. 113. Impressi habent ἐπενοῦντο: quod ita corrigit Turnebus, πολλὰ πένοντο. ID. — In ms. Gallæi deest θεός.

V. 131. Μιαρῶς] Ita omnes. Forte μιαροὶ δ᾽. OPSOP.

V. 137. Ἦν δέ γε] Turnebi liber habet in ora, ἢν δ᾽ οὐγ᾽. ID.

Πᾶν γένος ἐξολέσω μεγάλοις ὑδάτων κατακλυσμοῖς.
Σοὶ δ' ὠκ' ἐκ ῥίζης τιν ἀδιψήτοιο τεθηλὸς
Δουράτεον κέλομαι δόμον ἄφθιτον ἀσκήσασθαι.
Θήσω δ' ἐν στήθεσσι νόον, πυκινὴν δέ τε τέχνην,
Καὶ μέτρον καὶ κόλπον. ἐμοὶ δέ τε πάντα μελήσει,
Ὥστέ σε σωθῆναι, καὶ ὅσοι σὺν σοὶ ναίουσιν,
Εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ἐὼν (σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον)
Οὐρανὸν ἐνδέδυμαι, περιβέβλημαι δὲ θάλασσαν,
Γαῖα δέ μοι στήριγμα ποδῶν περὶ σῶμα κέχυται,
Ἀὴρ δ' ἠδ' ἄστρων με χορὸς περιδέδρομε πάντη.
Ἐννέα γράμματ' ἔχω, τετρασύλλαβός εἰμι, νόει με.
Αἱ τρεῖς αἱ πρῶται, δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη,
Ἡ λοιπὴ δὲ τὰ λοιπὰ, καὶ εἰσὶν ἄφωνα τὰ πέντε.
Τοῦ παντὸς δ' ἀριθμοῦ ἑκατοντάδες εἰσὶ δὶς ὀκτῷ,
Καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, σὺν γ' ἑπτά. γνοὺς δὲ τίς εἰμι,
Οὐκ ἀμύητος ἔσῃ θείης παρ' ἐμοί γε σοφίης.
Ὣς φάτο. τὸν δὲ τρόμος λάβε μύριος, οἷον ἀκοῦσαι,
Καὶ τότε δὴ νοερῶς τεχνησάμενος τὰ ἕκαστα
Λαοὺς ἐλλιτάνευε, λόγων δ' ἐξήρχετο τοίων·
  Ἄνδρες ἀπιστόκοροι, μεγάλῳ βεβολημένοι οἴστρῳ,
Οὐ λήσει θεὸν ὅσσ' ἐπράξατε. πάντα γὰρ οἶδεν
Ἀθάνατος σωτὴρ, πανεπίσκοπος, ὅς μ' ἐκέλευσεν
Ἀγγέλλειν ὑμῖν, ἵνα μὴ φρεσὶν ἐξαπολῆσθε.
Νήψατε, τὰς κακίας ἀποκόψατε, μηδὲ βιαίως
Ἀλλήλοις μάρνασθε, μιαιφόνον ἦτορ ἔχοντες,
Αἵμασιν ἀνδρομέοις πολλὴν γαῖαν ἀρδεύοντες.
Αἰδέσθητε βροτοὶ τὸν ὑπερμεγέθη, καὶ ἄτρεστον,
Οὐράνιον κτίστην, θεὸν ἄφθιτον, ὃς πόλον οἰκεῖ.
Καὶ τοῦτον πάντες λιτανεύσατε, χρηστὸς ὑπάρχει.
Τοῦτον ὑπὲρ ζωῆς πόλεων, κόσμοιό τε παντὸς,
Τετραπόδων, πτηνῶν τ', ὡς ἵλεως ἔσσεθ' ἅπασιν.
Ἔσται γὰρ ὅτε κόσμος ὅλος ἀπερείσιος ἀνδρῶν
Ὕδασιν ὀλλύμενος, φοβερὰν ὀλολύξετ' ἀοιδήν.
Ἔσται δ' ἐξαπίνης ἀὴρ ἀκατάστατος ὑμῖν.
Καὶ χόλος οὐρανόθεν μεγάλου θεοῦ ἥξει ἐφ' ὑμᾶς.
Ἔσται δ' ἀτρεκέως, ὅτ' ἐς ἀνθρώπους προϊάψει
Σωτὴρ ἀθάνατος, ἂν μὴ θεὸν ἱλάξησθε,
Καὶ μετάνοιαν ἔχητ' ἀπὸ νῦν, καὶ μηκέτι μηδὲν
Δύσκολον ἠὲ κακόν γ' ἀθεμίστως ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Πράττῃ, ἀλλ' ὁσίῳ βιότῳ πεφυλαγμένος εἴη.

  Οἱ δέ μιν εἰσαΐοντες, ἐμυκτήριζον ἕκαστος,
Ἔκφρονα κικλήσκοντες, ἀτὰρ μεμανημένον ἄνδρα.
Καὶ τότε δ' αὖ πάλιν ἀνΐαχεν Νῶε ἀοιδήν.
  Ὦ μέγα δείλαιοι, κακονήτορες, ἄστατοι ἄνδρες,

A Omne genus perdam, illuviem molitus aquarum.
Tu propere fabricare domum, durabile cujus
Non bibat humorem lignum. Dabo mentis acumen,
Artem, mensuram, spatium. Mihi cura salutis
Summa tuæ fuerit: fuerit mihi cura tuorum.
Porro ego sum, qui sum: (memori quod mente teneto)
Cælum, vestitum præbet mihi, pontus amictum:
Terra mihi fulcitque pedes, & corpus amicit:
Aer, astrorumque chorus me circuit omnem.
Sunt elementa novem mihi, sum tetrasyllabus autem.
(Percipe me.) Primæ tres syllabæ efficiuntur
Ex binis omnes elementis: cetera restant
In reliquis: quorum sunt non vocalia quinque.
Totius numeri bis sunt hecatontades octo,
B Et ter tres decades, cum septem. Si scieris me,
Non te, qua potior, sapientia dia latebit.
Sic ait. Ast illum audito tremor occupat ingens.
Ac tum prudenti molitus singula mente,
Hortari populos, & verbis talia fari:
  Perfidiosi homines, quæ vos dementia cepit?
Quæ facitis, Deus haud ignorat. Namque salutis
Auctor inextinctus videt omnia, & omnia novit:
Qui mihi jussit, uti vobis hæc dicta referrem,
Exitio ne sit demens socordia vobis.
Discite justitiam, vitiis absistite, neve
Inter vos animis odia exercete cruentis,
Humano late tingentes sanguine terram.
Immensum, invictum numen, rerumque parentem,
C Cui domus excelso cælo manet alta, timete
Mortales, & eum cuncti placate (benignus
Audiet) ut cives, ut totum denique mundum,
Quadrupedumque genus servet, volucrumque secundus.
Tempus erit, quando totus delebitur undis
Orbis & humanum genus: (heu horrete minantem.)
Et subito vobis totus turbabitur aer,
De cæloque Dei magni vos opprimet ira.
Tempus erit certe, cum magni numinis ira
Sæviet in terras, nisi vos placabitis illam,
Et vitæ mores jam nunc mutabitis actæ,
Ut nulla cuiquam deinceps injuria fiat,
Sancta sed & cunctis innoxia vita colatur.
  Sic ait. Ast illi vulgo ridere monentem,
Dicereque insanum, dementatumque furore.
Tunc iterum tales effatur Noe loquelas:
  O miseri, mentis pravæ, mutabile vulgus,

V. 139. Σοὶ κ. τ. λ.] In eodem ita scribitur hic versus: Σοὶ δ' ὠκ' ἐν ῥίζῃσιν ἀδιψήτοισι τεθηλὸς, vel τεθήλῃ. Alii legunt ἐν pro τιν. Al. τεθηλώς. Vide infra v. 192. hujus libri, & lib. III. v. 341. ubi hic versus repetitur. Codex reg. levi correctione liquida omnia reddit:

Σοὶ δ' ὠκ' ἐκ ῥίζης γε ἀδιψήτοιο τεθηλὸς
Δουράτεον κέλομαι δῶμ' ἄφθιτον ἀσκήσασθαι. Id.

V. 142. Καὶ μέτρον καὶ κόλπον] Vetus codex reg. (& Gallæi) μέτρα. Turnebus, καὶ μέτρα καὶ δὴ κόπον. Id.

V. 143. Καὶ ὅσοι σὺν σοὶ ναίουσιν] Noster Anonymus Londin. sic legit: καὶ ὅσοι σοι συνναίουσιν.

V. 144. Εἰμὶ δ' ἐγὼ ὁ ἐών] Vetus cod. reg. ἐγώ γε ὁ ὤν· σὺ δ' Opsop.

V. 148. Ἐννέα γράμματ' ἔχω] Fabricius *Bibl. Gr.* tom. I. p. 200. & *Cod. Pseud. Vet. Testam.* tom. I. p. 234. inter varias super hoc ænigmate de Dei nomine novem litterarum, optimam illam censet quam excogitavit Auratus, ut intelligatur Θεὸς Σωτὴρ; vel certe P. Morelli ἀνέκφωνος, quod magis placuit Is. Vossio *de Sibyll. Orac.* cap. 8. p. 250.

V. 157. Ἀπιστόκοροι] Turnebus emendarat in suo libro, heic & mox infra v. 184. ἀπληστόκοροι; non tamen, ut credo, improbato vulgari ἀπιστόκοροι. Sunt autem ἀπιστόκοροι, ut Auratus explicuit, *corde increduli*, quasi ab ἄπιστος & κέαρ; unde Latinorum *cor* deductum fiet. Ego rectius verti posse arbitror *progeniem* sive *germen incredulum*, & in ἄπιστος atque κόρος (quod Galeno, Hesychio & Svidæ, νέον βλάστημα, *novellum germen*, significat) resolvi. Atque pro hac interpretatione facit similis dictio usurpata lib. VIII. v. 186. ἀπιστόφυλοι, *gens incredula*, ab ἄπιστος & φῦλον. Opsop.

V. 160. Ἐξαπολῆσθε] Auratus legit, uti etiam habetur in nostro codice ms., ἐξαπατᾶσθε. Gallæus.

V. 163. Γαῖαν] Turnebus γῆν pro γαῖαν. Sed solet Sibylla diphthongum ante vocalem, etiam in media dictione, corripere. Opsop.

V. 166. Χρηστός] Auratus scribit Χρειστὸς, ut locus de Messia intelligatur. Χρειστὸς enim antiquo more per ει, non per ι scribi solitum, indicio nobis est Acrostichis Sibyllina, infra lib. VIII. vv. 225. 226. Verum etiam Χρηστὸν a nonnullis vocitatum fuisse, docet Lactantius lib. 4. cap. 7. Id.

V. 167. Πόλεων] Idem Auratus legit πολλῶν. Et versu sequenti, ἵλεος vel ἵλαος. Id. — Noster quoque Anonymus Londin. ἵλαος legendum jubet.

V. 169. Ἀνδρῶν] Idem Auratus pro ἀνδρῶν vult ἄδρυς vel ἄρδην, *funditus*. At mox infra v. 196. & lib. II. v. 21 hoc versu repetito, ἀπερεισίων ἀνθρώπων. Opsop. — Anonym. Londin. ita legit: κόσμος ἀπερεισίων ὅλος ἀνθρώπων.

V. 170. Ἀοιδήν] Lego cum meo Anonymo Londin. αὐτήν.

V. 176. Κακόν γ' ἀθεμίστως] Vetus codex reg. (& Gallæi ms.) κακόν τ' ἀθεμίστατον. Opsop.

V. 117. Πράττῃ] Ita rescripsimus cum nostro Anon. Londin. pro πράττει præcedentium editt. Mox legendum conjicit Opsopœus, ὅσιος βίοτος.

V. 178. Εἰσαΐοντες] Ms. noster codex legit εἰσακούοντες. Gallæus.

V. 180. Πάλιν κ. τ. λ.] Pede mutilum sic curat Turnebus: πάλιν αὖτις ἀνίαχε, vel πάλι τοῖσιν ἀνίαχε. Illud confirmatur ex cod. reg. αὖθις interserente. Opsop. — Gallæi quoque ms. habet αὖθις: sicque legit Anonym. Lond.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Αἰδοίην προλιπόντες, ἀναιδείην ποθέοντες,
Ἁρπασιαῖσι τύραννοι, ἁμαρτωλοί τε βίαιοι,
Ψεῦσται, ἀπιστόχοροι, κακοπράγμονες, οὐδὲν ἀληθεῖς,
Λεκτροκλόποι θ᾽, ἀρεσσιλόγοι, δύσφημα χέοντες,
Οὐκ ὀργὴν τε Θεοῦ δειδιότες ὑψίστοιο,
Εἰς γενεὴν πέμπτην τεφυλαγμένοι ἐξαποτῖσαι.
Οὐ κλαίετ᾽ ἄλλυδις ἄλλος ἀπηνέες, ἀλλὰ γελᾶτε;
Σαρδόνιον μείδημα γελάσετε, ὁππότ᾽ ἂν ἥξῃ
Τοῦτο, λέγω τὸ Θεοῦ φοβερὸν καὶ ἐπήλυτον ὕδωρ·
Ὁππότε καινιεῖ ἱερὸν γένος ἐν χθονὶ κῦμα
Ἀέναον ῥίζης ἐν ἀδιψήτοισι τεθηλὸς,
Αὐτόπρεμνον ἄϊστον ἰῇ ἐν νυκτὶ γένηται,
Καὶ πόλις αὐτάνδρους σεισίχθων εἰνοσίγαιος,
Κευθμῶνάς τε γαίης σκεδάσει, καὶ τείχεα λύσει.
Καὶ τότε κόσμος ἅπας τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων
Θνήξεται. αὐτὰρ ἐγὼ πόσα πενθήσω, πόσα κλαύσω
Οἴκῳ δουρατέῳ, πόσα δάκρυα κύμασι μίξω;
Ἢν γὰρ ἐπέλθῃ τοῦτο Θεοῦ κεκελευσμένον ὕδωρ,
Πλεύσει γῆ, πλεύσουσιν ὄρη, πλεύσει δὲ καὶ αἰθήρ·
Ὕδωρ ἔσται ἅπαντα, καὶ ὕδασι πάντ᾽ ἀπολεῖται.
Στήσονται δ᾽ ἄνεμοι, καὶ δεύτερος ἔσσεται αἰών.
Ὦ Φρυγίη, πρώτη δ᾽ ἀναδύσῃ ἀφ᾽ ὕδατος ἄκρου,
Πρώτη δ᾽ αὖ θρέψεις γενεὴν ἑτέρην ἀνθρώπων,
Ἀρχομένην αὖθις· ἔσσῃ δὲ τροφὸς περὶ πάντων.
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ γενεῇ τὰ μάτην ἐλάλησεν ἀθέσμῳ,
Ὕψιστός τ᾽ ὤφθη, πάλι δ᾽ ἴαχε, φώνησέν τε·
Ἤδη καιρὸς ἐπέστη, Νῶε, θ᾽ ἕκαστ᾽ ἀγορεύειν,
Ὅσσα τε ἤματι τῷ σοι ὑπέστην, καὶ κατένευσα,
Πάντα μάλ᾽, ὅσσα πάρος γενεαὶ κακὰ μυρί᾽ ἔπραξαν,
Ῥέξαι ἀπειρεσίῳ κόσμῳ διὰ λαὸν ἀπειθῆ.
Ἀλλὰ τάχει ἔμβηθι σὺν υἱάσιν, ἠδὲ δάμαρτι,
Καὶ νύμφαις. κάλεσον δ᾽ ὁπόσοις κέλομαι ἀγορεύειν,
Τετραπόδων τά τε φῦλα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ πετεηνά.
Τοῖσιν δ᾽ ἐν στήθεσσιν ἐγὼ μετέπειτα βαλοῦμαι
Προφρονέως ἰέναι ὁπόσων ζωὴν ἐπιτείλω.
Ὣς ἔφατ᾽. αὐτὰρ ὁ βῆ, μέγα δ᾽ ἴαχε, φώνησέν τε.
Καὶ τότε δ᾽ αὖ ἄλοχος, καὶ υἱέες, ἠδέ γε νύμφαι,
Οἴκῳ δουρατέῳ ἐσεληλύθον. αὐτὰρ ἔπειτα
Βῆσάν τ᾽ ἄλλα ἕκαστ᾽ ὅσαπερ Θεὸς ἤθελε ῥέξαι.
Ἀλλ᾽ ὅτε δ᾽ ἁρμονίᾳ κληῒς περὶ πῶμ᾽ ἐγενήθη,
Εἰς πλάγι᾽ ἁρμοσθεῖσα, περιξεστῷ ἐνὶ χώρῳ,
Δὴ τότ᾽ ἐπουρανίοιο Θεοῦ ἐπελείετο βουλή.
Σὺν δ᾽ ἔβαλεν νεφέλας, κρύψεν δὲ πυραυγέα δίσκον,
Σὺν δ᾽ ἄστροις μήνην, καὶ οὐράνιον στεφάνωμα.
Πάντα περισκεπάσας μεγάλ᾽ ἔκτυπε δεῖμα βροτοῖσι,
Πρηστῆρας πέμπων. συνεπηγείροντο δ᾽ ἀῆται
Πάντες, καὶ ὑδάτων φλέβες ἐλύοντο ἅπασαι,
Οὐρανόθεν μεγάλων ἀνεοιγμένων καταρρακτῶν,

A Quos juvat extincto vitam fœdare pudore,
Raptores, violenti, importunique tyranni,
Mendaces, pravi studiosi, perfidiosi,
Detrectatores, mœchi, scelerata ferentes,
Nil formidantes supremi numinis iram,
Quæ vos ad quinti pœnas jam destinat ævi.
Non fletis passim, duri? ridetis, inepti?
Sardonium risum ridebitis, horrida quando,
Quam dico, torrensque Dei vos opprimet unda;
Tum cum per terras sacrum genus unda novabit,
Stirps æterna, locis numquam sitientibus orta,
Funditus & prorsum noctu delebitur una.
Cumque viris urbes terræ Neptunus ab antris
Diruet exagitans, concussaque mœnia rumpet.
B Et tunc immensus mundus, cunctique peribunt
Mortales. At ego quantum plorabo gemamque,
Inclusus ligno? lacrymas miscebo quot undis?
Hæc etenim mandante Deo si venerit unda,
Nabit humus, nabunt montes, innabit & æther:
Omnia pontus erit, corrumpet & omnia pontus.
Verum sistentur venti, venietque secunda
Ætas. O Phrygia, a summis tu vertice prima
Emerges undis: hominum tu prima renascens
Educes genus, & censebere maxima nutrix.
Sed postquam frustra sceleratos commonefecit,
Summus ei apparens iterato talibus infit:
Tandem tempus adest, quo fiant omnia, Noe,
Quæ tibi promittens aliquando futura monebam.
C Omnia sunt (homines umquam quascumque rebelles
Ausi sunt fraudes) una plectenda ruina.
Sed tu cum natis, & conjuge, protinus intra,
Et nuribus: nec non quæcumque coire jubebo
Serpentum genera, & pecudum, volucrumque vocato.
His ego deinde, quibus vitam concessero cumque,
Injiciam mentem, ne quid cunctentur adesse.
Sic ait. Ille autem clamorem sustulit altum,
Intravitque: dehinc conjux, natique, nurusque,
Lignea tecta domus subjerunt: cetera deinde
Adsunt omnia, quæ Deus asservare volebat.
Ast ubi conveniens firmavit opercula clavis,
Missa per obliquum, qua sedes apta dabatur:
Tum Deus ut voluit cælestis nubila cogit,
D Ignitumque globum solis caligine condit,
Nec non cum stellis lunam, cælique coronam,
Omnibus obductis, mortalia pectora terret,
Horrendum increpitans, ardentia fulmina mittens.
Omnibus excitis ventis, solvuntur aquarum
Venæ omnes, magni patefiunt commata cæli,

V. 182. Αἰδοίην] Hæc notat Turnebus, αἰδῶ νῦν: quamquam bene est αἰδοίην. Opsop. — Anonym. Londin. legit, αἰδῶ ἐκπρολιπόντες. Hunc autem versum cum tribus sequentibus paullo aliter habes infra lib. VIII. v. 184. unde confirmatur vulgata lectio.

V. 183. Ἁρπασιαῖσι] Ἁρπαγί μο᾽ τε scribit Auratus: ἁρπαλέοι τε Turnebus. Infra lib. VIII. v. 185. unde hæc fere ad verbum expressa sunt, legitur ἀστασίησι τύραννοι. Opsop. — Heic item in ms. Gallæi legitur ἀστασίησι.

V. 184. Ἀπιστόχοροι] Ms. Gallæi, ἀπιστόφυλοι, ut infra lib. VIII. v. 186. Vide sis adnotata superius ad v. 157.

V. 185. Εὐρεσσιλόγοι] Auratus rectius arbitratur εὑρεσσιλόχοι, *insidiarum repertores*. At infra lib. VIII. v. 187. ψευδέσσι λόγοις δύσφημα χέοντες. Opsop.

V. 186. Ὀργήν τε] Reg. cod. (& Gallæi ms.) ὀργὴν δέ. Quod doctissimi viri sæpe laudati, Turnebus & Auratus, quoque approbant. Id.

V. 188. Κλαίετ᾽] Al. κλάετ᾽. Id.

V. 189. Σαρδόνιον κ. τ. λ.] De hoc proverbio prolixe & erudite Erasmus in *Adagiis*. Gallæus item in *Differtat. Sibyll.* p. 469. Adi, si lubet, Fabricium *Bibl. Gr.* tom. I. p. 217.

V. 190. Τοῦτο κ. τ. λ.] His affinia, infra lib. VII. v. 6.

V. 191. Ἱερόν] Anonym. Londin. legit μιαρόν. Sic sane lib. III. v. 340. ubi versus iste cum tribus seqq. exstat, monente Opsopœo.

V. 192. Ἀέναον κ. τ. λ.] Præter locum lib. III. modo citatum, confer etiam v. 139. hujusce libri.

V. 193. Αὐτόπρεμνον] Ita rescripsimus cum Anonymo Londin. ex v. 342. lib. III. Al. αὐτόπρυμνον.

V. 196. Καὶ τότε κ. τ. λ.] Paucis mutatis repetitur hic versus supra v. 169. & infra lib. II. v. 21.

V. 199. Κεκελευσμένον] Fabricius in *Cod. Pseud. Vet. Test.* tom. I. p. 238. legit κατακλυσμικόν.

V. 200. Πλεύσει κ. τ. λ.] Quinque sequentes versus infra iterum legi lib. VII. v. 8. &c. vidit Opsopœus.

V. 204. Ὦ Φρυγίη κ. τ. λ.] Confer sis infra v. 268. & seqq. hujus libri, nec non lib. VII. v. 11.

V. 205. Ἀρχομένην αὖθις· ἔσσῃ] Noster Anonymus Londin. ita legit: ἀρχομένην πάλιν αὖθις· ἔσῃ.

V. 208. Ἐπέστη — θ᾽ ἕκ.] Anon. Lond. ἔπεστι — τὰ ἕκ.

V. 215. Τοῖσιν δ᾽ ἐν] Regium exemplar (& Gallæi ms.) τοῖσι δ᾽ ἐνί. Opsop.

V. 217. Ὁ βῆ] Sic rescribit Anonym. Lond. Editi Opsopœi & Gallæi, ὃ βῆ.

V. 220. Βῆσάν τ᾽ ἄλλα ἕκαστ᾽] Turnebus ἦσανθ᾽ ἕκαστ᾽. Auratus, hoc intacto, extremum versus verbum mutat in βῆσαι. Opsop.


V. 222. Εἰς πλάγι᾽] Vetus reginæ codex, (& ms. Gallæi) εἰς πλάσιν. Auratus, εἰς πλάγος. Priores editt. εἰς πλάγιον. At heic expressimus emendationem Turnebi. Id.

V. 225. Μήνην, καί] Anon. Lond. μήνην τε, καί.

V. 228. Ἐλύοντο] Auratus legit duplici λ, ἐλλύοντο. Malim ego ἐξελύοντο. Opsop. — At Anonym. Lond. ἐβλύοντο.

V. 229. Ἀνεοιγμένων] Ms. reg. ἀνοιγομένων. At Turnebus, ἀνεωγμέναι ἐκ κατ. Et Auratus similiter in seq. versu, ἐκτὲ μυχῶν. Opsop. — Meus Anon. Lond. ἐπανοιγομένων.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.



Καὶ μυχῶν γαίης, καὶ ἀβύσσυ ἀκαμάτοιο
Ὕδατα μυρόεντα φάνη· καὶ γῆ ἐκαλύφθη
Πᾶσα ἀπειρέσιος. αὐτὸς δ᾽ ἐπενήχετο ὄμβρῳ
Οἶκος θεσπέσιος, πολλοῖσι δὲ κύμασι λάβροις
Ῥηγνύμενος καὶ νηχόμενος ἀνέμων ὑπὸ ῥιπῆς,
Ὤρνυτο δειμαλέως ἔτεμεν δέ γε μυρίον ἀφρὸν
Στεῖρα κινυμένων ὑδάτων κελαρυζομένων τε.
 Ἀλλ᾽ ὅτε κόσμον ἅπαντα Θεὸς κατέκλυσ᾽ ὑετοῖσι,
Καὶ τότε δ᾽ αὖ Νῶε φρεσὶν ἔνθετο, ὄφρ᾽ ἐσαθρήσῃ
Ἀθανάτυ βυλῆσιν, ἔδυ δέ τε Νηρέος ἄδην.
Ὦκα δὲ πῶμ᾽ ἀνέῳξε περιξεστῦ ἀπὸ τοίχυ,
Ἐμπείροις ἁρμοῖσι κατ᾽ ἀντίον ἁρμοσθέντος.
Καὶ λάσας ὑδάτων μὲν ἀπειρεσίων πολὺ πλῆθος,
Πάντοτε Νῶε μόρον μόρεν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι,
Δεῖμ᾽ ἔχε, καὶ κραδίην πάλλεν μέγα. καὶ τότε δ᾽ ἀὴρ
Βαιὸν σειλάμενος (ἐπειὴ κάμεν ἤμασι πολλοῖς
Κόσμον ὅλον δεύων) διελὼν τότε, οἷά τε χλωρὸν
Αἱματόεντα πόλοιο μέγαν τε πυραυγέα δίσκον
Δεῖξεν κεκμηῶτα, μόλις δ᾽ εἶχεν Νῶε θάρσος.
Καὶ τότε δὴ πελιὰν οἴην ἀπὸ νόσφι ποιήσας,
Ἔκβαλεν, ὄφρα γνοίη ἐνὶ φρεσὶν εἴ ποθι γαῖα
Φαίνετ᾽ ἐπὶ στερεῇ. ἡ δὲ πτερύγεσσι καμοῦσα,
Πάντα περιπτήσασα, πάλιν τρέπετ᾽. οὔτε γὰρ ὕδωρ
Ἦν κοπάσαν· μάλα γάρ τε πεπληρώκει τὰ ἕκαστα.
Αὐτὰρ ὅς ἡσυχάσας πάλιν ἤματα, πέμπε πέλειαν
Αὖθις, ἵνα γνῷ εἴπερ ἐπαύσατο ὕδατα πολλά.
 Ἡ δ᾽ ἄρα πωτήεσσα διέπτατο· βῆ δ᾽ ἐπὶ γαῖαν.
Βαιὸν δ᾽ ἀμπαύσασα δέμας νοτερῇ ἐπὶ γαίῃ,
Ἂψ ἐπὶ Νῶε πάλιν δέ τε ἤλυθε, κάρφος ἐλαίας
Σῆμα φέρουσα μέγ᾽ ἀγγελίης. θάρσος δ᾽ ἔχε πάντας,
Καὶ μέγα χάρμ᾽, ὅτι γαῖαν ἐπελπίζεσκον ἀθρῆσαι.
Καὶ τότε δὴ μετέπειτ᾽ ἄλλον μελανόπτερον ὄρνιν
Τάχος ἐξέπεμπεν. ὁ δὲ πτερύγεσσι πεποιθὼς
Προφρονέως πέτατο, γαίῃ δ᾽ ἐλθὼν ἐπέμεινε.
Γνῶ δέ τε Νῶε, ὅτι γαῖα πέλει ἆσσον ἐοῦσα.
Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ῥοθίοις ἐπὶ κύμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα
Ἀμβροσίη τέχνη ἐπενήχετο οἴδματι πόντου,
Πηγνυμένη ὀλίγης ἐπ᾽ ἠϊόνος ἐστήρικτο.
Ἔστι δέ τις Φρυγίης ἐπὶ ἠπείροιο μελαίνης,
Ἠλίβατον τανύμηκες ὄρος, Ἀραρὰτ δὲ καλεῖται,
Ὅττ᾽ ἄρα σωθήσεσθαι ἐπ᾽ αὐτῷ πάντες ἔμελλον.
Ἐν τούτῳ μεγάλη δὲ ποθὴ καταθύμιος ἦεν.
Ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῦ Μαρσύου πεφύκασι.
Τοῦ δὲ κιβωτὸς ἔμεινεν ἐν ὑψηλοῖο καρήνῳ
Ληξάντων ὑδάτων. τότε δ᾽ αὖ πάλιν οὐρανόθι πρὸ
Θεσπεσίη μεγάλοιο θεοῦ πάλιν ἴαχε φωνὴ
Τοῖον ἔπος· Νῶε πεφυλαγμένε, πιστέ, δίκαιε,
Θαρσαλέως ἔξελθε σὺν υἱέσι ἠδὲ δάμαρτι,
Καὶ νυμφαῖς τρισσαῖς, καὶ πλήσατε γαῖαν ἅπασαν,
Αὐξόμενοι, πληθυνόμενοι, τὰ δίκαια νέμοντες
Ἀλλήλοις, γενεαῖς γενεῶν, ἄχρις εἰς κρίσιν ἥξει
Πᾶν γένος ἀνθρώπων, ἐπεὶ κρίσις ἔσσετ᾽ ἅπασιν.
Ὣς ἔφατ᾽ ἀμβροσίη φωνῇ. Νῶε δ᾽ ὡς ἀπὸ κοίτης

A Et terræ latebræ, indefeſſique fluenta
Oceani refluunt: & vaſto gurgite tellus
Quanta patet tegitur, penitus ſuperantibus undis.
At domus interea nimbis divina natabat,
Fluctibus & ventis circumſona, terribileſque
Coſtis excipiens ictus: multaſque carina
Mota ſecabat, aquæ rauco cum murmure ſpumas.
 Sed poſtquam pluviis totum Deus eluit orbem,
Tunc animo cupiens (nam ſic Deus ipſe volebat)
Cernere Noe foras, emerſit ab æquore Nerei.
Continuoque domus tectum, quod ligneus apta
Arctabat paries junctum compage, recludit.
Tunc oculos cæli partes converſus in omnes,
Cuncta ſub æquoribus longe lateque teneri
B Ut videt, ut magno pulſantur corda timore,
Dum nihil apparet, triſtis niſi mortis imago.
Tunc aer paullum diductus (namque diebus
Laſſus erat multis, totum dum proluit orbem)
Flammiferum cæli fuſum pallore cruento
Oſtendit, feſſumque orbem; tum Noe timore
Vix poſito, ſoli permiſit abire columbæ,
Sciret ut an tellus uſquam detecta pateret.
Illa levi poſtquam luſtravit cuncta volatu,
Alas feſſa redit: nec enim defluxerat altum
Æquor adhuc, quando repleverat omnia late.
Ille dies aliquot manſit, rurſumque columbam
Eijcit, ut diſcat num vaſtum ceſſerit æquor.
Illa leves pennas alternat; nactaque terram
C Humentem, corpus paullum defeſſa quievit:
Poſt ad Noe redit, ramum frondentis olivæ
Ore ferens, terræ certiſſima ſigna repertæ.
Heic cuncti pulſo multum gaudere timore,
Terram ſperantes viſuros. Ille deinde
Continuo laxat volucrem nigrantibus alis:
Illa leves auras pennis vibrata ſecabat;
Et terra inventa, reditus ſecura remanſit.
Tunc exſiſtere humum cognovit Noe propinquam.
Hinc ubi divina trabs huc illucque natavit,
Murmure cum rauco ponti jactata fluentis,
Appulit exiguæ terræ, tandemque quievit.
Aſſurgit Phrygiæ mons quidam in finibus atræ,
Arduus, alta petens, Ararat quem nomine dicunt,
D Quod fatale fuit illic evadere cunctis,
Optataque frui tandem caraque ſalute:
Fluminis unde alti Marſyæ manat origo.
Hujus in excelſo poſtquam ceſſantibus undis
Conſtitit arca jugo, tunc illi rurſus ab alto
Ingens immenſi vox eſt audita Tonantis:
Noe fidelis, amans æqui, ſervate periclis,
Egredere audenter, nec non cum conjuge nati,
Cumque tribus nuribus,terramque replete patentem,
Multiplici numero creſcentes, juſtitiamque
Tradentes natis natorum, donec in omnes

V. 232. Αὐτὸς δ᾽ ἐπενήχετο] Reg. codex (& Gallæi) δ᾽ αὐτάρ τ᾽ ἐπινήχεται. Opsop.

V. 239. Βυλῆσιν — ἄδην] Forte ἄρδην. Idem reg. codex (& ms. Gallæi) Βυλὴν ἰδὲ νηρέως ἄδην. Turnebus, Βυλῆσιν — νηρέος ἄδδην, vel ἄδυς, ἄχνη, οἶδμα, ὕδωρ. Auratus ſic interpretatur: *In animum Noe induxit, ut ſpectaret Deo ſuggerente: ſubſederat autem Nereus, pontus, id eſt copia aquarum, funditus*. Id.

V. 240. Τοίχυ] Vet. cod. τείχυ, forte τείχυς. Id.

V. 243. Μόρον μόρεν] Auratus legit μορὸν μόρον, *fortitus mortem*. Sed nihil mutandum erit, ſi μόρεν pro ἔμμορεν accipiatur. Contigit ut Noe undique mortem præ oculis videret. Id. — Lego μόρον μόρον. Ἑβραΐζει οὗτος ὁ χρησμολόγος σιβυλλιῶν. Anon. Lond.

V. 246. Διελὼν τότε] Vet. codex (uti & Gallæi ms.) τότε διελὼν. Unde Turnebus facit, τότε δείελον, vel αἰόλον. Opsop.

V. 249. Πελιὰν κ. τ. λ.] Scribe πελίαν e cod. reg. & verſu ſequente ἔπεσε. Auratus, εἰ ποθι γαῖα φαίνετ᾽ ἐπιστερεῇ, id eſt ἐπιφαίνεται στερεά, *ſicubi terra ſolida appareat*. In præcedenti verſu notat Turnebus, ὄφρα γνῷ καὶ ἐνί. Id.

V. 258. Πάλιν δέ τε] Δέ τε deeſt in cod. reg., Auratus pro eo ſubſtituit τότε. Id. — Anon. Lond. Νῶε αὖθις πάλιν ἤλυθε.

V. 262. Τάχος ἐξέπ.] Forte λάρνακος ἐξέπ. Reg. cod. (& Gallæi) τάχος ὑπεξέπεμψεν. Turnebus, ὡς τάχος ἔξω πέμπεν· ὁ δέ. Opsop.

V. 263. Ἐπέμεινε] Auratus, *in illa ſubſtitit*. Editiones ceteræ & libri ſcripti ἀπέμεινε, *emanſit*. Id.

V. 267. Ἐπ᾽ ἠϊόνος] Anon. Lond. ἐπὶ νώτοις.

V. 268. Ἔστι κ. τ. λ.] Vide ſis infra lib. III. v. 345.

V. 272. Ἔνθα κ. τ. λ.] Bochartus in *Geogr. ſacr.* lib. I. cap. 3. p. 14. ut verſus conſtet, ita legendum cenſet:
 Μαρσύου ἔνθα φλέβες μεγάλου ποταμοῖο πέφυκαν.
 Marſya magnus ubi ſe prodit origine prima.

V. 273. Ἐν ὑψηλοῖο καρήνῳ] Anon. Lond. ἐφ᾽ ὑψηλοῖο κολώνου.

V. 276. Πεφυλαγμένε] Auratus ſubſtituit πεφιλημένε, (uti habet ms. Gallæi) & ſeq. verſu, σύν τε δάμ. Priores editt. τε καί. Cod. reg. (& Gallæi) καί τε. Turnebus ἠδέ. Opsop.

V. 281. Ἐπεὶ κρ.] Anon. Lond. ἐπειὴ κρ. metri gratia.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Ης ἀποθαρσήσας ἐπὶ γῆς, υἱοὶ δὲ σὺν αὐτῷ,
Ηδὲ δάμαρ, νύμφαι τε, ϗ ἑρπετὰ, καὶ πετεινὰ,
Τετραπόδων θηρῶν τε γένη, καὶ τ' ἄλλ' ἅμα πάντα
Οἴκου δουρατέου ἐξήεσαν εἰς ἕνα χῶρον.
Καὶ τότε δή τοι Νῶε δικαιότατος ἀνθρώπων
Ογδοος ἐξῆλθεν, δὶς εἴκοσι ϗ μίαν ἠῶ
Πληρώσας ὑδάτεσσι, θεοῦ μεγάλου διὰ βουλάς.

Ενθ' αὖθις βιότοιο νέη ἀνέτειλε γενέθλη,
Χρυσείη πρώτη, ἥ τις πέλετ' ἕκτη, ἀρίστη
Εξ οὗ πρωτόπλαστος ἀνὴρ γένετ'. οὔνομα δ' αὐτῇ
Οὐρανίη, ὅτι πάντα θεῷ μεμελημένη ἔσται.
Ω γενεῆς ἕκτης πρῶτον γένος, ὦ μέγα χάρμα,
Ης ἔλαχον μετέπειτ' ὅτε ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον,
Πολλὰ κλυδωνισθεῖσ' ἅμ' ἐμῷ πόσει, ἠδ' δαέρεσσιν,
Ηδ' ἑκυρῷ θ' ἑκυρῇ, ὁμονύμφοισίν τε παθοῦσα.
Αρτι δὲ αἰνήσω ἔσται πολυποίκιλον ἄνθος.
Εν σάκη, σύκη. μεσάσει δὲ χρονὸς βασιλήϊον ἀρχὴν,
Σκηπτροφόρον δέξῃ. τρεῖς γὰρ βασιλεῖς μεγάθυμοι,
Ανδρε δικαιότατοι, μοίρας δέ τε δηλήσονται.
Πουλυετῆ δ' ἄρξουσι χρόνον, τὰ δίκαια νέμοντες
Ανδράσιν, οἷσι μέμηλε πόνος καὶ ἔργ' ἐρατεινά.
Γαίη δ' αὖ καρποῖς ἐπαγάλλεται αὐτομάτοισι,
Φυομένη πολλοῖσιν ὑπερσταχύουσα γενέθλῃ.
Οἵ δέ τε πιθλατῆρες ἀγήραοι ἤματα πάντα
Εσσονται, νόσφιν νούσων κρυερῶν μαλεράων,
Θνήξονται ὕπνῳ βεβολημένοι, ἐς δ' ἀχέροντας
Εἰν ἀΐδαο δόμοις ἀπελεύσονται, ϗ ἐκεῖσε
Τιμὴν ἕξουσιν, ἐπεὶ μακάρων γένος ἦσαν
Ολβιοι ἀνέρες οἷς Σαβαὼθ νόον ἐσθλὸν ἔδωκεν·
Αὐτὰρ καὶ τούτοισιν ἀεὶ συμφράσσατο βουλάς.
Αλλ' ἤτοι μάκαρες, ϗ εἰν ἀΐδαο μολόντες,
Εσσονται. τότε δ' αὖ τε βαρὺ στιβαρὸν μετέπειτα
Δεύτερον αὖ γένος ἄλλο χαμαιγενέων ἀνθρώπων,
Τιτήνων. ὅμοιος δὲ τύπος ἐπὶ πᾶσιν ἑκάστου,
Εἶδος, ϗ μέγεθός τε φυὴ, φωνὴ δὲ μί' ἔσται,
Ως πάρος ἐκ πρώτης γενεῆς θεὸς ἐν στήθεσσιν
Ενθετο. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες,

A Judicium detur mortales: namque subibunt
Judicium cuncti: sic vox divina locuta est.
Ille suo nihil addubitans exire cubili,
Ingreditur terram: nec non natique, nurusque,
Et conjux, nec non serpentes, atque volucres,
Quadrupedum pecudumque genus, tum cetera cuncta,
Egressi pariter liquerunt lignea tecta.
Noe igitur cunctos homines justissimus inter,
Exiit octavus, vicenos cum bis, & unum
Complesset soles (Deus ipse volebat) in undis.
Hinc nova progenies, hinc ætas aurea prima
Exorta est hominum, quæ venit in ordine sexta,
Optima post homines natos, & nomine fertur
Cælestis, quod eam curæ Deus unus habebit.
B O ævi sexti stirps prima, o gaudia magna,
Quod sortita fui, postquam discrimina mortis
Effugi, jactata meo cum conjuge multum,
Necnon cum leviris glosses, soceroque socruque.
Nunc autem varium florem laudabo futurum.
In saca ficus. * divídet autem
Imperium regni tempus. *
Sceptriferum accipiet. Nam tres justissima reges
Pectora magnanimi, divisis partibus æquis
Tempore longinquo regnabunt, juraque tradent
Illis, queis studio labor est, laudandaque facta.
Terraque sponte sua læto feret ubere fruges,
Spicarumque suos reditu saturabit alumnos.
Non illi spatio canescent temporis ullo:
C Sed tristi semper morborum peste carentes,
Oppressi somno decedent, inque profunda
Devenient Acherontis, ubi nec honore carebunt:
Quippe beatorum felix genus, optima quorum
Mens fuerit dono Sabaoth, qui semper in omni
Illis consilio dederit facienda secundus.
Atque hi felices, etiam cum ceperit illos
Orcus, erunt. Hominum surget genus inde secundum,
Ingens, horrendum, Titanum terrigenarum:
Queis eadem facies, eadem natura, modusque
Corporis & species, & vox erit omnibus una,
Pectora qua primo Deus inspiravit ab ortu.

V. 283. Ἡς ἀποθ.] Cod. reg. (& Gallæi) ὡς ὑποθαρσήσας ἀπὸ γῆς. Turnebus, & Auratus, ἦλθ' ἀποθαρσήσας ἐπὶ γῆς, *exsiliit in terram confidentior factus*: vel ἧς ἀπεθάρσησεν: vel ἀποθαρσήσας ἀπέβη. Ita quidem viri doctissimi emendarunt, qui videbant verbum desiderari: at non unicum verbum, sed integer versus deerat, qui ex duobus codd. scriptis reginæ & Fr. Pithœi in hanc editionem nunc receptus est. OPSOP.

V. 290. Ἐνθ' αὖθις] Veteres editi & codices, ἔνθ' ἄκοιτις. Nostra emendatio non longe secedit. Turnebus probat ἔνθα βροτοῖς. Auratus (cum ms. Gallæi) ἐνθάδε τις. ID.

V. 293. Μεμελημένη] Cod. reg. (& Gallæi) μεμελημένα. Auratus πεφιλημένη ἦεν. ID.

V. 296. Κλυδωνισθεῖσ'] Turnebus adnotat hanc lectionem, κλυδωνισθεῖσα πόσει σὺν καὶ δαέρεσσιν. ID.

V. 297. Θ' ἑκυρῇ] Anonym. Lond. sic legit: ἑκυρῷ ἑκυρῇ θ' ὁμοῦ. Mox Auratus apud Opsopœum, ὁμονύμφοις αἰνὰ παθοῦσα, *gravia passa*.

V. 298. Ἄρτι δὲ κ. τ. λ.] In hoc versu deest pronomen relativum ὃ; verbum autem ἔσται, non suo loco est positum. Ita igitur legendum videtur:

Ἄρτι δ' ὃ ἔσται, αἰνήσω πολυποίκιλον ἄνθος.

Sed & vox ἄνθος corrupta, pro ἔθνος, transpositione unius litteræ ν, & mutatione ε in α. Sic verto: *Nunc gentem, quæ futura est, celebrabo*. Quod hæc vera sit lectio, sequentia indicant. Hanc autem hominum gentem probam & auream, πολυποίκιλον appellat, ut eam distinguat a Titanum genere, cujus mox infra v. 316. mentionem facit; quibus omnia ait fore similia & indiscreta:

— ὅμοιος δὲ τύπος ἐπὶ πᾶσιν ἑκάστου.

Hactenus Cl. Samuel PETITUS apud Gallæum heic.

V. 299. Ἐν σάκη, σύκη] Maxima difficultas in his vocibus: sed utramque corruptam non dubito. Mihi videtur non absurde legi posse pro σάκη σάρη vel σάῤῥη per duplex ρ: nomen scilicet urbis Syriæ, pro ipsa Syria; familiari poetis tropo, quo contentum pro continente usurpatur. Quæ igitur alia hæc urbs, nisi Tyrus, quam prius *Sarram* dictam fuisse Servius testatur ad versum 506. II. Georgic.

Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

Ergo *Sarra* ibi pro Syria, per metonymiam vel hypallagen dicta. Hæc de priore vocabulo. Alterum σύκη corrupte etiam pro συρίη. Eratque glossema alicujus studiosi ad oram codicis additum; quod ævo corruptum, in vocem prorsus huic loco alienam, σύκη, abiit; inque versum temere, ut alias accidit, translatum, huic monstro lectionis occasionem dedit. PETITUS l. c.

— Μεσάσει κ. τ. λ.] Ita legitur hic versus in utroque codice scripto, nisi quod χρόνος scribitur. Malim itaque sic: μεσάσει δὲ Κρόνος βασιλήϊον ἀρχὴν, σκηπτροφόρον δ' ἕξει: inusitata quidem Grammaticis verbi constructione & significatione, sed Sibyllino furori condonanda: ut de regni divisione inter Saturnum, Titanem & Japetum facta, verba ista accipiantur. De illis enim tribus locum explicuerim ex historia infra lib. III. v. 48. seqq. copiose descripta: vel de Noe filiis: vel denique de tribus regnis Assyriorum, Persarum & Macedonum: nisi quis malit de tribus illis interpretari, qui post Hadrianum imperatorem ἀργυρόκρανον sive πολιόκρανον regnaturi dicuntur lib. V. v. 51. & lib. VIII. v. 65. OPSOP.

V. 301. Ἄνδρε δικ.] Observare libet dualem positum pro plurali: nisi magis placeat ex duabus ἄνδρε & δικαιότατοι unam dictionem compositam facere: sed tunc ο pro ε malim scribere: ἀνδροδίκαιος, & in superlativo, ἀνδροδικαιότατος. PETITUS l. c.

V. 305. Πολλοῖσιν] Auratus πολλῇ σύν. OPSOP.

V. 306. Οἱ δέ τε κ. τ. λ.] Turnebus, οἱ δὲ τότ' ἀλθαντῆρες ἀγήραοι, vel τόθ' ἡγητῆρες. Et versu seq. νόσφιν δὲ νόσων. ID. — Leg. οἱ δὲ τιθηνητῆρες ἀγήραοι. ANON. LONDIN.

V. 308. Θνήξονται ὕπνῳ] Auratus, θνήξονθ' ὡς ὕπνῳ: quemadmodum Hesiodus, θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ. Et statim, ἐς δ' ἀχερόντα, ex notis Turnebi. OPSOP.

V. 310. Μακάρων γένος] Ms. reg. μακάρων παῖδες. ID.

V. 316. Ὅμοιος δὲ τύπος] Turnebus apud Opsopœum, ὅμοιον δὲ τύποις. At Anon. Londin. οἷος δέ. Et versu seq. εἶδός τε μέγ.

V. 317. Φυή] Cod. reg. φυήν. Auratus, φυῆς. OPSOP.

Υἷα τὰ βυλδύσονται ἐπειγόμενοι πρὸς ὄλεθρον,
Αντίβιον μαχέσασθαι ἐπ' ἐρανῷ ἀς ερόεντι.
Καὶ τότε Ὠκεανῷ μεγάλου ῥύσις ἔσσετ' ἐν αὐτοῖς,
Μαινομένων ὑδάτων. ὁ μέγας Σαβαὼθ δὲ χολωθεὶς
Εἴρξει κωλύων, ὅτι μὴ κατακλυσμὸν ὑπέςη
Αὖθις ποιήσειν ἐπὶ ἀνθρώπους κακοθύμους.

Αλλ' ὁπόταν ὑδάτων πολλῶν ἀπερείσιον οἶδμα
Κύματος ὀρνυμένου ἐπὶ ἄλλυδις ἄλλο, ποιήσει
Οργῆς παύεσθαι, εἰς ἄλλα τε βένθεα πόντε
Μέτρ' ὀλιγωθείη, λιμέσιν χαὶ τραχέσιν ἀκταῖς,
Αμφὶ γαῖαν ὁρίσει ὁ μέγας θεὸς ὑψικέραυνος·
Δὴ τότε χαὶ μεγάλοιο θεῦ παῖς ἀνθρώποισιν
Ηξει σαρκοφόρος, θνητοῖς ὁμοιόυμενος ἐν γῇ.
Τέσσαρα φωνήεντα φέρει· τὰ δ' ἄφωνα δύ' αὐτῷ
Δισσῶν ἀγγέλων. ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομήνω.
Οκτὼ γὰρ μονάδας, τόσσας δεκάδας ἐπὶ τούτοις,
Ηδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἀπιςοκόροις ἀνθρώποις
Οὔνομα δηλώσει. σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον,
Αθανάτοιο θεῦ Χριςὸν παῖδ' ὑψίςοιο.
Αὐτὸς πληρώσει δὲ θεῦ νόμον, ἐ καταλύσει,
Αντίτυπον μίμημα φέρων, χαὶ πάντα διδάξει.
Τῷτῳ προσκομίσεσ' ἱερεῖς χρυσὸν προφέροντες,
Σμύρναν, ἀτὰρ λίβανον. ἢ γὰρ τάδε πάντα ποιήσει.

Αλλ' ὁπόταν φωνή τις ἐρημαίης διὰ χώρης
Ηξει, ἀπαγγέλλεσα βροτοῖς, ἢ πᾶσι βοήσει,
Εὐθείας ἀτραπὲς ποιησέμεν, ἠδ' ἀπορίψαι
Εκ κραδίης κακίας, ἢ ὕδασι φωτίζεσθαι
Πᾶν δέμας ἀνθρώπων, ἵνα γεννηθέντες ἄνωθεν,
Μηκέτι μηδὲν ὅλως γε παρεκβαίνωσι δικαίων·
Τῷ δ' αὖ βαρβαρόφρων πεπεδημένος ὀρχηθμοῖσιν
Εκκόψας δώσει μισθόν· τότε σῆμα βροτοῖσιν
Εςαι ἐξαίφνης, ὁπόταν πεφυλαγμένος ἥξῃ
Εκ γῆς Αἰγύπτοιο καλὸς λίθος. ἐν δ' ἄρα τούτῳ
Λαὸς προσκόψει Εβραίων, ἔθνη δ' ἀγρουῦνται
Αὐτῷ ὑφηγήσει. ἢ γὰρ θεὸν ὑψιμέδοντα
Γνώσονται διὰ τῶδε, ἀτάρπιτόν τ' ἐνὶ φάει.
Δείξει γὰρ ζωὴν αἰώνιον ἀνθρώποισιν
Εκλεκτοῖς, ἀνόμοις δὲ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐποίσει.
Καὶ τότε δὴ νοσερὲς ἰήσεται, ἠδ' ἐπιμώμες
Πάντας, ὅσοι τῷτῳ πίςιν ἐνὶ ποιήσονται.
Βλέψεσιν δὲ τυφλοὶ, ἀτὰρ βαδιοῦσι τε χωλοί,
Κωφοί τ' εἰσαΐσεσι, λαλήσεσ' ἐ λαλέοντες·
Δαίμονας ἐξελάσει, νεκρῶν δ' ἐπανάςασις ἔςαι·
Κύματα πεζεύσει, χαὶ ἐρημαίῳ ἐνὶ χώρῳ
Εξ ἄρτων ἅμα πέντε χαὶ ἰχθύος εἰναλίοιο
Χιλιάδας κορέσει πέντε, τὰ δὲ λείψανα τέτων
Δώδεκα πληρώσει κοφίνες, εἰς παρθένον ἁγνήν.
Καὶ τότε Ἰσραὴλ μεμεθυσμένος ἐχὶ νοήσει,

A Hi vero (tantum præcordia vana tumebunt)
Constituent tandem, properantes perdere sese,
Illato bello stellatum invadere cælum.
Tunc in eos undans insano gurgite magnus
Effluet Oceanus. Sabaoth sed maximus illum
Reprimet indignans: nec enim disperdere rursus
Perversos homines immissis sustinet undis.
Sed postquam tumidos fluctus, rabiemque citatam
Undarum huc illuc pressa disiecerit ira,
Cumque suis pontum conclusum finibus, intra
Littoraque & portus compresserit, oppositaque
Finierit terra magni vis Altitonantis:
Tunc ad mortales veniet, mortalibus ipsis
In terris similis, natus patris omnipotentis,
B Corpore vestitus. Vocales quattuor autem
Fert, non vocalesque duas, binum geniorum.
Sed quæ sit numeri totius summa docebo.
Namque octo monadas, totidem decadas super ista,
Atque hecatontadas octo infidis significabit
Humanis nomen: tu vero mente teneto
Æterni natum Christum, summique parentis.
Ille Dei legem complebit, non violabit,
Persimilem formam referens, & cuncta docebit.
Illi libabunt aurum, myrrhamque ferentes,
Thusque sacerdotes: hæc omnia namque patrabit.
Verum cum quædam vox per deserta locorum
Nuntia mortales veniet, quæ clamet ad omnes,
Ut rectos faciant calles, animosque repurgent
A vitiis, & aqua lustrentur corpora cuncta,
C Ut numquam deinceps peccent in jura, renati:
Barbarus & tandem saltatibus illaqueatus,
Mercedi vocem hanc cæsam concedet iniquæ:
Tunc erit indicium subito mortalibus ægris,
Cum lapis Ægypti felix servatus ab oris
Venerit: huic populus impinget Hebræus, & hujus
Ductu convenient gentes, per eumque supremum
Cognoscent numenque, viamque in lumine rectam.
Æternam vitam mortales namque docebit
Electos, ignemque malis feret omne per ævum.
Ille quidem morbis pressos sanabit, & omnes
Læsos quotquot ei fident. Cæcique videbunt:
Incedent claudi: surdis audire licebit:
Insolitas mutis dabitur formare loquelas:
D Expellet furias: oppressi morte resurgent:
Placabit fluctus: in desertisque locorum,
Large panibus ex quinis & pisce marino
Millia quinque virum satiabit, relliquiæque
Bis senos cophinos implebunt virginis almæ.
Et tunc Israel ebrius, non mente videbit,
Non oculis cernet, non auribus audiet ipsis.

V. 322. Ἐν αὐτοῖς] Anon. Lond. ἐπ' αὐτοῖς.

V. 329. Καὶ τραχέσιν ἀκταῖς] Turnebus & Auratus, τραχέσιν ἀκταῖς, *portubus asperis littoris*. Sed videtur eadem libertate τραχέσιν ἀκταῖς dixisse, qua τρηχέες ὄχθαι, lib. III. v. 714. OPSOP. — Anon. Lond. legit τραχέσιν τε χαὶ ἀκταῖς.

V. 333. Φέρει· κ. τ. λ.] Regii cod. scriptura est: φέρων τὰδ' ἄφωνα ὄντα ἐν αὐτῷ δισσόντ' ἀγγέλῳ. Puteani vero, τὰ δὲ ἄφωνα ὃν αὐτῷ δισσῶν ἀγγέλων ἀριθμὸν &c. Turnebus sequitur cusam lectionem, nisi quod δισσῶν ἀγγελιῶν scribit, quod interpretatur, *duarum syllabarum*; quod scilicet vox *Jesus* duabus constet syllabis, Ranconetus vero legit, τὸ δ' ἄφωνον ἐν αὐτῷ δισσόν· ἀπαγγέλλων ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομήνω. Est enim consonans una in ea dictione, nempe σ, sed duplex, hoc est bis posita. Aurati lectio quam proxime videtur accedere: τὸ δὲ ἄφωνον ἐν αὐτῷ, δισσόντ' ἀγγέλλον. *Unica est illi muta, sed bis sonans*. OPSOP.

V. 335. Δεκάδας ἐπὶ τούτοις] Regium (& Gallæi) exemplar, δεκάδας δ' ἐπὶ ταύταις. ID.

V. 344. Ἥξει — βοήσει] Idem exemplar (& Gallæi ms.) ἥξῃ — βοήσῃ. ID.

V. 348. Ὅλως γε παρεκβ.] Idem cod. reg. ὅλως πάρος ἐκβ. ID.

V. 355. Ἀτάρπιτόν τ' ἐνὶ φάει] In Turnebi notis est, ἀτραπιτὸν ὄντ' ἐνὶ φωτί. Vel ἐν φάει ὄντα. Regius codex, ἢ ἀτραπὸν ἐν φάει κοινῷ. Bene, si φαῒ scribas. ID. — At Anon. Lond. sublata distinctione, sic legit: διὰ τῶδε ἀταρπίτιν ἐν φαῒ κοινῷ.

V. 358. Νοσερὲς ἰήσεται] Reg. cod. νοσερὲς τε ἰήσεται. Et versu seq. πίςιν τ' ἐνιποιήσονται. Sed infra lib. III. v. 12. πίςιν ἐνεποιήσαντο. Aliqui legunt, ἐνὶ ποιήσαντο. OPSOP.

V. 360. Βλέψεσιν δὲ τυφλ.] Reg. cod. Βλέψεσι δέ γε τυφλ. Id. — Vide Lactant. lib. 4. cap. 15. nec non Append. Montf. v. 72. & infra lib. VIII. v. 207. seqq.

V. 364. Ἰχθύος εἰναλίοιο] Lactantius l. c. ἰχθύεσσι δυοῖσιν: quam postremam vocem, utpote Græcis ignotam, improbat Heusingerus *Emendatt.* lib. I. cap. 4. p. 65. & cum Parrhas. & Aldo legit δοιοῖσι. Appendix vero Montf. ἰχθύεσσιν ἁλίοις. Hæc autem & sequentia leviter immutata occurrunt infra lib. VIII. v. 289. seq.

V. 365 Χιλιάδας κορέσει πέντε] Reg. cod. (& Gallæi) θρέψει χιλιάδας πέντε. OPSOP.

V. 366. Εἰς παρθένον ἁγνήν] Ista videntur male huc translata ex lib. VIII. v. 270. 277. Lactantius enim l. c. eadem recitans, heic habet εἰς ἐλπίδα πολλῶν; sive, ut Sedulius legit in Appendice Montf. v. 76. εἰς ἐλπίδα λαῶν. Quam quidem lectionem confirmat Ms. Gothanus apud Heusingerum l. c. & infra lib. VIII. v. 292.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 136.

Οὐδέ μεν αὐδήσει μεμεθυσμένος οὔασι λεπτοῖς.
Ἀλλ' ὁπόταν Ἑβραίοις ἥξῃ χόλος ὑψίστοιο
Οἰστρομανὴς, καὶ πίστιν ἑαυτῶν ἐξαφελεῖται,
Οὐράνιον ὅτι παῖδα θεοῦ διεδηλήσαντο,
Καὶ τότε δὴ κολάφους καὶ πτύσματα φαρμακόεντα
Ἰσραὴλ δώσει μυσαροῖς ἐνὶ χείλεσι τούτῳ.
Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, καὶ εἰς πότον ὄξος ἄκρατον,
Δυσσεβέως δώσουσι, κακῷ βεβολημένοι οἴστρῳ
Στήθεα καὶ κραδίην, ἀτὰρ ὄμμασιν οὐκ ἐσορῶντες,
Τυφλότεροι σπαλάκων, φοβερώτεροι ἑρπυστήρων,
Θηρῶν ἰοβόλων βαρέϊ πεπεδημένοι ὕπνῳ.
Ἀλλ' ὅταν ἐκπετάσῃ χεῖρας, καὶ πάντα μετρήσῃ,
Καὶ στέφανον φορέσῃ τὸν ἀκάνθινον, ἠδέ γε πλευρὰν
Νύξωσι καλάμοισιν, ὅτου χάριν ἐν τρισὶν ὥραις
Νὺξ ἔσται σκοτόεσσα πελώριος ἤματι μέσσῳ.
Καὶ τότε δὴ ναὸς Σολομώνιος ἀνθρώποισιν
Σῆμα μέγ' ἐκτελέσει, ὁπόταν ἀϊδωνέος οἶκον
Βήσεται ἀγγελέων ἐπανάστασιν τεθνειῶσιν.
Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃ τρισὶν ἤμασιν ἐς φάος αὖθις,
Καὶ δείξῃ θνητοῖσιν ὕπνον, καὶ πάντα διδάξῃ,
Ἐν νεφέλαις ἐπιβὰς εἰς οὐρανοῦ οἶκον ὁδεύσει,
Καλλείψας κόσμῳ εὐαγγελίης διάδημα.
Τοῦ καὶ ἐπωνυμίῃ βλαστὸς νέος ἀνθήσειεν,
Ἐξ ἐθνῶν μεγάλοιο νόμῳ καθοδηγηθέντες.
Ἀλλά γε καὶ μετὰ ταῦτα Σόλοι καθοδηγοὶ ἔσονται.
Καὶ τότε δὴ παῦσις ἔσται μετέπειτα προφητῶν.
Ἔνθεν δ' Ἑβραῖοι τὸ κακὸν θέρος ἀμήσονται,
Πολλὸν δ' αὖ χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐξαλαπάξει
Ῥωμαῖος βασιλεύς. μετὰ δ' αὖ βασιληΐδες ἄλλαι
Συνεχέως ἔσσονται, ἀπολλυμένων βασιλειῶν,
Καὶ θλίψουσι βροτούς. μέγα δ' ἔσσεται ἀνδράσι κείνοις
Πτῶμ', ὅταν ἄρξωνται ὑπερηφανίης ἀδίκοιο.
Ἀλλ' ὁπόταν ναὸς Σολομώνιος ἐν χθονὶ δίᾳ
Καππεσεῖται, βληθεὶς ὑπ' ἀνδρῶν βαρβαροφώνων,
Χαλκεοθωρήκων, Ἑβραῖοι δ' ἀπὸ γῆς ἐλάσονται,
Πλαζόμενοι, κεραϊζόμενοι, πολλὴν δέ τοι αἴραν
Ἐν σίτῳ μίξουσι, κακὴ στάσις ἔσται ἅπασιν
Ἀνδράσιν. αἱ δὲ πόλεις ὑβριζόμεναι παρ' ἕκαστα
Ἀλλήλας κλαύσουσιν, ἐπεὶ κακὸν ἤλιτον ἔργον,
Δεξάμεναι μεγάλοιο θεοῦ χόλον ἐν κόλποισι.

A Hebræos sed enim summi lymphata Tonantis
Cum petet ira, fide sublata prorsus eorum,
Propter cælestem divino semine cretum,
Offensum per eos puerum: tunc impius illi
Impinget colaphos, virosaque sputa sceleſtis
Iſrael labiis: neque non & fellis amari
Apponent escam, potumque immitis aceti,
Pectora vesanis stimulis & corda subacti,
Nil oculis ipsis cernentes, & mage cæci
Talpis, angue magis metuendi, pestiferæque
Aspidis oppressi duroque gravique veterno.
Sed manibus passis cum mensus cuncta, coronam
De spinis tulerit, nec non latus ejus arundo
Fixerit acta manu, cujus causa tribus horis
B Nox tenebrosa die medio monstrosaque fiet:
Tunc hominum generi magnum Solomonia signum
Templa dabunt, Ditis cum tecta profunda subibit,
Nuntiet in vitam reditum quo morte peremtis.
Sed postquam triduo lucem repetiverit, atque
Monstrarit somnum mortalibus, atque docendo
Cuncta illustrarit, cælestia tecta subibit
Nubibus invectus, cum lætum liquerit orbi
Pactum Evangelii, cujus de nomine surget
Flore novo germen de gentibus, idque regendum
Magni lege: Soli ductores deinde futuri.
Deinde genus vatum jam tandem desinet esse.
Inde male messem facient æstatis Hebræi,
Atque auri multum Romanus diripiet rex,
C Argentique. Dehinc exsistent altera regna
Assidue, regnis pereuntibus usque, prementque
Mortales. Sed erit tunc magna ruina virorum
Illorum, quando fastum ingredientur iniquum.
Cum dederint autem Solomonia templa ruinam,
A loricatis (quorum vox barbara linguæ)
Diruta, cum patria terra pellentur Hebræi,
Errantes, misere vexati, farraque multo
Miscebunt lolio: tunc tristes seditiones
Versabunt homines omnes, urbesque malorum
Congeries coget sese deflere vicissim,
Propterea facinus quod commisere nefandum:
Tanta in eas magni desæviet ira Tonantis.

V. 368. Αὐδήσει] Insolenter & nove *αὐδήσει* pro *audiet*. Auratus sufficit *εἰσαίει*. Turnebus, *οὐδὲ μὴν αὖθ' ἀΐσει*, vel *εἰσαίσει*, vel *ἐνθήσει*. Opsop. — Monet Cl. Cangius in *Glossar. med. Græc.* in Turcogræcia Crusii legi *αὔδια*, *aures*.

V. 374 Εἰς δὲ τὸ βρῶμα κ. τ. λ.] Vide sis Lactantium lib. 4. cap. 18. & quæ adnotavimus ad v. 95. Append. Montf. nec non infra lib. VIII. v. 303.

V. 377. Τυφλ. σπαλ.] Reg. cod. *τυφλότερ' ἀσφαλάκων*. Et v. seq. *ἰοβόλων τε βαρεῖ*. Opsop.

V. 379. Ἀλλ' ὅταν κ. τ. λ.] Hic versus geminus fere est cum eo, qui legitur infra lib. VIII. v. 288.

V. 380 Ἠδέ γε] Cod. reg. *οἱ δέ γε πλ.* Opsop. — Hujus acrostichium infra lib. VIII. v. 280. & apud Lactantium lib. 4. cap. 18. Hinc autem in Append. Montf. v. 94.


V. 387. Ὕπνον] Regium exemplar (& Gallæi *τύπον* : sed placet *ὕπνον*, ut intelligat mortem Christi solum somnum fuisse. Opsop. — Scribe *θνητοῖσι τύπον*. Anon. Lond.

V. 389. Διάδημα] Forte *διάθημα*. *Διάδημα*, *regnum*, inquit Turnebus. Opsop.

V. 391. Καθοδηγηθέντες] Mutat casum Turnebus, *καθοδηγηθέντων*: sed mutatione non est opus, quum ad *βλαστὸς* collectivum nomen referri possit *καθοδηγηθέντες*; sicut infra lib. III. v. 132. *ἔθνος Θεοῦ καρτερὸν ἔσται, οἱ πάντεσσι βροτοῖσι βίου καθοδηγοὶ ἔσονται*. Id.

V. 392. Σόλοι] Fabricius *Bibl. Gr.* tom. I. p. 201. legendum conjicit *στόλοι*, hoc est *missi*, ut Apostoli intelligantur. Ex novo enim fœdere, inquit, manifeste hausta sunt quæ diserta nimis a v. 338. ad finem usque libri I. vaticinia leguntur. Aliter Opsopœus: qui & monet, sequentia concinnata esse ex iis quæ leguntur infra lib. III. v. 116. seqq. pæne similia.

V. 401. Καππεσεῖται, βληθείς] Turnebus *καβληθείς γε πεσεῖται*. Pithœi exemplar *καππεσσεῖται*: regium *καππεσεῖνται*. Item *ἐλάσωνται* v. seq. & mox v. 403. *αἶραν*. Opsop. — Anon. Lond. legit Βληθεὶς καππεσεῖται.



ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ΠΕΡΙ ΕΛΛΗΝΩΝ,

Καὶ περὶ Θεοῦ, καὶ περὶ ἁγίων, καὶ περὶ κρίσεως.

Ἦμος δὴ κατέπαυσε Θεὸς πολυπάνσοφον ᾠδὴν,
Πολλὰ λιταζομένης, καί μοι πάλιν ἐν στήθεσσι
Ἔνθετο θεσπεσίων ἐπέων πολυγηθέα φωνήν.
Πᾶν δέμας ἐκπληχθεῖσα τάδε φράσω. οὔτε γὰρ οἶδα
Ὅττι λέγω, κέλεται δὲ θεὸς τὰ ἕκαστ' ἀγορεύειν.
Ἀλλ' ὁπόταν ἐπὶ γῆς σεισμοὶ, μαλεροί τε κεραυνοί,
Βρονταί τ', ἀστεροπαί τε, γῆς ἐρυσίβη,
Καὶ μανίη θώων τε λύκων τ', ἀνδροκτασίαι τε,
Καὶ φθοραὶ ἀνθρώπων, ἠδ' καὶ βοῶν μυκωμένων,
Τετραπόδων κτηνῶν τε καὶ οὐρήων ταλαέργων,
Ἠδ' αἰγῶν, οἴων τε· ἔπειτα δὲ χέρσος ἄρουρα
Πολλὴ καλλειφθεῖσα γενήσεται ἐξ ἀμελείας,
Καὶ καρποὶ λείψουσιν, ἐλευθεροπραξίη δ' ἔσται
Πλείστοις ἐν μερόπεσσι, καὶ ἱεροσυλίη ναῶν.
Δὴ τότε καὶ γενεὴ δεκάτη μετὰ ταῦτα φανεῖται
Ἀνθρώπων, ὁπόταν σεισίχθων ἀστεροπητὴς
Εἰδώλων ζῆλον θραύσει, λαόν τε τινάξει
Ῥώμης ἑπταλόφοιο· μέγας δέ τε πλοῦτος ὀλεῖται,
Δαιόμενος πυρὶ πολλῷ ὑπὸ φλογὸς Ἡφαίστοιο.
Καὶ τότε δ' ἡματόεσσαι ἀπ' οὐρανοῦ καταβᾶσαι.
Αὐτὰρ κόσμος ὅλος τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων
Ἀλλήλους κτείνουσι μεμηνότες, ἐν δὲ κυδοιμῷ
Λοιμοὺς καὶ λιμοὺς θήσει θεὸς ἠδὲ κεραυνοὺς
Ἀνθρώποις, οἳ ἄτερθε δίκης κρίνουσι θέμιστας.
Λεῖψις δ' ἀνθρώπων ἔσται κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Ὡς ἴχνος εἰ κατίδῃ τις ἐπὶ χθονὶ θαυμάσσειεν
Ἀνθρώπου. τότε δ' αὖ τε μέγας θεὸς αἰθέρι ναίων
Ἀνδρῶν εὐσεβέων σωτὴρ κατὰ πάντα γένηται.
Καὶ τότε δ' εἰρήνη τε, βαθεῖά τε σύνεσις ἔσται,
Καὶ γῆ καρποφόρος καρποὺς πάλι πλείονας οἴσει,
Οὐδὲ μεριζομένη, οὐδ' εἰσέτι λατρεύουσα.
Πᾶς δὲ λιμὴν, πᾶς ὅρμος ἐλεύθερος ἀνθρώποισιν,
Ἔσσεται ὡς πάρος ἦεν, ἀναιδείη τ' ἀπολεῖται.

Καὶ τότε δὴ μέγα σῆμα θεὸς μετέπειτα ποιήσει.
Λάμψει γὰρ στεφάνῳ λαμπρῷ παρομοίιος ἀστὴρ
Λαμπρὸς, παμφαίνων, ἀπ' οὐρανοῦ αἰγλήεντος,
Ἤμασιν οὐκ ὀλίγοις. τότε γὰρ στέφος ἀνθρώποισι
Δείξει ἀπ' οὐρανόθεν ἐναγώνιον ἀθλεύουσι.
Καὶ τόθμαι μέγας γὰρ αἰὼν εἰσελαστικὸς ἔσται,
Εἰς πόλιν οὐράνιον, οἰκουμενικὸς δέ τε πᾶσιν
Ἔσσετ' ἀνθρώποισιν ἔχων κλέος ἀθανασίας.
Καὶ τότε πᾶς λαὸς ἐπὶ ἀθανάτοισιν ἀέθλοις

A

LIBER SECUNDUS

DE GRÆCIS,

Et de Deo, & de Sanctis, & de Judicio.

Postquam perdoctum carmen, me multa precante,
Compressit numen, mihi sub præcordia rursum
Divini cantus vocem subjecit amœnam.
Corpore tota stupens trahor huc, ignara quid ipsa
Eloquar: ipse sed hæc mandat Deus omnia fari.
B Sed cum terrarum motus, & fulmina dira,
Fulguraque, & tonitrus fuerint, & squalor agrorum,
Et cædes hominum, rabies & sæva luporum,
Atque hominum atque boum interitus, & quadrupedantum,
Et jumentorum, mulorumque, atque caprarum,
Atque ovium: fiet tum plurima terra relicta,
Et frugum incultos proventus deferet agros,
Erumpetque hominum vitiosa licentia passim,
Fanaque diripient. Hominum tum denique seclum
Exsistet decimum: quando qui sidera fecit,
Concussor terræ, statuarum franget amorem,
Et Romæ populum, quæ septem continet arces,
Concutiet: dives deleta peribit opum vis,
C Vulcano crebris miscente incendia flammis.
Et tunc cælo demisse sanguinolentæ.*
At genus humanum longe lateque per orbem
Cædibus alternis insaniet: inque tumultu
Pestes atque fames Deus, & sua fulmina mittet
Illis, qui vivent expertes legis & æqui.
Exsistetque hominum toto defectus in orbe:
Si quis ut in terris hominis vestigia cernat,
Miretur. Rursum magnus Deus incola cæli,
Relliquias hominum penitus servabit ubique.
Tunc pax, & veri prudentia summa vigebit,
Terraque frugiferens fruges feret uberiores,
Ne divisa quidem, neque servitura deinceps.
Omnis liber erit portus mortalibus, omnis
D Et statio, sicut fuit ante: scelusque peribit.
Tunc autem signum dabitur divinitus ingens.
Namque relucebit clarissima stella, coronæ
Assimilis claræ, cælo visenda sereno,
Lucibus haud paucis: humanis nempe coronam
De cælo ostendet, qui præmia quærere certant.
Nam tunc incipiet magnum procedere sæclum
Urbi cælesti, dispensatorque vacabit
Omnibus humanis, ævi immortalis honores
Qui teneat. Cunctus tunc immortalia propter

Verſ. 3. Ἔνθετο] Regium exemplar (& Gallæi) habet κεύθετο, *occultabat, claudebat*. Et v. ſeq. πᾶν δὲ δέμας πληχθεῖσα οὐδ' ἔσσομαι: *Corpore toto ſtupens atque perculſa, hæc eloquor*. OPSOP.

V. 7. Ἀστεροπαί τε] Claudicat verſus iſte. Suffulcit eum Turnebus, addita voce κεραυνοὶ poſt ἀστεροπαί τε. Cod. reg. præfert, ἀστεροπαὶ καὶ γῆς ἐρυσίβη σεισμοί. Recte, ſi ita colloces: ἀστεροπαὶ, σεισμοὶ γῆς, καὶ ἐρυσίβη: *fulgura, terræ motus & rubigo*, in roſcido tractu convallibuſque frequentiſſima, juxta Plinium. ID.

V. 9. Ἀνθρ.] Leg. ἀνθρώπων, ταύρων τε βοῶν τ' ἐρμυκων. ANON. LOND.

V. 15. Δὴ τότε κ. τ. λ.] Vide ſis in hunc locum Fabricium *Bibl. Gr.* tom. 1. p. 185.

V. 19. Δαιόμενος] In reg. cod. ſcribitur δαιόμενος. OPSOP.

V. 20. Ἡματόεσσαι] Lego, αἵματος ἔρσαι ἀπ' οὐρανόθεν κατ. ANON. LOND.

V. 26. Κατίδῃ] In cod. reg. ſcribitur κατίδοι. OPSOP.

V. 30. Καὶ γῆ καρπ.] Similes verſus habes infra v. 318. hujuſce libri, & lib. VIII. v. 209. ſeq.

V. 34. Καὶ τότε δὴ μέγα σῆμα] Fabricius *Bibl. Gr.* tom. 1. p. 201. arguit Gallæum, qui ad hunc locum multa diſputat de ſtella quæ Magis apparuit, *Matth.* II. Quum enim in hoc libro contineantur oracula de die extremo, auctor Sibyllinorum heic reſpicit ad *Matth.* XXIV. 30. ubi ſic legimus; Καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον — ἐν τῷ οὐρανῷ.

V. 36. Λαμπρὸς, παμφ.] Reg. cod. apud Opſopœum, λαμπρῶς παμφ. Paullo poſt, Anon. Lond. legit ἀπὸ οὐρ.

V. 37. Τότε γάρ] Forte ſcribendum erit τὸ ἀγώνιον, propter metrum. OPSOP.

V. 39 Καὶ τόθμαι κ. τ. λ.] In regio cod. habetur, καὶ τότε γὰρ μέγας αἰὼν εἰσελ. Turnebus ita reſtituit locum, καὶ τότε δὴ μέγας αὖθις ἀγὼν εἰσελαστικός. Quæ autem ſint certamina εἰσελαστικά, explicuit idem ille in *Adverſar.* lib. 1. cap. 19. Vide quoque Plinii epiſt. 119. lib. 10. ubi meminit agonis *Iſelaſtici* a Trajano facti. ID. — Aliter meus Anon. Lond. qui ſic legit, interpungitque:

Καὶ τὸ θέμα. μέγας ὁ γὰρ ἀγὼν εἰσελαστικὸς ἔσται.

Adi ſis Fabricium *Bibl. Gr.* tom. 1. p. 183.

V. 40. Οὐράνιον] Carminis hiatum explet reg. cod. οὐράνιόν γε. Et ſtatim, forte οἰκουμενικός. OPSOP. — Heic Anon. Lond. legit οὐρανίων.

V. 41. Ἔσσετ'] Idem Anon. Lond. ἔσσεται mavult. Et verſu ſeq. ſic: Καὶ τότε δὴ πᾶς λαὸς ἐπ' ἀθανάτοις.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Αθλήσει νίκης περικάλλεος. ὀ γὰρ ἀναιδῶς
Αργύρεόν τις ἐκεῖ δυνάται στέφος ὠνήσασθαι.
Αγνὸς γὰρ Χριστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει,
Καὶ δοκίμους στέψει, αὐτὰρ θέμα μάρτυσι δώσει
Αθάνατον, ἄχρι καὶ θανάτου τὸν ἀγῶνα ποιοῦσι.
Παρθενικοῖς δὲ δραμοῦσι καλῶς, ἄφθαρτον ἄεθλον
Δώσει τοῦ θέματος, καὶ τοῖς τὰ δίκαια νέμουσιν
Ανθρώποις πᾶσίν τε, καὶ ἔθνεσιν ἀλλοδαποῖσι,
Τοῖς ὁσίως ζῶσίν τε, θεὸν δ' ἕνα γινώσκουσιν.
Οἳ δ' ἀγαπῶσι γάμον τε, γαμοκλοπιῶν τ' ἀπέχονται,
Δώσει πλούσια δῶρα, αἰώνιον ἐλπίδα καὶ τοῖς.
Πᾶσά τε γὰρ ψυχὴ μερόπων θεοῦ ἐστι χάρισμα,
Κοὐ θέμις ἀνθρώπους τὴν ἄγεσι πᾶσι μιαίνειν.
Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν,
Αρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
Ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντα φυλάσσειν.
Μὴ δὲ μάτην εἴδωλα σέβου· τὸν δ' ἄφθιτον αἰεὶ
Πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
Πάντα δίκαια νέμειν, μηδ' εἰς κρίσιν ἄδικον ἔλθῃς.
Μὴ ῥίψῃς πενίην ἀδίκως· μὴ κρῖνε προσώπῳ.
Ην σὺ κακῶς δικάσῃς, μετέπειτα θεός σε δικάσει.
Μαρτυρίην ψευδῆ φεύγει, τὰ δίκαια δ' ἀγορεύειν.
Παρθενίην τηρεῖν· ἀγάπην δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.
Μέτρα νέμειν τὰ δίκαια· καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασι.
Σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.
Μὴ δ' ἐπιορκήσῃς, μήτ' ἀγνῶς, μήτε ἑκοντί.
Ψεύδορκον στυγέει θεὸς, ὅς τι κεν ἄντις ὀμόσῃ.
Εξ ἀδίκων ἔργων δῶρον χειρὶ μήποτε δέξῃ.
Σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος ὅστις ἕληται,
Εἰς γενεὰς γενεῶν * σκορπισμὸν βιότοιο.
Μήτ' ἀρσενοκοιτεῖν, μὴ συκοφαντεῖν, μήτε φονεύειν.
Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου· μὴ θλίβε πένητα.
Γλώσσης νοῦν ἐχέμεν· κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.
Ορφανικοῖς, χήραις, ἐπιδεομένοις δὲ παράσχου.
Μήτ' ἀδικεῖν ἐθέλῃς· μήτ' οὖν ἀδικοῦντα ἐάσῃς.
Πτωχοῖς εὐθὺ δίδου, μήτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.
Ιδρῶτι σταχύων χειρὶ χρήζοντι παράσχου.
Ος δ' ἐλεημοσύνην παρέχει, θεῷ οἶδε δανείζειν.
Ρύεται ἐκ θανάτου ἔλεος, κρίσις ὁππότ' ἂν ἔλθῃ.
Οὐ θυσίην, ἔλεος δὲ θέλει θεὸς ἀντὶ θυσίης.
Ενδυσον οὖν γυμνόν· μετάδος πεινῶντ' ἄρτων σῶν.
Αστεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει,
Ναυηγοὺς οἴκτειρον· ὁ γὰρ πλοῦς ἐστὶν ἄδηλος.
Χεῖρα πεσόντι δίδου. σῶσον δ' ἀπερίστατον ἄνδρα.
Κοινὰ πάθη πάντων· βίοτος τροχὸς, ἄστατος ὄλβος.
Πλοῦτον ἔχων, σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον.
Ων σοι ἔδωκε θεὸς, κ' αὐτὸς χρήζοντι παράσχου.
Κοινὸς πᾶς ὁ βίος μερόπων· ἄνισος δὲ τέτυκται.
Μήποτε ἄνδρα πένητα ἰδὼν, σκώψῃς ἐπέεσσι.
Μὴ δὲ κακῶς γε προσείπῃς μωμητόν τινα φῶτα.
Τὸ ζῆν ἐν θανάτῳ δοκιμάζεται. εἴτις ἔπραξεν
Εννομον ἢ δίκαιον, διακρίνεται εἰς κρίσιν ἐλθών.
Μὴ δὲ φρένας βλάπτειν οἴνῳ· μὴ δὲ πίνειν ἄμετρα.
Αἷμα δὲ μὴ φαγέειν, εἰδωλοθύτων δ' ἀπέχεσθαι.

A Præmia contendet populus, victoria quando
Accendet præclara animos. Nam rite licebit
Cuilibet argenti claram petere inde coronam.
Castus enim Christus ponet certamina justa,
Ornabitque probos, æternaque præmia reddet
Testibus, ad mortis certamen euntibus usque.
Virgineis vero, qui pulcre currere pergent,
Æternum munus dabit, & servantibus æqui
Omnibus humanis, generique alienigenarum,
Et sancte vivendo Deum noscentibus unum.
Tum qui conjugio gaudentes, furta cavebunt
Concubitus vetiti, dabit his quoque munera larga,
Immortalem spem. Nam donum numinis omnes
Sunt humanæ animæ: quas ullis flagitiorum
B Mortales maculis prorsum fœdare nefas est.
Ne ditescas injuste, sed ex juste partis vive.
Esto contentus præsentibus, & ab alienis abstine.
Mendacia ne dixeris, sed vera omnia custodias.
Neque frustra simulacra colas: sed immortalem semper
Primum Deum reverere, deinde vero tuos parentes.
Omnibus justa tribue, nec in judicium injustum venias.
Ne abjicias paupertatem, injuste nec judices *ex* persona.
Si tu male judicaveris, postea Deus te judicabit.
Testimonium falsum fuge, & justa profer. (serva.
Virginitatem custodi, dilectionemque erga omnes ob-
Mensuras dato justas: bonus vero est modus in omnibus.
Trutinam ne pellas in alteram partem, sed æqualem trahas.
C Ne pejeraveris, neque ignoranter, neque sponte.
Perjurum odit Deus, quisquis ille qui juraverit.
Ex injustis operibus donum manu ne umquam suscipias.
Semina ne surripito: exsecrabilis quisquis abstulerit.
In sæcula sæculorum * dissipatio erit vitæ. (cidas.
Ne cum masculo cubes, nec sycophantam agas, nec oc-
Mercedem laboranti da: nec afflige pauperem.
Linguæ mentem cohibe: arcanum sermonem in pecto-
Pupillis, viduis, indigentibusque largire. (re contine.
Ne injurius esse velis, nec injuste *quemquam* agere sinas.
Pauperibus statim da, neque cras reverti jube.
Copiam spicarum manui egenti præbe.
Quicumque eleemosynam dat, Deo novit fœnerare.
Liberat a morte misericordia, judicium quando venerit.
D Non sacrificium, misericordiam vero vult Deus pro sacrificio.
Vestito itaque nudum, impertire esurienti panes tuos.
Exsulem in domum excipe, & cæco viæ dux esto.
Naufragorum miserere, quia navigatio est incerta.
Manum lapso porrige, servaque desertum virum.
Communes casus omnium vita, rota instabilis felicitas.
Si divitias habes, tuam manum pauperibus porrige.
Quæ tibi dedit Deus, de his genti eroga. (est.
Communis tota vita hominum: inæqualis autem facta
Ne, si virum pauperem conspexeris, irrideas dicteriis.
Neque maligne alloquaris vituperandum aliquem vi-
Vita in morte probatur. Num quis perpetrarit (rum.
Illegitimum *quid* aut justum, dijudicatur ad judicium si venerit.
E Ne mentem lædas vino, nec bibas immoderate.
Sanguinem vero ne comedas, & ab iis quæ diis immolantur abstineas.

V. 43. Οὐ γὰρ κ. τ. λ.] Castalio deceptus prava lectione, ὢ γὰρ ἀναιδῶς &c. vertit: *Nam rite licebit cuilibet argenti claram petere inde coronam*. Christiani namque certaminis præmium non est corona argentea. Sed hoc ait Sibylla: in isto certamine non licebit pecunia emere coronam, vel agonothetas muneribus corrumpere; quemadmodum in Olympicis, Pythicis & ceteris ejusmodi publicis certaminibus factitatum legimus: id quod acute animadversum est a Turnebo, ὢ in οὐ mutante. Cui plane adstipulatur regii codicis scriptura, vulgari emendatior, ὀ γὰρ ἀναιδῶς ἀργυρέόν τις: *Non enim impudenter aliquis argento* &c. OPSOP.

V. 47. Ἀθάνατον, ἄχρι καὶ] Inverso ordine rectius legetur, ἀθάνατον καὶ ἄχρι. ID.

V. 49. Τοῦ θέματος] Reg. cod. habet τοῦτ' ἄθλου. Et versu 51. ζώουσι θεὸν δ'. ID.

V. 55. Τὴν ἄγεσι] Legit Anon. Lond. ἄγεσ' αὐτήν.

V. 56. Μὴ πλουτεῖν κ. τ. λ.] Post versum 55. præcedentem, interpositi erant in regio exemplari sequentes versus nonaginta tres, usque ad v. 148. Sunt autem plerique ex Phocylidis γνώμαις desumti, vel potius a Phocylide ex Sibyllinis oraculis surrepti, si Suidæ credimus. OPSOP.

V. 82. Οὐ θυσίην κ. τ. λ.] Nemo est qui non videat, hæc esse deprompta e sacris litteris, *Matth.* IX. 13. XII. 7. ideoque a Phocylide non potuisse proficisci, sed ex personata Sibylla esse hausta. GALLÆUS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Τὸ ξίφος ἀμφιβαλȣ̃, μὴ πρὸς φίλον, ἀλλ' ἐπ' ἀμιωίαν
Εἴθε δὲ μὴ χρήσῃ, μήτ' ἔκνομα, μήτε δικαίως.
Κἂν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρὸν, σέο χεῖρα μιαίνεις.
Αγρȣ̃ γειτονέοντος ἀπόχȣ, μηδ' ἂρ ὑπερβῇς.
Πᾶς ὅρος ἐςὶ δίκαιος, ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινή.
Κτῆσις ὀνήσιμος ἔςθ' ὁσίων· ἀδίκων δὲ πονηρά.
Μὴ δέ τιν' αὐξόμενον λωβήσῃ καρπὸν ἀρȣ́ρης.
Εςωσαν δ' ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις.
Πάντες γὰρ ξενίης πειρήσσονται πολυμόχθȣ.
Ως ξένοι ἀλλήλων· ξεῖνος δέ γε ȣ̉́τις ἐν ἡμῖν
Εσσετ', ἐπεὶ πάντες βροτοὶ αἵματος ἐξ ἑνὸς ἐςέ.
Χώρη δ' ȣ̉́τι βέβαιον ἔχει τόπον ἀνθρώποισι.
Μὴ δὲ θέλεις πλȣτεῖν, μηδ' εὔχου· ἀλλὰ τόδ' εὔχου,
Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδέν τι ἔχοντα ἄδικον.
Η φιλοχρημοσύνη μητὴρ κακότητος ἁπάσης.
Μὴ πόθος εἰς χρυσὸν, ἢ εἰς ἄργυρον· ἐν δ' ἄρα καὶ τοῖς
Εσσεται ἀμφήκης θυμοφθόρος ἔνθα σίδηρος.
Χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐςὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι.
Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων,
Εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν.
Σȣ̃ γὰρ ἕκητι, μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε,
Εχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις.
Μηδὲ δόλους ῥάπτειν· μὴ πρὸς φίλον ἦτορ ὁπλίζειν.
Μήθ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἄλλ' ἀγορεύων.
Μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπȣς κατὰ χώραν ἀμείβειν.
Πᾶσι δ' ἁπλόος ἴσθι, τάτ' ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.
Οστις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ· ὃς δ' ὑπ' ἀνάγκης,
Οὐκ ἐρέω τὸ τέλος. βȣλὴ δ' εὐθυνέσθ' ἑκάςȣ.
Μὴ γαυρȣ̃ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλȣ́τῳ.
Εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατὸς θ' ἅμα, καὶ πολύολβος.
Μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖσι τρύχȣ τεὸν ἦτορ·
Οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα· χαλίνȣ δ' ἄγριον ὀργήν.
Πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσε.
Εςω κοινὰ πάθη· μηδὲν μέγα, μήτ' ὑπέροπλον.
Οὐκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ.
Η πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρȣς ἕλκετ' ἔρωτας.
Υψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλȣ̃τος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.
Θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.
Οργὴ δ' ἔςιν ὄρεξις, ὑπερβαίνȣσα δὲ μῆνις.
Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸς, φαύλων δέ γε φαῦλος.
Τόλμα κακῶν, ὀλοή· ἀγαθῶν δέ γε, κῦδος ὀπάζει.
Σεμνὸν, ἔρως ἀρετῆς· ὁ δὲ κύπριδος, αἶσχος ὀφέλλει.
Ηδὺς ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολιήταις.
Εν μέτρῳ φαγέειν, πιέειν, καὶ μυθολογεύειν.
Πάντων μέτρον ἄριςον· ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινόν.
Μὴ φθονερὸς, μὴ ἄπιςος ἔσῃ, μὴ λοίδορος ἴσθι,
Μὴ δὲ κακογνώμων, μὴ ψευδαπάτης ἀμέτρητος.
Σωφροσύνην ἀσκεῖν, αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
Μὴ δὲ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπάλειψον ἀμοιβήν.
Πειθὼ μὲν γὰρ, ὄνειαρ. ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύσει.
Μὴ πίςευε τάχιςα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.
Οὗτος ἀγὼν, ταῦτ' ἐςὶν ἀέθλια, ταῦτα βραβεῖα,
Τȣ̃το πύλη ζωῆς, καὶ εἴσοδος ἀθανασίης,
Ην θεὸς ȣ̉ράνιός γε δικαιοτάτοις ἀνθρώποις
Εςησε νίκης ἐπαέθλιον. οἱ δὲ λαβόντες
Τὸ ςέφος, ἐνδόξως διελεύσονται διὰ ταύτης.
Αλλ' ὁπόταν τόδε σῆμα φανῇ κατὰ κόσμον ἅπαντα,
Εκ γενετῆς παῖδες πολιοκρόταφοι γεγαῶτες,
Θλίψεις δ' ἀνθρώπων, λοιμοὶ καὶ λιμοὶ, πόλεμοί τε,

A Gladium accinge, non contra amicum, ſed ad defenſionem.
Utinam vero non utaris, neque injuſte neque juſte.
Etiamſi namque occideris hoſtem, tuam manum polluis.
Ab agro vicini abſtine, neque tranſi.
Omnis terminus eſt juſtus: tranſgreſſio vero vitioſa.
Poſſeſſio utilis eſt ſanctorum: injuſtorum vero prava.
Ne quem creſcentem læſeris fructum agri.
Sint in pari honore advenæ cum civibus.
Omnes enim peregrinatione circumvehuntur ærumnoſa.
Tamquam hoſpites, alter alterius. Peregrinus vero nullus inter nos
Erit, quia omnes homines ſanguine ex uno eſtis.
Terraque non perpetuum habet locum hominibus.
B Non velis diteſcere, neque opta: ſed hoc opta,
Ut vivas paucis *contentus*, nec quidquam poſſideas injuſtum.
Amor pecuniæ mater *eſt* malitiæ omnis.
Ne deſiderium *ſit* auri vel argenti: in his enim rum.
Erit utrimque acutum, animum corrumpens ibi ferrum.
Aurum ſemper fraus eſt & argentum hominibus.
O aurum malorum dux, vitæ labes, omnia evertens,
Utinam tu mortalibus non eſſes malum deſiderabile!
Tui enim gratia, pugnæ, & prædæ, & cædes,
Infenſique liberi parentibus, fratresque conſanguineis.
Ne fraudes conſuas, neque contra carum cor armes te.
Neque aliam occultes in corde ſententiam, aliam proferas:
Neque ut ſaxis adhærens polypus, cum loco mutes.
C Omnibus vero ſimplex ſis; quæque ex animo profer.
Qui volens injuſte facit, improbus vir; qui vero coactus,
Non *malum* dico prorſus: conſilium vero redarguitur cujuſque.
Non efferaris ſapientia, neque viribus, neque opibus.
Unus Deus eſt ſapiens, potens ſimul, & multum dives.
Ne præteritis malis crucia tuum cor:
Numquam enim poteſt factum fieri infectum.
Ne ſis præceps ad manum, ſed compeſce ſævam iram.
Sepe enim percutiens, invitus cædem perpetravit.
Sint communes paſſiones: nihil magnum, neque ſuperbum *ſit*.
Non bona redundans eſſe ſolet mortalibus utilitas:
Nimius autem luxus ad immodicos trahit amores.
D Extollunt autem multæ divitiæ, & ad petulantiam impellunt.
Ira nimia furorem pernicioſum parit.
Ira quidem eſt cupiditas; ſed modum excedens, odium.
Æmulatio bonorum, bona: malorum vero, mala.
Audacia malorum pernicioſa, bonorum vero gloriam affert.
Honeſtus *eſt* amor virtutis: ſed Veneris, dedecus auget.
Suavis manſueto-animo-præditus vocatur inter cives.
Moderate ede, bibe, & loquere.
Omnium modus optimus: exceſſus vero moleſtus.
Ne invidus, neque incredulus ſis, nec calumniator eſto,
Nec pravi-conſilii, nec impoſtor immoderatus.
Temperantiam exerce, obſcenisque factis abſtine.
Ne ſectare malignitatem, ſed jure repelle injuriam.
E Perſuaſio namque commodum, lis vero litem rurſus gignit.
Ne credas temere, priuſquam certo finem perſpicias.
Hoc certamen, hic eſt labor, hæc ſunt præmia pugnæ:
Hæc vitæ porta eſt, hic eſt ingreſſus in ævum
Æternum. Deus hæc cæleſtis, juſtitiai
Humanæ ſtatuit victrici præmia: quique
Contigerint palmam, per eam ingredientur honeſte.
Sed poſtquam toto ſignum hoc exſtarit in orbe,
A teneris pueri veſtiti tempora canis,
Arctabunt homines, mutato cardine rerum,
Peſtes, bella, fames, lacrimæque & luctus, abunde.

V. 153. Διελεύσονται] In reg. cod. eſt εἰσέλθωσι. Si enim animadvertis, auctor horum verſuum ubique reſpicit ad morem certaminum Iſelaſticorum. Opsop.

V. 156. Λοιμοὶ καὶ λιμ.] Interjectum καὶ delendum jubet Anon. Lond.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Κηρῶν δ' ἀλληγίη, πένθημά τε, δάκρυα πολλά,
Αἳ ὁπόσων παῖδες χώρας ἐνὶ θοινήσονται,
Οἶκτρ' ὀλοφυρόμενοι γενέας ἐν φάρεσι σάρκας,
Σὺν μέλεσιν θάψουσιν ἐπὶ χθονὶ μητέρι λαῶν,
Αἵματι καὶ κονίῃσι πεφυρμεν'. ὦ μέγα δειλοὶ,
Ὑστάτης γενεῆς φῶτες κακοέργεες αἰνοὶ,
Νήπιοι, οὐδὲ νοοῦντες ὅ νικᾷ φῦλα γυναικῶν.
Μὴ τίκτωσιν, ἔφυ τὸ θέρος μερόπων ἀνθρώπων,
Μηδὲ συναίρεσιν ἐγγὺς, ὅταν τινὲς ἀντὶ προφητῶν
Ψευδαπάται πελάσωσιν ἐπὶ χθονὶ φημίζοντες.
Καὶ Βελίας ἥξει, καὶ σήματα πολλὰ ποιήσει
Ἀνθρώποις. τότε δ' ὁσίων ἀποκατάστασις ἀνδρῶν
Ἐκλεκτῶν, πιστῶν τε, λεηλασίη τε γένηται
Τούτων ἠδ' Ἑβραίων, δεινὸς δ' αὐτοῖς χόλος ἥξει.
Ἡνίκα δωδεκάφυλος ἀπ' ἀντολίης λαὸς ἥξει,
Ζητήσων λαὸν, ὃν ἀπώλεσεν Ἀσσύριος κλὼν,
Συμφύλων Ἑβραίων· ἔθνη δ' ἐπὶ τοῖσιν ὀλοῦνται.
Ὕστερον αὖ ἄρξουσιν ὑπερμενέων ἀνθρώπων,
Ἐκλεκτῶν πιστῶν Ἑβραίων, καταδουλώσαντες
Αὐτοὺς ὡς τὸ πάροιθεν· ἐπεὶ κράτος οὔποτε λείψει
Ὕψιστος πάντων, πανεπίσκοπος, αἰθέρι ναίων,
Ὕπνον ἐπ' ἀνθρώποις σκεδάσει, βλέφαρ' ἀμφικαλύψας.
Ὦ μάκαρες θεράποντες, ὅσους ἐλθὼν ἀγρυπνοῦντας
Εὕροι ὁ δεσπόζων. τοὶ δ' ἐγρήγορθεν ἅπαντες,
Πάντοτε προσδοκάοντες ἀκοιμήτοις βλεφάροισιν.
Ἥξει γάρ τ' ἠῶος, ἢ δείλης, ἢ μέσον ἦμαρ.
Ἥξει δ' ἀτρεκέως, καὶ ἔσσεται ὡς ἀγορεύω,
Ἔσσεται εἰδομένοις ὅτ' ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Ἄστρα τε πάντα μέσῳ ἐνὶ ἤματι πᾶσι φανεῖται,
Σὺν δυσὶ φωστῆρσι κατεπειγομένοιο χρόνοιο.
Καὶ τότ' ὁ Θεσβίτης ἀπὸ οὐρανοῦ ἅρμα τιταίνων
Οὐράνιον, γαίῃ δ' ἐπιβὰς, τότε σήματα τρισσὰ
Κόσμῳ ὅλῳ δείξει, τοῦ ἀπολλυμένου βιότοιο.
Αἳ ὁπόσαι κείνῳ ἐνὶ ἤματι φορτοφοροῦσαι
Γαστέρι φωραθῶσιν, ὅσαι δέ τε νήπια τέκνα
Γαλαδοτοῦσιν, ὅσοι δ' ἐπὶ κύμασι ναιετάουσιν.
Αἳ ὁπόσαι κείνην τὴν ἡμέραν ἀθροίσουσιν.
Ἀχλὺς γὰρ ζοφερὴ σκεπάσει τὸν ἀπείρονα κόσμον,
Ἀντολίης δύσεώς τε μεσημβρίης τε καὶ ἄρκτου.
Καὶ τότε δὴ ποταμός τε μέγας πυρὸς αἰθομένοιο
Ῥεύσει ἀπουρανόθεν, καὶ πάντα τόπον δαπήσει,
Γαῖάν τ' ὠκεανόν τε μέγαν, γλαυκήν τε θάλασσαν,
Λίμνας καὶ ποταμοὺς, πηγὰς, καὶ ἀμείλιχον ᾅδην,
Καὶ πόλον οὐράνιον. αὐτὰρ οὐράνιοι φωστῆρες
Εἰς ἓν συρρήξουσι, καὶ εἰς μορφὴν πανέρημον.
Ἄστρα γὰρ οὐρανόθεν τε θαλάσσια πάντα πεσεῖται.

A Eheu quot viduæ lugebunt pignora triſti
Cum gemitu, & prolis carnes in veſte cruenta
Cum membris terræ mandabunt omniparenti,
Pulvere ſanguineo fœdatæ! O peſſima ſecla,
O nimium pravi, quos ultima proferet ætas,
Dementes, qui quid muliebria ſemina vincat
Non norint. Sed ne pariat tunc femina prolem:
Humani generis ſtrages & maxima meſſis
Inſtat: cum quidam pro vatibus inſinuati
Fallaces aderunt in terris vaticinantes:
Et Belial veniet, facietque inſignia multa
Inter mortales. Tunc ſancti funditus, atque
Electi, fidique, everſi diripientur:
Nec non Hebræi, quos ſævior impetet ira.
B Tum cum bis ſenis tribubus conflatus ab ortu
Adveniet populus, populumque requiret Hebræum
Cognatæ ſtirpis, quem perdidit Aſſyriorum
Impetus: illata gentes ita clade peribunt.
Poſtremo rurſum vehementibus imperitabunt
Hebræis fidis electis, ſub juga miſſis,
Ut prius: imperium quoniam non deſinet umquam,
Omnia qui cernit ſupremus, & incola cæli,
Palpebras hominum ſomno concludet opertas.
Felices famuli, Dominus quoſcumque reverſus
Inveniet vigiles. Tangit vigilantia cunctos,
Semper ut exſpectent, nec ſomno lumina claudant.
Nam veniet mane, aut ſero, mediove diei.
Adveniet certe, neque me ſententia fallet,
C Dum dormitur, erit cæli ut ſtellantis ab oris
Cuncta die medio cernantur ſidera cunctis,
Una cum binis facibus, properantibus annis.
Tunc quoque cæleſti curru devectus inibit
Terras de cælo Thesbites; ſignaque trina
Oſtendet toti mundo vitæ pereuntis.
Væ quas illa dies deprendet ventris onuſtas
Pondere, quæve ſuo lactabunt ubere natos,
Aut qui propter aquas habitabunt! Væ quibus illam
Contigerit vidiſſe diem! Nam totus ab ortu
Solis ad occaſus; auſtroque, aquiloneque mundus
Tetræ involvetur noctis caligine cæca.
Tunc ardens fluvius cælo manabit ab alto
D Igneus, atque locum conſumet funditus omnem,
Terramque oceanumque ingentem, & cærula ponti
Stagna, lacus, fluvios, fontes, Ditemque ſeverum,
Cæleſtemque polum, cæli quoque lumina in ævum

V. 158. Ὀπόσων] Idem Anon. Lond. legit ὁπόσοι. — Forte:

Αἳ ὁπόσαι παῖδας χῆραι ἐνὶ θρηνήσουσι,
Οἶκτρ' ὀλοφυρόμεναι γενέας δ' ἐν. — OPSOP.

V. 159. Γενέας] Reg. cod. refert, γονέας, ἐν φάρεσι σάρκας ἐνθέντες θάψουσιν: ſenſu non incommodo. Puteanum quoque exemplar agnoſcit γονέας. ID. — Anon. Lond. γονέων.

V. 161. Πεφυρμέν'] Forte πεφυρμέναι. At reg. cod. expreſſe, πεφυρμένοι ὦ — κακοεργέες. OPSOP.

V. 163. Οὐδὲ νοοῦντες κ. τ. λ.] Prætermiſerat hæc in ſua verſione Caſtalio. Ego ut potui, locum corruptum Latine expreſſi, antequam exemplar regium ſuppeteret. At in tenebris me micaſſe video, quas feliciter ex illo codice nunc diſcutere licet, ſic præ ſe ferente:

— οὐδὲ νοοῦντες, ὅθ' ἡνίκα φῦλα γυναικῶν.
Μὴ τίκτωσιν, ἔφυτ' τὸ θέρος μερόπων ἀνθρώπων,
Μηδὲ συναίρεσις ἐγγὺς, ὅταν τινες κ. τ. λ.

Non intelligentes, quod quando ſexus mulierum non amplius pariet, tum meſſis (ſive interitus) *hominum adſit; neque unio & doctrinæ conſenſus prope ſit, quando impoſtores in verorum vatum atque doctorum locum irrepent.* Arbitror enim illud συναίρεσις de animorum idem ſentientium & volentium coalitu atque conjunctione explicandum: quemadmodum oppoſitum illi διαίρεσις, de animorum diſtractione & ſectarum varietate. Θέρος vero in ea ſignificatione qua expoſui, ſuperius occurrit lib. I. v. 394. κακὸν θέρος ἀμήσονται. Videtur autem Sibylla heic reſpexiſſe ad colloquium Chriſti & Salomes, quod ait Clemens Alex. *Strom.* lib. 3. cap. 13. p. 553. in Evangelio Ægyptiorum ſcriptum eſſe. Interroganti enim Salome, quando venturum eſſet regnum Dei, reſpondet Chriſtus: *quum ceſſabit opus mulieris*. ID.

V. 167. Καὶ Βελίας ἥξει] Cod. reg. Βελίαρ δ' ἥξει. ID.

V. 168. Δ' ὁσίων ἀποκατάστασις] Opſopœus conjicit legendum, δ' αὖ ὁσίων ἀπωνάστασις. At reg. codex apud eumdem, δὴ ὁσίων ἀκαταστασίη ἀνδρῶν: quæ lectio Anonymo Lond. magis probatur.

V. 175. Ἐκλεκτῶν πιστῶν Ἑβραίων] Vir Cl. Prudentius Maranus in illo præſtanti opere quod inſcripſit, *Divinitas D. N. J. C.* lib. 2. cap. 1. n. 5. p. 204. ſic legit diſtinguitque: ἐκλεκτοὶ, πιστοὶ, Ἑβραῖοι, atque ita vertit hunc locum:

Rurſus autem imperabunt hominibus ſuperbis
Electi, fideles, Hebræi, in ſervitutem redigentes
Eos ut prius: ſiquidem imperium numquam deponet
Altiſſimus omnium, inſpector omnium, in cælo habitans.

V. 178. Σκεδάσει] Scriptus codex uterque (cum Gallæi ms.) σκεπάσει: ſed probior videtur recepta ſcriptura. OPSOP.

V. 182. Ἥξει γάρ τ' ἠῶος] In reg. cod. ſcribitur, ἥξει γὰρ ἢ ἠοῦς: rectius quam in Pith. ἠῶνος. Quis non videt hæc e *Lucæ* XI. & *Marci* XIII. quemadmodum & ſequentia ex *Matth.* XXIV. & *Luc.* XXI. palam deſumta eſſe? ID.

V. 193. Ἀθροίσουσιν] Regium exemplar ἀθρήσουσιν, quod Caſtalio expreſſit. ἀθροίσουσιν ſi retineamus, interpretabimur de frugum in agris collectione. ID.

V. 197. Δαπήσει] Leg. δαπανήσει cum Anon. Lond.

V. 201. Συρρήξουσι] Infra lib. VIII. v. 339. legitur, εἰς ἓν πῦρ ἥξουσι. OPSOP.

V. 202. Θαλάσσια] Recte reg. cod. (& Gallæi) θαλάσσῃ: quaſi dicat, in mare incident. Infra tamen lib. VIII. v. 340. φωστήρων. ID.

Ψυχαὶ δ' ἀνθρώπων πᾶσαι βρύξουσιν ὀδοῦσι,
Καιόμεναι ποταμῷ καὶ θείῳ καὶ πυρὸς ὁρμῇ,
Ἐν δαπέδῳ μαλερῷ, τέφρα δέ τε πάντα καλύψει.
Καὶ τότε χηρεύσει κόσμου στοιχεῖα πρόπαντα,
Ἀὴρ, γαῖα, θάλασσα, φάος, πόλος, ἤματα, νύκτες.
Κοὐκέτι πωτήσονται ἐν ἠέρι ἄπλετοι ὄρνεις,
Οὐ ζῶα νηκτὰ θάλασσαν ὅλως ἔτι νηχήσονται,
Οὐ ναῦς ἔμφορτος ἐπὶ κύμασι ποντοπορήσει,
Οὐ βόες ἰθυντῆρες ἀροτρεύσουσιν ἄρουραν,
Οὐκ ἦχος δενδρῶν ἀνέμων ὕπο· ἀλλ' ἅμα πάντα
Εἰς ἓν χωνεύσει, καὶ εἰς καθαρὸν διαφλέξει.
Ἡνίκα δ' ἀθανάτου θεοῦ ἄφθιτοι ἀγγελτῆρες,
Ἠκαρ' ἐρομιὴλ, οὐριὴλ, σαμιὴλ, ἀζαὴλ τε,
Αὐτοὶ ἐπιστάμενοι ὅσα τις κακὰ πρόσθεν ἔρεξεν
Ἀνθρώπων, ψυχάς τε ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
Εἰς κρίσιν ἄξουσιν πάσας ἐπὶ βῆμα θεοῖο,
Ἀθανάτου, μεγάλου. εἷς γὰρ μόνος ἄφθιτός ἐστιν,
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, θνητῶν ὁ δικασπόλος ἔσται.
Καὶ τότε νερτερίοις ψυχὰς, καὶ πνεῦμα, καὶ αὐδὴν
Δώσει ἐπουράνιος, καὶ τ' ὀστέα ἁρμοσθέντα
Ἁρμοῖς παντοίοις, σαρξὶ σάρκες, καὶ νεῦρα,
Καὶ φλέβες, ἠδέ τε δέρμα· περὶ χροῒ δ' αἱ πρὶν ἔθειραι.
Ἀμβροσίως πηχθέντα, καὶ ἔμπνοα κινηθέντα,
Σώματ' ἐπιχθονίων μίαν ἡμέραν ἀνστήσονται.
Καὶ τότ' ἀμειλίκτοιο καὶ ἀρρήκτου ἀδάμαντος
Κλεῖθρα πέλωρα πυλῶν τε ἀχαλκεύτων ἀΐδαο
Ῥηξάμενος Οὐριὴλ μέγας ἄγγελος εὐθὺ βαλεῖται,
Καὶ πάσας μορφὰς πολυπενθέας εἰς κρίσιν ἄξει,
Εἰδώλων τὰ μάλιστα παλαιγενέων τιτήνων,
Ἠδέ τε γιγάντων, καὶ ὅσας εἷλεν κατακλυσμὸς,
Καὶ τὰς ἐν πελάγεσσιν ἀπώλεσε κῦμα θαλάσσης·
Ἠδ' ὁπόσας θῆρες καὶ ἑρπετὰ καὶ πετεηνὰ
Θοινήσαντο, ὅλας ταύτας ἐπὶ βῆμα καλέσσει.
Καὶ πάλιν ἃς ἔφθειρεν ἐνὶ φλογὶ σαρκοφάγον πῦρ,
Καὶ ταύτας ἐπὶ βῆμα θεοῦ στήσειεν ἀγείρας.
Ἡνίκα δ' ἀνστήσῃ νέκυας, μοίρας καταλύσας.
Καὶ καθίσει Σαβαὼθ Ἀδωναῖος ὑψικέραυνος
Εἰς θρόνον οὐράνιόν τε, μέγαν δέ τε κίονα πήξει,
Ἥξει δ' ἐν νεφέλῃ πρὸς ἄφθιτον ἄφθιτος αὐτὸς,
Ἐν δόξῃ Χριστὸς σὺν ἀμύμοσιν ἀγγελτῆρσι,
Καὶ καθίσει μεγάλως ἐπὶ δέξια βήματι, κρίνων
Εὐσεβέων βίοτον καὶ δυσσεβέων τρόπον ἀνδρῶν.
Ἥξει καὶ Μωσῆς ὁ μέγας φίλος ὑψίστοιο,
Σάρκας δυσάμενος. Ἀβραὰμ δ' αὐτὸς μέγας ἥξει,
Ἰσαὰκ ἠδ' Ἰακὼβ, Ἰασοῦς, Δανιὴλ τ', Ἠλίας,

A Fluxa fluent, forma deleta prorsus eorum.
Astra cadent etenim de cælo cuncta revulsa.
Humanæque animæ frendebunt dentibus omnes,
Fluminis ardentes, ignisque & sulphuris æstu,
In fervente solo, cinis obteget omnia quando.
Omnia tunc mundi viduata elementa jacebunt,
Aer, terra, polus, mare, lux, noctesque, diesque.
Non jam tot volucres sulcabunt aera pennis,
Non vada squamigeri pisces per salsa natabunt,
Non ibit ponti per fluctus navis onusta,
Non glebosa boves pandi telluris arabunt,
Non sonitum reddent percussæ flamine silvæ:
Omnia sed puram molem conflabit in unam.
Tum vero æterni genii patris immortalis
B Ηκαρ' * ἐρομιὴλ, Uriel, Saniel Azaelque,
Quæ mala quisque hominum patraverit ante, scientes,
E tetris animas tenebris caliginis omnes
Judicio sistent ad formidabile patris
Magni, immortalis solium: nam solus & unus
Conditor omnipotens rerum non interit umquam,
Juraque dicturus mortalibus æqua sedebit:
Et tunc infernis animas, flatumque, sonumque
Cælestis tribuet, compactaque convenienter
Artubus ossa suis, carnes, nervosque repostos,
Et venas, pellemque priorem, cæsariemque.
Sic conjuncta suis terrestria corpora rite
Membris, una dies reddet vitalibus auris.
Tunc ferratarum portarum Ditis avari
Claustra immania, durique infractique adamantis,
C Ingens ingenti Uriel convulsa ruina
Perrumpet genius: per lugubresque figuras
Omnes judicio sistet; simulacra vetusta
Titanum in primis, monstrosorumque gigantum:
Tum quas diluvium, tum quas maris unda profundo
Absumsit: nec non quas serpentesque, feræque
Faucibus hauserunt avidis, volucresque vocabit
Ad solium cunctas: nec non quas igneus ardor
Absorpsit flammis, ad judiciale tribunal
Coget adesse Dei, collectas undique in unum.
Tum vero Sabaoth Adonæus fulminis auctor,
Defunctos reddet vitæ, Parcasque resolvet,
Cælesti residens solio, magnamque columnam
Figet. Eo veniet in nube æternus & ipse
Christus ad æternum, magno splendore, bonisque
D Cum geniis: solioque sedebit dexter in alto,
Judicet ut mores hominum, vitamque proborum,
Et sceleratorum. Veniet quoque magnus amicus
Ille Dei Moses supremi, carne renata
Vestitus: veniet Abraham quoque magnus & ipse,
Isaac, atque Jacob, Jasus, Daniel, Elias,

V. 203. Ψυχαὶ κ. τ. λ.] Repetitur hic versus, dictionum ordine saltem mutato, infra lib. VIII. v. 349. OPSOP.

V. 206. Χηρεύσει κ. τ. λ.] Utrumque exemplar ms. (& Gallæi) χηρεύσει στοιχεῖα πρόπαντα τὰ κόσμου. Similia hisce leges infra lib. III. v. 18. & lib. VIII. v. 336. ID.

V. 208. Ἐν ἠέρι] Reg. exemplar (& Gallæi) δι' ἠέρος. Sic infra lib. VIII. v. 341. in hoc eodem versu repetito, ἐπ' ἀέρος. Et placet quod illic legitur ἄπτεροι pro ἄπλετοι. Confer locum istum cum illo: videbis alterum ex altero desumtum. ID.

V. 209. Νηκτὰ] Al. κακά. Vide sis lib. VIII. v. 346.

V. 213. Εἰς ἓν — διαφλέξει] Hic versus repetitur infra lib. III. v. 25. Utrobique tamen editi habent διαλέξει pro διαφλέξει; quod rescripsimus, Anonymum Londin. secuti. In versu autem sequenti legendum ὁπηνίκα conjicit Opsopœus.

V. 215. Ἠκαρ κ. τ. λ.] Ita restituendus hic versus ex fragmento lib. I. Enochi de Egregor.

Ἡρακιὴλ, Ῥαμιὴλ, Οὐριὴλ, Σαριὴλ, Ἀζαὴλ τε.

Vide Fabricium *Bibl. Gr.* tom. I. p. 201. & *Cod. Pseud. Vet. Test.* tom. I. p. 181.

V. 219. Ἄφθιτός ἐστιν] Anon. Lond. legit ἄφθιτος αἰεί.

V. 220. Αὐτὸς κ. τ. λ.] Deest hic versus in cod. reg. (ut & in Gallæi ms.) De resurrectione mortuorum iterum nonnulla infra, lib. IV. v. 178. OPSOP.

V. 223. Ἁρμοῖς κ. τ. λ.] Ex vestigiis reg. cod. ab Opsopœo heic relatis, sic legit meus Anon. Lond.

Παντοίοις σαρξὶν σάρκες, νεύροισί τε νεῦρα.

V. 227. Μίαν ἡμέραν ἀνστήσονται] Pro his reg. cod. habet ἐνὶ ἤματι ἀναστήσονται. Et mox uterque ἀχαλκεύτω. (Sic & Gallæi ms.) OPSOP.

V. 231. Παλαιγενέων] Supra, lib. I. v. 315. epitheton est χαμαιγενέων: quemadmodum etiam apud Hesiodum in *Theogonia*. ID.

V. 238. Ἡνίκα] Forte ὁπηνίκα. Hujus periodi apodosis, si regio codici fidimus, est mox infra v. 292. Καὶ τότε δὴ πάντες &c. Ideo omnia quæ heic sequuntur verba, in subjunctivo modo exhibentur: ut v. 239. καθίσῃ, v. 240. πήξῃ, v. 241. ἥξῃ, v. 243. καθίσῃ, v. 245. 246. ἥξῃ, v. 249. ὀλέσσῃ, & v. 251. πᾶσιν ἀπὸ βιότου. ID.

V. 239. Ἀδωναῖος] Pithœi exemplar Ἀδωναῖος. Regium (& Gallæi) Σαβαὼθ τε Ἀδωναὶ, forma Hebraica. ID. — Anon. Londin. scribit Ἀδώναιος.

V. 240. Οὐράνιον τε] Reg. exemplar (& ms. Gallæi) οὐράνιόν γε. Et v. 243. μεγάλῳ.

V. 241. Νεφέλῃ] Anon. Lond. νεφέλῃσι legit.

V. 247. Ἰασοῦς] Cod. reg. apud Opsopœum, & ms. Gallæi, Ἰησοῦς: quod magis placet Anonymo Lond. Heic enim fortasse Josuam indicat auctor Sibyllinorum.

SECUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Αμβακοῦμ ϰ Ιωνᾶς, ϰ ἃς ἔκταν Εβραῖοι.
Τὰς δὲ μετ' Ηρεμίαν ἐπὶ βήματι πάντας ὀλέσσει
Κρινομένας Εβραίας ἵνα ἄξια ἔργα λάβωσι,
Καὶ τίσωσ' ὅσα περ βιότῳ θνητῷ τις ἔπραξε.
Καὶ τότε δὴ πάντες διὰ αἰθομένα ποταμοῖο,
Καὶ φλογὸς ἀσβέστα διελεύσονθ'. οἵ τε δίκαιοι
Πάντες σωθήσοντ', ἀσεβεῖς δ' ἐπὶ τοῖσιν ὀλοῦνται
Εἰς αἰῶνας ὅλας, ὁπόσοι κακὰ πρόσθεν ἔρεξαν,
Ηδὲ φόνους ἐποίησαν. ὅσοι δὲ συνίστορές εἰσι,
Ψεῦσται, ϰ κλέπται, δόλιοί τ' οἰκοφθόροι αἰνοί,
Δειπνολόχοι καὶ κλεψίγαμοι, δύσφημα χέοντες,
Δειναί θ', ὑβρισταί τ', ἄνομοί τ', εἰδωλολάτραι τε,
Ηδ' ὁπόσοι μέγαν ἀθάνατον θεὸν ἐγκατέλειψαν,
Βλάσφημοι δ' ἐγένοντο, ϰ εὐσεβέων κεραϊσταί,
Πιστολέται, καὶ τῶν δικαίων φθισήνορες ἀνδρῶν,
Ηδ' ὁπόσοι δολίοις ϰ ἀναιδέσιν ἀμφιπροσώποις,
Πρεσβύτεροι, γεραροί τε διήκονες εἰσορόωσιν,
Αἰδόμενοι κρίνεσ' ἀδίκως ἑτέροισι ποιοῦντες,
Ψευδαπάται φήμησι πεπειθμένοι, αὐτὰρ ἐόντες
Παρδαλίων τε λύκων τ' ὀλοώτεροι, ἠδὲ κάκιστοι,
Ηδ' ὁπόσοι μεγάλως ὑπερήφανοι, ἠδὲ τοκισταί
Οἵ τόκον ἐκ γε τόκων συναθροίζοντες κατὰ οἴκους
Ορφανικὰς, χήρας τε καταβλάπτουσιν ἕκαστα,
Ηδ' ὁπόσοι χήρεσσι καὶ ὀρφανικοῖσι διδοῦσιν
Εξ ἀδίκων ἔργων, ὁπόσοι δ' ἰδίων ἀπὸ μόχθων
Δόντες ὀνειδίζουσιν, ὅσοι δὲ γονεῖς ἐνὶ γήρᾳ
Κάλλιπον, ὅτε τίσαντες ὅλως, ἃ θρέπτρα γονεῦσιν
Αντιπαρασχόντες· αὐτὰρ δ' ὅσοι ἠπείθησαν,
Ηδὲ ϰ ἀντεῖπαν λόγον ἄγριον εἰς γενετῆρας,
Ηδ' ὁπόσοι πίστεις τε ἀπηρνήσαντο λαβόντες,
Καὶ θεράποντες ὅσοι κατὰ δεσποτῶν ἐγένοντο,
Καὶ πάλιν οἱ τὴν σάρκα ἀσελγίῃ μιήναντες,
Οἵ δ' ὁπόσοι ζώνην τὴν παρθενικὴν ἀπέλυσαν,
Λάθρῃ μισγόμενοι, ὅσσαι δ' ἐνὶ γαστέρι φόρτας
Εκτρώσκουσιν, ὅσοι τοκετὰς ῥίπτουσιν ἀθέσμως,
Φαρμακοί, ἢ καὶ φαρμακίδες, σὺν τοῖσι καὶ αὐτοὺς
Οργὴ ἐπουρανίοιο καὶ ἀφθάρτοιο θεοῖο
Κίονι προσπελάσειεν, ὅπα περὶ κύκλον ἅπαντα
Ακάματος ποταμὸς ῥεῖ πυρός. τὰς δ' ἅμα πάντας
Αγγελοι ἀθανάτοιο θεᾶ τῶ αἰὲν ἐόντος
Εν φλογίναις μάστιξι, ϰ ἐν πυρίναις ἀλύσεσσι
Δεσμοῖς ἀῤῥήκτοισι περισφίγξαντες ὕπερθεν
Δεινοτάτως κολάσουσιν. ἔπειτα δὲ νυκτὸς ἀμολγῷ
Εν γεέννῃ θηρσὶν ὑπὸ ταρταρέοισι βαλοῦνται,
Πολλοῖς δειμαλέοισιν, ὅπα σκότος ἐστὶν ἄμετρον.
Αλλ' ὁπόταν πολλὰς κολάσεις ἐνὶ ποιήσωνται
Πᾶσιν ὅσων κακὸν ἦτορ ἔην, αὐτὰρ ὕστερον αὖτε
Εκ ποταμοῦ μεγάλα πύρινος τροχὸς ἀμφὶ κατείρξει.
Αὐτὰρ ὅτ' ἄρα τοῖσιν ἀτάσθαλα ἔργα μεμήλει,
Καὶ τότε θρηνήσουσιν ἐπ' ἄλλυδις ἄλλος ἄπωθεν,
Οἰκτροτάτῃ μοίρῃ πατέρες καὶ νήπια τέκνα,

A Ambacoum, Jonas, & quos gens perdit Hebræa.
Tum residens judex solio, omnes perdet Hebræos
Qui post Eremiam fuerint, ut præmia digna
Accipiant, & quæ mortali quisque patrarit
In vita, solvant. Igitur per flumen agentur
Ignis inextincti cuncti: justisque salutem
Omnibus indeptis, scelerati tempus in omne
Perdentur, quotquot patrarint ante nefanda,
Qui cædes faciunt, aut quorum conscia mens est:
Mendaces, fures, vafri, pestesque domorum,
Mandones, fidei frangentes connubialis,
Detrectatores, petulantes, lege carentes,
Et simulacricolæ: nec non qui patre relicto
Magno, immortali, dixere nefanda, piorum
B Carnifices, fidei nullius, perniciesque
Justorum: neque non, qui commendante senecta
Et gravitate, vafri fallunt, vultuque bifronte
Turpiter imponunt aliis, læduntque nocenter,
Fallaces, fama freti, verbisque, sed ipsis
Pardis atque lupis multo magis exitiales.
Tum nimio tumidi fastu: tum fœnore fœnus
Qui cumulant, magnis pupillos afficientes
Judicio pœnas magnus, dextraque peribunt
Omnes æterna. Et cælo labentur ab alto
In terram ardentes enſes, venientque coruſcæ
Lampades in medios homines ſplendore micantes.
At terra omniparens illis perculſa diebus
C Numinis æterni dextra, piſceſque marini,
Terreſtreſque feræ omnes, & genus omne volantum,
Humanæque omnes animæ, maria omnia vultum
Æterni horreſcent, exalbeſcentque timore.
Ille ſed immanes, excelſa cacumina, montes
Rumpet, cæruleique Erebi domus ima patebit.
Excelſis vero puteſcent montibus antra,
Plena cadaveribus: manabunt ſanguine cautes,
Omnia complebunt torrentia flumina campos.
At muros omnes hominum, quibus improba mens eſt,
Vaſta ruina trahet, quia legem judiciumque
Neſcivere Dei magni: quin inſipienter
Haſtas ſacratam cuncti vibraſtis in ædem.
Omnes ergo Deus bello multabit, & enſe,
Igneque, & undanti pluvia: tum ſulphur ab alto,
D Et lapis in denſa perniceque grandine, cælo
Depluet, & leto perimentur quadrupedantes.
Tum Deus æternus noſcetur, qui facit illa.
Fletus & immenſam terram, clamorque cadentum
Replebit: tacitique omnes manante luentur
Sanguine: nec tellus illa de ſtrage cruorem
Non bibet, explebitque feras caro dilaniata.
Ipſe mihi Deus hæc dedit omnia vaticinari,
Magnus & æternus, qui quod vel mente reponit,
Non fieri prorſus nequit, & contingere finem:
Namque Dei neſcit mentiri ſpiritus orbi.
Interea magni proles ſecura Tonantis
Circum ædem vivent, & lætabuntur in illis:
Namque creator erit (qui judicat omnia juſte,
Omnia qui ſolus princeps regit) auctor eorum.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 136.



V. 587. Πολλὰ χρόν.] Tres iſti verſus mox leguntur in hoc eodem libro v. 666. ſeqq. ut in alterutro loco redundare videantur. Opsop.

V. 590. Καὶ τότ᾽ κ. τ. λ.] Refert Lactantius lib. 7. cap. 18. Habent autem illic vulgati libri, ἠελίου πέμψει θεός. Veſtigia tamen membranæ vet. ſtant a Sibyllina lectione, quemadmodum & interpretatio ſingulis verbis Græcis ſuperſcripta: *Et tunc a ſolis ortu Deus mittet regem*. Id. — Sibyllinorum lectionem confirmat Appendix Montf. v. 129. Ceterum Fabricius *Bibl. Gr.* tom. 1. p. 180. hunc verſum recitans, lectorem remittit ad Lemonii notas in *Varia ſacra*, p. 632.

V. 603. Καὶ φῶτ.] Conjunctionem καὶ a typotheta prætermiſſam reſtituimus, jubente Opſopœo, ac metro poſtulante. Ita etiam Gallæi ms.

V. 605. Θύσουσιν κύκλῳ] Vet. cod. Κύκλῳ θύσουσιν. Opsop.

V. 613. Γαῖα δὲ παγγ.] Scribit Gallæus, ſuum codicem oræ ſic adſcriptum habere: τὸ *abundat vel heic, vel infra*: *Cento*. Hic ſane verſus paullo poſt repetitur v. 652.

V. 618. Ἠλιβάτους κορ.] Fuſius heic deſcribuntur, quæ brevius in Acroſtichide, infra lib. VIII. v. 225. ſeqq. Opsop.

V. 631. Κραίνει] Ita correxi contra libros: quorum alius κρίνει, al. κρινεῖ, al. κρεῖνει præferunt. Id.

V. 643. Μόνος, μεγάλως] Quamquam nihil prima fronte videtur etiam delicatis auribus hoc in verſu reſponſare; τὸ μόνος tamen mihi quidem non placet admodum, atque pro hoc malim μέγας ſubſtitui. Quum enim Home-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Κύκλοθεν ὡσεὶ τεῖχος ἔχων πυρὸς αἰθομένοιο.
Απτόλεμοι δ' ἔσσονται ἐν ἄστεσιν, ἠδ' ἐνὶ χώραις.
Οὐ χεὶρ γὰρ πολέμοιο κακοῦ, μάλα δ' ἔσσεται αὐτοῖς
Αὐτὸς ὑπέρμαχος, ἀθάνατος, καὶ χεὶρ ἁγίοιο.
Καὶ τότε δὴ νῆσοι πᾶσαι πόλεές τ' ἐρέουσιν,
Οππόσον ἀθάνατος φιλέει τοὺς ἄνδρας ἐκείνους.
Πάντα γὰρ αὐτοῖσιν συναγωνιᾷ, ἠδὲ βοηθεῖ,
Οὐρανὸς, ἠέλιός τε θεήλατος, ἠδὲ σελήνη.
Γαῖα δὲ παγγενέτειρα σαλεύσεται ἤμασι κείνοις.
Ηδὺ ἀπὸ στομάτων λόγον ἄξουσι δ' ἐνὶ ὕμνοις·
Δεῦτε πεσόντες ἅπαντες ἐπὶ χθονὶ, λισσώμεσθα
Αθάνατον βασιλῆα, θεὸν μέγαν, ἀέναόν τε·
Πέμπωμεν πρὸς ναὸν, ἐπεὶ μόνος ἐστὶ δυνάστης,
Καὶ νόμον ὑψίστοιο θεοῦ φραζώμεθα πάντες,
Ος τε δικαιότατος πέλεται πάντων κατὰ γαῖαν.
Ημεῖς δ' ἀθανάτοιο τρίβου πεπλανημένοι ἦμεν,
Εργά τε χειροποίητα σεβάσμεθα ἄφρονι θυμῷ,
Εἰδώλων ξοάνων τε καταφθιμένων ἀνθρώπων.
Ταῦτα βοήσουσι ψυχαὶ πιστῶν ἀνθρώπων.
Δεῦτε θεοῦ κατὰ δῆμον ἐπὶ στομάτεσσι πεσόντες,
Τέρψωμεν ὕμνοισι θεὸν γενετῆρα κατ' οἴκους,
Εχθρῶν ὅπλα ποριζόμενοι κατὰ γαῖαν ἅπασαν,
Επτὰ χρόνων μήκη περιτελλομένων ἐνιαυτῶν,
Πέλτας καὶ θυρεοὺς, κόρυθας, παμποίκιλά θ' ὅπλα,
Πολλὰ δὲ καὶ τόξων πληθὺν βελέων, ἀδίκων τε.
Οὐδὲ γὰρ ἐκ δρυμοῦ ξύλα κόψεται ἐς πυρὸς αὐγήν.

Αλλὰ τάλαιν' Ελλὰς ὑπερήφανα παῦε φρονοῦσα·
Λίσσεο δ' ἀθάνατον μεγαλήτορα, καὶ προφύλαξαι,
Στεῖλον δὴ ἐπὶ τήνδε πόλιν τὸν λαὸν ἄβουλον,
Ος τέ μιν ἐξ ὁσίης γαίης πέλεται μεγάλοιο.
Μὴ κίνει Καμαρίναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων·
Πάρδαλιν ἐκ κοίτης, μή τοι κακὸν ἀντιβολήσῃς.
Αλλ' ἀπέχου, μηδ' ἴσχ' ὑπερήφανον ἐν στήθεσσι
Θυμὸν ὑπερφίαλον, στείλας πρὸς ἀγῶνα κραταιόν.
Καὶ δούλευε θεῷ μεγάλῳ, ἵνα τῶν δε μετάσχῃς,
Οππότε καὶ τοῦτο προλάβῃ τέλος, αἴσιμον ἦμαρ
Ηξει ἐπ' ἀνθρώπους ἀγαθοὺς μεγάλοιο κατάρχην.
Γῆ γὰρ παγγενέτειρα βροτοῖς δώσει τὸν ἄριστον
Καρπὸν ἀπειρέσιον, σίτου, οἴνου, καὶ ἐλαίου·
Αὐτὰρ ἀπουρανόθεν μέλιτος γλυκεροῦ ποτὸν ἡδὺ,
Δένδρεά τ', ἀκροδρύων καρπὸν, καὶ πίονα μῆλα,
Καὶ βόας, ἔκ τ' ἀρνῶν ἄρνας, αἰγῶν τε χιμάρρους·
Πηγάς τε ῥήξει γλυκερὰς λευκοῖο γάλακτος.
Πλήρεις δ' αὖτε πόλεις ἀγαθῶν, καὶ πίονες ἀγροὶ
Εσσοντ', οὐδὲ μάχαιρα κατὰ χθονὸς, οὐδὲ κυδοιμός·
Οὐδὲ βαρυστενάχουσα σαλεύσεται οὐκ ἔτι γαῖα.
Οὐ πόλεμός τ', οὐδ' αὖγε κατὰ χθονὸς αὐχμὸς ἔτ' ἔσται,
Οὐ λιμὸς, καρπῶν τε κακορρέκτειρα χάλαζα.
Αλλά μιν εἰρήνη μεγάλη κατὰ γαῖαν ἅπασαν,

A Solus enim præsens claudet munimine tutos,
Ardentique, velut muro, circumdabit igne.
Ergo urbes nullo bello, sedesque tenebunt,
Quando nulla manus belli premet: ipsa sed illos
Æterni armipotens defendet dextera sancti.
Tunc omnes pariter fabuntur & insulæ, & urbes,
Quanto illos adamet Deus immortalis amore:
Omnia quippe quibus certent prodesse juvando
Auxiliis, cælum, rapidus sol, ipsaque luna.
At terra omniparens tremefiet tempore in illo.
Tum dulci incipient meditari carmine laudes:
Huc omnes, positis genibus simul ore precemur
Æternum, magnumque Deum, regemque perennem.
Ad sacra mittamus, solus quando ille potens est,
B Supremique Dei legem omnes excutiamus,
Quæ sola in toto pollet justissima mundo.
At nos æterna errantes a lege Tonantis,
Morte caducorum statuas, & signa virorum,
Numina facta manu, fatui ornabamus honore.
Hæc dicent animæ justæ fidæque piorum:
Eia age divino in populo per tecta domorum
Suppliciter rerum oblectemus laude parentem,
Arma per extensam relegantes hostica terram,
Per septem longos annis vertentibus orbes,
Peltas, & clypeos, galeas, diversaque tela,
Tam multos arcus, hastas, celeresque sagittas,
Neu de querceto lignum scindatur ad ignem.
Sed misera heu tandem tu desine Græcia fastum,
C Utque Deum æternum magnumque precere memento.
Mitte & in hanc urbem populum consulta petentem,
Qui de sacrata est magni tellure Tonantis.
Ne Camarinam agita: nam præstat non agitari:
Pardalin e lecto, ne nanciscare malam rem.
Comprime te, tumido neu tantum corde superbi,
Ut nihil indubites durum certamen inire.
Sed magnum venerare Deum, quo participes hæc,
Cum finem hoc capiet tempus fatale, diesque,
Judiciumque Dei mortalia pectora magnum
Æterni, magno imperio cogente, subibunt.
Nam terra omniparens fruges mortalibus almas
Edet inexhaustas, olei, vinique, cibique:
Dulciaque ex alto cælo rorantia mella,
D Arboreos fructus, nitidas pecudesque, bovesque,
Agnos atque agnas pingues, hædosque caprarum:
Et niveo fontes erumpent lacte suaves.
Oppida plena bonis & pinguia culta vigebunt,
Nec gladios metuet, nec belli terra tumultus:
Nec tremefacta gemet nutanti pondere tellus:
Nec bellum, nec erit sentorum squalor agrorum,
Aut famis, aut fruges vastantis grandinis horror.

rius multis in locis, ut aperte constat, Sibyllam (seu potius auctor Sibyllinorum Homerum) sit imitatus, ejusque hemistichia multa suæ poesi inseruerit; nec ignoret quisquam, *μέγας* & *μεγάλως* ab eo sæpe conjungi: dubium nemini videri debet, quin ex eo Sibyllæ carmen hoc, ut & alia multa, ex aliis tamen Homeri locis, confidenter possit restitui. Hactenus Guiliel. CANTERUS *Novar. lection.* lib. 5. cap. 17. apud Opsopœum.

X. 652. *Γαῖα δὲ παγγ.*] Intrusus iste versus vim facit sententiæ. Et omnino hinc ejiciendus videtur: siquidem nativum locum occupat superius, v. 613. OPSOP.

V. 655. Θ. *μέγ ἀέναόν τε*] In reg. cod. versus iste ita cadit: Θ. *μέγ. ὕψιστόν τε.* ID.

659. *Ἡμεῖς κ.τ.λ.*] Justinus M. in *Cohort. ad Græcos* n. 16. tres sequentes versus recitat. In hoc autem legit *τρίβους* pro *τρίβου*, ubi Sibyllæ editiones habent *θεοῦ*. ID.

V. 660. *Σεβάσμεθα — θυμῷ*] Justinus: *γεραίρομεν — μύθῳ*. Ubi tamen legendum *θυμῷ* Sylburgius monet.

661. *Εἰδώλων ξοάνων τε*] Apud Justinum, *εἴδωλα ξοάνων τε*. At legendum *εἴδωλα ξοάνα τε* jubet Maranus.

V. 662. *Ταῦτα βοήσ.*] Deest in prioribus editt. sed agnoscitur ab utroque cod. scripto. OPSOP.

V. 665. *Ἐχθρῶν κ.τ.λ.*] Hiat oratio, nec suo loco videntur isti collocati, uti neque supra, v. 587. ID.

V. 668. *Ἀδίκων τε*] Forte, *δοράτων τε*. ID.

V. 670. *Ἀλλὰ τάλ.*] Vitiose in prioribus editt. *Ἀλλ' ἀλὲν* vel *ἄλις*: quæ caussa fuit, ut Castalio verterit: *sed satis est tandem: jam desine* &c. Nunc integer est locus beneficio regii codicis. ID.

V. 674. *Μὴ κίνει Καμ.*] Stephanus *de Urbib.* citat hunc versum, ut vulgo jactatum. Suidas scribit in *Μὴ κίνει*, Camarinæis ab Apolline responsum fuisse, & postmodum in proverbium abiisse. Vide Erasmum in *Adagiis*. ID.— Adi sis & Fabricium *Bibl. Gr.* tom. I. p. 217. nec non Gallæum heic & in *Dissert. de Sibyll.* p. 486.

V. 679. *Ὁππότε κ.τ.λ.*] Occurrit hic versus paullo superius v. 505.— Lactantius lib. 7. cap. 20. non sine magno discrimine:

Ὁππότε καὶ τὸ λάβῃ τέλος αἴσιμον, ἠδὲ βροτοῖσι
Ἤδη ἀφίξηται κρίσις ἀθανάτοιο θεοῖο,
Ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους μεγάλη κρίσις ἠδὲ καὶ ἀρχή.

Sed & Puteani membrana diversa est ab editis. Sic enim refert priores duos versus, quantum ex litterarum vestigiis & interpretatione colligere licet:

Ὁππότε δὴ καὶ τοῦτο λάβῃ τέλος αἴσιμον ἦμαρ,
Εἰς δὴ βροτοὺς ἥξει κρίσις. —

Quum vero & hic dies acceperit fatalem finem, in homines autem veniet judicium, OPSOP.

V. 691. *Οὐ λιμός*] Reg. cod. *οὐ λοιμὸς*, *non pestis*. Sed perinde est: sunt enim individuæ comites pestis & fames. ID.

Καὶ βασιλεὺς βασιλῆϊ φίλος μέχρι τέρματος ἔσται
Αἰῶνος, κοινόν τε νόμον κατὰ γαῖαν ἅπασαν
Ανθρώποις τελέσειεν ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι
Αθάνατος θ', ὅσα πέπρακται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
Αὐτὸς γὰρ μόνος ἐστὶ Θεὸς, κ' οὐκ ἔστιν ἔτ' ἄλλος.
Αὐτὸς κ) πυρὶ φλέξειεν χαλεπὸν μένος ἀνδρῶν.
Αλλὰ κατασπεύσαντες ἐμὰς φρένας ἐν στήθεσσι,
Φεύγετε λατρείας ἀδίκους, τῷ ζῶντι λάτρευε.
Μοιχείαν πεφύλαξο, κ) ἄκριτον ἄρσενος εὐνὴν.
Τὴν δ' ἰδίαν γένναν παίδων τρέφε, μηδὲ φονεύσῃς.
Τοῖς δὲ γὰρ ἀθάνατος κεχολώσεται, ὅς κεν ἁμάρτῃ.
Καὶ τότε δ' ἐξεγερεῖ βασιλήϊον εἰς αἰῶνας
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἅγιον νόμον ὁππότ' ἔδωκεν
Εὐσεβέσιν, τοῖς πᾶσιν ὑπέσχετο γαῖαν ἀνοίξειν,
Καὶ κόσμου τε πύλας μακάρων, καὶ χάρματα πάντα,
Καὶ νοῦν ἀθάνατον αἰώνιον εὐφροσύνην τε.
Πάσης δ' ἐκ γαίης λίβανον κ) δῶρα πρὸς οἴκους
Οἴσουσι μεγάλοιο Θεοῦ. κ' οὐκ ἔσσεται ἄλλος
Οἶκος ἐπ' ἀνθρώποισι κ) ἐσσομένοισι πυθέσθαι,
Αλλ' ὃν ἔδωκε Θεὸς πιστὸν ἄνδρα γεραίρειν.
Υἱὸν γὰρ καλέουσι βροτοὶ μεγάλοιο Θεοῖο.
Καὶ πᾶσαι πεδίοιο τρίβοι, κ) τρηχέες ὄχθαι,
Οὔρεά θ' ὑψήεντα, καὶ ἄγρια κύματα πόντου,
Εὔβατα δὴ κ) εὔπλοα ἔσσεται ἤμασι κείνοις.
Πᾶσα γὰρ εἰρήνη ἀγαθῶν ἐπὶ γαῖαν ἱκνεῖται,
Ρομφαίαν τ' ἀφελοῦσι Θεοῦ μεγάλοιο προφῆται.
Αὐτοὶ γὰρ κριταί τε βροτῶν, βασιλεῖς τε δίκαιοι.
Εσται δὴ καὶ πλοῦτος ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος.
Αὕτη γὰρ μεγάλοιο Θεοῦ κρίσις ἔσσεται ἀρχή.
Εὐφράνθητι κόρη, κ) ἀγάλλεο. σοὶ γὰρ ἔδωκεν
Εὐφροσύνην αἰῶνος, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν·
Εν σοὶ δ' οἰκήσει, σοὶ δ' ἔσσεται ἀθάνατον φῶς.
Εν δὲ λύκοι τε κ) ἄρνες ἐν οὔρεσιν ἄμμιξ ἔδονται
Χόρτον, παρδάλιές τ' ἐρίφοις ἅμα βοσκήσονται,
Αρκτοι σὺν μόσχοις νομάδες αὐλισθήσονται,
Σαρκοβόρος τε λέων ἄχυρον φάγεται ἐπὶ φάτνης
Ως βοῦς. καὶ παῖδες μάλα νήπιοι ἐν δεσμοῖσιν
Αξουσιν· πηρὸν γὰρ ἐπὶ χθονὶ θῆρα ποιήσει.
Καὶ βρεφέεσσι δράκοντες ἅμα σφίσι κοιμήσονται,
Κ' οὐκ ἀδικήσουσιν· χεὶρ γὰρ Θεοῦ ἔσσετ' ἐπ' αὐτούς.

A Verum pax terris florebit in omnibus alta:
Ad metasque dati regem rex diliget ævi,
Communemque Deus toto componet in orbe
Æternus legem, cæli qui sidera torquet,
Qua quidquid facient mortales lance librabit.
Nam solus Deus est, & nescit habere secundum.
Ipse hominum vires immanes igne cremabit.
Sed mea pectoribus vestris consulta tenentes,
Viventem colite, & cultus vitate nefandos:
Confusumque maris lectum fuge, adulteriumque:
Enutri proprios natos, occidere noli.
Nam Deus æternus peccantes opprimet ira.
Tunc autem regnum tempus componet in omne
In cunctos homines, sancta cum lege piorum
B Donavit gentem, queis terram pandere cunctis
Promisit, portasque beatorum orbis, & omnem
Lætitiam, mentemque æternam, & gaudia semper
Duratura. Ferent & thus, & munera larga
Omnibus ex terris ad magna fana Tonantis.
Nec venturo hominum generi domus ulla futura est,
Præter fidum hominem quem dat Deus, ad veneran-
Namque Deo dicent homines genitore creatum, (dum.
Omnes & campi, calles, & littora dura,
Et celsi montes, & sæva fluenta profundi
Tunc pedibusque dabunt faciles, remisque meatus.
Pax etenim terram peragrabit summa bonorum,
Et gladios tollent afflati numine vates:
Et qui jura dabunt, reges mortalibus æqui
C Divitiis homines justis magnisque fruentur,
QuippeDei quia judicium ipsum, erit imperium ipsum.
Gesti læta puella: tibi nam gaudia semper
Duratura dedit cæli terræque creator,
In te habitaturus: tibi lux æterna manebit.
Cumque lupis agni per montes gramina carpent,
Permixtique simul pardi pascentur & hœdi,
Cum vitulis ursi degent, armenta sequentes,
Carnivorusque leo præsepia carpet uti bos:
Et pueri infantes captas in vincula mittent,
Terrebitque feras in terris debile corpus.
Cum pueris capient somnos in nocte dracones,
Nec lædent; quoniam Domini manus obtegit illos.

V. 697. Αὐτὸς γὰρ μόν.] Idem versus exstat paullo superius v. 567. eidemque affinis est quem habet Lactantius lib. 1. cap. 6.

V. 698. Φλέξ.] Vet. cod. φλέξει χαλεπῶν γένος. Opsop.

V. 700. Φεύγετε κ. τ. λ.] Lactantius lib. *de Ira Dei* cap. 22. quatuor sequentes versus adducit aliquantum diffidentes:

Φεῦγε δὲ λατρείας, θεῷ ζῶντι λάτρευε·
Μοιχείας τε φύλασσε, καὶ ἄρσενος ἄκριτον εὐνήν·
Ἰδίαν γενεὰν παίδων τρέφε, μηδὲ φόνευε.
Καὶ γὰρ ὁ ἀθάν. κ. τ. λ.

Scripta Lactantii membrana tertii initium his majusculis, ut in omnibus solet, exprimit: ΘΗΝΔΙΔΑΝ ΘΗΝΝΔΗ. e quibus facile efficitur, τὴν δ' ἰδίαν γένναν. Id. — Sic item ferme restituit tertii Lactantiani claudicantis acrostichium codex Gothan. apud Heusingerum *Emendatt.* lib. 1. cap. 8. p. 144.

V. 707. Κόσμου — μακάρων] Vet. cod. κόσμον, μακάρων τε πύλας. Opsop.

V. 712. Ἀλλ' ὃν ἔδ.] Mutilus est, sed qui e Lactantii lib. 4. cap. 6. restitui possit:

Ἀλλ' ὃν ἔδωκε Θεὸς πιστοῖς ἀνδράσσι γεραίρειν.

Sic enim & apud Lactantium pro αὐτὸν legendum esse ἀλλ' ὃν, docet scriptura & interpretatio vet. membranæ: ΑΛΛΟΝΕΔωκε: *sed quem dedit.* Augustinus in Orat. contra quinque hæreses: *Audiamus quid Sibylla dicat*: Alium, *inquit*, dedit Deus filiis hominum colendum &c. Id. — Veram lectionem Lactantio restituit Le Brunius in noviss. Paris. edit. ex quatuor mss. regiis. At in Append. Montf. v. 57. & apud Heusingerum l. c. pag. 62. minus recte, ἄλλον ἔδ.

V. 714. Τρηχέες] Reg. cod. τρηχέως. Sequens autem versus eodem modo legitur supra in Theophili proœmio v. 41. Opsop.

V. 721. Κρίσις] Ubi vulgo κρίσις, in reg. cod. est κρίσεως. Hoc sensus quidem postulat, sed metrum recusat. Id.

V. 723. Αἰῶνος] Vet. cod. αἰώνιον. Id.

V. 725. Ἐν δὲ λύκοι κ. τ. λ.] Quinque sequentes versus, omissis interjectis 729. 730. occurrunt apud Lactantium lib. 7. cap. 24. Hic autem sic:

Οὐ δὲ λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν οὔρεσιν ἀμιλλοῦνται.

Quem tamen Heusingerus *Emendatt.* lib. 1. cap. 7. p. 129. ex Aldi interpretatione Græcorum & Parrhasiana ita restituit:

Ο' δὲ λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν οὔρεσιν ἅμ' ἰλοῦνται.
Lupi cum agnis in montibus pariter congregabuntur.

Scilicet ἰλοῦνται ab ἰλέω, *constringo*, *copulo*; unde futurum medium ἰλοῦμαι. Et recte quidem: hæc enim auctor Sibyllinorum hausit ex *Isaiæ* XI. 6. ubi sic: *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur.*

V. 726. Χόρτον, παρδ.] Apud Lactantium ita effertur:

Χόρτον γὰρ λύγκες τ' ἐρίφοισιν ἅμα βόσκονται.

Sic autem emendat ex locis citatis Heusingerus:

Χόρτον γὰρ λύγκες τ' ἐρίφοις ἅμα βοσκήσονται.
Lyncesque cum hœdis una gramen depascent.

Observat autem Opsopœus, hunc & præcedentem in ms. Codice Lactantii itidem ut apud Sibyllam legi; nisi quod ille correctius ἄμμιγ' pro ἄμμις scriptum habet.

V. 727. Ἄρκτοι κ. τ. λ. [Lactantius editus:

Ἄρκτοι σὺν μόσχοισιν ὁμοῦ καὶ πᾶσι βροτοῖσι.

Lactantius tamen ms. apud Opsopœum exhibet πᾶσι βοτοῖσι, *omnibus pecudibus*. Apud quem item vetus codex habet νομάδιον pro νομάδες heic.

V. 728. Σαρκοβ.] In prioribus editt. hic pede uno superabat, sequens deficiebat: nunc uterque bene habet e reg. cod. Homerus Odyss. λ.

—— κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

Opsop. — Sic autem apud Lactantium:

Σαρκοβόρος τε λέων φάγετ' ἄχυρον παρὰ φάτναις.

V. 730. Πηρόν] Forte, πυρός. Opsop.

V. 731. Καὶ βρεφ.] Lactantius l. c. sic:

Σὺν βρέφεσίν τε δράκοντες ἀμάτορσι κοιμήσονται.

At Heusingerus, ne metrum claudicet, legit per metathesin ἀμάτροσι pro ἀμάτορσι: quod quidem scriptum invenit in Parrhas. & Ald.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.



Σῆμα δέ σοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδὲς, ὥς τε νοῆσαι A
Ηνίκα δὴ πάντων τὸ τέλος γαίηφι γένηται.
Οππότε κεν ῥομφαῖαι ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι
Εννύχιαι ὀφθῶσι πρὸς ἑσπέραν, ἠδὲ πρὸς ἠῶ,
Αὐτίκα καὶ κονιορτὸς ἀπουρανόθεν προφέρηται
Πρὸς γαῖαν ἅπασαν, καὶ οἱ σέλας ἠελίοιο
Εκλείψει κατὰ μέσσον ἀπ' οὐρανοῦ, ἠδὲ σελήνης
Ακτῖνες προφανοῦσι, καὶ ἄψ ἐπὶ γαῖαν ἵκονται,
Αἵματι καὶ σταγόνεσσι, πετρῶν δ' ἀπὸ σῆμα γένηται,
Εν νεφέλῃ δ' ὄψεσθε μάχην πεζῶν τε καὶ ἱππέων,
Οἵα κυνηγεσίην θηρῶν ὁμίχλησιν ὁμοίην·
Τοῦτο τέλος πολέμοιο τελεῖ θεὸς οὐρανὸν οἰκῶν.
Αλλὰ χρὴ πάντας θύειν μεγάλῳ βασιλῆϊ.
Ταῦτά σοι Ασσυρίης Βαβυλώνια τείχεα μακρὰ
Οἰστρομανὴς προλιποῦσα, ἐς Ελλάδα πεμπόμενον πῦρ B
Πᾶσι προφητεύουσα θεοῦ μηνύματα θνητοῖς,
Ωστε προφητεῦσαι με βροτοῖς αἰνίγματα θεῖα.
Καὶ καλέουσι βροτοί με καθ' Ελλάδα πατρίδος ἄλλης,
Εξ Ερυθρῆς γεγαυῖαν, ἀναιδέα· οἱ δέ με Κίρκης
Μητρὸς καὶ Γνωστοῖο πατρὸς, φήσουσι Σίβυλλαν,
Μαινομένην, ψεύστειραν· ἐπὴν δὲ γένηται ἅπαντα,
Τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε, κ' οὐκ ἔτι μ' οὐδεὶς
Μαινομένην φήσειε, θεοῦ μεγάλοιο προφῆτιν.
Ος γάρ ἐμοὶ δήλωσεν ἃ πρὶν γενετῆρσιν ἐμοῖσιν,
Οσσά τε πρῶτ' ἐγένοντο, τά μοι θεὸς ἐγκατέλεξε·
Τῶν μετέπειτα δὲ πάντα θεὸς νόῳ ἐγκατέθηκεν,
Ωστε προφητεύειν μετά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα,
Καὶ λέξαι θνητοῖς· ὅτε γὰρ κατεκλύζετο κόσμος
Υδασι, καί τις ἀνὴρ μόνος εὐδοκίμητος ἐλείφθη, C
Υλοτόμῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐπιπλώσας ὑδάτεσσι
Σὺν θηρσὶ, πτηνοῖσί θ', ἵν' ἐμπλησθῇ πάλι κόσμος·
Τοῦ μὲν ἐγὼ νύμφη, ἀφ' αἵματος αὐτοῦ ἐτύχθην.
Τῷ τὰ πρῶτ' ἐγένοντο, τὰ δ' ἔσχατα πάντ' ἀπεδείχθη.
Ως τ' ἀπ' ἐμοῦ στόματος τάδ' ἀληθινὰ πάντα λελέχθω.

Signa tibi vero dicam clariſſima, per quæ
Omnia cum terris ſint perficienda videbis.
Cum viſi fuerint cæli ſtellantis in oris
Nocturni gladii, caſus ad ſolis & ortus,
Pulvis & e cælo terram deſcendet in omnem
Protinus, & medio curſu lux aurea ſolem
Deſeret; & terram fulgenti lumine luna,
Sanguineis guttis ſtillantibus, irradiabit;
Signaque ſaxa dabunt; & in alta prælia nube
Cernetis peditumque equitumque, ſonantibus auris,
Quali venantes prædas clamore fatigant:
Hanc finem belli faciet Deus incola cæli.
Sed magno regi decet omnes ſacrificare.
Hæc ſunt, quæ moneo Aſſyria Babylone profecta,
In Græcos ignis miſſus, fanatica, cunctis
Exponens divina Dei præſignificata,
Mortali ut generi divina ænigmata pandam.
Et tamen ex alia patria me Græcia dicit,
Ex Erythra natam, poſitique pudoris. At illi
Matre ferent Circe, Gnoſto me patre, Sibyllam,
Inſanam, falſam. Sed cunctis denique factis,
Tunc recoletis me, neque dixerit amplius ullus
Inſanam, magnam ſed vatem numinis alti:
Cui Deus oſtendit quæcumque parentibus idem
Ante meis, & quæ fuerint, quæ ſintque futura,
Omnia perdocuit, mentem veracibus implens;
Ut mortale genus (venturaque, quæque fuerunt,
Pandens) admoneam. Siquidem cum dilueretur
Mundus aquis, cum vir ſolus probus exſuperavit
Quidem, quem per aquas vexit domus eruta ſilvis,
Et pecudes, & aves, rurſum impleretur ut orbis;
Ejus ego nurus, ejus item de ſanguine nata,
Cui prima acciderunt, poſtrema oſtenſa fuerunt.
Hactenus ore meo vera omnia prodita ſunto.

V. 746. Βαβυλώνια] Mallem Βαβυλῶνος, ut ſupra v. 98. hujus libri, 'Ασσυρίης Βαβυλῶνος. OPSOP.

V. 748. Πᾶσι κ. τ. λ.] Notatur in impreſſis codd. & ſcripto Pithœi, duos poſt hunc verſus deeſſe: id quod ſatis manifeſtum eſt. Vide initium lib. VIII. vv. 2. 3. ID.

V. 752. Γνωστοῖο] Caſtalio vertit, *Gnoſto*, id eſt, *noto*, *celebri*, juxta Fabricium *Cod. pſeudep. Vet. Teſt.* tom. I. p. 279.

— Φήσουσι Σίβυλλαν] Lactantius lib. 4. cap. 15. recitat hoc teleſtichium cum tribus ſeqq. verſibus. At pro Σίβυλλαν habet Σίβυλλον. Sedulius tamen in Append. Montf. v. 82. ubi hæc item carmina occurrunt, lectionem Sibyllinorum refert.


V. 753. Ψεύστειραν] Le Brunius ex duobus vetuſtiſſ. codd. regiis hanc lectionem ſuo Lactantio reſtituit. Al. mendoſe ψεύστειαν. Sedulius autem ψευστείαν legebat. Et ſtatim apud Lactantium & Sedulium, ἐπὰν pro ἐπήν.

V. 754. Κ' οὐκ ἔτι] Sedulius, καὶ οὐκέτι. Vitioſe autem Cellarii Lactantiana editio, & quæ illam ſequuntur, κ' ἐκ ἔτι. Quod etiam vidit Heuſingerus *Emendatt.* lib. 1. cap. 4. p. 65.

V. 755. Φήσειε, θεοῦ] Lactantii codices editi habent φήσει με θεοῦ. Sed tum prius μ in δ mutandum erit, ut monſtrat regius codex. OPSOP. — Sedulius: φήσει, τὴν θεοῦ.

V. 756. Ος γάρ κ. τ. λ.] Uterque cod. refert, οὐ γάρ ἡμοὶ δηλώσει, ἃ. OPSOP.

V. 674. Ἐτύχθην] Al. ἐτάχθην. ID.



(*) ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

ΠΕΡΙ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ χωρῶν καὶ νήσων.

Κλῦθι λεὼς Ἀσίης μεγαλαύχεο, Εὐρώπης τε,
Ὅσσα μελιφθέγκτοιο διὰ στόματος μεγάλοιο
Μέλλω ἀφ' ἡμετέρου παναληθέα μαντεύεσθαι,
Οὐ ψεύδους Φοίβου χρησμήτορος, ὅν τε μάταιοι
Ἄνθρωποι θεὸν εἶπον, ἐπεψεύσαντο δὲ μάντιν·
Ἀλλὰ θεοῦ μεγάλοιο, τὸν οὐ χέρες ἔπλασαν ἀνδρῶν,
Εἰδώλοις ἀλάλοισι λιθοξέστοισιν ὁμοῖον.
Οὔτε γὰρ οἶκον ἔχει, ναῷ λίθον ἱδρυθέντα,
Κωφότατον, νωδόν τε, βροτῶν πολυαλγέα λώβην.
Ἀλλ' ὃν ἰδεῖν οὐκ ἔστιν ἀπὸ χθονὸς, οὐδὲ μετρῆσαι,
Ὄμμασιν ἐν θνητοῖσι, χεὶρ δ' οὐκ ἔπλασε θνητῶν.
Ὃς καθορῶν ἅμα πάντας, ὑπ' οὐδενὸς αὐτὸς ὁρᾶται·
Οὗ νύξ τε δνοφερή τε καὶ ἡμέρη, ἠέλιός τε,
Ἄστρα, σελήνη τε, καὶ ἰχθυόεσσα θάλασσα,
Καὶ γῆ, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἀενάων πόμα πηγῶν,
Κτίσματα πρὸς ζωὴν, ὄμβροι θ' ἅμα καρπὸν ἀρούρης
Τίκτοντες, καὶ δένδρα, καὶ ἄμπελοι, ἠδὲ τ' ἐλαῖαι.
Οὗτός μοι μάστιγα διὰ φρενὸς ἤλασεν εἴσω,
Ἀνθρώποις ὅσα νῦν τε καὶ ὁππόσα γίνεται αὖθις,
Ἐκ πρώτης γενεῆς ἄχρις ἐνδεκάτης ἀφικέσθαι,
Ἀτρεκέως καταλέξαι. ἅπαντα γὰρ αὐτὸς ἐλέγξει
Ἐξανύων. σὺ δὲ πάντα λεὼς ἐπάκουε Σιβύλλης
Ἐξ ὁσίου στόματος φωνὴν προχέοντος ἀληθῆ.

Ὄλβιοι ἀνθρώπων κεῖνοι κατὰ γαῖαν ἔσονται,
Ὅσσοι δὴ στέρξουσι μέγαν θεὸν εὐλογέοντες,
Πρὶν φαγέειν, πιέειν τε, πεποιθότες εὐσεβίῃσιν·
Οἳ νηοὺς μὲν πάντας ἀποστρέψουσιν ἰδόντες,
Καὶ βωμοὺς, εἰκαῖα λίθων ἱδρύματα κωφῶν,
Αἵμασιν ἐμψύχων μεμιασμένα, καὶ θυσίῃσι
Τετραπόδων· βλέψουσι δ' ἑνὸς θεοῦ εἰς μέγα κῦδος,
Οὔτε φόνον ῥέξαντες ἀτάσθαλον, οὔτε κλοπαῖον
Κέρδος ἀπείρον ἑλόντες· ἃ δὴ ῥίγιστα τέτυκται·
Οὐδ' ἄρ' ἐπ' ἀλλοτρίης κοίτης πόθον αἰσχρὸν ἔχοντες,
Οὔτ' ἐπὶ ἄρσενος ὕβριν ἀπεχθέα τε στυγερήν τε.
Ὧν τρόπον, εὐσεβίην τε, καὶ ἤθεα ἀνέρες ἄλλοι
Οὔ ποτε μιμήσονται, ἀναιδείην ποθέοντες·
Ἀλλ' αὐτοὺς χλεύῃ γέλωτί τε μυχθίζοντες,
Νήπιοι ἀφροσύνῃσιν ἐπιψεύσονται ἐκείνοις,
Ὅσσ' αὐτοὶ ῥέξουσιν ἀτάσθαλα καὶ κακὰ ἔργα.
Δύσπιστον γὰρ ἅπαν μερόπων γένος. ἀλλ' ὅταν ἤδη
Κόσμου καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἣν θεὸς αὐτὸς

A

LIBER QUARTUS.

DE DEO ET DIVERSIS regionibus ac insulis.

Audi gens Asiæ nimis Europæque superba,
Hæc quæ mellisono verissima vaticinari
Ore paro, nostro dictata a numine magno:
Non oracla quidem dantis mendacia Phœbi,
Quem dixere deum, quem falso nomine vatis
Vani appellarunt homines: sed numine magno
B Flante Dei, quem non hominum manus ulla dolavit,
Mutis assimilem signis, saxoque politis:
Nec domus est olli, saxum nec in æde sacratum,
Voce carens, surdum, mortalibus exitiosum:
Sed quem de terra mortali lumine non est
Cernere, metirique manu, neque fingere tactum:
Omnes qui cernens, a nullo cernitur ipse:
Cujus in imperio nox est tenebrosa, diesque,
Lunaque, sideraque, & sol, piscosumque profundum,
Tellus, & fluvii, fontesque perenne scatentes,
Ædesque ad vitam, & pluviæ cum frugibus almæ
Terræ, atque arbores, & vites, animalia, olivæ.
Hic mihi verberibus mentem quatit acribus intus,
Ut tum quæ nunc sunt, tum quæ ventura trahuntur,
C A primo undecimum donec jam venerit ævum,
Mortali generi referam. Certissima namque
Ipse mihi pandens narravit cuncta. Sed audi
Omnia tu populus, dicit quæcumque Sibylla,
Veridicas sancto fundens ex ore loquelas.
Felices hominum illi versabuntur in orbe,
Qui laudare Dei supremi numen amabunt
Ante cibum & potum, freti pietatis amore:
Omnia qui visu templa avertentur, & aras,
Ex lapidum vanas stupidorum pondere moles,
Sacrifico fœdas animantum quadrupedumque
Sanguine: suspicientque Dei decus unius ingens;
Nec diram facient cædem, neque lucra parabunt
Grandia per furtum; quæ sunt deterrima plane:
D Nec vetitum alterius cupient fœdare cubile:
Mascula nec turpi maculabunt corpora tactu.
Atque horum moresque pios, vitæque tenorem
Haud imitabuntur reliqui, quibus improba mens est:
Sed tetris illos sannis, risuque, sequentes,
Affingent illis dementes crimina falsa,
Crudeles, ipsi quæcumque nefanda patrarint.
Omne hominum genus est monitis accredere durum.
Sed cum judicium jam tandem venerit orbis,

* Λόγος τέταρτος] Quartus numero liber est in publicatis & privatis libris. Ranconetus tamen quintum facit, hoc titulo proposito. Ἑτέρας, Λόγος ε΄. Opsop.

V. 4. Ψεύδου] Scribe ψεύδους. Reg. cod. habet ψεύδη. Clemens Alex. in *Protrept.* cap. 4. p. 44. allegat quatuor versus seqq. sed mendose apud eum legi videtur, ψευδὴς Φοίβου χρησμηγόρου. Itaque malim apud Clementem cum Sibylla scribere: Διδάσκαλον δὲ ὑμῖν παραδώσομαι τὴν προφῆτιν Σίβυλλαν, οὐ ψευδοῦς Φοίβου χρησμηγόρου, — ἀλλὰ θεοῦ: *Doctorem vobis adducam autem Sibyllam, non mendacis Apollinis fatidici, — sed Dei.* Id.

V. 16. Κτίσματα κ. τ. λ.] Hunc versum inseruimus e cod. reg. Id.

V. 24. Ὄλβιοι κ. τ. λ.] Septem versus seqq. Sibyllæ jam olim vindicavit Justinus M. in *Cohortat. ad Græcos*, n. XVI. Id. — Heic Justinus legit ἄνθρωποι pro ἀνθρώπων.

V. 27. Οἳ νηοὺς κ. τ. λ.] Clemens Alex. in *Protrept.* cap. 4. sub finem p. 54. refert hos qui sequuntur quatuor, uno tamen auctos, & aliquantum diversos, hisce verbis: Ὄλβιοι μὲν ... *Beati ergo, ut semel dictum, uno consensu sunt illi omnes, ex Sibyllæ sententia* &c. Opsop.

— Οἳ νηοὺς μὲν πάντας] Justinus, ἅπαντας. Clemens Alex. οἳ ναοὺς μὲν πάντας: quibus tamen a Sylburgio μὲν insertum fuit ex Justino. Mox apud Justin. & Clement. ἀπαρνήσονται pro ἀποστρέψουσιν.

V. 28. Ἱδρύματα] Ita & Clemens. At Justinus, ἀφιδρύματα. Hunc autem versum apud Clementem sequens excipit, qui abest a Sibyllinis & a Justino:

Καὶ λίθινα ξόανα, καὶ ἀγάλματα χειροποίητα.

Confer tamen hunc, si lubet, cum lib. III. v. 525. seqq.

V. 29. Αἵμασιν κ. τ. λ.] Clemens ita:

Αἵματι ἐμψύχῳ μεμιασμένα, καὶ θυσίαισι.

Habet etiam θυσίαισι pro θυσίῃσι Justinus, qui tamen in reliquis auctori Sibyllinorum adhæret.

V. 30. Τετραπόδων κ. τ. λ.] Sic quoque Justinus. At Clemens hoc modo:

Τετραπόδων, διπόδων, πτηνῶν, θηρῶν τε φόνοισι.

Quadrupedum, bipedum, volucrumque, & cæde ferarum.

V. 33. Οὐδ' ἄρ' ἐπ' ἀλλ. [Agnoscit duos istos versus, ut monuit Opsopœus, idem Clemens Alex. lib. 2. *Pædag.* cap. 10. p. 229. nonnihil discrepantes:

Οὔτε ἐπ' ἀλλοτρίαν κοίτην πόθον αἰσχρὸν ἔχοντας·

Οὐδὲ ἐπ' ἄρσενος ὕβριν, ἀπεχθέα τε στυγερήν τε.

V. 37. Χλεύη] Lege χλεύῃ τε, ut versus constet. Opsop.

V. 40. Δύσπιστον κ. τ. λ.] Ex his versibus resurrectionem probat Lactantius lib. 7. cap. 23. Id.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 136.

Ποιήσει, κρίνων ἀσεβεῖς ἅμα τ' εὐσεβέας τε.
Καὶ τὲς δυσσεβέας μὲν ὑπὸ ζόφον ἔμπαλι πέμψει,
Καὶ τότ' ἐπιγνώσονται ὅσην ἀσέβειαν ἔρεξαν.
Εὐσεβέες δὲ μενῦσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρυραν,
Πνεῦμα Θεῦ δόντος ζωὴν θ' ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς.
Ἀλλὰ τὰ μὲν δεκάτῃ γενεῇ μάλα πάντα τελεῖται.
Νῦν δ' ὅσ' ἀπὸ πρώτης γενεῆς ἔσεται, τάδε λέξω.
Πρῶτα μὲν Ἀσσύριοι θνητῶν ἄρξυσιν ἁπάντων,
Ἓξ γενεᾶς κόσμοιο διακρατέοντες ἐν ἀρχῇ·
Ἐξ ὗ μηνίσαντος ἐπυρανίοιο Θεοῖο
Αὐτᾶισιν πόλεσίν τε καὶ ἀνθρώποισιν ἅπασι
Γῆν ἐκάλυψε θάλασσα, κατακλυσμοῖο ῥαγέντος.
Οὓς Μῆδοι καθέλοντες ἐπαυχήσυσι θρόνοισιν.
Οἷς γενεαὶ δύο μοῦναι, ἐφ' ᾧ τάδε ἔσσεται ἔργα.
Νὺξ ἔσαι σκοτόεσσα μέσῃ ἐν ἤματος ὥρῃ,
Ἄστρα δ' ἀπυρανόθεν λείψει, καὶ κύκλα σελήνης·
Γῆ δὲ κλόνῳ σεισμοῖο τινασσομένη μεγάλοιο,
Πολλὰς πρηνίξειε πόλεις, καὶ ἔργ' ἀνθρώπων·
Ἐκ δὲ βυθῦ τότε νῆσοι ὑπερκύψυσι θαλάσσης.
Ἀλλ' ὅταν Εὐφρήτης μέγας αἵματι πλυμμύρηται,
Καὶ τότε δὴ Μήδοις Πέρσαισί τε φύλοπις αἰνὴ
Στήσεται ἐν πολέμῳ, Περσῶν δ' ὑπὸ δύρασι Μῆδοι
Πίπτοντες, φεύξονται ὑπὲρ μέγα Τίγριος ὕδωρ.
Περσῶν δὴ κράτος ἔσαι ὅλυ κόσμοιο μέγιστον·
Οἷς γενεὴ μία κεῖται ἀνακτορίης πολυόλβυ.
Ἔσαι δ' ὅσσα κεν ἄνδρες ἀπεύχονται κακὰ ἔργα,
Φυλόπιδές τε, φόνοι τε, διχοστασίαι τε, φυγαί τε,
Πύργων πρηνισμοί τε, ἀναστασίαι τε πολήων·
Ἑλλὰς ὅταν μεγάλαυχος ἐπὶ πλατὺν Ἑλλήσποντον
Πλεύσῃ, βρύξῃ δ' Ἀσσίδι βαρεῖαν κῆρα φέρυσα.
Αὐτὰρ ἐς Αἴγυπτον πολυαύλακα, πυροφόρον τε,
Λιμὸς ἀκαρπίη τε περιπλομένων ἐνιαυτῶν
Εἴκοσι φοιτήσει, σαχυηφόρος ἡνίκα Νεῖλος
Ἄλλοθί πυ ὑπὸ γαῖαν ἀποκρύψει μέλαν ὕδωρ.
Ἑλλάδι δ' ἐξ Ἀσίης βασιλεὺς μέγας ἔγχος ἀείρας
Νηυσὶν ἀμετρήτοισι, τὰ μὲν βυθῦ ὑγρὰ κέλευθα
Πεζεύσει, πλεύσει δέ τε μοῦνος ἃ ποσσὶ πατεῖται·
Ὃν φυγάδ' ἐκ πολέμυ δεινὴ ὑποδέξεται Ἀσσίς.
Σικελίην δὲ τάλαιναν ἐπιφλέξει μάλα πᾶσαν
Χεῦμα πυρὸς μεγάλοιο, ἐρευξαμένης φλογὸς Αἴτνης
Ἡ δὲ βροτῶν μεγάλη πεσεῖται πόλις ἐς βαθὺ χεῦμα.
Ἔσαι δ' Ἑλλάδι νεῖκος· ἐπ' ἀλλήλοις δὲ μανέντες
Πολλὰς πρηνίξυσι πόλεις, πολλὺς δ' ὀλέσυσι
Μαρνάμενοι. τὸ δὲ νεῖκος ἰσόῤῥοπον ἀλλήλοισιν.

Ἀλλ' ὅταν ἐς δεκάτην γενεὴν μερόπων χρόνος ἔλθῃ,
Καὶ τότε μὲν Πέρσαις ζυγὰ δύλια καὶ φόβος ἔσαι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ σκήπτροισι Μακηδόνες αὐχήσυσιν,
Ἔσαι καὶ Θήβαισι κακὴ μετόπισθεν ἅλωσις,
Κᾶρες δ' οἰκήσυσι Τύρον, Τύριοι δ' ἀπολοῦνται.
Καὶ Σάμον ἄμμος ἅπασαν ὑπ' ἠιόνεσσι καλύψει.
Δῆλος δ' ὐκέτι δῆλος, ἄδηλα δὲ πάντα τὰ Δήλυ.

A Censebitque pios homines Deus ipse, malosque.
Atque malos rursum tenebras detrudet ad imas:
Tum demum noscent quam flagitiosa patrarint.
Terra piis autem nutrix habitanda manebit,
Dante Deo flatum, vitam victumque. Sed hæc sunt
In decimo penitus sæclo omnia perficienda.
Nunc autem a primo sæclo ventura recludam.
Principio Assyrii mortalibus imperitabunt
Omnibus, ætatesque tenebunt imperio sex:
Ex quo cælestis sævas ob numinis iras
Terras atque homines omnes, urbesque, profundum
Obruit æquor aquis, ex eluvione redundans.
Quos Medi tollent tumidi, soliumque tenebunt,
Per duo tantum sæcla, & eorum hæc tempore fient.
B Nox erit in medio spatio tenebrosa diei,
Astraque deficient cælos, & luna globosa,
Et tellus magni motus concussa tremore
Urbes evertet multas, hominumque labores:
Emergentque maris fundo tunc insulæ ab imo.
Euphrates sed cum manabit sanguine magnus,
Tum Medi & Persæ belli certamine duro
Confligent; & ibi Persis vincentibus hastis,
Diffugient Medi Tigris trans magna fluenta.
Fiet & in mundo Persarum summa potestas,
Ætas una quibus posita est sine principe felix.
Exsistent & quas homines odere, malæ res,
Conflictus, cædesque, fugæque, & seditiones,
Excisæque dabunt turres urbesque ruinas;
C Græcia cum planum tranabit ad Hellespontum,
Et tristes Asiæ fastu feret horrida clades.
Deinde per Ægyptum glebosam, frugiferamque,
Frugum inimica fames totis grassabitur annis
Viginti: cum nescio quo subter sola terræ
Nilus aristarum pater abdet nigra fluenta.
In Græcos autem ducet rex magnus in armis
Ex Asia innumeras naves, solusque liquentes
Per fluctus pedibus, per terras navibus ibit.
Quem bello profugum accipiet miserabilis Asis.
Siciliam vero miserandam, funditus omnem
Igneus exuret torrens, immanibus Ætnæ
Evomitus flammis, & maxima corruet altis
Fluctibus absorpta urbs. Aget & discordia Græcos,
D Atque inter sese bellis immane furentes
Multas exscindent urbes, multosque necabunt,
Cum tamen inter eos anceps victoria ludet.
Sed cum procedet decimum mortalibus ævum,
Tum servile jugum Persas, terrorque donabit.
Porro autem sceptrum Macedo cum victor habebit,
Thebis adveniet tandem expugnatio tristis,
Inque Tyro degent Cares, Tyriique peribunt.
Totaque littoreis Samus obducetur arenis.
At Delus, non jam Delus, delebitur omnis.

V. 43. *Καὶ τὺς δυσσ.*] Hic discrepat a Lactantii scriptura:

Καὶ τότε δυσσεβέας μὲν ἐπὶ ζόφον ἐν πυρὶ πέμψει.

Sequuntur apud eum duo alii; quorum alter omittitur, alter ordine est v. 46. heic: sed iidem conjunctim reperiuntur in calce hujus libri, v. 181. seq. Id.

V. 46. *Ζωὴν*] Lactant. *τιμήν*. Al. *ψυχήν*. At nostra lectio asseritur ex v. 182. infra. Mox pro *βίον*, ms. codex apud Le Brunium, nec non *Constit. Apost.* lib. 5. cap. 7. ubi hæc item recitantur, *χάριν* exhibent. Recte autem utrobique Castalio & Betulejus in suo Lactantio, *dante Deo flatum* sive *vitam* aut *spiritum*: ubi male Cellarius ex Romana Lactantiana versione scribit *Spiritu Dei dante*. Al. vero itidem minus recte, *Spiritum Dei dante*.

V. 47. *Ἀλλὰ τὰ μὲν δεκάτῃ γενεῇ*] Auctor Sibyllinorum modo ajebat v. 20. sibi a Deo exposita quæcumque debeant

Ἐκ πρώτης γενεῆς ἄχρις ἑνδεκάτης ἀφίκεσθαι.

Hinc suspicatur Fabricius *Bibl. Gr.* tom. 1. p. 185. legendum heic:

Ἀλλὰ τὰ δ' ἑνδεκάτῃ γενεῇ. ———

Aut certe in priore versu 20. pro *ἄχρις ἑνδεκάτης* scribendum, *ἂν δεκάτης*.

V. 51. *Ἐξ ὗ μην.*] Lactantius lib. *de Ira Dei* cap. 23. tres sequentes versus recitat plane consimiles: nisi quod in secundo *πολίεσσι* scribit, pro *πόλεσίν τε*. Opsop. —— Apud Le Brunium duo codd. regii habent *πολίεσιν*, & alter regius cum edit. Romana 1470. *πολίεσι*. At Heusingerus *Emendatt.* lib. 1. cap. 8. p. 144. rectius legit *αὐταῖσι πτολίεσσι*, vel si mavis cum ms. Goth. *αὐταῖσιν πτολίεσσι*. Conferenda quæ ex eodem Critico adnotabimus infra ad lib. VIII. v. 3.


V. 66. *Ἀνακτ.*] Castalio vertit, *sine principe felix*, deceptus voce *ἀνακτορίης*, ut arbitror: quæ non includit privationem; sed dominium, imperium sive regnum significat. Opsop.

V. 79. *Ἀσσίς*] *Asis* Castalio, hoc est Asia. Ad versum sequentem quod attinet, vide in eamdem sententiam quæ habentur infra lib. VII. v. 5.

V. 81. *Ἐρευ. φλογός*] Sic puto scribendum: nam regii codicis scriptura *ῥευξάμενον πυρὸς*, prorsus vitiosa videtur. Opsop.

V. 89. *Ἔσαι καὶ Θήβ.*] Hic versus repetitur infra lib. VIII. v. 161. Id.

V. 91. *Σάμον ἄμμ.*] Eadem paronomasia supra lib. III. v. 301. & infra lib. VIII. v. 165. Id.



Καὶ Βαβυλὼν μεγάλη μὲν ἰδεῖν, μικρὰ δὲ μάχεσθαι,
Στήσεται ἀχρήστοισιν ἐπ' ἐλπίσι τειχισθεῖσα.
Βάκτρα κατοικήσουσι Μακηδόνες· οἱ δ' ἀπὸ Βάκτρων
Καὶ Σούσων φεύξονται ἐφ' Ἑλλάδα γαῖαν ἅπαντες.
Ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πύραμος ἀργυροδίνης
Ἠϊόνα προχέων ἱερὴν εἰς νῆσον ἵκηται.
Καὶ Σύβαρις πεσεῖται, καὶ Κύζικος, ἡνίκα γαίης
Βραττομένης σεισμοῖσι πίπτουσιν αἱ πόλεις.
Ἥξει καὶ Ῥοδίοις κακὸν ὕστατον, ἀλλὰ μέγιστον,
Οὔτε Μακηδονίης αἰεὶ κράτος, ἀλλ' ἀπὸ δυσμῶν
Ἰταλὸς ἀνθήσει πόλεμος μέγας, ᾧ ὑπὸ κόσμος
Λατρεύσει δούλειον ἔχων ζυγὸν Ἰταλίδησι.
Καρχηδὼν καὶ σεῖο χαμαὶ πᾶς πύργος ἐρείσει.
Τλῆμον Λαοδίκεια, σὲ δὲ τρώσει ποτὲ σεισμὸς
Πρηνίξας, στήσει δὲ πάλιν πόλιν εὐρυάγυιαν.
Καὶ σὺ Κόρινθε τάλαινα, τεήν ποτ' ἐπόψει ἅλωσιν.
Ὦ Λιβύες μύρα καλά, σὲ δ' οὔποτε βραττομένη χθὼν
Πρηνίξει, πρηνὴς δὲ κλόνῳ πίπτουσ' ἐπὶ γαῖαν,
Εἰς ἑτέραν ζητεῖ προφυγεῖν χθόνα, οἷά μέτοικος.
Ἀρμενίη δέ τε καὶ σὲ μένει δούλειος ἀνάγκη
Ἰταλόθεν, νηὸν δὲ θεοῦ μέγαν ἐξαλαπάξει.
Ἡνίκα δ' ἀφροσύνῃσι πεποιθότες, εὐσεβίην μὲν
Ῥίψουσι, στυγερὸν δὲ φόνον τελέσουσι πρινήων,
Καὶ τότ' ἀπ' Ἰταλίης βασιλεὺς μέγας οἷά τε δράτης
Φεύξετ' ἄφαντος, ἄπιστος, ὑπὲρ πόρον Εὐφρήτοιο,
Ὁππότε δὴ μητρῷον ἄγος στυγεροῖο φόνοιο
Τλήσεται, ἄλλα τε πολλὰ κακῇ σὺν χειρὶ πιθήσας.
Πολλοὶ δ' ἀμφ' ἱερὸν Ῥώμης πέδον αἱμάξουσι,
Κείνου ἀποδράσαντος ὑπὲρ τὴν πατρίδα γαῖαν.
Εἰς Συρίην δ' ἥξει Ῥώμης τρόμος, ὃς περὶ νηὸν
Συμφλέξας, πολέμων πολλοὺς δορὶ ἀνδροφονήσει,
Ἰουδαίων δ' ὀλέσει μεγάλην χθόνα εὐρυάγυιαν.

Καὶ τότε δὴ Σαλαμῖνα, Πάφον θ' ἅμα σεισμὸς ὀλέσσει,
Κύπρον ὅταν περίκλυστον ὑπερκλονέῃ μέλαν ὕδωρ.
Ἀλλ' ὁπόταν χθονίης ἀπὸ ῥωγάδος Ἰταλίδος γῆς,
Πυρὸς ὑποστρέψας εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνῃ,
Πολλὰς δὲ φλέξῃ πόλιας, καὶ ἄνδρας ὀλέσσῃ,
Πολλὴ δ' αἰθαλόεσσα τέφρη μέγαν αἰθέρα πλήσῃ,
Καὶ ψεκάδες πίπτωσιν ἀπ' οὐρανοῦ οἷά τε μίλτος,
Γινώσκειν τότε μῆνιν ἐπουρανίοιο θεοῖο,
Εὐσεβέων ὅτι φῦλον ἀναίτιον ἐξολέκουσιν.
Εἰς δὲ δύσιν τότε νεῖκος ἐγειρομένου πολέμοιο
Ἥξει, καὶ Ῥώμης ὁ φυγὰς μέγας ἔγχος ἀείρων,
Εὐφρήτην διαβὰς πολλαῖς ἅμα μυριάσ' ἀνδρῶν.
Τλήμων Ἀντιόχεια, σὲ δὲ πτόλιν οὐκ ἔτ' ἐροῦσιν·
Εἵνεκεν ἀφροσύνης Ἰταλοῖς ὑπὸ δούρασι πίπτεις.
Καὶ Σκῦρον τότε λοιμὸς ἕλοι, καὶ φύλοπις αἰνή.
Αἲ αἲ Κύπρε τάλαινα, σὲ δὲ πλατὺ κῦμα θαλάσσης
Ῥίψει χειμερίῃσιν ἀναρριφθεῖσαν ἀέλλαις.
Ἥξει δ' εἰς Ἀσίην πλοῦτος μέγας, ὁππότε Ῥώμη
Αὐτῆς ἐξ ὕλης πουλυκτέανον κατὰ δῶμα
Θήκατο, καὶ δὶς ἔπειτα τοσαυτάκις ἄλλα παρέξει.

A Et Babylon ingens visu, certamine parva,
Mœnibus ah nimium fidens, spes pascet inanes.
Bactra colet Macedo: qui vero Bactra tenebunt
Et Susas, fugient in Græcos protinus omnes.
Isthæc evenient, liquida cum Pyramus unda
Ad sacram litus profundens insulam adibit.
Concidet & Sybaris, & Cyzicus, oppida quando
Labentur magno terra fervente tremore.
Et Rhodiis clades veniet postrema, sed ingens.
Nec semper Macedo dominabitur, occiduumque
Surget ab Italia bellum, cui subditus orbis
Subdet colla, jugis Italis servire coactus.
Procumbentque tuæ Carthago funditus arces.
Teque olim motus, infelix Laodicea,
B Pronam consternet, rursumque reponet in urbem.
Tu quoque te captam miseranda Corinthe videbis.
O Libyæ pingues agri, te terra tremiscens
Pronam sparget humi, cupiesque agitata cadendo
Quærere diversas fugiens velut advena terras.
Armenia & tibi vis instat servilis ab ipsa
Italia, magnam quæ numinis eruet ædem.
Sed cum stultitia freti, pietate repulsa,
Infandas facient cædis πρινήων:
Tunc ex Italia rex tamquam transfuga, magnus,
Perditus, Euphratis fugiet trans perfidus amnem,
Cum scelus infandum patrarit, matre necata:
Multaque præterea, manibus confisus iniquis.
Et circum fanum Romanum sanguine multi
C Fœdabunt terram, patrios cum fugerit ille
Trans fines. Syriam vero Romanus adibit
Bellator, qui cum delubra cremaverit igni,
Imbuet horrendum multorum cædibus hastam,
Et Judæorum latos populabitur agros.
Tunc idem motus perdet Salamina, Paphumque:
Cum circumfusa Cyprus turbabitur unda.
Flamma sed Italico postquam succensa furore,
In cælum magno torrens ardore feretur,
Exuretque urbes multas, hominesque necabit,
Ætheraque implebit fuligo multa, cinisque,
Et minio similes guttæ labentur ab alto:
Tunc noscenda venit cælestis numinis ira,
Immeritum quoniam genus occidere piorum.
D Tunc & in occasum venient certamina belli
Surgentis, profugusque vibrata magnus in hasta
Romanus multis trajecto Euphrate catervis.
Infelix jam non urbem te Antiochia vocabunt:
Stultitiam propter Italis labere sub hastis.
Et Scyrum perdet tunc pestis, & aspera pugna.
Heu Cypre infelix, te tempestatibus actam
Jactabit validis vasti maris unda procellis.
Ast Asiæ veniet permagna opulentia, quando
Quæ sublata domo prædivite Roma recondit,
Post alia inde quidem præstabit duplice summa.

V. 97. Ἔσσεται κ. τ. λ.] Hic & sequens versus a Strabone pro oraculo vulgi sermonibus trito citantur lib. 1. p. 53. & lib. 12. p. 536. ex quo priorem antehac imperfectum supplevi, quod scriptura regii codicis,

Ὅτε γε Πύραμος ἀργυροδίνης πρὸ δ' ἀλὸς δίνης,

hiatum non tolleret. Proferuntur a Strabone de Cypro: nam pro νῆσον posterioris, illic κύπρον scriptum est. Opsop. — Ipsum item oraculum e Strabone descripserunt Eustathius, & Joannes Tzetzes *Chiliad.* VII. v. 575., ut notatum Fabricio *Bibl. Gr.* tom. I. p. 217.

V. 101. Ἥξει καὶ Ῥοδ.] Prior Sibylla protulerat hunc versum de Tenedo lib. III. v. 424. De Rhodiis alia, infra lib. VIII. v. 160. Id.

V. 103. Ἀνθήσει] Forte ἀνστήσει. Id.

V. 109. Λιβύες — οὔποτε] Forte αὐτοτε. Superiores autem editiones Λιβ'ες. At reg. codex (& Gallæi ms.) Λυκίης. Recte: nam Crocus & Narcissi præstantissimi in Lycia; unde unguentum crocinum & narcissinum maxime laudatum conficiebatur. Et alias medicamentis studebant Lyciæ incolæ, ut vel unicum Lycium medicis celebratum fidem facit. Infra quoque lib. V. v. 129. alia Sibylla μυρίπνουν Lyciam vocat. Id.

V. 115. Πρινήων] Forte τοκήων. Id. — Heic Gallæi ms. habet adscriptum: *Priene urbs est Joniæ.*

V. 117. Ἄπιστος — Εὐφρήτοιο] Leg. ἄπυστος, vel ἄϊστος. Mox, Εὐφρήταο. A. Lond. — Sic sane Dionysius:

Φαίνετ' ἀπειρεσίου ποταμοῦ ῥόος Εὐφρήταο.

De Nerone iterum infra lib. V. v. 138.

V. 122. Τρόμος] Rectum puto τρόμος, ut Vespasianus Romanus, Syriæ & Judææ terror dicatur. Infra tamen lib. VII. v. 47. reperitur Ἰταλίης τρόμος. Opsop.

V. 128. Πυρὸς] Omnino legendum πυρσὸς, *fax*, *ignis*. (Sic item legit in suo ms. Gallæus.) Nam loquitur de monte Vesuvio; qui ruptus in vertice, tantum ex se jecit incendii, ut regiones vicinas & urbes cum hominibus exureret. Vide Eusebium in *Chron.* & Plinium lib. 6. epist. 16. & 20. Id. — In hoc & superiore versu vertendis, *Flamma* &c. fatetur Castalio se non esse plane sententiam assecutum.

V. 140. Κύπρε τάλ.] Huic affinis est v. 4. lib. VII. Confer item versum proxime sequentem 142. cum lib. III. v. 288.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Καρῶν δὲ πτολίεθρα παρ' ὕδασι Μαιάνδροιο,
Οσσα πεπύργωνται περικαλλέα, πικρὸς ὀλέσσει
Λιμὸς, ὅταν Μαίανδρος ἀποκρύψῃ μέλαν ὕδωρ.
Αλλ' ὅταν ἀσεβίης μὲν ὑπ' ἀνθρώπων ἀπολῆται
Πίστις, καὶ τὸ δίκαιον, ἐπ' ἐχ ὁσίαισι δὲ τόλμαις
Ζῶντες, ὕβριν ἔξωσιν ἀτάσθαλον, ἄλλα τε πολλὰ,
Εὐσεβέων δ' ἐδεὶς ποιῇ λόγον, ἀλλὰ καὶ αὐτὲς
Πάντας ὑπ' ἀφροσιωίης μέγα νήπιοι ἐξολέκωσιν,
Ὕβρεσι χαίροντες, καὶ ἐφ' αἵμασι χεῖρας ἔχοντες·
Καὶ τότε γινώσκειν θεὸν ἐκέτι πρηιὼ ἐόντα,
Αλλὰ χρόνῳ κραίνοντα, καὶ ἐξολέκοντα γενεὰν
Ανθρώπων μάλα πᾶσαν ὑπ' ἐμπρησμῦ μεγάλοιο.
Α' μέλεοι μετάθεσθε βροτοὶ τάδε, μηδὲ πρὸς ὀργὴν
Παντοίην ἀγάγητε θεὸν μέγαν· ἀλλὰ μεθέντες
Φάσγανα καὶ στοναχὰς, ἀνδροκτασίας τε, καὶ ὕβρεις,
Εν ποταμοῖς λέσασθε ὅλον δέμας ἀενάοισι,
Χεῖράς τ' ἐκπετάσαντες εἰς αἰθέρα, τῶν πάρος ἔργων
Συγγνώμην αἰτεῖσθε, καὶ εὐσεβίαις ἀσέβειαν
Πικρὰν ἱλάσασθε. θεὸς δ' ἕξει μετάνοιαν,
Οὐδ' ὀλέσει· παύσει δὲ χόλον πάλιν, εἴπερ ἅπαντες
Εὐσεβίην ἐρίτιμον ἐνὶ φρεσὶν ἀσκήσητε.
Εἰδ' ἐ μοι πείθοισθε κακόφρονες, ἀλλ' ἀσέβειαν
Στέργοντες, τάδε πάντα κακαῖς δέξησθε ἀκεαῖς,
Πῦρ ἔσαι κατὰ κόσμον, ἐν ᾧ τόδε σῆμα τέτυκται·
Ρομφαῖαι, σάλπιγγες ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι,
Κόσμος ἅπας μύκημα καὶ ὄμβριμον ἦχον ἀκέσει,
Φλέξει δε χθόνα πᾶσαν. ἐπὰν δ' ὀλέσῃ γένος ἀνδρῶν,
Καὶ πάσας πόλιας, ποταμές θ' ἅμα, ἠδὲ θαλάσσας
Εκκαύσῃ, τάδε πάντα κόνις ἔσετ' αἰθαλόεσσα.
Αλλ' ὅταν ἤδη πάντα τέφρη σποδόεσσα γένηται,
Καὶ πῦρ κοιμίσσῃ θεὸς ἄσπετον, ὅς περ ἀνῆψεν.
Οστέα καὶ σποδιὴν αὐτὸς θεὸς ἔμπαλιν ἄνδρα
Μορφώσῃ, στήσῃ δὲ βροτὲς πάλιν ὡς πάρος ἦσαν,
Καὶ τότε δὴ κρίσις ἔσαι· ἐφ' ᾗ δικάσει θεὸς αὐτὸς,
Κρίνων ἔμπαλι κόσμον. ὅσοι δ' ὑπὸ δυσσεβίῃσιν,
Ημαρτον θνητοὶ, τὲς δ' αὖ πάλι γαῖα καλύψει·
Οσσοι δ' εὐσεβέεσι, πάλιν ζήσοντ' ἐπὶ γαῖαν
Πνεῦμα θεῦ δόντος, ζωὴν θ' ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς
Εὐσεβέσι, πάντες δὲ τότ' εἰσόψονται ἑαυτές.
Ω μακαριστὸς, ἐκεῖνον ὃς ἐς χρόνον ἔσσεται ἀνήρ.

A At vaftans urbes Mæandri ad fluminis undas,
Carum turritas, perpulcras, depopulabit
Dira fames, fluctus atros Mæander ut abdet.
Verum quando fidem impietas humana fugarit,
Audacesque homines, vitam vivendo sceleftam,
Improba crudeles facient, infandaque multa:
Nec modo juftorum rationem nullus habebit,
Sed perdent omnes vefana mente furentes,
Læti flagitiis, manuumque cruore madentes:
Tunc non jam lentus cuiquam Deus effe putetur,
Sed genus humanum cunctum difperdere magno
Æftu durefcens. Ah vos refipifcite ftulti
Mortales, magnumque Deum irritare cavete,
Ponite fed gladios, gemitus, cædefque, nefafque;
B Et totum fluvio corpus merfate perenni.
Tum manibus pacis ad fidera, præteritorum
Pofcite factorum veniam, fanateque factis
Impia facta piis. Nam fic Deus ipfe viciffim
Confilium vertet, neque vos exfcindet, & iram
Sedabit rurfum, fi vos modo mente coletis,
Qua nil gratius eft illi, pietatis amorem.
Sin autem mihi non credetis, & impietate
Capti, cuncta malis hæc auribus accipietis;
Igni flagrabit mundus, fignumque dabunt hæc:
Enfes atque tubæ fimul, & fole exoriente
Terribilem fonitum, mugitumque audiet omnis
Mundus, & exuret terram omnem torridus ignis.
Hinc genus humanum poftquam delerit, & omnes
C Urbes & fluvios exufferit, atque profundum,
Omnia fient hæc mixtus fuligine pulvis.
Omnia fed poftquam in cineres collapfa jacebunt,
Et Deus obruerit tantum qui accenderat ignem,
Inque hominem Deus ipfe iterum formaverit offa
Et cineres mortalibus ut fuerant renovatis:
Judicium tunc certo erit, in quo jus feret æquum
Ipfe Deus mundi judex: ac qui impietate
Peccarint, iterum injecta tellure tegentur:
Contra iterum in terris vivent pietatis amici,
Ipfis dante Deo flatum, vitamque, cibumque:
Seque pii agnofcent omnes, fefeque videbunt.
O nimium felix, veniet qui tempus ad illud!

V. 154. Οὐκέτι πρηὺν ἐόντα] Priores editiones habent, ἐκέτι αἰὲν ἐόντα, impio errore. Recepi itaque lectionem regii codicis, non diffimilem Lactantianæ. Citantur enim quinque hi verfus lib. *de Ira Dei* cap. 23. nonnihil tamen variantes.

Καί ποτε τὴν ὀργὴν θεὸν ἐκ ἔτι πραΰνοντα,
'Αλλ' ἐξεμβρίθοντα, καὶ ἐξολύοντά τε γένναν
'Ανθρώπων ἅπασαν, ὑπ' ἐμπρησμῦ πέρθοντα.
'Αλλ' ἐλέει μετάθεσθε βροτοὶ δὴ, μὴ δὲ πρὸς ὀργὴν
Παντοίην ἀγάγητε θεὸν μέγαν.

In quorum verfum primo, vetus codex habet πραϋνθέντα. In fecundo, 'Αλλ' ὅλως βρίθοντα. In tertio vero idem vetus codex pro πέρθοντα exhibet ΜΘδλωιC, id eft, ut ego lego, μεγάλοιο. Opsop.

V. 157. Α' μέλεοι κ. τ. λ.] Hic & fequens verfus in prioribus editionibus imperfecti legebantur: at nunc e duobus fcriptis codd. & hoc Lactantii loco eruti, nativum fplendorem obtinent. Sed & apud Lactantium emendatione egent. Perperam enim vulgo, 'Αλλ' ἐλέει pro Α' μέλεοι exhibent. Id.

V. 160. 'Εν ποτ.] *Et totum fluvio corpus merfate perenni.* Id eft, baptizamini & luftramini lavacro regenerationis. Id.

V. 163. Θεός] Forte ὁ θεός. Id.

V. 164. Οὐδ' ὀλ. — εἴπερ ἅπαντες] Lactantius l.c. hos duos verfus recitans, hunc vulgo ita exhibet: Οὐδ' ὀλ. — ὅτ' ἂν ἅπαντες. Sed apud Le Brunium (quod & agnovit Opfopœus) ms. regio-Put. habet ἦν ἄρα πάντες: 1. Colb. & edit. Rom. 1470. ἐὰν ἅπαντες: alter Colb. ἐπειδὴ πάντες.

V. 165. 'Ερίτιμον] Lactantii mss. & edd. περὶ θυμῷ: Sibyllini impreffi περίψιμον, & in ora σέρψιμον: fed omnium rectiffime reg. cod. ἐρίτιμον. Opsop. — Hanc autem poftremam lectionem exhibet quoque noviff. Lactantii Le Bruniani editio.

V. 171. Φλέξει κ. τ. λ.] Juftinus M. in *Apol. pro Chrift.* huc refpicit ita fcribens: Καὶ Σίβυλλα καὶ Ὕστασπις γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν. Opsop. — Locus exftat in longiore feu I. *Apolog.* num. xx. ficque redditur: *Ac Sibylla quidem & Hyftafpes, ea quæ corruptioni obnoxia funt, igne confumtum iri dixerunt.*

V. 174. 'Αλλ' ὅταν κ. τ. λ.] Hi verfus reliqui, ultimo excepto, recitantur in *Conftit. Apoftol.* lib. 5. cap. 7. Unde lacunæ trium verfuum capacis fupplementum repetit Opfopœus. In hoc autem verfu auctor Conftitutionum ita legit: 'Αλλ' ὁπότ' — τέφρα.

V. 175. Θεὸς ἄσπετον] Conft. Apoft. Θεὸς ἄφθιτος.

V. 176. Ἔμπαλιν ἄνδρα Μορφώσῃ] Apud Conftitutorem mendofe & contra metri leges:

——— —— ἔμπαλιν αὐτοῖς
'Ανδ' ἄρα μορφώσῃ ———

Expungenda vox αὐτοῖς, quæ monente Cotelerio abeft etiam ab editione Græca Veneta; & locus ex noftris Sibyllinis reftituendus.

V. 181. 'Επὶ γαῖαν] Conft. Apoft. ἐνὶ κόσμῳ. Hæc autem quæ chiliafmum fapiunt, gemina funt cum iis quæ auctor Sibyllinorum fcribit fub finem lib. VII. v. 144. Hunc vero & fequentem confer fis cum v. 43. hujus libri: ubi obfervatum eos Lactantium recitare lib. 7. cap. 23. Quibus adde, apud Heufingerum *Emendatt.* lib. 1. cap. 7. p. 128. confirmari hanc Sibyllinorum lectionem, ζήσοντ' ἐπὶ γ. ex ms. Goth. pro qua, ζήσεσ' ἐπὶ γ. habent editi Lactantii.

V. 182. Βίον αὐτ.] Conft. Apoft. χάριν αὐτ. ut l. c. indicatum.

V. 284. Ω' μακ.] Extremus hic verfus videtur e lib. III. v. 309. huc translatus: ibi enim nativum locum occupat. Opsop.

A

ΛΟΓΟΣ* ΠΕΜΠΤΟΣ.

Λείπει ςίχος.


Αλλ᾽ ἄγε μοι ςονόεντα χρόνον κλεινῶν τε Λατίνων,
Οἵ τοι μὲν πρώτιςα μετ᾽ ἐσσομένους βασιλῆας
Αἰγύπτου, τοὺς πάντας ἴση κατὰ γαῖα φέρεσκε·
Καὶ μετὰ τὸν Πέλλης πολιήτορα, τῷ ὑπὸ πᾶσα
Αντολίη δεδάμαςο, καὶ ἑσπερίη πολύολβος,
Ον Βαβυλὼν ἤλεγξε, ναίειν δ᾽ ὤρεξε Φιλίππῳ,
Οὐ Διὸς, οὐκ Αμμωνος ἀληθῆ φημιχθέντα·
Εσσονται γενεῆς τε καὶ αἵματος Ασσαράκοιο,
Ας ἕξει Τροίην ὅς τις πυρὸς ἔσχισεν ὁρμήν.
Πολλοὺς δ᾽ αὖ μετ᾽ ἄνακτας, ἀρηϊφίλους μετὰ φῶτας,
Καὶ μετὰ θηρὸς τέκνα τὰ δίπλοα μηλοφάγοιο,
Εςαι ἄναξ πρώτιςος, ὅς τις δέκα δὶς κορυφώσει,
Γράμματος ἀρχομένου· πολέμων δ᾽ ἐπὶ πουλὺ κρατήσει·
Εξει δ᾽ ἐκ δεκάδος πρῶτον τύπον· ὥς τε μετ᾽ αὐτὸν
Αρχειν, ςοιχείων ὅς τις λάχε γράμματος ἀρχὴν,
Ον Θρᾴκη πτήξει, καὶ Σικελίη, καὶ Μέμφις,
Μέμφις πρηνιχθεῖσα δι᾽ ἡγεμόνων κακότητα,
Ηδὲ γυναικὸς ἀδούλωτου ἐπὶ κῦμα πεσούσης·
Καὶ θεσμοὺς θήσει λαοῖς, καὶ πάνθ᾽ ὑποτάξει.
Εν μακρῷ δὲ χρόνῳ ἑτέρῳ παραδώσεται ἀρχὴν,
Ος τε τριηκοσίων ἀριθμῶν κεραίην ἐπὶ πρώτην
Εξει, καὶ ποταμοῦ φίλον ὄνομα, ὅς τ᾽ ἐπὶ Πέρσας
Αρξει, καὶ Βαβυλῶνα· βαλεῖ δορὶ δὴ τότε Μήδους.
Εἶτα τριῶν ἀριθμῶν κεραίην ὅςις λάχεν, ἄρξει.
Δὶς δέκα ὅςις ἔπειθ᾽ ἕξει κεραίην ἐπὶ πρώτην,
Εσσετ᾽ ἄναξ· κεῖνος δὲ βαθύτατον ὠκεανοῖο
Ιξετ᾽ ὕδωρ, ἄμπωσιν ὑπ᾽ Αὐσονίην ἀΐξας.
Πεντήκοντα δ᾽ ὅςις κεραίην λάχε, κοίρανος ἔςαι,
Δεινὸς ὄφις, φυσσῶν πόλεμον βαρὺν, ὅς ποτε χεῖρας
Ης γενεῆς τανύσας ὀλέσει, καὶ πάντα ταράξει,
Αθλεύων, λαὸν κτείνων, καὶ μυρία τολμῶν·
Καὶ τμήξει τὸ δίισθμον ὕδωρ, Αθω τε πατάξει.
Αλλ᾽ ἔςαι καὶ ἄϊςος ὀλοίγιος, εἶτ᾽ ἀνακάμψει
Ισάζων θεῷ αὐτόν. ἐλέγξει δ᾽ οὔ μιν ἐόντα.
Τρεῖς δὲ μετ᾽ αὐτὸν ἄνακτες ὑπ᾽ ἀλλήλων ἀπολοῦνται.
Εἶτα τις εὐσεβέων ὀλετὴρ ἥξει μέγας ἀνδρῶν,
Επτάκις ὃς δεκάτην κεραίην δείκνυσι πρόδηλον.
Τοῦ δὲ τριηκοσίης κεραίης ὅπι πρῶτον ἐλέγχων,
Παῖς κράτος ἐξαφελεῖ. μετὰ δ᾽ αὐτὸν μόρσιμον ἔςαι
Τετράδος ἐκ κεραίης τ᾽ ἔφοδος μόρος. αὐτὰρ ἔπειτα
Πεντήκοντ᾽ ἀριθμὸς γεραρὸς βροτός. αὐτὰρ ἐπ᾽ αὐτῷ,
Ος τε τριηκοσίης κεραίης λάχεν ἔντυπον ἀρχὴν
Κελτὸς ὀρειοβάτης, σπεύδων ἐπὶ δῆριν ἑῴαν.

LIBER QUINTUS.

Deest versus.

NUNC dicenda mihi lugubria tempora, fama
Clara Latinorum, qui post tellure repostos
Ægypti reges, habituros proxima regna;
Post civem Pelles, oriens cui paruit omnis
Dives & occasus domitori, quemque Philippo
Restituit Babylon demonstravitque putatum
Ammonis falsa Jovis ortum semine fama:
Assaraci exsistent de stirpe & sanguine creti,
B Auctor erit quorum qui Trojæ diffidit ignes.
Post reges autem multos, & bellipotentes,
Postque feræ geminos natos balantivorantis,
Primus erit regum, cujus capitalis habebit
Littera bis decies, poterit qui plurima bello,
Et numeri formam primam denarii habebit.
Proximus huc princeps sequitur, quem littera signat
Prima elementorum, horrebit quem Thracia terra,
Et Sicula, & Memphis: Memphis cui caussa ruinæ
Culpa ducum fuit, & mulier servire rebellis,
Per fluctus elapsa. Feret quoque gentibus ille
Leges, & subiget cuncta: & post tempore longo
Imperium tradet cuidam, cui prima valebit
Littera tercentum, qui carum nomen habebit
C Fluminis, & Persas, Babylonemque aggredietur,
Et tandem rigida perceller cuspide Medos.
Deinde notam trini numeri sortitus habebit
Imperium: mox quem nota vicenaria monstrat,
Rex erit, Oceani extremas penetrabit ad undas;
Et tunc indomitum Ausoniis subdet maris æstum.
Quem vero dominum nota quinquagesima signat,
Dirus erit serpens, spirans lacrimabile bellum,
Distentasque manus perdet suæ originis olim,
Cunctaque turbabit certans, plebemque trucidans,
Et permulta patrans, bifidas & dividet undas,
Et percellet Atho. Sed funditus interimetur:
Deinde revertetur, seseque Deo æquiparabit.
Sed non esse Deum tandem Deus arguet ipse.
D Post quem tres reges a sese alterna peribunt.
Hinc veniet quidam magnus, cæsorque piorum,
Quem nota perspicue decies septena docebit.
Filius ast hujus (nota tricenaria monstrat)
Auferet imperium: post quem fatale tenebit
Imperium, numeri quem quarti littera signat.
Hinc quinquagenum numerum vir honestus habebit
Quem sequitur, cui dat nota tricenaria nomen,

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.



* Λόγος πέμπτος] Hic liber Ranconeto sextus est. OPSOP.

Vers. 1. Κλεινῶν τε] Leg. κλεινόν τε. ID.

V. 6. Ὃν Βαβ. — ναίειν] De Alexandro M. loquitur, qui annos tres & triginta natus Babylone mortuus est. Expressimus autem in hoc versu lectionem regii codicis. Sed quid ea sibi velit, aut etiam vulgata νέην δ᾽ ὤρεξε Φιλίππῳ non satis intelligo: nisi legamus νεᾶν pro νεᾶνα, vel νεὸν δ᾽ ὤρεξε Φιλίππου: *adolescentem* sive *filium ostendit Philippi*. Quasi dicat: Babylonia arguit insolentiam Alexandri, se pro deo coli præcipientis; & ostendit eum Philippi gnatum, non Jovis aut Hammonis, ut jactaverat, filium fuisse: quia illic insidiis suorum & fraude civili interemtus est: quemadmodum paullo post v. 34. dicit, Neronem quod se Deo æquasset, morte convincendum. ID.

V. 8. Ἀσσαράκοιο] *Assaracus*, Trois regis Trojanorum ex Callirhoe filius, frater Ili regis, genuit Capyn, a quo Anchises Aeneæ pater. Euseb. *Chron*. Hinc *genus Assaraci* apud Virgilium, & *Assaraci tellus* pro Troja apud Horatium. HOFMANN.

V. 9. Ἃς ἕξει] Reg. cod. ὅς ϐ ἕξει, *qui obtinebit*. Forte ὅς πτήξει, aut τάξει. OPSOP.

V. 12. Ὅς τις δέκα κ. τ. λ.] Ad hunc locum observat Fabricius *Bibl. Gr.* tom. 1. p. 208. auctorem Sibyllinorum hic Imperatores referre, prima nominis singulorum littera indicata, a Cajo Julio Cæsare usque ad Adrianum & tres insecuturos, Antoninos nempe duos & L. Verum: de quibus iterum infra lib. VIII. v. 52. & seqq. Illos autem agnosces ex *Indice Articulorum* libb. V. & VIII. inferius post *Append. Montfauc.* subjecto.

V. 15. Ἄρχειν κ. τ. λ.] Vel sic lege:
Ἀρχὴν ςοιχείων ὅς τις λάχε γράμματος ἄρχειν. OPSOP.

V. 21. Κεραίην] Ubique scribitur cum diphthongo vox κεραίην in reg. cod. Apud Hesychium tamen sine ea. Usurpatur eadem *Matth.* v. 18. ID. — Ad *Matth.* l. c. consule Joannem Alberti in notis ad *Glossarium Græc. N. T.* pag. 201.

V. 23. Τότε] Forte, δή ποτε legendum. OPSOP.

V. 26. Βαθύτατον] Reg. cod. καθ᾽ ὕςατον. ID.

V. 36. Εὐσεβέων] Veteres editiones habebant ἀσεβέων, & verterat Castalio, *cæsorque malorum*. Sed scriptorum codicum lectio εὐσεβέων verior visa est: quamquam de Judæis locus accipiatur, quos Vespasianus ad internecionem cæcidit. ID.

V. 40. Ἔφοδος] Vet. cod. ἔφθος. ID.

V. 43. Κελτὸς ὀρειοβάτης] *Gallum montivagum* nominat Trajanum, non a patria, (fuit enim Hispanus) sed a militiæ loco, quia in Galliis militabat: & quum Imperator renuntiaretur, Agrippinæ agebat. Inde per Alpes ad Orientis arma properavit: nam, Dione teste, orientales populos armis agitare & debellare non cessavit. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Μοῖραν ἀεικελίω ȣ̓ φάξεται, ἀλλὰ καμεῖται.
Ον κόνις ἀλλοτρίη κρύψει νέκυω, ἀλλ' ἀνεμείης
Ανθεος ȣ̓νομ' ἔχȣσα. μετ' αὐτὸν δ' ἄλλος ἀνάξει
Αργυρόκρανος ἀνήρ. τῷ δ' ἔσσεται, ȣ̓νομα πόντȣ.
Εσαι κ̀ πανάρισος ἀνὴρ, κ̀ πάντα νοήσει.
Καὶ ἐπί σοι πανάρισε, πανέξοχε κυανοχαῖτα,
Καὶ ἐπὶ σοῖσι κλάδοισι τάδ' ἔσσεται ἤματα πάντων.
Τρεῖς ἄρξȣσιν, ὁ δὲ τρίτος ὀψὲ κρατήσει ἁπάντων.

Τείρομαι ἡ τριτάλαινα κακὴν φάτιν ἐν φρεσὶ θέσθαι,
Ισιδος ἡ γνωςὴ κ̀ χρησμῶν ἔνθεον ὕμνον.
Πρῶτον μὲν περὶ σεῖο βάσιν ναȣ̃ πολυκλαύςȣ
Μαινάδες αὔξȣσιν, κ̀ ἐν παλάμαισι κακαῖσιν
Εσσεται ἤματι τῷδε, ὅταν ποτὲ Νεῖλος ὁδεύσῃ
Γαῖαν ὅλην Αἴγυπτον ἕως πηχῶν δέκα κ̀ ἕξ,
Ος κλύσει γῆν πᾶσαν, ἐπαρδεύσει δὲ βροτοῖσι·
Σιγήσει δὲ χάρις γαίης, κ̀ δόξα προσώπȣ.
Μέμφι σὺ μὲν κλαύσῃ ὑπὲρ Αἰγύπτȣ τὰ μέγιςα.
Πρόσθε γὰρ ἡ μεγάλως γαίης κραταιȣ̃σα, γενήσῃ
Λυπρὴ, ὥς τε βοῆσαι κ' αὐτὸν τερπικέραυνον
Οὐρανόθεν φωνῇ μεγάλῃ· μεγαλόσθενες Μέμφι,
Η τὸ πάλαι δειλοῖσι βροτοῖς αὐχȣ̃σα μέγιςα,
Κλαύσεαι ἀργαλέη, κ̀ πάμμορος, ὥς τε νοῆσαι
Αὐτὴν ἀΐδιον θεὸν, ἄμβροτον ἐν νεφέεσσι.
Πȣ̃ σȣ λῆμμα κραταιὸν ἐν ἀνθρώποισι τέτυκται;
Ανθ' ὧν ἐξεμάνης ἐς ἐμȣ̀ς παῖδας θεοχρίςȣς,
Καί τε κακὴν ὤτρυνας ἐν ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖσιν·
Εξεις ἀντὶ τόσων τοίαν τροφὸν εἵνεκα ποινῆς.
Οὐκέτι σοι φανερῶς θέμις ἔσαι ἐν μακάρεσσιν.
Εξ ἄςρων πέπτωκας, ἐς ȣ̓ρανὸν ȣ̓κ ἀναβήσῃ.
Ταῦτα μὲν Αἰγύπτῳ θεὸς ἔννεπεν ἐξαυδῆσαι
Υςατίῳ καιρῷ, ὅτε πάγκακοι ἄνδρες ἔσονται,
Αλλὰ ταλαιπωρȣ̃σι κακοὶ κακότητα μένοντες
Οργὴν ἀθανάτοιο, βαρυκτύπȣ, ȣ̓ρανίωνος·
Αντὶ θεȣ̃ δὲ λίθȣς κ̀ κνώδαλα θρησκεύοντες,
Πολλὰ μάλ' ἄλλυδις ἄλλα φοβούμενοι, οἷς λόγος ȣ̓δεὶς,
Οὐ νȣ̃ς, ȣ̓κ ἀκοή· ἄγε μοι θέμις ȣ̓δ' ἀγορεύειν,
Εἰδώλων τε ἕκαςα, βροτῶν παλάμαις γεγαῶτα.
Εξ ἰδίων δὲ κόπων καὶ ἀτασθαλίων ἐπινοιῶν
Ανθρωποι δέξαντο θεȣ̀ς ξυλίνȣς, λιθίνȣς τε,
Χαλκοῦς τε, χρυσȣ̃ς τε, ἀργυρέȣς τε ματαίως,
Αψύχȣς, κωφȣ̀ς, καὶ ἐν πυρὶ χωνευθέντας
Ποιήσαντο μάτην γε πεποιθότες ἐν τοιȣ́τοις.
Θμȣ̃ις κ̀ Ξȣ̃ις θλίβεται, κ̀ κόπτεται βȣλὴ
Ηρακλέȣς τε Διός τε, κ̀ Ερμείαο.
Καὶ σὲ δ' Αλεξάνδρεια κλυτὴ θρεπτεῖρα
Οὐ λείψει πόλεμος τ' ȣ̓ *
Τῆς ὑπερηφανίης δ' ὡς ὅσσα τὸ πρόσθεν ἔρεξας,
Σιγήσεις αἰῶνα πολὺν, κ̀ νόςιμον ἦμαρ.
Κȣ̓κέτι σοι ῥεύσει τρυφερὸν πόμα *
*
*
*

A Gallus montivagus, properans orientis ad arma.
Triste nec effugiet fatum, fessusque jacensque,
Mortuus externa tectus tellure premetur,
Floris de vento vocitanti nomen habente.
Post hunc argento galeatus nomine ponti.
Dictus regnabit: vir is optimus, omnia noscet.
Atque hæc, cæruleis sub te insignite capillis
Optime, subque tuis excellentissime ramis
Omnia tempora erunt, tres rerum summa tenebunt,
Omnibus at tandem potietur tertius ille.

Torqueor infelix, dum tristia fata recordor,
Isidis ipsa soror divina oracula pandens.
Principio circum ima tuæ lacrimabilis ædis
Mænades augebunt: atque in manibus sceleratis *
B Una dies veniet, cum tota feretur in arva
Ad sex atque decem cubitos Ægyptia Nilus,
Abluat ut terram omnem, mortalesque rigentur:
Et decor & terræ facies speciosa silebit.
Memphi vicem Ægypti multum lacrimosa dolebis:
Nam prius imperio terræ dominata potente
Fies vilis, uti de cælo clamet & ipse
Fulmineus magna voce: O fortissima Memphi,
Olim mortales inter celebrata superbe,
Infortunata ærumnosaque flebis, ut alta
Immortale Dei cognoscas numen in æthra.
Fastus ubi tuus est, homines tumidissimus inter?
In natos etenim quoniam divinitus unctos
Es bacchata meos, justisque immitis inique
C Usa, bonisque viris: ideo pro talibus ausis
Talis habenda tibi vestis, pœnæque luendæ.
Jam tibi non inter sedes erit ulla beatos.
Ex astris es lapsa; nefas tibi scandere cælum.
Hactenus Ægypto Deus hæc me dicere jussit
Tempus ad extremum, quo gens humana futura est
Pessima: sed durantque, malique malum opperiuntur,
Iram immortalis cælestis & altitonantis:
Proque Deo lapides & ficta animalia, multa
Relligione colunt, trepidi, diversaque: quorum
Non ullus sermo, mens nulla, auditio nulla est.
Singula nec fas est verbis simulacra referre,
Mortali fabricata manu. Quos namque creavit
Humanæque manus labor, ac industria mentis,
D Accepere deos stulti, saxove, vel auro,
Ære vel argento factos, lignove dolatos,
Exanimos, surdos, conflatos ignis in æstu
Fecere, atque his frustra commisere salutem.
Opprimitur Thmuis & Xovis: consiliumque
Herculis atque Jovis frangetur, Mercuriique.
Te quoque Alexandrea altrix celebris *
Non cessabit bellum non *
* Quæ fecisti ante superbe
Diu taciturna eris & reditus tempus.
* Nec tibi jam suavis potus fluet
*
†
†

V. 45. Ἀνεμείης] Trajanus morbo correptus, & Selinuntem Ciliciæ urbem delatus, ibidem exstinctus est. Selinuntem autem ab herba vocitatum qui ignorat, is ut est in proverbio, ȣ̓δ' ἐν σελίνοις versatus est. Sed cur ἀνεμείην vocat Sibylla? an eo nomine Selinum notabant Sibyllæ cives, ut solent herbarum appellationes vulgo usitatæ singulis fere in locis variare? an quia Selinum locis altis & vento perviis gaudet, quemadmodum peculiariter dictum oreoselinum? Id.

V. 47. Ἀργυρόκρανος] Idem est quod πολιόκρανος, *cano capite senex*, infra lib. VIII. v. 52. & κυανοχαίτης heic paullo post, v. 49. Id. — Auctor est Spartianus in *Adriano* cap. 2. ei sortem Imperii ex Sibyllinis versibus provenisse. Ad quem locum hos versus viri eruditi adnotarunt. Verum Spartiani verba de *sortibus Virgilianis* accipienda censet Dodwellus in *Prælect. Camden.* VII. n. XII. p. 301.

V. 51. Ὁ δὲ τρίτος κ. τ. λ.] Reg. cod. ὁ δὲ τρίτατος σφῶν ὀψὲ κρ. Idem vaticinium iteratur lib. VIII. v. 65. Opsop. — Tribus illis *ramis*, conjicit Dodwellus l. c. auctorem Sibyllinorum indigitasse duos *Antoninos*, *Pium* & *Marcum*, ac *L. Verum*, quos sibi successores designavit adhuc in vivis Adrianus. *Tertius* vero qui *sero* tandem rerum potiturus erat, *Marcus* significabatur; qui extincto Lucio, solus Imperio Romano præfuit.

V. 61. Κραταιȣ̃σα] Scribe κρατέȣσα e reg. cod. (& ms. Gallæi) Opsop.

V. 70. Τροφόν] Forte τρύφον. Vet. cod. τροφήν. Id.

V. 81. Ἐξ ἰδίων κ. τ. λ.] Abest a regio cod. versus iste. Id.

V. 84. Χωνευθέντας] Idem codex habet χωνευθέντες, & supplet sequentem antehac imperfectum. Ceteris nullum suppetebat remedium. Id.

V. 86. Κόπτεται βȣλή] Vet. cod. βȣλῇ. Id. — Leg.
——— Κοπτόντε πόλεις τε
Ἡλίȣ, Ἡρακλέους τε κ. τ. λ.
Sed potius fortasse Ἡρώων τε, pro Ἡρακλέους τε. A. Lond.

Κὴ σὺν πᾶσαν ὀλεῖ γαῖαν, ἀνθρώπȣς κακοτέχνȣς
Αἵματι ἠ νεκύεσσι παρ' ἐκπάγλοισί τε βωμοῖς,
Βαρβαρόφρων, σθεναρὸς, πολυδείματος, ἄφρονα λυσσῶν
Παμπληθεὶ ψαμαθηδὸν ἀπαΐξων σὸν ὄλεθρον.
Καὶ τότ' ἔσῃ πόλεων πολύολβος, πολλὰ καμȣ̃σα.
Κλαύσεται Ασσὶς ὅλη δώρων χαρίνων ἀπὸ σεῖο
Στεψαμένη κεφαλὴν ἀχαρῆ, πίπτȣσ' ἐπὶ γαίης.
Αὐτὸς δ' ὃς Περσῶν λάχεν, Αἴγυπτον πτολεμίξει,
Κτείνας ἄνδρα ἕκαστον, ὅλον βίον ἐξαλαπάξει.
Κὴ Κισσὶς θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπὶ τȣ̃τον,
Ως τε μένειν μοῖραν τριτάτην δειλοῖσι βροτοῖσι.
Αὐτὸς δ' ἐκ δυσμῶν εἰσπτήσεται ἅλματι κȣ́φῳ,
Σύμπασαν γαῖαν πολιορκῶν, πᾶσαν ἐρημῶν.
Αλλ' ὅταν ὕψος ἔχῃ κρατερὸν, ἠ τάρβος ἀηδὲς,
Ηξει δ' αὖ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι.
Κἀκεῖ τις θεόθεν σθεναρὸς βασιλεὺς ἐκπεμφθεὶς,
Πάντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλȣς, ἠ ἄνδρας ἀρίστȣς.
Εἶθ' ὅτως τέλος ἔσαι ἄφθιτον ἀνθρώποισιν.
Αἶ αἶ σοι κραδίη δειλὴ, τί με ταῦτ' ἐρεθίζεις
Δηλοῦν, Αἰγύπτȣ πολυκοιρανίην ἀλεγεινήν;
Βαῖνε πρὸς ἀντολίην Περσῶν γενεὰς ἀνοήτȣς,
Καὶ δῆλȣ τοῖσιν παρὸν τὰ μέλλον πότ' ἔσεσθαι.
Εὐφρήτȣ ποταμȣ̃ ῥεῖθρον κατακλυσμὸν ἐποίσει,
Καὶ Πέρσας ὀλέσει, ἠ Ιβηρας, καὶ Βαβυλῶνας,
Μασσαγέτας τε φιλοπτολέμȣς, τόξοισί τε πάντας.
Ασσὶς ὅλη πυρίφλεκτος ἕως νήσων σαλαγήσει.
Πέργαμος ἡ τὸ πάλαι σεμνὴ βοτρυδὸν ὀλεῖται.
Καὶ Πιτάνη πανέρημος ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται.
Λέσβος ὅλη δύσει βαθὺν εἰς βυθὸν, ὥστ' ἀπολέσθαι.
Σμύρνα κατὰ κρημνῶν εἱλισσομένη κατακλαύσει,
Η τὸ πάλαι σεμνὴ καὶ ἐπώνυμος ἐξαπολεῖται.
Βιθυνίοι κλαύσȣσιν ἑὴν χθόνα πεφρωθεῖσαν,
Καὶ Συρίην μεγάλην καὶ Φοινίκην πολύφυτον.
Αἶ αἶ σοι Λυκίη, ὅσα σοι κακὰ μηχανᾶται
Πάντες ἐπ' αὐτὸ μίτȣς ἐπιβὰς χώρης ἀλεγεινῆς,
Ως κλαῦσαι σεισμῷ τε κακῷ, καὶ νάμασι πικροῖς,
Τὴν Λυκίης ἄμυρον, καὶ τὴν μυρίπνοον ποτὲ χέρσον.
Εσαι καὶ Φρυγίῃ δεινὸς χόλος εἵνεκα λύπης,
Ης χάριν ἡ Διὸς ἦλθε Ρέη, κἀκεῖ προσέμεινε.
Πόντον ὀλεῖ, Ταύρων γενεὴν, ἠ βάρβαρον ἔθνος·
Καὶ Λαπίθας δάπεδον κατὰ γῆν ἐναρήξει.
Θεσσαλίην χώρην ἀπολεῖ ποταμὸς βαθυδίνης,
Πηνειὸς βαθύρȣς, μορφὰς θηρῶν ἀπὸ γαίης.
Ηριδανὸς φάσκων θηρῶν μορφὰς τότε γεννᾶν.
Ελλάδα τὴν τριτάλαιναν ἀνιήξȣσι ποιηταί,
Ηνίκ' ἀπ' Ιταλίης ἰσθμȣ̃ πλήξειε τένοντα,
Τῆς μεγάλης Ρώμης βασιλεὺς μέγας, ἰσόθεος φὼς,
Ον (φασιν) αὐτὸς Ζεὺς τίκεν, ἠδὲ πότνια Ηρη,
Οστις παμμȣ́σῳ φθόγγῳ μελιηδέας ὕμνȣς
Θεατροκοπῶν, ἀπολεῖ πολλȣ̀ς σὺν μητρὶ ταλαίνῃ.

A Vastabitque tuam terram vir pessimus omnem,
Sanguineque inficiet, diris & cædibus aras,
Barbarus, immanis, rabie demente tremendus,
Ingentesque tuæ structurus stragis acervos.
Tunc eris urbs olim felix, tunc plena laborum,
Plorabitque tuis Asia omnis comta venustis
Turpe caput donis, ad terram prona cadendo.
Cui vero Persæ contingent, bella movebit
Ægypto, occisisque viris prædabitur omnem
Victum, & rex Cissis missus divinitus illi,
Ut sic tertia pars maneat mortalibus ægris.
Ipse ex occasu saltu veloce volabit,
Terram desolans & vastans funditus omnem.
Sed cum terribilis multum dirusque valebit,
B Jamque beatorum veniet populetur ut urbem,
Rex quidam fortis missus divinitus illo,
Omnes exscindet magnos regesque virosque.
Sic hominum finis exsistet deinde perennis.
Heu misero tibi cor, quid me narrare lacessis
Ægypti miserum multo sub principe fatum?
I genus ad stultum Persarum solis ad ortus,
Iis monstra quæ sint præsentia, quæque futura.
Diluvium immittent Euphratis fluminis undæ,
Et Persas perdent, & Iberos, & Babylonas,
Massagetasque armis claros, atque arcubus omnes.
Tota Asia igne ardens æquor stillabit adusque:
Pergamus insignis quondam, succisa peribit.
Desertamque homines Pitanen, vastamque videbunt.
C Lesbos tota petet fundum, penitusque peribit.
Smyrnaque per præceps prolabens flebit: & olim
Quæ fuit insignis fama celebrisque, peribit.
Bithynii patriæ flebunt incendia terræ,
Et Syriæ magnæ, Phœnicesque arbore crebræ.
Eheu te Lyciam, tibi quot molitur acerba
Omnibus in miseram terram vadentibus ultro,
Ut fleat ob motum tristem, latices & amaros,
Expers unguenti Lycia, id quod oleverat olim.
Et Phrygiam gravis ira manet, conflante dolore,
Propter quem Jovis ivit eo Rhea, mansit & illic.
Barbara gens ab eo Pontus, Taurique peribunt,
Et Lapithas ad humum prostratos dispoliabit.
Thessalicos fines undosum flumen & altum,
D Peneus perdet, avens homines avellere terræ,
Eridanus formas dicens generare ferarum.
Græcos vexabunt miseros bis terque poetæ,
Quando ex Italia processum ruperit isthmi
Magnæ rex magnus Romæ similisque Deo vir,
Juppiter (ut perhibent) quem de Junone creavit,
Mellea qui dulci modulamine carmina fundens
Per cœtus, perdet multos, miseramque parentem.

V. 93. Ἀνθρώπȣς κακοτέχνȣς] Forte, γαῖαν ἄνθρωπος κακότεχνος. OPSOP.
V. 100. Λάχεν κ. τ. λ.] Lege, λάχεν Αἴγυπτον πτολεμίξαι. ID.
V. 102. Καὶ Κισσὶς κ. τ. λ.] Non est quod labores de hoc Cissi rege. Versus est partim vitiosus, partim male locatus. Tolle eum: sententia erit perspicua. Sed ubi reponendus sit, non perinde liquet. Lubens extererem mox sequentem v. 108. & hunc insererem. Idem certe est sensus utriusque, si modo Κισσὶς in κἄν τις mutes. Immo audacter illinc ejiciendum, & huc recipiendum pronuntio ex auctoritate Lactantii lib. 7. cap. 18. ubi v. 107. cum tribus seqq. recitat:


Ηξει καὶ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι,
Καὶ κἄν τις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπ' ἴδιον,
Πάντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλȣς, καὶ φῶτας ἀρίστȣς,
Εἶθ' ὅτως κρινεῖται ὑπ' ἀφθίτȣς ἀνθρώποισι.

Vides ne alterum ex Lactantiana collatione natum? Nam, ne te moveat ἐπ' ἴδιον, in vet. Lactantii membrana scribitur ἐπὶ τȣ̃τον, ad istum. Eadem porro pro κρινεῖται habet κρίσις ἔσαι. ID.
V. 107. Ηξει κ. τ. λ.] Hos quatuor versus, modo e Lactantio recitatos, descripsit & Sedulius in Append. Montf. v. 125. & seqq. quam vide sis.
V. 109. Ὀλεῖ — καὶ ἄνδρας ἀρ.] In Append. cit. ὀλεῖ — καὶ φῶτας ἀρ.
V. 110. Τέλος ἔσαι ἄφθιτον] Appendix laudata, κρίσις ἔσαι ὑπ' ἀφθίτων. Hanc autem lectionem suo Lactantio restituit nuper Le Brunius. Edidit quoque ὑπ' ἀφθίτων ex Isaeo Bunemannus. Atque olim ita legerunt Parrhas. & Aldus apud Heusingerum *Emendatt.* lib. 1. cap. 7. p. 126. Nam male omnino in aliis Lactant. editis, ὑπ' ἀφθίτοις ἀνθρώποισιν, *ab immortalibus hominibus*.
V. 114. Παρὸν τὸ μέλλον πότ' ἔσεσθαι] Forte, τό παρὸν τό, τε μέλλον ἔσεσθαι. OPSOP.
V. 127. Αὐτὸ μίτȣς] Forte αὐτομάτȣς. Sed feliciter hoc carmen emendavit Gul. Canterus *Nov. lect.* lib. 5. cap. 17. legendo:

Πόντος ἀπ' αὐτομάτȣ ἐπ. ID.

V. 129. Τὴν — μυρίπνον] Id est, tota Lycia terræ motu & diluvio vastabitur, tam ea quæ floribus & unguentis odoratis abundat, quam quæ hisce caret. De Lycia iterum supra lib. IV. v. 109. ID.
V. 133. Ἐναρήξει] Scribe ἐναρίξει ab ἐναρίζω, *interimo, dispolio*. ID.
V. 135. Μορφάς] Forte μέροπας. ID.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 136.



Φεύξεται ἐκ Βαβυλῶνος ἄναξ φοβερὸς καὶ ἀναιδής·
Ον πάντες στυγέουσι βροτοὶ, καὶ πάντες ἄριστοι.
Ωλεσε γὰρ πολλοὺς, καὶ γαστέρι χεῖρας ἔθηκεν·
Εἰς ἀλόχους ἥμαρτε, καὶ ἐκ μικρῶν ἐτέτυκτο.
Ηξει δ᾽ εἰς Μήδων καὶ Περσῶν πρὸς βασιλῆας,
Πρώτους οὓς ἐπόθησε, καὶ οἷς κλέος ἐγκατέθηκε,
Φωλεύων μετὰ τῶνδε κακῶν εἰς ἔθνος ἀηδές,
Εἰς ναὸν θεότευκτον ἑλεν, καὶ ἔφλεξε πολίτας,
Λαοὺς εἰσανιόντας, ὅσους ὕμνησε δικαίως.
Τούτου γὰρ φανέντος, ἡ κτίσις ἐξετινάχθη,
Καὶ βασιλεῖς ὤλοντο, καὶ ἐν τοῖσιν μένεν ἀρχή·
Ες δ᾽ ὄλεσαν μεγάλην τε πόλιν, λαόν τε δίκαιον.

Αλλ᾽ ὅταν ἐκ τετράτου ἔτεος λάμψῃ μέγας ἀστὴρ,
Ος πᾶσαν γαῖαν καθελεῖ μόνος εἵνεκα τιμῆς,
Αὐτοὶ πρῶτον ἔθηκάν τ᾽ εἰναλίῳ Ποσειδῶνι·
Ηξει δ᾽ οὐρανόθεν τ᾽ ἀστὴρ μέγας εἰς ἅλα δεινὴν,
Καὶ φλέξει πόντον βαθὺν, αὐτήν τε Βαβυλῶνα,
Ιταλίης γαῖάν θ᾽, ἧς εἵνεκα πολλοὶ ὄλοντο
Εβραίων ἅγιοι πιστοὶ, καὶ ναὸς ἀληθής·
Εσσεται ἐν θνητοῖσι κακοῖς κακὰ μοχθήσασα.
Αλλὰ μενεῖς πανέρημος, ὅλους αἰῶνας ἐπ᾽ αὐτῆς
Εσσεται, ἀλλὰ μενεῖ εἰς αἰῶνας πανέρημος,
Σὸν στυγέουσ᾽ ἔδαφος, ὅτι φαρμακίην ἐπόθησας.
Μοιχεῖαι παρὰ σοὶ, καὶ παίδων μίξις ἄθεσμος,
Θηλυγενὴς, ἄδικός τε, κακὴ πόλι, δύσμορε πασῶν.
Αἴ αἴ πάντ᾽ ἀκάθαρτε πόλι Λατινίδος αἴης,
Μαινὰς ἐχιδνοχαρὴς, χήρη καθεδεῖο παρ᾽ ὄχθας,
Καὶ ποταμὸς Τίβερίς σε κλαύσει, καὶ σὴν παράκοιτιν.
Η τε μιαιφόνον ἦτορ ἔχεις, ἀσεβῆ δέ τε θυμόν.
Οὐκ ἔγνως τί θεὸς δύναται, τί δὲ μηχανᾶται·
Αλλ᾽ ἔλεγες, μόνη εἰμὶ, καὶ οὐδεὶς μ᾽ ἐξαλαπάξει.
Νῦν δέ σε καὶ σοὺς πάντας ὀλεῖ θεὸς αἰὲν ὑπάρχων,
Κ᾽ οὐκ ἔτι σου σημεῖον ἔτ᾽ ἔσσεται ἐν χθονὶ κείνῃ,
Ως τὸ πάλαι, ὅτε σὰς ὁ μέγας θεὸς εὕρατο τιμάς.
Μοῦνον ἄθεσμε μόνη, πυρὶ δὲ φλεγέθοντι μιγεῖσα,
Ταρταρέον τ᾽ οἴκησον ἐς ᾅδου χῶρον ἄθεσμον.
Νῦν δὲ πάλιν Αἴγυπτε τεὴν ὀλοφύρομαι ἄτην.
Μέμφι πόνων ἀρχηγὲ, σέ τε πλησθεῖσα τένοντος,
Εν σοι πυραμίδες φωνὴν φθέγξονται ἀναιδῆ.
Πυθὼν, ἡ τὸ πάλαι δίπολις κτισθεῖσα δικαίως,
Αἰῶνι σίγησον, ὅπως παύσῃ κακότητος.
Υβριμακῶν, θήσαυρε πόνων, μαινὰς πολύθρηνε,
Αἰνοπαθὴς, πολυδακρυμανὴς, χήρα διὰ παντὸς,
Πουλυετὴς ἐγένου, σὺ μόνη κόσμοιο κρατοῦσα.
Αλλ᾽ ὅταν ἡ Βάρκη τὸ κυπάσιον ἀμφιβάληται
Λευκὸν ἐπὶ ῥυπαρῷ, μήτ᾽ εἴην, μήτε γενοίμαν.
Ωθῆ. καὶ ποῦ τὸ μέγα σθένος; ἄγριος ἀνὴρ
Εξολέσει λαὸν. σὺ δὲ εἵματα φαιὰ βαλοῦσα,
Θρηνήσεις δύστηνε μόνη, καὶ πάντ᾽ ἀποτίσεις,

A Aufugiet Babylone malus rex, horribilisque,
Quem male mortales omnes odere, bonique,
Cum tot ob occisos, tum cæsa matre scelestum,
Conjugibusque parum fidum, pravisque creatum.
Et Medos autem reges, Persas & adibit,
Quos primos cupiit, decus & quis conciliavit,
Invisæ genti mala commentando per illos.
Sustulit & templum divinitus ædificatum,
Et cives igni miseros combussit, eoque
Scandentes populos, quos juste concelebravit.
Hoc etenim tremuit rerum natura creato,
Et reges periere, potestas mansit in illis:
Perdiderunt magnamque urbem, populumque bonorum.
Sed cum astrum stato magnum lucebit in anno,
B Quod solum perdet terram omnem, propter honorem
Ipsi Neptuno primum posuere marino:
Deque polo veniet sidus magnum in mare magnum,
Altumque exuret pontum, atque ipsam Babylonem
Italiæ terram, per quam periere frequentes
Sancti Hebræorum fidi, delubraque vera:
Tum vero duros patiere scelesta labores,
Præmia digna tuis factis, desertaque in omne
Tempus eris, tempus deserta manebis in omne,
Osa solum proprium, quia delectata veneno es.
Mater adulterii, marium teterrima nutrix
Concubitus: urbs mollis, iniqua, scelesta, nefanda.
Eheu urbs terræ prorsum impurata Latinæ,
Mænas viperea, ad ripas viduata sedebis,
C Teque suam uxorem Tiberis lacrimabitur amnis.
Impius est animus tuus, & cor cæde cruentum.
Nescis quid possit Deus, & quid cogitet: atque
Sola (inquis) ego sum, non sum superabilis ulli.
Nunc Deus æternus disperdet teque, tuosque,
Nec super ulla tui in terra monimenta manebunt,
Ut quondam, magnus tibi cum Deus auxit honores.
Sola scelesta mane, & flagrantibus indita flammis
Tartareas habita sedes inamabilis Orci.
Nunc Ægypte tuos iterum deploro dolores.
Memphi laborum auctor, tumulis & vertice plena,
In te pyramides audaci voce loquentur.
Python urbs olim geminæ urbis condita jure,
Tempus in omne sile, ut finem des improbitatis.
D Triste scelus, mænas lugubris, fœta dolore,
Anxificis fletura malis, vidua omne per ævum,
Annosa effecta es, mundum tu sola gubernans.
Verum quando super sordenti vestiet album
Barce vestitum, nolim nascive vel esse.
Thebe, quid facta est tua tanta potentia? dirus
Perdet homo populum: tu pullo induta colore,
Lugebis sola infelix, & præmia digna

V. 143. Ἐκ Βαβυλῶνος] *Babylone*, id est *Roma*. Sic paullo post hæc vox accipienda. Roma namque ita vocatur interdum antiquis Patribus: quin & Petro I. *Epist.* V. 13. & Joanni sæpius in *Apoc.* XIV. 8. XVI. 19. XVII. 5. XVIII. 2. 10. 21. Id.

V. 146. Μιαρῶν] Male ante *μικρῶν*: recte *μιαρῶν*. Domitius namque pater Neronis ajebat, teste Dione, impossibile virum bonum ex se & Messalina adeo *flagitiosis* procreari posse. Id.

V. 150. Εἰς ναὸν θεοτ.] Forte *καὶ εἰς*. Templum autem divinitus ædificatum sustulit Nero in Petro & Paullo ceterisque martyribus. Id. — Optime. Lactantius *de mortib. persecutorum*, cap. 2. *Quum jam*, inquit, *Nero imperaret, Petrus Romam advenit — convertit multos ad justitiam, Deoque* TEMPLUM *fidele ac stabile collocavit. Qua re ad Neronem delata, — ut erat exsecrabilis ac nocens tyrannus, prosilivit ad excidendum cæleste* TEMPLUM, *— Petrum cruci affixit, & Paullum interfecit.*

V. 153. Καὶ βασιλεῖς ὤλοντο] Intelligit Cottium & Polemonem reges: quorum altero defuncto, altero concedente, Pontus & Alpes Cottiæ Neronis imperio accesserunt. Opsop.

V. 155. Τετράτου] Forte *πέμπτου*. Id.

V. 157. Αὐτοὶ] Lego *ἥντοι*, nempe *τιμήν*, pro *αὐτοί*. Id. — Auctor Sibyllinorum his versibus fortasse respexit ad cometam, cujus meminit Svetonius in *Nerone*, cap. 36.

V. 163. Ἀλλὰ κ. τ. λ.] Idem est cum sequente: magno centonis indicio. Legitur item infra lib. VIII. v. 43. pæne similis Opsop.

V. 166. Μοιχεῖαι κ. τ. λ.] Hunc & sequentem, monente Opsopœo, recitat Clemens Alex. *Pædag.* lib. 2. cap. 10. p. 229. legitque *μοιχεία — ἀνδρῶν*. Et statim apud Potterum cod. reg. Bodl. *μίξεις ἄθεσμοι*.

V. 167. Δύσμορε πασῶν] Clemens:

—— —— —— *πάντ᾽ ἀκάθαρτε.*

Quod heic v. seq. legitur.

V. 170. Σὴν] Forte *ἑήν*. Opsop.

V. 177. Μοῦνον] Forte *μᾶνον*. Id.

V. 180. Μέμφι] De Memphi paullo superius, v. 60. Id.


V. 182. Κτισθεῖσα] Al. *κτηθεῖσα*. Id.

V. 186. Πουλ.] Idem versus paullo secus effertur de Babylone, inferius v. 435. Id.

V. 187. Βάρκη κυπάσιον] Barce est urbs in regione Pentapolitana, ab Alexandro M. in monumenta rerum a se gestarum condita, postea Ptolemais vocata, & Hammonis oraculo illustrata. Plinius lib. 5. cap. 5. & Justinus Hist. Sed vix ea aliquid huc facere possit. Lector expendat. Non absimile est quod lib. VIII. v. 194. de *Hilaria* dicitur. Porro *κυπάσιον* idem videtur quod *κύπασσις*, vestis muliebris e lino contexta. Id.

V. 189. Ὠθῆ] Forte *Θήβη*. Id. — Conjecturam probat Gallæus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.



Οσσα τὸ πρόσθεν ἔρεξας ἀθέσμων εἵνεκα ἔργων.
Καὶ κοπετὸν ὄψονται ἀναιδέα θυμὸν ἔχουσαν.
Συήνην δ' ὀλέσειε μέγας φῶς Αἰθιοπῶν τε
Τεύχειρην οἰκήσουσι βίῃ μελανόχροες Ινδοί.
Πενταπόλει κλαύσει δὲ Σόης μεγαλόσθενος ἀνήρ.
Ω Λιβύη πάγκλαυστε, τίς ἐξηγήσεται ἄτας;
Τίς δέ σε Κυρήνη μερόπων ἐλεεινὰ δακρύσει;
Οὐ παύσει θρήνου στυγεροῦ πρὸς καιρὸν ὄλεθρον.
Εσσεται ἐν Βρύτεσσι, καὶ ἐν Γάλλοις πολυχρύσοις,
Ωκεανὸς κελαδῶν πληρούμενος αἵματι πολλῷ·
Κ' αὐτοὶ γὰρ κακότητα θεοῦ τέκνοις ἐποίησαν,
Ηνίκα Σιδονίοις βασιλεὺς φοῖνιξ γαλικανὸν
Ηγαγεν ἐκ Συρίης πλῆθος πολὺ, καί σε φονεύσει.
Αὕτη Ραβέννη τε, καὶ εἰς φόνον ἡγεμόνευσε.
Ινδοὶ μὴ ταρβεῖτε, καὶ Αἰθίοπες μεγάθυμοι.
Ηνίκα γὰρ τούτους τροχὸς ἄξονος αἰγοκέρωτος,
Ταῦρός τ' ἐν διδύμοις μέσον οὐρανὸν ἀμφιελίξῃ,
Παρθένος ἐξαναβᾶσα, καὶ ἥλιος ἀμφὶ μετώπῳ
Πηξάμενος ζώνην, περιπάμπολον ἡγεμονεύσῃ,
Εσσεται ἐμπρησμὸς μέγας αἰθέριος κατὰ γαῖαν,
Αστρων δ' ἐν μαχίμοις καινὴ φύσις, ὥστ' ἀπολέσθαι
Εν πυρὶ καὶ στοναχαῖς Ινδῶν γῆν Αἰθιόπων τε.
Μύρου καὶ σὺ Κόρινθε τὸν ἐν σοὶ λυγρὸν ὄλεθρον.
Ηνίκα γὰρ στρεπτοῖσι μίτοις μοῖραι τριάδελφοι
Κλωσάμεναι φεύγοντα δόλῳ ἰσθμοῖο παρ' ὀμφὴν,
Αξουσιν μετέωρον, ἕως ἐσίδωσί σε πάντες,
Τὸν πάλαι ἐκκόψαντα πέτρην πολυήλατι χαλκῷ.
Καὶ σὴν γαῖαν ὀλεῖ, καὶ κόψει ὡς προτέθηται.
Τούτῳ γάρ τοι δῶκε θεὸς μόνος ἐς τὸ ποιῆσαι,
Οἷά τις οὐ πρότερος τῶν συμπάντων βασιλήων.
Πρῶτα μὲν ἐκ τρισσῶν κεφαλῶν σὺν πληγάδι ῥίζης
Στησάμενος μεγάλως ἑτέροις δώσει σπάσασθαι. *
Ως τε φαγεῖν σάρκας γονέων βασιλῆος ἀνάγνου.
Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισι φόνος καὶ δείματα κεῖται
Εἵνεκα τῆς μεγάλης πόλεως, λαοῦ τε δικαίου,
Σωζομένου διὰ παντὸς, ὃν ἔξοχος εἶχε πρόνοια.
Αστατε καὶ κακόβουλε, κακαῖς περικείμενε κήραις,
Αρχὴ καὶ καμάτοιο, καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα
Βλαπτομένης κτίσεως, καὶ σωζομένης πάλι μοίρης.
Υβρι κακῶν, καὶ πῆμα, καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα·
Τίς σε βροτὸς ἐπόθησε, τίς ἔνδοθεν οὐ χαλεπήνει;
Εν σοὶ τίς βασιλεὺς σεμνὸν βίον ὤλεσε ῥιφείς;
Πάντα κακῶς διέθηκας, ὅλον τε κακὸν κατέκλυσας·
Καὶ διὰ σοῦ κόσμοιο καλαὶ πτύχαι ἠλλάχθησαν.
Εἰς ἔριν ἡμετέρην τυχὸν ἄστατα ταῦτα προβάλλου.
Πῶς δὲ, λέγεις, πείσω σε, καὶ, εἴ τι σε μέμφομαι, αὐδῶ;
Ην πότ' ἐν ἀνθρώποις λαμπρὸν σέλας ἠελίοιο,
Σπειρομένης ἀκτῖνος ὁμοσπόνδοιο προφητῶν.
Γλῶσσα μὲν ἀνστάζουσα καλὸν πόμα πᾶσι βροτοῖσι
Φαίνετο, καὶ προὔβαινε, καὶ ἡμέρα πᾶσιν ἔτελλε.
Τοῦ δ' ἕνεκεν στενόβουλε, κακῶν ἀρχηγὲ μεγίστων,
Καὶ ῥομφὴ καὶ πένθος ἐλεύσεται ἤματι κείνῳ,
Αρχὴ καὶ καμάτοιο, καὶ ἀνθρώποις μέγα τέρμα,
Βλαπτομένης κτίσεως, καὶ βλαπτομένης πάλι μοίρης.
Κλῦθι πικρᾶς φήμης δυσηχέος ἀνδράσι πῆμα.
Αλλ' ὁπόταν Περσὶς γαῖ' ἀπόσχοιτο πτολέμοιο,
Λοιμοῦ τε, στοναχῆς τε, τότ' ἔσσεται ἤματι κείνῳ
Ιουδαίων μακάρων θεῖον γένος οὐρανιώνων,
Οἳ περιναιετάουσι θεοῦ πόλιν ἐν μεσογαίοις·
Αχρι δὲ καὶ Ιόπης τεῖχος μέγα κυκλώσαντες,
Υψόσ' ἀείρονται ἄχρι καὶ νεφέων ἐρεβεννῶν.
Οὐκέτι συρίξει σάλπιγξ πολεμόκτυπον ἦχον,
Οὐδ' ἐπιμαινομέναις παλάμαις ἐχθροὺς διολοῦνται.

A Accipies factis quæcumque scelesta patrasti.
Cernenturque tui planctus, ignara pudoris.
Syenen perdet vir magnus: vique subacta
Teucharis Æthiopum nigris habitabitur Indis.
Pentapoli flebitque Soes vir robore magno.
O Libye fletura, quis enarret tua damna?
Quis te autem Cyrene hominum miserabile flebit?
Non umquam deerit tristis tibi perdita luctus.
In Gallis auro locupletibus, atque Britannis,
Oceanus multo resonabit sanguine plenus:
Quippe Dei natis ipsi quoque damna tulerunt,
Tum cum Sidoniis rex Phœnix Gallica multa
Agmina de Syria deduxit, teque peremit.
Ipsa Ravennaque ad cædem dux exstitit. *
B Præstantes animi Æthiopes, Indique pavete.
Cum perstringet enim capricornu circulus axis,
Taurus & in geminis medio vertetur olympo,
Et virgo ascendens, & zonæ tectus amictu
Sol frontem ductor totum peragrabit Olympum,
Ardore ingenti flagrabit ab æthere tellus,
Astrorumque novum certamen surget, ut omnis
India & Æthiopum tellus considat in ignes.
Tu quoque deplora tua tristia fata Corinthe.
Nam cum tergeminæ volvendo stamine Parcæ
Nentes deducent fallaciter aufugientem,
Ad fortes isthmi sublimem, dum videatur
Omnibus is, ferro qui rupem ruperit olim,
Vastabitque tuas late fataliter oras:
C Nam Deus huic uni vires dedit efficiendi,
Quæ potuit regum cunctorum nemo priorum.
Primum quidem e tribus capitibus cum falce radicis
Insistens eximie aliis dabit evellere.
Regis ut infandi comedantur membra parentum.
Namque manent cunctos homines cædesque metusque,
Propter magnam urbem, & populum virtutis alu-
Provida quem semper durantem cura tuetur. (mnum,
Inconstans, perverse, malis circumdate fatis,
Principiumque mali, mortalibus exitus ingens,
Quem natura malis fatis infensa creavit:
Triste nefas, dirum, monstrum mortalibus ingens:
Quis tibi quis bene vult? quis non irascitur intus?
Intus te quis vitam amisit rex præcipitatus?
Omnia turbasti misere, sentina malorum,
D Et per te pulcri nutavit machina mundi.
In lites nostras hæc mobilis objice forsans.
Quo pacto, dicis, tibi persuadebo? quod in te
Si quid reprendo, dico. Solis jubar inter
Mortales olim clarum fuit, irradiante
Lumine concordi vatum: totique suavem
Humano generi diffundens lingua liquorem
Exstitit, & pergebat, & omnibus orta dies est.
Ergo summorum vilissime caussa malorum,
Advenient illis gladius luctusque diebus,
Principiumque mali mortalibus exitus ingens,
Quem natura malis fatis vitiata creavit.
Tristem audi famam, pestis mortalibus atrox.
Verum cum bellis jam Persica terra carebit,
E Et peste & gemitu: tunc illo tempore vivet
Judæum dium genus, & cæleste beatum,
Qui terræ mediis habitabunt finibus urbem
Divinam, & magnis ambibunt mœnibus usque
Ad Joppen, celsas tangentes culmine nubes.
Non jam terribili sonitu tuba bella ciebit,
Non hostes manibus furiosis interimentur.

V. 206. Ἰνδ. μὴ] Forte δὴ. Opsop.

V. 222. Πρῶτα κ. τ. λ.] Sensus admodum obscurus. Puto Sibyllam notare id quod Svetonius (de Nerone:) quod ut aliis in Isthmo perfodiendo exemplo esset, primus rastello humum effoderit, & corbulo congestam humeris extulerit. Id.

V. 229. Ἀρχὴ κ. τ. λ.] Admodum confusa sunt ista & intricata, ut te extricare non possis: & ita esse testantur iidem versus paullo post v. 231. 244. seqq. inculcati. Id. — Heic divinavi. Castalio.

V. 249. Γένος] Al. μένος. Opsop. — Laudat hunc versum Lactantius lib. 4. cap. 20. eumque interpretatur de Christianis. At aliis visus est auctor Sibyllinorum feliciorem Judæorum statum futurum describere. In Appendice Montf. est v. 105. sed parum emendatus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Αλλὰ ἐπιϛήσει τι κακῶν αἰῶνι τρόπαια.
Εἷς δέ τις ἔσσεται αὖθις ἀπ' αἰθέρος ἔξοχος ἀνὴρ,
Οὗ παλάμας ἥπλωσεν ἐπὶ ξύλȣ πολυκάρπȣ
Εβραίων ὁ ἄριϛος, ὃς ἠέλιον πότε ϛῆσεν,
Φωνήσας ῥήσει τε καλῇ ϗ χείλεσιν ἁγνοῖς.
Μηκέτι τείρεο θυμὸν, μὴ ϛήθεσσι μέγαιρε
Θειογενὴς, πάμπλȣτε, μόνῳ πεποθημένον ἄνθος,
Φῶς ἀγαθὸν, σεμνόον τε θάλος, πεποθημένον ἄγνος,
Ιȣδαία χαρίεσσα, καλὴ πόλις, ἔνθεος ὕμνων·
Οὐκέτι βακχεύσει Περσῶν χθόνα πȣ̀ς ἀκάθαρτος
Ελλήνων, ὁμόθεσμον ἐνὶ ϛήθεσσιν ἔχων νοῦν.
Αλλά σε κυδάλιμοι παῖδες περιτιμήσȣσι,
Καὶ μȣ́σαις γλώσσαις ἁγίαισιν ἐπιϛήσονται,
Παντοίαις θυσίαισι, ϗ εὐχαῖς ἐνθεοτίμοις.
Εκ μικρᾶς ϛενότητος ὅσοι καμάτȣς ὑπέμειναν,
Πλείονα καὶ χαρίεντα καλὸν ἄρξȣσι δίκαιοι.
Οἱ δὲ κακοὶ ϛείλαντες ἐπ' αἰθέρα γλῶσσαν ἄθεσμον,
Παύσονται λαλέοντες ἐναντίον ἀλλήλοισιν·
Αὐτȣ̀ς δὲ κρύψȣσιν, ἕως κόσμος ἀλλαγῇ.
Εϛαι δ' ἐκ νεφέων ὄμβρος πυρὸς αἰθομένοιο.
Κ' ȣ̓κ ἔτι καρπεύσȣσι βροτοὶ ϛάχυν ἀγλαὸν ἐκ γῆς.
Πάντα μὲν ἄσπαρτα ϗ ἀνήροτα, ἄχρι νοήσειν
Τὸν πρύτανιν πάντων θεὸν ἄμβροτον, αἰὲν ἐόντα,
Ανθρώπȣς θνητȣ̀ς, ϗ μηκέτι θνητὰ γεραίρειν,
Μήδε κύνας καὶ γῦπας, ἃ Αἴγυπτος κατέδειξε
Σεμνύνειν ϛομάτεσσι νέοις ϗ χείλεσι μωροῖς.
Εβραίων δὲ χθὼν ἁγί' ἔϛαι, πάντα τάδε οἴσει
Νᾶμα μελιϛαγέος ἀπὸ πέτρης, καὶ διὰ γλώσσης,
Καὶ γάλα δ' ἀμβρόσιον ῥεύσει πάντεσσι δικαίοις.
Εἰς ἕνα γὰρ γενετῆρα θεὸν μόνον ἔξοχον ὄντα
Ηλπισαν, εὐσεβίην μεγάλην καὶ πίϛιν ἔχοντες.
Αλλὰ τί δή μοι ταῦτα νόος σοφὸς ἐγγυαλίζει;
Αρτι δέ σε τλήμων Ασίη κατοδύρομαι οἰκτρῶς,
Καὶ γένος Ιώνων, Καρῶν, Λυδῶν πολυχρύσων.
Αἶ αἶ Σάρδεις, αἶ αἶ καὶ πολυήρατε Τράλλις·
Αἶ αἶ Λαοδίκεια καλὴ πόλι· ὡς ἀπολεῖσθε
Σεισμοῖς ὀλλύμεναί τε, καὶ εἰς κόνιν ἀλλαχθεῖσαι.
* Ασσία τῇ δνοφερῇ, Λυδῶν τε πολυχρύσων.
Αρτέμιδος σηκὸς Εφέσȣ πηγνυμένος, *
Χάσματι καὶ σεισμοῖσι ποθ' ἥξεται εἰς ἅλα δεινὴν
Πρηνὴς, ἠδ' ὅτε νῆας ἐπικλύζȣσιν ἄελλαι.
Υπτια δ' οἰμώξει Εφεσος κλαίȣσα παρ' ὄχθαις,
Καὶ νηὸν ζητȣ̃σα τὸν ȣ̓κέτι ναιετάοντα.
Καὶ τότε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος, αἰθέρι ναίων,
Οὐρανόθεν πρηϛῆρα βαλεῖ κατὰ κρατὸς ἀνάγνȣς.
Αντὶ δὲ χειμῶνος θέρος ἔσσεται ἤματι τῷδε,
Καὶ τόδε δὴ μετέπειτ' ἔσεται ἄνδρεσσι βροτοῖσι.
Εξολέσει γὰρ πάντας ἀναιδέας ὑψικέραυνος,
Βροντῇ τε, ϛεροπαῖς τε, κεραυνοῖς τε φλεγέθȣσιν,
Ανδρας δυσμενέας τε καὶ ὡς ἀσεβεῖς ὀλοθρεύσει,
Ωϛε μένειν νέκυας κατὰ γῆς πλέονας ψαμάθοιο.
Ηξει γὰρ ϗ Σμύρνα ἑὸν κλαίȣσα Λυκȣ̃ργον
Εἰς Εφέσοιο πύλας, ϗ αὐτὴ μᾶλλον ὀλεῖται.
Κύμη δ' ἡ μωρὰ, σὺν νάμασι τοῖς θεοπνεύϛοις
Εν παλάμαισι θεῶν, ἀνδρῶν ἀδίκων καὶ ἀθέσμων,
Ριφθεῖσ', ȣ̓κέτι τόσον ἐς αἰθέρα ἄρμα προδώσει·
Αλλὰ μενεῖ νεκρὰ ἐν νάμασι Κυμαίοισι.
Καὶ τότ' ἀνέξȣσι ὁμȣ̃ κακότητα μένοντες.
Εἰδήσῃ σημεῖον ἔχων ἀνθ' ὧν ἐμόγησε.
Κυμῶν γὰρ δῆμος χαλεπὸς, ϗ φῦλον ἀηδές.
Εἶθ' ὅταν ἕξȣσι κακὴν χθόνα τεφρωθεῖσαν,

A Sed statuent mundo præclara trophæa malorum.
Exsistetque olim quidam vir ab æthere præstans,
Cujus frugifera distendit in arbore palmas
Optimus Hebræus, licuit cui sistere solem,
Clamando pulcris verbis, castisque labellis.
Desine jam mentem cruciare, & pectora curis,
Diva genus, summe locuples, optate Deo flos,
Lux bona, delubrum venerabile, germen amœnum,
Urbs elegans, Judæa venusta, & laudibus alma.
Persica non dein pes Græcus bacchabitur arva,
Impurus, diram qui fert in pectore mentem.
Sed nati multum decorabunt egregii te,
Et modulata sacris dicent tibi carmina linguis,
Omnigenisque Deo sacris, precibusque litabunt
B Ex parvisque malis quicumque tulere labores,
Multo plura malis justi bona læta tenebunt.
At mali, in æthera qui linguam jecere scelestam,
Cessabunt inter sese maledicta referre,
Seque abdent, donec fiat mutatio mundi.
Igneus exsistet vero de nubibus imber:
Nec jam homines pulcras carpent telluris aristas
Nec satio prorsum fiet, nec aratio, donec
Norint mortales numen quod cuncta gubernat,
Æternum, neque jam morti subjecta colantur,
Aut canis, aut vultur, quorum monstravit honores
Oribus Ægyptus stultis, fatuisque labellis.
Sancta sed Hebræis erit, & feret omnia tellus,
Et de rupe fluent latices, linguaque, suaves,
C Omnibus & justis lac immortale scatebit.
Quippe quibus genitore Deo, præstanteque solo
Fretis, magna fuit cordi pietasque fidesque. (mens?
Verum quid tandem sapiens mihi suggerit hæc
Te te Asia infelix tristi deploro querela,
Jonumque genus, Carumque, auroque scatentum
Lydorum. Heu Sardis, heu multum Trallis amœna:
Eheu Laodicea, urbs pulcra: peribitis ergo
Motibus eversæ terræ, pulvisque redactæ.
Asia caliginosæ Lydorum auroque potentum.
Ast Ephesi structum Dianæ nomine fanum,
Motibus & vasto subter mare sidet hiatu
Præceps, ut naves rumpunt si quando procellæ.
At lacrimas Ephesus recubans ad littora fundet,
D Et quod erit nusquam templum gemebunda requiret.
Tum Deus indignans æternus, in æthere degens,
Fulmine præcipites sceleratos desuper uret.
Proque hiemis glacie fiet tunc temporis æstas.
Tunc homines placida tandem requiete fruentur.
Nam pater omnipotens sceleratos eruet omnes,
Fulgureque, & tonitru, flagranteque fulmine diras
Exercens iras, & delens flagitiosos,
Terraque defunctos plures portabit arenis. (gum
Nam veniet quoque Smyrna, suum plorando Lycur-
Ad portas Ephesi, porro magis ipsa peribit.
Cuma autem demens, cum tactis numine lymphis,
In manibus divum: sceleratorumque virorum,
Dejecta, haud tantum saltabit in æthera deinceps,
E Verum in Cumæis remanebit mortua lymphis.
Tunc adversa simul degentes perpetientur.
Scies signum babens quia labores tolerasti.
Nam genus invisum Cumanum, gensque proterva est.
Hinc postquam in cineres fuerit mala terra redacta,

V. 255. Ἐπιϛήσει] Forte ἐπιϛήσοντι. Opsop.
V. 262. Μόνῳ] Forte scribendum θεῷ pro μόνῳ. Id.
V. 270. Καλὸν ἄρξȣσι] Forte καλὰ ἕξȣσι, aut καλ' ἀνέξȣσι. Id.
V. 281. Ἑβραίων κ. τ. λ.] Hæc apud Lactantium lib. 7. cap. 24. nonnihil variant:


Εὐσεβέων δὲ μόνων ἁγία χθὼν πάντα τάδ' οἴσει
Νᾶμα μέλιτος ἀπὸ πέτρης, ἠδ' ἀπὸ πηγῆς,
Καὶ γάλα τ' ἀμβροσίης ῥεύσει. ———

E quibus alter mancus est: sanabilis tamen e veteri Lactantii codice exhibente, Ναμα ΜελιCΤΔ ΤΑΙΗCΑΡΟ, hoc est, *νᾶμα μελιϛαγέος ἀπὸ*, ut in Sibyllinis scribitur. Id. — At Heusingerus *Emendatt.* lib. 1. cap. 7. p. 129 Lactantianam lectionem vulgatam sic restituit:

Νάματα μὲν μέλιτος ———

Sic enim legisse videntur veteres interpretes, Rom. Parrhas. Ald.
V. 295. Ἠδ' ὅτε] Forte ὡς ὅτε. Opsop.
V. 296. Ὕπτια κ. τ. λ.] Hi duo versus laudantur a Clemente Alex. in *Protrept.* cap. 4. p. 44. Id.
V. 306. Σμύρνα] Meus codex legit Σπάρτα, & meo quidem judicio melius. Gallæus.
V. 310. Τόσον] Forte κȣ̃φον ἐς αἰθέρα ἅλμα. Opsop.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.



Λέσβος ἐπ' Ηριδανὸν αἰώνιον ἐξαπολεῖται.
Αἲ αἲ σοι Κόρκυρα, καλὴ πόλι, παύεο κώλυν,
Καὶ Ιεράπολι γαῖα μόνη πλούτῳ μιγεῖσα,
Εξεῖς ὃν πεπόθηκας ἔχειν χῶρον πολύδακρυν,
Εἰς γῆν χωσαμένη παρὰ χεύμασι Θερμώδοντος.
Πετροοφυὴς Τριπολίς τε παρ' ὕδασι Μαιάνδροιο,
Κύμασι νυκτερινοῖσιν ὑπ' ἠόνι πληρωθεῖσα,
Αρδὴν ἐξολέσει σε θεοῖο ποθή τε πρόνοια.
Μή μ' ἐθέλουσαν ἑλεῖν Φοίβου τὴν γείτονα χώραν· †
Μίλητον τρυφερὴν ἀπολεῖ πρηστὴρ πότ' ἄνωθεν,
Ανθ' ὧν εἵλετο τὴν Φοίβου δολόεσσαν αὐδὴν,
Τήν τε σοφὴν ἀνδρῶν μελέτην, καὶ σώφρονα βουλήν.

Ιλαθι παγγενέτωρ τρυφερῇ χθονὶ τῇ πολυκάρπῳ,
Ιουδαίᾳ μεγάλῃ, ἵνα σὰς γνώμας ἐπιδῶμεν·
Ταύτην γὰρ πρώτην ἔγνω θεὸς ἐν χαρίτεσσιν·
Εἰς τὸ δοκεῖν προχάρισμα τὸν πάντεσσι βροτοῖσιν
Εἶναι, καὶ προσέχειν, οἷον θεὸς ἐγγυάλιξεν.
Ιμείρω τριτάλαινα τὰ Θρηκῶν ἔργα ἰδέσθαι,
Καὶ τεῖχος διθάλασσον ὑπ' αέρος ἐν κονίῃσι
Συρόμενον ποταμηδὸν ἐπ' ἰχθυόεντι κολύμβῳ.
Ελλήσποντε τάλαινα ζεύξει σ' Ασσυρίων παῖς·
Εἰς σὲ μάχη Θρηκῶν, καί σου σθένος ἐξαλαπάξει.
Τὴν τε Μακηδονίην βασιλεὺς Αἰγύπτου αἱρεῖ,
Καὶ κλίμα βαρβαρικὸν ῥίψει σθένος ἡγεμονήων.
Λυδοὶ καὶ Γαλάται, Παμφύλιοι ἐν Πισίδαισι
Πανδημεὶ κρατέουσι. κακὴν ἔριν ὁπλισθέντες.
Ιταλίη τριτάλαινα μενεῖς πανέρημος, ἄκλαυστος,
Εν γαίῃ θαλερῇ, ὀλοὸν δάπος ἐξαπολέσθαι.
Εσται δ' αἰθέρος οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν, *
Βροντηδὸν κελάδημα θεοῦ φωνὴν ἐπακοῦσαι.
Ηελίου δ' αὐτοῦ φλόγες ἄφθιτ' οὐκ ἔτ' ἔσονται·
Οὐδὲ σεληναίης λαμπρὸν φάος ἔσσεται αὖθις,
Υστατίῳ καιρῷ ὁπόταν θεὸς ἡγεμονεύσῃ.
Πάντα μελαιναίη σκοτίη δ' ἔσται κατὰ γαῖαν,
Καὶ τυφλοὶ μέροπες, θῆρές τε κακοὶ, καὶ ὀϊζὺς
Εσσεται ἦμαρ ἐκεῖνο, χρόνον πολλὴν, ὥς τε νοῆσαι
Αὐτὸν ἄνακτα θεὸν πανεπίσκοπον οὐρανόθι πρό.
Αὐτὸς δυσμενέας δ' ἄνδρας τότε οὐκ ἐλεήσει,
Αρνῶν, ἠδ' οἴων, μόσχων τ' ἀγέλας ἐριμύκων
Εκθυσιάζοντας, μόσχων μεγάλων κεροχρύσων,
Αψύχοις θ' ἑρμαῖς, καὶ τοῖς λιθίνοισι θεοῖσιν.
Ηγείσθω δὲ θέμις σοφίης, καὶ δόξα δικαίων,
Μήποτε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος ἐξαπολέσσῃ
Πᾶν γένος ἀνθρώπων, βίοτον καὶ φῦλον ἀναιδές.
Δεῖ στέργειν γενετῆρα θεὸν σοφὸν, αἰὲν ἐόντα.
Εσσεται ὑστατίῳ καιρῷ περὶ τέρμα σελήνης
Κοσμομανὴς πόλεμος, καὶ ἐπίκλοπος ἐν δολότητι.
Ηξει δ' ἐκ περάτων γαίης μητροκτόνος ἀνὴρ,
Φεύγων ἠδὲ νόον, ὀξὺ στόμα μερμηρίζων,
Ος πᾶσαν γαῖαν καθελεῖ, καὶ πάντα κρατήσει,
Πάντων τ' ἀνθρώπων φρονιμώτερα πάντα νοήσει,
Ης χάριν ὤλετο τ' αὐτὸς ἑλεῖ τ' αὐτὴν παραχρῆμα,
Ανδρας τ' ἐξολέσει πολλοὺς, μεγάλους τε τυράννους.
Πάντας τ' ἐμπρήσει, ὡς δήποτε ἄλλος ἐποίει.
Τοὺς δ' αὖ πεπτηῶτας ἀνορθώσει διὰ ζῆλον.
Εσται δ' ἐκ δυσμῶν πόλεμος πολὺς ἀνθρώποισι,
Ρεύσει δ' αἷμα τάτ' ὄχθου ἕως ποταμῶν βαθυδίνων.
Τῆς τε Μακηδονίης στάζει χόλος ἐν πεδίοισι.
Συμμαχίην δοῦ δ' ἐκ δυσμῶν, βασιλεῖ δὲ ὄλεθρον.
Καὶ τότε χειμερίη πνοιὴ πνεύσει κατὰ γαῖαν,

A Lesbus in Eridanum per sæcula tota peribit.
Eheu te Corcyra, venusta urbs, desine luxum,
Solaque divitiis Hiera o spatiosa potita,
Sed equidem multi luctus potiere cupita,
Complanata jacens ad flumina Thermodontis.
Petrosa & Tripolis Mæandri ad fluminis amnem,
Nocturnis undis repleta in littoris ora,
Omnino perdet divinum consilium te.
Ne me vicinam Phœbi vastare volentem
Terram. †
Miletum mollem delebit fulmen ab alto,
Accepit quoniam Phœbi fallacia dicta,
Consiliumque virum prudens, curamque sagacem.
Parce o omniparens teneræ terræ atque feraci,
B Judææ magnæ, tua quo decreta feramus.
Hanc etenim primam novit per munera numen,
Ut videant omnes divino munere primam
Mortales hanc esse, Deo præcellere dante.
Infelix aveo spectare negotia Thracum,
Et murum bimarem per pulveris aera plenum,
Fluminis in morem piscoso gurgite ferri.
Hellespionte eheu, vastabunt Assyrii te,
Pugnaque teque tuasque evertet Thracia vires.
Rexque Macedonios Ægypti depopulabit,
Robur & imperii pervertet barbara pubes.
In Pisidis Lydi, Galatæ, Pamphylii, omni
Cum populo armati, certamen triste tenebunt.
Italia infelix, deserta, infleta manebis,
C In terra viridi, in saltum silvamque redacta.
Omnibus & dabitur spatioso ex æthere cæli
Divinam vocem ritu exaudire tonitrus.
Jam non exsistent flammantia lumina solis,
Lumine nec claro splendebit lumina deinceps,
Cum Deus extremo regnabit tempore. Verum
Omnia per terras caligo nigra tenebit,
Atque homines cæci, plangorque furorque ferarum
Tempore erit longo tunc, cognoscatur ut ipse
Rex Deus, omnia qui cælo speculatur ab alto.
Nec vero tunc ipse suos miserebitur hostes,
Agnorumque oviumque greges, vitulos & opimos
Mactantes, vitulos magnos, & cornibus aureis,
Exanimis, divisque ex marmore factis.
D Quod fas est, justisque placet, sapientia habetor,
Ne Deus æternus succensens deleat olim (dam.
Omne genus, vitamque hominum, stirpemque nefan-
Æternus genitor, sapiens Deus usque colatur.
Sub lunæ finem postremo tempore bellum
Ingruet insanum, fallax ac insidiosum.
Matris & occisor quidam de finibus orbis,
Vir fugiens veniet, spirans immane, fremensque,
Omnes qui terras vastabit, & omnia vincet,
Ante hominesque omnes prudenter cuncta videbit.
Propter quam periitque, & protinus auferet ipsam,
Et multos homines perdet, magnosque tyrannos,
Exuretque omnes, alius faciebat ut olim.
Rursus & attollet collapsos æmulus idem.
Ast ex occasu nascentur plurima bella,
E Per ripasque cruor rapidos manabit ad amnes.
Atque Macedoniæ stillabit bilis in arvis,
Auxilium occasus quærens, regique ruinam.
Tunc tempestatum perflabunt flamina terram,

V. 317. Κόρκυρα] Vet. edit. Κόρχυρα. Locus male habet: & nescio an κακὴ πόλι dixerit Sibylla, ut in simili versu mox infra v. 394. an vero καλὴ πόλι, ut modo superius v. 290. OPSOP.

V. 320. Χωσαμένη] Forte ὠσαμένη. ID.

V. 326. Αὐδὴν] Leg. αὐτὴν. ANON. LOND.

V. 332. Προσέχειν] Forte προέχειν. OPSOP.

V. 336. Ζεύξει] Al. ἔσσει. ID.

V. 343. Δάπος] Forte νάπος. ID.

V. 344. Ἔσται κ. τ. λ.] Versus mutilus, sed cujus telestichium exstat apud Hesiodum in Theogonia:

Αὖ[illegible] ὡς ὅτε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν[illegible]. ID.

V. 345. Βροντ.] Non dissimilia sunt apud Lactantium lib. 7. cap. 16. ut hinc transtulisse videri queat, nisi quod ratio pugnare videtur. ID.

V. 358. Μήποτε κ. τ. λ.] Hos tres versus citat Lactantius lib. *de Ira Dei* cap. 23. ID.

V. 362. Κοσμομανὴς πολ.] Acrostichium est simile mox infra v. 462. ubi κοσμοχαρὴς scribitur. Utraque lectio locum habere potest. Vide tamen an non οἰστρομανὴς utrobique reponendum sit: qua voce usa est Sibylla Erythræa supra lib. III. v. [illegible]. & alia lib. I. v. 370. ID.

V. 372. Τάτ' ὄχ.] Forte κατ' ὄχ. ID.

V. 374. Δοῦ' ἐκ] Forte χαῖρ' ἐκ. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

Καὶ πεδίον πολέμοιο κακοῦ πλησθήσεται αὐτῆς·
Πῦρ γὰρ ἀπ' οὐρανίων δαπέδων βρέξει μερόπεσσι,
Πῦρ καὶ αἷμα, ὕδωρ πρηστὴρ, γνόφος, οὐρανίη νὺξ,
Καὶ φθίσις ἐν πολέμῳ, καὶ ἐπὶ σφαγῇσιν ὁμίχλης·
Πάντας ὁμοῦ τ' ὀλέσει βασιλεῖς, καὶ τοὺς τότ' ἀρίστους.
Εἶθ' οὕτως πολέμοιο πεπαύσεται οἰκτρὸς ὄλεθρος.
Κοὐκέτι τὶς ξίφεσι πολεμίσεται, οὐδὲ σιδήρῳ,
Οὐδ' αὐτοῖς βελέεσσιν, ἃ μὴ θέμις ἔσσεται αὖτις.
Εἰρήνην δ' ἕξει λαὸς σοφὸς, ὅσπερ ἐλείφθη,
Πειραθεὶς κακότητα, ἵν' ὕστερον εὐφρανθείη.
Μητρολέται παύσασθε θράσους, τόλμης τε κακούργου,
Οἳ τὸ πάλαι παίδων κοίτην ἐμπορίζετ' ἀνάγνως,
Καὶ τέγεσιν πόρνας ἐστήσατε τὰς πάλαι ἁγνὰς,
Ὕβρεσι, καὶ κολάσει, κ' ἀσχημοσύνῃ πολυμόχθῳ.
Ἐν σοὶ γὰρ μήτηρ τέκνῳ μίγη ἀθεμίστως,
Καὶ θυγάτηρ γενετῆρι ἑῷ συζεύξατο νύμφη.
Ἐν σοὶ καὶ βασιλεῖς στόμα δύσμορον ἐξεμίηναν.
Ἐν σοὶ καὶ κτηνῶν εὗρον κοίτην κακοὶ ἄνδρες.
Σίγησον πανόδυρτε κακὴ πόλι, κῶμον ἔχουσα.
Οὐκέτι γὰρ παρὰ σεῖο τὴν τῆς φιλοθρέμμονος ὕλης
Παρθενικαὶ κοῦραι πῦρ ἔνθεον εὑρήσουσιν,
Ἔσβεσται παρὰ σεῖο πάλαι πεποθημένος οἶκος.
Ἡνίκα δεύτερον εἶδον ἐγὼ ῥιπτούμενον οἶκον
Πρηνηδὸν, πυρὶ τεγγόμενον διὰ χειρὸς ἀνάγνου,
Οἶκον ἀεὶ θάλλοντα, θεοῦ τηρήμονα ναὸν,
Ἐξ ἁγίων γεγαῶτα, καὶ ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα,
Ἐκ ψυχῆς ἐλπιζόμενον, καὶ σώματος αὐτοῦ.
Οὐ γὰρ ἀκηδέστως αἰνεῖ θεὸν ἐξ ἀφανοῦς γῆς·
Οὐδὲ πέτρην ποίησε σοφὸς τέκτων παρὰ τούτοις·
Οὐ χρυσὸν κοσμοῦ ἀπάτη ψυχῶν τ' ἐσεβάσθη·
Ἀλλὰ μέγαν γενετῆρα θεῶν πάντων θεοπνεύστων
Ἐν θυσίαις ἐγέραιρον, καὶ ἁγίαις ἑκατόμβαις.

Νῦν δέ τις ἐξαναβὰς ἀφανὴς βασιλεὺς καὶ ἄναγνος,
Ταύτην ἔῤῥιψεν, καὶ ἀνοικοδόμητον ἀφῆκε,
Σὺν πλήθει μεγάλῳ, καὶ ἀνδράσι κυδαλίμοισιν.
Αὐτὸς δ' ὤλετο χέρσον ἀπ' ἀθανάτην ἐπιβὰς γῆν.
Κοὐκέτι σῆμα τοιοῦτον ἐπ' ἀνθρώποισι τέτυκτο,
Ὥστε δοκεῖν ἑτέρους μεγάλην πόλιν ἐξαλαπάξαι.
Ἦλθε γὰρ οὐρανίων νώτων ἀνὴρ μακαρίτης,
Σκῆπτρον ἔχων ἐν χερσὶν, ὅ οἱ θεὸς ἐγγυάλιξεν,
Καὶ πάντων ἐκράτησε καλῶς, πᾶσίν τ' ἀπέδωκε
Τοῖς ἀγαθοῖς τὸν πλοῦτον, ὃν οἱ πρότεροι λάβον ἄνδρες,
Πάσας δ' ἐκ βάθρων εἷλεν πόλις ἐν πυρὶ πολλῷ,
Καὶ δήμους ἔφλεξε βροτῶν τῶν πρόσθε κακούργων.
Καὶ πόλιν, ἣν ἐπόθησε θεὸς, ταύτην ἐποίησε
Φαιδροτέραν, ἄστρων τε καὶ ἡλίου, ἠδὲ σελήνης.
Καὶ κόσμον κατέθηκ', ἅγιόν τε ναὸν ἐποίησεν,
Ἔνσαρκον, καλὸν, περικαλλέα, ἠδὲ ἔπλασε
Πολλοῖς ἐν σταδίοισι μέγαν καὶ ἀπείρονα πύργον,
Αὐτῶν ἁπτόμενον νεφέων, καὶ πᾶσιν ὁρατὸν,
Ὥστε βλέπειν πάντας πιστοὺς, πάντας τε δικαίους,
Δόξαν ἀϊδίου θεοῦ, πεποθημένον εἶδος.
Ἀντολίαι δύσιές τε θεοῦ κλέος ἐξύμνησαν.
Οὐκέτι γὰρ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι τὰ δεινὰ,
Οὐδὲ γαμοκλοπίαι, καὶ παίδων κύπρις ἄθεσμος,
Οὐ φόνος, οὐδὲ κυδοιμὸς, ἔρις δ' ἐν πᾶσι δικαία.
Ὕστατος ἔσθ' ἁγίων καιρὸς, ὅτι αὐτὰ περαίνει
Θεὸς ὑψιβρεμέτης, κτίστης ναοῖο μεγίστου.
Αἲ αἲ σοι Βαβυλὼν χρυσόθρονε, χρυσοπέδιλε,
Πουλυετὴς βασίλεια, μόνη κόσμοιο κρατοῦσα,

A Infauftoque folum bello replebitur ejus:
Inque homines ignis de cæli depluet oris,
Ignis, fanguis, aquæ, fulmen, nox ætheris atra,
Et belli clades, atque in caligine cædes.
Et reges omnes perdet fimul, eximiosque.
Sic belli exitium capiet miferabile finem.
Nec quifquam gladiis aut ferro belligerabit
Poftea, nec telis, quæ deinceps effe nefas eft:
Sed fapiens populus gaudebit pace fuperftes,
Adverfa expertus, lætis ut deinde fruatur.
Matrum cæfores, animos cohibete feroces,
Audacesque manus, qui fœdos inftituiftis
Concubitus olim puerorum: proftibulifque,
Quæ fuerant caftæ, meretrices proftituiftis,
B Flagitiis victas, & fœde follicitatas.
In te nam mater nato commixta fcelefte eft,
Concubuitque fuo genitori filia fponfa.
In te etiam miferum reges os commacularunt,
In te homines pecudum coitum invenere nefandi.
Deplorata file, fcelerata, urbs luxuriofa.
Non jam perpetuo fervatas fomite flammas
Virgineæ invenient in te, diafque puellæ.
Extincta eft ifthic ædes peramabilis olim,
Tum, cum præcipitem flamma fuperante fecundam
Vidi labentem manibus crudelibus ædem,
Ædem perpetuo florentem: numine templum
Auguftum, a fanctis ftructum, femperque futurum
Ipfius ex animo fperatum, & corpore, quippe
C Numen ab obfcura terra non fegniter ornat.
Nec lapides apud hos opifex fabricavit acutus:
Nec faxum mundi cultum eft errore, vel aurum:
Sed magnum patrem cunctorum, quos Deus afflat,
Sacrificando Deum coluere, facrifque litando.
At nunc quidam rex ignobilis atque fceleftus,
Præftantum numero magno comitante virorum
Venit, & hanc proftravit, inextructamque reliquit.
Ipfe immortalem in terram graffatus obivit.
Necdum tale fuit fignum mortalibus ullum,
Ut magnam urbem alii videantur diripuiffe.
Venit enim cæli vir ab alta fede beatus,
In manibus geftans divino munere fceptrum,
Omnes qui pulcre vicit, retulitque bonorum
D Divitias ipfis, quas diripuere priores:
Aque folo cunctas urbes multo eruit igni,
Et dedit in flammas populos hominum ante malorum.
Præcipueque Deo dilectam reddidit urbem,
Et fole & ftellis & luna fplendidiorem.
Illic ornatum pofuit: tum condidit almum
Corporeum pulcrum templum, turrimque fub auras
Multis in ftadiis magnam produxit, & amplam,
Ipfas tangentem nubes, cunctifque videndam:
Omnes ut jufti videant, omnefque fideles,
Splendorem æterni, fpectacula dulcia, patris.
Ortufque occafufque Dei celebravit honores.
Non etenim deinceps mala funt mortalibus ægris,
Furtave coniugii, in puerofve nefanda libido:
E Aut cædes, turbæve: fed eft lis omnibus æqua.
Ultima fanctorum funt tempora: namque ea condit
Altitonans, opifex templi fuper omnia magni.
Eheu te Babylon folium aurea, & aurea plantas,
O regina vetus, quæ mundum fola gubernas,

V. 387. Ἐμπορίζετ'] Forte εὑρίσκετ'. Opsop. —— Leg. ἐπορίζετε. Anon. Lond.

V. 395. Τὴν τῆς] Forte τὸ τῆς. Opsop.

V. 396. Εὑρήσουσιν] Mallem ὠρήσουσιν, *cuftodient*, quam εὑρήσουσιν, *invenient*. Loquitur enim de Veftalibus virginibus, quibus ignis perpetui cuftodia commiffa erat. Id. —— De hoc loco, præter Gallæum in *Differtatt.* & Blondellum lib. 2. cap. 5. agit Fabricius *Bibl. Gr.* tom. 1. p. 209. cui videtur accipiendus non de templo fecundo Veftæ, Commodi Imp. temporibus exufto, ut aliis eruditis placet; fed potius de templo Hierofolymitano quod Vefpafianus delevit. Id autem colligit ex feq. v. 406. ubi auctor ait in eo non culta effe idola;

Ἀλλὰ μέγαν γενετῆρα θεῶν πάντων θεοπνεύστων.

V. 404. Ποίησε] Scribe ποίησε: quod aoriſton eft, detracto augmento. Opsop.

V. 420. Καὶ πόλιν κ.τ.λ.] Laudat hos duos verfus Lactantius lib. 7. cap. 24.

Καὶ πόλιν ἣν ἐποίησε θεὸς, αὐτὴν ἐποίησε
Λαμπροτέραν ἄστρων τε, καὶ ἡλίου, ἠδὲ σελήνης. Id.

V. 430. Οὐδὲ γαμ.] Verfus fimilis primo Phocylidis:

Μήτε γαμοκλοπέειν, μήτ' ἄρσενα κύπριν ὀρίνειν. Id.

V. 431. Ἔρις] In bonam partem fumitur, ut apud Hefiodum: ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν. Id.

V. 435. Πουλυετὴς κ.τ.λ.] Similem verfum de Memphi pronuntiatum reperies fupra v. 186. hoc ipfo in libro.

Η τὸ πάλαι μεγάλη καὶ πάμπολις, οὐκ ἔτι κείσῃ
De proprio castis manibus largire labore:
Oppressum recrea: fessi solare labores.
Hæc a te detur viventi victima vivens,
Sparge pie semen, Dominus tibi donet ut ista:
Æternos fructus, æternum lumen habebis,
Vitam incorruptam, cum cunctos arguet igne.
Omnia nam purgans, molem convertet in unam.
Cælum convolvet, telluris operta recludet.
Manes in vitam (fatorum lege soluta,
Et lethi stimulis) ad judiciumque vocabit,
Judicet ut tandem mores pravosque piosque.
B Ariete tunc aries, pastor pastore propinquo,
Et vitulus vitulo admoto censebitur illic:
Quosque sibi nimium fastum sumsisse patebit,
Et qui cuilibet os obstruxere imperiosi,
Et sibi de sanctis vires peperere subactis,
Ex paribusque ipsos fecerunt inferiores,
Et studii lucro ducti jussere silere:
Tunc inquam cedent omnes fidisque probisque.
Non jam jurgia erunt, non jam dicetur, Erit cras,
Aut transivit heri: nec erunt quos crebra fatigat
Cura dies: non ver, æstas, autumnus hyemsve,
Ortusve, occasusve. Dies nam longa manebit.
In sæcula lucis magnæ desiderabitur
Christus Jesus sæclorum *
C Æternus, numquam genitus, plane intemeratus,
Ignitas cæli cohibet qui viribus auras:
Fulminis & sonitum sævo fulgore coercet,
Horrendos tonitrus mollit, pacatque fragores;
Terram convolvens, stridores comprimit †
Fulguris obtundit percussus igne micantes,
Imbris & immodicos fluxus, & grandinis albæ,
Et nubis gelidæ jactus, hyemisque solutæ.
Singula namque ipsi conjectant mente, videntur
Quæ tibi, quæque tuo nato annuis ipse patranda:
Qui tibi & unanimis, & par, res ante creatas,
Humanæ judex vitæ, sociusque creator.
Ad quem oris prima tu dulci voce locutus:
Condamus hominem proprium, nostræque figuræ
Persimilem, atque auram vitalem demus habere.
D Cui vel mortali totus famulabitur orbis,
Et ficto ex terra nos omnia subjiciemus.
Hæc tu mente tua sic verbo fatus, & ecce
Omnia facta: tibi parent elementa jubenti
Omnia protinus, & rerum natura perennis
Est cum figmento mortali condita rite;
Cælum, aer, ignis, tellus, fluctusque marini,
Sol, luna, astrorumque chorus, montesque, diesque,
Nox, flatus, somnus, vigilantia, visque volendi,
Vita, intellectus, voces, & robur, & artes, (tum,
Atque immansuetum volucrum genus, atque natan-
Mansuetum, bigenus serpentumque, ancipitumque.
Omnia namque tibi certo ordine disposuisti,

V. 404. Καὶ διψ.] Idem argumentum pertractatur superius, lib. II. v. 83. seqq. Opsop.

V. 410. Πάντας ἐλ.] Reg. cod. πάντα ἐλ. Sequens autem versus non absimilis est alii supra lib. II. v. 206. & lib. III. v. 19. Id.

V. 411. Χων.] Huic pæne similem habes superius lib. III. v. 25.

V. 412. Οὐρανὸν κ. τ. λ.] Hos quatuor versus parum diversos a nostris recitat Lactantius lib. 7. cap. 20. Opsop. — Εἱλίξει — ἀνοίξει] Apud Lactantium legebat Aldus εἱλίξας, ex interpr. Græc. Sic & Opsopœus; cujus tamen vetus codex εἱλίξω præbebat. At recentes editiones exhibent εἱλίξων — ἀνοίξω.

V. 413. Ἀναστήσει νέκυας — καταλύσας] Lactant. ἀναστήσω νεκροὺς — ἀναλύσας. Et in v. seq. ἄξω pro ἥξει.

V. 420. Τοὺς ὁσίους] Reg. cod. τοὺς ὁσίως. Sic supra lib. II. v. 51. τοῖς ὁσίως ζῶσιν. Opsop.

V. 423. Ἐρεῖς] Vide num scribendum sit ἐρεῖ, ut est supra lib. II. v. 325. ubi etiam sequentia carmina reperies. Id. — Similia occurrunt insuper lib. III. v. 27. seq.

V. 429. Ἀγέννητος] Reg. cod. αὐτογέννητος. Vel igitur deme alterum ν, vel scribe αὐτογενής. Vide Lactantium lib. I. cap. 7. Opsop. — En verba Lactantii l. c. *Deus ab Apolline αὐτοφυὴς, a Sibylla αὐτογενὴς & ἀγέννητος, & ἀποίητος nominatur*. Conferenda quæ adnotabamus superius ad Theophili prooemium, v. 17.


V. 430. Οὐράνιος] Vetus editio & scripti codices referunt, οὐρανοῦχος. Opsop.

V. 435. Ἠρακινῆς] Hanc lectionem lectori relinquo. Reg. cod. habet, ἐριχινῆς ὁ χαλάζης. Id.

V. 439. Σῷ παιδὶ κ. τ. λ.] Versus justo major est. Amputandum videtur σῷ παιδὶ. Et sine dubio hæc & sequentia notha sunt. Id.

V. 447. Πείθεται] Forte πείθετο. Id.

V. 455. Σοι συντ.] Reg. cod. (& ms. Gallæi) σὺ συντ. Et statim non male scriberetur ὑπ' ἀνάγκῃ, aut fortasse ὑπ' ἀγωγῇ. Id.



Κὐ βραχὺς ἐλθὼν παρθένε ἐκ Μαϱίας λαγόνων τε, A
Ἐξανέτειλε νέον φῶς *
Οὐρανόθεν δὲ μολὼν, βροτέlω ἐνεδύσατο μορφlὼ.
Πρῶτα μὲν οὖν Γαβϱιὴλ σθεναρὸν δέμας ἁγνὸν ἐδείχθη·
Δεύτερα ϗ̀ κούρlω αὐτάγγελος ἔννεπε φωνῇ·
Δέξαι ἀχράντοισι θεὸν σοῖς παρθένε κόλποις.
Ὣς εἰπὼν, ἔμπνευσε θεὸς χάϱιν, ἡ δ' αἰεὶ κούρη,
Τlὼ ἄρα τάρβος ὁμοῦ, θάμβος θ' ἕλεν ἐξαΐουσαν.
Στῆ δ' ἄρ' ὑποτρομέουσα, νέος δέ οἱ ἐπτοίητο
Παλλομένης κραδίης, ὑπ' ἀγνώστοισιν ἀκουαῖς.
Αὖθις δ' εὐφράνθη καὶ ἰάνθη κέαρ αὐδῇ,
Κουϱίδιον δ' ἐγέλασσεν, ἐlὼ δ' ἐρύθlωε παρειlὼ,
Χάρματι τερπομένη, ϗ̀ θελγομένη φρένα αἰδοῖ.
Καί οἱ θάρσος ἐπῆλθεν, ἔπος δ' εἰσέπτατο νηδύν, B
Σαρκωθὲν δὲ χρόνῳ, ϗ̀ γαστέϱι ζωογονηθὲν,
Ἐπλάσθη βροτέlω ἰδέlω, ϗ̀ κοῦρος ἐτύχθη
Παρθενικοῖς τοκετοῖς. τόδε γὰρ μέγα θαῦμα βροτοῖσιν.
Ἀλλ' οὐδὲν μέγα θαῦμα θεῷ πατεὶ, ϗ̀ θεῷ υἱῷ.
Τικτόμενον δὲ βρέφος, πᾶσα δ' ἔφθατο γηθοσύνῃ χθὼν,
Οὐράνιος δ' ἐγέλασσε θρόνος, ϗ̀ ἀγάλλετο κόσμος:
Καινοφανὴς δὲ μάγοισι σεβάσθη θέσφατος ἀστήρ.
Σπαργανωθὲν δὲ βρέφος, δείχθη θεοπειθέσι φάτνῃ.
Καὶ λόγου ἡ Βηθλεὲμ πατϱὶς θεόκλητος ἐλέχθη,
Βουτελάταις τε ϗ̀ αἰγονόμοις ϗ̀ ποιμέσιν ἀρνῶν.
* *
Ἐν κραδίῃ τε ταπεινόφροσιν πικρὰ τέρματα μισεῖν, C
Καὶ πάντων ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὥς περ ἑαυτὸν,
Καὶ θεὸν ἐκ ψυχῆς φιλέειν, αὐτῷ δὲ λατρεύειν.
Τοὔνεκ' ἄρ ἡμεῖς ϗ̀ ὁσίης Χϱιστοῖο γενέθλης
Οὐρανίης πεφυῶτες, ἐπικλεόμεσθα σωίσιμοι,
Μνηστὴν εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκείlω κατέχοντες,
Εὐσεβίης τε ϗ̀ ἀτρεκείης βαίνοντες ἀτραπούς.
Οὐδέ ποτε πρὸς νηῶν ἀδύτοισιν ἐώμεσθα πελάζειν,
Οὐ ξοάνοισι σπένδειν, οὔτ' εὐχωλῇσι γεραίρειν,
Οὐδ' ὀδμαῖς ἀνθῶν πολυτερπέσιν, οὐδὲ μὴ αὐγαῖς
Λαμπτήρων, αὐτὰρ οὐδ' ἄρα τοῖς ἀναθήμασι κοσμεῖν,
Οὐ λιβάνου ἀτμοῖσιν ἀνιεῖσιν φλόγα βωμὸν,
Οὐδ' ἐπὶ ταυροθύτοις μηλοσφαγίας μετὰ λώβης
Λυτροχαρεῖς πέμπειν, χθονίας αἰνίγματα ποινῆς, D
Οὐδ' ἀπὸ ὀχοβόροιο πυρῆς κνισσώδει καπνῷ,
Καὶ μιαραῖς πνοῇσι μιαίνειν αἰθέρος αὐγlὼ.
Ἀλλ' ἁγναῖς πραπίδεσσι γεγηθότας εὔφρονι θυμῷ,
Ἀφνείαις τ' ἀγάπῃσι, ϗ̀ εὐδώροις παλάμῃσι,
Μειλιχίοις ψαλμοῖσι, θεοπρεπέεσσί τε μολπαῖς
Ἄφθιτον ἐξυμνεῖν σε ϗ̀ ἀψευστον κελόμεσθα,
Παγγενετῆρα θεὸν, πινυτόφρονα *

A Temporibusque petit postremis terram †
Et brevis egressus Mariæ de virginis alvo
Exorta est nova lux *
E cælo veniens mortales induit artus.
Ac primum corpus Gabriel ostendit honestum
Nuntius: hinc tali affatur sermone puellam:
Accipe virgo Deum gremio intemerata pudico.
Sic ait: ast illam cælestis gratia molli
Leniit afflatu. Tum virginitatis amatrix
Perpetuæ, magno subito correpta stupore
Atque metu, trepida pressit formidine mentem,
Ignotis verbis commoto corde tremiscens.
Hinc ut lætificis mens est creata loquelis.
Erubuit malas ridens puerile venustas,
B Lætitia, dulcique animum demulsa pudore.
Tunc ad se rediit, Verbumque volavit in alvum,
Idque suo factum atque animatum tempore corpus
Mortali facie cretum est. Puer inde creatus
Virgineo partu. Mira est mortalibus hæc res:
Sed res nulla Deo patri natoque stupenda.
Hoc puero nato properavit gaudia tellus,
Cælestis risit sedes, & gestiit orbis:
Divinamque Magi stellam coluere recentem.
Monstratusque Dei præcepta sequentibus infans
Est in præsepi, quem fascia circuit, estque
Dicta Logi Bethlem divino patria nutu
Caprarum atque ovium custodibus, atque bubulcis.
* *
C Et tumidos fastus animis odisse modestis,
Atque alios prorsum ceu semet amare, Deumque
Diligere ex animo cum relligione colendo.
Nos igitur sancta Christi de stirpe creati
Cælesti, nomen retinemus proximitatis,
Lætitiæ memorem servantes relligionem,
Pietatis & veritatis calcantes semitas.
Numquam ad templorum penetralia permittamur accedere.
Neque sculptilibus libare, nec precibus honorare,
Nec odoribus florum multum-suavibus, nec fulgoribus
Lampadum, sed nec donariis ornare,
Nec thuris vaporibus emittentibus flammam, aram,
Nec cum tauris-sacrificatis oves-mactatas cum dedecore
D De redemtione-læti mittere, terrestris indicia pœnæ
Neque de rami-voracis rogi nidorifero fumo,
Et impuris flatibus inquinare ætheris lucem.
Sed sacris pectoribus lætantes hilari animo,
Diviteque caritate, & liberalibus palmis,
Suavibus psalmis, deo-convenientibusque cantibus
Immortalem celebrare te & veracem jubemur,
Omnium-genitorem Deum, sapientem. *

V. 461. Αὐτάγγελος] Reg. cod. ἀρχάγγελος. Item versu prox. σέξῃ pro δέξαι. Id.

V. 479. Καὶ λόγου] Castalio rationem reddit suæ versionis his verbis: „ Λόγος sermonem & rationem declarat, „ sive consilium quoddam, & prudentiam ac mentem, per „ quam Deus agat; sicut homines sermone & ratione „ agunt: cujus verbi vis quoniam Latine uno verbo satis „ exprimi non potest, usus sum Græco. *Bethlehem* autem „ Hebræis *domus panis* significat: quo in oppido natus „ est ille conditor, altor, servator, Dei filius, JESUS „ CHRISTUS, Deus, summis laudibus celebrandus in sempiternum. „ Id.

V. 482. Πάντων] Forte πάντως. Id.

V. 486. Μνηστὴν κ. τ. λ.] In reg. cod. ita scriptus exstat hic versus:

Μνηστὴν εὐφροσύνης ἐπὶ θρησκείῃσιν ἔχοντες.


Cui subjungebantur sequentes quindecim sine ullo interstitio. Id.

V. 487. Ἀτραπούς] Legit Anon. Lond. ἀταρπούς.

V. 488. Οὐδέ ποτε] Versus constabit, si οὔποτε legamus: ut & in sequenti 491. si αὐτάρ. Opsop.

V. 496. Πνοῇσι] Et hic constabit, si πνοῇσι scribamus. Id.

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
136.



APPENDIX
AD
ORACULA SIBYLLINA,

EX PALÆOGRAPHIÆ GRÆCÆ
V. CL. D. BERNARDI DE MONTFAUCON,
Lib. III. Cap. VII. p. 243. ſeqq.

SEU

COLLECTIO TEXTUUM GRÆCORUM,

Quos e Libris Sibyllinis aliisque hujuscemodi monumentis recitat LACTANTIUS

In *Divinarum Inſtitutionum* Libris vii.

****

EXSCRIPTORE ET INTERPRETE

SEDULIO SCOTTO.

Orpheus dicit.

A Πρωτόγονος Φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός.
Ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον· ὁ δὲ θεὸς εἷς.
Ὁ δὲ εἷς ὀνόματος ϗ̓ προσδέομαι· ἔστι γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος.

Principio genitus Phaeton longo aere natus.
Qui & Phanes i. apparens. (ſic)
Condidit immortalibus domum incorruptibilem. Deus autem unus: unus nominis non eget: eſt enim qui ſine nomine eſt.

* Σιὼς Deos, non Θεὼς: & conſilium, non βυλὼ, ſed βυλίαν appellabant. *Sedul.*

Sibylla.

Εἷς Θεὸς ὁ μόνος, ἄχει ὑπερμεγέθης, ἀγένητος.
Ἀλλὰ Θεὸς μόνος, εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.
Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθε, ἡγήτορα κόσμου. B
Ὃς μόνος εἰς αἰῶνα, καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη.

Μόνος γὰρ θεός εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι θεὸς ἄλλος.

Unus Deus, qui ſolus eſt, uſque ampliſſimus, increatus.
Sed Deus ſolus, unus eminentiſſimus, qui fecit
Cælum, ſolemque & ſtellas & lunam,
Frugiferam terramque, & aquæ tumores ponti.
Ipſum, qui ſolus eſt, colite, principem & creatorem mundi;
Qui ſolus eſt in ſæculum & a ſæculo factus permanet.

Solus enim Deus ſum, & non eſt Deus alter.

Verſ. 1. Πρωτόγονος κ. τ. λ.] Quæ exſtant omnia in hac Appendice, *Sedulius* interpres e Lactantio exſcripſit. Hunc itaque primum verſum reperies lib. I. *divin. Inſtit.* cap. v.

— *Qui & Phanes*, id eſt, *apparens*] Lactantius l. c. hæc habet: *Orpheus — Deum verum & magnum πρωτόγονον appellat; quod ante ipſum nihil ſit genitum, ſed ab ipſo ſint cuncta generata. Eumdem etiam φάνητα nominat; quod, quum adhuc nihil eſſet, primus ex infinito apparuerit & exſtiterit.* Vide Athenag. *Legat. pro Chriſt.* cap. xx. ubi ex Orpheo item de Phanete auctor verba facit: unde forte quæ heic habet Lactantius, hauſit.

V. 2. Ἔκτισεν — ἄφθιτον] Hæc Lactantius ibid. paucis interjectis.

— Ὁ δὲ θεὸς εἷς. κ. τ. λ.] Iſta vero lib. I. cap. vi. Quæ quidem Lactantius Mercurio Triſmegiſto adſcribit, non Orpheo; cui tamen hæc tribuere videtur Sedulius.

— Σιὼς — βυλίαν appell.] Qui notam *Sedul.* his ſubjecit in exemplari Montfauconiano, cenſuit iſta Sedulii eſſe: ſed Lactantiana ſunt omnia. Sic enim legimus lib. 1. cap. vi. *Σιὼς enim deos, non θεὼς; & conſilium non βυλὴν, ſed βυλὴν appellabant Æolico genere ſermonis.* Ita quidem in hodierno Lactantio. Editio tamen Veneta 1493. exhibet βυλίαν, ut heic Sedulius. Cui concinit verſio ms. Goth. apud Bunemannum, *ſed Bulean.* Hinc immerito arguit Lactantium Salmaſius ad Solinum p. 56. quod βυλὴν dixerit, quum βυλὴ nullo modo ſit Græcum.

V. 4. Εἷς θεὸς ὁ μόν.] Hos quatuor verſus recitat Lactantius lib. 1. cap. vi. quorum primus legitur in *Theophili* procemio ad *Sibyllina* v. 7. Tres vero ſeqq. ibid. v. 38. Repetuntur item in procemio ad lib. 1. *Sibyllinorum* v. 1. ſeqq. Ubi confer, ſi placet, adnotata.

V. 8. Αὐτὸν κ. τ. λ.] Qui ſequuntur duo verſus, exſtant apud Lactant. l. c. nec non in *Theophili* procemio v. 15. ſeq.

V. 10. Μόνος γὰρ θ.] Hic autem paullulum immutatus, apud Lactant. ibid. atque inter *Sibyllina* lib. III. vv. 567. 697. & lib. viii. v. 376.

APOLLO dicit;

Αὐτοφυὴς, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀστυφέλικτος.
Ὄνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον, ἔμπυρος αἰών.
Τοῦτο θεός· μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς.
Πάνσοφε, παντοδίδακτε, πολύστροφε, κλῦθι δαῖμον.
Ἁρμονίη κόσμου, φαεσφόρε, πάνσοφε δαῖμον.
Δαίμονες οἱ φοιτῶσι περὶ χθόνα, καὶ περὶ πόντον,
Ἀκαμάτου δάμνονται ὑπὸ μάστιγος θεοῦ.
Αὐτοφυὴς, αὐτογενὴς, ἀγέννητος, ἀποίητος.

A Ex se ortus, indoctus (*i. nullo doctore usus*,) sine matre, inexpugnabilis.
Nomen nec verbo capiendum, igneum sæculum.
Hoc Deus: modica autem Dei portio Angeli nos.
Omnia sapiens, omnia docte, qui per multa verteris, exaudi dæmon.
Coaptatio mundifera totius, omnia sapiens dæmon.
Dæmones, qui pergunt circa terram & circa pontum,
Infessi domantur sub verbere Dei.
Ex se ortus, ex se genitus, non creatus, non factus.

SIBYLLA.

Οὐ δύναται ἀνδρὸς ἐκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς πετυπωμένος εἶναι.
Δαίμονας ἀψύχους, νεκύων εἴδωλα καμόντων,
Ὧν Κρήτη καύχημα, τάφους ἡ δύσμορος ἕξει.

B Non potest viri ex feminibus & matrice Deus formatus esse.
Dæmones inanimes, cadaverum simulacra mortuorum.
Quorum Creta præ se feret sepulcra male peritura.

ORPHEUS.

Πρῶτός τις μὲν ἄναξεν ἐπιχθονίων Κρόνος ἀνδρῶν.
Ἐκ δὲ Κρόνου γενετὸς αὐτὸς ἄναξ ὠρύωπα Ζάς.

Primus quidem regnavit in terra Saturnus virorum,
Ex Saturno genitus ipse rex magnus omnia prospectans Jupiter.

Ζεὺς vel Ζὴν, id est, Jupiter, quod fratribus jam occisis supervixerit. *Sedul.*

SIBYLLA.

Ἑλλὰς δὲ τί πέποιθας ἐπ' ἀνδράσιν εἶναι ἡγεμόνες;
Τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοισι πορίζεις;
Θύεις εἰδώλοις, τίς σε πλάνον ἐν φρεσὶ θῆκεν,

Græcia autem quid confidis in viris esse rectores?
Cur autem dona inania mortuis adfers?
Hostias idolis celebras: quis tibi errorem in mente posuit;

V. 11. Αὐτοφυὴς κ. τ. λ.] Sequentes tres refert Lactantius lib. I. cap. VII. Occurrunt item inter *Oracula vetera* ab Opsopœo collecta, num. IV. ubi tribuuntur *Apollini Clario in Colophone*. De cujus oraculis vide sis Eugubinum *de perenni Philos.* lib. 3. cap. 16.

— Ἀστυφέλικτος] Ita Callimachus *Hymn. in Delum* v. 26. Θεὸς δ' αἰεὶ ἀστυφέλικτος. Quam vocem egregie illustrat Spanhemius p. 345. Ipse Lactantius lib. VI. cap. XXV. *Ut idem* (Deus) *sit semper & stabilis & immutabilis &* INCONCUSSUS. Hæc Bunemannus ad Lactant. heic.

V. 12. Ὄνομα — ἔμπυρος αἰών] Legendum videtur ὄνομα — ἐν πυρὶ ναίων, *in igne habitans*. Sic editi Lactantii. Mox ibid. τοῦτο θεός.

V. 14. Πάνσ. — πολύστροφε κλῦθι] Hæc habet Lactantius lib. I. cap. VII. apud quem nunc legimus ἑνολοίστροφε κέκλυθι. Sedulii tamen lectionem πολύστροφε exhibet quoque codex Goth. apud Heusingerum in *Emendatt.* lib. 1. cap. 1. p. 9. licet ejus interpres reddat, *qui per cuncta versaris*, quod est ἑνολοίστροφε. Aliter in suo Lactantio Le Brunius, quem consule sis: neque Bunemannum omittas velim. Ceterum hic versus cum tribus seqq. *Apollini* ἀνωνύμῳ tribuitur in *Orac. vet.* num. VIII.

V. 15. Ἁρμ. κόσμου — πάνσοφε] Apud Lactant. l. c. ubi tamen nunc legimus, κόσμοιο — καὶ σοφὲ pro πάνσοφε. Vide l. c. Heusingerum. Hanc autem interpretationem margini adjecit Cl. Montfauconus: *Concentus mundi, Lucifer omni-sapiens dæmon*.

V. 16. Οἱ φοιτ.] Leg. οἳ φοιτ. Et v. seq. ἀκάματοι, δάμνανται: *pergunt* — *indefessi*, *domantur* &c. ut apud Lactantium. Sicque legisse videtur Sedulius. Mox ibid. ὑπαὶ μάστιγι θεοῖο.

V. 18. Αὐτοφυὴς κ. τ. λ.] Hæc item Lactantius, qui l. c. sic scribit: *Ideoque* (Deus) *ab Apolline* αὐτοφυὴς, *a Sibylla* αὐτογενὴς *&* ἀγέννητος *&* ἀποίητος *nominatur*. Minus recte igitur omnia ista Sedulius Apollini adscribit. Quem in locum videat lector quæ superius ad *v.* 17. procemii Theophili adnotantur.

V. 19. Οὐ δύναται κ. τ. λ.] Refert ista Lactantius lib. I. cap. VIII. apud quem ita distinguuntur:

—————— οὐ δύνατ' ἀνδρὸς
Ἐκ μηρῶν μήτράς τε θεὸς τετυπωμένος εἶναι.

Eadem leguntur superius in Theophili procemio v. 36. seq.

V. 20. Δαίμον.] Sequentes duos versus exhibet Lactantius lib. I. cap. XI. exstantque inter *Sibyllina* lib. VIII. v. 45. Utrobique autem pro ἕξει legitur ἴσχει.

V. 22. Πρῶτός τις] Hæc habes apud Lactantium lib. I. cap. XIII. ubi legitur:

Πρώτιστος μὲν ἄναξ ἐκ ἐπιχ.

Mendose sane. Quis enim ferat ἐκ ἐπιχ. pro ἐξ? Recte apud Sedulium ἄναξεν pro ἤναξεν: qui & legisse videtur πρώτιστος pro πρῶτός τις. Ceterum præcedentium Lactantii editionum mendum sustulit Le Brunius in novissima Parisiensi, ubi legimus ἄνασσεν ἐπιχ. Ita quoque locum postea restituit Heusingerus l. c. p. 15. ex Aldina Græcorum interpretatione, quæ extremis ejus exemplaribus hæret.

V. 23. Γενετὸς — ἄναξ ὠρ. Apud Lactantium sic: γένετ' αὐτὸς ἄναξ μέγας ὠρ. Videtur autem heic excidisse vox μέγας: eam enim legit interpres.


— Ζὰς vel Ζὴν] Non Sedulii, ut heic adstruitur, sed Lactantii sunt ista. Sic enim ipse lib. I. cap. XI. Ζὰς vel Ζὴν *appellatus est* (Jupiter) — *quod primus ex liberis Saturni maribus vixerit*.

V. 25. Ἑλλὰς κ. τ. λ.] Occurrunt quatuor sequentes versus apud Lactantium lib. I. cap. XV. eosque habemus item in *Sibyllinis* lib. III. v. 483. seqq. Utrobique tamen paullo aliter diversi. Heic autem apud Lactantium nunc legimus, ἐπ' ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι, ut in *Sibyllin.*

V. 26. Τί δὲ δῶρα] Lactantius, πρὸς τί δὲ δῶρα. E Sedulii codice præpositio excidisse videtur, quam metri ratio requirit. Reliqua *Sibyllinis* omnino respondent. Locum consulas velim. Hinc proinde corrigendus Lactantius vulgatus.

V. 27. Τίς σε] Lactant. & *Sibyll.* τίς τοι. Novissima vero edit. Paris. τίς σοι. Cetera gemina sunt cum *Sibyll.* eaque rite restituit suo Lactantio Le Brunius: sic enim legebat quoque Sedulius. Al. πλάνην βάλεν ἐν νῷ.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 136.



Τῶντα θέλειν προλιπόντα θεοῖο μεγάλοιο πρόσωπον; A

Ut hæc velis, derelicta Dei magni facie?

Erichthonius dictus est ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονός: id est, ex certamine & terra. *Sedul.*

APOLLO.

Καὶ κεφαλὰς ἀΐδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Et capita Diti, & Patri mittite lumina, *vel* faces.

Ἄνθρωπον, id est, hominem, Græci appellant, quod sursum spectet. *Sedul.*

SIBYLLA.

Εἰκὼν ἐπεὶ ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.
Ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτιστής, ἀκράτητος ὑπάρχων.
Αὐτὸς δ᾽ ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε.
Αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο.

Quoniam homo imago mea rationem rectam habens.
Qui solus est Deus conditor, creator, liber.
Ipse autem firmavit vultum formæ hominumque.
Ipse miscuit naturam hominum in propaginem vitæ.

Οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε,
Ζωὴν κληρονομοῦσι τοῦ αἰῶνος χρόνον αὐτοί.
Οἰκοῦντες παράδεισον ὁμοίως ἐριθήλεα κῆπον. B
Ἄνθρωπον πλασθέντα θεοῦ παλάμαις ἔτεσιν, ὃν καὶ πλάνησεν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀνελθεῖν τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ.

Qui autem Deum honorant verum æternumque,
Vitam hereditario jure possident, sæculi tempus ipsi.
Habitantes paradisum simul amœnissimum hortum.
Hominem fictum Dei manibus in annos: quem etiam seduxit vipera dolose, in fatum adscendere mortis, notionemque accipere boni & mali.

HESIODUS dicit:

Τοὶ μὲν δαίμονές εἰσιν διὸς μεγάλου διὰ βουλάς,
Ἐσθλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Hi quidem dæmones sunt, Jovis magni propter voluntatem:
Boni terrestris custodes, mortalium hominum.

MERCURIUS.

Μία φυλακὴ εὐσέβεια· εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου, οὔτε δαίμων κακός, οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ. Θεὸς γὰρ ῥύσεται τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ. τὸ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν, εὐσέβεια. ἡ γὰρ εὐσέβεια γνῶσίς ἐστι τοῦ Θεοῦ. C

Una custodia pietas: pium enim hominem nec dæmon malum, nec fatum tenet. Deus enim liberat pium ab omni malo. Quod enim unum & solum in hominibus est bonum, pietas: pietas enim scientia est Dei.

SIBYLLA.

Ἐπεὶ πλάνα πάντα ταῦτά ἐστιν, ἅπερ ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσιν κατὰ ἦμαρ.

Quia errores omnia hæc sunt, quæ stulti viri scrutantur secundum cor (l. *quotidie*.)

V. 28. Θέλειν — θεοῖο] Hunc item versum restituit Le Brunius, nisi quod heic cum *Sibyllin.* legit τελεῖν — θεοῦ. Al.

Ὥς τέ σε τάδε ποιεῖν μεγάλοιο θεοῖο προσώπου
Λειπομένου.

— *Erichthonius* &c.] Hæc item non Sedulio, sed Lactantio asserenda, cujus hæc sunt verba lib. I. cap. XVII. *Id illi* (Erichthonio) *nomen impositum ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς, id est ex certamine atque humo.*

V. 29. Ἀΐδῃ] Legitur hic versus apud Lactantium lib. I. cap. XXI. Hanc autem lectionem ἀΐδῃ quam exhibet etiam ms. Goth. apud Heusingerum l. c. p. 21. restituit suo Lactantio Le Brunius: licet alii editi præferant Κρονίδῃ; sicque legendum contendunt Bunemannus heic, & Gronovius ad Macrobii *Saturnal.* lib. 1. cap. 7. Agnoscunt etiam Κρονίδῃ Dionysius Halic. *Antiq. Rom.* lib. 1. pag. 16. Suidas & Stephanus in Ἀβοριγῖνες. E quibus scriptoribus desumtum hoc oraculum, Jovi Dodonæo tributum, exstat inter *Orac. vet.* Opsopœi num. I. Hinc minus recte istud Apollini adscribitur apud nostrum Sedulium, tacente in primis Lactantio.

— Ἄνθρωπον] Ista quoque, non Sedulii, sed Lactantii sunt lib. II. cap. 1. *Hinc utique*, inquit, ἄνθρωπον *Græci appellarunt quod sursum spectet*. Qua de re plura ex Patribus Svicerus in *Thes. Eccl.* v. ἄνθρωπος, tom. I. p. 350.

V. 30. Ἐπεὶ ἄνθ.] Recitat hunc versum Lactant. lib. II. cap. X. ubi pro ἐπεὶ recte legitur ἔστ᾽ ἄνθ. Sic & in *Sibyllin.* lib. VIII. v. 401.

V. 31. Ὃς μόν.] Tres sequentes apud Lactant. reperies lib. II. cap. XII. & in *Sibyllin.* lib. 1. v. 5. seqq. licet secundus & tertii acrostichium aliter efferatur, ut ibi adnotatum.

V. 34. Οἱ δὲ κ. τ. λ.] Tres item sequentes exhibet ibidem Lactantius cap. XIII. exstantque in Theophili prœmio ad *Sibyllina* v. 81. seqq. quo lectorem remittimus. Ad quem locum Lactantianum hæc habet Heusingerus *Emendatt.* lib. 1. cap. 2. p. 37. *Versu 1. Sibyllæ inscite omnes fere editores scripserunt ἀένναον, quum pes choriambus requiratur. Solus Aldus in interpr. Græcorum recte ἀέναον, simplici ν, ut apud alios quoque poetas.*

V. 37. Ἄνθρωπον κ. τ. λ.] Apud Lactantium l. c. hæc ita distinguuntur in noviss. edit. Paris.

Ἄνθρωπον πλασθέντα θεοῦ παλάμαις ἐνὶ αὐταῖς
Ὃν κε πλάνησεν ὄφις δολίως, ἐπὶ μοῖραν ἀνελθεῖν
Τοῦ θανάτου, γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.

Sic ferme quoque in *Sibyllin.* lib. VIII. v. 260. Hinc videas quid variet, quidve desit heic.

V. 40. Τοὶ μὲν δαίμ.] Exstant hi duo versus apud Lactant. lib. II. cap. XIV. ubi quidem in priore legitur, οἱ μὲν δαίμ. in posteriore vero:

Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.
Boni, in terris versantes, custodes mortalium hominum.

Adi Hesiodum *Oper. & Dier.* lib. I. v. 122.

— 42. Μία φυλ.] Hæc Lactantius lib. II. cap. XV. apud quem θεὸς γὰρ ῥύεται, non ῥύσεται: sicque legisse videtur noster Sedulius. Hæc autem Lactantium descripsisse ex Hermetis *Poemandro*, lib. seu cap. XV. περὶ αἰσθήσεως καὶ νοήσεως, πρὸς τὸν Ἀσκλήπιον, monet Fabricius *Bibl. Gr.* tom. I. p. 53.


— 44. Ἡ γὰρ εὐσέβ.] Hæc autem paullo post Lactantius l. c. sic inquiens: *Quid sit εὐσέβεια, alio loco his verbis testatur* (Hermes) *dicens: ἡ γὰρ εὐσέβεια γνῶσίς ἐστι τοῦ θεοῦ*. Desumsit ea scilicet ex *Poemandri* cap. IX. Quæ ipsemet Lactantius ita vertit lib. V. cap. XV. *Pietas nihil aliud est quam Dei notio; sicut Trismegistus verissime definivit, ut alio loco diximus*. Et lib. III. cap. IX. *Pietas nihil aliud est quam Dei parentis agnitio.*

V. 45. Ἐπεὶ πλάν.] Lactant. lib. II. cap. XVII. sic legit distinguitque:

——— Ἐπεὶ πλάνα πάντα τάδ᾽ ἐστὶν,
Ἅπερ ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσι κατ᾽ ἦμαρ.

Exstant inter *Sibyllin.* lib. III. v. 166.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.



HERMES, qui & MERCURIUS & TRISMEGISTUS, dicit:

Ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων ποιητὴς, ὃν θεὸν καλεῖν A νενομίκαμεν. ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ αἰσθητόν. αἰσθητὸν δέ φημι, οὐ διὰ τοῦτο αἰσθέσθαι αὐτόν. περὶ γὰρ τούτου, μὴ πότερον αἴσθεται· ἀλλὰ ὅτι εἰς αἴσθησιν ὑποπέμπει καὶ νοῦν.

Ὅτι οὖν τοῦτον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἕνα· καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη, καὶ πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν, ἡγίασέν τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον.

Dominus & omnium creator, quem Deum vocare censemus, quia secundum fecit Deum visibilem & sensibilem; sensibilem autem ajo, non quia sentit ipse. De hoc enim non est, utrum ipse sentiat; sed quia in sensus submittit & mentem.

Quoniam ergo eum fecit primum & solum & unum: bonus autem ei visus est, & plenissimus omnium bonorum, sanctificavitque & valde amavit quasi suum filium.

SIBYLLA.

Πάντων τροφὸν, κτιστὴν, ὅστις γλυκὺ πνεῦμα κατέθετο καὶ ἡγήτορα θεῶν πάντων ἐποίησε. Ἄλλον ἔδωκεν θεὸς πιστοῖς ἀνδράσιν γεραίρειν.

Omnium nutritorem, creatorem, qui dulcem spiritum omnibus adposuit, & principem deorum omnium fecit. Alterum dedit Deus fidelibus viris honorare. (*sic*)

Αὐτόν σου γίνωσκε θεὸν, θεοῦ υἱὸν ἐόντα δημιουργὸν, τοῦ θεοῦ σύμβουλον. B

Ipsum tuum cognosce Deum, qui Dei Filius est, Dei consiliarium.

MERCURIUS.

Αἴτιος δὲ τούτου αἰτίου ἡ τοῦ θεαγετοῦ ἀγαθοῦ βούλησις. οὗ τὸ ὄνομα οὐ δύναται ἀνθρωπίνῳ στόματι λαληθῆναι.

Ἔστι γάρ τις, ὦ τέκνον, ἀπόρρητος λόγος σοφίας, ὅσιος, περὶ τοῦ μόνου κυρίου πάντων, καὶ προεννοουμένου θεοῦ, ὃν εἰπεῖν ὑπὲρ ἄνθρωπόν ἐστιν.

Causa autem hujus causæ, quæ Deum provexit, divini boni voluntas. Cujus nomen non potest humano ore dici.

Est enim aliquod, o fili, secretum verbum sapientiæ, sanctum, de solo Domino omnium, &, qui ante mente capitur, Deo, quem dicere supra hominem est.

APOLLO responsum de Christo.

Θνητὸς ἔην κατὰ σάρκα, σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις. C

Ἀλλὰ ὑπὸ Χαλδαίοις δικασπολίεσιν ἁλωκὼς.

Γόμφωσις σκολόπεσι πικρὴν ἀνέπλησε τελευτήν.

Mortali erat corpore, sapiens signis operum & monstris.

Sed sub Chaldæis judicibus comprehensus.

. . . . transfixus amarum recomplevit finem.

SIBYLLA.

Ἀνθήσει δὲ ἄνθος καθαρὸν πάντα λόγῳ πράσσων,

Florescet autem flos purus, omnia verbo agens,

— 46. Ὁ κύριος κ. τ. λ.] Locum istum descripsit Lactantius lib. IV. cap. VI. ex Hermetis *Asclepio*, sive *Dialogo de Deo, de homine & de mundo*, qui olim inscribebatur λόγος τέλειος, ut idem Lactantius testatur heic. Vide sis Fabricium *Bibl. Gr.* tom. I. p. 55.

— 50. Περὶ γὰρ τούτου, μὴ πότ.] Lactant. edit. περὶ γὰρ τούτου, οὐκ ἔστι πότερον αὐτὸς αἴσθοιτο, ἀλλ' ὅτι — καὶ εἰς νοῦν. Ἐπεὶ τοῦτον ἐποίησε κ. τ. λ. Verum Lactant. ms. Goth. πότερον αὐτὸς αἴσθεται. Ubi Heusingerus *Emendatt.* lib. I. cap. 3. p. 61. *Cellarius*, inquit, *hæc interpretatur*, De hoc enim non est notum. *At Apulejus ad Asclep. p.* 80. De hoc enim, an ipse sentiat, an non, alio dicemus tempore. *Hinc colligo, scriptum fuisse* περὶ γὰρ τούτου λόγος οὐκ ἔστι, *de hoc sermo non est.*

V. 55. Πάντων τροφὸν κ. τ. λ.] Lactantius l. c. edit. Le Brunii:

Παντοτρόφον, κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμ' ἐν ἅπασι
Κάτθετο, χ' ἡγητῆρα θεὸν πάντων ἐποίησε.

Exciderunt heic in priore versu ἐν ἅπασι, vel ἅπασι, ut habent alii editi: quæ tamen legit Sedulius. In posteriore vero mendosum κάττετο apud Le Brunium, restituimus κάτθετο: quod verbum integre repræsentat Appendix nostra, κατέθετο, contra metrum. Occurrunt autem hi duo versus in Theophili proœmio ad *Sibyllin.* v. 5. seq.

V. 57. Ἄλλον ἔδωκ.] Lactantius ibid.

Ἀλλ' ὃν ἔδωκε θεὸς πιστοῖς ἀνδράσσι γεραίρειν.

Ex quo Appendix emendanda. Vide sis adnotata ad *Sibyllin.* lib. III. v. 712. qui cum isto geminus est.

V. 58. Αὐτόν σου γίν.] Lactant. ibid. αὐτὸν σὸν γίν. Ubi tamen Heusingerus l. c. pag. 62. legendum jubet γίγνωσκε, ut prima produci possit. Heic autem post ἐόντα, distinctionis punctum appone, ut apud Lactant. Exstat hic versus inter *Sibyllin.* lib. VIII. v. 328.

— 59. Δημιουρ.] Ibidem Lactant. *Idcirco autem Trismegistus* δημιουργὸν τοῦ Θεοῦ, *& Sibylla* σύμβουλον *appellat.* Vide sis *Sibyllin.* lib. VIII. v. 264. Heic deficit Sedulii versio.

— 60 Αἴτιος δὲ τούτου αἰτίου] Hæc exhibet Lactantius lib. IV. cap. VII. Ubi nunc legimus: αἰτία δὲ τούτου τοῦ αἰτίου ἡ τοῦ θεοῦ ἀγαθοῦ βούλησις, ἢ θεὸν προήνεγκεν, οὗ τὸ ὄνομα οὐ δύν. Rectius noster Sedulius οὗ τὸ ὄνομα οὐ δύν.

— 64. Περὶ τοῦ μόνου κυρίου] Sic & Parrhas. & Ald. apud Heusingerum l. c. At reliqui editi Lactant. περὶ τὸν μόνον κύριον. Mox iterum κυρίου, ubi Sedulius θεοῦ.

V. 65. Θνητὸς κ. τ. λ.] Hos tres versus refert Lactantius lib. IV. cap. XIII. eosque recensuit Opsopœus inter *Orac. vet.* n. V. In hoc autem primo, τερατώδεσιν ἔργοις, *portentificis operibus* vertendum videtur ad mentem Lactantii, qui mox heic ita scribit: *Nam quod ait, portentifica illum opera fecisse* &c. Et paullo post, cap. XV. *Virtutes ejus fuerunt, quas Apollo portentificas appellavit*. Eamdemque vocem usurpavit lib. II. cap. XIII.

V. 66. Ἀλλὰ ὑπὸ Χαλδ.] Hodiernus Lactantius ita:

Ἀλλ' ὑπὸ Χαλδαίων κριτῶν ὅπλοις συναλωθείς.

Vide sis in hunc locum Heusingerum l. c. pag. 63.

V. 67. Γόμφωσις σκολόπεσι] Hæc nostræ Appendicis mendosa lectio sic restituenda ex Lactantio, γόμφοις καὶ σκολόπεσσι. Et sic legisse videtur Sedulius: nam pro *clavis & cruce* vertit *transfixus*, ut habent 4. mss. Colb. apud Le Brunium. Hinc nihil deest Sedulianæ versioni: quod censuit Cl. Montfauconus. Ceterum pro ἀνέπλησε quod legit Sedulius, Lactantius vulgatus habet ἀνέτλησε, *toleravit*, *sustinuit*.


V. 68. Ἀνθήσει δ' ἄνθος καθαρ.] Hæc habet Lactantius eod. cap. XIII. lib. IV. Desumtum est autem istud hemistichium ex *Sibyllin.* lib. VI. v. 8. Heic vero post καθαρὸν, figenda distinctio.

V. 69. Πάντα κ. τ. λ.] Hic versus a reliquis sic sejungendus.

Πάντα λόγῳ πράσσων, πᾶσάν τε νόσον θεραπεύων.

Exstat autem apud Lactantium lib. IV. cap. XV. atque inter *Sibyllin.* lib. VIII. v. 222.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.



πᾶσάν τε νόσον θεραπεύων· νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσαι, καὶ χωλῶν δρόμος ὠκύτατος, καὶ κωφὸς ἀκούσει, καὶ τυφλοὶ βλέψουσιν· ἄλαλοί σοι λαλέοντες.
Ἐξ ἄρτων ἅμα πέντε, καὶ ἰχθύεσσιν ἁλίοις,
Ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κόρεσει,
Καὶ τὰ περισσεύοντα λαβὼν κλάσματα, δώδεκα πληρώσει κοφίνους εἰς ἐλπίδα λαῶν.
Τοὺς ἀνέμους παύσει ἐν λόγῳ, στρώσει δὲ θάλασσαν μαινομένην, ἐν ποσὶν εἰρήνης πίστει τε πατήσας.
Κύματα πατήσει, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει,
Ζήσει τεθνεῶτας, ἀπώσεται ἄλγεα πολλά.
Ἐκ δὲ μίης πηγῆς ἄρτου, κόρεσις ἔσαι ἀνδρῶν.
Φήσουσι Σίβυλλαν μαινομένην, ψεύστριαν· ἐπὰν δὲ γένηται ἅπαντα, ἡνίκα μου μνήμην ποιήσονται, καὶ οὐκέτι με οὐδεὶς τὴν μαινομένην φήσει, τὴν θεοῦ μεγάλοιο προφῆτιν.
Οἰκτρὸς, ἄτιμος, ἄμορφος, οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει. ἀλλ' ὅτε δὲ ταῦτα πάντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον εἰς αὐτὸν, τότε πᾶς λύσεται νόμος.
Εἰς ἀνόμους χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕστερον ἥξει.
Δώσουσι δὲ θεῷ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνάγνοις,
Καὶ στόμασι μιαροῖσιν πτύσματα φαρμακόεντα.
Δώσει δ' εἰς μάστιγας ἁπλῶς ἁγνὸν τότε νῶτον.
Καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει, μή τις ἐπιγνῷ τίς λόγος, ἢ πόθεν ἦλθεν ἵν' ὑφειμένοισι λαλήσῃ, καὶ στέφανον φορέσῃ τὸν ἀκάνθινον.
Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, καὶ εἰς δίψαν ὄξος ἔδωκαν. τῆς ἀφιλοξενίας * ταύτην δείξουσι τράπεζαν. Αὕτη γὰρ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ ἐνόησας, παίζοντα θνητοῖς νοήμασι, ἀλλ' ἀκάνθης ἔστεψας στεφάνῳ, φοβερὴν τε χολὴν ἐκέρασας. Ναοῦ δ' ἐχίσθη τὸ πέτασμα, καὶ ἤματι μέσῳ νὺξ ἔσαι σκοτοέσσα πελώ-

omnemque ægritudinem curans. Mortuorum autem resurrectio erit, & claudorum cursus velox, & surdus audiet, & cæci videbunt, & muti loquentur.
Ex panibus autem quinque & piscibus marinis,
Virorum millia in deserto quinque satiabit:
Et quæ superfuerint tollens frusta, duodecim implebit qualos (*sic*) in spem populorum.
Ventos strabit verbo: sternet autem maria furentia, in pedibus pacis & fidei calcans.
Fluctus perambulabit, languorem hominum curabit.
Vivificabit mortuos, arcebit dolores multos:
Ex uno autem pane satietas erit viris.
Dicent Sibyllam furiosam, mendacem: cum autem facta fuerint omnia, tunc mei memoriam facient, & nemo me adhuc furiosam dicet, sed Dei magni profetin.
Vilis, ignominiosus, informis, vilibus spem dabit. Sed cum hæc omnia perficientur quæ dixi in ipsum, tota desinet lex
In manus iniquas & infidelium postea veniet:
Dabunt autem Deo palmas manibus incestis,
Et oribus prodigiosis spuent salivas venenatas.
Dabit autem hunc in verbera simplex & innocens dorsum.
Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat verbum, vel unde venit ut fessis loquatur, & corona spinea coronetur.
In escam autem fel, & in siti acetum dederunt: inhumanitatis cum hanc mensam ostendunt. Tu enim, stulta, Deum tuum non cognovisti, ludentem humanis sensibus, sed spinea coronasti corona, horrendumque fel miscuisti. Templi autem scindetur velum, & die medio nox erit ob-

V. 70. Νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσαι] Istud hemistichium cum duobus seqq. versibus recitat Lactantius l. c. licet paullo aliter: occurruntque inter *Sibyllin.* lib. VIII. v. 205. Sic autem hæc distinguenda.

——— Νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσαι.
Καὶ χωλῶν δρόμος ὠκύτατος, καὶ κωφὸς ἀκούσει,
Καὶ τυφλοὶ βλέψουσιν· ἄλαλοί σοι λαλέοντες.

V. 73. Ἐξ ἄρτων κ. τ. λ.] Quatuor seqq. leguntur apud Lactant. l. c. & inter *Sibyllina* lib. VIII. v. 289. leviter immutati.

V. 75. Καὶ τὰ περισσ.] Deficit hic versus. Apud Lactantium ita legitur:

Καὶ τὰ περισσεύοντα λαβὼν μετὰ κλάσματα πάντα
Δώδεκα κ. τ. λ.

V. 77. Τοὺς ἀνέμ.] Hæc item Lactant. ibid. qui tamen heic legit παύσει τε λόγῳ. Sic & auctor *Sibyllin.* lib. VIII. v. 273.

V. 78. Μαινομ. ἐν ποσὶν] Lactant.

Μαινομένην ποσὶν κ. τ. λ.

Sic & *Sibyllin.* Heic sane præpositio redundat.

V. 79. Κύμ. πατήσει] Lactant. ibid. & *Sibyllin.* lib. VI. v. 13. seqq. πεζεύσει. Sicque legendum suadet vox πατήσας superioris versus, ne auctor ταυτολόγος habeatur.

V. 80. Ζήσει τεθν.] Ita quidem editt. Lactant. præter Le Brunianam, quæ *Sibyllin.* lectionem στήσει exhibet.

V. 81. Ἐκ δὲ μίης πηγῆς] Pro πηγῆς apud Lactantium, legimus in *Sibyllin.* ῥίζης. Neutra lectio probatur Opsopœo, qui ex vetustissimo Lactantii cod. πήρης utrobique legendum evincit.

V. 82. Φήσουσι Σίβ.] Hic locus telestichium cum tribus versibus continet: quos, licet mendosos, sic distingue:

——— φήσουσι Σίβυλλαν
Μαινομένην, ψεύστριαν· ἐπὰν δὲ γένηται ἅπαντα,
Ἡνίκα μου μνήμην ποιήσονται, καὶ οὐκέτι με οὐδεὶς
Τὴν μαινομένην φήσει, τὴν θεοῦ μεγάλοιο προφῆτιν.

Exstant apud Lactantium l. c. atque inter *Sibyllin.* lib. III. v. 752. seqq. quibuscum hos conferas velim.

V. 85. Οἰκτρὸς — οἰκτροῖς — δώσει] Legitur hic versus apud Lactantium lib. IV. cap. XVI. atque inter *Sibyllina* lib. VIII. v. 257. Utrobique autem, ἐν οἰκτροῖς: quæ præpositio heic excidisse videtur.

V. 86. Ἀλλ' ὅτε κ. τ. λ.] Hunc autem cum seq. hemistichio sic legimus apud Lactant. lib. IV. cap. XVII.

Ἀλλ' ὅτε ταῦτ' ἂν ἅπαντα τελειωθῇ, ἅπερ εἶπον,
Εἰς αὐτὸν πᾶς λύσεται νόμος.

Confer cum *Sibyllin.* lib. VIII. v. 285. seq.

V. 88. Εἰς ἀνόμ.] Quatuor sequentes exstant apud Lactantium lib. IV. cap. XVIII. quorum duos priores inter *Sibyllin.* reperies lib. VIII. v. 301. duos vero posteriores nonnihil variantes, ibid. v. 275. In primo autem legitur εἰς ἀνόμων χεῖρας. In secundo, ms. Goth. apud Heusingerum l. c. habet δώσουσιν δὲ θεῷ. Ita metro consulit.

V. 92. Καὶ κολαφ.] Hi tres apud Lactant. l. c. atque inter *Sibyllin.* locum habent lib. VIII. v. 278. Sicque distinguendi:

Καὶ κολαφιζόμενος σιγήσει, μή τις ἐπιγνῷ
Τίς λόγος, ἢ πόθεν ἦλθεν, ἵν' ὑφειμένοισι λαλήσῃ,
Καὶ στέφανον φορέσῃ τὸν ἀκάνθινον. ———

In secundo autem, sic *Sibyllin.* τίς, τίνος ὢν, πόθ. At lectionem Lactantii confirmat Augustinus *de Civit. Dei* lib. 18. cap. 23. ita reddens: *quod verbum, vel unde venit.* Mox *Sibyllin.* cum Lactant. ἵνα φθιμένοισι. Augustinus: *ut inferis*. In tertio denique Lactant. & *Sibyllin.* φορέσει, ut supra σιγήσει.

V. 95. Εἰς δὲ τὸ βρῶμα κ. τ. λ.] Duos priores versus ita distingue:

Εἰς δὲ τὸ βρῶμα χολὴν, καὶ εἰς δίψαν ὄξος ἔδωκαν.
Τῆς ἀφιλοξενίας ταύτην δείξουσι τράπεζαν.

Eos recitat Lactantius l. c. neque aliter legisse videtur Augustinus. Sic enim, ubi supra: *Ad cibum autem fel, & ad sitim acetum dederunt, inhospitalitatis hanc monstrabunt mensam*. Occurrunt item inter *Sibyllin.* lib. VIII. v. 303. eademque ferme sententia, lib. I. v. 374. Ceterum heic nulla *vox dubia*: quam notam * secundo versui appinxit Cl. Montfauconus.

V. 97. Αὕτη γὰρ ἄφρ.] Tres sequentes ibid. apud Lactantium, qui tamen primum sic exhibet:

Αὐτὴ γὰρ σὺ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν οὐκ ἐνόησας.

Inter *Sibyllin.* vero lib. VI. v. 22. ubi primum sic legimus. Αὐτὴ γὰρ δύσφρων, κ. τ. λ. quod unus exhibet in suo Lactantio Le Brunius.

V. 98. Παίζοντα θνητοῖς νοήμ.] Hic ita restituendus ex Lactantio;

Παίζοντ' ἐν θνητοῖσι νοήμασιν, ἀλλὰ κ' ἀκάνθαις.

cujus tamen telestichium sic in *Sibyllin.* ἀλλ' ἐπ' ἀκάνθης. At Aldus apud Heusingerum l. c. pag. 66. sic legit, ἀλλά γ' ἀκάνθαις.

V. 100. Ναοῦ δ' ἐχίσθη] Exstant hi duo apud Lactant. lib. IV. cap. XIX. & in *Sibyllin.* lib. VIII. v. 305. quos ita distinguimus:

Ναοῦ δ' ἐχίσθη τὸ πέτασμα, ἤματι μέσσῳ
Νὺξ ἔσαι σκοτόεσσα πελώριος ἐν τρισὶν ὥραις.

ϱιος ἐν τϱισὶν ὥραις· καὶ θάνατος μοῖραν τελέσει τϱίτον ἦμαρ ὑπνώσας, καὶ τότε ἀπὸ φθιμένων ἀναλύσας εἰς φάος ἥξει, πρῶτος ἀναςάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας, τῶν Ἰουδαίων μακαρίων θεῖον γένος οὐρανιώνων.

A cura magna in tribus horis: & mors fatum finiet, tertium diem dormiens, & tunc a mortuis rediens in lucem veniet, primus resurrectionis initium vocatis ostendet, Judæorum beatorum divinum genus cæleste.

MERCURIUS.

Καὶ τὸ αὐτὸ ἐξ ἑκατέρων φύσεων τῆς τε ἀθανάτου καὶ τῆς θνητῆς μίαν ἐποίει φύσιν τὴν τοῦ ἀνθρώπου, πῇ μὲν ἀθάνατον, πῇ δὲ θνητὸν ποιήσας. καὶ τοῦτον φέρων ἐν μέσῳ τῆς θείας καὶ ἀθανάτου φύσεως, καὶ τῆς θνητῆς καὶ μεταβλητῆς ἵδρυσεν· ἵνα πάντα μὲν ὁρῶν, πάντα θαυμάζῃ.

Et hoc idem ex utraque natura immortalique & mortali, unam faciebat naturam hominis. Eumdemque in aliquo quidem immortalem, in aliquo autem mortalem faciens, & istum ferens in medio divinæ & immortalis naturæ, & mortalis mu-
B tabilisque constituit; ut omnia quidem videns, omnia miretur.

APOLLO dicit:

Ψυχὴ μὲν μέχρις οὗ δεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατῆται,
Φθαρτὰ νοοῦσα πάθη θνηταῖς ἀλγηδόσιν εἴκει.
Ἡνίκα δ' ἀνάλυσιν βροτέην μετὰ σῶμα μαρανθὲν
Ὠκίστην εὕρηται, εἰς αἰθέρα πᾶσα φορεῖται,
Ἀγήραος οὖσα μένει εἰς πάντ' * ἀνατειρὴς
Πρωτόγονος γὰρ τοῦτο θεία διέταξε πρόνοια.

Anima quidem quamdiu vinculis in corpore tenetur,
Corruptibiles passiones sentiens mortalibus cedit doloribus.
Cum vero solutionem humanam post corpus corruptum
Velocissimam invenerit, in æthera omnis fertur
Numquam senescens, & manet in æternum sine
C pœna
Primogenita: etenim hoc divina disposuit prudentia.

SIBYLLA.

Σάλπιγξ οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει.
Ἔσται κόσμος ἄκοσμος ἀπολλυμένων ἀνθρώπων.

Tuba de cælo vocem luctuosam emittet.
Erit mundus immundus pereuntibus hominibus.

* * *

Ἐπὰν δὲ ταῦτα γένηται, ὦ Ἀσκληπιὲ, τότε ὁ κύριος καὶ πατὴρ, καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἑνὸς θεοῦ δημιουργὸς, ἐπιβλέψας τοῖσι γινομένοις, καὶ τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν, τουτέστι τὸ ἀγαθὸν ἀντερείσας τῇ ἀταξίᾳ καὶ ἀνακαλεσάμενος τὴν πλάνην καὶ τὴν κακίαν ἐκκαθάρας, πῇ μὲν ὕδατι πολλῷ κατακλύσας, πῇ δὲ πυρὶ ὀξυτάτῳ διακαύσας· ἐνίοτε δὲ πολέμοις καὶ λοιμοῖς * ἐκπήσας ἤγαγεν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ἀπεκατέστησε τὸν ἑαυτοῦ κόσμον.

Cum autem hæc facta fuerint, Æsculapi, tunc Dominus & Pater & Deus, primique atque so-
D lius Dei Creator, respiciens facta & suam voluntatem; id est, bonitatem opponens disturbationi, & revocans errorem, atque malitiam purgans, alicubi quidem aqua multa deluens; alicubi autem igni velocissimo exurens; interdum autem bellis ac pestibus excitatis, reduxerit ad antiquum, & restituit suum mundum.

V. 102. Καὶ θάνατος κ. τ. λ.] Tres sequentes apud Lactantium l. c. & in *Sibyllin.* lib. VIII. v. 311. Utrobique, καὶ θανάτου. Augustinus ubi supra, sic vertit: *Morte morietur, tribus diebus somno suscepto*. Illos autem ita distingue:

Καὶ θάνατος μοῖραν τελέσει τρίτον ἦμαρ ὑπνώσας·
Καὶ τότε ἀπὸ φθιμένων ἀναλύσας εἰς φάος ἥξει,
Πρῶτος ἀναςάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας.

V. 103. Καὶ τότε — ἀναλύσας] Ita *Sibyllin.* At hodiernus Lactantius, præter Le Brunianum, ἀναδείξας.
V. 105. Τῶν Ἰουδ.] Apud Lactantium lib. IV. cap. XX. & in *Sibyllin.* lib. V. v. 249. ita legitur:

Ἰουδαίων μακάρων θεῖον γένος οὐρανιώνων.


— 106. Καὶ τὸ αὐτὸ κ. τ. λ.] Hæc recitat Lactantius lib. VII. cap. XIII. ubi pro ἑκατέρων, habet ἀμφοτέρων. Reliqua confer, si placet, cum his Sedulianis. Locus desumtus ex *Hermetis Poemandro* lib. 16. Vide Fabricium *Bibl. Gr.* tom. I. p. 53. & infra ad v. 118.
V. 110. Ψυχὴ κ. τ. λ.] Sex sequentes versus exstant apud Lactant. ibid. Unde ab Opsopœo relati inter *Orac. vet.* num. V. ibique sic legimus: *μέχρι — δεσμοῖς — κρατεῖται*.
V. 114. Ἀγήραος — πάντ' ἀνατειρὴς] Versus iste mendosus mancusque, ita ex editis emendandus supplendusque:

Αἰὲν ἀγήραος οὖσα, μένει δ' εἰς πάμπαν ἀτειρής.

V. 115. Θεία] Editi, θεοῦ.
V. 116. Σάλπιγξ κ. τ. λ.] Apud Lactantium lib. VII. cap. XVI. & inter *Sibyllina* lib. VIII. v 239.

V. 117. Ἔσται κόσμ.] Lactant. ibid. & *Sibyllin.* lib. VII. v. 122.
V. 118. Ἐπὰν δὲ ταῦτα κ. τ. λ.] Licet cujusnam auctoris hæc sint, non adnotaverit heic Sedulius, vel potius librarius; ea tamen descripsit Lactantius lib. VII. cap. XVIII. ex Hermetis libro, qui λόγος τέλειος inscribitur, de quo superius ad V. 46.
— 119. Καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἑνός] Davisius apud Bunemannum, in not. ad *Epitom.* cap. 73. tentat, τοῦ πρωτογένους. Ibidem, καὶ ἑνὸς θεοῦ δημιουργός· καὶ εἷς κόσμου δημιουργός. Heusingerus *Emendatt.* lib. I. cap. VII. p. 125. non dubitat, quin prius fuerit καὶ κόσμου δημιουργός, quæ quidem postremis verbis congruunt, ἤγαγεν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον, καὶ ἀποκατέστησε τὸν ἑαυτοῦ κόσμον. Sic enim Apulejus p. 92. eadem verba interpretatur: *Unus gubernator mundi*.
— Τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν, τουτέστι τὸ ἀγ.] Editi. τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει τοῖς τοιούτοις, τὸ ἀγ. Quem in locum Heusingerus l. c. hæc habet: „ Pronum est emendare, τοῖς (vel τῇ) „ ἑαυτοῦ βουλήσει ἐναντίοις. Apulejus iterum: *Intuens in mores „ factaque voluntaria voluntate sua*; corrupte pro *factaque „ contraria voluntati suæ*. „
— 121. Ἐκκαθάρας] Hæc Sedulii lectio confirmatur ex Lactantii ms. Goth. apud Heusingerum. Editi mendose, ἐκκαθήρας.
— 122. Κατακλύσας] Hæc item lectio Lactantii editis restituenda, ubi male κατακλύσας. Apulejus l. c. *illuvione diluens*. Ita quoque legendum conjecit Davisius; at idem viderat olim & Aldus in interpretatione Græcorum.
— 124. Ἐκπήσας) Editi, ἐκτιέσας. Mox iidem editi cum Sedulio, [illegible]. Sed rectius Aldus, ἀποκατέστησε. Vide sis Heusingerum l. c.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
136.



SIBYLLA.

Ἥξει καὶ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι. A
Καὶ κέν τις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπὶ τοῦτο
Πάντας ὄλε βασιλεῖς μεγάλους καὶ φῶτας ἀρίστους.
Εἶθ' οὕτως κρίσις ἔσαι ὑπ' ἀφθίτου ἀνθρώποισιν.
Καὶ τότε ἀπὸ ἠλίοιο θεὸς πέμψει βασιλῆα,
Ὅς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο.
Τὸν ζυγὸν ἡμῶν δούλων δυσβάστακμον ἐπ' αὐχὲν.
Καὶ θεσμοὺς ἀθέους λύσει δεσμούς τε βιαίους.
Οπόταν ἔλθῃ πῦρ, ἔσαι σκότος ἐν μέσῃ νυκτὶ μελαίνῃ· τρέψουσι δὲ εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλοῦτον ἅπαντα. ἔργα δὲ χειρῶν ποιητὰ θεῶν κατακαυθήσονται.

Veniet & beatorum expugnare urbem & volens.
Et tunc aliquis a Deo Rex missus ad istum
Omnes perdet reges magnos & viros potentes.
Possea judicium erit ab incorruptibili hominibus.
Et tunc a solis ortu Deus mittet Regem,
Qui omnem terram compescat a bello malo.
Jugum nostræ servitutis intolerabile super colla positum tollet.
Et leges impias solvet vinculaque violenta.
Cum venerit ignis, erunt tenebræ in media nocte obscura. Conterent autem homines simulacra & divitias omnes. Opera autem deorum humanis manibus facta exurentur.

V. 125. Ἥξει κ. τ. λ.] Hæc habet Lactantius l. c. & *Sibyllin.* lib. V. v. 102. 107. seq. ubi consule Opsopœum.

V. 126. Καὶ κέν τις] Homerica particula, pro καὶ δὴ ἄν τις, inquit Heusingerus *Emendatt.* lib. I. cap. VII. pag. 125. apud quem ita quoque ferunt vetera exemplaria Parrhas. & Aldi. At editi Lact. καὶ μέν τις. Mox ibidem legendum ἐπὶ τοῦτον indicat Sedulius, qui reddit *ad istum*; ut olim observatum Opsopœo ad *Sybillin.* lib. V. v. 102. & nuper Le-Brunio ad Lactant. heic.

V. 127. Πάντας ὄλε] Lact. & *Sibyllin.* πάντας ὀλεῖ.

V. 128. Κρίσις ἔσαι ὑπ' ἀφθίτου] Consule *Sibyllin.* lib. V. v. 110.

V. 129. Καὶ τότε κ. τ. λ.] Lactantius ibid. & *Sibyllin.* lib. III. v. 590. quorum lectio gemina est cum hac Seduliana. At hodierni Lactant. editi, ἀπ' ἠελίου πέμψειε θεός.

V. 131. Τὸν ζυγὸν κ. τ. λ.] Apud Lactant. l. c. hos duos versus præcedit telestichium, quod heic exhibemus cum versu priore, a Seduliano longe discrepante:

——— ἡμετέρας δουλείας
Ζυγὸν δυσβάστακτον ἐπ' αὐχένι κείμενον ἀρεῖ.

Inter *Sibyllin.* exstant lib. VIII. v. 320. quem locum adi, sis.

V. 133. Ὁπόταν κ. τ. λ.] Lactantius lib. VII. cap. XIX. *Sibylla*, inquit, *his versibus locuta est:*

——— ὁπότ' ἂν ἔλθῃ
Πῦρ, ἔσαι σκότος ἐν τῇ μέσσῃ νυκτὶ μελαίνῃ.


Hæc desunt in hodiernis *Sibyllinis*. Hinc ab Opsopœo inter *Fragmenta* num. III. relata.

V. 134. Τρέψουσι κ. τ. λ.] Hunc versum refert Lactantius ibid. ubi legendum τρέψουσιν, ut constet metri ratio. In *Sibyllinis* autem lib. VIII. v. 224. legimus ῥίψουσιν: quam sane lectionem alteri præferendam, Acrostichidis ordo ibidem suadet.

V. 135. Ἔργα κ. τ. λ.] Hunc item versum exhibet l. c. Lactantius, ubi sic:

Ἔργα δὲ χειροποίητα θεῶν συγκατακαύσονται.

Ubi scribendum χειροποίητα: nec metro cohærere συγκατακαύσονται vidit Heusingerus l. c. Hinc Le Brunius suo Lactantio ex mss. codd. restituit Sedulianam lectionem κατακαυθήσονται; quam item exhibet ms. Gothanus, ut ex ejus vestigiis collegit laudatus Heusingerus. Idem porro versus, sed alia clausula, inter *Sibyllina Orac.* occurrit lib. III. v. 556. Heic autem desinit *Appendix Montfauconiana*: seu potius heic substitit Sedulius in describendis Græcis Lactantianis; nec ultra caput XIX. lib. VII. *Divinar. Institut.* processit.



I N D E X

ARTICULORUM,

in ORACULIS SIBYLLINIS occurrentium.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.

LIB. IV.


LIB. V.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.


L I B. V I.

L I B. V I I.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 136.




L I B. V I I I.



SANCTI
JUSTINI
PHILOSOPHI ET MARTYRIS
APOLOGIÆ DUÆ:
ET
DIALOGUS
CUM
TRYPHONE JUDÆO.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
139.



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΡΩΤΗ ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ,
ΠΡΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΝ ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΗ.

S. P. N.
JUSTINI
PHILOSOPHI ET MARTYRIS
PRO CHRISTIANIS APOLOGIA I.
AD ANTONINUM PIUM.

Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ εὐσεβεῖ σεβαστῷ Καίσαρι, Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ [1] φιλοσόφῳ Καίσαρος φύσει υἱῷ, καὶ εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐραστῇ [2] παιδείας, ἱερᾷ τε συγκλήτῳ, καὶ δήμῳ παντὶ Ῥωμαίων, ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων καὶ ἐπηρεαζομένων, Ἰουστῖνος Πρίσκου, [3] τοῦ Βακχείου, τῶν ἀπὸ Φλαουΐας [4] νέας πόλεως τῆς Συρίας Παλαιστίνης, εἷς αὐτῶν τὴν προσφώνησιν καὶ ἔντευξιν πεποίημαι.

A I. Imperatori Tito Ælio Hadriano Antonino Pio Augusto Cæsari, & Veriffimo filio Philofopho, & Lucio Philofopho Cæfaris natura filio, Pii autem adoptivo, doctrinæ amatori, facroque Senatui, & univerfo Populo Romano, pro iis qui ex omni hominum genere vocati præter æquum odio habentur & vexantur, Juftinus Prifci filius, Bacchi nepos, Flaviæ Neapolis in Syria Palæftinæ civium, unus ex illorum numero, orationem & fupplicationem confcripfi.

Τοὺς κατὰ ἀλήθειαν εὐσεβεῖς καὶ φιλοσόφους μόνον τἀληθὲς τιμᾶν καὶ στέργειν ὁ λόγος ὑπαγορεύει, παραιτουμένους δόξαις παλαιῶν ἐξακολουθεῖν ἂν φαῦλαι B ὦσιν. οὐ γὰρ μόνον μὴ ἕπεσθαι τοῖς ἀδίκως τι πράξασιν ἢ δογματίσασιν ὁ σώφρων λόγος ὑπαγορεύει· ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τὸν φιλαλήθη, κἂν θάνατος ἀπειλῆται, τὰ δίκαια λέγειν τε καὶ πράττειν αἱρεῖσθαι δεῖ. ὑμεῖς μὲν οὖν [5] ὅτι [a] λέγεσθε εὐσεβεῖς καὶ φιλόσοφοι, καὶ φύλακες δικαιοσύνης καὶ ἐρασταὶ παιδείας ἀκούετε πανταχοῦ,

II. Præfcribit ratio, ut qui vere pii & philofophi funt, verum unice colant & diligant, recufantes majorum opiniones fequi, fi pravæ fint. Neque enim id folum fana ratio præcipit, ut ne eos fequamur, qui injufte quid fecere aut docuere; fed omnino vel præ fua ipfius anima, veritatis amatori, quamvis mors intentetur, ftatuendum & eligendum eft, ut æqua dicat & faciat. Quod igitur pii & philofophi appellamini, & juftitiæ cuftodes, ac doctrinæ amatores ubique audi-

1. Φιλοσόφῳ.] Legitur φιλοσόφου apud Eufebium Hift. lib. 4. c. 12. ubi hoc exordium Apologiæ S. Juftini refertur. Sed vitium videtur hæc apud Eufebium fcriptura. 1. Etfi legitur φιλοσόφου in multis codicibus, non defunt alii in quibus habemus φιλοσόφῳ. Quatuor ejufmodi citantur a Valefio, quibus alius ex Colbertinis adjungendus. 2. De eodem Lucio legimus in Apol. 2. n. 2. φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδί, ficque habent non folum codices, quibus ufus eft Valefius, fed etiam multi alii quos confului, uno tantum excepto. 3. Verifimilius multo eft hunc philofophi titulum Lucio Vero viventi, laudandi cauffa, quam veluti quoddam cognomen ipfius patri mortuo tributum fuiffe.

2. Παιδείας] Valefius in contextu apud Eufebium loco mox citato vertit, *doctrinæ amatori*. At in annotationibus reddendum putat, *litterarum ftudiofo*. Unde concludit legendum effe φιλοσόφου, non φιλοσόφῳ, quia cum Lucius vocetur litterarum ftudiofus, quod de philofopho dici non folet, philofophi nomen ipfius patri potius tribuendum. Ipfe Grabius, etfi legit φιλοσόφου, fatetur tamen παιδείας nomine Rhetoricen & poeticen, non philofophiam defignari. Sed eruditis illis viris non favent antiqui fcriptores. Nam Plato in Sophifta p. 229. edit. H. St. παιδείαν opponit ignorationi. In Gorgia autem p. 485. φιλοσοφίας μὲν, ὅσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν. Socrates apud Plutarch. p. 580. de Socratis genio dicitur φιλοσοφώτερον χαρακτῆρα παιδείας καὶ λόγον περιβάλλεσθαι. Lucianus in Convivio p. 1042. fic loquitur de Ariftæneto, qui felectos ex unaquaque fecta ad nuptias filii vocaverat: ἀλλὰ καὶ παιδείας μέλει αὐτῷ καὶ πλεῖστον τοῦ βίου τοῖς τοιούτοις ξύνεστιν. *Sed & doctrinæ ftudiofus eft ac maximam vitæ partem cum ejufmodi hominibus traducit.*

3 Τοῦ Βακχείου] Hieronymus Juftini patrem hoc habuiffe cognomen exiftimavit. Idemque error illufit Chriftophorfono & Juftini interpretibus. Rufinus probe vidit avum Juftini fic appellatum: unde fic reddit *Juftinus Prifci filius Bacchiadis*. Rufinum fequuti funt Valefius & Grabius.

4. Νέας πόλεως.] Legitur apud Eufebium νέας πόλεως Συρίας τῆς Παλαιστίνης. Mox idem habet εἷς αὐτῶν ὢν ... ποιοῦμαι. Vid. n. 68. Citat fequentia Joan. Damaf. Paral. p. 753.


5. Ὅτι λέγεσθε] Conjicit Henricus Stephanus hæc Juftini non effe: fed ad marginem appofita ad explicandum illud ἀκούετε, inde in textum obrepiffe. Sed illud ὅτι λέγεσθε fatis commode titulos & veluti cognomina, ἀκούετε autem laudes fignificat, quas hominum fama tribuebat. Vocabantur pii & philofophi, audiebant juftitiæ cuftodes & doctrinæ amatores. Particula δὲ ante καὶ ὑπάρχετε redundat, ut paucis poft lineis ante κολάζειν, & fæpe alias apud Juftinum. Vid. n. 35.

a Ὅτι λέγεσθε — εἰ δὲ καὶ ὑπάρχ.] Particula ὅτι rejicienda videtur Heumanno in *Symbolis Crit. ad Juftin. M.* Sicque vertit: *Vos igitur vocamini quidem pii & philofophi. — An vero & fitis* [illegible]

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

εἰ δὲ καὶ ὑπάρχετε, [1] δειχθήσεται. οὐ γὰρ κολακεύσοντες ὑμᾶς διὰ τῶνδε τῶν [2] γραμμάτων, οὐδὲ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντες· ἀλλ' ἀπαιτήσοντες κατὰ τὸν ἀκριβῆ καὶ ἐξεταστικὸν λόγον τὴν κρίσιν ποιήσασθαι, προσεληλύθειμεν, μὴ προλήψει μηδ' ἀνθρωπαρεσκείᾳ τῇ δεισιδαιμόνων κατεχομένους, ἢ ἀλόγῳ ὁρμῇ, καὶ χρονίᾳ προκατεσχηκυίᾳ φήμῃ κακῇ, τὴν καθ' ἑαυτῶν ψῆφον φέροντας. ἡμεῖς μὲν γὰρ πρὸς οὐδενὸς πείσεσθαί τι κακὸν δύνασθαι λελογίσμεθα, ἢν μὴ κακίας ἐργάται ἐλεγχώμεθα, ἢ πονηροὶ διεγνώσμεθα· [3] ὑμεῖς δ', ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὔ.

A tis, utrum tales sitis demonstrabitur. Neque enim ea mente accessimus, ut vobis hoc scripto assentaremur, aut ad gratiam alloqueremur; sed ut postularemus, ut judicium ad accuratam & diligentem in inquirendo rationem faciatis; nec anticipata opinione, aut superstitiosis hominibus placendi studio detenti, aut impetu a ratione alieno, aut dudum insidente animis malo rumore, sententiam in vosmetipsos feraris. Sic enim tenemus, nihil nos mali a quoquam perpeti posse, nisi maleficii arguamur, aut improbi deprehendamur. Vos autem occidere quidem potestis, lædere vero nequaquam.



Ἀλλ' ἵνα μὴ ἄλογον φωνὴν καὶ τολμηρὰν δόξῃ τις ταῦτα εἶναι, ἀξιοῦμεν τὰ κατηγορούμενα αὐτῶν ἐξετάζεσθαι, καὶ ἐὰν οὕτως ἔχοντα ἀποδεικνύωνται, κολάζεσθαι, ὡς πρέπον ἐστί, [4] μᾶλλον [a] δὲ κολάζειν. εἰ δὲ μηδὲν ἔχοι τις ἐλέγχειν, οὐχ ὑπαγορεύει ὁ ἀληθὴς λόγος διὰ φήμην πονηρὰν ἀναιτίους ἀνθρώπους ἀδικεῖν, μᾶλλον δὲ ἑαυτοὺς, οἳ οὐ κρίσει, ἀλλὰ πάθει [5] τὰ πράγματα ἐπάγειν ἀξιοῦτε. καλὴν δὲ καὶ μόνην δικαίαν [6] πρόκλησιν ταύτην πᾶς ὁ σωφρονῶν ἀποφανεῖται, τὸ τοὺς ἀρχομένους τὴν εὐθύνην τοῦ ἑαυτῶν βίου καὶ λόγου ἄληπτον παρέχειν· ὁμοίως δ' αὖ καὶ τοὺς ἄρχοντας μὴ βίᾳ μηδὲ τυραννίδι, ἀλλ' εὐσεβείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ ἀκολουθοῦντας, τὴν ψῆφον τίθεσθαι. οὕτως γὰρ ἂν καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι ἀπολαύοιεν τοῦ ἀγαθοῦ. ἔφη γάρ που καὶ [7] τις τῶν παλαιῶν· ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες φιλοσοφήσωσι, καὶ οἱ ἀρχόμενοι, οὐκ ἂν εἴη τὰς πόλεις εὐδαιμονῆσαι. ἡμέτερον οὖν ἔργον, καὶ βίου καὶ μαθημάτων τὴν ἐπίσκεψιν πᾶσι παρέχειν, [8] ὅπως ὑπὲρ τῶν ἀγνοεῖν τὰ ἡμέτερα νομιζόντων, τὴν τιμωρίαν ὧν ἂν πλημμελῶσι τυφλώττοντες αὐτῶν, αὐτοῖς ὀφλήσωμεν· ὑμέτερον δὲ, ὡς αἱρεῖ λόγος, ἀκούοντας, ἀγαθοὺς εὑρίσκεσθαι κριτάς. ἀναπολόγητον γὰρ λοιπὸν μαθοῦσιν, ἢν μὴ τὰ δίκαια ποιήσητε, ὑπάρξει πρὸς Θεόν.

III. Sed ne hæc quis alienam a ratione & temeB rariam vocem esse existimet, oramus ut quæratur de criminibus, quæ Christianis objiciuntur; ac, si rem ita se habere pateat, ut quemlibet alium punire decet, ita puniantur. Sed si nihil arguere quisquam habeat, ratio vera non præcipit, ut ob malum rumorem hominibus innocentibus injuriam faciatis, vel potius vobismetipsis, qui non judicio, sed affectu negotia facessere in animum inducitis. Atque hanc quidem præclaram esse solamque justam conditionem sanus quisque pronuntiabit, ut innoxiam quidem privati & inculpatam vitæ & doctrinæ suæ rationem exhibeant; similiter autem & qui præsunt, non vim & tyrannidem, sed pietatem & philosophiam sequentes sententiam dicant. Sic enim & in iis qui C præsunt, & in iis qui parent, præclare agatur. Dixit enim alicubi quidam veterum: *Nisi philosophentur & qui regunt, & qui reguntur, fieri non possit ut beatæ sint civitates.* Nostrum igitur munus est, ut vitæ & doctrinæ nostræ inspiciendæ copiam omnibus faciamus, ne pro iis qui res nostras sibi videntur ignorare, pœnam eorum, quæ cæcutientes peccaverint, ipsi debeamus. Vestrum autem, ut audita, quemadmodum ratio præscribit, causa boni judices reperiamini. Nihil enim deinceps excusationis, re cognita, apud Deum relinquetur, si æqua non feceritis.

Ὀνόματος μὲν οὖν προσωνυμίᾳ, οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν κρίνεται ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων· ἐπεὶ, ὅσον τε ἐκ τοῦ [9] κατηγορουμένου ἡμῶν ὀνόματος, χρηστότατοι ὑπάρχομεν. ἀλλ' ἐπεὶ οὐ τοῦτο δίκαιον ἡγούμεθα, διὰ τὸ ὄνομα, ἐὰν κακοὶ ἐλεγχώμεθα, αἰτεῖν ἀφίεσθαι, πάλιν, εἰ μηδὲν διά τε

IV. Nominis quidem appellatione nec bonum nec malum dijudicatur sine subjectis nomini actioniD bus: etenim quantum ad nomen quo appellamur, optimi sumus: sed quia æquum esse non censemus, ut propter nomen, si mali esse arguamur, absolutionem petamus; rursus si nec ob no-

1. Δειχθήσεται.] Frustra H. Steph. legendum putat δειχθήσετε.

2. Γραμμάτων.] In utroque codice Regio & Clarom. legitur ad marginem πραγμάτων. Mox recte observavit Sylburgius legi convenientius προσεληλύθαμεν.

3. Ὑμᾶς.] Simile Socratis dictum: ἐμὲ δὲ Ἄνυτος καὶ Μέλιτος ἀποκτεῖναι μὲν δύναται, βλάψαι δὲ οὔ, apud Clementem Alex. Strom. 4. p. 505. & Origen. 8. contra Celsum. Vide Socrat. Apol. p. 23. apud Plat.

4. Μᾶλλον δὲ κολάζειν] Ex levissima immutatione exstitit sententia Justini proposito hærens aptissime. Pro ὡς πρέπον ἐστ', μᾶλλον δὲ κολάζειν lego ὡς πρέπον ἐστὶν ἄλλον δὲ κολάζειν, *ut quemlibet alium punire decet, ita puniatur.* Postulat Justinus, ut Christiani eodem jure sint ac alii rei. Nec nomen crimini vertatur, sed, ut ait infra n. 7. si quis ex illis arguatur, puniatur ut improbus, non ut Christianus. Probabiles non videntur conjecturæ tum Sylburgii qui πικρότερον addendum putat, adductus hac Langi interpretatione, *seu potius ut acrius puniantur*; tum etiam Grabii, qui sic interpretatur, *seu potius ipsi puniatis.*

5. Τὰ πράγματα ἐπάγειν.] Billius legendum putat, ἐτάζειν, *examinare*, lib. 2. Observat. Sacr. cap. 6. Sed necessaria non videtur hæc emendatio.

6. Πρόκλησιν.] *Conditionem* reddidi: neque enim hac voce designatur provocatio in jus, sed potius, ut sæpe alias, lata ad componendam aut avertendam discordiam conditio. Pyrrhus apud Plutarchum p. 369. accepit τὴν πρόκλησιν, *conditionem* Lysimachi postulantis ut Macedoniam inter se partirentur. Sylla apud eumdem p. 466. accepit conditionem Archelai pacem postulantis. In lib. de consuetud. Rom. Ædituus Herculis προκλήσεσιν ἐμμένων, *stans conditionibus*, Larentiam convivio exceptam Herculi tradidit. Ex his illustrari potest Philostorgii locus lib. 9. p. 519. non belle a Valesio redditus. Demophilus & qui cum eo Cyzicum ordinandi episcopi causa venerant, dicuntur accepisse τὴν πρόκλησιν, *conditionem* a Cyzicenis latam, & Aetium ac Eunomium anathemate damnasse, τοῦτο γὰρ ἡ πρόκλησις, *hæc enim erat conditio.*

7. Τις τῶν παλαιῶν.] Dictum est Platonis lib. 5. de Rep. quod a Philone quoque refertur p. 445. & a Cicerone ep. ad Q. fratrem. Idem & Marco Antonino semper in ore fuisse, annotatum a Julio Capitolino in vita ejus cap. 27. *Sylburg.*

8. Ὅπως ὑπὲρ τῶν.] Recte admonuit Billius lib. 2. Observat. sacr. cap. 6. legendum esse ὅπως μὴ ὑπὲρ τῶν. Idem existimat delendum esse αὐτῶν post τυφλώττοντες. Sed tamen ferri potest hæc scriptura, ut Justini stilo non aliena. Idem enim valet ac οἱ τυφλώττοντες αὐτῶν, *qui ex eis sive inter illos cæcutiunt.* Ibidem legendum videtur αὐτοὶ ὀφλήσωμεν. Non belle Grabius legit αὐτοῖς ὀφλήσωμεν.

9. Κατηγορουμένου] Nomen, quod crimini datur, nequaquam significatur hac voce, sed ipsum nomen quo appellantur Christiani. Sic infra n. 7. τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα aliam interpretationem non patitur. Et n. 27. τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας.

a Μᾶλλον δὲ κολάζειν] Hæc delenda censuit Thirlbius; nec Marani emendatio probatur Heumanno l. c. quem consulas velim.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

τὴν προσηγορίαν τοῦ ὀνόματος, καὶ διὰ τὴν πολιτείαν εὑρισκόμεθα ἀδικοῦντες, ὑμέτερον ἀγωνιᾶσαί ἐστι, μὴ ἀδίκως κολάζοντες τοὺς μὴ ἐλεγχομένους, [a] τῇ δίκῃ κόλασιν ὀφλήσητε. ἐξ ὀνόματος μὲν γὰρ ἢ ἔπαινος, ἢ κόλασις οὐκ ἂν εὐλόγως γένοιτο, ἢν μή τι ἐνάρετον ἢ φαῦλον δι' ἔργων ἀποδείκνυσθαι δύνηται. καὶ γὰρ τοὺς κατηγορουμένους [1] ἐφ' ὑμῶν πάντας πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμωρεῖτε· ἐφ' ἡμῶν δὲ τὸ ὄνομα ὡς ἔλεγχον λαμβάνετε, καίπερ, ὅσον γε ἐκ τοῦ ὀνόματος, τοὺς κατηγοροῦντας μᾶλλον κολάζειν ὀφείλετε. [2] Χριστιανοὶ γὰρ εἶναι κατηγορούμεθα· [3] τὸ δὲ χρηστὸν μισεῖσθαι οὐ δίκαιον. καὶ πάλιν, ἐὰν μέν τις τῶν κατηγορουμένων ἔξαρνος γένηται, τῇ φωνῇ μὴ εἶναι φήσας, ἀφίετε αὐτὸν, ὡς μηδὲν ἐλέγχειν ἔχοντες ἁμαρτάνοντα. ἐὰν δέ τις [4] ὁμολογήσῃ εἶναι, διὰ τὴν ὁμολογίαν κολάζετε· δέον καὶ τὸν τοῦ ὁμολογοῦντος βίον εὐθύνειν, καὶ τὸν τοῦ ἀρνουμένου, ὅπως διὰ τῶν πράξεων ὁποῖός ἐστιν ἕκαστος φαίνηται. ὃν γὰρ τρόπον παραλαβόντες τινὲς παρὰ τοῦ διδασκάλου Χριστοῦ μὴ ἀρνεῖσθαι ἐξεταζόμενοι [5] παρακελεύονται, τὸν αὐτὸν τρόπον κακῶς ζῶντες, ἴσως ἀφορμὰς παρέχουσι [6] τοῖς ἄλλως καταλέγειν τῶν πάντων χριστιανῶν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν αἱρουμένοις. οὐκ ὀρθῶς μὲν οὐδὲ τοῦτο πράττεται· καὶ γάρ τοι φιλοσοφίας ὄνομα καὶ σχῆμα ἐπιγράφονταί τινες, οἳ οὐδὲν ἄξιον τῆς ὑποσχέσεως πράττουσι· γινώσκετε δ' ὅτι καὶ οἱ τὰ ἐναντία δοξάσαντες καὶ δογματίσαντες [7] τῶν παλαιῶν, τῷ ἑνὶ ὀνόματι προσαγορεύονται φιλόσοφοι· καὶ τούτων τινὲς ἀθεότητα ἐδίδαξαν. καὶ τὸν Δία ἀσελγῆ ἅμα τοῖς αὐτοῦ παισὶν οἱ γενόμενοι ποιηταὶ καταγγέλλουσι· κἀκείνων τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι, οὐκ εἴργονται πρὸς ὑμῶν· ἆθλα δὲ καὶ τιμὰς τοῖς εὐφώνως [8] ὑβρίζουσι τούτους τίθετε.

A minis appellationem, nec ob vivendi rationem quidquam peccamus; vestrum est elaborare, ne plectendis injuste hominibus non convictis pœnas justitiæ debeatis. Ex nomine enim nec laus nec pœna merito exstiterit, nisi quid egregie possit aut improbe factum probari. Nam quicumque coram vobis accusantur, eos pœna non afficitis antequam convincantur. In nobis autem nomen argumenti loco sumitis; quamvis, quantum ad ipsum nomen attinet, in eos potius qui illud deferunt, animadvertere deberetis. Accusamur enim quod Christiani simus: bonum autem odio haberi contra justitiam est. Deinde vero si quis ex his qui accusantur negatorem se præbeat, verbo negans B se esse Christianum; dimittitis tamquam nihil habentes quod eum peccare arguatis. Si quis autem confiteatur; pœnam ob ipsam confessionem irrogatis; cum & confitentis & negantis vitam excutere oporteat, ut ex actionibus qualis quisque sit intelligatur. Quemadmodum enim quidam, cum a magistro Christo didicerint non negare, interrogati hortatorum munere funguntur: sic qui male vivunt, ansam fortasse iis præbent, qui aliunde ad affingendam omnibus Christianis impietatem & injustitiam parati sunt. Neque id recte comparatum est. Quidam enim philosophiæ nomen & habitum præ se ferunt, qui nihil dignum hoc promisso faciunt; nec vos latet eos, C qui contraria olim inter se sensere ac docuere, nomine uno appellari philosophos. Ac eorum quidem nonnulli nullos deos esse docuerunt. Jovem etiam poetæ una cum ejus filiis impudicum decantant: quorum fabulas qui agunt, non prohibentur a vobis, sed deos sonora voce exagitantibus præmia & honores ponitis.

1. Ἐφ' ὑμῶν πάντας.] Ita R. Steph. & codex Clarom. Male in editionibus Par. & Germ. ἐφ' ὑμῶν πάντων.

2. Χριστιανοί.] Sylburgius, Langus & Grabius legendum putant hoc in loco & in alio simili n. 7. χρηστιανοί; propterea quod Justinus hanc vocem idem esse putat, ac τὸ χρηστὸν; unde etiam supra, *quantum ad ipsum nomen χρηστότατοι sumus*. In quo quidem S. Martyrem respicere putant ad usitatam, ut eruditorum non pauci opinati sunt, *Chresti* per ridiculam pronuntiandi rationem. Sed hæc sententia parum mihi, fateor, arridet. Nam 1. Justinus Christi nomen deducit ab ungendo in Apol. 2. n. V. 2. Cum ait hoc loco Christianos, quantum ad nomen attinet, esse optimos, atque hoc nomen odio haberi non debere, quia τὸ χρηστὸν odisse injustum est; minime derivat hanc vocem ἀπὸ τοῦ χρηστοῦ, sive a bonitate, sed ab unctione, quam rem utilem & optimam judicat. Hoc nomen si deduxisset ἀπὸ τοῦ χρηστοῦ, non dixisset χρηστότατοι *optimi sumus*, nec superlativo usus fuisset, qui satis commode apponi potuit, si Christianorum nomen ex re optima deriveturr: at perabsurde adhiberetur, si ἀπὸ τοῦ χρηστοῦ deducatur. 3. Justini sententiam illustrat Theophilus Antiochenus, qui in lib. 1. n. 1. ait: *Fateor me esse Christianum, ac fero hoc nomen Deo acceptum, sperans me utilem esse Deo:* ἐλπίζων εὔχρηστος εἶναι τῷ Θεῷ. Quibus verbis designat necessitudinem intercedentem inter Christianos & τὸ χρηστόν, non quod prima vox ab altera derivetur; sed quia, ut ipse ait n. 12. τὸ χριστὸν ἡδὺ καὶ εὔχρηστόν ἐστι, *id quod unctum est, suave & bonum est.*

3. Τὸ δὲ χρηστόν.] Chresti pronuntiandi ratio non tam pervulgata fuit apud ethnicos, quam existimarunt eruditi viri. Nam si perpauca excipias, ut dialogum, qui Philopatris inscribitur apud Lucianum, ubi Chrestus legitur, & Svetonium qui Judæos, *impulsore Chresto, assidue tumultantes* Roma a Claudio expulsos narrat, ubique pronuntiatur Christus & Christiani: in epistola Plinii ad Trajanum, atque etiam Hadriani apud Vopisc. in Saturn. p. 245. apud Cornelium Tacitum Annal. lib. 15. apud Lucianum in Proteo & Alexandro, & in libris Celsi, cujus tam multa in Christum & Christianos contumeliose dicta referuntur ab Origene. Hinc illa ethnicorum dicta, *Christianos ad leonem*. Tertul. de Spectac. *Bonus vir Cajus Sejus tantum quod Christianus*. Apol. c. 3. Quamobrem vitiosa pronuntiatio apud paucos obrepserat, neque id contumeliæ caussa, ut viri docti existimarunt, sed errore, ut patet ex Tertulliano & Lactantio. *Etiam cum corrupte a vobis*, inquit Tertullianus 1. ad Nat. cap. 3. *chrestiani pronuntiamur (nam ne nominis quidem ipsius liquido certi estis) sic quoque de suavitate vel bonitate modulatum est*. Et Lactantius lib. 4. cap. 7. *Sed exponenda hujus nominis ratio propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera Christum* (lege *Chrestum*) *solent dicere*.

4. Ὁμολογήσῃ] Judiciorum iniquitatem non omittunt ceteri religionis defensores: in primis Tertullianus, qui Apologeticum ab hoc exorditur argumento, ac præsides, cum Christianos negare cogerent, sic loqui solitos refert: *Sic autem soletis*, inquit, *dicere homicidæ; Nega, laniari jubete sacrilegum si confiteri perseveraverit*. Corruptus locus sic videtur emendari posse: *Sic enim soletis dicere: Homicida, nega: laniari jubeo te sacrilegum, si confiteri perseveraveris.*

5. Παρακελεύονται.] Sic Tertullianus sub finem Apologetici: *Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est*. Unde etiam Martyres vocantur a Gregorio Nazianzeno σιγῶντα κηρύγματα, Orat. 29. p. 319. Vid. Clem. Strom. 4. p. 503.


6. Τοῖς ἄλλως.] Ita R. Steph. & mss. Male in editionibus τοῖς ἄλλοις, quæ scriptura placuit Grabio, quia non vidit hanc esse debere horum verborum constructionem, τοῖς ἄλλως αἱρουμένοις καταλέγειν ἀσέβειαν καὶ τῶν πάντων χριστιανῶν. Thirlbius non plus vidit quam Grabius. Legendum enim putat ἄλλοις & ὡς addendum ante ἀσέβειαν.

7. Τῶν παλαιῶν.] Sic construenda hæc verba, οἱ τῶν παλαιῶν, nec vertendum, *qui contraria veteribus senserunt*. Vide infra n. 7. Athenagoram n. 2. Tertull. 1. ad Nat. ubi sic loquitur: *Quot denique philosophi dicuntur, nec tamen legem philosophiæ adimplent? Omnes nomen de professionibus gestant: seducant nomen* (forte, *sed vacat nomen*) *professionis prudentia. Qui superficie vocabuli infamant veritatem, non statim sunt qui dicuntur, sed quia non sunt, frustra dicuntur*, cap. 5.

8. Ὑβρίζουσι τούτους.] Ita codex Regius & Clarom. Editi ὑβρίζουσι αὐτοῖς, quam scripturam vitio non carere animadverterant Billius, Sylburg. & Grab. Heic tria testimonia satis similia citat Thirlbius ex lib. 3. Theophili Antioch. & aliud ex Lactantio lib. 5. c. 20.

a Τῇ δίκῃ κόλασιν ὀφλήσητε] Ita sic vertenda ducit Thirlbius: *Ipsi pœnas detis.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



[a] Τί δὴ ὖν τῦτ' ἂν εἴη; ἐφ' ἡμῶν ὑπισχνυμένων A μηδὲν ἀδικεῖν, μηδὲ τὰ ἄθεα ταῦτα δοξάζειν, [1] ὐ κρίσεις ἐξετάζετε, ἀλλὰ ἀλόγῳ πάθει ϰ̀ μάςιγι δαιμόνων φαύλων ἐξελαυνόμενοι, ἀκρίτως κολάζετε μὴ φροντίζοντες. [2] εἰρήσεται γὰρ τἀληθές. ἐπεὶ τὸ παλαιὸν δαίμονες φαῦλοι, ἐπιφανείας ποιησάμενοι, καὶ γυναῖκας ἐμοίχευσαν, καὶ παῖδας διέφθειραν, καὶ φόβητρα ἀνθρώποις ἔδειξαν, ὡς καταπλαγῆναι [b] τὺς οἳ λόγῳ τὰς γινομένας πράξεις ὐκ ἔκρινον, ἀλλὰ δέει συνηρπασμένοι, ϰ̀ μὴ ἐπιςάμενοι δαίμονας εἶναι φαύλυς, θεὺς προσωνόμαζον, καὶ ὀνόματι ἕκαςον προσηγόρευον, ὅπερ ἕκαςος αὑτῷ τῶν δαιμόνων ἐτίθετο. ὅτε δὲ Σωκράτης λόγῳ ἀληθεῖ ϰ̀ ἐξεταςικῶς ταῦτα εἰς φανερὸν ἐπειρᾶτο φέρειν, ϰ̀ ἀπάγειν τῶν δαιμόνων τὺς ἀνθρώπυς, [3] ϰ̀ αὐτοὶ οἱ δαίμονες διὰ B τῶν χαιρόντων τῇ κακίᾳ ἀνθρώπων ἐνήργησαν ὡς ἄθεον ϰ̀ ἀσεβῆ ἀποκτεῖναι, λέγοντες καινὰ εἰσφέρειν αὐτὸν δαιμόνια. ϰ̀ ὁμοίως ἐφ' ἡμῶν τὸ αὐτὸ ἐνεργῦσιν. οὐ γὰρ μόνον [4] Ελλησι διὰ Σωκράτυς ὑπὸ λόγυ ἠλέγχθη ταῦτα, ἀλλὰ ϰ̀ ἐν βαρβάροις ὑπ' αὐτῦ τῦ λόγου μορφωθέντος καὶ ἀνθρώπου γενομένου, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ κληθέντος. ᾧ πεισθέντες ἡμεῖς, τοὺς ταῦτα πράξαντας δαίμονας οὐ μόνον [c] μὴ ὀρθὺς εἶναι φαμὲν, ἀλλὰ κακὺς ϰ̀ ἀνοσίυς δαίμονας, οἳ ὐδὲ τοῖς ἀρετὴν ποθῦσιν ἀνθρώποις τὰς πράξεις ὁμοίας ἔχουσι.

V. Quid hæc igitur ſibi volunt? Erga nos, qui nihil mali facturos, nec impia illa opinaturos pollicemur, non judicia examinatis, ſed affectu a ratione alieno, ac malorum dæmonum flagello agitati, animadvertere indicta cauſa parvi penditis. Dicetur enim id quod res eſt. Pravi dæmones, cum præſentiam ſuam exhiberent, ſtupra mulieribus & pueris intulerunt, ac terricula hominibus monſtrarunt, ita ut percellerentur qui id quod fiebat non ratione dijudicabant, ſed metu correpti, ac malos dæmones eſſe ignari, deos appellabant, & eo quemque deſignabant nomine; quod ſibi quiſque dæmon impoſuiſſet. Poſtquam autem Socrates vera & exquiſita ratione hæc in lucem proferre, & a dæmonibus homines abducere conatus eſt; ipſi dæmones hominum nequitia gaudentium opera perfecerunt, ut velut atheus & impius necaretur, nova ab eo dæmonia induci dictitantes. Hoc idem contra nos pariter moliuntur. Neque enim apud Græcos ſolum hæc a Verbo per Socratem convicta, ſed apud barbaros etiam ab ipſo illo Verbo forma induto, & homine facto ac Jeſu Chriſto appellato. Cui cum credamus, dæmones qui hæc perpetrarunt, non modo bonos eſſe non dicimus, ſed etiam malos & nefandos dæmones, qui nec hominibus quidem virtutis cupidis ſimiles actiones habeant.

Ενθένδε ϰ̀ ἄθεοι κεκλήμεθα. ϰ̀ ὁμολογῦμεν τῶν τοιύτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' ὐχὶ τῦ ἀληθεςάτυ, C καὶ πατρὸς δικαιοσύνης ϰ̀ σωφροσύνης, καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, ἀνεπιμίκτυ τε κακίας Θεοῦ· ἀλλ' ἐκεῖνόν τε, ϰ̀ τὸν παρ' αὐτῦ υἱὸν ἐλθόντα [5] ϰ̀ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα, καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἑπομένων καὶ ἐξομοιουμένων ἀγαθῶν ἀγγέλων στρατὸν, πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα, ϰ̀ προσκυνοῦμεν, λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες, καὶ παντὶ βουλομένῳ μαθεῖν, ὡς ἐδιδάχθημεν, ἀφθόνως παραδιδόντες.

VI. Inde ortum ut athei appellaremur. Atque atheos quidem nos eſſe confitemur, ſi de opinatis ejuſmodi diis agatur; ſecus vero ſi de veriſſimo illo, & juſtitiæ ac temperantiæ, ac ceterarum virtutum Patre, nulla admixto vitioſitate Deo. Sed eum & Filium qui ab eo venit ac nos iſta docuit, & ceterorum qui illum aſſectantur, eique aſſimilati ſunt, bonorum Angelorum exercitum, & Spiritum propheticum colimus & adoramus, ratione & veritate venerantes, & ut quiſque diſcere voluerit, citra invidiam, ut edocti ſumus, impertientes.

Αλλὰ φήσει τις, ἤδη τινὲς ληφθέντες ἠλέγχθησαν κακοῦργοι· [6] καὶ γὰρ [d] πολλοὺς πολλάκις, ὅταν ἑκάστοτε τῶν κατηγορουμένων τὸν βίον ἐξετάζητε, ἀλλ' οὐ [7] διὰ τοὺς προλεχθέντας καταδικάζετε. D καθόλου μὲν οὖν κἀκεῖνο ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὃν τρόπον οἱ ἐν Ελλησι τὰ αὐτοῖς ἀρεστὰ δογματίσαντες, ἐκ παντὸς τῷ ἑνὶ ὀνόματι φιλοσοφίας

VII. Sed dicet aliquis: Jam nonnulli, cum comprehenſi fuiſſent, convicti ſunt malefacti. Ac multos quidem perſæpe, cum in vitam inquiritis reorum, condemnatis: non tamen propter eos qui prius fuere convicti, condemnatis. Illud ergo generatim confitemur, quemadmodum qui apud Græcos arridentes ſibi opiniones docuere, uno omnino phi-

1. Οὐ κρίσεις.] Grabius legit ὐ κρίσει. Totum hunc locum illuſtravimus mutata interpunctione. Sic enim antea legebatur. τί δὴ ὖν τῦτ' ἂν εἴη ἐφ' ἡμῶν .... δοξάζειν. Paulo ante, illud ἐφ' ἡμῶν eodem modo uſurpatur.

2. Εἰρήσεται γὰρ τἀληθές.] Quod palam & aperte declarat Juſtinus dæmonum flagellis incitari qui ita judicant, id Tertullianus lenius & obſcurius inſinuat. *Suſpecta ſit vobis iſta perverſitas*, inquit Apol. c. 2. *ne qua vis lateat in occulto, quæ vos adverſus formam, adverſus naturam judicandi, contra ipſas quoque leges miniſtret*. Quod quidem verbum poſitum videtur pro *adminiſtret*, ſive *regat* & *incitet*. De dæmonibus eadem habes in Apol. 2. n. 4.

3. Καὶ αὐτοί.] Legendum pronuntiat καὶ αὐτὸν Thirlbius & paulo poſt μὴ θεὺς, pro μὴ ὀρθύς. Huic poſtremæ emendationi tantum tribuit, ut *rem tam claram exemplis aut rationibus confirmare nihil aliud eſſe* dicat *niſi lectoribus convicium facere*. Nihil ſane incommodi eſſet, ſi ſcripſiſſet Juſtinus καὶ αὐτὸν & μὴ θεύς: ſed cum aliter ſcriptum habeamus, & utraque ſcriptura apte & commode poſita ſit; quid opus eſt ſana ac minime corrupta emendare?

4. Ελλησι.] Legendum ἐν Ελλησι jam multi poſt Perionium obſervarunt.

5. Καὶ διδάξαντα ἡμᾶς ταῦτα.] Cum magna exſtiterit Proteſtantium de hoc Juſtini teſtimonio adverſus catholicos dimicatio, interpretationis meæ defenſionem, quæ ſatis commode finibus Notæ includi non poterat, in Præfationem conjeci.

6. Καὶ γὰρ πολλὺς πολλάκις] Subintelligit Grabius ἠλέγχθησαν ſed prorſus immerito. Nam clara eſt verborum conſtructio, πολλὺς πολλάκις . . . καταδικάζετε. Quod autem Juſtinus multos ſæpe condemnari ait, id de Chriſtianis accipi non poteſt: (quomodo enim multos ex illis convictos fuiſſe fateretur, cum paucos tantum objicerent adverſari?) ſed generatim docet quanti interſit in reorum vitam inquirere, ut idem jus impetret Chriſtianis.

7. Διὰ τὺς προλεχθέντας.] Legit Grabius διὰ τῦτο προλεχθέντας, ſed inutilis prorſus hæc conjectura. Multo aptius & commodius Perionius & Billius legunt διὰ τὺς προελεγχθέντας. Multos ſane condemnatis, cum de cujuſque vita inquiritis, ſed eos non condemnatis propter eos qui jam convicti fuere. Quare etiamſi nonnulli ex Chriſtanis convicti fuerint, non idcirco ceteri condemnandi.

a Τί δὴ ὖν τῦτ' ἂν εἴη; ἐφ' ὑμῶν] Fabricius *Bibl. Gr.* tom. 5. p. 54. aliter hunc locum diſtinguit: Τί δὴ ὖν τῦτ' ἂν εἴη ἐφ' ὑμῶν; *Quare igitur ita agitur nobiſcum?* ut nempe a vobis prohibeamur. Dixerat enim modo: κἀκείνων τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι, ὐκ εἴργονται πρὸς ὑμῶν. Nec aliter Thirlbius. Mox Pearſonus legendum conjicit, οὐς οὐ κρίσει ἐξετάζετε.

b Καταπλ. τὺς] Pearſonus, καταπλ. αὐτύς.

c Μὴ ὀρθὺς εἶναι φαμέν] Omnino ſcribendum crediderim, μὴ ΘΕΟΥΣ εἶναι φαμέν. Sanctus enim Martyr ſe iis opponit, qui μὴ ἐπιςάμενοι δαίμονας εἶναι φαύλυς, ΘΕΟΥΣ προσωνόμαζον, ut paullo ante loquitur. DAVIS.

d Καὶ γὰρ πολλὺς πολλάκις κ. τ. λ.] Reponendum videtur, ϰ̀ γὰρ ΠΟΛΛΟΙ πολλάκις: nam caſum nominativum poſtulat ſyntaxis. Dein, ἀλλ' ὐ, διὰ τὺς προλεχθέντας, ΠΑΝΤΑΣ καταδικάζετε. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

προσαγορεύονται, καίπερ τῶν δογμάτων ἐναντίων ὄντων· οὕτως καὶ τῶν ἐν βαρβάροις γενομένων [1] καὶ δοξάντων σοφῶν, τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα κοινόν ἐστι. χριστιανοὶ γὰρ πάντες προσαγορεύονται. ὅθεν πάντων τῶν καταγγελλομένων ὑμῖν τὰς πράξεις κρίνεσθαι ἀξιοῦμεν, ἵνα ὁ ἐλεγχθεὶς ὡς ἄδικος κολάζηται, ἀλλὰ μὴ ὡς χριστιανός· ἐὰν δέ τις ἀνέλεγκτος φανῆται, ἀπολύηται, ὡς χριστιανὸς οὐδὲν ἀδικῶν. οὐ γὰρ τοὺς κατηγοροῦντας κολάζειν ὑμᾶς ἀξιώσομεν· ἀρκοῦνται γὰρ τῇ προσούσῃ πονηρίᾳ, καὶ τῇ τῶν καλῶν ἀγνοίᾳ.

A losophiæ nomine appellantur, quamvis contrariæ sint eorum sententiæ; ita & iis qui apud barbaros exstitere aut existimati sunt sapientes, commune impositum esse nomen; Christiani enim appellantur omnes. Rogamus itaque ut omnium qui apud vos accusantur, dijudicentur actiones, ut qui convictus fuerit, puniatur ut improbus, nequaquam autem ut Christianus; si quem autem extra noxam esse pateat, dimittatur ut innocens Christianus. Nam ut in ipsos delatores animadvertatis minime rogabimus: satis enim illis est supplicii sua ipsorum nequitia ac bonarum rerum ignoratio.

Λογίσασθε δ' ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν ταῦτα ἔφημεν, ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν εἶναι ἀρνεῖσθαι ἐξεταζομένους. ἀλλ' οὐ βουλόμεθα ζῆν ψευδολογοῦντες. τοῦ γὰρ αἰωνίου καὶ καθαροῦ βίου ἐπιθυμοῦντες, τῆς μετὰ Θεοῦ τοῦ πάντων πατρὸς καὶ δημιουργοῦ διαγωγῆς ἀντιποιούμεθα, καὶ σπεύδομεν ἐπὶ τὸ ὁμολογεῖν, οἱ πεπεισμένοι καὶ πιστεύοντες τυχεῖν τούτων δύνασθαι τοὺς τὸν Θεὸν δι' ἔργων πείσαντας ὅτι αὐτῷ εἵποντο, καὶ τῆς παρ' αὐτῷ διαγωγῆς ἤρων, ἔνθα κακία οὐκ ἀντιτυπεῖ. ὡς μὲν οὖν διὰ βραχέων εἰπεῖν, ἅ τε προσδοκῶμεν, καὶ μεμαθήκαμεν διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ διδάσκομεν, ταῦτά ἐστι. [2] Πλάτων δὲ ὁμοίως ἔφη Ῥαδάμανθυν καὶ Μίνω κολάσειν τοὺς ἀδίκους παρ' αὐτοὺς ἐλθόντας. ἡμεῖς δὲ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα φαμὲν γενήσεσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, καὶ [a] τοῖς αὐτοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν [3] γινομένων, καὶ αἰωνίαν κόλασιν κολασθησομένων, ἀλλ' οὐχὶ χιλιονταετῆ περίοδον, ὡς ἐκεῖνος ἔφη, μόνον. εἰ μὲν οὖν ἄπιστον, ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις πρὸς ἡμᾶς, [4] ἡ δὲ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα.

VIII. Vestra autem causa hæc a nobis dicta esse ex B eo intelligite, quod in nobis situm sit negare cum interrogamur. Sed vivere nolumus obstricti mendacio. Æternæ enim ac puræ vitæ cupidi, ad domicilium cum Deo universorum Patre & opifice promissum contendimus; ac properamus ad confitendum, cum persuasum habeamus & credamus, hæc bona ab illis comparari posse, qui factis suis testati Deo fuerint se illum sectatos esse, ac illud apud eum domicilium adamasse, ubi nulla vitiositas reluctatur. Ut igitur brevissime dici potest, hæc sunt quæ exspectamus, quæque a Christo didicimus & docemus. Similiter quidem Plato improbos, cum ad Minoem & Rhadamanthum venerint, punitum iri ab illis dixit: Nos autem idem illis eventurum dicimus, sed a Christo; C idque exsistentibus in iisdem corporibus, una cum suis animabus, ut pœna æterna puniantur, non mille annorum, ut iste dixit, circuitu definita. Si quis autem nobis incredibile id esse, ac fieri non posse dicat; levis sane est ac quotidianus hic error, quamdiu nullius malefacti arguimur.

Ἀλλ' οὐδὲ θυσίαις πολλαῖς καὶ πλοκαῖς ἀνθῶν [5] τιμῶμεν οὓς ἄνθρωποι μορφώσαντες, καὶ ἐν ναοῖς ἱδρύσαντες, θεοὺς προσωνόμασαν· ἐπεὶ ἄψυχα καὶ νεκρὰ ταῦτα γινώσκομεν, καὶ Θεοῦ μορφὴν μὴ ἔχοντα (οὐ γὰρ τοιαύτην ἡγούμεθα τὸν Θεὸν ἔχειν τὴν μορφὴν ἥν φασί τινες εἰς τιμὴν μεμιμῆσθαι) ἀλλ' ἐκείνων τῶν φανέντων κακῶν δαιμόνων καὶ ὀνόματα καὶ σχήματα ἔχειν. τί γὰρ δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι, ξέοντες καὶ τέμνοντες, καὶ χωνεύοντες καὶ τύπτοντες; καὶ ἐξ ἀτίμων πολλάκις σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ [6] μορφοποιήσαντες, θεοὺς ἐπονομάζουσιν. ὅπερ οὐ μόνον ἄλογον ἡγούμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ὕβρει τοῦ Θεοῦ γίνεσθαι, ὃς ἄρρητον δόξαν καὶ μορφὴν ἔχων, ἐπὶ φθαρτοῖς καὶ δεομένοις θεραπείας πράγμασιν ἐπονομάζεται. καὶ

IX. Neque etiam victimarum copia, & florum coronis colimus, quos homines, postquam effinxere & in fanis collocavere, deos appellarunt. Si quidem inanimata & mortua hæc esse, nec Dei forma prædita (neque enim talem Deo inesse formam putamus, qualem quidam colendi caussa simulatam dicunt) sed malorum illorum, qui apparuerunt, dæ- D monum & nomina & figuras referre novimus. Quid enim attinet vobis qui probe scitis, exponere, quonam artifices modo materiam tractent, scalpendo, cædendo, fundendo & tundendo? Quinetiam sæpe ex vasis inhonestis, cum speciem tantum arte immutaverint, ac effigiem induxerint, cognominant deos. Quod quidem non solum a ratione alienum esse, sed etiam contumeliose in Deum fieri censemus; qui cum gloriam & formam non enarrabilem habeat, ejus nomen rebus corruptioni obnoxiis &

1. Καὶ δοξάντων.] Illud καὶ idem valet hoc loco ac ἢ. Declarat enim commune esse Christianorum nomen iis qui re aut nomine sunt Christiani.

2. Πλάτων.] Observat Grabius his de rebus agere Platonem in Gorg. tom. 1. edit. Serrani p. 524. & in Apologia Socratis, & de suppliciis mille annorum in Timæo p. 42. Addit eruditus Thirlbius lib. 10. de Rep. p. 761. & in Gorg. p. 357. & in Phædr. p. 1223.

3. Γινομένων.] Supple αὐτῶν vel ἀνθρώπων γινομένων αὐτοῖς σώμασι vel ἐν αὐτοῖς σώμασι μετὰ τῶν ψυχῶν. Necesse non est cum Thirlbio legere γινομένοις & κολασθησομένοις.


4. Ἡ δὲ πλάνη.] Corruptum putat hunc locum Grabius. Langus & Perionius sic interpretantur ut dicant eos, qui judicium negant, ex uno errore in alium delabi, donec tandem hoc judicio peracto nihil mali a Christianis fieri pateat. At nihil aliud sibi vult Justinus, nisi hunc errorem de judicio, si modo error sit, levissimi esse momenti, quamdiu opere & factis nihil deliquisse arguentur Christiani. Voces illæ, ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον, idem sonant ac πλάνη ἀλλοπρόσαλλος error communis, & quotidianus, quem si quis nobis objiciat, facile sit in ipso censore simile aliquod vitium castigare. Non inusitata est Justino & aliis religionis defensoribus hæc ratiocinatio. Postulat in eadem Apologia Justinus n. 20. ut Christiani, dum Filium Dei natum & crucifixum prædicant, non absurdiora dicere videantur, quam poetæ, qui de filiis deorum multa finxerunt. In conclusione Apologiæ rogat Imperatores, ut si minus eis placet Christianorum doctrina, illam quidem instar nugarum habeant, at nequaquam in Christianos tamquam in hostes capitalem pœnam decernant. Tertullianus Apolog. cap. 21. de Verbi Incarnatione loquens: *Recipite interim*, inquit, *hanc fabulam: similis est vestris*. Vide cap. 49. Legit Thirlbius: πρὸς ἡμᾶς ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν, ἀλλ' οὐ πρὸς ἕτερον. *Ad nos error iste pertinet, non ad alium quemvis*.

5. Τιμῶμεν] Ita Clarom. codex. Editi ὡς τιμωμένους.

6. Μορφοποιήσαντες.] Frustra H. Steph. addit ante hanc vocem ἀνθρώπους vel ἀνθρώπων εἰκόνας. Sic enim paulo ante legimus οὓς ἄνθρωποι μορφώσαντες, & n. 6. λόγου μορφωθέντος.

a Καὶ τοῖς αὐτοῖς — γινομένων] Forte Κἂν, vel καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς σώμασι ΜΕΝ τῶν ψυχῶν γινομένων. Alioqui commodam orationis evolvendæ rationem non video. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



ὅτι οἱ τούτων τεχνῖται ἀσελγεῖς τε, καὶ πᾶσαν A κακίαν, ἵνα μὴ καταριθμῶμεν, ἔχουσιν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε· καὶ τὰς ἑαυτῶν παιδίσκας συνεργαζομένας φθείρουσιν. ὢ τῆς ἐμβροντησίας, ἀνθρώπους ἀκολάστους, θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν [1] λέγεσθαι, καὶ μεταποιεῖν. καὶ τῶν ἱερῶν, ἔνθα ἀνατίθενται, φύλακας τοιούτους καθιστάναι· μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ λέγειν ἀνθρώπους θεῶν εἶναι φύλακας.

assiduam curam requirentibus imponitur. Atque horum artifices vitio omni, ne singula recenseam, deditos esse accurate nostis; adeo ut suas etiam ancillas, dum secum laborant, constuprent. O stuporem attonitæ mentis! Id hominibus incontinentibus tribui, ut deos ad colendum fingere & transformare dicantur; ac fanorum, in quibus illi collocantur, tales constitui custodes! Nimirum non vident & cogitatu & dictu nefas esse, homines deorum esse custodes.

Ἀλλ' οὐ δέεσθαι τῆς παρὰ ἀνθρώπων ὑλικῆς προσφορᾶς [2] προσειλήφαμεν τὸν Θεὸν, αὐτὸν παρέχοντα πάντα ὁρῶντες. ἐκείνους δὲ προσδέχεσθαι αὐτὸν μόνον δεδιδάγμεθα, καὶ πεπείσμεθα καὶ πιστεύομεν, τοὺς τὰ προσόντα αὐτῷ ἀγαθὰ μιμουμένους, σωφροσύνην B καὶ δικαιοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ ὅσα οἰκεῖα Θεῷ ἐστι, τῷ μηδενὶ ὀνόματι θετῷ καλουμένῳ. καὶ πάντα τὴν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα δημιουργῆσαι αὐτὸν [3] ἐξ ἀμόρφου ὕλης δι' ἀνθρώπους δεδιδάγμεθα· οἳ ἐὰν ἀξίους τῷ ἐκείνου [4] βουλεύματι ἑαυτοὺς δι' ἔργων δείξωσι, τῆς μετ' αὐτοῦ ἀναστροφῆς καταξιωθῆναι προσειλήφαμεν συμβασιλεύοντας, ἀφθάρτους καὶ ἀπαθεῖς γενομένους. ὃν τρόπον γὰρ τὴν ἀρχὴν οὐκ ὄντας ἐποίησε, τὸν αὐτὸν ἡγούμεθα τρόπον, διὰ τὸ ἑλέσθαι, τοὺς αἱρουμένους τὰ αὐτῷ ἀρεστὰ, καὶ ἀφθαρσίας καὶ συνουσίας καταξιωθῆναι. τὸ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, οὐχ ἡμέτερον ἦν· τὸ δ' ἐξακολουθῆσαι οἷς φίλον αὐτῷ αἱρουμένους δι' ὧν αὐτὸς ἐδωρήσατο λογικῶν δυνάμεων, πείθει τε καὶ εἰς πίστιν C ἄγει ἡμᾶς. καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἡγούμεθα εἶναι, [5] τῷ μὴ εἴργεσθαι ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ προτρέπεσθαι ἐπὶ ταῦτα. [a] ὅπερ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι πρᾶξαι, [6] ταῦτα ὁ λόγος θεῖος ὢν εἰργάσατο, εἰ μὴ οἱ φαῦλοι δαίμονες κατεσκέδασαν πολλὰ ψευδῆ καὶ ἄθεα κατηγορήματα, σύμμαχον λαβόντες τὴν ἐν ἑκάστῳ κακὴν πρὸς πάντα καὶ ποικίλην φύσει ἐπιθυμίαν, ὧν οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν.

X. Neque etiam materialibus hominum donis Deum indigere accepimus, ipsum omnia largiri cernentes. Sed eos solos illi probari didicimus & persuasum habemus & credimus, qui insita illi bona imitantur, temperantiam, justitiam & humanitatem, & quæcumque Dei, qui nullo imposito nomine vocatur, propria sunt. Et cum bonus sit, omnia illum ab initio ex informi materia propter homines condidisse accepimus. Quos quidem, si dignos se per opera illius consilio ac voluntati exhibuerint, adepturos accepimus, ut cum eo degant, atque una regnent corruptionis & perpessionis expertes. Quemadmodum enim ab initio non exsistentes creavit, eodem modo futurum credimus, ut qui elegerint quæ ipsi placent, ob hanc eligendi rationem immortalitate & Dei convictu & consuetudine dignentur. Nam ut a principio fieremus, in nobis situm non erat: ut autem ea sequamur quæ ipsi placent, adhibitis ad eligendum rationalibus facultatibus quas ab eo accepimus; id ipse nobis persuadet & ad fidem nos adducit. Atque id quidem ad omnes homines pertinere arbitramur, eo quod non arceantur ab his discendis, sed potius hortatu ad ea incitentur. Quod enim non potuerant leges humanæ perficere, id Verbum divinum præstitisset; nisi mali dæmones sociam ad omnia & adjutricem adhibentes malam in unoquoque & variam natura cupiditatem, multa falsa & impia crimina, quorum nullius conscii nobis sumus, in vulgus sparsissent.

Καὶ ὑμεῖς, ἀκούσαντες βασιλείαν προσδοκῶντας ἡμᾶς, ἀκρίτως ἀνθρώπινον λέγειν ἡμᾶς ὑπειλήφατε, ἡμῶν τὴν μετὰ Θεοῦ λεγόντων, ὡς καὶ ἐκ τοῦ ἀνεταζομένους ὑφ' ὑμῶν ὁμολογεῖν εἶναι Χριστιανοὺς, γινώ- D σκοντες τῷ ὁμολογοῦντι θάνατον τὴν ζημίαν κεῖσθαι, φαίνεται· εἰ γὰρ ἀνθρώπινον βασιλείαν προσεδοκῶμεν, κἂν ἠρνούμεθα ὅπως μὴ ἀναιρώμεθα, καὶ λανθάνειν ἐπειρώμεθα, ὅπως τῶν προσδοκωμένων τύχωμεν. ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ εἰς τὸ νῦν τὰς ἐλπίδας ἔχομεν, ἀναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν, [7] τοῦ καὶ πάντως ἀποθανεῖν ὀφειλομένου.

XI. Vos autem, cum regnum a nobis exspectari auditis, humanum perperam suspicamini, cum illud, quod cum Deo est, dicamus; ut vel ex eo patet quod a vobis interrogati fateamur nos esse Christianos, quamvis mortis pœnam confitenti positam sciamus. Nam si humanum regnum exspectaremus, negaremus profecto interitus vitandi caussa, & latere conaremur, ad ea quæ exspectamus consequenda. Sed quia spes in rebus præsentibus positas non habemus, interfectores parvi pendimus, cum præsertim mors omnino declinari non possit.

Αρωγοὶ δ' ὑμῖν καὶ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν

XII. Vobis autem adjutores omnium hominum

1. Λέγεσθαι.] Legitur in codicibus mss. & R. Steph. λέγεσθε. Sed recte emendatus hic nævus in edit. Paris. Homines deorum custodes, ut observat Grabius, irrident Baruch. 6. 17. Pseudo-Clemens Recogn. lib. 6. Arnobius lib. 6. Cyprianus contra Demetrianum. Vide supra epist. ad Diognetum n. II. & Tertull. Apol. 29. & 1. ad Nat. c. 10.

2. Προσειλήφαμεν.] Grabius post H. Steph. & Sylburgium legit προειλήφαμεν tum hoc in loco, tum in alio qui paulo post occurrit. Sed Justinus vix ullam vocem frequentius usurpat, cum acceptam a Christo & Apostolis traditionem commemorat. Huc accedit quod sua sponte minime vitiosa est, vel potius longe alteri præferenda, ad ea significanda quæ a Christo & Apostolis edocti sumus.

3. Ἐξ ἀμόρφου ὕλης.] Hæc verba Halloxius vit. S. Just. p. 329. e S. Martyris contextu recidit, ut plane subdita & materiæ æternitatem, præter Justini sententiam, affingentia. Aliter emendavit Langus; vertit enim: *ex nihilo & non ex informi materia*. Sed nihil corruptum aut interpolatum, nihil quod Justinum in erroris suspicionem possit adducere, ut in Præfatione ostendimus.

4. Βουλεύματι.] Sine ratione Sylburgius legit βουλήματι, & paulo post συμβασιλεύσοντας.

5. Τῷ μὴ εἴργεσθαι.] Frustra heic nonnulli legunt τὸ μὴ εἴργεσθαι. Sic reddimus hunc locum, ut nulla supersit difficultas. Confirmat hunc sensum Justinus, dum ait Evangelium latius manaturum fuisse, nisi falsa crimina obstitissent.

6. *Ταῦτα ὁ λόγος.*] Legit Perionius τοῦτο ὁ λόγος θεῖος ἂν εἰργάσατο, & infra γινώσκοντας τῷ ὁμολογοῦντι. Sed ejus emendatio, si prima vox excipiatur, aliis non probatur. Libenter legerem, λόγος θεὸς ὢν, *Verbum, cum Deus sit, hæc præstitisset*. Sic etiam legit Thirlbius. Quod spectat ad illud γινώσκοντες, similia passim apud Justinum exempla occurrunt.

7. Τοῦ καὶ πάντως.] H. Steph. legendum putat τοῦ σώματος καὶ πάντως. Sed hæc absurda emendatio loci integri & sani. Infra eadem occurrit loquendi ratio n. 53. Grabius putat excidisse ex utroque loco vocem παντὸς ob proximum illud πάντως. Sed si quid addendum esset huic loco, qui profecto mendosus non est, addendum esset παντὶ ut in Apol. 2. n. 11. non vero παντός. Nihil etiam mutat eruditus editor Londinensis, qui Justini vulgatam lectionem firmat hoc versu Euripidis, βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.

a Ὅπερ γὰρ — ταῦτα ὁ λόγος] Leg. cum Davisio ἅπερ, ob vocem ταῦτα sequentem.

πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, οἳ ταῦτα δοξάζομεν, A ὡς λαθεῖν Θεὸν, κακόεργον, ἢ πλεονέκτην, ἢ ἐπίβουλον, ἢ ἐνάρετον, ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἕκαστον ἐπ' αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πορεύεσθαι· εἰ γὰρ οἱ πάντες ἄνθρωποι ταῦτα ἐγίνωσκον, οὐκ ἄν τις τὴν κακίαν πρὸς ὀλίγον ᾑρεῖτο, γινώσκων πορεύεσθαι ἐπ' αἰωνίαν διὰ πυρὸς καταδίκην, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου ἑαυτὸν συνεῖχε καὶ ἐκόσμει ἀρετῇ, ὅπως τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ τύχῃ ἀγαθῶν, καὶ τῶν κολαστηρίων ἀπηλλαγμένος εἴη. [a] οὐ γὰρ διὰ τοὺς ὑφ' ὑμῶν [1] κειμένους νόμους καὶ κολάσεις πειρῶνται λανθάνειν ἀδικοῦντες· ἀνθρώπους δ' ὄντας λανθάνειν ὑμᾶς δυνατὸν ἐπιστάμενοι, ἀδικοῦσιν. [2] εἰ ἔμαθον καὶ ἐπείσθησαν Θεὸν ἀδύνατον εἶναι λαθεῖν τι, οὐ μόνον πραττόμενον, B ἀλλὰ καὶ βουλευόμενον, κἂν [3] διὰ τὰ ἐπικείμενα ἐκ παντὸς τρόπου κόσμιοι ἦσαν, ὡς καὶ ὑμεῖς συμφήσετε. [b] ἀλλ' ἐοίκατε δεδιέναι μὴ πάντες δικαιοπραγήσωσι, καὶ ὑμεῖς οὓς [4] κολάζετε ἔτι οὐχ ἕξετε. δημίων δ' ἂν εἴη τὸ τοιοῦτον ἔργον, ἀλλ' οὐκ ἀρχόντων ἀγαθῶν. πεπείσμεθα δ' ἐκ δαιμόνων φαύλων, οἳ καὶ παρὰ τῶν ἀλόγως βιούντων αἰτοῦσι θύματα καὶ θεραπείας, [c] καὶ ταῦτα, ὡς προέφημεν, ἐνεργεῖσθαι· ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς, οἵ γε εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας ὀρέγεσθε, ἄλογόν τι [5] πρᾶξαι ὑπειλήφαμεν. εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὁμοίως τοῖς ἀνοήτοις τὰ ἔθη πρὸ τῆς ἀληθείας τιμᾶτε, πράττετε ὃ δύνασθε. [6] τοσοῦτον δὲ δύνανται καὶ ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λῃσταὶ ἐν ἐρημίᾳ. C ὅτι δ' [7] οὐ καλλιερήσετε, ὁ λόγος ἀποδείκνυσιν, [8] οὗ βασιλικώτατον καὶ δικαιότατον ἄρχοντα μετὰ τὸν γεννήσαντα Θεὸν, οὐδένα οἴδαμεν ὄντα. ὃν γὰρ τρόπον διαδέχεσθαι πενίας, ἢ πάθη, ἢ ἀδοξίας πατρικὰς ὑφαιροῦνται πάντες, οὕτως καὶ ὅσα ἂν ὑπαγορεύσῃ ὁ λόγος μὴ δεῖν αἱ-

maxime & auxiliarii ad pacem sumus; qui hæc docemus, fieri omnino non posse ut Deum lateat maleficus, aut avarus, aut insidiator, aut virtute præditus; ac unumquemque ad æternam, sive pœnam, sive salutem pro meritis actionum suarum proficisci. Nam si hæc cognita omnibus essent, nemo vitium ad breve tempus eligeret, cum se ad æternam ignis condemnationem proficisci sciret; sed sese omnino contineret ac virtute exornaret, tum ad bona quæ a Deo promittuntur, consequenda, tum ad fugienda supplicia. Neque enim qui peccant, ii propter positas a vobis leges & pœnas latere conantur: sed cum se consequi posse sciant, ut vos, utpote homines, lateant, iniqua faciunt. At si didicissent & persuasum haberent fieri non posse, ut Deum quidquam lateat, non modo factum, sed etiam cogitatum; saltem propter impendentia supplicia honestatem omnino colerent; id quod & a vobis concedetur. Sed metuere videmini, ne omnes æqua faciant, nec jam habeatis, in quos animadvertatis. Carnificum sane id foret; non bonorum principum. Persuasum autem habemus, malorum dæmonum operatione, qui hostias & cultum ab hominibus præter rationem viventibus petunt, hæc quoque, ut jam diximus, fieri. Vos autem, qui pietatis & philosophiæ studiosi estis, nihil præter rationem facturos arbitramur. Quod si ipsi quoque, itidem ut homines insipientes, veritati consuetudinem anteponitis; quod in vestra potestate situm est, facite. Plus autem non possunt ne ipsi quidem principes, si veritati opinionem anteponant, quam latrones in solitudine. At vos minime litaturos Verbum declarat, quo magis regium, magisque justum principem, secundum genitorem illius Deum, novimus neminem. Quemadmodum enim nemo est, qui paupertatem aut morbos aut ignominiam hereditate a parentibus non

1. Κειμένους νόμους.] Satis præclare Tertullianus S. Martyris vestigiis, *Sed quanta auctoritas*, inquit, *legum humanarum, cum illas & evadere homini contingat plerumque in admissis delitescenti, & aliquando contemnere ex involuntate vel necessitate delinquenti ... enimvero nos, qui sub Deo omnium speculatore dispungimur, quique æternam ab eo pœnam providemus, merito soli innocentiæ occurrimus, & pro scientiæ plenitudine & pro latebrarum difficultate & pro magnitudine cruciatus, non diuturni, verum sempiterni, eum timentes quem timere debebit & ipse qui timentes judicat, Deum non Proconsulem timentes*, Apol. c. 45. Similia apud Origenem leguntur lib. contra Cels. p. 200. & apud Euseb. Præp. l. 15. c. 5.

2. Εἰ ἔμαθον.] Legit Sylburgius εἰδ' ἔμαθον. Nihil addit Thirlbius. Sed legit οἱ γὰρ διὰ τοὺς &c. *Qui enim propter leges & pœnas a vobis constitutas contendunt latere injuste agentes (quoniam vero sciunt fieri posse ut vos, utpote qui homines estis, lateant, injuste agunt) si edocti essent*, &c. Hæc legendi ratio prima specie arridere possit, sed prorsus rejicietur, si expendatur attentius. Heic enim Justinus quam potentior sit humanis legibus christiana doctrina demonstrat hoc argumento, quod spem fallendi ista præripiat, hæ vero relinquant. Statuit itaque latendi studio in hominibus improbis non auctoritatem legum commendari, sed infirmitatem argui, nec legum metu ac reverentia latebras ad facinus quæri, sed spe facinoris abscondendi, quæ si tollatur, non jam facinus committetur. Utrum hæc *inepta & falsa* videri debeat ac *fœda depravatio*, an peracuta sententia, in qua pervertenda vir doctissimus desudavit?

3. Διὰ τὰ ἐπικείμενα.] Impendentia videlicet a Deo supplicia. Ibidem lege ὑμεῖς, ut jam multi monuerunt.

4. Κολάζετε.] Legendum videtur κολάζητε, vel ut Sylburgius posuit, κολάσετε.

5. Πρᾶξαι.] H. Steph. mallet πράξειν: sed nihil videtur mutandum.

6. Τοσοῦτον.] Hæc citata a Joan. Damasc. 1. Paral. cap. 58. ut monet Grabius.

7. Οὐ καλλιερήσετε.] Hanc vocem Langus & alii sic accipiunt, quasi S. Martyr Imperatores litaturos neget, si dæmones colere, ac victimas illi offerre pergant. At perspicuum est Justinum de injusta Christianorum nece expostulare, ac Imperatores litaturos negare, si veritatem consuetudini posthabeant, &, ut solent latrones in solitudine, Christianos furori suo immolent. Simili sensu, sed non sine ironia Demonax, teste Luciano in ejus vita p. 549. ἄνδρες γὰρ Ἀθηναῖοι, inquit, ἐμὲ μὲν ὁρῶντες ἐστεφανωμένον, ὑμεῖς ἤδη κἀμὲ καταθύσατε. τὸ γὰρ πρότερον οὐ καλλιερήσατε. *Cum me coronatum, Athenienses, videatis, mactate me. Hactenus enim non litastis*. Provocat ergo Athenienses Demonax, ut se coronatum mactent, si litare velint. Contra Imperatoribus denuntiat Justinus eos non litaturos, si Christianos immolent: idque ab ipso Verbo demonstratum esse declarat.


8. Οὐ βασιλικώτατον.] Legendum esse οὗ jam multi monuerunt. Verbi omnipotentiam heic prædicat Justinus, ut ostendat numquam defuturos, qui ab eo adjuti præcepta ejus sequi malint, quam patrias superstitiones.

a ΟΥ γὰρ κ. τ. λ.] Hoc verum non est: nam malefici certe, metu pœnæ legibus constitutæ, latere volunt. Quare sensu contrario, mutatisque distinctionibus, reponendum censeo: ΟΙ γὰρ διὰ τοὺς ὑφ' ὑμῶν κειμένους νόμους καὶ κολάσεις πειρῶνται λανθάνειν ἀδικοῦντες, (ἀνθρώπους — ἀδικοῦσιν) εἰ ἔμαθον &c. DAVIS. — SIC & Thirlbius.

b Ἀλλ' ἐοίκατε δεδιέναι] Reddere malim hoc modo: *Sed speciem datis metuentium, ne omnes æqua faciant, nec jam habeatis in quos animadvertatis*. Ut hanc libertatem dicendi leniamus, eamque cum debita regiæ majestati reverentia, quantum fieri potest, conciliemus; observandum est, Justinum Imperatori ejusque filiis quos alloquebatur, nequaquam attribuere tam perversum consilium, ut eos metuere suspicetur ne omnes æqua faciant. Hanc cogitationem improbis hominibus injici a dæmonibus declarat. Imperatores *nihil præter rationem facturos* existimat. Non suam propriam opinionem aut suscipionem profert, sed id objicit, quod nonnulli ex Imperatorum agendi ratione colligere possent. Quasi diceret: Christianos persequi, quorum tam utilis ad vitium exstirpandum doctrina, hominum videtur esse metuentium, ne omnes æqua faciant. In his quæ sequuntur, *Carnificum sane id foret, non bonorum principum*, fidenter hujus vitii turpitudinem declarat, ut illud in Imperatorem ejusque filios minime cadere demonstret. MARANUS in *emendandis*, pag. 603.

c Καὶ ταῦτα] Nempe absurdissimam illam cogitationem & metum, ne omnes æqua faciant. MARAN. ibid.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



ῥεῖσθαι, ὁ νουνεχὴς [1] οὐχ αἱρήσεται. γενήσεσθαι ταῦτα πάντα προεῖπε, [a] φημὶ, ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος καὶ τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου Θεοῦ υἱὸς καὶ ἀπόστολος ὢν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ χριστιανοὶ ἐπονομάζεσθαι ἐσχήκαμεν· ὅθεν καὶ βέβαιοι γινόμεθα πρὸς τὰ δεδιδαγμένα ὑπ᾽ αὐτοῦ πάντα, ἐπειδὴ ἔργῳ φαίνεται γινόμενα ὅσα φθάσας γενέσθαι προεῖπεν· ὅπερ Θεοῦ ἔργον ἐστί· πρὶν ἢ γενέσθαι [3] εἶπε, καὶ οὕτως δειχθῆναι γινόμενον ὡς προείρηται. ἦν μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τούτοις παυσαμένους μηδὲν προστιθέναι, λογισαμένους ὅτι δίκαιά τε καὶ ἀληθῆ ἀξιοῦμεν· ἀλλ᾽ ἐπεὶ γνωρίζομεν [4] οὐ ῥᾷον ἀγνοίᾳ κατεχομένην ψυχὴν συντόμως μεταβάλλειν, ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι τοὺς φιλαλήθεις, μικρὰ προσθεῖναι προεθυμήθημεν, εἰδότες ὅτι οὐκ ἀδύνατον ἀληθείας παρατεθείσης, ἄγνοιαν φυγεῖν.

A refugiat; sic quæcumque Verbum eligi non debere docuerit, ea vir sanæ mentis haud eliget. Futura hæc, inquam, omnia prædixit magister noster, Parentis & Domini omnium Dei Filius & Apostolus Jesus Christus, a quo etiam habuimus, ut Christiani appellaremur. Unde & confirmamur in omnibus, quæ ille docuit; quandoquidem reipsa videmus evenire, quæcumque futura prædixit. Quod quidem Dei opus est, res antequam fiant prædicere, easque quemadmodum prædictæ fuerunt, ita factas exhiberi. Licebat igitur hoc loco desinentibus nihil amplius addere, justa a nobis & vera postulari cogitantibus. Sed quia difficile esse novimus mentem ignoratione obsessam subito immutari; pauca statuimus adjicere, ut veri- B tatis amatoribus persuadeamus; haud ignari posse fieri, ut veritate in medio posita ignoratio pellatur.

Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐσμὲν, τὸν δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς σεβόμενοι, ἀνενδεῆ αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων, ὡς ἐδιδάχθημεν, λέγοντες, λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας [5] ἐφ᾽ οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν, ὅση δύναμις αἰνοῦντες (μόνην ἀξίαν αὐτοῦ τιμὴν παραλαβόντες, τὸ τὰ ὑπ᾽ ἐκείνου εἰς διατροφὴν γενόμενα, οὐ πυρὶ δαπανᾷν, ἀλλ᾽ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς δεομένοις [6] προσφέρειν, ἐκείνῳ δὲ εὐχαρίστους ὄντας, [a] διὰ λόγου [7] πομπὰς καὶ ὕμνους πέμπειν) [8] ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι, καὶ τῶν εἰς εὐρωστίαν πόρων πάντων, ποιοτήτων μὲν γενῶν, καὶ μεταβολῶν ὡρῶν, καὶ τοῦ πάλιν ἐν ἀφθαρσίᾳ C γενέσθαι διὰ πίστιν τὴν ἐν αὐτῷ αἰτήσεις πέμποντες, τίς σωφρονῶν οὐχ ὁμολογήσει; τὸν διδάσκαλόν τε τούτων γενόμενον ἡμῖν, καὶ εἰς τοῦτο γεννηθέντα Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γενομένου ἐν Ἰουδαίᾳ ἐπὶ χρόνοις Τιβερίου Καίσαρος ἐπιτρόπου, υἱὸν αὐτοῦ τοῦ ὄντως Θεοῦ μαθόντες, καὶ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ ἔχοντες, πνεῦμά τε προφητικὸν ἐν τρίτῃ τάξει, ὅτι μετὰ λόγου τιμῶμεν, ἀποδείξομεν. ἐνταῦθα

XIII. Quis igitur sanæ mentis homo non fateatur atheos nequaquam nos esse, qui opificem hujusce universitatis colimus, eum nec sanguinis, nec libaminum, nec suffimentorum indigum esse, ut edocti sumus, asserentes; sed verbis precationem & gratiarum actionem habentibus, in his omnibus quæ offerimus, eum, quantum possumus, laudantes pro creationis beneficio, pro omnibus ad bonam valetudinem adjumentis, pro diversarum rerum qualitatibus, ac vicissitudinibus tempestatum, & propter fidem qua illi credimus, precibus eum orantes ut rursus incorrupti fiamus; quippe cum hanc solam colendi rationem illo dignam esse edocti simus, quæ ab eo ad alendum creata sunt, non igne consumere, sed ad nostros & pauperum usus offerre, ac gratum ei animum præstantes, rationalibus eum pompis & hymnis celebrare. Nostrum autem harum rerum doctorem, natum ad hoc munus Jesum Christum ac sub Pontio Pilato, Judææ, temporibus Tiberii Cæsaris, præside crucifixum, veri Dei Filium esse edocti, ipsumque secundo loco; Spiritum autem propheticum tertio haben-

1. Οὐχ αἱρήσεται.] Non male Grabius subintelligendum putat, *etiamsi patrio more sint recepta*, ut accurata sit comparatio inter ea quæ a Verbo prohibita vir prudens non eliget, & ea quæ quisque a patribus hereditate accipere reformidat.

2. Φημί.] Refertur hoc verbum ad ea quæ paullo ante dixit Justinus, nempe Imperatores non litaturos, si Christianos mactent, idque a Verbo demonstrari & doceri. Quare non incommode illud, *inquam*, usurpat, ubi explicare instituit, quomodo Verbum docuerit inanes fore persecutorum conatus. Duplici enim rationis momento veritatem Christi prædictionis demonstrat. Ac primum quidem repetit ex ipsius Christi majestate, qui, cum summum exerceat cum Patre imperium, Christianos suos ita roborabit, ut quæcumque fugere præceperit, ab iis refugiant, ut alii homines a paupertate & morbis & ignominia refugere solent. Sed quia de Christi divinitate non fatebantur ethnici, aliud argumentum repetit Justinus ex ipso prædicationis eventu, quo Christianos ita firmari & roborari docet, ut ipsa persecutio addat animos, nedum persecutores optatos sibi successus polliceri possint. Grabius cum sententiæ seriem minus videret, lacunam & hiatum suspicatus est.

3. Εἶπε.] Legendum εἰπεῖν.

4. Οὐ ῥᾷον.] Hæc Irenæus pæne ad verbum describit lib. 3. cap. 2. ut ante observavit Grabius. *Si non facile est ab errore apprehensam resipiscere animam, sed non omnino impossibile est errorem effugere apposita veritate.*


5. Ἐφ᾽ οἷς προσφερόμεθα πᾶσιν.] *In his omnibus quæ offerimus*, id est, in omnibus sacrificiis nostris, sive quoties sacrificamus. Neque enim apud Christianos varia erant, ut apud Judæos atque ethnicos, sacrificiorum genera.

6. Προσφέρειν.] *Ad nostros & pauperum usus offerre*, quia scilicet eorum, quæ oblata fuerant a fidelibus pars in pauperum usus servabatur.

7. Πομπὰς καὶ ὕμνους.] Satis perspicitur hymnos heic vocari tum psalmos Davidis, tum a Christianis ipsis composita carmina, quæ in ecclesia cantari solebant. Pompæ autem nihil aliud videntur esse, quam ritus & cærimoniæ in administrandis Sacramentis, Eucharistiæ præsertim & Baptismi, solitæ observari. Pompæ autem vocari non solent mysteria religionis Christianæ. Quid enim aliud sunt pompæ, nisi *theatrorum insania*, ut ait Cyrillus Hierosolym. catech. mystagog. 1. *equorum cursus in hippodromiis, venationes in circo, & reliqua hujuscemodi vanitas*? Sed quia hæc in honorem deorum fiebant, & Christiani qui has fugiebant superstitiones, nullum numinis cultum retinere videbantur; docet Justinus suas illos pompas celebrare, sed cum ratione & veritate. Non absimili sensu Tertullianus mysteria religionis Christianæ comparat cum spectaculis gentilium. *Hæ voluptates*, inquit, *hæc spectacula Christianorum, sancta, perpetua, gratuita*, &c. lib. de Spectac. c. 9. Et auctor libri de Spectaculis apud Cyprianum: *Habet*, inquit, *Christianus spectacula meliora, si velit*.

8. Ὑπέρ τε τοῦ γεγονέναι] Parenthesis, quam apposui, satis idonea videtur ad græcam orationem illustrandam. Sed quia eumdem usum in latina interpretatione præbere non poterat, mutandus fuit ordo verborum; & quæ media erant, postrema feci.

a Διὰ λόγου πομπὰς καὶ ὕμνους πέμπειν] *Rationalibus cum pompis & hymnis celebrare*. Infra Justinus n. 65. declarat Christianos *per nomen Filii & Spiritus sancti*, & n. 67. *Deum per Filium ejus Jesum Christum & per Spiritum sanctum laudari*. Sed hoc loco illud διὰ λόγου non videtur idem valere ac *per Verbum*, sed rationalem cultum designare, ut apud Athenagoram *Legat.* num. XIII. ubi laudatur Christianorum victima incruenta & cultus rationalis, δέον ἀναίμακτον θυσίαν καὶ τὴν λογικὴν προσάγειν λατρείαν. Interdum διὰ λόγου apud Justinum idem est ac *verbis*, ut num. LV. Is qui præest dicitur num. LXVII. *admonitionem & adhortationem* διὰ λόγου suscipere. Quod si διὰ λόγου πομπὰς καὶ ὕμνους πέμπειν idem esse velimus ac *verbis pompas & hymnos mittere*, quem sensum Perionius & Gelenius secuti sunt; pompæ illæ idem erunt ac preces: quod quidem fateor mihi non multum arridere. MARAN. in *emendand.* pag. 603.



γὰρ μανίαν ἡμῶν καταφαίνονται. δευτέραν χώραν μετὰ τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀεὶ ὄντα Θεὸν, καὶ γεννήτορα τῶν ἁπάντων, ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι διδόναι ἡμᾶς λέγοντες· ἀγνοοῦντες τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον, ᾧ προσέχειν ὑμᾶς ἐξηγουμένων ἡμῶν προτρεπόμεθα.

A tes ordine, non sine ratione a nobis coli demonstrabimus. Hoc enim loco insaniæ nos accusant, post immutabilem & sempiternum & Patrem omnium Deum homini crucifixo alterum locum a nobis dictitantes deferri, mysterium hujus rei ignorantes, quod dum exponimus, ut attente audiatis hortamur.

Προλέγομεν γὰρ ὑμῖν φυλάξασθαι μὴ οἱ [1] προδιαβεβλημένοι ὑφ' ἡμῶν δαίμονες ἐξαπατήσωσιν ὑμᾶς, ϗ ἀποτρέψωσι τοῦ ὅλως ἐντυχεῖν καὶ [a] συνεῖναι τὰ λεγόμενα. (ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν ὑμᾶς δούλους καὶ ὑπηρέτας, καὶ ποτὲ μὲν δι' ὀνείρων ἐπιφανείας, ποτὲ δ' αὖ διὰ μαγικῶν στροφῶν χειροῦνται πάντας τοὺς οὐκ ἔσθ' ὅπως ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀγωνιζομένους·) [2] ὃν τρόπον ϗ ἡμεῖς, μετὰ τὸ τῷ λόγῳ πεισθῆναι, B ἐκείνων μὲν ἀπέστημεν, Θεῷ δὲ μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ διὰ τοῦ υἱοῦ ἑπόμεθα, οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνην μόνην ἀσπαζόμενοι· οἱ δὲ καὶ μαγικαῖς τέχναις χρώμενοι, ἀγαθῷ καὶ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότες· χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων οἱ πόρους παντὸς μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες, ϗ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες· οἱ μισάλληλοι δὲ καὶ ἀλληλοφόνοι, ϗ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους [3] διὰ τὰ ἔθη ἑστίας κοινὰς μὴ ποιούμενοι, νῦν μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ, ὁμοδίαιτοι γινόμενοι, ϗ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμενοι, καὶ τοὺς ἀδίκως μισοῦντας πείθειν πειρώμενοι, ὅπως [4] οἱ κατὰ τὰς τοῦ Χριστοῦ καλὰς ὑποθημοσύνας βιώσαντες, εὐέλπιδες ὦσι, σὺν ἡμῖν τῶν αὐτῶν παρὰ C τοῦ πάντων δεσπόζοντος Θεοῦ τυχεῖν. ἵνα δὲ μὴ σοφίζεσθαι ὑμᾶς δόξωμεν, ὀλίγων τινῶν τῶν παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ διδαγμάτων ἐπιμνησθῆναι καλῶς ἔχειν πρὸ τῆς ἀποδείξεως ἡγησάμεθα, καὶ ὑμέτερον ἔστω, [5] ὡς δυνατῶν βασιλέων, ἐξετάσαι [b] εἰ ἀληθῶς ταῦτα δεδιδάγμεθα καὶ διδάσκομεν. βραχεῖς δὲ καὶ σύντομοι παρ' αὐτοῦ λόγοι γεγόνασιν. οὐ γὰρ σοφιστὴς ὑπῆρχεν, [6] ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν.

XIV. Nam ne supra exagitati a nobis dæmones vos decipiant, atque ab his quæ dicimus, omnino legendis atque intelligendis avertant, cavendum vobis denuntiamus: (contendunt enim summopere, ut vos servos & ministros habeant; ac nunc quidem per somniorum visa, nunc per magicas præstigias eos omnes capiunt, qui de sua salute nihil laborant:) quemadmodum & nos postquam Verbo credidimus, ab istis quidem descivimus, ac solum ingenitum Deum per ejus Filium sequimur: & qui olim stupris gaudebamus, nunc castimoniam unice amplectimur: qui magicis etiam artibus utebamur, bono & ingenito nos consecravimus Deo: qui pecuniarum & possessionum vias omnibus antiquiores habeamus, nunc etiam ea quæ possidemus in commune conferimus, & cum indigentibus quibusque communicamus: qui mutuis odiis & cædibus pugnabamus, & cum iis qui tribules nostri non essent, communem focum ob diversa instituta non habebamus, nunc postquam Christus apparuit, convictores sumus, & pro inimicis oramus; & qui nos iniquis odiis prosequuntur, eos suadendo flectere conamur, ut qui secundum præclara Christi præcepta vixerint, bonam spem habeant eadem se ac nos a dominatore omnium Deo consequuturos. Sed ne vobis verba dare videamur, operæ pretium esse duximus, pauca quædam ex ipsius Christi præceptis, antequam ad demonstrationem veniamus, commemorare. Vobis autem convenit, ut potentibus Regibus, expendere an revera hæc didicerimus & doceamus. Breve autem & concisum fuit illius dicendi genus: non enim sophista erat, sed ejus oratio virtus Dei fuit.

Περὶ μὲν οὖν σωφροσύνης, τοσοῦτον εἶπεν· ὃς ἂν

XV. Itaque de castitate tantumdem dixit [a]: *Qui*

[a] Matth. v. 28.

1. Προδιαβεβλημένοι.] Ad ea respicit quæ antea in dæmones dixit; quo sensu dicebat Tertullianus in libro ad Scapulam c. 2. *Dæmones autem non tantum respuimus, verum & revincimus, & quotidie traducimus, & de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est.*

2. Ὃν τρόπον.] Hæc referenda sunt ad cautionem adversus dæmonum insidias. Ethnicos monet Justinus, ut caveant ne decipiantur a dæmonibus & a Christiana religione abducantur: tum ait Christianos ad hunc modum, id est, dum fraudes dæmonum perspiciunt, & Christianæ doctrinæ assentiuntur, a dæmonibus discessisse.

3. Διὰ τὰ ἔθη.] Tangit S. Martyr argumentum longe præclarissimum, ceteris religionis defensoribus frequentatum, conversionem totius orbis ex omni vitiorum ac superstitionum genere ad veri Dei cultum, ex perpetuis internecionibus ad conspirantem in omnibus rebus consensum. Illa autem institutorum varietas, quæ ne focum quidem inter eos qui ejusdem tribus non essent, communem esse sinebat, cum ad legum in reipublicæ administratione, tum etiam ad religionum dissimilitudinem videtur pertinere. Primum dissensionis genus depingit Eusebius in orat. de Laud. Constant. p. 647. Summam etiam distractionem pariebat varietas religionum, cum alii alios deos colerent, & eadem res alibi Deus, alibi victima esset. Hujus rei apud Eusebium Præpar. Evangel. lib. 3. cap. 1. insigne testimonium habemus ex libro Plutarchi de Dædalis Platæensibus, corruptum illud quidem, sed tamen quod facile emendetur. *οὐ νομίζουσιν οὐδὲ ἀξιοῦσι κοινωνίαν εἶναι πρὸς Διόνυσον Ἥρᾳ. φυλάσσονται δὲ συμμιγνύναι τὰ ἱερὰ, καὶ τὰς Ἀθήνησιν ἱερείας ἀπαντώσας φασὶν ἀλλήλαις προσαγορεύειν, μηδὲ ὅλως κιττὸν εἰς τὸ τῆς Ἥρας κομίζεσθαι τέμενος.* Legendum putat Vigerus *προσαγορεύειν*: at soluta omnia, si legatur *οὐ προσαγορεύειν*. *Nullam prorsus Junoni cum Baccho societatem & communionem esse pronuntiant, eoque diligenter cavent ne amborum sacra misceantur; ac sacerdotes narrant Athenis, si sibi invicem occurrant, inter se non salutare, nec omnino hederam in templum Junonis inferri.* Ex religionum varietate bella, seditiones ac cædes exoriri observat Athanasius in Orat. contra Gentes n. 23.


4. Οἱ κατὰ τὰς τοῦ Χριστοῦ.] Quamvis illud *οἱ* non repugnet, commode tamen posset expungi, isque sensus exstaret: Eos suadendo flectere conamur, ut secundum præclara Christi præcepta viventes, bonam spem habeant, &c.

5. Ὡς δυνατῶν.] Legendum putavit H. Stephanus *ὡς δὴ συνετῶν*, quia ad ejusmodi rerum considerationem non potentia opus est, sed sapientia. Sed quo major erat Imperatorum potestas, eo magis illos decebat veritatis inquisitio, præsertim in his rebus ob quas homines innocentes damnabantur. Hinc Justinus Apol. 2. n. 3. paratum se esse demonstrans coram Imperatoribus Crescentem refellere, ait: *Regium sane hoc opus fuerit.*

6. Ἀλλὰ δύναμις.] Langus & Grabius sic reddunt, *Virtus Dei & Verbum ejus fuit*. Est sane Christus Dei Virtus & Verbum; sed Justinus id hoc loco non tangit: de adhibito a Christo differendi genere loquitur. Quamobrem multo aptius & commodius reddideris: *Neque enim erat Sophista, sed ipsius sermo virtus Dei erat*: quia videlicet Christi sermo cum rebus inanimis imperabat; tum etiam, ut ait Origenes lib. 1. Cels. p. 55. *occultam quamdam in audientium animis persuasionem efficiebat.*

a Συνεῖναι] Malim *συνιέναι*. MARAN. ibid. — Ita quoque legendum jam viderat Davisius, tum heic, tum infra n. LX. sub finem: utrobique enim deducitur a verbo *συνίημι*.

b Εἰ ἀληθῶς κ. τ. λ.] Ambigua videri possunt hæc verba. Is enim sensus esse possit: *Utrum hæc quæ didicimus & docemus, vera sint.* Sed Justinus Christi præcepta in medio ponere statuit, ne verba dare videatur, dum tantam esse Christianorum sanctitatem asseverat. Itaque non dubitat quin Christianorum innocentia in tuto futura sit, si hæc illos a Christo accepisse & docere constet: atque id unum ad expendendum & examinandum proponit. MARAN. in *emendand.* pag. 603.



SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσε τῇ καρδίᾳ παρὰ τῷ Θεῷ. καί, εἰ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτόν· συμφέρει γάρ σοι μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἢ μετὰ τῶν δύο πεμφθῆναι εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ. καί, ὃς γαμεῖ ἀπολελυμένην ἀφ' ἑτέρου ἀνδρός, μοιχᾶται. καί, εἰσί τινες οἵ τινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· εἰσὶ δὲ οἳ ἐγεννήθησαν εὐνοῦχοι. εἰσὶ δὲ οἳ εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· πλὴν οὐ πάντες τοῦτο χωροῦσιν. [a] ὥσπερ καὶ οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ [1] διγαμίας ποιούμενοι, ἁμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσί, καὶ οἱ προσβλέποντες γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς. οὐ γὰρ μόνον ὁ μοιχεύων ἔργῳ ἐκβέβληται παρ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὁ μοιχεῦσαι βουλόμενος, ὡς οὐ τῶν ἔργων φανερῶν μόνον τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. καὶ πολλοί τινες καὶ πολλαί, ἑξηκοντοῦται καὶ ἑβδομηκοντοῦται, οἳ ἐκ παίδων ἐμαθητεύθησαν τῷ Χριστῷ, ἄφθοροι διαμένουσι· καὶ εὔχομαι κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων τοιούτους δεῖξαι. τί γὰρ καὶ λέγομεν τὸ ἀναρίθμητον πλῆθος τῶν ἐξ ἀκολασίας μεταβαλόντων καὶ ταῦτα μαθόντων; οὐ γὰρ τοὺς δικαίους, οὐδὲ τοὺς σώφρονας εἰς μετάνοιαν ἐκάλεσεν ὁ Χριστός, ἀλλὰ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀκολάστους, καὶ ἀδίκους. εἶπε δὲ οὕτως· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. θέλει γὰρ ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος τὴν μετάνοιαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἢ τὴν κόλασιν αὐτοῦ. περὶ δὲ τοῦ στέργειν ἅπαντας, ταῦτα ἐδίδαξεν· εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, τί καινὸν ποιεῖτε; καὶ γὰρ οἱ πόρνοι τοῦτο ποιοῦσιν. ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω, εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, καὶ ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, καὶ εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις, καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν, ταῦτα ἔφη· παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε, καὶ τὸν βουλόμενον δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῆτε. εἰ γὰρ δανείζετε παρ' ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, τί καινὸν ποιεῖτε; τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν. ὑμεῖς δέ, μὴ θησαυρίζητε ἑαυτοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ λῃσταὶ διορύσσουσι· θησαυρίζετε δὲ ἑαυτοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσῃ; ἢ τί δώσει αὐτῆς ἀντάλλαγμα; θησαυρίζετε οὖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. καί, γίνεσθε δὲ χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν χρηστός ἐστι καὶ οἰκτίρμων, καὶ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει [b] ἐπὶ ἁμαρτωλούς, καὶ δικαίους καὶ πονηρούς. μὴ μεριμνᾶτε δὲ τί φάγητε, ἢ τί ἐνδύσησθε· οὐχ ὑμεῖς τῶν πετεινῶν καὶ τῶν θηρίων διαφέρετε; καὶ ὁ Θεὸς τρέφει αὐτά· μὴ οὖν μεριμνήσητε τί φάγητε, ἢ τί ἐνδύσησθε· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι τούτων χρείαν ἔχετε· ζητεῖτε δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ὁ νοῦς τοῦ ἀνθρώπου. καί, μὴ ποιῆτε ταῦτα πρὸς τὸ θεαθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων· εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

A *inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est in corde apud Deum.* Et [a]: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum. Expedit enim tibi unum oculum habentem ingredi in regnum cælorum, potius quam cum duobus mitti in ignem æternum.* Et [b]: *Qui ducit repudiatam ab altero viro, mœchatur.* Et [c]: *Sunt quidam qui eunuchi facti sunt ab hominibus: sunt qui nati sunt eunuchi: sunt qui seipsos eunuchos fecerunt propter regnum cælorum. Sed non omnes hoc capiunt.* Quemadmodum etiam ii qui ex lege humana duplex matrimonium ineunt, ita & qui mulierem adspiciunt ad concupiscendum eam, peccatores sunt apud magistrum nostrum. Non enim is solum ab eo ejicitur, qui re & actu mœchatur; sed etiam qui mœ- B chari vult; quippe cum Deo non facta solum, sed etiam cogitata pateant. Ac multi quidem & multæ annos sexaginta & septuaginta nati, qui a pueris Christi disciplina imbuti sunt, incorrupti perseverant, talesque in omni hominum genere monstraturum me profiteor. Quid enim innumerabilem eorum multitudinem dicam, qui ex lascivia sese receperunt atque hæc didicerunt? Non enim justos neque castos ad pœnitentiam vocavit Christus: sed impios, & incontinentes, & injustos. Sic enim inquit [d]: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Peccatoris namque pœnitentiam mavult quam pœnam cælestis Pater. De cunctis autem hominibus diligendis ita docuit [e]: *Si diligitis eos qui vos diligunt, quid novi facitis? hoc enim* C *& fornicatores faciunt. Ego vero dico vobis: Orate pro inimicis vestris, diligite eos qui odio vos persequuntur.* [f] *Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.* Ut autem nostra communicemus cum egentibus, nec quidquam gloriæ caussa faciamus, hæc dixit [g]: *Omni petenti date; & mutuo sumere volentem ne aversemini.* [h] *Si namque mutuo his datis a quibus vos recepturos speratis, quid novi facitis? faciunt hoc & publicani.* [i] *Vos autem nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & prædones effodiunt: sed thesaurizate vobis thesauros in cælo, ubi neque ærugo neque tinea demolitur.* [k] *Quid enim prodest homini, si mundum totum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit com-* D *mutationem pro ea?* [l] *Thesaurizate ergo thesauros in cælis: ubi nec ærugo nec tinea demolitur.* Et [m]: *Estote autem benigni & misericordes, sicut Pater vester benignus est & misericors, ac* [n] *solem suum oriri facit super peccatores, & justos & malos.* [o] *Ne solicite curetis quid esuri sitis, aut quibus usuri vestimentis. An vos volucribus & feris non præstatis? & Deus alit illa. Ne igitur soliciti sitis quid esuri sitis, aut quibus usuri indumentis. Novit enim Pater vester cælestis, vos hisce indigere. Quærite autem regnum cælorum, & omnia hæc adjicientur vobis.* [p] *Ubi enim thesaurus, illic & mens hominis est.* Et [q]: *Ne ista feceritis, ut spectaculo sitis hominibus: alioquin mercedem non habebitis a Patre vestro qui in cælis est.*


a Matth. v. 29. xviii. 9. Marc. ix. 47. *b* Matth. v. 32. Luc. xvi. 18. *c* Matth. xix. 11. 12. *d* Matth. ix. 13. *e* Matth. v. 44. 46. *f* Luc. vi. 28. *g* Matth. v. 42. Luc. vi. 30. *h* Luc. vi. 34. *i* Matth. vi. 19. *k* Matth. xvi. 26. *l* Matth. vi. 20. *m* Luc. vi. 36. *n* Matth. v. 45. *o* Matth. vi. 25. &c. *p* Ibid. ℣. 21. *q* Ibid. ℣. 1.

1. Διγαμίας.] Non secundæ nuptiæ heic a Justino vituperantur, sed quæ non soluto priore vinculo contrahuntur. Illius enim mens ex testimoniis, quæ ab eo referuntur, existimanda; & cum in testimoniis citatis nihil sit de secundis nuptiis, probabile non est illum ea de re loqui voluisse. Posset etiam διγαμίας nomine adulterium intelligi, quasi scriptum esset: ὥσπερ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ οἱ διγαμίας ποιούμενοι, &c. *Quemadmodum apud leges humanas peccatores sunt, qui duplex matrimonium ineunt, ita*, &c. Sed sensus, quem in interpretando sequutus sum, magis mihi arridet.

a Ὥσπερ] Legendum videtur ὥστε: quod enim sequitur, colligit ex *Matth.* xix. 11. 12. Davis.

b Ἐπὶ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥΣ, καὶ δικαίους, καὶ πονηρούς] Matthæi non verba, sed sensum, heic & alibi refert Justinus. Attamen eum ita scripsisse non puto. Si plura verba idem significantia congerere voluit, hoc vel simili modo scriptum oportuit, ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ δικαίους, καὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς. Alioqui non erit cui πονηροὺς opponas. Itaque legendum credo levi mutatione, ἐπὶ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ καὶ δικαίους καὶ πονηρούς. Davis. — Ad eumdem locum respiciens S. Pater in *Dial. cum Tryph.* num. xcvi. dixit, ἐπὶ ἀχαρίστους καὶ δικαίους.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 139.



Περὶ δὲ τοῦ ἀνεξικάκους εἶναι, καὶ ὑπηρετικοὺς πᾶσι, καὶ ἀοργήτους, ἃ ἔφη, ταῦτά ἐστι. τῷ τύπτοντί σου τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ τὸν αἴροντά σου τὸν χιτῶνα, [1] ἢ τὸ ἱμάτιον, μὴ κωλύσῃς. ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὸ πῦρ. παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σοι μίλιον, ἀκολούθησον δύο. λαμψάτω δὲ ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα βλέποντες, θαυμάζωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὐ γὰρ ἀνταίρειν δεῖ, οὐδὲ μιμητὰς εἶναι τῶν φαύλων βεβούληται ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ πραότητος, ἐξ αἰσχύνης καὶ ἐπιθυμίας τῶν κακῶν ἄγειν πάντας προετρέψατο. [2] ὃ γὰρ καὶ ἐπὶ πολλῶν [3] τῶν παρ' ἡμῖν γεγενημένων ἀποδεῖξαι ἔχομεν, ἐκ βιαίων καὶ τυράννων μετέβαλον ἡττηθέντες, ἢ γειτόνων καρτερίαν βίου παρακολουθήσαντες, ἢ συνοδοιπόρων πλεονεκτουμένων ὑπομονὴν ξένην κατανοήσαντες, ἢ συμπραγματευομένων πειραθέντες. περὶ δὲ τοῦ μὴ ὀμνύναι ὅλως, [a] τἀληθῆ δὲ λέγειν ἀεί, οὕτως παρεκελεύσατο· μὴ ὀμόσητε ὅλως· ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ ναί, ναί· καὶ τὸ οὔ, οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ. ὡς δὲ καὶ τὸν Θεὸν μόνον δεῖ προσκυνεῖν, οὕτως ἔπεισεν, εἰπών· μεγίστη ἐντολή ἐστι, κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, κύριον τὸν ποιήσαντά σε. καὶ προσελθόντος αὐτῷ τινος, καὶ εἰπόντος, διδάσκαλε ἀγαθέ, ἀπεκρίνατο λέγων· οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὰ πάντα. οἳ δ' ἂν μὴ εὑρίσκωνται βιοῦντες ὡς ἐδίδαξε, γνωριζέσθωσαν μὴ ὄντες Χριστιανοί, κἂν λέγωσιν διὰ γλώττης τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα· οὐ γὰρ τοὺς μόνον λέγοντας, ἀλλὰ τοὺς καὶ τὰ ἔργα πράττοντας, σωθήσεσθαι ἔφη. εἶπε γὰρ οὕτως· οὐχὶ πᾶς ὁ λέγων μοι, κύριε, κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὃς γὰρ ἀκούει μου, καὶ ποιεῖ ἃ λέγω, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με. πολλοὶ δὲ ἐροῦσί μοι, κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν, καὶ δυνάμεις ἐποιήσαμεν; καὶ τότε ἐρῶ αὐτοῖς, ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ ἐργάται τῆς ἀνομίας. τότε κλαυθμὸς ἔσται, καὶ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· ὅταν οἱ μὲν δίκαιοι, λάμψωσιν ὡς ὁ ἥλιος· οἱ δὲ ἄδικοι [b] πέμπωνται εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ. πολλοὶ γὰρ ἥξουσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἔξωθεν μὲν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δὲ ὄντες λύκοι ἅρπαγες· ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. πᾶν δὲ δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλόν, ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστιανούς, καὶ ὑφ' ὑμῶν ἀξιοῦμεν.

Φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ πρὸ πάντων πειρώμεθα φέρειν, ὡς ἐδιδάχθημεν παρ' αὐτοῦ. κατ' ἐκεῖνο γὰρ τοῦ καιροῦ προσελθόντες τινές, ἠρώτων αὐτόν, εἰ δεῖ Καίσαρι φόρους τελεῖν· καὶ ἀπεκρίνατο, εἴπατέ μοι, τίνος εἰκόνα τὸ νόμισμα ἔχει; οἱ δὲ ἔφασαν, Καίσαρος· καὶ πάλιν ἀνταπεκρίνατο αὐτοῖς, ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος τῷ Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ.

XVI. Patientes autem ut simus & ad serviendum omnibus parati ac iræ expertes, quæ ab eo dicta sunt, ita se habent: [a] *Qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. Et ab eo qui aufert tibi tunicam aut vestimentum, noli prohibere.* [b] *Qui vero ira excanduerit, ad ignem condemnationi obnoxius fuerit.* [c] *Omnem autem adigentem te ad miliare unum, duobus illum comitare.* [d] *Luceant vero benefacta vestra coram hominibus, ut illi ea cernentes, admirentur Patrem vestrum qui in cælis est.* Non enim reluctari oportet, neque nos imitatores esse malorum vult Deus: sed ut patientia & lenitate omnes a dedecore & cupiditate malorum abducamus hortatus est. Quod quidem & de multis qui apud vos fuerunt, demonstrare possumus, qui ex violentis & tyrannis immutati sunt vel vestigata vicinorum vitæ constantia victi, vel perspecta viæ comitum in injuriis perferendis mira patientia, vel exploratis eorum moribus quibuscum contrahebant. Ne autem juremus omnino, sed vera semper dicamus, sic præcepit [e]: *Ne juretis omnino, sed sit vestrum Est, est. Et Non, non: quod autem his abundantius est, a malo est.* Deum porro solum colendum esse, ita suasit, dicens: [f] *Maximum mandatum est:* [g] *Dominum Deum tuum adorabis, atque illum solum coles ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua: Dominum Deum tuum, qui fecit te.* Et accedente ad eum quodam atque dicente, [h] *Magister bone:* respondit inquiens: *Nemo bonus præter quam solus Deus,* qui condidit omnia. Qui autem non ita comperiuntur vivere, quemadmodum docuit, eos pro certo constet non esse Christianos, quamvis lingua pronuntient Christi doctrinam. Non enim eos qui tantummodo dicunt, sed qui facta etiam exhibent, salvos esse futuros dixit. Sic enim ait [i]: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, introibit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est.* [k] *Nam qui me audit, & quæ dico facit, eum audit qui misit me.* [l] *Permulti autem dicent mihi: Domine, Domine, nonne in nomine tuo edimus & bibimus, & virtutes præstitimus? Et tunc dicam eis: discedite a me qui operamini iniquitatem.* [m] *Ibi tum fletus erit & stridor dentium; cum justi quidem ut sol fulgebunt, injusti autem mittentur in ignem sempiternum.* [n] *Multi siquidem venient sub nomine meo, extrinsecus ovium pellibus induti, cum intrinsecus lupi sint rapaces. Ex operibus eorum cognoscetis illos. Omnis autem arbor non faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem conjicitur.* Ceterum qui non consentanee præceptis illius vivunt, ac nomine tenus Christiani sunt, hi ut a vobis quoque puniantur, rogamus.

XVII. Illud etiam studio nobis est, ut vectigalia & census iis, quibus hoc munus commisistis, primi omnium pendamus: quemadmodum ab eo sumus instituti. Illo namque tempore [o] accedentes quidam percontati sunt ex illo, an Cæsari vectigalia pendere oporteat? qui responsum hoc ab eo retulere, *Dicite*, inquit, *mihi*, *cujus imaginem nummus habet?* Qui ubi dixissent, *Cæsaris: Reddite igitur*, ait,

a Luc. VI. 29. b Matth. V. 22. c Ibid. ℣. 41. d Ibid. ℣. 16. e Matth. V. 34. 37. f Matth. XXII. 36 — 38. Marc. XII. 30. 31. g Matth. IV. 10. h Matth. XIX. 16. 17. i Matth. VII. 21. k Ibid. ℣. 24. l Luc. XIII. 26. 27. m Matth. XIII. 42. 43. n Matth. VII. 15 — 17. o Matth. XXII. 17 — 21.

1. Ἢ τὸ ἱμάτιον.] Legit Thirlbius καὶ τὸ ἱμάτιον, ut sit sensus, *nec pallium probibueris*. Sed hæc memoriter videtur referre Justinus, ac proinde non accuratissime. Si quis tamen emendare velit, legendum potius esset, αἴροντί σου τὸ ἱμάτιον, καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς.


2. Ὃ γὰρ καὶ ἐπὶ πολλῶν.] Melius ὅ γε καὶ ἐπὶ πολλῶν.

3. Τῶν παρ' ἡμῖν.] Vel legendum τῶν παρ' ὑμῖν, id quod secutus sum in interpretando, vel παρ' ἡμῖν γεγενημένον, *quod quidem pluribus nostrorum evenisse possumus demonstrare*. Ibidem non dubium quin legendum sit, οἱ ἐκ βιαίων. Legit Thirlbius ὅγε καὶ ... γεγενημένον.

a Τἀληθῆ δὲ λέγειν ἀεί] *Sed vera semper dicamus*. Ita reddendum jussit Maranus, cum in *emendandis*, tum in *Præfat.* cap. XIII. n. I. p. LVIII. quum antea vertisset, *atque ut vera semper loquamur*.

b Πέμπωνται] Legendum πέμψονται in futuro: præcessit enim, ὅταν οἱ δίκαιοι λάμψωσιν. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



ὅθεν Θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν· ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν, βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες, καὶ εὐχόμενοι μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας ὑμᾶς εὑρεθῆναι. εἰ δὲ καὶ ἡμῶν εὐχομένων καὶ πάντα εἰς φανερὸν τιθέντων ἀφροντιστήσετε, οὐδὲν ἡμεῖς βλαβησόμεθα, πιστεύοντες, μᾶλλον δὲ καὶ πεπεισμένοι, κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον τίσειν διὰ πυρὸς αἰωνίου δίκας, καὶ πρὸς ἀναλογίαν ὧν ἔλαβε δυνάμεων παρὰ Θεοῦ, τὸν λόγον ἀπαιτηθήσεσθαι, ὡς ὁ Χριστὸς ἐμήνυσεν εἰπὼν, ᾧ πλέον ἔδωκεν ὁ Θεὸς, πλέον καὶ ἀπαιτηθήσεται παρ' αὐτοῦ. A

quæ Cæsaris sunt, Cæsari: & quæ Dei, Deo. Proinde nos solum Deum adoramus, vobis autem in rebus aliis læti servimus, Reges ac principes hominum esse agnoscentes; & simul precantes, ut cum regia potestate sanam quoque mentem obtinere comperiamini. Quod si nos precantes, atque omnia in lucem proferentes, non curaveritis: nihil nos quidem capiemus detrimenti, quippe cum credamus, vel potius persuasum habeamus, pro actionum meritis unumquemque pœnas per æternum ignem daturum, & pro ratione acceptarum a Deo facultatum rationem ei redditurum, quemadmodum Christus declaravit, dicens [a]: *Cui plus contulit Deus, plus etiam reposcetur ab eo.*

Ἀποβλέψατε γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἑκάστου τῶν γενομένων βασιλέων, ὅτι τὸν κοινὸν πᾶσι θάνατον ἀπέθανον· [1] ὅπερ εἰ εἰς ἀναισθησίαν ἐχώρει, ἕρμαιον ἂν ἦν τοῖς ἀδίκοις πᾶσιν. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αἴσθησις πᾶσι γενομένοις μένει, καὶ κόλασις αἰωνία ἀπόκειται, μὴ ἀμελήσητε πεισθῆναί τε καὶ πιστεῦσαι ὅτι ἀληθῆ ταῦτά ἐστι. [2] νεκυομαντεῖαι μὲν, καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις, καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις, καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι, καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν ταῦτα εἰδότων, πεισάτωσαν ὑμᾶς ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθήσει εἰσὶν αἱ ψυχαί· καὶ οἱ [3] ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι καὶ ῥιπτούμενοι ἄνθρωποι, οὓς δαιμονιολήπτους καὶ μαινομένους καλοῦσι πάντες, καὶ τὰ παρ' ὑμῖν λεγόμενα μαντεῖα Ἀμφιλόχου καὶ Δωδώνης καὶ Πυθοῦς, C [a] καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι, καὶ τὰ τῶν συγγραφέων διδάγματα, Ἐμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρου, Πλάτωνός τε καὶ Σωκράτους, καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ βόθρος, καὶ ἡ κάθοδος Ὀδυσσέως εἰς τὴν τούτων ἐπίσκεψιν, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις εἰπόντων· οἷς κἂν ὁμοίως ἡμᾶς ἀποδέξασθε οὐχ ἧττον ἐκείνων Θεῷ πιστεύοντας, ἀλλὰ μᾶλλον, οἳ καὶ τὰ νεκρούμενα καὶ εἰς γῆν βαλλόμενα, πάλιν ἀπολήψεσθαι ἑαυτῶν σώματα προσδοκῶμεν· ἀδύνατον μηδὲν εἶναι Θεῷ λέγοντες. B

XVIII. Respicite enim exitum cujusque superiorum Imperatorum: communem omnibus mortem obierunt; quæ si in statum sensus expertem evaderet, de lucro id esset improbis omnibus. Sed quia & sensus manet iis omnibus qui exstiterunt, & supplicia æterna reposita sunt; ne hæc pro certis habere ac vera credere negligatis. Nam & Necyomantiæ & incorruptorum puerorum inspectiones, & animarum humanarum evocationes, & qui apud magos dicuntur somniorum immissores & assessores, & quæ a peritis illarum rerum fiunt, persuadeant vobis animas etiam post mortem sensu præditas esse: & qui ab animabus mortuorum correpti projiciuntur, dæmoniaci & furiosi ab omnibus appellati; & quæ dicuntur apud vos oracula, Amphilochi, Dodonæ & Pythiæ, & quæcumque alia ejusmodi, & scriptorum sententiæ, Empedoclis & Pythagoræ, Platonis & Socratis, & illa apud Homerum fossa, & descensus Ulyssis horum videndorum caussa, & eorum testimonia qui eadem ac isti dixerunt: quibus nos saltem æque approbate, qui non minus quam illi, immo magis Deo credimus, quippe cum nostra corpora etiam mortua & in terram conjecta nos rursus recepturos speremus, nihil non posse a Deo fieri asserentes.

Καὶ [4] κατανοοῦντι ἀπιστότερον ἂν μᾶλλον δόξαι, ἢ εἰ ἐν σώματι μὴ ὑπήρχομεν, καί τις ἔλεγεν, ἐκ μικρᾶς τινος ῥανίδος τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σπέρματος, δυνατὸν ὀστέα τε καὶ νεῦρα καὶ σάρκας εἰκονοποιηθέντα, D οἷα ὁρῶμεν, γενέσθαι. ἔστω γὰρ νῦν ἐφ' ὑποθέσεως λεγόμενον· εἴ τις ὑμῖν μὴ οὖσι τοιούτοις, μηδὲ τοιούτων, ἔλεγε τὸ σπέρμα τὸ ἀνθρώπειον δεικνὺς, καὶ εἰκόνα γραπτὴν, [b] ἐκ τοῦ τοιοῦδε οἷόν τε γενέσθαι διαβε-

XIX. Et sane quid incredibilius videatur attente consideranti, quam si in corpore non essemus, nobisque diceret aliquis ex parva quadam humani seminis gutta ossa nervosque & carnes ea, quam videmus, forma fieri posse? Id enim nunc fingendo dicamus. Si tales non essetis, neque orti ex talibus, vobisque aliquis hominis semen & pictam imaginem demonstrans, ex tali re eum generari posse assevera-

a Luc. XII. 48.

1. Ὅπερ.] Legendum censet Stephanus ὥσπερ, & ἀπογενομένοις, pro γενομένοις, ut de mortuis Justinum loqui clarius pateat. Deinde ante μὴ ἀμελήσητε addendum putat καὶ, vel δὲ post eamdem vocem. Sed hæc prorsus inutilia. Non animadvertit vir longe doctissimus hac voce, γενομένοις, non tam mortuos designari, quam generatim omnes quicumque ante exstiterunt. Eodem sensu Justinus dicebat supra, n. 4. οἱ γενόμενοι ποιηταί. Hinc eadem vox designat posteros, sive eos qui deinceps fuerunt, in his Juliani verbis apud Cyrillum lib. 7. p. 238. *Cum legislator vetuisset ne diis servirent .... & addidisset*, Non maledices diis, ἡ τῶν γενομένων βδελυρία τε καὶ τόλμα, *posterorum scelus & audacia volens religionem omnem multitudini adimere, statuit ex eo quod non sit diis serviendum, consequens esse ut iis maledicendum sit.*

2. Νεκυομαντεῖαι.] Omnes, quas Justinus enumerat, inquit Grabius, magicarum præstigiarum species, junctim quoque memorat Tertullianus in Apologet. c. 23. *Si & magis phantasmata edunt, & jam defunctorum inclamant animas, si pueros in eloquium oraculi eliciunt, si multa miracula circulatoriis præstigiis ludunt, si & somnia immittunt, habentes semel invitatorum Angelorum & dæmonum assistentem sibi potestatem*, &c.

3. Ψυχαῖς ἀποθανόντων λαμβανόμενοι.] Negat Tatianus Justini discipulus, effectus ejusmodi in animas defunctorum conferri debere. Sed Justinus hoc loco argumenta colligit non ex suis, sed ex ethnicorum principiis. Hinc fossam homericam citat ex Odyss. λ. & philosophos metempsychosis defensores. Hinc etiam sumit argumenti loco inspectiones illas puerorum incorruptorum, quia scilicet ethnici existimabant eos qui violentam & immaturam mortem obierunt, ad ipsum corpus mortuum detineri. Vide annotationes ad n. 17. Tatiani.

4. Κατανοοῦντι.] Post hanc vocem excidit aliud τί: quod quidem restituendum esse monuit Grabius. Citatur a Thirlbio similis sententia Irenæi ex pag. 295. edit. Massuet.

a Καὶ ὅσα ἄλλα — εἰπόντων] Librarii, nisi fallor, aliqua S. Martyris verba sede non sua collocarunt. Ego totam ῥῆσιν ita disponendam censuerim: Καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτά ἐστι· καὶ ὁ παρ' Ὁμήρῳ βόθρος, καὶ ἡ κάθοδος Ὀδυσσέως εἰς τὴν τούτων ἐπίσκεψιν, (forsan εἰς τὴν ΝΕΚΥΩΝ ἐπίσκεψιν, nam venit ἰδεῖν ΝΕΚΥΑΣ καὶ ἀτερπέα χῶρον, ut loquitur Homerus Odyss. Λ. 93.) καὶ τὰ τῶν συγγραφέων διδάγματα, Ἐμπεδοκλέους καὶ Πυθαγόρου, Πλάτωνός τε καὶ Σωκράτους, καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις εἰπόντων. Num recte conjecerim, viderint eruditi: nisi tamen ita se res, ut dixi, habeat; voces τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις εἰπόντων, ad κάθοδον referentur: quod quidem parum congruam reddit orationem. DAVIS.

b Ἐκ τοῦ τοιοῦδε οἷόν τε] Forsan ἐκ τοῦ τοιοῦδε ΤΟΙΟΝΔΕ. DAVIS.

θαυμάμενος, πρὶν ἰδεῖν γενόμενον, ἐπιστεύσατε; οὐκ ἄν τις τολμήσειεν ἀντειπεῖν. τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον, διὰ τὸ μήπω ἑωρακέναι ὑμᾶς ἀναστάντα νεκρὸν, ἀπιστία ἔχει. ἀλλ' ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν οὐκ ἂν ἐπιστεύσατε ἐκ τῆς μικρᾶς ῥανίδος δυνατὸν τοιούτους γενέσθαι, καὶ ὁρᾶτε γινομένους· τὸν αὐτὸν τρόπον λογίσασθε, ὅτι [1] διαλυθέντα, καὶ δίκην σπερμάτων [a] εἰς γῆν διαλυθέντα τὰ ἀνθρώπεια σώματα, κατὰ καιρὸν προστάξει Θεοῦ ἀναστῆναι, καὶ ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι, οὐκ ἀδύνατον. ποίαν γὰρ ἀξίαν Θεοῦ δύναμιν λέγουσιν οἱ φάσκοντες εἰς ἐκεῖνο χωρεῖν ἕκαστον, ἐξ οὗπερ ἐγένετο; καὶ παρὰ ταῦτα μηδὲν ἄλλο δύνασθαι μηδὲ τὸν Θεὸν, οὐκ ἔχομεν λέγειν. ἀλλ' ἐκεῖνο συνορῶμεν, ὅτι οὐκ ἂν ἐπίστευσαν δυνατὸν εἶναι τοιούτους ποτὲ γενέσθαι, ὁποίους καὶ ἑαυτοὺς, καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον, καὶ ἐξ ὁποίων γεγενημένα ὁρῶσι. κρεῖττον δὲ πιστεύειν καὶ τὰ τῇ ἑαυτῶν φύσει καὶ ἀνθρώποις ἀδύνατα, ἢ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀπιστεῖν, προειλήφαμεν· ἐπειδὴ καὶ τὸν ἡμέτερον διδάσκαλον Ἰησοῦν Χριστὸν ἔγνωμεν εἰπόντα, τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατὰ παρὰ Θεῷ. καὶ, μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀναιροῦντας ὑμᾶς, καὶ μετὰ ταῦτα μὴ δυναμένους τι ποιῆσαι, εἶπε· φοβήθητε δὲ τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν. ἡ δὲ γέεννά ἐστι τόπος ἔνθα κολάζεσθαι μέλλουσιν οἱ ἀδίκως βιώσαντες, καὶ μὴ πιστεύοντες ταῦτα γενήσεσθαι ὅσα ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξε.

A ret; num priusquam videretis factum, crederetis? Nemo contradicere audebit. Eodem modo quia nondum vidistis mortuum ad vitam revocatum, increduli estis. Sed quemadmodum numquam omnino credidissetis tales vos ex parva gutta fieri posse, & tamen factos videtis; eodem modo fieri posse existimate, ut dissoluta hominum corpora, & instar seminum in terram resoluta, Dei jussu certo tempore resurgant & incorruptionem induant. Nam qui unumquodque in id unde exstitit redire, ac præterea ne Deum quidem quidquam aliud posse dicunt, ii statuere non possumus ecquam Deo dignam potentiam relinquant. Sed illud perspicimus, nequaquam eos credituros fuisse tales se & universum mundum fieri B posse, quales & ex qualibus factos vident. Satius autem esse ea credere, quæ & nostræ naturæ & aliorum hominum vires superant, quam pariter cum aliis incredulos esse, accepimus. Quandoquidem & Magistrum nostrum Jesum Christum ita dixisse scimus [a]: *Quæ impossibilia apud homines, possibilia apud Deum.* Item [b]: *Ne timeatis eos qui occidunt vos, ac deinceps nihil facere possunt; eum vero timete qui post mortem potest & animam & corpus conjicere in gebennam.* Est autem gehenna, locus ubi punientur qui injuste vixerint, nec ea crediderint futura, quæcumque Deus per Christum docuit.

Καὶ [b] Σίβυλλα δὲ καὶ [2] Ὑστάσπις, γενήσεσθαι τῶν φθαρτῶν ἀνάλωσιν διὰ πυρὸς ἔφασαν. οἱ λεγόμενοι δὲ Στωϊκοὶ φιλόσοφοι, καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν εἰς πῦρ ἀναλύεσθαι δογματίζουσι, καὶ αὖ πάλιν κατὰ μεταβολὴν τὸν κόσμον γενέσθαι λέγουσιν· ἡμεῖς δὲ, κρεῖττόν τι τῶν μεταβαλλομένων νοοῦμεν τὸν πάντων ποιητὴν Θεόν. εἰ οὖν καὶ ὁμοίως τινὰ τοῖς παρ' ὑμῖν τιμωμένοις ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις λέγομεν, ἔνια δὲ καὶ μειζόνως [3] καὶ θείως, καὶ μόνοι μετὰ ἀποδείξεως, τί παρὰ πάντας ἀδίκως μισούμεθα; τῷ γὰρ λέγειν ἡμᾶς, ὑπὸ Θεοῦ πάντα κεκοσμῆσθαι καὶ γεγενῆσθαι, Πλάτωνος δόξομεν λέγειν δόγμα. τῷ δὲ ἐκπύρωσιν γενέσθαι, Στωϊκῶν· τῷ δὲ κολάζεσθαι ἐν αἰσθήσει καὶ μετὰ θάνατον οὔσας τὰς τῶν ἀδίκων ψυχὰς, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων ἀπηλλαγμένας τῶν τιμωριῶν εὖ διάγειν, ποιηταῖς καὶ φιλοσόφοις τὰ αὐτὰ λέγειν δόξομεν. τῷ δὲ καὶ μὴ δεῖν [4] χειρῶν ἀνθρώποις προσκυνεῖν, Μενάνδρῳ τῷ κωμικῷ, καὶ τοῖς ταῦτα φήσασι, ταὐτὰ φράζομεν. μείζονα γὰρ τὸν δημιουργὸν τοῦ σκευαζομένου ἀπεφήναντο.

XX. Ac Sibylla quidem & Hystaspes ea, quæ cor-C ruptioni obnoxia sunt, igne consumtum iri dixerunt. Philosophi illi qui dicuntur Stoici, Deum ipsum in ignem resolvi docent, ac mundum post immutationem rursus oriri dicunt. Nos autem præstantius aliquid mutabilibus rebus creatorem omnium Deum credimus. Igitur si quædam similia his qui apud vos in pretio sunt, poetis & philosophis, quædam autem plenius & divinius dicimus, idque soli cum demonstratione; cur supra omnes injustis odiis flagramus? Dum enim a Deo dicimus ornata & facta omnia, Platonis sententiam proferre videbimur: dum conflagrationem fore, Stoicorum: dum autem improborum animas, etiam post mortem, sensu præditas puniri, bonorum a suppliciis liberas beate agere; eadem ac poetæ & philosophi dicere videbimur. D Dum homines id quod ipsis pejus est colere non debere; idem dicimus quod Menander Comicus, & qui similia loquuti sunt. Majorem enim esse opere opificem pronuntiarunt.

Τῷ δὲ καὶ τὸν λόγον ὅ ἐστι πρῶτον γέννημα τοῦ Θεοῦ, ἄνευ ἐπιμιξίας φάσκειν ἡμᾶς [5] γεγενῆσθαι Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν διδάσκαλον ἡμῶν, καὶ τοῦτον σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα καὶ ἀναστάντα ἀνεληλυθέναι εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐ παρὰ τοὺς παρ' ὑμῖν λεγομένους υἱοὺς τῷ Διῒ, καινόν τι, φέρομεν. πόσους γὰρ υἱοὺς φάσκουσι τοῦ Διὸς οἱ παρ' ὑμῖν τιμώμενοι συγγρα-

XXI. Dum autem Verbum, quæ prima est Dei progenies, sine mistione genitum dicimus, Jesum Christum magistrum nostrum, eumdemque crucifixum & mortuum & redivivum ascendisse in cælum; nihil ab iis, qui apud vos dicuntur, Jovis filiis alienum & novum afferimus. Scitis enim quot Jovis filios commemorent spectati apud vos scriptores: Mercu-

a Matth. xix. 26. b Matth. x. 28. Luc. x. 4. 5.

1. Διαλυθέντα.] In codice Claromontano legitur ad marg. ἀναλυθέντα. Satius videtur ita legere, quam διαλαθέντα cum Grabio.

2. Ὑστασπις.] Legendum esse Ὑστάσπης, ut infra & apud Lactantium lib. 7. cap. 15. Sylburgius & Grabius admonuerunt.

3. Καὶ θείως.] Legendum θειοτέρως jam multi monuerunt.

4. Χειρῶν ἀνθρώποις.] Hunc locum emendat H. Stephanus legendo χειρῶν ἔργοις ἀνθρώπους. Sed legendum potius χείρονι ἀνθρώπους. Cum enim levior erit mutatio, tum etiam sententiæ Justini aptior. Cur enim ait ex Menandro & aliis poetis opificem esse majorem opere, ni ut probet deos qui ab hominibus fabricantur, pejores esse hominibus ac proinde ab iis coli non debere? Vide versus Menandri apud eumdem Justinum lib. de Monarchia.

5. Γεγενῆσθαι.] Miror cur hæc Grabius de generatione ex Maria intelligenda pronuntiet. Heic profecto agitur de generatione Verbi, quatenus Verbum est. Hanc enim doctrinam comparat Justinus cum fabulis ethnicorum de Jovis filiis ac præsertim de Mercurio, quem sermonem interpretem, & n. 22. sermonem a Deo internuntium vocabant. At Christi ex Maria generationem comparat Justinus n. 22. cum fabulosa Persei generatione.

a Εἰς γῆν ΔΙΑΛΥΘΕΝΤΑ] Balbutiit sane noster, si tali modo διαλυθέντα repetierit. Legendum credo, καὶ δίκην σπερμάτων εἰς γῆν ΔΙΑΧΥΘΕΝΤΑ. Davis.

b Καὶ Σίβυλλα] Locus quem heic respicit Justinus exstat in *Sibyllin.* lib. IV. v. 171.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

φεῖς, ἐπίστασθε. Ἑρμῆν μὲν, [1] λόγον τὸν ἑρμηνευτικὸν καὶ πάντων διδάσκαλον· Ἀσκληπιὸν δὲ, καὶ θεραπευτὴν γενόμενον, κεραυνωθέντα ἀνεληλυθέναι εἰς οὐρανόν· Διόνυσον δὲ, διασπαραχθέντα· Ἡρακλέα δὲ, φυγῇ πόνων ἑαυτὸν πυρὶ δόντα· τοὺς ἐκ Λήδας δὲ Διοσκούρους, καὶ τὸν ἐκ Δανάης Περσέα, καὶ [2] τὸν ἐξ ἀνθρώπων δὲ [3] ὑφ' ἵππου Πηγάσου Βελλεροφόντην. τί γὰρ λέγομεν τὴν Ἀριάδνην, καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῇ κατηστερίσθαι λεγομένους; [4] καὶ τί γὰρ τοὺς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες, [5] καὶ ὀμνύντα τινὰ προάγετε ἑωρακέναι ἐκ τῆς πυρᾶς ἀνερχόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν κατακαέντα Καίσαρα; καὶ ὁποῖαι ἑκάστου τῶν λεγομένων υἱῶν τοῦ Διὸς ἱστοροῦνται αἱ πράξεις, πρὸς εἰδότας λέγειν οὐκ ἀνάγκη, πλὴν ὅτι [6] εἰς διαφορὰν καὶ προτροπὴν τῶν B ἐκπαιδευομένων ταῦτα γέγραπται· μιμητὰς γὰρ θεῶν καλὸν εἶναι πάντες ἡγοῦνται. ἀπείη δὲ σωφρονούσης ψυχῆς ἔννοια τοιαύτη περὶ θεῶν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα καὶ γεννήτορα πάντων κατ' αὐτοὺς Δία, πατροφόντην τε καὶ πατρὸς τοιούτου γεγονέναι, ἔρωτί τε κακῶν καὶ αἰσχρῶν ἡδονῶν ἥττω γενόμενον, ἐπὶ Γανυμήδην καὶ τὰς πολλὰς μοιχευθείσας γυναῖκας ἐλθεῖν, καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας τὰ ὅμοια πράξαντας [7] παραδέξασθαι. ἀλλ', ὡς προέφημεν, οἱ φαῦλοι δαίμονες ταῦτα ἔπραξαν. ἀπαθανατίζεσθαι δὲ ἡμεῖς μόνους δεδιδάγμεθα τοὺς ὁσίως καὶ ἐναρέτως ἐγγὺς Θεῷ βιοῦντας, κολάζεσθαι δὲ τοὺς ἀδίκως, καὶ μὴ μεταβάλλοντας, ἐν αἰωνίῳ πυρὶ πιστεύομεν.

C

[8] Υἱὸς δὲ Θεοῦ ὁ Ἰησοῦς λεγόμενος, εἰ καὶ [a] κοινῶς μόνον ἄνθρωπος διὰ σοφίαν ἄξιος υἱὸς Θεοῦ λέγεσθαι· πατέρα γὰρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε πάντες συγγραφεῖς τὸν Θεὸν καλοῦσιν. [9] εἰ δὲ καὶ ἰδίως παρὰ τὴν κοινὴν γένεσιν γεγενῆσθαι αὐτὸν ἐκ Θεοῦ λέγομεν λόγον Θεοῦ, ὡς προέφημεν, κοινὸν τοῦτο ἔστω ὑμῖν τοῖς τὸν Ἑρμῆν λόγον τὸν παρὰ Θεοῦ ἀγγελτικὸν λέγουσιν. εἰ δὲ αἰτιάσαιτό τις ἐσταυρῶσθαι αὐτὸν, καὶ τοῦτο κοι-

A rium, sive sermonem interpretem & omnium magistrum: Æsculapium, postquam fulmine etiam ob medici munus percussus est, evectum in cælum; Bacchum postquam dilaniatus, Herculem postquam seipsum fuga laborum igni tradidit; Dioscoros ex Leda Perseum ex Danae genitos, & genitum ex hominibus Bellerophontem, equo Pegaso sublatum. Quid enim dicamus Ariadnem, & qui similiter ac ista recepti inter sidera feruntur? Nam & morientes apud vos Imperatores semper immortalitati consecrandos judicatis, ac producitis qui etiam juratus vidisse se crematum Cæsarem in cælum abeuntem dicat. Qualia autem cujusque eorum, qui dicuntur, Jovis filiorum facta perhibeantur, necesse non est apud scientes dicere; sed hæc certe ad corruptelam & depravationem discentium litteris mandata sunt. Deos enim imitari præclarum omnibus videtur. Absit autem a sana mente hæc de diis cogitatio, ut ipsum ducem ac genitorem omnium secundum illos Jovem, parricidam & ex patre parricida ortum fuisse, ac malarum & turpium voluptatum amore captum ad Ganymedem multasque mulieres ab eo constupratas venisse, ac ejus filios similia fecisse credat. Sed hæc, ut diximus, pravi dæmones perpetrarunt. Nos autem immortalitatem eos consequi solos didicimus, qui Deum vitæ sanctitate & virtute propius contingunt: qui autem improbe vivunt nec immutantur, eos igne æterno credimus puniri.

XXII. Filius autem Dei, qui Jesus vocatur, etiam si homo tantum esset communi conditione, propter sapientiam dignus foret, qui Filius Dei diceretur. Parentem enim virûmque deûmque scriptores omnes appellant Deum. Quod si modo singulari & a communi creatione diverso genitum illum ex Deo dicimus Verbum Dei; id ei, ut jam diximus, commune esse credite cum iis qui Mercurium, sermonem a Deo internuntium appellant. Si quis autem crucifixum

1. Λόγον τὸν ἑρμηνευτικόν.] Sic etiam Clemens Alexandrinus testatur Strom. 6. p. 979. Mercurium apud Græcos vocari λόγον. Non tamen probabile est ethnicos credidisse λόγον esse personam a Deo Patre distinctam. Quin etiam tunc Mercurium dicebant esse λόγον, cum fabulosum illum Deum ad Physiologiam, id est, ad res inanimas revocarent. Hinc Porphyrius apud Eusebium Præp. Evang. l. 3. c. 11. dum absurdas de diis fabulas lenire conatur, Mercurium ait esse symbolum λόγου, omnium efficientis & interpretis, statimque addit eum λόγον, qui est in sole, Mercurium dici; eum, qui est in luna, Hecaten; eum, qui in universo, Hermopan. Sic etiam Eustathius in Iliad. lib. 1. p. 10. docet in veterum fabulis Jovem esse mentem, Musas scientiam, Mercurium λόγον. Ammianus Marcellinus ait lib. 16. Mercurium mundi *velociorem sensum esse*, & idcirco Julianum illi occulte supplicasse.

2. Τὸν ἐξ ἀνθρώπων.] Opinati sunt eruditi homines post has voces subaudiendum esse ἀνηρπασμένον vel aliquid simile, quasi dicat Justinus eum *ex hominum conspectu sublatum*. Sed quod semel de Æsculapio dixit Justinus, eum in cælum ascendisse, id ad eos qui deinceps recensentur, & proinde ad ipsum etiam Bellerophontem referendum est. Illud autem ἐξ ἀνθρώπων non significat Bellerophontem ex hominibus sublatum esse, sed ex hominibus genitum, ita ut aliis opponatur, qui ex Jove geniti in cælum ascenderant. Sic enim infra n. 54. Bellerophontem ait Justinus ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου γενόμενον.

3. Ὑφ' ἵππου.] Infra n. 55. ἐφ' ἵππου.

4. Καὶ τί γάρ.] Legendum καί τοι γάρ. Is enim sensus: Quid necesse est antiqua recensere, cum quotidie ejusmodi consecrationes apud vos celebrentur?

5. Καὶ ὀμνύντα τινὰ προάγετε.] Sylburgius & Grabius Justini diligentiam hoc loco desiderant, quasi *latius extendat, quod de Romulo & de Julio Cæsare narratur*, nec animadvertat in aliorum Imperatorum exsequiis non ejusmodi jusjurandum, sed aquilam e rogo emitti solitam esse, quæ defuncti animam in cælum efferre putaretur. Non viderunt eruditi viri utramque consuetudinem usurpatam fuisse. Sic loquitur Svetonius in Augusti vita: *Non defuit*, inquit, *vir prætorius, qui se effigiem cremati euntem in cælum vidisse juraret*. Sic jocatur in hanc consuetudinem Seneca in Colocyntosi, sive ludo de Claudii Apotheosi. *Quærite*, inquit, *ab eo qui Drusillam in cælum euntem vidit. Idem Claudium vidisse se dicet iter facientem non passibus æquis. Velit nolit, necesse est illi omnia videre quæ in cæ o agantur. Appiæ viæ curator est: qua scis & divum Augustum & Tiberium Cæsarem ad deos iisse. Hunc si interrogaveris, soli narrabis: coram pluribus numquam verbum faciet. Nam ex quo in senatu juravit se Drusillam vidisse cælum ascendentem, & illi pro tam bono nuntio nemo credidit quod viderit; verbis conceptis affirmavit se non indicaturum, etiamsi in medio foro hominem vidisset occisum*. Justini testimonium confirmat Tatianus num. 10. Tertullianus idem perjurium exagitat 1. ad Nat. c. 10. & lib. 2. c. 7.

6. Εἰς διαφοράν.] Legendum esse διαφθορὰν καὶ παρατροπὴν, jam multi observarunt.

7. Παραδέξασθαι.] Illud verbum non idem valet ac filios suscipere, ut interpretes existimarunt, sed idem ac credere & assentiri. Ex hoc enim verbo pendet tota verborum complexio.

8. Υἱὸς δὲ Θεοῦ.] Similis prorsus apud Arnobium sententia lib. 1. adversus Gentes. *Sed concedamus*, inquit, *interdum manum vestris opinationibus dantes, unum Christum fuisse de nobis, mentis, animæ, corporis fragilitatis & conditionis unius; nonne dignus a nobis est tantorum ob munerum gratiam Deus dici, Deusque sentiri?*

9. Εἰ δὲ καὶ ἰδίως.] Hujus loci ea videtur esse sententia: Ne mirum vobis videatur, si Verbum Dei non sonum vocalem, non rem inanimam, sed verum Filium, veramque personam dicimus, non factam, sed genitam. Commune id esse ducite cum iis, qui ipsum etiam Mercurium, sermonem a Deo internuntium appellant. Vide Dialog. n. 61. & 128.

a Κοινῶς —— ἄνθρωπος] Conjecerat Thirlbius legendum κοινός. Conjecturam confirmat Davisius ex ipso Justino, qui pari phrasi usus est in *Dial. cum Triph.* num. XCIX. ὡς κοινὸν ἄνθρωπον ἐν ᾅδου μένειν. Item ex aliis Patribus passim. Clemens Alex. *Strom.* III. p. 192. Ἔπειτα δὲ (ὁ Κύριος) ἐκ ἀνθρώπου ἦν κοινός. Vide Eusebium *Hist. Eccl.* lib. I. cap. 2. lib. III. cap. 27. lib. VII. cap. 27. & Cyrillum *in Julian.* lib. VIII. p. 286.

νὸν τοῖς προκατηριθμημένοις παθοῦσιν ὑιοῖς καθ' ὑμᾶς τοῦ Διὸς ὑπάρχει. ἐκείνων τε γὰρ οὐχ ὅμοια τὰ πάθη τοῦ θανάτου, ἀλλὰ διάφορα ἱστορεῖται· ὥστε [2] μηδὲ τὸ ἴδιον τοῦ πάθους ἥττονα δοκεῖν εἶναι τοῦτον. ἀλλ', ὡς ὑπεσχόμεθα, προϊόντος τοῦ λόγου καὶ κρείττονα ἀποδείξομεν. μᾶλλον δὲ καὶ ἀποδέδεικται. [1] ὁ γὰρ κρείττων ἐκ τῶν πράξεων φαίνεται. εἰ δὲ [2] διὰ παρθένου γεγεννῆσθαι φέρομεν, κοινὸν καὶ τοῦτο πρὸς τὸν Περσέα ἔστω ὑμῖν. ᾧ δὲ λέγομεν χωλοὺς, καὶ παραλυτικοὺς, καὶ ἐκ γενετῆς [3] πονηροὺς, ὑγιεῖς πεποιηκέναι αὐτὸν, καὶ νεκροὺς ἀνεγεῖραι, ὅμοια τοῖς ὑπὸ Ἀσκληπιοῦ γεγενῆσθαι λεγομένοις καὶ ταῦτα φάσκειν δόξομεν.

A esse objiciat: est id quoque commune cum supradictis ut vestra fert opinio, filiis, qui perpessiones non effugerunt. Illorum enim non similes, sed diversæ mortis perpessiones narrantur, ita ut Jesus, ne ob singulare quidem perpessionis genus, inferior sit. Sed & præstantiorem esse, ut promisimus, procedente oratione demonstrabimus vel potius jam demonstratum est. Præstantior enim quisque ex actionibus dijudicatur. Quod autem natum ex virgine tenemus, commune id cum Perseo existimate. Quod claudos denique & paralyticos, & ab ipso ortu mutilos sanitati ab eo restitutos, & mortuos ad vitam revocatos dicimus, similia hæc quoque dicere videbimur iis, quæ ab Æsculapio facta narrantur.

B

Ἵνα δὲ ἤδη καὶ τοῦτο φανερὸν ὑμῖν γένηται, ὅτι ὁπόσα λέγομεν μαθόντες παρὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν προελθόντων αὐτοῦ προφητῶν, μόνα ἀληθῆ ἐστὶ, καὶ πρεσβύτερα πάντων τῶν γεγενημένων συγγραφέων· καὶ οὐχὶ διὰ τὸ ταὐτὰ λέγειν αὐτοῖς, παραδεχθῆναι ἀξιοῦμεν, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀληθὲς λέγομεν· καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς μόνος ἰδίως ὑιὸς τῷ Θεῷ γεγέννηται, λόγος αὐτοῦ ὑπάρχων καὶ πρωτότοκος καὶ δύναμις. καὶ τῇ βουλῇ αὐτοῦ γενόμενος ἄνθρωπος, ταῦτα ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ἐπ' ἀλλαγῇ καὶ ἐπαναγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους· [4] πρὶν ἢ ἐν ἀνθρώποις αὐτὸν γενέσθαι ἄνθρωπον, φθάσαντές τινες [5] διὰ τοὺς προειρημένους κακοὺς δαίμονας, διὰ τῶν ποιητῶν ὡς γενόμενα εἶπον, ἃ μυθοποιήσαντες ἔφησαν· ὃν τρόπον καὶ τὰ καθ' ἡμῶν λεγόμενα δύσφημα καὶ ἀσεβῆ ἔργα [6] ἐνήργησαν, ὧν οὐδεὶς μάρτυς οὐδὲ ἀπόδειξίς ἐστι, τούτων ἔλεγχον ποιησόμεθα.

XXIII. Atque ut illud etiam perspectum habeatis quæcumque a Christo & a Prophetis qui eum antecesserunt, edocti dicimus, sola esse vera & scriptoribus omnibus antiquiora; nec quia eadem ac illi scriptores dicimus, idcirco petere ut probemur, sed quia vera loquimur: tum etiam ut vobis constet Jesum Christum, cum Dei Verbum & primogenitus & virtus sit, solum proprie Filium ex eo genitum esse; ejusque voluntate factum hominem instaurandi & revocandi hominum generis caussa, hæc nos docuisse; ac deinde priusquam inter homines homo versaretur, quosdam in antecessum, eos scilicet quos jam diximus, malos dæmones ea per C poetas velut facta dixisse, quæ fabulose isti confinxerunt, quemadmodum perfecere ut nefanda in nos & impia facinora decantarentur, quorum nec testis nec argumentum exstat ullum; ut hæc, inquam, vobis explorata sint, his argumentis utemur.

[7] Πρῶτον μὲν ὅτι τὰ ὅμοια τοῖς Ἕλλησι λέγοντες,

XXIV. Primo, quia cum similia Græcis dicamus,

1. Ὁ γὰρ κρείττων.] Hæc Irenæus imitatur lib. 2. cap. 3. num. 5. ut a Grabio observatum est: *Qui enim melior est*, inquit, *ex operibus ostenditur*. Similem sententiam, ut ex profano aliquo scriptore, citat Isidorus Pelusiota epist. 158. lib. 3. τὰ ἔργα δείξει τῶν λόγων σαφέστερον. *Opera probabunt clarius sermonibus*.

2. Διὰ παρθένου γεγεννῆσθαι.] Molesta fuit Lango hæc ratio loquendi, ut ad Valentinianorum errores accommodata: eam exagitat Tertullianus in libro de carne Christi cap. 20. & in Scripturis inveniri negat. Displicet etiam Hieronymo, qui in comment. in epist. ad Galat. p. 267. sic loquitur: *Diligenter attendite*, inquit, *quod non dixerit, factum per mulierem quod Marcion & ceteræ hæreses volunt, quæ putativam Christi carnem simulant, sed ex muliere, ut non per illam sed ex illa natus esse credatur*. Sed, quod pace S. Hieronymi dixerim, nec Marcion dicebat Jesum per Virginem natum esse; is enim Christum subito Capharnaum e cælo venisse fingebat; nec merito negetur hanc loquendi rationem in Scriptura exstare. Demonstrat enim Basilius in libro de Spiritu sancto cap. 5. utramque præpositionem διὰ & ἐξ idem sonare, & argumenti loco sumit quod Paulus, qui in epist. ad Galat. dixit, γενόμενος ἐκ γυναικὸς, *factus ex muliere*, idem in epist. ad Cor. dixerit ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικὸς, *vir per mulierem*. Hinc idem Basilius in orat. 29. p. 538. ἐγεννήθη διὰ γυναικὸς, ἵνα τοὺς γεννηθέντας ἀναγεννήσῃ: *Genitus est per mulierem, ut eos qui nati erant regeneraret*. Multa occurrunt ejusmodi exempla apud sanctos Patres. Justinus non eo solum in loco qui nunc in manibus est, sed etiam in multis aliis ita loquitur. Sic etiam apud Eusebium lib. 1. contra Marcel. pap. 35. πρὸ μὲν τοῦ κατελθεῖν καὶ διὰ τῆς παρθένου τεχθῆναι λόγος ἦν μόνον. Vide p. 40. Julius Firmicus de profan. Relig. *Per virginem Mariam ac Spiritum sanctum Christus natus*. Hilarius ib. 4. de Trin. n. 42. *Per virginem natus ex Spiritu sancto*. Augustinus in lib. 1. de Anima n. 27. *Mulier ex viro facta est, ut postea vir per mulierem nasceretur*. Eamdem vocem usurpat Cyrillus Alexandrinus Thesaur, p. 96. In hymno, quem canimus in honorem B. V. Mariæ: *Beata cœli nuntio, secunda sancto Spiritu, desideratus gentibus, cujus per alvum fusus est*. Non ergo in eo, si proprie loquamur, Valentiniani peccabant, quod Filium per Mariam genitum dicerent; sed quod ex Maria genitum negarent, atque, ut ait Tertullianus c. 27. contra Valentinianos, *delatum in Virginem transmeatorio potius quam generatorio more processisse; per ipsam, non ex ipsa; non matrem eam, sed viam passum* docerent.

3. Πονηρούς.] Legendum πηροὺς admonuit R. Steph. idque confirmat Grabius ex simili loco Dialogi n. 69. πηροὺς autem idem esse ac cæcos contendit Thirlbius ex eodem Dialogi loco, & alio hujus Apol. n. 50.

4. Πρὶν ἢ ἐν ἀνθρώποις.] Præmittenda his verbis conjunctio καὶ, aut legendum πρὶν δὲ ἢ ἐν ἀνθρώποις. Si quis tamen legendum esse velit, καὶ ὅτι πρὶν, & antea καὶ ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς, nihil id contextui nocebit. Sed nihil amplius requiri debet ad intelligentiam hujus loci, in quo interpretando non plurimum viderunt interpretes. Longam hanc verborum complexionem existimavit Grabius, nec cum iis quæ præcedunt, nec cum iis quæ sequuntur, connecti posse, & idcirco ad contextus corruptelam & ad lacunas confugit. Facilis tamen & aperta sententiarum junctura. Tria pollicetur Justinus sese demonstraturum. 1. Quæ a Christianis docentur, sola vera esse; quod quidem aptum & nexum est ex iis, quæ proxime dicebat, nempe ex illa similitudine, quæ Christianæ doctrinæ videtur inesse cum nonnullis philosophorum & poetarum placitis. 2. Promittit se probaturum Filium Dei incarnatum esse. 3. Dæmones ante illius incarnationem multa per poetas finxisse, ut homines ab hoc mysterio credendo averterent. In his tribus argumentis deinceps versatur Justinus. Probat 1. num. 24. Christianos solos esse qui veritatem defendant. Deinde num. 30. Filium Dei incarnatum esse. Tum num. 53. venit ad fabulas poetarum, quas dæmonum fraude ad hominum perniciem inventas fuisse docet.


5. Διὰ τοὺς προειρημένους.] Heic profecto aliquid emendandum. Quinam enim illi sunt qui propter dæmones, sive impulsu dæmonum per poetas hæc finxerunt? Nemo sane divinare possit. At si legamus λέγω δὲ τοὺς, &c. nihil supererit difficultatis, idque ex Latina interpretatione perspici potest.

6. Ἐνήργησαν.] Necesse non est cum Sylburgio subintelligere διαθρυλλῆσθαι.

7. Πρῶτον μὲν ὅτι.] Ut probet veritatem penes solos esse Christianos (hoc enim ex tripartita divisione primum erat) hoc utitur argumento, quod cum alii summam habeant suæ religionis colendæ licentiam, solis Christianis eodem jure esse non liceat.

a Μηδὲ τὸ ἴδ.] Legit Pearsonus, μὴ διὰ τὸ ἴδ.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 139.



μόνοι μισούμεθα δι' ὄνομα τοῦ Χριστοῦ· καὶ μηδὲν ἀδικοῦντες, ὡς ἁμαρτωλοὶ ἀναιρούμεθα, ἄλλων ἀλλαχοῦ καὶ δένδρα σεβομένων, καὶ ποταμοὺς, καὶ μῦς, καὶ αἰλούρους, καὶ κροκοδείλους, καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ πολλά· καὶ οὐ τῶν αὐτῶν ὑπὸ πάντων τιμωμένων, ἀλλὰ ἄλλων ἀλλαχόσε, ὥστ' εἶναι ἀσεβεῖς ἀλλήλοις πάντας, διὰ τὸ μὴ τὰ αὐτὰ σέβειν· ὅπερ μόνον ἐγκαλεῖν ἡμῖν ἔχετε, ὅτι μὴ τοὺς αὐτοὺς ὑμῖν σέβομεν θεοὺς, μηδὲ τοῖς ἀποθανοῦσι χοὰς καὶ κνίσας, [1] καὶ ἐν γραφαῖς στεφάνους καὶ θυσίας φέρομεν. ὅτι γὰρ [2] οὐ τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν θεοὶ, παρ' οἷς δὲ θηρία, παρ' οἷς δὲ ἱερεῖα νενομισμένα ἐστὶν, ἀκριβῶς ἐπίστασθε. A

Soli odio habemur propter nomen Christi; & cum nihil faciamus mali, velut improbi necamur: aliis alibi & arbores & fluvios & mures & feles & crocodillos & plurimas brutas animantes colentibus, nec eadem omnibus, sed alia alibi venerantibus, ita ut omnes sibi invicem, quia non eadem colunt impii sint. Quæ quidem una res est, quam in criminis loco nobis objicere possitis, quod non eosdem ac vos colamus deos, nec mortuis libamina & nidores & coronas imaginibus apponi solitas & victimas offeramus. Ipsi enim res easdem alibi deos, alibi feras, alibi victimas legitimas esse accurate scitis.

[3] Δεύτερον δὲ, ὅτι ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων B [4] οἱ παλαιοὶ σεβόμενοι Διόνυσον τὸν Σεμέλης, καὶ Ἀπόλλωνα τὸν Λητοΐδην, οἳ δι' ἔρωτας ἀρσένων ὅσα ἔπραξαν, αἰσχρὸν καὶ λέγειν, καὶ οἱ Περσεφόνην καὶ Ἀφροδίτην, τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν [5] οἰστρηθείσας, ὧν καὶ τὰ μυστήρια ἄγετε, ἢ Ἀσκληπιὸν, ἤ τινα τῶν ἄλλων ὀνομαζομένων θεῶν, καίπερ θανάτῳ ἀπειλουμένου, [6] διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τούτων μὲν καταπεφρονήκαμεν, Θεῷ δὲ τῷ ἀγεννήτῳ καὶ ἀπαθεῖ ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν, ὃν οὔτε ἐπ' Ἀντιόπην καὶ τὰς ἄλλας ὁμοίως, οὐδὲ ἐπὶ Γανυμήδην δι' οἶστρον ἐληλυθέναι πειθόμεθα, οὐδὲ λυθῆναι βοηθείας τυχόντα διὰ Θέτιδος ὑπὸ τοῦ ἑκατοντάχειρος ἐκείνου, οὐδὲ μεριμνῶντα διὰ τοῦτο τὸν τῆς Θέτιδος Ἀχιλλέα διὰ τὴν παλλακίδα Βρισηΐδα ὀλέσαι πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων· C καὶ τοὺς πειθομένους ἐλεοῦμεν· τοὺς δὲ τούτων αἰτίους δαίμονας γνωρίζομεν.

XXV. Secundo, quod ex omni hominum genere qui olim Bacchum Semeles filium, & Latonæ Apollinem, qui etiam turpe dictu est quæ & quanta masculorum amore designaverint, qui Proserpinam & Venerem, œstro propter Adonidem concitatas, quarum etiam mysteria celebratis, aut Æsculapium aut alium aliquem eorum, quos appellant deos, colebamus; eos quamvis morte proposita per Jesum Christum contemsimus, nosque ingenito & perpessionis experti consecravimus Deo, quem neque ad Antiopen aliasve similes, neque ad Ganymedem œstro libidinis incitatum venisse credimus, nec vinculis solutum auxilio illius Centimani per Thetidem impetrato, neque ob hoc beneficium solicitum fuisse, ut plurimis Græcis Achilles propter Briseidem pellicem perniciem afferet. Miseret nos eorum qui ista credunt, horumque auctores esse dæmones novimus.

[7] Τρίτον δ' ὅτι καὶ [8] μετὰ τὴν ἀνέλευσιν τοῦ Χριστοῦ εἰς οὐρανὸν, [9] προεβάλλοντο οἱ δαίμονες ἀν-

XXVI. Tertio, post Christi in cælum ascensum dæmones immisere homines quosdam, qui se deos esse

1. Καὶ ἐν γραφαῖς στεφάνους.] Meursius, Clericus & Fabricius legunt ἐν ταφαῖς, *in sepulcris*, cui conjecturæ favet illud ex Dialogo Minuc. Fel. *Coronas etiam sepulcris denegatis*. Salmasius aliter emendat in notis ad vitam M. Anton. ac legendum putat ἐν ῥαφαῖς στεφάνους, pro ῥαπτοὺς, *sutiles coronas*, quemadmodum dicuntur *marmora in exemplis*, figuris ornata; *pocilla in gemmis*, id est, gemmata, ἄρτοι ἐν τύποις *panes figuris* vel *formis expressi*. At eruditæ & acutæ hominum doctissimorum emendationes non videntur necessariæ. Loquitur Justinus de coronis, quæ mortuorum statuis apponi solebant. Vox illa γραφαὶ non picturas solum, ut videtur eruditis illis viris, designat, sed etiam statuas, ut multis exemplis demonstrari potest. Himerius apud Photium cod. 243. pag. 1127. Lysippi insignis statuarii ingenium ex eo commendat, quod occasionem pereleganter finxerit. Utitur autem his vocibus. ἐγγράφει τοῖς θεοῖς τὸν καιρὸν, *diis occasionem effinxit*. Basilius seu quivis alius in lib. de Bapt. c. 2. n. 23. ut probet baptizatum, sive liber, sive servus sit, modo veterem hominem exuerit, Deo acceptum esse, utitur hoc exemplo. ἡ σανὶς ἐξ ὁποιασδήποτε ὕλης οὖσα, ἀποτεμένη τὸ ἀνώμαλον καὶ ἀποξυσθεῖσα τὸ τραχὺ, ὅπως ἐνδύεται τὴν γραφὴν τῆς εἰκόνος τοῦ βασιλέως· καὶ τότε οὐκ ἐν τῇ τοῦ ξύλου, ἢ ἀργύρου διαφορᾷ γνωρίζεταί τις διαφορὰ τῆς εἰκόνος, &c. Liquet in hoc exemplo γραφὴν vocari statuam auream aut argenteam aut ligneam. Tam fictæ quam pictæ imagines vocantur γραφαὶ apud Gregorium Naz. Orat. 3. p. 83. Loquens enim de imaginibus Imperatorum ἐν πλάσμασί τε καὶ χρώμασι, id est, tum fictis tum pictis, ait Imperatores ejusmodi imaginibus solere aliud alios προσπαραγράφεσθαι: Julianus vero ut Christianis insidias strueret, ταῖς εἰκόσι συμπαραγράφων τοὺς δαίμονας, ὡς δή τινας ἄλλας τῶν ἐξ ἔθους γραφὰς, προυτίθει δήμοις καὶ πόλεσι.

2. Οὐ τὰ αὐτὰ παρ' οἷς μὲν θεοί.] Frustra Grabius retinendum esse contendit illud οὐ. Tollendum omnino, si quid sententiæ velis ex hoc loco eruere: vel legendum ὅτι γὰρ ἂν. Solent enim alii scriptores id exprobrare gentilibus, quod eadem res nunc victima sit, nunc Deus. Hoc argumento utitur Athanasius orat. in Gentes n. 23. Vide Tatianum n. 10. & Athenagoram Apol. n. 14. His adjungere libet Anaxandridis versus, quos refert Athenæus lib. 7. p. 299.

Βοῦν προσκυνεῖς, ἐγὼ δὲ θύω τοῖς θεοῖς,
Τὴν ἔγχελυν μέγιστον ἡγῇ δαίμονα,
Ἡμεῖς δὲ τῶν ὄψων μέγιστον παραπολύ.

Bovem colis tu, dis ego hostiam immolo.
Anguillam adoptas maximos inter deos,
Obsoniorum ducimus nos m ximum.

3. Δεύτερον.] Secundum argumentum, cur veritas solis Christianis nota sit, inde deducit Justinus, quod a cultu deorum qui flagitia patrasse narrantur, ad purissimum unius Dei cultum, quamvis morte proposita, conversi fuerint.

4. Οἱ παλαιοί.] Liquet legendum esse οἱ πάλαι, ut antea n. 14. idque jam multi observaverunt.

5. Οἰστρηθείσας.] Scribit Apollodorus lib. 3. inquit illustrissimus Huetius Demonstr. Evang. p. 58. in Adonidis etiamnum infantis forma commotam Venerem, clam diis omnibus eum occuluisse in arca, & Proserpinæ tradidisse; hanc pupum tam bellum conspicatam retinuisse, atque ea re excitatam inter deas contentionem Jovem sedasse, hac lege atque omine, ut tertiam anni partem penes se maneret Adonis, tertiam penes Venerem, penes Proserpinam tertiam. Itaque illud verbum οἰστρηθείσας de contentionis œstro simul & libidinis accipi debet. Legitur in utroque cod. ms. ad marg. & apud R. Steph. ad calcem κόρην καὶ Ἀφροδίτην τὰς διὰ τὸν Ἄδωνιν ἐρηθείσας. Legendum ἐρισθείσας, *Puellam & Venerem, quæ de Adonide inter se contenderunt*. Frustra ergo Sylburgius & Grabius legunt: τὴν μὲν διὰ τὸν Ἄδωνιν, τὴν δὲ διὰ τὸν Αἰδωνέα οἰστρηθεῖσαν.

6. Διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Eadem loquendi ratio occurrit n. 49. & n. 61. Quare frustra Sylburgius & Grabius non minus apte legi posse existimant, διὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, *propter Jesum Christum*.

7. Τρίτον δ' ὅτι.] Tertium hoc argumentum, ut veritatem in Christianis solam odio haberi constet. Si quis a dæmonibus immissus Christianam religionem erroribus corrumpat, hunc persecutio non attingit. Inde manifesta conclusio persecutionum auctores esse dæmones, ac solam illos veritatem insectari.

8. Μετὰ τὴν ἀνέλευσιν] Legitur ἀνάληψιν τοῦ κυρίου apud Eusebium, qui totum hunc de Simone locum inseruit lib. 2. Hist. cap. 13. Habent etiam ἀνάληψιν τοῦ κυρίου Syncellus Chronograph. p. 333. & Zonaras Annal. tom. 2. p. 187. ut observat Thirlbius, qui ἀνέλευσιν aut ἄνοδον a Justino usurpari solere ait, non vero ἀνάληψιν, ac exempla repetit ex Dialog. n. 39. 82. 87.

9. Προεβάλλοντο.] Ita ex Eusebio posui. Editi nostri προυβάλλοντο.

θρώπους τινὰς λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεὺς. οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν κατηξιώθησαν. Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης [1] Γίττων, ὃς ἐπὶ Κλαυδίϐ Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς [2] ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ρώμῃ, Θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῶν ὡς Θεὸς τετίμηται, [3] ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ, μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ρωμαϊκὴν ταύτην, [4] Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ. καὶ σχεδὸν πάντες μὲν Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον Θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, [5] προσκυνοῦσι· καὶ Ἑλένην τινὰ, τὴν συμπερινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ τέγους [6] σταθεῖσαν, [7] τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἔννοιαν πρώτην γενομένην λέγουσι. Μένανδρον δέ τινα, καὶ αὐτὸν Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης Καππαρεταίας, γενόμενον μαθητὴν τοῦ Σίμωνος, ἐνεργηθέντα καὶ ὑπὸ τῶν δαιμονίων, καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγικῆς τέχνης οἴδαμεν. ὃς καὶ τοὺς αὐτῷ ἑπομένους ὡς μηδὲ ἀποθνήσκοιεν ἔπεισε· καὶ νῦν εἰσί τινες ἀπ' ἐκείνου τοῦτο ὁμολογοῦντες. Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ νομίζειν [8] μείζονα τοῦ δημιουργοῦ Θεόν· [9] ὃς κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως, πολλοὺς πεποίηκε βλασφημίας λέγειν, καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς Θεόν· ἄλλον δέ τινα, ὡς ὄντα μείζονα, [10] τὰ μείζονα παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. [11] πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμώμενοι, [12] ὡς ἔφημεν, Χριστιανοὶ καλοῦνται, ὃν τρόπον καὶ οἱ οὐ κοινωνοῦντες τῶν αὐτῶν δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινὸν ἔχουσιν. εἰ δὲ καὶ τὰ δύσφημα ἐκεῖνα μυθολογούμενα ἔργα πράττουσι, λυχνίας μὲν ἀνατροπὴν, καὶ τὰς ἀναίδην μίξεις, καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰς, οὐ γινώσκομεν· ἀλλ' ὅτι μὴ διώκονται, μηδὲ φονεύονται ὑφ' ὑμῶν, [13] κἂν διὰ τὰ δόγματα, ἐπιστάμεθα. ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύν-

A dicerent: quos non modo non insectati estis, sed etiam auxistis honoribus. Simonem quemdam Samaritanum e vico Gittum dicto, qui sub Claudio Cæsare, cum magica miracula, dæmonum in eo operantium arte, in regia vestra urbe Romæ edidisset, Deus existimatus est, & a vobis, tamquam Deus, statua honoratus; quæ statua erecta est in insula Tiberina inter duos pontes, habens hanc Romanam inscriptionem, *Simoni Deo sancto*. Hunc Samaritani pæne omnes & ex aliis gentibus nonnulli primum Deum esse confitentur, eumque adorant: ac Helenam quamdam, quæ eum hoc tempore ubique affectata est, cum antea in lupanari prostitisset, primam ejus notionem esse dictitant. B Menandrum etiam quemdam, pariter Samaritanum e vico Capparetæa, ac Simonis discipulum, dæmonum quoque operatione fretum multis, cum Antiochiæ versaretur, arte magica illusisse scimus. Is sectatoribus suis illud etiam persuasit, numquam ipsos esse morituros: & ex illius disciplina adhuc supersunt nonnulli hoc profitentes. Marcionem etiam quemdam Ponticum, qui etiamnum superest ac discipulos docet alium quemdam agnoscere majorem mundi opifice Deum. Hic in omni hominum genere dæmonum adjumento perfecit, ut multi in blasphemias erumperent, ac universi creatorem Deum (Christi patrem) esse negarent, & alium quemdam, utpote majorem, majora quam illum perfecisse pro- C fiterentur. Qui ab istorum disciplina profecti sunt, ii omnes, ut diximus, appellantur Christiani; quemadmodum & qui judicia cum philosophis communia non habent, commune nomen ex philosophia ductum habent. An vero etiam nefanda illa & fabulosa facinora perpetrent, lucernæ eversionem, promiscuos concubitus, carnium humanarum epulas, non scimus. At eos a vobis nec vexari nec occidi, saltem ob ipsorum opiniones, novimus. Est autem liber a nobis contra omnes quæ exsti-

1. Γίττων.] Ita Eusebius. At R. Steph. & uterque codex ms. τρίτων.

2. Ἐν τῇ πόλει.] Euseb. ἐπὶ τῇ πόλει ὑμῶν τῇ.

3. Ὃς ἀνδριὰς ἀνεγήγερται.] Hæc desunt apud Eusebium: vitiosam esse Eusebii scripturam adversus Antonium Van Dale probat Thirlbius ex verborum constructione absurda admodum, si hæc verba desint, futura, *ἀνδριάντι ὡς θεὸς τετίμηται μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν ἔχων ἐπιγραφὴν*, &c. Equidem verba hæc non delebo, sed his textum carere posse fateor.

4. *Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ*,] Vide Præfationis tertiam partem, ubi de hac Justini narratione disserimus.

5. Προσκυνοῦσι.] Male in editionibus Justini legebatur, *ἐκεῖνον καὶ προσκυνοῦσι*. Melius Eusebius quem secuti sumus.

6. Σταθεῖσαν.] Addit Eusebius *ἐν Τύρῳ τῆς φοινίκης*. Paullo ante translata ex Eusebio in editiones Græco-latinas vox *συμπερινοστήσασαν*, cum R. Steph. & mss. habeant *περινοστήσασαν*.

7. Τὴν ἀπ' αὐτοῦ.] Sic emendavi Eusebio auctore fretus, pro *ὑπ' αὐτοῦ*. Tertullianus *ἔννοιαν* reddidit *injectionem*. *Et se quidem*, inquit lib. de Anima cap. 34. *finxit summum patrem, illam vero injectionem suam primam, qua injecerat angelos & archangelos condere*. Injectio aliis in locis apud Tertullianum eodem sensu usurpatur, velut cum in lib. de Pudic. c. 13. citat illud ex secunda ad Cor. *Non ignoramus injectiones ejus*. Corrupta sunt quæ de Simone apud eumdem leguntur in appendice ad librum de Præscript. *Hic ausus est summam se dicere virtutem, id est, summum Deum, mundum autem ab Angelis suis institutum. A dæmone se oberrante, qui esset sapientia, descendisse quærendum apud Judæos*. Liquet legendum, *ad Aeonem se oberrantem*, &c. Docebant Gnostici quorum parens erat Simon magus, unum ex Æonibus quem vocabant Achamoth, id est, sapientiam, a summo Deo in inferiora decidisse. Hæc autem erat Helena Simonis, quam quidem, velut ovem perditam, Simon a se quæsitam esse, seque eo consilio descendisse dicebat, ut post Irenæum testatur Tertullianus de Anima cap. 34. Mox Euseb. *σταθεῖσαν καὶ αὐτὴν ὑπό*.

8. Μείζονα.] Euseb. *εἶναι νομίζειν μείζω*, Hist. lib. 4. c. 11.

9. Ὃς κατὰ πᾶν, &c.] Euseb. *ὃς καὶ κατὰ πᾶν.... πέπεικε βλάσφημα λέγειν καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ*.


10. Τὰ μείζονα.] Hæc desunt apud Eusebium: unde magnum in Valesii interpretatione erratum. Sic enim reddit: *Alium vero quemdam longe illo præstantiorem hoc universum condidisse affirmarent*. Nihil magis pugnat cum principiis Marcionis, qui mundum a summo illo Christi patre Deo conditum negabat. Ipse Valesius in Notis agnoscit legendum esse *τὰ μείζονα* ut apud Justinum. Cum Marcion hunc mundum a vero Deo creatum negaret, dicebat *esse & illi conditionem suam & suum mundum & suum cælum*; Tertull. 1. Marc. c. 15. Itaque *Deo suo invisibilia* tribuebat, ibid. c. 16. Sed cum probarent catholici absurdum dictu esse, *ejus esse invisibilia, qui nihil visibile præmiserit*, magisque congruere, *ejus esse majora, cujus & magna*: respondebant Marcionitæ: *sufficit unicum hoc opus Deo nostro, quod hominem liberavit summa & præcipua bonitate sua, & omnibus locustis anteponenda*.

11. Πάντες οἱ ἀπὸ τούτων.] Eusebius *καὶ πάντες*.

12. Ὡς ἔφημεν.] Euseb. *ὡς ἔφαμεν*, & mox: *καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικαλούμενον*, &c.

13. Κἂν διὰ τὰ δόγματα.] Duo docet S. Martyr: primo, hæreticos a persecutione tutos & immunes esse. Deinde, si qui ex illis occidantur, saltem non occidi ob ipsorum opiniones, sed quia (sic enim intelligendum videtur) facinus aliquod commisere. Quo autem argumento utitur S. Justinus, ut probet solam in Christianis veritatem puniri & damnari, eodem alii Patres usi sunt, ut veritatem in sola reperiri catholica ecclesia probarent. Ait Cyprianus ep. 58. omnem sæcularem potestatem adversus ecclesiam Christi subito prorupisse, *ut ... ostenderet Dominus quæ esset ecclesia ... qui essent quos inimicus lacesseret, quibus ut suis parceret. Neque enim persequitur & impugnat Christi adversarius nisi castra & milites Christi. Hæreticos prostratos semel & suos factos contemnit & præterit*. Vide ep. 57. & S. Iren. lib. 4. c. 33. n. 9. & Acta S. Montani Martyris & sociorum n. 14.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



ταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων [1] συντεταγμένον· ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν.

A terunt hæreses compositus, quem, si legere libeat, vobis trademus.

Ἡμεῖς δὲ, ἵνα μηδένα [2] διώκωμεν, μηδὲ ἀσεβῶμεν, ἐκτιθέναι [3] καὶ τὰ γεννώμενα, πονηρῶν εἶναι δεδιδάγμεθα· πρῶτον μὲν, ὅτι τοὺς πάντας σχεδὸν ὁρῶμεν ἐπὶ πορνείᾳ προάγοντας οὐ μόνον τὰς κόρας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρσενας· καὶ ὃν τρόπον λέγονται οἱ παλαιοὶ ἀγέλας βοῶν ἢ αἰγῶν ἢ προβάτων τρέφειν, ἢ ἵππων φορβάδων, οὕτω νῦν [4] καὶ παῖδας εἰς τὸ αἰσχρῶς χρῆσθαι μόνον· καὶ ὁμοίως θηλειῶν καὶ ἀνδρογύνων καὶ ἀρρητοποιῶν πλῆθος κατὰ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τούτου τοῦ ἄγους ἕστηκε· καὶ τούτων μισθοὺς καὶ εἰσφορὰς καὶ τέλη λαμβάνετε, δέον ἐκκόψαι [5] ἀπὸ τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης. καὶ τῶν τούτοις χρωμένων τὶς, πρὸς τῇ ἀθέῳ καὶ ἀσεβεῖ καὶ ἀκρατεῖ μίξει, εἰ τύχοι, τέκνῳ ἢ συγγενεῖ, ἢ ἀδελφῷ μίγνυται. οἱ δὲ, καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα καὶ τὰς ὁμοζύγους προαγωγεύονται· καὶ φανερῶς εἰς κιναιδίαν ἀποκόπτονταί τινες, καὶ εἰς μητέρα θεῶν τὰ μυστήρια ἀναφέρουσι, καὶ παρὰ παντὶ τῶν νομιζομένων παρ' ὑμῖν [6] Θεῷ, ὄφις σύμβολον μέγα καὶ μυστήριον ἀναγράφεται. καὶ τὰ φανερῶς ὑμῖν πραττόμενα καὶ τιμώμενα, [7] ὡς ἀνατετραμμένου καὶ οὐ παρόντος [8] φωτὸς θείου, ἡμῖν προσγράφετε· ὅπερ ἀπηλλαγμένοις ἡμῖν τοῦ πράττειν τὶ τούτων οὐ βλάβην φέρει, ἀλλὰ τοῖς πράττουσι καὶ ψευδομαρτυροῦσι μᾶλλον.

XXVII. Nos autem ne quem vexemus, aut quidquam impie faciamus, pueros etiam recens natos exponere hominum improborum esse didicimus. Primo quidem quia omnes fere hujusmodi videmus ad stupra non puellas solum, sed etiam masculos produci: & quemadmodum narrantur antiqui greges & armenta boum vel caprarum, vel ovium, vel gregalium equorum aluisse; ita nunc & pueros ad turpes dumtaxat usus; & feminarum pariter ac ambigui sexus hominum, ac nefanda patrantium turba ad hoc piaculum apud omnes gentes prostat. Atque ex his merce- B des & tributa & vectigalia percipitis, cum eos ex orbe vestro exterminari oporteret. Quibus qui utitur, is præter nefandum & impium ac impudicum concubitum, cum filio, si ita fors ferat, aut cognato aut fratre miscetur. Sunt qui liberos etiam suos & uxores prostituant. Ac palam & aperte quidam ad cynædicam turpitudinem evirantur, atque in matrem deorum hæc mysteria referunt: atque apud unumquemque eorum, quos existimatis, deorum, magnum symbolum ac mysterium serpens recensetur. Igitur quæ palam & aperte a vobis aguntur & coluntur, ea nobis adscribitis, quasi ea divino lumine everso & extincto perpetremus. Quod quidem nobis, qui non ii sumus ut quidquam ejusmodi faciamus, minime nocet, sed iis potius, qui ea ipsi faciunt & in alios falso conferunt. C

Παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ὁ ἀρχηγέτης τῶν κακῶν δαιμόνων, ὄφις καλεῖται, καὶ σατανᾶς, καὶ διάβολος, ὡς καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων συγγραμμάτων ἐρευνήσαντες, μαθεῖν δύνασθε· ὃν εἰς τὸ πῦρ πεμφθήσεσθαι μετὰ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς καὶ τῶν ἑπομένων ἀνθρώπων, κολασθησομένους τὸν ἀπέραντον αἰῶνα, προεμήνυσεν ὁ Χριστός. καὶ γὰρ ἡ ἐπιμονὴ τοῦ μηδέπω τοῦτο πρᾶξαι τὸν Θεὸν, διὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος γεγένηται. προγινώσκει γάρ τινας ἐκ μετανοίας σωθήσεσθαι μέλλοντας, καί τινας μηδέπω ἴσως γεννηθέντας. καὶ τὴν ἀρχὴν νοερὸν καὶ δυνάμενον αἱρεῖσθαι τἀληθῆ, καὶ εὖ πράττειν, τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον πεποίηκεν, ὥστ' ἀναπολόγητον εἶναι

XXVIII. Apud nos enim princeps malorum dæmonum serpens vocatur & satanas & diabolus, ut potestis ex litteris nostris scrutando perspicere. Hunc Christus præmonstravit cum ipsius exercitu & affectantibus hominibus in ignem missum iri, ut in infinitum ævum excrucientur. Interposita enim mora, quominus id Deus hactenus perficeret, propter humanum genus contigit. Prævidet enim quosdam ex pœnitentia salutem consecuturos, quosdam vero nondum esse natos. Et ab initio quidem humanum genus intelligentia & vera eligendi ac recta faciendi facultate præditum creavit; ita ut omnibus hominibus nulla apud Deum

1. Συντεταγμένον.] Deest apud Eusebium.

2. Διώκωμεν.] H. Steph. & Grabius legendum esse contendunt μηδὲν ἀδίκωμεν. Legit etiam ἀδίκωμεν Billius approbante Thirlbio. Sed cur emendemus quod minime mendosum est? Immo illud verbum, διώκωμεν, aptius mihi videtur ad significandum homicidium. Hæc enim est S. Justini sententia. Nata occasione ex hæreticis, de quibus nescire se dixerat, utrum nefanda illa committerent necne, asseverat de Christianis, eos ita ab his sceleribus remotos esse, ut etiam pueros exponere nefas ducant, ne aut aliquem vexent & opprimant, committendo ut puer non susceptus intereat; aut impietatis rei fiant, si susceptus ad nefanda & impia, ut ipse appellat, flagitia educetur. Hæc enim duo gravissima mala ex puerorum exponendorum more consequi docet. Adducti sunt viri doctissimi, ut ἀδίκωμεν huc intruderent, quia infra n. 28. Justinus injustitiam cum impietate conjungit. Sed ibi alia de re loquitur.

3. Καὶ τὰ γεννώμενα.] Mallet Thirlbius καὶ ἐκτιθέναι τὰ γεννώμενα. Piget referre alias conjecturas, tum H. Stephani qui legendum putat ἐκτιθέναι παραιτούμεθα ὅτι, tum Perionii & Grabii, quorum primus legit γενόμενα, alter πονηρόν.

4. Καὶ παῖδας.] Legendum putat Grabius παῖδες vel παίδων. Sed necesse non est quidquam mutare, idque ex interpungendi ratione a nobis adhibita satis perspicitur. De his gregibus citantur a Grabio Tatianus n. 26. & Clemens Alex. 3. Pædag. c. 4. De vectigalibus, quæ ad Imperatores redibant, vide Sveton. in Calig. & Lamprid. in Alex. Sever. Abrogatum hoc vectigal lege ult. tit. XL. lib. XI. cod. Just. Ita Thirlbius qui & de incestis flagitiis inde consequentibus citat Clem. Alex. Pædag. lib. 3. p. 265. Lactantium lib. 6. c. 20. Minucium c. 31. Tertul. Apol. cap. 9. & 1. ad Nat. cap. 16.


5. Ἀπὸ τῆς ἡμετέρας.] Ita R. Steph. Legendum ὑμετέρας, ut in aliis editionibus, excepta Londinensi. Vide initium Apol. Athenagoræ.

6. Θεῷ.] Legi posset Θεῶν. *Sylburgius*.

7. Ὡς ἀνατετραμμένου.] Huc redit tota sententia: Quæ palam & aperte facitis, ea a nobis in tenebris fieri dictitatis. Sic interpretari malui, quam cum aliis interpretibus hæc ad ipsos ethnicos referre, *quasi divinum lumen sive ratio inversa in illis esset, dum hæc agunt*. Videtur Justinus ethnicorum mores cum affictis nomini Christiano criminibus sic comparare, ut etiamsi ea Christiani admitterent, ethnicis tamen palam & aperte perpetrantibus concederent. Iniquitatem ethnicorum eodem modo castigat Tertullianus 1. ad Nat. cap. 16. *Verum jam laudate*, inquit, *consilium incesti verecundi, quod adulteram noctem commenti sumus, ne aut lucem aut veram noctem contaminaremus, quod etiam luminibus terrenis parcendum existimavimus, quod nostram quoque conscientiam ludimus: quodcumque enim facimus, si volumus* (leg. si velamus) *suspicamur. Ceterum incesta vestra, pro sua libertate & luce omni & nocte omni & tota cæli conscientia fruuntur, quodque felicius proveniat cum palam misceatis incesta toto conscio cælo, soli ipsi ignoratis: nos vero etiam in tenebris scelera nostra recognoscere possumus*. Vide Apol. 2. n. 11. Item Athenag. Apol. n. 34.

8. Φωτὸς θείου.] Lumen illud Dei, non rationem hoc loco, sed lucem oculis corporis affulgentem designat. Sic Clemens Pædag. lib. 3. cap. XI. præcipit vetulis ut canos non inficiant, sed *in lucem Dei efferant, id quod maxime venerandum est*, ἀναδεικτέον ὑπ' αὐγὰς τοῦ Θεοῦ τὸ τίμημα. Essæi, teste Josepho 2. Bel. Jud. c. 7. cum naturæ darent operam, diligenter sese veste contegebant, ne αὐγὰς Θεοῦ, *lucem divinam* contaminarent. Observat Eustathius in Iliad. p. 832. diem ab Homero sacram vocari, ac ipsam noctem apud Hesiodum eodem modo appellari. Hinc etiam terram sacram, muros sacros dici solere idem scriptor docet, pag. 789. in Iliad.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις παρὰ τῷ Θεῷ· λογικοὶ γὰρ καὶ θεωρητικοὶ γεγένηνται. εἰ δέ τις ἀπιςεῖ μέλειν τούτων τῷ Θεῷ, ἢ μὴ εἶναι αὐτὸν, [1] διὰ τέχνης ὁμολογήσει, ἢ ὄντα, χαίρειν κακίᾳ φήσει, ἢ λίθῳ ἐοικότα μένειν, καὶ μηδὲν εἶναι ἀρετὴν μηδὲ κακίαν, δόξῃ δὲ μόνον τοὺς ἀνθρώπους ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ ταῦτα ἡγεῖσθαι· ἥπερ μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐςί.

[2] Καὶ πάλιν, μὴ τῶν ἐκτεθέντων τὶς μὴ ἀναληφθεὶς θανατωθῇ, καὶ ὦμεν ἀνδροφόνοι. ἀλλ' ἢ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐγαμοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ, ἢ παραιτούμενοι τὸ γήμασθαι, τέλεον ἐνεγκρατευόμεθα. καὶ ἤδη τὶς τῶν ἡμετέρων, ὑπὲρ τοῦ πεῖσαι ὑμᾶς ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν μυστήριον ἡ ἀναίδην B μίξις, βιβλίδιον ἀνέδωκεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ [3] Φίληκι ἡγεμονεύοντι, ἀξιῶν ἐπιτρέψαι ἰατρῷ τοὺς διδύμους αὐτοῦ ἀφελεῖν. ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. καὶ μηδόλως βουληθέντος Φίληκος ὑπογράψαι, [4] ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας ὁ νεανίσκος, ἠρκέσθη τῇ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμογνωμόνων συνειδήσει. οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγησάμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γεγενημένου, ὃν καὶ πάντες ὡς Θεὸν [5] διὰ φόβου σέβειν ὥρμηντο, ἐπιςάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχεν.

Ὅπως δὲ μή τις [a] ἀντιτεθεὶς ἡμῖν, τί κωλύει καὶ τὸν παρ' ἡμῖν λεγόμενον Χριστὸν, ἄνθρωπον C ἐξ ἀνθρώπων ὄντα, μαγικῇ τέχνῃ ἃς λέγομεν δυνάμεις πεποιηκέναι, καὶ δόξαι διὰ τοῦτο υἱὸν Θεοῦ εἶναι, [6] τὴν ἀπόδειξιν ἤδη ποιησόμεθα, οὐ τοῖς λέγουσι πιςεύοντες, ἀλλὰ [7] τοῖς προφητεύουσι πρὶν ἢ γενέσθαι, κατ' ἀνάγκην πειθόμενοι, διὰ τὸ καὶ ὄψει ὡς προεφητεύθη ὁρᾷν γενόμενα καὶ γινόμενα·

A relinquatur excusatio. Ratione enim præditi & ad intelligendum apti & habiles creati sunt. Si quis autem hæc Deum curare neget, is vel eum non esse astute profitebitur; vel si sit, pravitate gaudere aut lapidi similem manere dicet, nec quidquam esse virtutem aut vitium, sed sola opinione hæc ab hominibus bona aut mala judicari: quæ sane maxima impietas & injustitia est.

XXIX. Deinde vero metuimus, ne quis ex iis, qui exponuntur, non susceptus intereat, & homicidæ simus. Sed vel omnino matrimonium non inimus nisi ad liberorum educationem; vel si a nuptiis refugimus, perpetuo nos continemus. Jamque nostrorum quidam, ut vobis persuaderet non esse mysterium apud nos promiscuum concubitum, obtulit libellum Felici Alexandriæ Præfecto rogans ut medico licentiam daret testes ipsi resecandi. Id enim sine Præfecti licentia facere interdictum sibi illius urbis medici dicebant. Sed cum Felix omnino subscribere noluisset, adolescens in continentia & virginitate permanens, sua & eorum, qui idem ac ipse sentiebant, conscientia contentus fuit. Mihi autem haud absurdum videtur hoc loco mentionem injicere illius, qui nuper exstitit, Antinoi, quem omnes ut Deum cum metu colere cœperunt; cum quis esset & unde, perspectum haberent.

XXX. Sed ne quis nobis opponat nihil obstare, quominus & is qui apud nos dicitur Christus, homo ex hominibus, arte magica quæ dicimus miracula ediderit, ac propterea Filius Dei esse visus sit; jam demonstrationem instituemus, non dicentibus credentes, sed futura antequam fiant prædicentibus necessario fidem habentes, eo quod ipsis oculis ita ut prædicta fuerant, evenisse & evenire videamus;

1. Διὰ τέχνης.] Legendum putat Billius διακενῆς vel ἀτέχνως lib. 2. Observ. sacr. cap. 6. Reddit Grabius: *Non confitebitur ex arte sive opificio Dei, eum exsistere*. At διὰ τέχνης aliquid asserere, idem est ac non palam & aperte illud statuere, sed cum artificio quodam. Nam qui Deum humana non curare dicebant, hi palam & aperte non dicebant Deum non esse, aut eum vitiis gaudere aut lapidi similem esse. Sed cum nefanda hæc commenta ex eorum sententia sequerentur; videbantur Justino astute profiteri quod totidem verbis efferre non audebant. In Dialogo cum Tryphone n. 54. colligit Justinus ex his verbis, *Lavabit in sanguine uvæ amictum suum*, sanguinem Christi, ut sanguinem uvæ, a solo Deo formatum fuisse. Sed quia res totidem verbis non declaratur, sed figura quadam involvitur; ait Justinus hoc mysterium per artem quamdam a Scriptura indicari, διὰ τῆς τέχνης. Legit Thirlbius δι' ἀνάγκης ac reddit, *aut eum non esse confiteatur necesse est*, ridetque illud Perionii, *arte & astutia*.

2. Καὶ πάλιν.] Aliam affert rationem cur Christiani ab exponendis liberis abhorreant.

3. Φίληκι.] Ita R. Steph. & mss. Sylburgius posuit Φήλικι & mox Φήλικος. Qui præerat Ægypto vocabatur Præfectus Augustalis, ejusque sedes erat Alexandriæ, ut patet ex cod. Theod. tom. 5. p. 270.

4. Ἐφ' ἑαυτοῦ μείνας.] His verbis indicat Justinus adolescentem in virginitatis proposito perseverasse; & cum hujus laudis testimonium ab ipsis ethnicis impetrare non posset, sua & aliorum idem sentientium conscientia contentum fuisse. Propositum continentiæ sic designant antiqui. Mos est Christianis, inquit Athenagoras Legat. n. 33. ἢ οἷος τὶς ἐτέχθη μένειν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ, *vel qualis quisque natus est permanere, vel semel nubere*. Clemens Alex. Strom. 3. p. 461. de eo qui secundis nuptiis abstinet, δόξαν δὲ αὐτῷ οὐράνιον περιποιεῖ μείνας ἐφ' ἑαυτοῦ. *Gloriam sibi cælestem conciliat in seipso manens*. In libro 3. Constitut. Apost. cap. 1. de juniore vidua sic statuitur: *si manserit in se singularis* (εἰ μείνῃ ἐφ' ἑαυτῆς) *donum habens viduitatis, beata reperietur*. Hinc etiam in libri 2. Hermæ Mandat. 4. *Qui nubit non peccat: sed si per se manserit, magnum sibi conquirit honorem apud Dominum*. Forte legendum *si super se manserit*; sic enim legitur in eodem capite num. 1. *Præceptum est vobis ut cælibes maneatis*; pro quibus verbis legitur ad marginem, *super vos manere*. S. Methodius orat. 3. apud Combefis p. 85. ait Paulum hortari μένειν ἐφ' ἑαυτῷ, unicis nuptiis contentum. Eodem modo loquitur S. Basilius ep. 217. can. 60. Gregorius Nyssenus in vita S. Macrinæ p. 180. testatur eam, defuncto adolescente cui destinata erat, statuisse perpetuam virginitatem servare, μένειν ἐφ' ἑαυτῆς τὸ λοιπὸν ἠξίου.


5. Διὰ φόβου.] Putarunt interpretes ipsius Hadriani metu adductos esse homines, ut Antinoum colerent. Atque ita quidem statuendum esset, si legeremus ut apud Eusebium διὰ φόβον, *per vim & metum*, ut interpretatur Valesius. Sed longe præclarior ac verior erit sententia, si legamus διὰ φόβου, ac ita reddamus, *Tamquam Deum cum metu colere cœperunt*, vel *ut Deum metuere & colere cœperunt*. Non enim ipse Hadrianus imperii sui auctoritate homines terruit, sed ipsius Antinoi, tamquam magni cujusdam Dei, metus animis incussus. Huic enim attributa, teste Spartiano in Hadriani vita, urbs de ejusdem dicta nomine, templa in illius honorem, sacri ludi, sacerdotes & prophetæ. Hæc hominibus timorem incusserunt. At vim non intulit, qui id humanitate sua consecutus est, ut testatur Athenagoras num. 30. Apol. Nititur Thirlbius testimonio S. Athanasii, qui in orat. contra Gentes p. 9. ait Antinoum adorari διὰ φόβον τοῦ προςάξαντος, *ob metum illius qui id jusserat*. Maxima sane auctoritas S. Athanasii, sed eum cum Athenagora conciliabimus in annotatione ad hunc locum Athenagoræ. At Justinus conciliari non posset, si legamus διὰ φόβον nihil aliud addendo: tunc enim terror intelligi hac voce deberet.

6. Τὴν ἀπόδειξιν.] Exsequitur quod secundo loco promiserat sese probaturum, nempe Filium Dei hominem factum fuisse. Paullo ante legendum ἀντιθεὶν, idque vidit Thirlbius qui eidem objectioni observat Irenæum eodem modo occurrere lib. 1. c. 57. & Lactantium lib. 5. c. 3.

7. Τοῖς προφητεύουσι.] Clarom. τοῖς προφητεύσασι, sed tamen ad marg. apposita lectio vulgata.

a Ἀντιτεθεὶς] Al. editi ἀντιτεθεὶς: sed Thirlbius conjicit legendum ἀντιθῇ, vel ἀντιθεὶν. Davisius vero ἀντιτεθεὶν. Vide Maranum not. seq. ubi tamen non Thirlbio, sed Grabio tribuendum, quod observarit eodem modo eidem objectioni occurrisse Irenæum.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



ἤπερ μεγίστη ϗ ἀληθεστάτη ἀπόδειξις ϗ ὑμῖν, ὡς νομίζομεν, φανήσεται.

Ανθρωποι ἦν τινες ἐν Ἰȣδαίοις γεγένηνται Θεȣ̃ προφῆται, δι᾽ ὧν τὸ προφητικὸν πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι· ϗ τȣ́των οἱ ἐν Ἰȣδαίοις κατὰ καιρȣ̀ς γενόμενοι βασιλεῖς, τὰς προφητείας ὡς ἐλέχθησαν ὅτε προεφητεύοντο, τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν Ἑβραΐδι φωνῇ ἐν βιβλίοις ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν προφητῶν συντεταγμένας κτώμενοι, περιεῖπον. ὅτε δὲ Πτολεμαῖος ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς βιβλιοθήκην [1] κατεσκεύαζε, ϗ τὰ πάντων ἀνθρώπων συγγράμματα συνάγειν ἐπειράθη, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προφητειῶν τȣ́των, προσέπεμψε τῷ τῶν Ἰȣδαίων τότε βασιλεύοντι [2] Ἡρώδῃ, ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς βίβλȣς τῶν προφητειῶν. ϗ ὁ μὲν βασιλεὺς Ἡρώδης τῇ προειρημένῃ Ἑβραΐδι αὐτῶν φωνῇ γεγραμμένας διεπέμψατο. ἐπειδὴ δὲ ȣ̓κ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψας τȣ̀ς μεταβαλȣ̃ντας αὐτὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἀνθρώπȣς ἀποστεῖλαι. καὶ τȣ́τȣ γενομένȣ, ἔμειναν αἱ βίβλοι καὶ παρ᾽ Αἰγυπτίοις μέχρι τȣ̃ δεῦρο, ϗ πανταχοῦ παρὰ πᾶσιν εἰσὶν Ἰουδαίοις· οἳ καὶ ἀναγινώσκοντες οὐ συνίασι τὰ εἰρημένα, ἀλλ᾽ ἐχθροὺς ἡμᾶς καὶ πολεμίους ἡγοῦνται, ὁμοίως ὑμῖν ἀναιρȣ̃ντες καὶ κολάζοντες ἡμᾶς ὁπόταν δύνωνται, ὡς καὶ πεισθῆναι δύνασθε. καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν [3] γεγενημένῳ Ἰȣδαϊκῷ πολέμῳ, Βαρχοχέβας ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανοὺς [4] μόνȣς εἰς τιμωρίας δεινὰς, εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησȣ̃ν τὸν Χριστὸν ϗ βλασφημοῖεν, ἐκέλευεν ἀπάγεσθαι. ἐν δὴ ταῖς τῶν προφητῶν βίβλοις εὕρομεν προκηρυσσόμενον παραγινόμενον γεννώμενον διὰ παρθένȣ, ϗ ἀνδρȣ́μενον, καὶ θεραπεύοντα πᾶσαν νόσον ϗ πᾶσαν μαλακίαν, ϗ νεκρȣ̀ς ἀνεγείροντα, καὶ φθονȣ́μενον καὶ ἀγνοȣ́μενον ϗ σταυρȣ́μενον Ἰησȣ̃ν τὸν ἡμέτερον Χριστὸν, ϗ ἀποθνήσκοντα, ϗ ἀνεγειρόμενον, ϗ εἰς ȣ̓ρανȣ̀ς ἀνερχόμενον, ϗ υἱὸν Θεȣ̃ ὄντα ϗ κεκλημένον, καὶ τινας πεμπομένȣς ὑπ᾽ αὐτȣ̃ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων κηρύξοντας ταῦτα, καὶ τȣ̀ς ἐξ ἐθνῶν ἀνθρώπȣς μᾶλλον αὐτῷ πιστεύειν. προεφητεύθη δὲ πρὶν ἢ φανῆναι αὐτὸν, ἔτεσι ποτὲ μὲν [5] πεντακισχιλίοις, ποτὲ δὲ τρισχιλίοις, ποτὲ δὲ δισχιλίοις, καὶ πάλιν [6] χιλίοις, καὶ ἄλλοτε ὀκτακοσίοις. κατὰ γὰρ τὰς διαδοχὰς τῶν [7] γενῶν ἕτεροι καὶ ἕτεροι ἐγένοντο προφῆται.

Μωσῆς μὲν ȣ̃ν [8] πρῶτος τῶν προφητῶν γενόμε-

quæ ſane demonſtratio vobis quoque, ut arbitramur, maxima & veriſſima videbitur.

XXXI. Quidam igitur homines inter Judæos Dei prophetæ exſtitere, per quos Spiritus propheticus futura prænuntiavit antequam fierent. Horum vaticinia diligenter aſſervabant, qui ſecundum temporum ſeriem in Judæa regnarunt, cum ea, ut ex ore vaticinantium emiſſa fuerant, propria Hebræorum lingua in libris ab ipſis prophetis conſcripta poſſiderent. Ptolemæus autem rex Ægyptiorum, cum bibliothecam conſtrueret, ac omnium hominum ſcripta comportare conaretur, certior de his quoque vaticiniis factus, Herodem tunc Judæorum regem per legatos rogavit, ut libros prophetarum ad ſe mitteret. Ac rex quidem Herodes ea quam diximus Hebræorum lingua ſcriptos miſit. Sed cum nota Ægyptiis non eſſent, quæ ſcripta in illis erant, iterum legatis miſſis ab eo petiit, ut ad ſe mitteret, qui hos libros in Græcum ſermonem transferrent. Quod cum factum eſſet, apud Ægyptios quoque hactenus libri manſerunt, ac ubique apud omnes exſtant Judæos; qui quamvis legant, non tamen quid dicatur intelligunt, ſed nos pro inimicis & hoſtibus habent, & non ſecus ac vos, necem nobis, cum hujus rei poteſtatem nacti ſunt, & ſupplicia inferunt; id quod vobis facile perſuaderi poteſt. Nam in bello Judaico, quod nuper confectum eſt, dux Judæorum defectionis Barchochebas ſolos Chriſtianos ad gravia ſupplicia, niſi Jeſum Chriſtum negarent & blaſphemiis appeterent, abripi jubebat. In his autem prophetarum libris prænuntiatum reperimus Jeſum Chriſtum noſtrum advenientem atque ex virgine naſcentem, ad ætatem virilem pervenientem, morbos omnes & ægritudines curantem, & mortuos ad vitam revocantem, inviſum, ignoratum & crucifixum, morientem & reſurgentem, ac in cælos aſcendentem; eumque eſſe & vocari Filium Dei, & nonnullos ab eo mitti ad omne hominum genus, qui hæc prædicent, magiſque illi credere eos qui ſunt ex gentibus. Prænuntiatus autem eſt, antequam prodiret, annis nunc quinquies mille, nunc ter mille, nunc bis mille, interdum mille, nonnumquam octingentis. Nam ſecundum generationum ſucceſſiones alii atque alii prophetæ exſtiterunt.

XXXII. Moſes quidem, qui primus exſtitit pro-

1. Κατεσκεύαζε.] Ita R. Steph. & mss. Sylburg. κατεσκεύασε.

2. Ἡρώδῃ.] Manifeſtus nævus; ſed qui imperitis potius librariis, quam Juſtino tribui debeat. Certe redundat illud vocabulum, ſaltem poſt has voces ὁ βασιλεύς. Videtur ergo ex margine in contextum irrepſiſſe. Grabius legendum putat βασιλεύοντι ἱερεῖ, & paullo poſt βασιλεύων ἱερεὺς pro βασιλεὺς Ἡρώδης. Firmat hanc legendi rationem Philonis teſtimonio, qui Pontificem, ad quem legatos miſit Ptolemæus, regnum cum ſacerdotio obtinuiſſe ſcribit lib. 2. de Vit. Moſ. p. 658. πρέσβεις εὐθὺς ἔπεμψε πρὸς τὸν τῆς Ἰȣδαίας ἀρχιερέα ϗ βασιλέα· ὁ γὰρ αὐτὸς ἦν. *Legatos confeſtim miſit ad Judæorum pontificem & regem: idem enim tunc erat.* Aliam init viam Uſſerius diſſert. 2. in 70. Interpr. p. 31. Nihil prorſus emendat, ſed ex dictis Juſtini conjicit Cleopatram, quæ priore Bibliotheca in cineres redacta novam in Serapeo conſtituit, ab Herode idem fere beneficium, ac olim a ſummo Sacerdote Ptolemæum, impetraſſe, ut codices Hebræos ac Græcam interpretationem eruditis manibus caſtigatam ad ſe mitteret: quamobrem Juſtinum temporibus quidem graviter erraſſe, ſed tamen aliquam veri umbram aſſequutum eſſe.

3. Γεγενημένῳ,] Euſeb. loco mox citato habet γενομένῳ & Βαρχωχέβας & ἐκέλευεν ἄγεσθαι.

4. Μόνȣς εἰς τιμωρίας δεινάς.] Hanc narrationem non docte interpretatus Banagius ac narratorem haud liberaliter refellit. *Queritur Juſtinus Martyr*, inquit Hiſt. Jud. lib. 6. part. 1. cap. 9. n. 21. *quod Barchochebas ſolos impugnaret Chriſtianos, ſoloſque illos trucidaret, quia religionem ſuam ejurare nolebant ... ſed quis credat ethnicos, quibus bellum intulerat, ab ejus crudelitate tutos fuiſſe?* Levis animadverſio Banagium errore exſolvere poterat. Non enim negat Juſtinus crudelem in ipſos etiam ethnicos fuiſſe Barchochebam; ſed barbarum in ſolos Chriſtianos fuiſſe tortorem, iiſque ſolis horrenda ſupplicia, niſi religionem ſuam ejurarent, paraſſe teſtatur.


5. Πεντακισχιλίοις.] Demonſtrat Martianæus noſter in defenſione text. Hebr. tom. 2. cap. 1. primum illum prophetam, qui Chriſti adventum quinque annorum millibus præceſſit, non Henochum eſſe, ut placebat Pezronio, ſed Adamum, cujus prophetia ſacris & eccleſiaſticis ſcriptoribus laudata. Quod autem idem Martianæus ex verbis Juſtini colligit eum non amplius quam quinque annorum millia a mundi creatione ad Chriſti ortum numeraſſe, id vereor ut certum & exploratum ſit. Neque enim in ejuſmodi numeris accuratiſſime verſatur Juſtinus, qui etiam infra n. 42. Davidem annis mille & quingentis ante Chriſtum collocat.

6. Χιλίοις.] Poſt Adamum, Noe & Moyſem, proprius Davidi locus videtur aſſignari. Sed cum ab eo uſque ad Chriſtum annos mille & quingentos infra numeret Juſtinus, nihil certi videtur ſtatui poſſe.

7. Γενῶν.] Legit γενεῶν eruditus Londinenſis editor. Sed nihil prorſus mutandum. Sic enim infra κατὰ γένȣς διαδοχήν. Sic etiam Africanus apud Euſeb. Hiſt. lib. 1, c. 7. τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν διηγήσομαι.

8. Πρῶτος τῶν προφητῶν.] Non video cur Moyſen Grabius contendat dignitate, non tempore, primum prophetarum dici. Quem enim Juſtinus in Cohort. ut ſcriptorum omnium antiquiſſimum citat, quid mirum eſt, ſi eum hoc loco inter ſacros ſcriptores primum recenſet?

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 139.



τος, εἶπεν αὐτολεξεὶ ὕτως· ὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰύδα ὐδὲ ἡγύμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ [1] ᾧ ἀπόκειται· κ̀ αὐτὸς ἔσαι προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτῦ, πλύνων ἐν αἵματι σαφυλῆς τὴν σολὴν αὐτῦ. ὑμέτερον ὖν ἐςὶν ἀκριβῶς ἐξετάσαι κ̀ μαθεῖν, μέχρι τίνος ἦν ἄρχων καὶ βασιλεὺς ἐν Ἰυδαίοις ἴδιος αὐτῶν. μέχρι τῆς φανερώσεως Ἰησῦ Χρισῦ τῦ ἡμετέρυ διδασκάλυ, καὶ τῶν ἀγνουμένων προφητειῶν ἐξηγητῦ, ὡς προεῤῥέθη ὑπὸ τῦ θείυ ἁγίυ προφητικῦ πνεύματος διὰ τῦ Μωϋσέως, μὴ ἐκλείψειν ἄρχοντα ἀπὸ Ἰυδαίων ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται τὸ βασίλειον. Ἰύδας γὰρ προπάτωρ Ἰυδαίων, ἀφ᾽ ὗ κ̀ τὸ Ἰυδαῖοι καλεῖσθαι ἐσχήκασι· καὶ ὑμεῖς μετὰ τὴν γενομένην αὐτῦ φανέρωσιν καὶ Ἰυδαίων ἐβασιλεύσατε, καὶ τῆς ἐκείνων πάσης γῆς ἐκρατήσατε. B τὸ δὲ, αὐτὸς ἔσαι προσδοκία ἐθνῶν, μηνυτικὸν ἦν ὅτι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν προσδοκήσυσιν αὐτὸν πάλιν παραγενησόμενον· ὅπερ ὄψει ὑμῖν πάρεσιν ἰδεῖν, κ̀ ἔργῳ πεισθῆναι. ἐκ πάντων γὰρ γενῶν ἀνθρώπων προσδοκῶσι τὸν ἐν Ἰυδαίᾳ σαυρωθέντα, μεθ᾽ ὃν εὐθὺς δορυάλωτος ὑμῖν ἡ γῆ Ἰυδαίων παρεδόθη. τὸ δὲ, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτῦ, καὶ πλύνων τὴν σολὴν αὐτῦ ἐν αἵματι σαφυλῆς, σύμβολον δηλωτικὸν ἦν τῶν γενησομένων τῷ Χρισῷ, καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτῦ πραχθησομένων. πῶλος γάρ τις ὄνυ εἱςήκει ἔν τινι εἰσόδῳ κώμης [2] πρὸς ἄμπελον δεδεμένος, ὃν ἐκέλευσεν ἀγαγεῖν αὐτῷ τότε τὺς γνωρίμυς αὐτῦ, κ̀ ἀχθέντος ἐπιβὰς ἐκάθισε, κ̀ εἰσεληλύθει εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα τὸ μέγιςον ἱερὸν ἦν Ἰυδαίων, ὃ ὑφ᾽ ὑμῶν ὕςερον κατεςράφη. κ̀ μετὰ ταῦτα C ἐςαυρώθη, ὅπως τὸ λεῖπον τῆς προφητείας συντελεσθῇ. τὸ γὰρ, πλύνων τὴν σολὴν αὐτῦ ἐν αἵματι σαφυλῆς, προαγγελτικὸν ἦν τῦ πάθυς ὗ πάσχειν ἔμελλε, δι᾽ αἵματος καθαίρων τὺς πιςεύοντας αὐτῷ. ἡ γὰρ κεκλημένη ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος διὰ τοῦ προφήτυ σολὴ, οἱ πιςεύοντες αὐτῷ εἰσὶν ἄνθρωποι, ἐν οἷς οἰκεῖ [3] τὸ παρὰ τῦ Θεῦ [a] σπέρμα, ὁ λόγος. τὸ δὲ εἰρημένον αἷμα τῆς σαφυλῆς, σημαντικὸν τῦ ἔχειν μὲν αἷμα τὸν φανησόμενον, ἀλλ᾽ ὐκ ἐξ ἀνθρωπείυ σπέρματος, ἀλλ᾽ ἐκ θείας δυνάμεως. [4] ἡ δὲ πρώτη δύναμις μετὰ τὸν πατέρα πάντων κ̀ δεσπότην Θεὸν, κ̀ υἱὸς, ὁ λόγος ἐςίν· ὃς τίνα τρόπον σαρκοποιηθεὶς ἄνθρωπος γέγονεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ἐρῦμεν. D ὃν τρόπον γὰρ τὸ τῆς ἀμπέλυ αἷμα ὐκ ἄνθρωπος πεποίηκεν, ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς, ὕτως κ̀ [5] τοῦτο ἐμηνύετο ὐκ ἐξ ἀνθρωπείυ σπέρματος γενήσεσθαι τὸ αἷμα, ἀλλ᾽ ἐκ δυνάμεως Θεῦ, ὡς προέφημεν· κ̀ Ἡσαΐας δὲ ἄλλος προφήτης τὰ αὐτὰ δι᾽ ἄλλων ῥήσεων προ-

A phetarum, sic ad verbum scripsit [a]: *Non deficiet princeps e Juda, neque dux e femore ejus, donec veniat cui repositum est; & ipse erit exspectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, lavans in sanguine uvæ stolam suam.* Vestrum est igitur accurate inquirere & pernoscere, quoadusque Judæis suus fuerit proprius princeps & rex. Nimirum quoad apparuit Jesus Christus magister noster, & latentium oraculorum interpres; quemadmodum prædictum est a Spiritu prophetico per Mosem, non defecturum e Judæis principem, donec veniret ille cui repositum erat regnum. Judas enim auctor generis Judæorum exstitit, a quo etiam ut Judæi vocarentur habuerunt: & postquam ille prodiit, vos Judæis imperastis, & B omnem eorum terram ditioni vestræ adjecistis. Illud autem, *Ipse erit exspectatio gentium*, significabat fore ex omnibus gentibus, qui eum denuo venturum exspectarent. Quod quidem vobis licet cernere & rei experientia credere. Ex omni enim hominum genere exspectant illum in Judæa crucifixum, post quem statim bello capta Judæorum terra vobis tradita est. Illud porro, *ligans ad vitem pullum suum, & lavans in sanguine uvæ stolam suam*, symbolum erat res significans partim Christo eventuras, partim ab ipso gerendas. Nam pullus quidam asinæ stabat in quodam introitu vici ad vitem alligatus: quem cum sibi a discipulis tunc adduci jussisset, adductum conscendit, eique insidens Hiero- C solymam ingressus est, ubi maximum Judæorum templum erat, quod postea a vobis eversum est. Ac postea in crucem actus est, ut quod reliquum erat prophetiæ expleretur. Nam illud *lavans in sanguine uvæ stolam suam*, passionem illam prænuntiabat, quam erat passurus, sanguine eos expians qui ipsi credunt. Nam quæ dicitur a divino Spiritu per prophetam stola, homines sunt ei credentes, in quibus illud a Deo semen habitat Verbum. Quod autem dicitur sanguis uvæ, id significabat eum qui appariturus erat, sanguinem quidem habiturum, sed non ex humano semine, verum ex divina virtute. Prima autem secundum parentem omnium & dominum Virtus & Filius, Verbum est; quod D quomodo incarnatum homo factum sit, deinceps dicemus. Quemadmodum enim uvæ sanguinem non homo fecit, sed Deus; ita & hic sanguis significabatur non ex humano sanguine, sed ex virtute Dei, ut jam diximus, futurus. Atque Esaias alius propheta eadem verbis diversis prædicens sic fatur [b]:

a Gen. XLIX. 10. *b* Isa. XI. 1. 10.

1. ᾧ ἀπόκειται.] Regius codex & R. Steph. habent ὃ ἀπόκειται. Clarom. τὸ ἀπόκειται.. Legitur in nostris editionibus 70. interpretum τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Magna est hac in re apud scriptores ecclesiasticos varietas, sed non dubium est quin legerit Justinus ᾧ ἀπόκειται, tum quia paullo post addit post has voces τὸ βασίλειον, tum quia in Dialogo num. 120. contendit ita reddidisse septuaginta interpretes, ac Judæos aliam lectionem excogitasse, nempe τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Lectionem, quam tuetur Justinus, magis usitatam apud Christianos fuisse colligimus ex testimonio Juliani, qui eos accusat apud Cyrill. Alex. lib. 8. pag. 253. quod scripturam depravaverint, inducenda hac lectione ᾧ ἀπόκειται. Sic interpretatus est Symmachus, teste Eusebio Demonstr. Evang. p. 372. Interdum eadem lectio occurrit apud Eusebium, ut lib. 7. Demonstr. cap. ult. Sed ipse lib. 8. cap. 1. sic explicat τὰ ἀποκείμενα Christo, ut aliter legisse non videatur. Legimus apud Archelaum p. 78. *Donec veniat cujus est*. Quod quidem librariorum erratum videtur esse, pro *cui jus est*. Longius foret in aliis scriptoribus recensendis immorari.

2. Πρὸς ἄμπελον.] Hunc pullum ad vitem alligatum fuisse nec Evangelistæ narrant, nec ipse Justinus in Dialogo num. 73. ubi hanc prophetiam uberius explicat.

3. Τὸ παρὰ τῦ Θεῦ σπέρμα, ὁ λόγος.] Legendum existimat Grabius τὸ πνεῦμα, tum quia Spiritui melius convenit, ut in fidelibus dicatur habitare; tum quia non multo post, nempe num. 33. Verbum vocatur Spiritus. Scio equidem Verbo interdum a Justino Spiritus nomen attribui; at hoc loco non incommode vocatur semen. Sic in Apol. 2. num. 6. ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τῦ λόγυ: & num. 7. κατὰ σπερματικῦ λόγυ μέρος.

4. Ἡ δὲ πρώτη δύναμις.] Quod ait Justinus Verbum esse Virtutem illam, quæ obumbravit Virgini; quodque illud num. sequenti vocat Spiritum sanctum, id novum videri non debet, sed usitatum fuit apud sanctos Patres ante & post Justinum, ut pluribus demonstrat doctissimus S. Hilarii operum editor Præf. num. 2.

5. Τοῦτο ἐμηνύετο.] Legit αὐτου Thirlbius: quæ quidem emendatio satis apta videtur, sed minime necessaria.

a Σπέρμα] Hanc lectionem retinendam esse jam antea viderat Fabricius. Respicit enim, inquit, heic S. Martyr I. *Joan.* III. 9. quo in loco per *semen* Spiritum Dei accipiendum monet Irenæus lib. IV. cap. 51. Quod porro Spiritus Dei etiam de λόγῳ dicatur, docet Petavius *de SS. Trinitate* p. 79. & Bullus *Defens. fid. Nic.* p. 37. seq.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

φητεύων, ὅτως εἶπεν· [1] ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ιακὼβ, καὶ ἀναβήσεται ἀπὸ τῆς ῥίζης Ιεσσαί· καὶ ἐπὶ τὸν βραχίονα αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν· ἄστρον δὲ φωτεινὸν ἀνέτειλε, καὶ ἄνθος ἀνέβη ἀπὸ τῆς ῥίζης Ιεσσαὶ, οὗτος ὁ Χριστός. διὰ γὰρ παρθένου τῆς ἀπὸ τοῦ σπέρματος Ιακὼβ, τοῦ γενομένου πατρὸς Ιούδα, τοῦ δεδηλωμένου Ιουδαίων πατρὸς, διὰ δυνάμεως Θεοῦ ἀπεκυήθη· καὶ Ιεσσαὶ προπάτωρ μὲν κατὰ τὸ λόγιον γεγένηται· τοῦ δὲ Ιακὼβ καὶ τοῦ Ιούδα κατὰ γένους διαδοχὴν υἱὸς ὑπῆρχεν.

A *Orietur stella ex Jacob, & flos e radice Jesse ascendet: & in brachium ejus gentes sperabunt.* Stella sane lucida exorta est, & flos ascendit e radice Jesse, hic Christus. Nam ex virgine seminis Jacobi, qui Judæ pater exstitit (Judam autem Judæorum patrem esse ostendimus) per virtutem Dei genitus est. Ac Jesse quidem proavus Christi secundum oraculum fuit; Jacobi autem & Judæ filius secundum generis successionem.

Καὶ πάλιν ὡς αὐτολεξεὶ διὰ παρθένου μὲν τεχθησόμενος διὰ τοῦ Ησαΐου προεφητεύθη, ἀκούσατε. ἐλέχθη δὲ οὕτως· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ ἐροῦσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. ἃ γὰρ ἦν ἄπιστα καὶ ἀδύνατα νομιζόμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις γενήσεσθαι, ταῦτα ὁ Θεὸς προεμήνυσε διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος μέλλειν γίνεσθαι, ἵν' ὅταν γένηται μὴ ἀπιστηθῇ, ἀλλ' ἐκ τοῦ προειρῆσθαι πιστευθῇ. [2] ὅπως δέ τινες μὴ νοήσαντες τὴν δεδηλωμένην προφητείαν, ἐγκαλέσωσιν ἡμῖν ἅπερ ἐνεκαλέσαμεν τοῖς ποιηταῖς εἰποῦσιν ἀφροδισίων χάριν ἐληλυθέναι ἐπὶ γυναῖκας τὸν Δία, διασαφῆσαι τοὺς λόγους πειρασώμεθα. τὸ οὖν, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, σημαίνει οὐ συνουσιασθεῖσαν τὴν παρθένον συλλαβεῖν. εἰ γὰρ ἐσυνουσιάσθη ὑπὸ ὁτουοῦν, οὐκ ἔτι ἦν παρθένος· ἀλλὰ δύναμις Θεοῦ ἐπελθοῦσα τῇ παρθένῳ, ἐπεσκίασεν αὐτὴν, καὶ κυοφορῆσαι παρθένον οὖσαν πεποίηκε. καὶ ὁ ἀποσταλεὶς δὲ πρὸς αὐτὴν τὴν παρθένον κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἄγγελος Θεοῦ, εὐηγγελίσατο αὐτὴν εἰπών· ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται· καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ιησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, ὡς οἱ ἀπομνημονεύσαντες πάντα τὰ περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξαν· οἷς ἐπιστεύσαμεν· ἐπειδὴ καὶ διὰ Ησαΐου τοῦ προδεδηλωμένου τὸ προφητικὸν πνεῦμα τοῦτον [a] γεννησόμενον [3] ὡς προεμηνύομεν ἔφη. τὸ πνεῦμα οὖν καὶ τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἄλλο νοῆσαι θέμις, ἢ τὸν λόγον, ὃς καὶ πρωτότοκος τῷ Θεῷ ἐστι, [4] Μωσῆς ὁ προδεδηλωμένος προφήτης ἐμήνυσε. καὶ τοῦτο ἐλθὸν ἐπὶ τὴν παρθένον καὶ ἐπισκιάσαν, οὐ διὰ συνουσίας, ἀλλὰ διὰ δυνάμεως, ἐγκύμονα κατέστησε. τὸ δὲ Ιησοῦς ὄνομα τῇ Εβραΐδι φωνῇ, Σωτὴρ τῇ Ελληνίδι διαλέκτῳ δηλοῖ. ὅθεν καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν παρθένον εἶπε, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ιησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. ὅτι δὲ οὐδενὶ ἄλλῳ θεοφοροῦνται οἱ προφητεύοντες εἰ μὴ [5] λόγῳ θείῳ, καὶ ὑμεῖς ὡς ὑπολαμβάνω φήσετε.

XXXIII. Jam vero quemadmodum ex virgine oriturum conceptis verbis Esaias prædixerit, audite. Sic autem locutus est [a]: *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium; & dicent super nomi-* B *ne ejus, Nobiscum Deus.* Quæ enim incredibilia erant & fieri non posse hominibus videbantur, eo Deus per Spiritum propheticum futura prænuntiavit; ut cum evenissent, fides eis non derogaretur, sed ex eo quod essent prædicta, crederentur. Ne qui autem prolatam prophetiam minus intelligentes, eadem nobis objiciant, quæ poetis, Jovem dicentibus ad mulieres rei venereæ caussa ventitasse, objecimus; verba explanare tentemus. Illud, igitur, *Ecce virgo in utero habebit*, significat absque concubitu virginem concepturam. Nam si cum aliquo consuevisset, non jam esset virgo. Sed virtus Dei superveniens virgini obumbravit eam, fecitque ut tum, cum esset virgo, prægnaret. Et qui tunc ad C ipsam virginem missus est Angelus Dei, sic lætum ei nuntium attulit [b]: *Ecce concipies in utero ex Spiritu sancto, & paries filium, & Filius altissimi vocabitur: & vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum:* quemadmodum docuerunt, qui omnia ad Salvatorem nostrum Jesum Christum pertinentia litteris mandarunt: quibus quidem credimus; quia per eum etiam, quem jam diximus, Esaiam Spiritus propheticus illum ita, uti exposuimus, nasciturum dixit. Spiritum igitur & virtutem quæ a Deo est, nihil aliud fas est intelligere, quam Verbum; quod & Deo primogenitum est, ut is quem jam diximus, Moses propheta indicavit. Atque hic Spi- D ritus cum in virginem illapsus esset, eique obumbrasset, illam non ex concubitu, sed ex virtute prægnantem effecit. Jesus autem, Hebraicæ linguæ nomen, idem sonat Græco sermone ac Salvator. Unde Angelus ad virginem dixit: *Et vocabis nomen ejus Jesum; ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Vaticinantes autem dum divinitus efferuntur, nulla alia re efferri quam verbo divino, vos quoque, arbitror, dicetis.

a Isa. VII. 14. Matth. I. 23. *b* Luc. I. 30.

1. Ἀνατελεῖ ἄστρον.] Observat Grabius hoc Balaami oraculum, *Orietur stella ex Jacob*, apud Irenæum citari lib. 3. cap. 9. & Esaiæ in antiquissimo Vossii codice attribui, ut eidem prophetæ a Justino tribuitur. Sed hæc ratio non me deterret quominus credam Justinum, dum Scripturam memoriter citat, ex duobus oraculis, Balaam & Esaiæ, unum fecisse.

2. Ὅπως δέ τινες.] Legendum monet Thirlbius ὅπως δὲ μή τινες.

3. Ὡς προεμηνύομεν.] Clarom. προσεμηνύομεν.

4. Μωσῆς.] Nemo est qui non advertat legendum esse ὡς Μωσῆς. Sed Grabius longe diversam emendandi hujus loci rationem sequitur. Legendum enim putat, ὡς Ησαΐας, atque errorem inde ortum putat quod scriptum fuisset brevitatis causa ὡς Ησ. unde factum Μωσῆς. Necesse non est commentum hominis eruditi pluribus refellere. Liquet enim Justinum, qui hoc loco Verbum ante incarnationem primogenitum esse docet, minime respexisse ad Esaiæ de filio incarnato & virgine Deum pariente oracula. At Moysis auctoritate Justinus utitur Dialog. num. 50. ut probet Verbum esse primogenitum. Quare non debet Esaias in Mosis locum huc intrudi. Vide hunc Dialogi locum.

5. Λόγῳ θείῳ.] Nequaquam hæc de Verbo Dei filio, ut existimarunt interpretes Justini, accipienda sunt, sed de eloquiis Dei quæ inflammant prophetas, ut de Josepho dictum est in Psalmo 104. τὸ λόγιον τοῦ κυρίου ἐπύρωσεν αὐτόν. Quamquam Verbum adspiret Prophetis per Spiritum sanctum; non tamen quadrabat, ut Justinus qui tertiam Trinitatis personam appellare solet Spiritum propheticum (ut num. 6. 13. & 33.) Prophetas ab alia, quam Verbo, persona negaret afflari. Præterea hæc verba *vos quoque, arbitror, dicetis*, Justinum probant de re facili & pervulgata loqui. Porro Trinitatis mysterium ethnicis notum non erat, vel potius invisum erat & stultum videbatur, ut observat Justinus num. 13. At vates eloquiis divinis inflammari & efferri, res erat ad omnium intelligentiam accommodata.

a Γεννησόμενον] Malim γενησόμενον, vel γεννηθησόμενον. MARANUS in *Addend.* p. 609.

Ὅπου δὲ καὶ τῆς γῆς γεννᾶσθαι ἔμελλεν, ὡς προεῖπεν ἕτερος προφήτης ὁ Μιχαίας, ἀκούσατε. ἔφη δὲ οὕτως· καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου. κώμη δέ τις ἐστὶν ἐν τῇ χώρᾳ Ἰουδαίων, ἀπέχουσα σταδίους τριακονταπέντε Ἱεροσολύμων, [1] ἐν ᾗ ἐγεννήθη Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς καὶ μαθεῖν δύνασθε ἐκ τῶν ἀπογραφῶν τῶν γενομένων ἐπὶ Κυρηνίου τοῦ ὑμετέρου ἐν Ἰουδαίᾳ πρώτου γενομένου [2] ἐπιτρόπου.

A XXXIV. Ubi autem terrarum nasciturus esset, quomodo alius propheta Michæas prædixerit, audite. Sic autem dixit [a]: *Et tu Bethleem terra Judæ, nequaquam minima es in principibus Judæ: ex te enim egredietur dux, qui pascet populum meum.* Est autem vicus quidam in terra Judæorum, stadiis triginta quinque Hierosolymis distans, ubi natus est Jesus Christus, quemadmodum & ex descriptionibus census discere potestis, quæ sub Cyrenio, primo vestro in Judæa præside, confectæ sunt.

Ὡς δὲ καὶ λήσειν ἔμελλε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους γεννηθεὶς ὁ Χριστὸς, [3] ἄχρις ἀνδρωθῇ, ὅπερ καὶ γέγονεν, ἀκούσατε τῶν προειρημένων εἰς τοῦτο. [4] ἔστι δὲ ταῦτα· παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ νεανίσκος ἡμῖν ἀπεδόθη· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τῶν ὤμων· μηνυτικὸν τῆς δυνάμεως τοῦ σταυροῦ, ᾧ προσέθηκε τοὺς ὤμους σταυρωθεὶς, ὡς προϊόντος τοῦ λόγου σαφέστερον δειχθήσεται. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης Ἠσαΐας θεοφορούμενος τῷ πνεύματι τῷ προφητικῷ, ἔφη· ἐγὼ ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ἐπὶ τοὺς πορευομένους ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ. αἰτοῦσί με νῦν κρίσιν, καὶ ἐγγίζειν Θεῷ τολμῶσιν. καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις λόγοις δι' ἑτέρου προφήτου λέγει· αὐτοὶ ὤρυξάν μου πόδας καὶ χεῖρας, καὶ ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου. καὶ ὁ μὲν Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς καὶ προφήτης ὁ εἰπὼν ταῦτα, οὐδὲν τούτων ἔπαθεν· Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ἐξεπτάθη τὰς χεῖρας, σταυρωθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἀντιλεγόντων αὐτῷ καὶ φασκόντων μὴ εἶναι αὐτὸν Χριστόν. καὶ γὰρ, ὡς εἶπεν ὁ προφήτης, διασύροντες αὐτὸν, ἐκάθισαν ἐπὶ βήματος, καὶ εἶπον, [5] κρῖνον ἡμῖν. τὸ δὲ, ὤρυξάν μου χεῖρας καὶ πόδας, ἐξήγησις τῶν ἐν τῷ σταυρῷ παγέντων ἐν ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ἥλων ἦν. καὶ μετὰ τὸ σταυρῶσαι αὐτὸν, ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμὸν αὐτοῦ, καὶ ἐμερίσαντο ἑαυτοῖς οἱ σταυρώσαντες αὐτόν. καὶ ταῦτα ὅτι γέγονε, δύνασθε μαθεῖν ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων. καὶ ὅτι ῥητῶς καθεσθησόμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου, καὶ εἰσελευσόμενος εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα προεφητεύετο, ἑτέρου προφήτου [6] τοῦ Σοφονίου τὰς τῆς προφητείας λέξεις ἐροῦμεν. εἰσὶ δὲ αὗται· χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιὼν, κήρυσσε θύγατερ Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πρᾶος, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου.

XXXV. Quod autem futurum erat ut Christus natus ceteros homines usque ad ætatem virilem lateret, id quod evenit; quæ prædicta sint ea de re, B audite. Sic autem habent [b]: *Puer natus est nobis; & adolescentulus datus est nobis: cujus super humeros imperium:* indicium potentiæ crucis, cui affixus humeros applicuit, quemadmodum progressu orationis clarius demonstrabitur. Rursus idem propheta Esaias divinitus afflatus a Spiritu prophetico dixit [c]: *Expandi manus meas ad populum incredulum & contradicentem, ad eos qui incedunt in via non bona.* [d] *Postulant nunc a me judicium, & appropinquare Deo audent.* Ac rursus aliis verbis per alium prophetam ait [e]: *Ipsi foderunt meas manus & pedes, & jecerunt sortem super vestimentum meum.* Ac David quidem Rex qui hæc dixit, nihil horum passus est. Christi autem C Jesu manus expansæ fuerunt, cum a Judæis crucifigeretur contradicentibus & asserentibus eum non esse Christum. Nam & illum, ut dixit Propheta, per ludibrium in tribunali collocarunt & dixerunt, *Judica nobis.* Illud autem, *Foderunt meas manus & pedes*, narratio erat clavorum, qui in cruce manibus ejus & pedibus infixi sunt. Et postquam eum crucifixerunt, sorte duxerunt ejus vestimentum, illudque inter se partiti sunt qui eum crucifixerant. Atque hæc ita gesta esse ex Actis sub Pontio Pilato confectis discere potestis. Quod autem diserte prædictum fuerat eum asinæ pullo sessurum & Hierosolymam ingressurum; pronuntiata ab alio propheta Sophonia vaticinii verba dabimus. Sic autem habent [f]: *Lætare vehementer filia Sion: prædica* D *filia Hierusalem: Ecce Rex tuus venit tibi mitis, asino insidens & pullo filio subjugalis.*


Ὅταν δὲ τὰς λέξεις τῶν προφητῶν λεγομένας ὡς ἀπὸ προσώπου ἀκούητε, μὴ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐμπεπνευσμένων λέγεσθαι νομίσητε, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ [a] κινοῦντος

XXXVI. Sed cum prophetarum verba velut aliqua ex persona efferri auditis, non ab his qui afflati fuerunt, sed ab eo, quod illos movebat, verbo

a Mich. v. 2. Matth. II. 6. b Isa. IX. 6. c Ibid. LXV. 2. d Ibid. LVIII. 2. e Psal. XXI. 17. 19. f Zach. IX. 9. Matth. XXI. 3.

1. Ἐν ᾗ ἐγεννήθη.] Vide Dialog. num. 77.
2. Ἐπιτρόπου.] Negat Grabius hac voce significari procuratorem, sed præfectum, hujusque observationis auctorem citat Grotium. Sed tamen accuratius mihi videtur rectorem aut præsidem Judææ aut Syriæ attribuere, quam præfectum. De hoc Cyrenio, sive Quirinio vide Vales. in Euseb. v. 5.
3. Ἄχρις ἀνδρωθῇ.] Non heic agitur de Christi silentio & vita obscuriore usque ad baptismum, sed de Judæorum erga illum animo, qui eum regem & Deum suum esse non cognoverunt. Dixerat enim antea Justinus, nempe n. 31. Christum a prophetis, ut *invisum & ignotum & crucifixum* prænuntiari. Probat hoc loco Christum ignotum fuisse Judæis, quia principatum ex ipsa cruce adeptus est, in quam scilicet Judæi illum ignorantes egerunt. Et n. 49. *Christum non modo non cognoverunt, sed etiam crucifixerunt.* Quare cum ignoratio & invidia & crux simul conjuncta sint, illud ἄχρις ἀνδρωθῇ virilem ætatem non excludit, sed potius includit, ac Christum ab ipso ortu usque ad ætatem virilem & extremum vitæ tempus Judæis invisum & ignotum fuisse demonstrat.
4. Ἔστι δὲ ταῦτα.] Longam huc inducit lacunam Grabius; & non solum cum Lango aliquod de obscura Christi vita testimonium, sed etiam promissa n. 31. de Christi miraculis & de invidia Judæorum oracula excidisse ex hoc loco pronuntiat: sed prorsus immerito. Nam ex his quæ promisit Justinus, duo exsequitur hoc loco, nempe Christum singulos ætatum gradus peracturum, & invisum ac ignotum ac crucifixum iri. Id autem optime probat ex testimonio, in quo & varii gradus ætatis Christi commemorantur, & imperium illius ex ipsa cruce repetitur. Quid ergo huic orationi deesse possit? De miraculis aget n. 48. de invidia Judæorum agit hoc ipso in loco, ut per se patet.
5. Κρῖνον ἡμῖν.] Sententiæ, non verborum allegatio Matth. 27. inquit Langus.
6. Τοῦ Σοφονίου.] μνημονικὸν ἁμάρτημα. Sunt enim hæc Zachariæ, non Sophoniæ verba, inquit R. Stephanus. Zachariæ tribuuntur in Dialogo n. 53. ut observat Grabius.

a Κινοῦντος αὐτοὺς θείου λόγου] Divinum verbum prophetas movere dicitur, quia quidquid verborum proferebant, id eis inspirabatur. Dicuntur n. XXXIII. nulla alia re efferri quam verbo divino. *Ea loquebantur quæ ipsis inspirabantur*, inquit Athenagoras *Legat.* n. VIII. ἃ ἐνηργοῦντο ἐξεφώνησαν. MARANUS in *Addend.* l. c.



αὐτοῖς θείου λόγου. ποτὲ μὲν γὰρ ὡς προαγγελτικῶς τὰ μέλλοντα γενήσεσθαι λέγει, ποτὲ δ᾽ ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ δεσπότου πάντων καὶ πατρὸς Θεοῦ φθέγγεται, ποτὲ δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, ποτὲ δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου λαῶν ἀποκρινομένων τῷ κυρίῳ, ἢ τῷ πατρὶ αὐτοῦ· ὁποῖον καὶ ἐπὶ τῶν παρ᾽ ὑμῖν συγγραφέων ἰδεῖν ἐστὶν, ἕνα μὲν τὸν τὰ πάντα συγγράφοντα ὄντα, πρόσωπα δὲ τὰ διαλεγόμενα [1] παραφέροντα. ὅπερ μὴ νοήσαντες οἱ ἔχοντες τὰς βίβλους τῶν προφητῶν Ἰουδαῖοι, οὐκ ἐγνώρισαν οὔτε παραγενόμενον τὸν Χριστόν· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς λέγοντας παραγεγενῆσθαι αὐτὸν, καὶ ὡς προεκεκήρυκτο ἀποδεικνύντας ἐσταυρῶσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν, μισοῦσιν.

A divino dicta existimate. Interdum enim prænuntiantis more futura exponit, interdum ut ex persona Domini omnium & Patris Dei loquitur, interdum ut ex persona Christi, interdum ut ex persona populorum Domino aut ejus Patri respondentium loquitur. Quale est quod & apud vestros scriptores cernere licet, apud quos unus quidem scribit omnia, colloquentes autem personas inducit. Quod cum non intellexissent Judæi, quorum in manibus sunt libri Prophetarum, nec Christum advenientem cognoverunt; sed & nos qui eum advenisse dicimus, & ab illis, ut prædictum fuerat, crucifixum demonstramus, odio prosequuntur.

Ἵνα δὲ καὶ τοῦτο ὑμῖν φανερὸν γένηται, ἀπὸ προσώπου [2] τοῦ πατρὸς ἐλέχθησαν διὰ Ἠσαΐου τοῦ προειρημένου προφήτου οἵδε οἱ λόγοι· ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ [3] λαός μου οὐ συνῆκεν. οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν, σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἄνομοι, ἐγκατελίπετε τὸν κύριον. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, ὅταν λέγῃ ὁ αὐτὸς προφήτης ὁμοίως ἀπὸ τοῦ πατρός· ποῖόν μοι οἶκον οἰκοδομήσετε; λέγει κύριος. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ μεγάλην ἡμέραν νηστείας καὶ ἀργίαν οὐκ ἀνέχομαι· οὐδ᾽ ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι εἰσακούσομαι ὑμῶν. πλήρεις αἵματος αἱ χεῖρες ὑμῶν. κἂν φέρητε σεμίδαλιν, θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστι· στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων οὐ βούλομαι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; ἀλλὰ διάλυε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάσπα στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων· ἄστεγον καὶ γυμνὸν σκέπε, διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου. ὁποῖα μὲν οὖν ἐστὶ καὶ τὰ διδασκόμενα διὰ τῶν προφητῶν [4] ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, νοεῖν δύνασθε.

B XXXVII. Atque ut id etiam perspectum habeatis; dicta sunt ex persona Patris per eum quem diximus, prophetam Esaiam hæc verba [a]: *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus me non intellexit. Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, semini nequam: filii iniqui deseruistis Dominum.* Et rursum alibi, cum idem propheta similiter ex persona Patris dicit [b]: *Qualem mihi ædificabitis domum? dicit Dominus. Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum.* Ac rursum alibi [c]: *Neomenias vestras & sabbata odit anima mea, & diem magnum jejunii & otium non fero: neque si veniatis ut appareatis mihi, exau-* C *diam vos. Plenæ sunt manus vestræ sanguine. Etiamsi offeratis similam, incensum, abominatio mihi est. Adipem agnorum & sanguinem hircorum nolo. Quis enim quæsivit hæc de manibus vestris? Sed* [d] *dissolve omnem colligaturam iniquitatis; disrumpe obligationes violentorum contractuum; vagum & nudum tege; frange esurienti panem tuum.* Qualia ergo sint ea, quæ per prophetas docentur ex persona Dei, intelligere potestis.

Ὅταν δὲ ὑπὸ προσώπου τοῦ Χριστοῦ λέγῃ τὸ προφητικὸν πνεῦμα, οὕτως φθέγγεται· ἐγὼ ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ἐπὶ τοὺς πορευομένους ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ. καὶ πάλιν· τὸν νῶτόν μου τέθεικα εἰς μάστιγας, καὶ τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. καὶ ὁ κύριος βοηθός μου ἐγένετο· διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ᾽ ἔθηκα τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν, καὶ ἔγνων ὅτι οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ὅτι ἐγγίζει ὁ δικαιώσας με. καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ· αὐτοὶ ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου, καὶ ὤρυξάν μου πόδας καὶ χεῖρας· ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, καὶ ἀνέστην· ὅτι κύριος ἀντελάβετό μου. καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ· ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλὴν, λέγοντες, ῥυσάσθω ἑαυτόν. ἅ τινα πάντα [5] γέγονεν ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων τῷ Χριστῷ, μαθεῖν δύνασθε. σταυρωθέντος γὰρ αὐτοῦ, ἐξέστρεφον τὰ χείλη, καὶ ἐκίνουν τὰς κεφαλὰς, λέγοντες· ὁ νεκροὺς ἀνεγείρας, ῥυσάσθω ἑαυτόν.

XXXVIII. Quando autem ex persona Christi loquitur Spiritus propheticus, sic fatur [e]: *Expandi manus meas ad populum incredulum & contradicentem, ad eos qui incedunt in via non bona.* Et ite- D rum [f]: *Dorsum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas: & faciem meam non averti a confusione sputorum. Et Dominus auxiliator meus factus est: propterea non sum confusus, sed posui faciem meam sicut solidam petram; & novi quoniam non confundar, quia juxta est, qui justificavit me.* Ac rursum dicit [g]: *Super vestem meam miserunt sortem, & foderunt pedes meos & manus.* [h] *Ego autem dormivi & somnum cepi, & exsurrexi: quia Dominus suscepit me.* Et rursum cum ait [i]: *Locuti sunt labiis, moverunt caput, dicentes: Liberet seipsum.* Quæ omnia a Judæis Christo accidisse cognoscere potestis. Nam crucifixo eo distorserunt labia, & capita moverunt, dicentes [k]: *Qui mor-* E *tuos excitavit, liberet seipsum.*

Ὅταν δὲ ὡς προφητεῦον τὰ μέλλοντα γίνεσθαι λαλῇ τὸ προφητικὸν πνεῦμα, οὕτως λέγει· ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλὴμ,

XXXIX. Quando autem Spiritus propheticus ut futura vaticinans loquitur, sic ait [l]: *Ex Sion enim exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Et*

a Isa. I. 3. 4. *b* Ibid. LXVI. 1. *c* Ibid. I. 11 — 15. *d* Ibid. LVIII. 6. *e* Ibid. LXV. 2. *f* Ibid. L. 6 — 8. *g* Psal. XXI. 17. 19. *h* Psal. III. 6. *i* Psal. XXI. 8. 9. *k* Matth. XXVII. 39 — 43. *l* Isa. II. 3. 4.

1. Παραφέροντα.] Non male legeretur διαφέροντα, *personæ colloquentes diversæ*. Atque ita videtur legisse Langus. Sed tamen nihil mutandum duxi, quia verbum παραφέρειν nonnumquam apud Justinum idem valet ac inducere. Vide Dialog. n. 69. Illud ergo παραφέροντα refertur ad τὸν συγγράφοντα.

2. Τοῦ πατρός.] Miror unde in mentem venerit Lango & Sylburgio nomen Filii heic Patris nomini substituere. Utrumque merito reprehendit Grabius.

3. Λαός μου.] Legendum esse λαός με monet Grabius, atque ita legi infra n. 59.

4. Ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.] Non dicit ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, sed ita accipienda hæc verba quasi scriptum esset ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, Patris videlicet. Ita hæc verba intellexit Thirlbius. Vide infra n. 44.

5. Γέγονεν.] Vel præmittendum ὡς alterutri verbo γέγονεν aut μαθεῖν, ut placet Sylburgio; vel potius cum Grabio legendum γεγονέναι.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον ἐθνῶν, καὶ ἐλέγξει λαὸν πολύν· καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα, καὶ οὐ μὴ λήψονται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. καὶ ὅτι οὕτως γέγονε, πεισθῆναι δύνασθε. ἀπὸ γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἄνδρες δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον, καὶ οὗτοι ἰδιῶται, λαλεῖν μὴ δυνάμενοι· διὰ δὲ Θεοῦ δυνάμεως ἐμήνυσαν παντὶ γένει ἀνθρώπων, ὡς ἀπεστάλησαν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ διδάξαι πάντας τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον. καὶ οἱ πάλαι ἀλληλοφόνται, οὐ μόνον οὐ πολεμοῦμεν τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μηδὲ ψεύδεσθαι, μηδ' ἐξαπατῆσαι τοὺς ἐξετάζοντας, ἡδέως, ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν, ἀποθνήσκομεν. δυνατὸν γὰρ ἦν τὸ λεγόμενον.

[1] Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοκεν, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος,

ποιεῖν ἡμᾶς εἰς τοῦτο. [2] γελοῖον [a] ἤδη πρᾶγμα, ἡμῖν μὲν τοὺς συντιθεμένους καὶ καταλεγομένους στρατιώτας, καὶ πρὸ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς, καὶ γονέων, καὶ πατρίδος, καὶ πάντων τῶν οἰκείων, τὴν ὑμετέραν ἀσπάζεσθαι ὁμολογίαν, μηδὲν ἄφθαρτον δυναμένων ὑμῶν αὐτοῖς παρασχεῖν· ἡμᾶς δὲ, ἀφθαρσίας ἐρῶντας, μὴ πάνθ' ὑπομεῖναι ὑπὲρ τοῦ τὰ ποθούμενα παρὰ τοῦ δυναμένου δοῦναι λαβεῖν.

A judicabit inter gentes, & arguet populum multum. Et contundent gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces; & non levabit gens contra gentem gladium, & non discent amplius belligerare. Atque id ita evenisse persuaderi vobis potest. Hierosolymis enim viri numero duodecim in mundum profecti sunt, iique imperiti nec dicendi facultate præditi: sed Dei virtute communiti denuntiarunt omni hominum generi missos se esse a Christo, ut omnes verbum Dei docerent: & qui olim cædibus mutuis grassabamur, non modo cum inimicis bellum non gerimus, sed etiam ne mentiamur, aut eos qui interrogant decipiamus, libenter Christum confitendo morimur. Facile enim erat, ut, quod dicitur,

B *Jurata lingua, non tamen jurata mens.*

nos quoque imitaremur. Sed ridiculum foret, ut obstricti a vobis sacramento & conscripti milites fidem vobis datam, qui nihil illis potestis incorrupti præstare, & suæ ipsorum vitæ & parentibus & patriæ & omnibus propinquis præponant; nos autem, qui incorruptæ vitæ cupidi sumus, non perferamus omnia, ut optata ab eo qui potest præstare, consequamur.

Ἀκούσατε δὲ πῶς καὶ [3] περὶ τῶν κηρυξάντων τὴν διδαχὴν αὐτοῦ, καὶ μηνυσάντων τὴν ἐπιφάνειαν, προερρέθη, τοῦ προειρημένου προφήτου καὶ βασιλέως οὕτως εἰπόντος διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος· ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ τῇ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν. πρὸς τούτοις δὲ καὶ λόγων ἑτέρων τῶν προφητευθέντων δι' αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ, καλῶς [b] ἔχον καὶ οἰκείως ἐπιμνησθῆναι λελογίσμεθα· ἐξ ὧν μαθεῖν ὑμῖν πάρεστι, πῶς προτρέπεται ζῆν τοὺς ἀνθρώπους τὸ προφητικὸν πνεῦμα· καὶ πῶς μηνύει τὴν γεγενημένην Ἡρώδου τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων, καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων, καὶ Πιλάτου τοῦ ὑμετέρου παρ' αὐτοῖς γενομένου ἐπιτρόπου, σὺν τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις κατὰ τοῦ Χριστοῦ [4] συνέλευσιν· καὶ ὅτι πιστεύεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων· καὶ ὅτι αὐτὸν υἱὸν καλεῖ ὁ Θεὸς, καὶ ὑποτάσσειν αὐτῷ πάντας ἐχθροὺς ἐπήγγελται· καὶ πῶς οἱ δαίμονες, ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, τήν τε τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου Θεοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἐξουσίαν φυγεῖν πειρῶνται· καὶ ὡς εἰς μετάνοιαν καλεῖ πάντας ὁ Θεὸς, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως. εἴρηται δὲ οὕτως· μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν· ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων. ὅτι γι-

XL. Audite quomodo & de iis prædictum sit, qui ejus doctrinam prædicaverunt & adventum nuntiarunt, supradicto propheta & rege sic dicente per Spiritum propheticum [a]: *Dies diei eru-*
C *ctat verbum, & nox nocti annuntiat sermonem. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum; & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo, exultabit ut gigas ad currendam viam.* His autem alia quoque ejusdem Davidis vaticinia adjicere, præclarum ac hujus loci proprium esse duximus; ex quibus discere potestis, quomodo homines vivere Spiritus propheticus hortetur, quomodo factam ab Herode Judæorum rege ipsisque Judæis cum Pilato, vestro apud eos procuratore, ejusque militibus adversus Christum coitionem narret; quomodo cre-
D dituros in illum qui ex omni hominum genere vocati sunt, eumque a Deo Filium vocari dicat, ac Patrem polliceri subjecturum se illi omnes inimicos; tum etiam quomodo dæmones, quantum in ipsis est, parentis universorum & Domini Dei, ipsiusque Christi potestatem effugere conentur; quomodo denique omnes Deus ad pœnitentiam vocet, antequam dies judicii adveniat. Sunt autem his elata verbis [b]: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Sed in lege Domini voluntas ejus: & in lege ejus meditabitur die ac nocte. Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: quod*
E *fructum suum dabit in tempore suo. Et folium ejus non defluet: & omnia quæcumque faciet, prosperabuntur. Non sic impii, non sic: sed tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ. Ideo non resurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum. Quoniam novit Dominus viam*

a Psal. XVIII. 3 — 6. b Psal. I.

1. Ἡ γλῶσσα.] Monet Grabius post Halloxium hæc desumta esse ex medio Euripidis Hippolyto v. 612., & a Cicerone sic reddi sub finem lib. 3. Offic. *Jurata lingua, mentem injuratam gero.*

2. Γελοῖον ἤδη.] Billius legit δὴ, Grabius post Sylburgium, δ' ἦν.


3. Περὶ τῶν κηρυξάντων.] De S. Apostolis hæc Davidis verba in mystico sensu accepit Justinus, præeunte ipso S. Paullo *Rom.* x. 18. Ita Grabius, cujus Nota a Thirlbio adoptata.

4. Συνέλευσιν.] Heic quoque Apostolorum vestigiis in Scriptura interpretanda insistit Justinus. Vid. Act. 4. 27. GRABIUS & THIRLBIUS.

a Ἤδη] Davisius legit δ' ἤν. Quod & vidit Thirlbius.

b Ἔχον] Lego ἔχειν. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



νώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν [1] καινά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, λέγοντες· διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ᾽ ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ, ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα κυρίου. κύριος εἶπε πρός με· υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. αἴτησαι παρ᾽ ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. καὶ νῦν βασιλεῖς συνίετε, παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. δράξασθε παιδείας, μή ποτε ὀργισθῇ κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας, ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ. μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ᾽ αὐτόν.

justorum; & iter impiorum peribit. [a] *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ: & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus, dicentes: Dirumpamus vincula eorum: & projiciamus a nobis jugum ipsorum. Qui habitat in cælis, irridebit eos: & Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum Domini. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea: tamquam vasa figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite: erudimini omnes qui judicatis terram. Servite Domino in timore: & exsultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via justa, cum exarserit in brevi ira ejus. Beati omnes qui confidunt in eo.*

Καὶ πάλιν δι᾽ ἄλλης προφητείας μηνύον τὸ προφητικὸν πνεῦμα δι᾽ αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ, ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι βασιλεύσει ὁ Χριστὸς, οὕτως εἶπεν· [a] ᾄσατε τῷ κυρίῳ [2] πᾶσα ἡ γῆ, καὶ ἀναγγείλατε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ· ὅτι μέγας κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, φοβερὸς ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς· ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα δαιμονίων εἰσίν· ὁ δὲ Θεὸς τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησε. δόξα καὶ αἶνος κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἰσχὺς καὶ καύχημα ἐν τόπῳ ἁγιάσματος αὐτοῦ. δότε τῷ κυρίῳ [3] τῷ πατρὶ [b] τῶν αἰώνων δόξαν. λάβετε χάριν καὶ εἰσέλθετε κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ προσκυνήσατε ἐν αὐλαῖς ἁγίαις αὐτοῦ. φοβηθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ, καὶ κατορθωθήτω, καὶ μὴ σαλευθήτω. εὐφρανθήτωσαν ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ὁ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου.

XLI. Ac rursus in alia prophetia per eumdem Davidem ostendens Spiritus propheticus Christum post crucis supplicium regnaturum esse, sic fatur [b]: *Cantate Domino omnis terra, & annuntiate de die in diem salutare ejus. Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis: terribilis super omnes deos. Quoniam omnes dii gentium simulacra dæmoniorum sunt: Deus autem cælos fecit. Gloria & laus in conspectu ejus, & fortitudo & gloriatio in loco sanctificationis ejus. Date Domino Patri sæculorum gloriam; accipite gratiam, & ingredimini in conspectum ejus, & adorate in atriis sanctis ejus. Metuat a facie ejus omnis terra, & prosperetur recte agendo, & non commoveatur. Lætentur in gentibus: Dominus regnavit a ligno.*

Ὅταν δὲ τὸ προφητικὸν πνεῦμα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ὡς ἤδη γενόμενα λέγῃ, ὡς καὶ ἐν τοῖς προειρημένοις δοξάσαι ἐστὶν, ὅπως [4] ἀπολογίαν μὴ παράσχῃ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, καὶ τοῦτο διασαφήσομεν. τὰ πάντως [5] ἐγνωσμένα γενησόμενα προλέγει, ὡς ἤδη γενόμενα. ὅτι δὲ οὕτως δεῖ ἐκδέχεσθαι, ἐνατενίσατε τῷ νοῒ τοῖς λεγομένοις. Δαβὶδ [6] ἔτεσι χιλίοις καὶ πεντακοσίοις πρὶν ἢ Χριστὸν ἄνθρωπον γενόμενον σταυρωθῆναι, τὰ προειρημένα ἔφη, καὶ οὐδεὶς τῶν πρὸ ἐκείνου γενομένων σταυρωθεὶς εὐφροσύνην παρέσχε

XLII. Quandonam autem futura propheticus Spiritus, ut jam facta pronuntiet, quemadmodum vel in iis quæ attulimus, animadvertere est; id quoque, ne quam legentibus excusationem præbeat, explanabimus. Quæ omnino cognita sunt futura, ea ut jam facta prædicit. Cur autem ita res accipienda sit, animum ad ea quæ dicentur, advertite. David annis mille & quingentis, antequam Christus homo factus crucifigeretur, supradicta pronuntiavit; nec quisquam ante eum crucifixus læti-

a Psal. II. *b* I. Paral. XVI. 23. seqq.

1. Κωνά.] Manifestum librariorum erratum pro κενά.
2. Πᾶσα ἡ γῆ.] Desunt heic nonnulla, quæ cum legantur in Dialogo, a librariis omissa putat Thirlbius.
3. Τῷ πατρὶ τῶν αἰώνων.] Legit Thirlbius, *αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν*, quia ita habemus in Dialogo n. 73. Quasi vero non potuerit Justinus Scripturam aliter in aliis locis citare.
4. Ἀπολογίαν.] Langus & Gelenius videntur legisse ἀπορίαν. Primus enim vertit *dubitationem*, alter, *ne facessat negotium*. Grabio probatur Sylburgii conjectura a VVolfio accepta, *ἀντιλογίας*, *occasionem contradicendi*. Sed non videntur eruditi viri ingenium S. Justini & illius consuetudinem disputandi satis perspexisse. Nam cum impositum sibi esse duceret, quam plurimos ad veritatis cognitionem adducere; operam dabat exemplo Paulli, ut mundus esset a sanguine omnium; nec dubitabat quin, si quid subtraheret utilium rerum, relicta audientibus excusatio in suum ipsius caput resiliret. Vide infra n. 55. & 61. & Dialog. n. 38. 44. 58. & 82. Nihil igitur omnino mutandum, nec probabilior conjectura Thirlbii qui reponit ἀλογίαν.
5. Ἐγνωσμένα.] Reddit Langus, *Quæ omnino futura decreta sunt*. Recte quoad sententiam: sed verbum verbo reddere malui, atque hoc verbum eodem modo interpretari hoc in loco ac in aliis sequentibus. Nec tamen inde sequitur Justinum non ea etiam decreta credidisse, quæ dicit fuisse præcognita. Quomodo enim Christi incarnationem & resurrectionem & alia ejusmodi, de quibus heic agitur, decreta & constituta ab æterno non credidisset?
6. Ἔτεσι.] Grabius putat hunc errorem esse librariorum, non Justini.

a Ἄσατε τῷ Κυρίῳ κ. τ. λ.] Existimarunt viri docti, Justinum hæc desumsisse ex Psalmo XCV. locumque librariorum incuria mutilum ad nos pervenisse. At longius processit Breitingerus in *Epist. ad Cardin. Quirinum, de antiq. Ms. Græco Psalmorum libro*, ubi p. 55. seq. scribit, sanctum Martyrem *Psalmi sensum levissime secutum, in fingendis ac refingendis verbis ac phrasibus, turbando sententiarum ordine, nihil non sibi indulsisse*. Verum sancto Patri temperasset sane vir eruditus, si animadvertisset, illum isthæc omnia pæne αὐτολεξεὶ descripsisse, non ex *Psalmo* XCV. sed ex I. *Paralipomenon* XV. 23 — 30. paucissimis demtis, vel leviter immutatis.

b Τῷ πατρὶ τῶν αἰώνων] Legendum *αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν*, jure contendisse videtur Thirlbius. Sic enim legitur I. *Paral.* XV. 28. unde ista depromsisse Justinum, modo monuimus.

τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν μετ' ἐκεῖνον. ὁ καθ' ἡμᾶς δὲ Ἰησοῦς Χριστὸς, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν ἀνέστη, καὶ ἐβασίλευσεν ἀνελθὼν εἰς οὐρανόν. καὶ ἐπὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ διὰ τῶν ἀποστόλων ἐν τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι κηρυχθεῖσιν εὐφροσύνη ἐστὶ προσδοκώντων τὴν κατηγγελμένην ὑπ' αὐτοῦ ἀφθαρσίαν.

Ὅπως δὲ μή τινες ἐκ τῶν προλελεγμένων ὑφ' ἡμῶν, δοξάσωσι καθ' εἱμαρμένης ἀνάγκην φάσκειν ἡμᾶς τὰ γινόμενα γίνεσθαι, [1] ἐκ τοῦ προειπεῖν προεγνωσμένα, καὶ τοῦτο [2] διαλύομεν. τὰς τιμωρίας καὶ τὰς κολάσεις, καὶ τὰς ἀγαθὰς ἀμειβὰς, κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἑκάστου ἀποδίδοσθαι διὰ τῶν προφητῶν μαθόντες, καὶ ἀληθὲς ἀποφαινόμεθα. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ καθ' εἱμαρμένην πάντα γίνεται, οὔτε τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶν ὅλως. [3] εἰ γὰρ εἵμαρται τόν δέ τινα ἀγαθὸν εἶναι, καὶ τόνδε φαῦλον, οὔθ' οὗτος ἀποδεκτὸς, οὐδὲ ἐκεῖνος μεμπτέος. καὶ αὖ, εἰ μὴ προαιρέσει ἐλευθέρᾳ πρὸς τὸ φεύγειν τὰ αἰσχρὰ, καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλὰ, δύναμιν ἔχει τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀναίτιόν ἐστι τῶν ὅπως δήποτε πραττομένων. ἀλλ' ὅτι ἐλευθέρᾳ προαιρέσει καὶ κατορθοῖ, καὶ σφάλλεται, οὕτως ἀποδείκνυμεν. τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον τῶν ἐναντίων τὴν μετέλευσιν ποιούμενον ὁρῶμεν. εἰ δὲ εἵμαρτο ἢ φαῦλον ἢ σπουδαῖον εἶναι, οὐκ ἄν ποτε τῶν ἐναντίων δεκτικὸς ἦν, καὶ πλειστάκις μετετίθετο· ἀλλ' οὐδ' οἱ μὲν ἦσαν σπουδαῖοι, οἱ δὲ φαῦλοι, ἐπεὶ τὴν εἱμαρμένην αἰτίαν φαύλων, καὶ ἐναντία ἑαυτῇ πράττουσαν [4] ἀποφαινόμεθα· ἢ ἐκεῖνο τὸ προειρημένον δόξαι ἀληθὲς εἶναι, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἀρετὴ οὐδὲ κακία, ἀλλὰ δόξῃ μόνον ἢ ἀγαθὰ ἢ κακὰ νομίζεται ἅπερ, ὡς δείκνυσιν ὁ ἀληθὴς λόγος, μεγίστη ἀσέβεια καὶ ἀδικία ἐστιν. [5] ἀλλ' εἱμαρμένην φαμὲν ἀπαράβατον ταύτην εἶναι, τοῖς τὰ καλὰ ἐκλεγομένοις, τὰ ἄξια ἐπιτίμια· καὶ τοῖς ὁμοίως τὰ ἐναντία, τὰ ἄξια ἐπίχειρα· οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα, οἷον δένδρα καὶ τετράποδα, μηδὲν δυνάμενα προαιρέσει πράττειν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲ γὰρ ἦν ἄξιος ἀμοιβῆς ἢ ἐπαίνου, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἑλόμενος τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τοῦτο γενόμενος· οὐδ' εἰ κακὸς ὑπῆρχε, δικαίως κολάσεως ἐτύγχανεν, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ τοιοῦτος ὢν, ἀλλ' οὐδὲν δυνάμενος εἶναι ἕτερον παρ' ὃ ἐγεγόνει.

Ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς ταῦτα τὸ ἅγιον προφητικὸν πνεῦμα, διὰ Μωσέως φῆσαν [6] τῷ πρώτῳ πλασθέντι ἀνθρώπῳ εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ οὕτως· ἰδοὺ πρὸ προσώπου σου τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακόν· ἔκλεξαι τὸ ἀγαθόν. καὶ πάλιν διὰ Ἠσαΐου τοῦ ἑτέρου προφήτου, ὡς ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ εἰς τοῦτο λεχθῆναι οὕτως· λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε· ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν· κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει κύριος· καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ· καὶ ἐὰν ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς χιόνα λευκανῶ· καὶ ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα

tiam gentibus attulit; sed neque etiam post eum. Noster autem Jesus Christus crucifixus & mortuus resurrexit & regnavit in cælum reversus; atque ex iis quæ ejus nomine per Apostolos in omnibus gentibus promulgata sunt, lætitia est eorum qui annuntiatam ab eo vitam incorruptam exspectant.

XLIII. Ne quis autem ex iis quæ exposuimus, id a nobis dici colligat, fati necessitate omnia fieri, ex eo quod præcognita jam diximus; id quoque dissolvimus. Edocti a prophetis pœnas & supplicia ac bonas remunerationes pro meritis cujusque actionum irrogari, verum id esse confirmamus. Nam si res ita se non habet, ac fati necessitate fiunt omnia; nullus jam libero arbitrio locus. Si enim fato decretum est hunc esse bonum, istum autem malum; neque hic laudandus, neque iste vituperandus. Ac rursus nisi humanum genus facultatem habeat libera animi inductione & fugiendi turpia & honesta sectandi, extra noxiam est, quidquid egerit. Sed libera animi inductione hominem vel bene agere vel male, sic demonstramus. Hominem eumdem in contraria transcurrere videmus. Quod si fato decretum esset, eum vel bonum esse vel malum; non sane contrariorum capax esset, nec tam sæpe mutaretur. Sed ne alii quidem boni essent, alii mali: vel enim fatum malorum caussam esse, ac contraria sibi ipsi facere statueremus; vel verum nobis videretur id, de quo jam diximus, * nihil esse virtutem aut vitium, sed sola opinione bona aut mala dijudicari; quæ profecto, ut vera ratio demonstrat, maxima impietas & injustitia est. Sed fatum ineluctabile illud esse dicimus, his qui bona eligunt, merita præmia; his vero qui contraria, debitam mercedem. Neque enim ut cetera, puta arbores & quadrupedes, quæ nihil judicio & voluntate facere possunt, ita Deus hominem fecit. Non enim remuneratione aut laude dignus foret, si ex seipso bonum non eligeret, verum ita natus esset; nec merito, si malus esset, puniretur, ut qui non ex sese talis foret, sed aliud ab eo, quod natus fuisset, esse non posset.

XLIV. Hæc edocti sumus a sancto Spiritu prophetico, qui per Mosem testatur ei qui primus creatus est, homini hæc Deum verba dixisse [a]: *Ecce in conspectu tuo bonum & malum: elige bonum.* Et rursus per Esaiam alium prophetam hæc tamquam ex persona parentis universorum & Domini Dei in eamdem sententiam dicta esse [b]: *Lavamini, mundi estote, auferte mala ex animabus vestris, discite facere bonum; judicate pupillo, & justificate viduam; & venite & disceptemus, dicit Dominus. Et si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, sicut lanam dealbabo: & si fuerint ut coccinum, sicut nivem dealbabo. Et si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: si vero non audieritis me, gladius depascet vos. Os enim Do-*

* Supra n. XXVIII. a Deut. XXX. 15. 19. b Isa. I. 16 — 20.

1. Ἐκ τοῦ προειπεῖν προεγνωσμένα.] Grabius Langi interpretatione leviter mutata sic reddit: *Nec aliqui colligant nos dicere .... eo quod prædicta sint, prædeterminata esse.* Sed cum ubique fateatur Justinus omnia a Deo προεγνωσμένα, ut infra n. 44. & 45. non videtur id negasse hoc loco, sed potius occurrere voluisse iniquis consecutionibus, quæ ex ea re jam sæpe asseverata deduci potuissent. Ita hunc locum intellexit Thirlbius.

2. Διαλύομεν.] Inutilis conjectura Sylburgli legentis διαλύσομεν.


3. Εἰ γὰρ εἵμαρται.] Nescio cur legere velit εἰ δὲ Thirlbius. Mox H. Stephanus levissima conjectura legendum putat ἀποδεκτέος, vel μεμπτός.

4. Ἀποφαινόμεθα.] Melius visum nonnullis ἀποφαινοίμεθα.

5. Ἀλλ' εἱμαρμένην.] Similiter Clemens Alexandrinus de bonorum & malorum præmiis Strom. 7. pag. 710. αὕτη γὰρ ἡ ἀδράστεια καθ' ἣν οὐκ ἔστι διαδρᾶναι τὸν Θεὸν, *Hæc est Adrastia, secundum quam Deum effugere non licet.* Sic etiam Hierocles in libro de Providentia & Fato apud Photium, cod. 214. statuebat τὴν μέντοιγε τῇ προνοίᾳ συνεπομένην δίκην εἱμαρμένην καλεῖσθαι, *justitiam quæ ex providentia consequitur, fatum vocari.*

6. Τῷ πρώτῳ πλασθέντι.] Si verba spectentur, non primo homini dicta sunt; sed, ut observat Grabius ex 15. Ecclesiastici & 30. Deuteronomii sunt petita. Sed tamen si sensus consideretur, satis hæc congruunt cum iis quæ Deus Adamo dixit.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 139.



A ὑμᾶς κατέδεται. τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. τὸ δὲ προειρημένον, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται, οὐ λέγει διὰ μαχαιρῶν φονευθήσεσθαι τοὺς παρακούσαντας, ἀλλ' [1] ἡ μάχαιρα τοῦ Θεοῦ ἐστὶ τὸ πῦρ, οὗ βορὰ γίνονται οἱ τὰ φαῦλα πράττειν αἱρούμενοι. διὰ τοῦτο λέγει, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησεν. εἰ δὲ καὶ περὶ τεμνούσης καὶ αὐτίκα ἀπαλλαττούσης μαχαίρας ἔλεγεν, οὐκ ἂν εἶπε, κατέδεται. ὥστε καὶ Πλάτων εἰπὼν, [2] αἰτία ἑλομένου, Θεὸς δ' ἀναίτιος, παρὰ Μωσέως τοῦ προφήτου λαβὼν εἶπε. πρεσβύτερος γὰρ Μωσῆς καὶ πάντων τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων. καὶ πάντα ὅσα περὶ ἀθανασίας ψυχῆς, ἢ τιμωριῶν τῶν μετὰ θάνατον, ἢ θεωρίας οὐρανίων, ἢ τῶν ὁμοίων δογμάτων, καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιηταὶ ἔφασαν, παρὰ τῶν προφητῶν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες, καὶ B νοῆσαι δεδύνηνται, καὶ ἐξηγήσαντο. ὅθεν παρὰ πᾶσι σπέρματα ἀληθείας δοκεῖ εἶναι. ἐλέγχονται δὲ μὴ ἀκριβῶς νοήσαντες, ὅταν ἐναντία αὐτοὶ ἑαυτοῖς λέγωσιν. [a] ὥστε ὃ φαμὲν πεπροφητεῦσθαι τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, οὐ διὰ τὸ εἱμαρμένης ἀνάγκῃ πράττεσθαι λέγομεν· ἀλλὰ προγνώστου τοῦ Θεοῦ ὄντος τῶν μελλόντων ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων πραχθήσεσθαι, καὶ δόγματος ὄντος, [3] παρ' αὐτῶν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἕκαστον ἀμείψεσθαι μέλλοντα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ κατ' ἀξίαν τῶν πραττομένων ἀπαντήσεσθαι, διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος προλέγει, εἰς ἐπίτασιν καὶ ἀνάμνησιν ἀεὶ ἄγων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, δεικνὺς ὅτι καὶ μέλον ἐστὶν αὐτῷ, καὶ προνοεῖται αὐτῶν. κατ' ἐνέργειαν δὲ τῶν φαύλων δαιμόνων, [4] θάνατος ὡρίσθη C κατὰ τῶν τὰς Ὑστάσπου, ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βίβλους ἀναγινωσκόντων, ὅπως διὰ τοῦ φόβου ἀποστρέψωσιν ἐντυγχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτοῖς δὲ δουλεύοντας κατέχωσιν· ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. ἀφόβως μὲν γὰρ οὐ μόνον ἐντυγχάνομεν αὐταῖς, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν, ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι. κἂν ὀλίγους δὲ πείσωμεν, τὰ μέγιστα κερδήσαντες ἐσόμεθα· ὡς γεωργοὶ γὰρ ἀγαθοὶ παρὰ τοῦ δεσπόζοντος τὴν ἀμοιβὴν ἕξομεν.

Ὅτι δὲ [b] ἀγαγεῖν τὸν Χριστὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ πατὴρ τῶν πάντων Θεὸν μετὰ τὸ ἀναστῆσαι ἐκ νεκρῶν αὐτὸν ἔμελλε, καὶ κατέχειν ἕως ἂν πατάξῃ τοὺς ἐχθραίνοντας αὐτῷ δαίμονας, καὶ συντελεσθῇ ὁ ἀριθμὸς τῶν D προεγνωσμένων αὐτῷ ἀγαθῶν γινομένων καὶ ἐναρέτων, δι' οὓς καὶ μηδέπω [5] τὴν ἐπικύρωσιν πεποίηται· ἐπακούσατε τῶν εἰρημένων διὰ Δαβὶδ τοῦ προφήτου. ἔστι δὲ ταῦτα· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι κύριος ἐξ Ἱερουσαλήμ. καὶ κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. τὸ οὖν εἰρημένον, ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι ἐξ Ἱερουσαλὴμ, προαγγελτικὸν τοῦ λό-

mini locutum est hæc. Quod autem dictum est, *Gladius depascet vos*, non hanc vim & sententiam habet, ut gladio necandi sint qui non paruerint; sed gladius Dei ignis est, cujus esca fiunt qui mala patrare in animum inducunt. Hinc ait: *Gladius depascet vos: os enim Domini locutum est.* Quod si de secante & confestim dimittente gladio loqueretur, non diceret, *depascet*. Quapropter quod ait Plato: *Culpa eligentis, Deus extra culpam*, a Mose propheta mutuatus dixit. Antiquior enim Moses omnibus etiam Græcorum scriptoribus. Atque omnia quæcumque de immortalitate animæ, vel pœnis post mortem, vel cælestium rerum contemplatione, vel similibus sententiis tum philosophi, tum poetæ dixerunt, sumto ex Prophetis argumento & intelligere res illas potuerunt & exposuerunt. Hinc omnibus videntur inesse veritatis semina. Sed minus accurate ab illis cognitam fuisse ex eo liquet, quod contraria sibimetipsis dicant. Quod ergo res futuras dicimus prædictas fuisse; non eo dicimus, quod fati necessitate fiant; sed cum Deus futuras omnium hominum actiones prævideat: cumque apud eum singulos homines pro meritis actionum remuneraturum, statutum sit ut a se etiam digna actionibus præmia rependantur; per Spiritum propheticum prædicit, semper ad animi attentionem ac recordationem vocans hominum genus, seque eorum curam gerere ac illis providere demonstrans. Malorum autem dæmonum operatione sancita mors est in eos, qui legunt Hystapis aut Sibyllæ aut Prophetarum libros; tum ut metu homines deterreant, quominus his legendis bonarum rerum cognitionem assequantur, tum ut eos sibi servos retineant: quod quidem in perpetuum efficere non potuerunt. Impavide enim non solum illos legimus, sed vobis etiam, ut videtis, inspiciendos offerimus, cum futurum sciamus, ut grati omnibus videantur. Atque etiamsi paucis persuadeamus, maxima tamen lucra faciemus. Nam ut boni agricolæ mercedem a Domino percipiemus.

XLV. Quod autem parens universorum Deus Christum in cælum evecturus erat, cum eum ex mortuis excitasset, ibique retenturus donec percutiat inimicos ei dæmones, ac numerus præcognitorum ab eo bonorum & virtute præditorum expleatur, propter quos etiam conflagrationem nondum induxit; audite prophetæ Davidis verba, quæ sunt ejusmodi [a]: *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Hierusalem: & dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principatus in die potentiæ tuæ in splendoribus sanctorum tuorum. Ex utero ante luciferum genui te.* Quod igitur dictum est: *Virgam virtutis emittet tibi ex Hierusalem*, præsignificatio erat potentis illius

a Psal. CIX. 1 — 3.

1. Ἡ *μάχαιρα* ..... *τὸ πῦρ*.] Hæc imitatur Clemens Alexandrinus Protrept. p. 60. qui verba Esaiæ sic citat: *μάχαιρα ὑμᾶς καὶ πῦρ κατέδεται*. GRABIUS.

2. *Αἰτία ἑλομένου*.] Hæc e libro decimo de Republ. desumta, & citantur a Clem. Alexand. Strom. 5. p. 613. & Theodoreto lib. 2. adversus Græcos. IDEM.

3. *Παρ' αὐτῶν*.] Legendum videtur *παρ' αὐτὸν* vel *παρ' αὐτῷ* & *μέλλοντι*. Ut intelligatur S. Martyris sententia, in memoriam revocandum est quod paullo ante dicebat n. 43. fatum ineluctabile in eo positum esse, ut bonis & malis præmia rependantur; non vero ut hic bonus sit, iste malus. Sic igitur hoc loco judicium, quod de singulis hominibus instituendum est, distinguitur ab ea lege, & veluti ineluctabili, ut ipse appellat, fato, quo bonis & malis æqua merces solvenda. Atque huc redit tota sententia: Statutum apud Deum, ut cum singuli homines ab eo judicandi sint, justa virtuti & vitio remuneratio tribuatur.

4. *Θάνατος ὡρίσθη*.] De hac lege cum plura occurrant dicenda, quam ut his Notæ angustiis contineantur, hujus rei examen visum est rejiciendum in Præfat. part. 3.

5. *Τὴν ἐπικύρωσιν*.] Legendum esse *ἐπιπύρωσιν* observavit Billius lib. 2. Observ. sacr. cap. idque probat ex aliis locis, in quibus Justinus hanc vocem usurpat, nempe hujus Apol. n. 57. & 60. & Apol. 2. n. 6.

a *Ὥστε ὃ φαμὲν — οὐ διὰ τὸ εἱμαρ.*] Lego, *Ὡς ὅτι φαμὲν — οὐ διὰ τοῦτο εἱμαρ.* DAVIS.

b *Ἀγαγεῖν τὸν χρ.*] Monet Thirlbius in *Addendis*, heic forte legendum *ἀνάγειν*: suamque conjecturam firmat ex altero huic gemino loco *Dial.* num. XXXII. *καὶ τὸν κύριον πάντων πατέρα ἀνάγοντα αὐτὸν ἐκ τῆς γῆς, καὶ καθίζοντα αὐτὸν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ.*

γου τῦ ἰχυροῦ, ὃν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐξελθόντες, πανταχοῦ ἐκήρυξαν. [1] καίπερ θανάτου ὁρισθέντος κατὰ τῶν διδασκόντων, ἢ ὅλως ὁμολογούντων τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ἡμεῖς πανταχῦ καὶ ἀσπαζόμεθα, καὶ διδάσκομεν. εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς ὡς ἐχθροὶ ἐντεύξεσθε τοῖσδε τοῖς λόγοις, οὐ πλέον τι δύνασθε, ὡς προέφημεν, τοῦ φονεύειν· ὅπερ ἡμῖν μὲν οὐδεμίαν βλάβην φέρει· ὑμῖν δὲ καὶ πᾶσι τοῖς ἀδίκως ἐχθραίνουσι, καὶ μὴ μετατιθεμένοις, κόλασιν διὰ πυρὸς αἰωνίαν ἐργάζεται.

A doctrinæ, quam ejus Apostoli Hierosolymis profecti ubique prædicaverunt. Et quamvis mors decreta & constituta sit docentibus aut omnino confitentibus nomen Christi, nos ubique & amplectimur & docemus. Quod si vos quoque hæc animo inimico legetis, nihil amplius, ut jam diximus *, potestis quam occidere: quod sane nullum nobis damnum affert; vobis autem ac omnibus injusto odio indulgentibus, nec pœnitentiam agentibus, æternum per ignem supplicium conficit.

Ἵνα δὲ μή τινες ἀλογισταίνοντες εἰς [2] ἀποτροπὴν τῶν δεδιδαγμένων ὑφ' ἡμῶν εἴπωσι, πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν πεντήκοντα γεγεννῆσθαι τὸν Χριστὸν λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ Κυρηνίου, δεδιδαχέναι δὲ ἃ φαμὲν διδάξαι αὐτὸν ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ [3] ἐπικαλῶσιν, ὡς ἀνευθύνων ὄντων τῶν προγεγεννημένων πάντων ἀνθρώπων, φθάσαντες τὴν ἀπορίαν λυσώμεθα. τὸν Χριστὸν πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ εἶναι ἐδιδάχθημεν, καὶ [4] προεμηνύσαμεν λόγον ὄντα, [a] οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε· καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν· οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς. ἐν βαρβάροις δὲ, Ἀβραὰμ, καὶ Ἀνανίας, καὶ Ἀζαρίας, καὶ Μισαὴλ, καὶ Ἠλίας, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ὧν τὰς πράξεις ἢ τὰ ὀνόματα καταλέγειν μακρὸν εἶναι ἐπιστάμενοι, τανῦν παραιτούμεθα. ὥστε καὶ οἱ προγενόμενοι ἄνευ λόγου βιώσαντες, ἄχρηστοι καὶ ἐχθροὶ τῷ Χριστῷ ἦσαν, καὶ φονεῖς τῶν μετὰ λόγου βιούντων· οἱ δὲ μετὰ λόγου βιώσαντες καὶ βιοῦντες, [5] Χριστιανοὶ, καὶ ἄφοβοι, καὶ ἀτάραχοι ὑπάρχουσι· δι' ἣν δ' αἰτίαν διὰ δυνάμεως τοῦ λόγου κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου Θεοῦ βουλὴν, διὰ παρθένου ἄνθρωπος ἀπεκυήθη, καὶ Ἰησοῦς ἐπωνομάσθη, καὶ σταυρωθεὶς ἀποθανὼν ἀνέστη, καὶ ἀνελήλυθεν εἰς οὐρανὸν, ἐκ τῶν διὰ τοσούτων εἰρημένων ὁ νουνεχὴς καταλαβεῖν δυνήσεται. ἡμεῖς δὲ, οὐκ ἀναγκαίου ὄντος τανῦν τοῦ περὶ τῆς ἀποδείξεως τούτου λόγου, ἐπὶ τὰς ἐπειγούσας ἀποδείξεις πρὸς τὸ παρὸν χωρήσωμεν.

XLVI. Ne qui autem a ratione aberrantes, ad ea quæ docuimus detorquenda, Christum dicant ante annos centum & quinquaginta natum a nobis B dici sub Cyrenio, ac post illud tempus ea docuisse, quæ ipsum docuisse dicimus, sub Pontio Pilato; inde consequi objiciant, ut insontes sint homines omnes, qui ante illud tempus fuere; dubitationis solutionem occupabimus. Christum primogenitum Dei esse, ac Rationem illam cujus omne hominum genus particeps est, didicimus, & supra declaravimus. Et qui cum ratione vixerunt, Christiani sunt, etiamsi athei existimati sint: quales apud Græcos fuere Socrates & Heraclitus, atque iis similes; apud barbaros autem, Abraham, Ananias, Azarias, Misael & Elias, ac multi alii quorum actionibus aut nominibus recensendis, quia longum id esse scimus, nunc supersedemus. Similiter qui olim C absque ratione vixere, improbi & Christo inimici fuere, & eorum qui cum ratione vivebant, homicidæ. Qui vero cum ratione vixerunt & vivunt, Christiani sunt atque impavidi & intrepidi. Quam autem ob causam per virtutem Verbi secundum Patris universorum & Domini Dei voluntatem ex virgine genitus sit & Jesus cognominatus, ac crucifixus & mortuus resurrexerit & in cælum redierit; facile ex his quæ tot verbis disseruimus, vir prudens intelligat. Nunc autem cum minus necessaria sit hujus rei demonstratio, ad ea quæ magis urgent, demonstranda progrediamur.

Ὅτι οὖν καὶ ἐκπορθηθήσεσθαι ἡ γῆ Ἰουδαίων ἔμελλεν, ἀκούσατε τῶν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος. εἴρηνται δὲ οἱ λόγοι ὡς ἀπὸ προσώπου λαῶν θαυμαζόντων τὰ γεγενημένα. εἰσὶ δὲ οἵδε· ἐγενήθη ἔρημος Σιὼν, ὡς ἔρημος ἐγενήθη Ἱερουσαλὴμ· εἰς κατάραν ὁ οἶκος τὸ ἅγιον ἡμῶν· καὶ ἡ δόξα ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη πυρίκαυστος, καὶ πάντα τὰ ἔνδοξα αὐτῆς συνέπεσε· καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνέχου, καὶ ἐσιώπησας, καὶ ἐταπείνωσας ἡμᾶς σφόδρα. καὶ ὅτι [6] ἠρήμωτο Ἱερουσαλὴμ, ὡς προείρητο γεγενῆσθαι, πεπεισμένοι ἐστέ. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῆς ἐρημώσεως αὐτῆς, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἐπιτραπήσεσθαι μηδένα αὐτῶν οἰκεῖν, διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου οὕτως· ἡ γῆ αὐτῶν ἔρημος· ἔμπροσθεν αὐτῶν οἱ ἐχθροὶ φάγονται, [7] καὶ οὐκ ἔσται ἐξ αὐτῶν ὁ κατοι-

XLVII. Quod ergo illud etiam futurum erat, ut D Judæorum terra vastaretur; audite quid dicat propheticus Spiritus. Sunt autem verba velut ex persona populorum, id quod acciderat admirantium, ad hunc modum expressa [a]: *Deserta facta est Sion, tamquam desolata facta est Hierusalem: in maledictionem domus, sanctuarium nostrum: & gloria cui benedixerunt patres nostri, facta est igni combusta, & omnia gloriosa ejus conciderunt. Et super omnibus his sustinuisti, & tacuisti & humiliasti nos valde.* Porro Hierusalem in solitudinem redactam fuisse, sicut prædictum fuerat, persuasum vobis est. Illam autem in solitudinem redactum iri, nec cuiquam illorum permissum iri eam incolere, sic per Esaiam prophetam dictum est [b]: *Terra eorum deserta: in conspectu eo-*

* Num. II. & XII. *a* Isa. LXIV. 10 — 12. *b* Isa. I. 7.

1. Καίπερ θανάτου.] Præmittit καὶ ante hæc verba Thirlbius, vel paullo post, ante ἡμεῖς.

2. Ἀποτροπήν.] Idem legit ἀνατροπὴν: sed prorsus mendose. His enim occurrit Justinus, quæ ad detorquenda illius dicta magis quam ad refellenda spectabant.

3. Ἐπικαλῶσιν.] R. Steph. ad calcem & codex Claromontanus ad marginem ἐπικλῶσιν. Non magis necessaria Langi emendatio, qui legi posse existimat, ἐγκαλῶσι, incusent, objiciant.

4. Προεμηνύσαμεν λόγον ὄντα.] Jam sæpe Justinus de Verbo locutus est; præcipue vero n. 5. 10. 12. 23. 32. Sed Christum esse Rationem illam cujus omnes homines sunt participes, præcipue docet in Apologia secunda n. 7. & 9.


5. Χριστιανοί εἰσι.] Non obscura est S. Martyris sententia: sed quia illam obscurare nonnulli tentarunt, eorum commenta refelluntur in Præfatione. Quod autem nonnulli legendum putant hoc etiam loco χρηστιανοί, id supra explosimus n. 4.

6. Ἠρήμωτο.] Nonnulli malunt ἠρήμωται. Sed convenientius mihi videtur ἠρήμωτο, *in solitudinem redacta fuerat*. Ibidem Sylburgius mallet γενέσθαι vel γενήσεσθαι. Sed mihi videtur Justinus præteritum tempus usurpare, quia in ipsa prophetia idem tempus usurpatur.

7. Καὶ οὐκ ἔσται.] Observat Thirlbius hæc a Jeremia dicta esse de Babylone cap. 50. v. 3. Vide Jerem. 2. v. 15.

a Οὗ πᾶν γένος ἀνθρώπων μετέσχε] Si verbum verbo reddere volumus, *cujus omne hominum genus particeps erat*. MARANUS in *Emendand.* p. 603.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



A κῶν ἐν αὐτῇ. ὅτι δὲ φυλάσσεται ὑφ' ὑμῶν, ὅπως μηδεὶς ἐν αὐτῇ γένηται, [1] καὶ θάνατος κατὰ τοῦ καταλαμβανομένου Ἰουδαίου εἰσιόντος ὥρισται, ἀκριβῶς ἐπίστασθε.

rum inimici eorum ipsam comedunt : & non erit ex illis habitans in ea. Cavere autem vos ne quis Judæus in ea sit, ac mortem ingredienti Judæo, si deprehendatur, constitutam esse præclare nostis.

Ὅτι δὲ καὶ θεραπεύσειν νόσους, καὶ νεκροὺς ἀνεγερεῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς προεφητεύθη, ἀκούσατε τῶν λελεγμένων. ἔστι δὲ ταῦτα· τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ ἁλεῖται χωλὸς ὡς ἔλαφος, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· τυφλοὶ ἀναβλέψουσι, καὶ λεπροὶ καθαρισθήσονται, καὶ νεκροὶ ἀναστήσονται καὶ περιπατήσουσιν. ὅτι τε ταῦτα ἐποίησεν, ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου [2] γενομένων αὐτῷ μαθεῖν δύνασθε. πῶς τε προμεμήνυται ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ἀναιρεθησόμενος ἅμα τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζουσιν ἀνθρώποις, ἀκούσατε τῶν λεχθέντων διὰ Ἡσαΐου. B ἔστι δὲ ταῦτα· ἴδε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ· καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ. ἀπὸ προσώπου ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος, καὶ ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, [3] ἦρται ἐκ τοῦ μέσου.

XLVIII. Atque illud etiam prædictum esse, Christum nostrum morbos omnes curaturum & mortuos excitaturum, ex his verbis audite [a] : *In adventu ejus saliet claudus sicut cervus, & diserta erit lingua mutorum : cæci videbunt, & leprosi mundabuntur, & mortui resurgent & ambulabunt.* Quæ quidem ab eo facta esse, ex confectis sub Pontio Pilato Actis discere potestis. Quo etiam modo Spiritus propheticus eum cum hominibus in eum sperantibus occisum iri prædixerit, audite Esaiæ verba, quæ sic habent [b] : *Ecce quomodo periit justus, & nemo percipit corde : & viri justi tolluntur, & nemo considerat. A facie injustitiæ sublatus est justus; & erit in pace sepultura ejus; sublatus est e medio.*

Καὶ πάλιν πῶς δι' αὐτοῦ Ἡσαΐου λέλεκται, ὅτι οἱ οὐ προσδοκήσαντες αὐτὸν λαοὶ τῶν ἐθνῶν, προσκυνήσουσιν αὐτόν· οἱ δὲ ἀεὶ προσδοκῶντες Ἰουδαῖοι, ἀγνοήσουσι παραγενόμενον αὐτόν. ἐλέχθησαν δὲ οἱ λόγοι ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. εἰσὶ δὲ οὗτοι· ἐμφανὴς ἐγενήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν· εἶπον, ἰδοὺ εἰμι· ἔθνη οἳ οὐκ ἐκάλεσαν τὸ ὄνομά μου. C ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ἐπὶ τοὺς πορευομένους ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ, ἀλλ' ὀπίσω τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· ὁ λαὸς ὁ παροξύνων ἐναντίον μου. Ἰουδαῖοι γὰρ ἔχοντες τὰς προφητείας, καὶ ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χριστὸν [4] παραγενησόμενον, ἠγνόησαν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ παρεχρήσαντο· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, μηδέποτε μηδὲν ἀκούσαντες περὶ τοῦ Χριστοῦ, μέχρις οὗ οἱ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐξελθόντες ἀπόστολοι αὐτοῦ ἐμήνυσαν τὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ τὰς προφητείας παρέδωκαν, πληρωθέντες χαρᾶς καὶ πίστεως, τοῖς εἰδώλοις ἀπετάξαντο, καὶ [5] τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν. ὅτι δὲ προεγινώσκετο τὰ δύσφημα ταῦτα λεχθησόμενα κατὰ τῶν τὸν Χριστὸν ὁμολογούντων, καὶ ὡς εἶεν τάλανες οἱ δυσφημοῦντες αὐτὸν, D καὶ τὰ παλαιὰ ἔθη καλὸν εἶναι τηρεῖν λέγοντες, ἀκούσατε τῶν βραχυεπῶς εἰρημένων διὰ Ἡσαΐου. ἔστι δὲ ταῦτα· οὐαὶ τοῖς λέγουσι τὸ γλυκὺ πικρὸν, καὶ τὸ πικρὸν γλυκύ.

XLIX. Ac rursum quomodo futurum Esaias dixerit, ut eum populi gentium adorarent, qui minime exspectabant; Judæi vero qui semper exspectabant, advenientem non agnoscerent. Hæc autem velut ex ipsius Christi persona dicta sunt in hunc modum [c] : *Manifestus factus sum non interrogantibus me : inventus sum ab his qui me non quærebant. Dixi, adsum, ad gentes quæ non vocaverunt nomen meum. Expandi manus meas ad populum incredulum & contradicentem, qui ambulabant in via non bona, sed post peccata sua : populus provocans ad iracundiam coram me.* Judæi enim, qui prophetias in manibus habebant, ac Christum semper exspectaverant venturum, eum non agnoverunt; ac non solum non agnoverunt, sed etiam occiderunt. Qui autem ex gentibus, cum nihil umquam de Christo audivissent, quoad de ejus rebus Apostoli Hierosolymis profecti nuntiarent, & prophetias illis traderent, gaudio & fide pleni nuntium simulacris remiserunt, seque ingenito Deo per Christum consecrarunt. Illud autem præcognitum esse, nefanda illa crimina adversus eos qui Christum confitentur, sparsum iri, ac miseros fore eos qui illum maledictis appetunt, & vetera instituta servare præclarum esse dictitant, cognoscite ex his Esaiæ breviter dictis [d] : *Væ qui dicitis dulce amarum, & amarum dulce.*


Ὅτι δὲ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος ἄνθρωπος, παθεῖν καὶ ἀτιμασθῆναι ὑπέμεινε, καὶ πάλιν μετὰ δόξης παραγενήσεται, ἀκούσατε τῶν εἰρημένων εἰς τοῦτο προφητειῶν. ἔστι δὲ ταῦτα· ἀνθ' ὧν παρέδωκαν εἰς θάνατον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τῶν ἀνόμων ἐλογίσθη· αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν εἴληφε, καὶ τοῖς ἀνόμοις ἐξιλάσεται. ἴδε γὰρ, συνήσει ὁ παῖς μου, καὶ ὑψωθήσεται, καὶ δοξασθήσεται σφόδρα· ὃν τρόπον ἐκστήσονται πολλοὶ ἐπὶ σὲ, οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ ἀνθρώπων τὸ εἶδός σου, καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων· E οὕτω θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν. ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη [6] περὶ αὐτοῦ, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσι. κύριε τίς ἐπίστευσε

L. Quod autem & pro nobis homo factus pati & ignominia affici sustinuit, & iterum cum gloria venturus est; audite edita ea de re vaticinia, quæ sic habent [e] : *Pro eo quod tradiderunt in mortem animam ejus, & cum iniquis reputatus est; ipse peccata multorum suscepit, & iniquis propitius erit.* [f] *Ecce enim intelliget puer meus, & exaltabitur, & glorificabitur valde. Sicut stupebunt super te multi, sic inglorius erit ab hominibus aspectus tuus, & gloria tua ab hominibus : sic mirabuntur gentes multæ, & continebunt reges os suum. Quia quibus non est annuntiatum de eo, & qui non audierunt, intelligent.* [g] *Domine, quis credidit auditui nostro? Et brachium*

a Isa. XXXV. 5. 6. LXI. 1. Matth. XI. 5. *b* Isa. LVII. 1. *c* Isa. LXV. 1 — 3. *d* Isa. V. 20.
e Ibid. LIII. 12. *f* Ibid. LII. 13. *g* Ibid. LIII. 1. seq.

1. Καὶ θάνατος.] De hac lege vide Not. ad Dialogi num. 16.
2. Γενομένων αὐτῷ.] Legendum esse ἄκτων, ut supra n. 35. Casaubonus admonuit Exercit. ult. p. 554.
3. Ἦρται ἐκ τοῦ μέσου.] Legitur in Dialogo n. 37. ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου, ut Thirlbius observavit.
4. Παραγενησόμενον.] Mallet παραγενόμενον Sylburgius, aut saltem hoc verbum addendum putat ante ἠγνόησαν.
5. Τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ.] Notatu dignum est hanc ipsam fuisse formulam, qua olim Cathecumeni, post aliquod tempus baptizandi, ex ecclesia dimissi sunt, diacono inter alia proclamante : ἑαυτοὺς τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παράθεσθε. *Vos ipsos soli ingenito Deo per Christum ejus dedicate*, uti legitur lib. VIII. Constit. Apostol. cap. 6. Ad quam Justinus non heic solum allusit, sed & supra n. 14. & 25. & infr. n. 61. GRABIUS.
6. Περὶ αὐτοῦ.] Observant Sylburgius & Thirlbius legi ὄψονται apud Septuaginta. Addit Thirlbius idem verbum non omitti Dialog. n. 13. & 118.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐνώπιον αὐτοῦ [a] ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ· οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς ἀνθρώπους. ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει. αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. παιδεία [1] εἰρήνης ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη. καὶ παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. μετὰ οὖν τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν, καὶ οἱ γνώριμοι αὐτοῦ πάντες ἀπέστησαν, ἀρνησάμενοι αὐτόν· ὕστερον δὲ, ἐκ νεκρῶν ἀναστάντος, καὶ ὀφθέντος αὐτοῖς, καὶ ταῖς προφητείαις ἐντυχεῖν, ἐν αἷς πάντα ταῦτα προείρητο γενησόμενα, διδάξαντος, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνερχόμενον ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες, καὶ δύναμιν ἐκεῖθεν αὐτοῖς πεμφθεῖσαν παρ' αὐτοῦ λαβόντες, καὶ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐλθόντες, ταῦτα ἐδίδαξαν, καὶ ἀπόστολοι προσηγορεύθησαν.

A *Domini cui revelatum est? Annuntiavimus in conspectu ejus tamquam puerulum; sicut radix in terra sitienti: non est species ei, neque gloria: & vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem: sed species ejus inhonorata, & deficiens præ hominibus. Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem: quia aversa est facies ejus, despecta, & non reputata. Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet: & nos reputavimus eum esse in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra. Disciplina pacis super eum. Livore ejus nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus: homo in via sua erravit.* B *Et tradidit eum propter iniquitates nostras: & ipse propter afflictionem non aperuit os suum. Sicut ovis ad victimam ductus est; & sicut agnus coram tondente se mutus, sic non aperit os suum. In humilitate sua judicium ejus sublatum est.* Postquam igitur crucifixus est, ab eo etiam discipuli omnes defecerunt, eum negantes: rursusque ex mortuis redivivus cum eis apparuisset, & prophetias in quibus futura hæc omnia prædictum fuerat, legere docuisset, illumque ascendentem in cælum vidissent, & credidissent, ac virtute quam inde illis immisit, accepta, ad omne hominum genus profecti essent; hæc docuere, & Apostoli appellati sunt.

Ἵνα δὲ μηνύσῃ ἡμῖν τὸ προφητικὸν πνεῦμα ὅτι ὁ ταῦτα πάσχων ἀνεκδιήγητον ἔχει τὸ γένος, καὶ βασιλεύει τῶν ἐχθρῶν, ἔφη οὕτως· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν ἥκει εἰς θάνατον. καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. ἐὰν δῶται περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. καὶ βούλεται κύριος ἀφελεῖν ἀπὸ πόνου τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς. καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνοίσει· διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα· ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν αὐτὸς παρεδόθη. ὡς δὲ καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἔμελλεν ἀνιέναι, καθὼς προεφητεύθη, ἀκούσατε. ἐλέχθη δὲ οὕτως· ἄρατε πύλας οὐρανῶν, ἀνοίχθητε, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; κύριος κραταιὸς καὶ κύριος δυνατός. ὡς δὲ καὶ ἐξ οὐρανῶν παραγίνεσθαι μετὰ δόξης μέλλει, ἀκούσατε καὶ τῶν εἰρημένων εἰς τοῦτο [2] διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου. ἔστι δὲ ταῦτα· ἰδοὺ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἔρχεται ἐπάνω τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ σὺν αὐτῷ.

C LI. Nobis autem ut ostenderet Spiritus propheticus, eum qui hæc patitur, non enarrabile genus habere, & inimicis suis imperare, sic locutus est [a]: *Generationem ejus quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita ejus. Ab iniquitatibus eorum transiit in mortem. Et dabo pessimos pro sepultura ejus, & divites pro morte illius. Quia iniquitatem non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus: & Dominus vult mundare eum a plaga. Si datus fuerit pro peccato; anima vestra videbit semen longævum. Et vult Dominus auferre de dolore animam ejus, ostendere ei lucem, & formare intelligentia, justificare justum bene servientem multis. Et peccata nostra ipse portabit: propterea ipse possidebit multos,* D *& fortium dividet spolia: pro eo quod tradita est ad mortem anima ejus; & in iniquis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit; & propter iniquitates eorum traditus est.* Quomodo autem & in cælum ascensurum esse illum, prædictum sit; audite. Sic enim dictum est [b]: *Tollite portas cælorum, aperimini, ut ingrediatur Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis, & Dominus potens.* Quomodo autem & de cælis venturus sit cum gloria, audite quæ ea de re dicta sunt per Jeremiam prophetam. Sic autem se habent [c]: *Ecce tamquam Filius hominis venit in nubibus cæli, & Angeli ejus cum eo.*

Ἐπειδὴ τοίνυν τὰ γενόμενα ἤδη πάντα ἀποδείκνυμεν πρὶν ἢ γενέσθαι προκεκηρύχθαι διὰ τῶν προφητῶν, ἀνάγκη καὶ περὶ τῶν ὁμοίως προφητευθέντων, μελλόντων δὲ γίνεσθαι, πίστιν ἔχειν ὡς πάντως γενησομένων. ὃν γὰρ τρόπον τὰ ἤδη γενόμενα, προκεκηρυγμένα καὶ ἀγνοούμενα ἀπέβη, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ

E LII. Quoniam igitur quæ evenerunt, jam omnia ostendimus prædicta, antequam evenirent, per Prophetas fuisse; necesse est & ea, quæ similiter prædicta sunt, ac aliquando evenient, omnino eventura credere. Quemadmodum enim ea quæ jam evenerunt, prædicta & ignorata evenerunt; ita & quæ supersunt,


a Isa. LIII. 8 — 12. b Psal. XXIII. 7. 8. c Dan. VII. 13. Matth. XXV. 31.

1. Εἰρήνης.] Addunt ἡμῶν Septuaginta, & Justinus Dialog. n. 13. THIRLB.

2. Διὰ Ἱερεμίου.] Non Jeremiæ esse hunc locum, sed Danielis, jam multi observarunt.

a Ὡς παιδίον] Vertendum est, *tamquam puerulus*: quia Justinus in *Dialogo* num. XLII. ex hoc loco concludit, Christianos omnes instar unius hominis esse ob arctissimam animorum conjunctionem. MARANUS in *Emendand.* p. 603. — Thirlbius quoque reddiderat, *tamquam puerulus*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



τὰ λείποντα, κἂν ἀγνοῆται [1] καὶ ἀπιστῆται [a], ἀποβήσονται. δύο γὰρ αὐτοῦ παρουσίας προεκήρυξαν οἱ προφῆται· μίαν μὲν, τὴν ἤδη γενομένην, ὡς ἀτίμου καὶ παθητοῦ ἀνθρώπου· τὴν δὲ δευτέραν, ὅταν, μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν μετὰ τῆς ἀγγελικῆς αὐτοῦ στρατιᾶς παραγενήσεσθαι κεκήρυκται, ὅτε καὶ τὰ σώματα ἀνεγερεῖ πάντων τῶν γενομένων ἀνθρώπων· καὶ τῶν μὲν ἀξίων, ἐνδύσῃ ἀφθαρσίαν· τῶν δ' ἀδίκων, [2] ἐν αἰσθήσει αἰωνίᾳ μετὰ τῶν φαύλων δαιμόνων εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ πέμψει. ὡς δὲ καὶ ταῦτα προείρηται γενησόμενα, δηλώσομεν. ἐρρέθη δὲ διὰ Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου οὕτως· συναχθήσεται ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν, καὶ ὀστέον πρὸς ὀστέον, καὶ σάρκες ἀναφυήσονται, καὶ πᾶν γόνυ κάμψει τῷ κυρίῳ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται αὐτῷ. ἐν οἵᾳ δὲ αἰσθήσει καὶ κολάσει γενέσθαι μέλλουσιν οἱ ἄδικοι, ἀκούσατε τῶν ὁμοίως εἰς τοῦτο εἰρημένων. ἔστι δὲ ταῦτα· ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ [3] παυθήσεται· καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται· καὶ τότε μετανοήσουσιν ὅτε οὐδὲν ὠφελήσουσι. ποῖα δὲ μέλλουσιν οἱ λαοὶ τῶν Ἰουδαίων λέγειν καὶ ποιεῖν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἐν δόξῃ παραγενόμενον, διὰ [4] Ζαχαρίου τοῦ προφήτου προφητευθέντα ἐλέχθη οὕτως· ἐντελοῦμαι τοῖς τέσσαρσιν ἀνέμοις συνάξαι τὰ ἐσκορπισμένα τέκνα· ἐντελοῦμαι τῷ βορρᾷ φέρειν, καὶ τῷ νότῳ μὴ προσκόπτειν· καὶ τότε ἐν Ἱερουσαλὴμ κοπετὸς μέγας, οὐ κοπετὸς στομάτων ἢ χειλέων, ἀλλὰ κοπετὸς καρδίας· καὶ οὐ μὴ σχίσωσιν αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ἀλλὰ τὰς διανοίας. κόψονται φυλὴ πρὸς φυλὴν, καὶ τότε ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, καὶ ἐροῦσι, τί κύριε ἐπλάνησας ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου; ἡ δόξα ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη ἡμῖν εἰς ὄνειδος.

A quamvis ignorentur ac non credantur, evenient. Duos enim illius adventus prædixerunt Prophetæ: unum quidem, qui jam exhibitus est, tamquam despecti & passibilis hominis: alterum autem, quando cum gloria e cælis una cum angelico ipsius exercitu adventurus prædicatur: quando & corpora exsuscitabit omnium, quicumque exstiterunt, hominum; ac dignorum quidem corpora induet incorruptione, iniquorum autem in perpetuo sensu cum pravis dæmonibus in ignem æternum mittet. Quomodo autem hæc quoque prædicta sint, ostendemus. Sic enim Ezechiel propheta [a]: *Coagmentabitur junctura ad juncturam, & os ad os; & carnes denuo succrescent.* [b] *Et genu omne curvabitur Domino,* B *& omnis lingua confitebitur ei.* Quali autem in sensu & cruciatu futuri sint iniqui, audite quæ similiter ea de re dicta sunt. Sic autem se habent [c]: *Vermis eorum non sopietur, & ignis eorum non exstinguetur:* & tunc eos pœnitebit, cum nihil promovebunt. Quænam autem dicturi sint populi Judæorum & facturi, cum eum videbunt cum gloria advenientem, sic Zacharias propheta prædixit [d]: *Præcipiam quatuor ventis, ut congregent dispersos liberos:* [e] *præcipiam Boreæ ut ferat, & Austro ut ne impingat.* [f] *Et tum in Hierusalem erit planctus ingens; non planctus oris aut labiorum, sed planctus cordis: & non scindent vestimenta sua, sed mentes: & plangent tribus ad tribum, & tunc* C *videbunt in quem pupugerunt, ac dicent:* [g] *Cur, Domine, aberrare nos fecisti a via tua? Gloria, cui benedixerunt patres nostri, conversa nobis est in ignominiam.*

Πολλὰς μὲν οὖν καὶ ἑτέρας προφητείας ἔχοντες εἰπεῖν, [5] ἐπαυσάμεθα, αὐτάρκεις καὶ ταύτας εἰς πεισμονὴν τοῖς τὰ ἀκουστικὰ καὶ νοερὰ ὦτα ἔχουσιν εἶναι λογισάμενοι, καὶ νοεῖν δύνασθαι αὐτοὺς ἡγούμενοι, ὅτι οὐχ ὁμοίως τοῖς μυθοποιηθεῖσι περὶ τῶν νομισθέντων υἱῶν τοῦ Διὸς, καὶ ἡμεῖς μόνον λέγομεν, ἀλλ' οὐκ ἀποδεῖξαι ἔχομεν. τίνι γὰρ ἂν λόγῳ ἀνθρώπῳ σταυρωθέντι ἐπειθόμεθα, ὅτι πρωτότοκος τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ ἐστὶ, καὶ αὐτὸς τὴν κρίσιν τοῦ παντὸς ἀνθρωπείου γένους ποιήσεται, εἰ μὴ μαρτύρια, D πρὶν ἢ ἐλθεῖν αὐτὸν ἄνθρωπον γενόμενον, κεκηρυγμένα περὶ αὐτοῦ εὕρομεν, καὶ οὕτως γενόμενα ὁρῶμεν; γῆς μὲν Ἰουδαίων ἐρήμωσιν, καὶ τοὺς ἀπὸ παντὸς ἔθνους ἀνθρώπων διὰ τῆς παρὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ διδαχῆς πεισθέντας, καὶ παραιτησαμένους τὰ παλαιὰ, ἐν οἷς πλανώμενοι ἀνεστράφησαν, [6] ἔθη, ἑαυτοὺς ἡμᾶς ὁρῶντες, πλείονάς τε καὶ ἀληθεστέρους τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρέων Χριστιανοὺς εἰδότες. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα γένη ἀνθρώπεια ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος καλεῖται ἔθνη· τὸ δὲ Ἰουδαϊκὸν καὶ Σαμαρειτικὸν φῦλον, Ἰσραὴλ καὶ οἶκος Ἰακὼβ κέκληνται. ὡς δὲ προεφητεύθη ὅτι πλείονες οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύοντες τῶν ἀπὸ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρέων, τὰ προφητευθέντα ἀπαγγελοῦμεν. ἐλέχθη δὲ οὕτως· εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, E ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον, ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. ἔρημα γὰρ ἦν πάντα τὰ ἔθνη ἀληθινοῦ Θεοῦ, χειρῶν ἔργοις λα-

LIII. Multa igitur & alia habentes Prophetarum testimonia quæ proferre possemus, finem facimus, cum satis ista esse ad persuasionem arbitremur his qui aures ad audiendum & intelligendum idoneas habent; eosque perspicere posse existimemus, nequaquam nos, fabularum more ac modo, quæ de opinatis Jovis filiis feruntur, dicere quidem, sed demonstrare non posse. Quomodo enim homini crucifixo crederemus eum esse primogenitum ingenito Deo, ac judicium de universo genere humano facturum, nisi testimonia de eo, antequam homo factus veniret, prædicata inveniremus, eaque eventu confirmata videremus: Judæorum terræ vastitatem, ac eos qui ex omni hominum gente, illius Apostolorum doctrinæ credidere, & vetera in quibus opinionis errore versabantur, instituta aversati sunt; nimirum nosmetipsos intuentes, ac plures ex gentibus, & veriores, quam ex Judæis & Samaritanis, Christianos esse perspicientes? Cetera enim omnia hominum genera a prophetico Spiritu gentes vocantur: Judaicæ autem & Samaritanæ tribus, Israel & domus Jacob. Quomodo autem prædictum sit plures ex gentibus credituros, quam ex Judæis & Samaritanis, vaticinium afferemus, quod sic habet [h]: *Lætare sterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quoniam multo plures sunt filii desertæ, quam ejus quæ habet virum.* Desertæ namque erant & veri Dei

a Ezech. XXXVII. 7. 8. *b* Isa. XLV. 24. Rom. XIV. 11. *c* Isa. LXVI. 24. Marc. IX. 45. *d* Zach. II. 6. *e* Isa. XLIII. 5. 6. *f* Zach. XII. 10 — 12. *g* Isa. LXIII. 17. LXIV. 11. *h* Isa. LIV. 1.

1. Καὶ ἀπιστῆται.] Ita Clarom. Editi ἀπιστεῖται.
2. Ἐν αἰσθήσει.] Eadem loquendi ratio paullo post occurrit, & antea n.20. & Judith. XVI. 17. THIRLBIUS. Ibid. leg. ἐνδύσει.
3. Παυθήσεται.] LXX. τελευτήσει, atque ita noster in Dialog. num. 54. παύσεται n. 140. THIRLBIUS.
4. Ζαχαρίου.] Hæc omnia tamquam Zachariæ citantur: sunt autem partim Esaiæ, partim ipsius Justini. THIRLBIUS.
5. Ἐπαυσάμεθα.] Reg. & Claromont. habent ad marginem παυόμεθα. Sic etiam R. Steph. ad calcem.
6. Ἔθη.] Legitur ἔθνη in codice Claromontano.

a Ἀπιστῆται] Hac lectione Ms. Clarom. confirmatur Davisii conjectura, ἀπιστῆται item legentis, ne modorum sit confusio.


τρέποντα· Ἰουδαῖοι δὲ καὶ Σαμαρεῖς, ἔχοντες τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγον διὰ τῶν προφητῶν παραδοθέντα αὐτοῖς, καὶ ἀεὶ προσδοκήσαντες τὸν Χριστὸν, παραγενόμενον ἠγνόησαν, πλὴν ὀλίγων τινῶν, οὓς προεῖπε τὸ ἅγιον προφητικὸν πνεῦμα διὰ Ἠσαΐου σωθήσεσθαι. εἶπε δὲ ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν· εἰ μὴ κύριος ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα ἂν ἐγενήθημεν. Σόδομα γὰρ καὶ Γόμοῤῥα, πόλεις τινὲς ἀσεβῶν ἀνδρῶν ἱστοροῦνται ὑπὸ Μωσέως γενόμεναι, ἃς πυρὶ καὶ θείῳ καύσας ὁ Θεὸς κατέστρεψε, μηδενὸς τῶν ἐν αὐταῖς σωθέντος, πλὴν ἀλλοεθνοῦς τινὸς, Χαλδαίου τὸ γένος, ᾧ ὄνομα Λώτ· σὺν ᾧ καὶ θυγατέρες διεσώθησαν. καὶ τὴν πᾶσαν αὐτῶν χώραν ἔρημον καὶ κεκαυμένην οὖσαν, καὶ ἄγονον μένουσαν, οἱ βουλόμενοι ὁρᾶν ἔχουσιν. ὡς δὲ B καὶ [1] ἀληθέστεροι οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν καὶ πιστότεροι προεγινώσκοντο, ἀπαγγελοῦμεν τὰ εἰρημένα διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου. ἔφη δὲ οὕτως· Ἰσραὴλ ἀπερίτμητος τὴν καρδίαν, τὰ δὲ ἔθνη τὴν ἀκροβυστίαν. τὰ τοσαῦτα γοῦν ὁρώμενα, πειθὼ καὶ πίστιν τοῖς τἀληθὲς ἀσπαζομένοις καὶ μὴ φιλοδοξοῦσι, μηδὲ ὑπὸ παθῶν ἀρχομένοις, μετὰ λόγου ἐμφορῆσαι δύναται.

Οἱ δὲ παραδιδόντες τὰ μυθοποιηθέντα ὑπὸ τῶν ποιητῶν, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν φέρουσι τοῖς ἐκμανθάνουσι νέοις. [2] καὶ ἐπὶ ἀπάτῃ καὶ ἀπαγωγῇ τοῦ ἀνθρωπείου γένους εἰρῆσθαι ἀποδείκνυμεν κατ' ἐνέργειαν τῶν φαύλων δαιμόνων. ἀκούσαντες γὰρ διὰ C τῶν προφητῶν κηρυσσόμενον παραγενησόμενον τὸν Χριστὸν, καὶ κολασθησομένους διὰ πυρὸς τοὺς ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων, προεβάλλοντο πολλοὺς [3] λεχθῆναι λεγομένους υἱοὺς τῷ Διῒ, νομίζοντες δυνήσεσθαι ἐνεργῆσαι τερατολογίαν ἡγήσασθαι τοὺς ἀνθρώπους τὰ περὶ τὸν Χριστὸν, καὶ ὁμοίως τοῖς ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεχθεῖσι. καὶ ταῦτα δ' ἐλέχθη καὶ ἐν Ἕλλησι, καὶ ἐν ἔθνεσι πᾶσιν, ὅπου μᾶλλον ἐπήκουον τῶν προφητῶν πιστευθήσεσθαι τὸν Χριστὸν προκηρυσσόντων. ὅτι δὲ καὶ ἀκούοντες τὰ διὰ τῶν προφητῶν λεγόμενα, οὐκ ἐνόουν ἀκριβῶς, ἀλλ' ὡς πλανώμενοι ἐμιμήσαντο τὰ περὶ τὸν ἡμέτερον Χριστὸν, διασαφήσομεν. Μωσῆς οὖν ὁ προφήτης, ὡς προέφημεν, πρεσβύτερος ἦν πάντων συγγραφέων· καὶ δι' αὐτοῦ, ὡς προεμηνύσαμεν, D προεφητεύθη οὕτως· οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον [4] τὸν πῶλον αὐτοῦ, πλύνων τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς. τούτων οὖν τῶν προφητικῶν λόγων ἀκούσαντες οἱ δαίμονες, Διόνυσον μὲν ἔφασαν γεγονέναι υἱὸν τοῦ Διὸς, εὑρετὴν δὲ

A ignaræ gentes omnes manuum opera colentes. Judæi autem & Samaritani, qui Dei verbum sibi per Prophetas traditum habebant, & Christum semper exspectaverant, advenientem & præsentem non agnoverunt, paucis exceptis quos salvos fore Spiritus propheticus per Esaiam prædixit. Locutus autem est velut ex eorum persona [a]: *Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma & Gomorra facti essemus.* Sodoma enim & Gomorra memorantur a Mose civitates quædam hominum impiorum fuisse, quas Deus igne & sulphure crematas evertit, nemine in eis servato, præter inquilinum quemdam nomine Loth, qui cum & filiæ incolumes evaserunt. Hanc regionem omnem B desertam & exustam esse & sterilem manere, possunt cernere qui voluerint. Quemadmodum autem & veriores qui ex gentibus, & fideliores præcogniti fuerint, Esaiæ prophetæ dicta referemus, quæ sic habent [b]: *Israel incircumcisus corde, gentes autem præputio.* Tot ergo & tanta ante oculos posita persuasionem & fidem iis, qui verum amplectuntur, nec opiniones sectantur, nec cupiditatibus serviunt, ratione nixam afferre possunt.

LIV. Qui vero fabulosa poetarum commenta tradunt, nullam prorsus demonstrationem ediscentibus adolescentibus proferunt; sed hæc decipiendi & abducendi humani generis causa, malorum dæmonum C operatione dicta demonstramus. Cum enim prædicari a Prophetis audissent venturum esse Christum, ac impios homines igne excruciatum iri; perfecerunt ut multi dicerentur geniti Jove filii; rati efficere se posse, ut quæ ad Christum spectant, ea homines prodigiosas fabulas, & iis quæ a poetis dicta sunt, similia existimarent. Atque hæc vulgata sunt & apud Græcos & apud gentes omnes, ubi futurum esse, ut Christo magis crederetur, Prophetas prænuntiantes audiebant. Sed eos, cum Prophetarum dicta audirent, parum accurate sententiam calluisse, ac more errantium res Christi imitatos esse demonstrabimus. Moses igitur propheta, ut jam diximus *, antiquior fuit omnibus scriptori- D bus; sicque, ut demonstravimus **, vaticinatus est [c]: *Non deficiet princeps ex Juda, & dux de femore ejus, donec veniat cui repositum est; & ipse erit exspectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, lavans stolam suam in sanguine uvæ.* Hæc Prophetæ verba cum audissent dæmones, Bacchum dixerunt Jovis filium esse, vitisque inventorem esse tradiderunt, ac vinum in ejus mysteriis exhi-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



[a] Isa. I. 9. [b] Jerem. IX. 26. * Supra num. XLIV. ** Num. XXXII. [c] Gen. XLIX. 10. 11.


1. Ἀληθέστεροι οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν.] Videtur prima specie cum Justino pugnare Irenæus, qui plus negotii in ethnicis, quam in Judæis ad Christum convertendis fuisse docet. *Quapropter plus laborabat*, inquit lib. 4. cap. 24. *qui in gentes Apostolatum acceperat, quam qui in circumcisione præconabant Filium Dei. Illos enim adjuvabant Scripturæ quas confirmavit Dominus & adimplevit talis veniens, qualis & prædicatur. Hic vero peregrina quædam eruditio & nova doctrina deos gentium non solum non esse deos, sed & idola esse dæmoniorum; esse autem unum Deum ..... & hujus Verbum naturaliter quidem invisibilem, palpabilem & visibilem in hominibus factum.* Sed observandum est Irenæum in hoc Judæos cum ethnicis comparare, quod in istis Moses quoddam veluti fundamentum jecisset, cui facilius deinceps superstruerent Apostoli; in ethnicis autem docendis initium prædicandi ab ipsis elementis, ab ipsa Dei singularitate faciendum esset. Sed libentius & generosius ethnicos credidisse assentitur Irenæus, qui sic ibid. loquitur: *Generosior autem rursus fides gentium ostenditur, sermonem Dei assequentium sine instructione litterarum.*

2. Καὶ ἐπὶ ἀπάτῃ.] Ex tribus, quæ supra Justinus n. 23. probaturum se promiserat, hoc erat tertium, quod nunc de fabulis poetarum ad homines a fide avertendos excogitatis aggreditur.

3. Λεχθῆναι.] Prima specie convenientius videri possit τεχθῆναι, nempe eos qui geniti ex Jove dicuntur. Sed cum non multo post dicat Justinus τὸν Περσέα λεχθῆναι προεβάλλοντο, nihil mutandum. Non enim dicit Justinus perfecisse dæmones, ut gigneretur Perseus, sed ut genitus diceretur. Frustra ergo legendum τεχθῆναι contendit Clericus, tom. 3. Biblioth. select. Legendo γενομένους υἱοὺς, sana erunt omnia. Mox Thirlbius legendum conjicit καὶ ὅμοια.

4. Τὸν πῶλον αὐτοῦ.] Inter hæc verba & ea quæ sequuntur, habemus in sacro contextu, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. Hæc interjecta verba Justinus aut non legebat in suo codice, aut certe non meminerat se legere. Nam paullo post ait pulli nomen, quod hoc in loco memoratur, æque asini ac equi pullo congruere. Nihil ergo de pullo asinæ in hoc testimonio legisse se tunc putabat. Vide Dialog. num. 69.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



γενέσθαι ἀμπέλου παρέδωκαν, [1] καὶ οἶνον [a] ἐν τοῖς A μυστηρίοις αὐτοῦ [2] ἀναγράφουσι, καὶ διασπαραχθέντα αὐτὸν ἀνεληλυθέναι εἰς οὐρανὸν ἐδίδαξαν. καὶ ἐπειδὴ διὰ τῆς Μωϋσέως προφητείας οὐ ῥητῶς ἐσημαίνετο, εἴ τε υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ παραγενησόμενός ἐστι, καὶ εἰ ὀχούμενος ἐπὶ πώλου [3] ἐπὶ γῆς μενεῖ, ἢ εἰς οὐρανὸν ἀνελεύσεται· καὶ τὸ τοῦ πώλου ὄνομα, καὶ ὄνου πῶλον καὶ ἵππου σημαίνειν ἐδύνατο· μὴ ἐπιστάμενοι εἴ τε ὄνου πῶλον ἄγων [4] ἔσται σύμβολον τῆς παρουσίας αὐτοῦ, εἴ τε ἵππου, ὁ προκηρυσσόμενος, καὶ υἱὸς Θεοῦ ἐστὶν, ὡς προέφημεν, ἢ ἀνθρώπου· τὸν Βελλεροφόντην καὶ αὐτὸν ἐφ' ἵππου Πηγάσου ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου γενόμενον, εἰς οὐρανὸν ἔφασαν ἀνεληλυθέναι. ὅτε δὲ ἤκουσαν διὰ τοῦ ἄλλου προφήτου Ἡσαΐου λεχθὲν, ὅτι διὰ παρθένου τεχθήσεται, καὶ δι' ἑαυτοῦ ἀνελεύσεται εἰς τὸν οὐρανὸν, [b] τὸν Περσέα λεχθῆναι προεβάλλοντο. B [5] καὶ ὅτε ἔγνωσαν εἰρημένον, ὡς προλέλεκται ἐν ταῖς προγεγραμμέναις προφητείαις, ἰσχυρὸς ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν, τὸν Ἡρακλέα ἰσχυρὸν, καὶ ἐκπεριοδεύσαντα τὴν πᾶσαν γῆν ἔφασαν. ὅτε δὲ πάλιν ἔμαθον προφητευθέντα θεραπεύσειν αὐτὸν πᾶσαν νόσον, καὶ νεκροὺς ἀνεγερεῖν, τὸν Ἀσκληπιὸν παρήνεγκαν.

Ἀλλ' οὐδαμοῦ οὐδ' ἐπί τινος τῶν λεγομένων υἱῶν τοῦ Διὸς τὸ σταυρωθῆναι ἐμιμήσαντο. οὐ γὰρ ἐνοεῖτο αὐτοῖς, συμβολικῶς, ὡς προδεδήλωται, τῶν εἰς τοῦτο εἰρημένων πάντων λελεγμένων· ὅπερ, ὡς προεῖπεν ὁ προφήτης, τὸ μέγιστον σύμβολον τῆς ἰσχύος καὶ ἀρχῆς αὐτοῦ ὑπάρχει, ὡς καὶ ἐκ τῶν C ὑπ' ὄψιν πιπτόντων δείκνυται. κατανοήσατε γὰρ πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, εἰ ἄνευ τοῦ σχήματος τούτου διοικεῖται, ἢ κοινωνίαν ἔχειν δύναται. [6] θάλασσα [c] μὲν γὰρ οὐ τέμνεται, ἢν μὴ τοῦτο τὸ τρόπαιον ὃ καλεῖται ἱστίον, ἐν τῇ νηῒ σῶον μείνῃ· γῆ δὲ οὐκ ἀροῦται ἄνευ αὐτοῦ· σκαπανεῖς δὲ τὴν ἐργασίαν οὐ ποιοῦνται, οὐδὲ βαναυσουργοὶ ὁμοίως, εἰ μὴ διὰ τῶν τὸ σχῆμα τοῦτο ἐχόντων ἐργαλείων. [7] τὸ δὲ ἀνθρώπειον σχῆμα οὐ-

bent, eumque dilaniatum in cælum ascendisse docuerunt. Et quia in Mosis prophetia nominatim expressum non erat, utrum is qui venturus erat, Filius Dei sit, ac utrum pullo insidens in terra mansurus an cælum ascensurus esset; deinde etiam quia pulli nomen, & asini pullum & equi designare poterat, cum nescirent utrum asini an equi pullum agens, præsentiam suam is qui prænuntiabatur, esset significaturus, atque utrum Dei, ut diximus *, an hominis sit filius: ipsum quoque Bellerophontem equo Pegaso invectum, hominem ex hominibus natum, in cælum ascendisse dixerunt. Cum autem illud audissent, quod ab alio propheta Esaia dictum est, eum ex Virgine nasciturum, & per seipsum in cælum ascensurum, perfecerunt ut Perseus diceretur. Sic etiam ubi cognoverunt id, quod in Prophetiis supra allatis prædicitur [a]: *Fortis ut gigas ad currendam viam*; fortem Herculem fuisse, ac totum terrarum orbem peragrasse dixerunt. Rursus postquam prædictum esse didicerunt, morbos omnes curaturum & mortuos excitaturum, Æsculapium induxerunt.

LV. Nusquam autem nec in ullo eorum, qui dicuntur, Jovis filiorum crucis supplicium imitati sunt. Neque enim illis in mentem venerat, eo quod non sine symbolis, ut demonstravimus **, dicta fuerint, quæcumque dicta ea de re fuerant: quæ quidem, ut supra dixit Propheta, maximum est ejus potestatis & principatus signum, quemadmodum ex his etiam quæ sub aspectum cadunt, ostenditur. Intuemini enim animo quæcumque in mundo versantur, an sine hac figura administrari, & commercio inter se conjungi possint. Mare non scinditur, nisi tropæum illud, quod dicitur velum, integrum in navi maneat. Terra vero absque eo non aratur: fossores opus non faciunt, nec manuarii pariter artifices, nisi adhibitis hanc figuram præ-

* Supra n. XXI. *a* Psal. XVIII. *6.* ** Supra n. XXXV.

1. Καὶ οἶνον.] Sic editio R. Steph. & codices mss. At editiones Græco-latinæ Parisienses habent ὄνον; quam quidem lectionem defendit Grabius, ac asinum mysteriis Bacchi consecratum fuisse pertendit. Sed retinendum est οἶνον. Nam 1. Asinum Baccho consecratum fuisse non potuit ex hoc testimonio colligere Justin. in quo nullam, ut modo vidimus, asini mentionem fieri putabat. 2. Etsi Plin. lib. 24. c. 1. ut observat Grabius, asinum *Libero patri assignari* testatur; multo solemnius fuit eidem Baccho vinum, ut vitis inventori, acceptum referre.

2. Ἀναγράφουσι.] Similiter de serpente num. 27. *Apud unumquemque eorum, quos existimatis, deorum, magnum serpens symbolum recensetur*, ἀναγράφεται, id est, inter ea recensetur sive exhibetur, quæ ad mysterii celebrationem maxime necessaria videntur. In Dialogo num. *69.* οἶνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ παραφέρωσιν.

3. Ἐπὶ γῆς μενεῖ.] Horum verborum is videtur esse sensus. Cum nescirent utrum hoc pullo is qui prænuntiabatur, in terris usurus esset, an in cælum ascendendo, aberraverunt ab oraculi sententia; & quod Propheta de Christo adhuc in terris manente prædixerat, id Bellerophonti in cælum ascendenti tribuerunt.

4. Ἔσται σύμβολον.] Legit eruditus Londinensis editor ἔχει σύμβολον; sed inutili labore. Quod enim ait Justinus Christum, dum ita vehitur, fuisse adventus sui symbolum, non ita difficile est ad intelligendum.

5. Καὶ ὅτε ἔγνωσαν.] Ut de Justini sententia, ut par est, judicetur nonnulla sunt distinguenda 1. Non immerito dæmonibus acceptum refert quidquid poetæ de filiis Jovis finxerunt. 2. Neque etiam illud dubitari possit, quod S. Martyr usu & experientia videtur perspexisse, fabulas poetarum ethnicis permultis ansam attulisse Christianorum doctrinæ rejiciendæ. Tryphon Judæus Dialog. n. 70. rejicit, ut poetarum de Perseo fabulam, quod Justinus de Filio Dei ex Virgine genito docebat. Sed quod Bacchi fabulam ex prophetia Jacob, Herculis ex Psalmi verbis deductam fuisse putat, id profecto longius tractum videtur. Julius Firmicus multas similiter fabulas, ex iis quæ de Christo prædicta erant, imitatione a dæmonibus expressas putat lib. de Prof. Relig.

6. Θάλασσα μὲν γάρ.] Carpit hanc ratiocinationem Clericus, ut *Declamatoriam rationem*. Sed tamen etsi ejusmodi argumenta non multum habent per seipsa ponderis, inepta tamen videri non debent in disputatione adversus ethnicos, qui nihil cruce magis ignominiosum ducebant. Non insulsa visa sunt acutissimo scriptori Tertulliano, qui Justinum, ut modo videbimus, imitatus est. Quæ autem de crucis similitudine, cum navis antennis & jugo & hominis figura, dicit Justinus, ea sic exprimit imitando Minucius Felix p. 286. edit. Lugd. Batav. *Signum crucis naturaliter visimus in navi, cum velis tumentibus vehitur, cum expansis palmulis labitur, & cum erigitur jugum, crucis signum est, & cum homo porrectis manibus Deum pura mente veneratur*. Vid. Hieronymum epist. ad Heliodorum.

7. Τὸ δὲ ἀνθρώπειον σχῆμα.] *Ipsi quoque corpori nostro*, inquit Tertullianus 1. ad Nat. c. 12. *tacita & secreta linea crucis situs est*.

a Οἶνον] Heic ὄνον legendum, ante Grabium, pertenderat Bochartus in *Geograph. sacr.* p. 443. quem consulas velim. Quam quidem lectionem Thirlbio suadere videntur in primis, quæ mox sequuntur, καὶ τὸ τοῦ πώλου ὄνομα καὶ ὄνου πῶλον καὶ ἵππου σημαίνειν ἐδύνατο. Locus autem conferendus cum altero huic gemino, infra in *Dialog.* n. LXIX.

b Τὸν Περσέα λεχθῆναι προεβάλλοντο] Forsan, deleta voce media, legendum τὸν Περσέα προεβάλλοντο. Alioqui, loco suppleto, rescribendum videtur, τὸν Περσέα τεχθῆναι ἐκ παρθένου καὶ σταυρωθῆναι προεβάλλοντο. Ita certe loquitur Justinus in *Dial.* numm. LXVII. LXX. Ob ὁμοιοτέλευτον excidisse censeri queant ista vocabula. DAVIS.

c Θάλασσα κ. τ. λ.] Carpit quoque immerito hunc locum Davisius in notis ad *Minucium* cap. XXIX. At, quod mireris, eamdem sententiam apud Basilium improbat doctissimus ejus operum nuperus editor Garnierus, in præfat. ad tom. I. pag. LI. n. 56. quam tamen tuetur, hoc ipso S. Justini loco laudato, ejus sodalis alter, noster scilicet Cl. editor Maranus, in Vita ejusdem S. Basilii, quam operum tomo III. præfixit, pag. CLXXXII. col. 1.

δενὶ ἄλλῳ τῶν ἀλόγων ζώων διαφέρει, ἢ τῷ ὀρθόν τε εἶναι, καὶ ἔκτασιν χειρῶν ἔχειν, καὶ ἐν τῷ προσώπῳ ἀπὸ τοῦ μετωπίου τεταμένον τὸν λεγόμενον μυξωτῆρα φέρειν, δι᾽ οὗ ἥτε ἀναπνοή ἐστι τῷ ζώῳ, καὶ οὐδὲν ἄλλο δείκνυσιν ἢ τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ. καὶ διὰ τοῦ προφήτου δὲ ἐλέχθη οὕτως· [1] πνεῦμα πρὸ προσώπου ἡμῶν, Χριστὸς κύριος. καὶ τὰ παρ᾽ ὑμῖν δὲ σύμβολα τὴν τοῦ σχήματος τούτου δύναμιν δηλοῖ [2] * λλωμεν καὶ τῶν τροπαίων δι᾽ ὧν αἵ τε πρόοδοι ὑμῶν πανταχοῦ γίνονται· τῆς ἀρχῆς καὶ δυνάμεως τὰ σημεῖα ἐν τούτοις δεικνύντες, εἰ καὶ μὴ νοοῦντες τοῦτο πράττετε. καὶ τῶν παρ᾽ ὑμῖν ἀποθνησκόντων [3] αὐτοκρατόρων τὰς εἰκόνας ἐπὶ τούτῳ σχήματι ἀνατίθετε, καὶ θεοὺς [4] διὰ γραμμάτων ἐπονομάζετε. καὶ διὰ λόγου οὖν καὶ σχήματος τοῦ φαινομένου, ὅση δύναμις, προτρεψάμενοι ὑμᾶς, ἀνεύθυνοι οἴδαμεν λοιπὸν ὄντες, κἂν ὑμεῖς ἀπιστεῖτε· τὸ γὰρ ἡμέτερον γέγονε, καὶ πεπέρανται.

Ferentibus instrumentis. Humana autem forma non alia re ab animantibus rationis expertibus differt, nisi quod erecta est, & extensionem manuum habet, & in vultu nasum a fronte prominentem gerit, qui & animali ad respirationem usui est, nec aliud quam crucis formam ostendit. Propheta quoque sic locutus est: [a] *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus.* Hujus etiam figuræ vim declarant vexillorum apud vos & tropæorum signa, quibuscum semper in publicum proceditis, ac in eis vestri imperii & potestatis insignia constituistis, licet id non animadvertentes faciatis. Quin & morientium apud vos Imperatorum imagines in hanc formam consecratis, eosque litteris inscriptis appellatis deos. Cum vos igitur & verbis & figuræ omnibus conspicuæ consideratione cohortati pro viribus simus; nos deinceps extra culpam futuros novimus, etiamsi increduli maneatis. Quod enim in nobis situm erat, id perfectum & absolutum est.

Οὐκ ἠρκέσθησαν δὲ οἱ φαῦλοι δαίμονες πρὸ τῆς φανερώσεως τοῦ Χριστοῦ εἰπεῖν τοὺς λεχθέντας υἱοὺς τῷ Διῒ γεγονέναι· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ φανερωθέντος αὐτοῦ καὶ γενομένου ἐν ἀνθρώποις, καὶ ὅπως διὰ τῶν προφητῶν προεκεκήρυκτο ἔμαθον, καὶ ἐν παντὶ γένει πιστευόμενον καὶ προσδοκώμενον ἔγνωσαν, πάλιν, ὡς προεδηλώσαμεν, προεβάλλοντο ἄλλους· Σίμονα μὲν καὶ Μένανδρον ἀπὸ Σαμαρείας, οἳ καὶ μαγικὰς δυνάμεις ποιήσαντες, πολλοὺς ἐξηπάτησαν, καὶ ἔτι ἀπατωμένους ἔχουσι. καὶ γὰρ παρ᾽ ὑμῖν, ὡς προέφημεν, ἐν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος γενόμενος ὁ Σίμων, καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων εἰς τοσοῦτο κατεπλήξατο, ὡς θεὸς νομισθῆναι, καὶ ἀνδριάντι ὡς τοὺς ἄλλους παρ᾽ ὑμῖν τιμωμένους θεοὺς, τιμηθῆναι. ὅθεν τήν τε ἱερὰν σύγκλητον, καὶ τὸν δῆμον τὸν ὑμέτερον, συνεπιγνώμονας ταύτης ἡμῶν τῆς ἀξιώσεως παραλαβεῖν αἰτοῦμεν· ἵν᾽ εἴ τις εἴη τοῖς ἀπ᾽ ἐκείνου διδάγμασι κατεχόμενος, τἀληθὲς μαθὼν, τὴν πλάνην φυγεῖν δυνηθῇ· καὶ τὸν ἀνδριάντα, εἰ βούλεσθε, καθαιρήσατε.

LVI. Satis autem pravis dæmonibus non fuit, antequam Christus apparuisset, filios illos inducere, qui ex Jove geniti dicuntur; sed postquam ille prodiit, atque inter homines versatus est, cum & quomodo a Prophetis prænuntiatus esset, didicissent, ac illum in omni hominum genere credi & exspectari cognoscerent: rursus, ut jam demonstravimus *, alios immiserunt; Simonem & Menandrum Samaritanos, qui magicis miraculis editis multos deceperunt, atque etiamnum deceptos tenent. Nam cum apud vos in regia urbe Roma, ut jam dixi, imperante Claudio Cæsare, Simon versaretur, & sacrum Senatum & populum Romanum ita admiratione perculsit, ut deus existimaretur, & statua velut alii qui a vobis coluntur dii, donaretur. Quapropter oramus, ut & sacrum Senatum & populum Romanum una vobiscum hujus nostri supplicis libelli cognitores adsciscatis; ut si quis ejus doctrina implicatus sit, veritate cognita, errorem possit effugere: & statuam, si ita vobis placet, dejicite.

[5] Οὐ γὰρ μὴ γενέσθαι τὴν ἐκπύρωσιν ἐπὶ κολάσει τῶν ἀσεβῶν, οἱ φαῦλοι δαίμονες πεῖσαι δύνανται· ὅνπερ τρόπον οὐδὲ λαθεῖν τὸν Χριστὸν παραγενόμενον ἴσχυσαν πρᾶξαι, ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μόνον, τοὺς ἀλόγως βιοῦντας, καὶ ἐμπαθῶς ἐν ἔθεσι φαύλοις τεθραμμένους, καὶ [6] φιλοδοξοῦντας, ἀναιρεῖν ἡμᾶς καὶ μισεῖν δύνανται ποιῆσαι. οὓς οὐ μόνον οὐ μισοῦμεν, ἀλλ᾽ ὡς δείκνυται, ἐλεοῦν-

LVII. Neque enim nullam esse ad impiorum supplicium conflagrationem improbi dæmones persuadere possunt **: quemadmodum nec perficere potuerunt, ut Christi adventus lateret; verum id unum moliri possunt, ut qui præter rationem vivunt & flagitiose in pravis institutis nutriti sunt, & opinionum amatores sunt, occidant nos & oderint: quos non modo non odimus, sed etiam, ut manifestum est, misericordia commoti

[a] Thren. IV. 20. * Supra n. XVI. ** Supra num. XX. LIV.

1. Πνεῦμα πρὸ προσώπου.] Deest præpositio in vulgata 70. interpretum editione, & apud Irenæum lib. 3 cap. 10. n. 4. & apud Tertullianum adv. Praxeam. c. 14. ubi legitur, *Spiritus personæ ejus, Christus Dominus.* Cum Justino consentiunt Constitutiones Apostolicæ lib. 5. c. 20. GRABIUS.

2. * λλωμεν.] Hujus lacunæ reparandæ copiam præbet codex Claromontanus, in quo secunda manu ante illud λωμεν additur βιξι, ex quo intelligitur legendum esse βιξιλλῶν; nec mirum si vocem latinam Græci Librarii deformarunt. In codice mss. tantum spatii ad hunc hiatum explendum relictum est, quantum quatuor aut quinque syllabis satis fuisset. Forte ergo legendum τῶν βιξιλλῶν vel τῶν καλουμένων βιξιλλῶν. Plura addit Thirlbius qui hunc locum in codice Claromontano consulendum curavit. Legendum enim putat, λέγω δὲ τῶν καλουμένων παρ᾽ ὑμῖν βιξιλλῶν. Eadem sententia occurrit apud Tertullianum Apol. cap. 16. & Minucium Felicem pag. 186.

3. Αὐτοκρατόρων τὰς εἰκόνας.] De his imaginibus loqui videtur Tertullianus, cum ait: *Omnes illi imaginum suggestus monilia crucum sunt*, Apolog. 16. Vide 1. ad Nat. 12.

4. Διὰ γραμμάτων.] Sylburgius legendum putat δι᾽ ἐπιγραμμάτων. Mallet Grabius διὰ διαγραμμάτων, sed nihil mutandum fatetur. Vertit Halloxius Vit. Justin. p. 242. *per decreta*. Notissima est & Græcis & Latinis hæc loquendi ratio. Populus hortabatur Tiberium Gracchum διὰ γραμμάτων ἐν στοαῖς καὶ τοίχοις καὶ μνήμασι γραφομένων, *per litteras in porticibus, in muris & monumentis inscriptas*, Plut. in Gracch. p. 818. Hinc etiam apud Ciceronem, *incisæ aut inscriptæ litteræ*, in orat. pro Domo. *Incisæ litteræ, divinæ virtutis testes sempiternæ*, 14. Philip. Et 4. Verr. *Ei Romæ vidimus in basi statuarum maximis litteris incisum, a communi Siciliæ datas.*

5. Οὐ γὰρ μὴ γενέσθαι.] De conflagratione loquendi, id est, de extremo judicio, occasionem sumit Justinus ex his quæ paullo ante dixerat. Modo enim optabat Senatum & populum Romanum una cum Imperatore de Christianorum causa cognoscere, *ut si quis Simonis doctrinæ implicatus sit, cognita veritate errorem effugere possit.* Tum addit: *Neque enim nullam esse ad impiorum supplicium conflagrationem pravi dæmones persuadere possint*; id est, cum homines liberi sint, ac sua bonis & malis servetur merces; boni ex malis possunt fieri, & ab errore ad veritatem converti. Summam necessitudinem statuere solet Justinus, ut videri potest num. 28. & 43. inter libertatem hominis & futurum judicium.

6. Φιλοδοξοῦντας.] Sic etiam paullo post φιλοδόξους reddidi *opinionum amatores*. Nam δόξα in ejusmodi locis opponitur veritati. Vide supra n. 2. 12. & 53. & Apol. 2. n. 3.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

τες μεταθέσθαι πεῖσαι βουλόμεθα. οὐ γὰρ δεδοίκαμεν θάνατον, τοῦ πάντως ἀποθανεῖν ὁμολογουμένου, καὶ μηδενὸς ἄλλου καινοῦ, ἀλλ' ἢ τῶν αὐτῶν ἐν τῇδε τῇ διοικήσει ὄντων: [1] ὧν εἰ μὲν κόρος τοὺς μετασχόντας κἂν ἐνιαυτοῦ ἔχει, ἵνα ἀεὶ ὦσι καὶ ἀπαθεῖς καὶ ἀνενδεεῖς, τοῖς ἡμετέροις διδάγμασι προσέχειν δεῖ· εἰ δ' ἀπιστοῦσι μηδὲν εἶναι μετὰ θάνατον, ἀλλ' εἰς ἀναισθησίαν χωρεῖν τοὺς ἀποθνήσκοντας ἀποφαίνονται, παθῶν τῶν ἐνταῦθα καὶ χρειῶν ἡμᾶς ῥυόμενοι εὐεργετοῦσι, [2] ἑαυτοὺς δὲ φαύλους καὶ μισανθρώπους καὶ φιλοδόξους δεικνύουσιν. οὐ γὰρ ὡς ἀπαλλάξοντες ἡμᾶς ἀναιροῦσιν, ἀλλ' ὡς ἀποστεροῦντες ζωῆς καὶ ἡδονῆς φονεύουσι.

A persuadere illis cupimus, ut immutentur & convertantur. Neque enim mortem timemus, cum omnino moriendum eſſe conſtet, nec quidquam novi, ſed eadem in hac rerum adminiſtratione occurrant, quarum ſatietas ſi vel annum unum perfruentes capit, debent ii ut æternam & perpeſſionis expertem, ac nullius rei indigentem vitam conſequantur, animum ad inſtituta noſtra adjungere. Si vero nihil reliquum eſſe poſt mortem credunt, atque in ſtatum ſenſus expertem morientes cadere pronuntiant; bene de nobis merentur, quod nos hujus vitæ perpeſſionibus ac neceſſariis muneribus liberent; ſeipſos autem improbos & inhumanos & opinionum amatores præbent. Neque enim nos occidunt ut liberent, ſed ut vita & voluptate ſpolient.

B

Καὶ Μαρκίωνα δὲ τὸν ἀπὸ Πόντου, ὡς προέφημεν, προεβάλλοντο οἱ φαῦλοι δαίμονες· ὃς ἀρνεῖσθαι μὲν τὸν ποιητὴν τῶν οὐρανίων καὶ γηΐνων ἁπάντων Θεὸν, καὶ τὸν προκηρυχθέντα διὰ τῶν προφητῶν Χριστὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ νῦν διδάσκει· ἄλλον δέ τινα καταγγέλλει παρὰ τὸν δημιουργὸν τῶν πάντων Θεὸν, καὶ ὁμοίως [3] ἕτερον υἱόν· ᾧ πολλοὶ πεισθέντες ὡς μόνῳ τἀληθῆ ἐπισταμένῳ, ἡμῶν καταγελῶσιν, ἀπόδειξιν μηδεμίαν περὶ ὧν λέγουσιν ἔχοντες· ἀλλὰ ἀλόγως ὡς ὑπὸ λύκου ἄρνες συνηρπασμένοι, βορὰ τῶν ἀθέων δογμάτων καὶ δαιμόνων γίνονται. οὐ γὰρ ἄλλο τι ἀγωνίζονται οἱ λεγόμενοι δαίμονες, ἢ ἀπάγειν τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος Θεοῦ, καὶ τοῦ πρωτογόνου αὐτοῦ Χριστοῦ. καὶ τοὺς μὲν τῆς γῆς μὴ ἐπαίρεσθαι δυναμένους, τοῖς γηΐνοις καὶ χειροποιήτοις προσήλωσαν, καὶ προσηλοῦσι· τοὺς δὲ ἐπὶ θεωρίαν θείων ὁρμῶντας, ὑποκρούοντες, ἢν μὴ λογισμὸν σώφρονα καὶ καθαρὸν καὶ ἀπαθῆ βίον ἔχωσιν, εἰς ἀσέβειαν ἐμβάλλουσιν.

LVIII. Marcionem etiam Ponticum, ut diximus *, pravi dæmones immiſerunt; qui creatorem cæleſtium ac terreſtrium omnium Deum, & prænuntiatum a Prophetis Chriſtum ejus filium etiamnum negare docet; alium autem quemdam præter creatorem univerſorum Deum prædicat, ac ſimiliter alium Filium. Huic multi credentes, ut ſoli verum ſcienti, nos irrident, nullam eorum quæ dicunt, demonſtrationem habentes; ſed ſtulte velut agni a lupo rapti, in prædam impiis opinionibus & dæmonibus cedunt. Nihil enim aliud contendunt & pugnant ii, qui dicuntur, dæmones, niſi ut homines a creatore Deo & primogenito ejus Chriſto abducant. Ac eos quidem, qui C ſe humo tollere nequeunt, terrenis & manufactis rebus affixerunt & affigunt; qui autem ſe ad contemplationem rerum cæleſtium erigunt, eos ſupplantando, niſi ſano ſint judicio & puram & vacuam animi perturbationibus vitam degant, in impietatem impingunt.

Ἵνα δὲ καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων διδασκάλων (λέγομεν δὲ τοῦ λόγου τοῦ [4] διὰ τῶν προφητῶν) λαβόντα τὸν Πλάτωνα μάθητε τὸ εἰπεῖν, ὕλην ἄμορφον οὖσαν [5] στρέψαντα τὸν Θεὸν, κόσμον ποιῆσαι, ἀκούσατε τῶν αὐτολεξεὶ εἰρημένων διὰ Μωσέως τοῦ προδεδηλωμένου πρώτου προφήτου, καὶ πρεσβυτέρου τῶν ἐν Ἕλλησι συγγραφέων· δι' οὗ μηνῦον τὸ προφητικὸν πνεῦμα πῶς τὴν ἀρχὴν καὶ ἐκ τίνων ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ἔφη οὕτως· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς· καὶ ἐγένετο οὕτως. ὥστε λόγῳ Θεοῦ ἐκ τῶν ὑποκειμένων καὶ προδηλωθέντων διὰ Μωσέως, γεγενῆσθαι τὸν πάντα κόσμον, καὶ Πλάτων, [6] καὶ οἱ ταῦτα λέγοντες, καὶ ἡμεῖς ἐμάθομεν, καὶ ὑμεῖς πεισθῆναι δύνασθε. καὶ τὸ καλούμενον ἔρεβος παρὰ τοῖς ποιηταῖς, εἰρῆσθαι πρότερον ὑπὸ Μωσέως οἴδαμεν.

LIX. Atque ut a doctoribus noſtris, id eſt, a doctrina per Prophetas vulgata, acceptum eſſe intelligatis, quod dixit Plato, Deum, cum materiam informem vertiſſet, mundum feciſſe; audite quid totidem verbis dixerit Moſes, primus Prophetarum & ſcriptoribus omnibus Græcis vetuſtior, ut ſupra demonſtravimus **, per quem Spiritus propheticus quomodo mundum Deus initio & ex quibus condiderit, D declarat his verbis [a]: *In principio fecit Deus cælum & terram. Terra autem erat inviſibilis & incompoſita; & tenebræ ſuper abyſſum: & Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Et dixit Deus: Fiat lux: & facta eſt lux.* Verbo igitur Dei ex ſubjectis & a Moſe deſignatis rebus mundum univerſum eſſe conditum & Plato, & qui eadem ac ille dicunt, & nos ipſi didicimus, vobiſque licet idem perſpicere. Atque Erebum etiam, ut poetæ vocant, prius a Moſe dictum novimus [b].

Καὶ τὸ ἐν τῷ παρὰ Πλάτωνι Τιμαίῳ φυσιολογου-

LX. Et quod apud Platonem in Timæo phyſicis

* Supra n. XXVI. ** Supra n. XLIV. & LIV. a Gen. I. 1 — 4. b Deut. XXXII. 22.

1. Ὧν εἰ μὴ κόρος.] Legendum eſſe ὧν εἰ μὲν κόρος fatebitur, quiſquis ſenſum, quem in interpretatione expreſſimus, cum eo conferet, qui ex appoſita negatione conſequeretur. Ita etiam Thirlbius. (Ita quoque Daviſius.)

2. Ἑαυτοὺς δὲ φαύλους.] Similem ſententiam profert Thirlbius ex Apologia Socratis apud Platonem p. 41.

3. Ἕτερον υἱόν.] Duos filios non eodem ſenſu admittebat Marcion, quo alii nonnulli, qui Chriſtum a Jeſu dividebant. Ipſe enim Jeſum ſine carne, ac totum Deum eſſe fingebat. Sed cum eum contenderet, non creatoris, ſed Dei præſtantioris eſſe filium & Chriſtum; ſuum creatori filium & Chriſtum relinquebat, ac fatebatur *Filium & Spiritum & ſubſtantiam creatoris eſſe Chriſtum ejus*, Tertul. lib. 3. cap. 7.

4. Διὰ τῶν προφητῶν.] Supple κηρυχθέντος, non autem, ut Grabius & Thirlbius poſt Sylburgium, λαλήσαντος. Quin etiam Thirlbius legendum conjicit παρὰ τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου.

5. Στρέψαντα.] Legi poſſe τρέψαντα, exiſtimat Sylburgius; ſic enim infra loquitur Juſtinus. Illud autem obſervandum eſt, Platonis de mundi creatione ſententiam non ſine exceptione a ſancto Martyre laudari. Nam dum ſolam materiæ diſpoſitionem conſiderat, non immerito Platonem laudat, qui tam multa præclare ea de re ſcripſit; ſed ſuam ab eo diſſenſionem declarat, dum univerſum mundum ex ſubjectis rebus & a Moſe demonſtratis, id eſt, ex cælo & terra, quæ Deus in principio creavit, perfectum eſſe pronuntiat. Platonis ſententiam ſimili modo laudant Clemens Strom. 5. pag. 591. & Theodoretus initio lib. 4. adv. Græcos.

6. Καὶ οἱ ταῦτα.] Conjicit Thirlbius ſcripſiſſe Juſtinum τ' αὐτά. Hæc conjectura firmari poteſt ex numero 62. ubi legitur τοῖς αὐτοῖς, & ex pluribus aliis locis.

μενον περὶ τῦ υἱῦ τῦ Θεῦ, ὅτι λέγει, [1] ἐχίασεν [a] αὐτὸν ἐν τῷ παντὶ, παρὰ Μωσέως λαβὼν ὁμοίως εἶπεν. ἐν γὰρ ταῖς Μωσέως γραφαῖς ἀναγέγραπται, ὡς κατ᾽ ἐκεῖνο τῦ καιρῦ ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Αἰγύπτου οἱ Ἰσραηλῖται, ἢ γεγόνασιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀπήντησαν αὐτοῖς ἰοβόλα θηρία, ἔχιδναί τε καὶ ἀσπίδες, καὶ ὄφεων πᾶν γένος, ἃ ἐθανάτυ τὸν λαόν· καὶ κατ᾽ ἐπίπνοιαν καὶ ἐνέργειαν τὴν παρὰ τῦ Θεῦ [2] λεγομένην, λαβεῖν τὸν Μωσέα χαλκὸν, καὶ ποιῆσαι [3] τύπον ςαυρῦ, καὶ τῦτον ςῆσαι [4] ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ, ἢ εἰπεῖν τῷ λαῷ· [5] ἐὰν προσβλέπητε τῷ τύπῳ τύτῳ, καὶ πιςεύητε, ἐν αὐτῷ σωθήσεσθε. καὶ γενομένυ τύτυ, τὺς μὲν ὄφεις ἀποθανεῖν ἀνέγραψε· τὸν δὲ λαὸν ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον ὕτως παρέδωκεν. ἀναγνὺς Πλάτων, καὶ μὴ ἀκριβῶς ἐπιςάμενος μηδὲ νοήσας τύπον εἶναι ςαυρῦ, ἀλλὰ χίασμα νοήσας, τὴν μετὰ τὸν πρῶτον Θεὸν δύναμιν κεχιάσθαι ἐν τῷ παντὶ εἶπε. καὶ τὸ εἰπεῖν αὐτὸν τρίτον, ἐπειδὴ, ὡς προείπομεν, ἐπάνω τῶν ὑδάτων ἀνέγνω ὑπὸ Μωσέως εἰρημένον ἐπιφέρεσθαι τὸ τῦ Θεῦ πνεῦμα. δευτέραν μὲν γὰρ χώραν τῷ παρὰ Θεῦ λόγῳ, ὃν κεχίασθαι ἐν τῷ παντὶ ἔφη, δίδωσι· τὴν δὲ τρίτην, τῷ λεχθέντι ἐπιφέρεσθαι τῷ ὕδατι πνεύματι, εἰπών· [6] τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν τρίτον· καὶ ὡς ἐκπύρωσιν γενήσεσθαι διὰ Μωσέως προεμήνυσε τὸ προφητικὸν πνεῦμα, ἀκύσατε. ἔφη δὲ ὕτως· καταβήσεται ἀείζωον πῦρ, καὶ καταφάγεται μέχρι τῆς ἀβύσ-

A rationibus de Filio Dei investigatur, cum ait: *Et decussavit eum in universo*, pariter a Mose mutuatus dixit. Scriptum enim apud Mosem legimus, quo tempore Israelitæ ex Ægypto profecti in solitudine versabantur, occurrisse illis venenatas feras, viperas, aspides & serpentum omne genus, quod populum necabat; tumque Mosem, Deo adspirante & præcipiendo impellente, æs accepisse, & crucis effigiem fecisse, eaque sancto tabernaculo imposita dixisse populo [a]: *Si inspexeritis hoc signum & credideritis, salvi in eo eritis*. Quo facto serpentes exstinctos esse scribit, ac populum hoc modo exitium tradit effugisse. His lectis Plato, nec satis accurate perspectis, cum figuram cru-
B cis esse non attenderet, sed decussationem esse crederet; alteram illam, post principem Deum, Virtutem in universo decussatam esse dixit. Quod autem ab eo tertium dicitur, inde ortum quod Spiritum Dei apud Mosem, ut supra diximus *, super aquas ferri legerat. Secundum enim locum Dei Verbo, quod in universo decussatum esse dixit; tertium vero ei, qui super aquas ferri dictus est, Spiritui tribuit his verbis: *Tertia autem circa tertium*. Quomodo autem futuram conflagrationem Spiritus sanctus per Mosem prædixerit, audite. Sic enim ait [b]: *Descendet ignis semper vivens, & devorabit usque ad imam abyssum*. Non ergo ea-

a Num. xxi. 8. * Supra n. LIX. b Deut. xxxii. 22.

1. Ἐχίασεν αὐτὸν ἐν τῷ παντί.] Nonnulla heic observanda. 1. Non de Filio Dei hæc dixit Plato, qui nulla prorsus Verbi cognitione afflatus fuit, sed de anima mundi. Neque etiam hanc sententiam Plato ex Mosis fontibus derivavit. 2. Si Platonis sententiam minus accurate exponit S. Justinus, suam ipse non obscure declarat, nempe Verbum instar crucis in mundo extensum esse. Nam in Platone, quem de Verbo locutum putabat, hoc tantum reprehendit, quod Verbum decussatum, non instar crucis extensum dixerit. Non solus ita sensit Justinus. Ait sanctus Basilius in caput XI. Esaiæ n. 249. *Mortem crucis precipue honoratam fuisse, sive ut singulæ mundi partes ad salutem perducerentur per crucis partes; sive quod ante ligneam intelligibilis quædam crux in universo descripta esset*, ἢ ὅτι πρὸ τῦ ξυλίνυ ςαυρῦ νοητός τις τῷ κόσμῳ παντὶ συνεςαύρωται. Hinc Valentiniani Verbum in mundi creatione Hori & crucis partes sustinuisse dicebant. Atque illud quidem crucem vocabant, *quatenus firmat & stabilit, Horon vero quatenus dividit & distinguit*, Iren. lib. 1. c. 3. n. 5. Videtur Justinus Verbum instar crucis ad mundi creationem extensum dixisse, quia crux ad omnes mundi partes extenditur, ut observant Julius Firmicus, l. de Profan. Relig. & Hieronymus in Ep. ad Ephes. p. 318.

2. Λεγομένην.] Sylburgius γενομένην. Sed hæc explicari possunt ex his verbis S. Barnabæ c. 12. λέγει εἰς τὴν καρδίαν Μωσῇ τὸ πνεῦμα.

3. Τύπον ςαυρῦ.] Duo reprehendit Clericus hoc in loco, & quod Justinus crucem a Mose factam, & quod æream crucem dicat. Crucem æream fuisse videtur existimasse Justinus: sed quod ait Mosem, accepto ære, figuram crucis fecisse, intelligere debemus conflatum fuisse serpentem & cruci impositum, ut perspicitur ex Dialogo n. 94. ubi diserte docet serpentem æreum signo, sive cruci impositum fuisse. Quod autem ait Clericus *Justinum*, dum crucem a Mose factam existimat, *memoriæ suæ nimis credidisse, nec Mosis contextum consuluisse*, id nullo prorsus fundamento nititur. Ipsa Scripturæ verba, καὶ ἐποίησε Μωσῆς ὄφιν χαλκῦν, καὶ ἔςησεν αὐτὸν ἐπὶ σημείου, *Et fecit Moses serpentem æneum, & statuit illum in signo*, Num. 21. 9. Justinum in hanc opinionem induxerunt. Signi enim nomine crucem, ut multi alii, intelligebat. In testimonio Esdræ, quod Justinus a Judæis recisum queritur Dialog. n. 72. crux vocatur signum, ut patet ex his Judæorum verbis, μέλλομεν αὐτὸν ταπεινῦν ἐν σημείῳ, *Humiliaturi eum sumus in signo*. Videtur ad hunc locum respicere S. Barnabas, cum ait c. 12. τὸ πάλιν Μωσῆς ποιεῖ τύπον τῦ Ιησῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν καὶ αὐτὸν ζωοποιήσει, (ζωοποιήσειν) ὃν δόξωσιν ἀπολωλεκέναι ἐν σημείῳ, πίπτοντος τῦ Ισραήλ. *Et iterum Moses facit figuram Jesu (quod passurus esset & vitam præbiturus ipse quem putabant periisse in signo) cadente Israel*. Mendose Cotelerius legit ἐν σημείῳ πίπτοντος τῦ Ισραήλ, & sic reddit, *In signo cadentis Israel*. S. Clemens Strom. 6. p. 656. crucem appellat σημεῖον. Et Strom. 7. p. 747. τὸ σημεῖον δὲ βαςάσαι, τὸν θάνατόν ἐςι περιφέρειν, ἔτι ζῶντα πᾶσιν ἀποταξάμενον. *Signum autem portare, est mortem circumferre, vivum omnibus renuntiantem*. Ibidem verba Christi Luc. 14. 17. sic refert: ἐὰν μὴ τὸ σημεῖον βαςάσητε. Vide lib. *Quis dives salvetur*, n. 8. & in Excerpt. Theodot. p. 795. col. 2. διὸ καὶ τὰ σπέρματα ὁ Ιησῦς διὰ τῦ σημείυ ἐπὶ τῶν ὤμων βαςάσας εἰσάγει εἰς τὸ πλήρωμα. *Electa semina Jesus per signum humeris gestans inducit in Pleroma*. Paullo post eodem sensu vox illa usurpatur. Non est ergo cur miremur, quod signum Justinus idem esse ac crucem existimaverit. Vide Dialog. n. 94.


4. Ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ.] Diligenter observanda sunt hæc verba, ut ad Justini sententiam intelligendam necessaria. Putabat enim Tabernaculum mundi imaginem quamdam esse, ut observavimus ad Cohort. n. 29. Et cum cruci serpentem, Tabernaculo crucem impositam fuisse non dubitaret; inde ortam existimabat speciem illam crucis, quam Plato in mundi creatione adhibitam fuisse pronuntiat. Non dixit Scriptura serpentem ipsi Tabernaculo impositum fuisse, sed id probabile visum Justino.

5. Ἐὰν προσβλέπητε.] Observat Grabius non verba, sed sensum reperiri Num. 21. 9. ac similia loquentem induci Mosem a S. Barnaba cap. 12. Sic etiam Irenæus lib. 4. cap. 2. *Non enim lex prohibebat eos credere in Filium Dei, & adhortabatur, dicens, non aliter salvari homines ab antiqua serpentis plaga, nisi credant in eum, qui secundum similitudinem carnis peccati in ligno martyrii exaltatur a terra, & omnia trahit ad se, & vivificat mortuos*. Probabilius videtur, quod ait Massuetus noster in annotatione ad hunc locum, nequaquam hæc e libris apocryphis desumta, sed *nihil aliud esse quam paraphrasim aut versionem liberiorem verborum Mosis*.

6. Τὰ δὲ τρίτα περὶ τὸν τρίτον.] Legitur apud Platonem τὸ τρίτον περὶ τὰ τρίτα, nempe in ep. 2. Sic etiam legunt Clemens Alex. Strom. 5. pag. 598. Porphyrius apud Cyrill. Alex. lib. 1. in Jul. p. 35. Origenes lib. 6. adv. Cels. p. 288. Eusebius lib. 11. Præpar. Evang. Nihil tamen mutandum in Justino nostro. Nam Proclus lib. 2. Theologiæ Platonicæ cap. 11. eodem modo legit ac S. Martyr, quod argumento est non defuisse codices, in quibus hæc legendi ratio occurreret.

a Ἐχίασεν αὐτὸν ἐν τῷ παντί] Videtur auctor epistolæ, quæ S. Barnabæ nomen præfert, idem ac Justinus sentire, nempe Verbum Dei in universo instar crucis extensum fuisse. Postquam enim crucem a Mose erectam fuisse narravit, hæc addit cap. XII. ἔχεις καὶ ἐν τύτῳ τὴν δόξαν τῦ Ιησῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα καὶ εἰς αὐτόν. *Habes & in hoc gloriam Jesu, quia in ipso omnia & per ipsum*. His enim verbis universi creatio significatur. MARANUS in *Addend.* p. 603.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



σου κάτω. οὐ τὰ αὐτὰ οὖν ἡμεῖς ἄλλοις δοξάζομεν· A ἀλλ' οἱ πάντες τὰ ἡμέτερα μιμούμενοι λέγουσι. παρ' ἡμῖν οὖν ἐστὶ ταῦτα ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν παρὰ τῶν οὐδὲ τοὺς χαρακτῆρας τῶν στοιχείων ἐπισταμένων, ἰδιωτῶν μὲν και βαρβάρων τὸ φθέγμα, σοφῶν δὲ καὶ πιστῶν τὸν νοῦν ὄντων, καὶ πηρῶν, καὶ χήρων τινῶν τὰς ὄψεις· ὡς [a] συνεῖναι οὐ σοφίᾳ ἀνθρωπείᾳ ταῦτα γεγονέναι, ἀλλὰ δυνάμει Θεοῦ λέγεσθαι.

dem nos ac alii opinamur; ſed noſtra omnes imitati ediſſerunt. Hæc ſane apud nos audire eſt & diſcere ex iis, qui ne figuras quidem litterarum norunt, imperitis hominibus & lingua barbaris, ſed mente ſapientibus & fidelibus, quorum etiam nonnulli debiles & oculis capti; ut facile pateat non humana ſapientia hæc fieri, ſed Dei virtute dici.

Ον τρόπον δὲ καὶ ἀνεθήκαμεν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, καινοποιηθέντες διὰ τοῦ Χριστοῦ, ἐξηγησόμεθα· ὅπως μὴ τοῦτο παραλιπόντες, δόξωμεν πονηρεύειν τι ἐν τῇ ἐξηγήσει. ὅσοι ἂν πεισθῶσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται, εὔχεσθαί τε καὶ B αἰτεῖν [1] νηστεύοντες παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν διδάσκονται, ἡμῶν συνευχομένων καὶ συννηστευόντων αὐτοῖς. ἔπειτα ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστὶ, καὶ τρόπον ἀναγεννήσεως ὃν καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀνεγεννήθημεν, ἀναγεννῶνται. ἐπ' ὀνόματος γὰρ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ, καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πνεύματος ἁγίου, τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λουτρὸν ποιοῦνται. καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπεν· ἂν μὴ ἀναγεννηθῆτε, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὅτι δὲ καὶ ἀδύνατον εἰς τὰς μήτρας τῶν τεκουσῶν τοὺς ἅπαξ [2] γεννωμένους [b] ἐμβῆναι, φανερὸν πᾶσίν ἐστι. καὶ διὰ Ἠσαΐου τοῦ προφήτου, ὡς προεγράψαμεν, εἴρηται τίνα τρόπον φεύξονται τὰς ἁμαρτίας οἱ ἁμαρτήσαντες καὶ μετανοοῦν- C τες. ἐλέχθη δὲ οὕτως· λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε· ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· μάθετε καλὸν ποιεῖν· κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν· λέγει κύριος. καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ· καὶ ἐὰν ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡς χιόνα λευκανῶ. ἐὰν δὲ μὴ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. καὶ λόγον δὲ εἰς τοῦτο παρὰ τῶν ἀποστόλων ἐμάθομεν τοῦτον. [3] ἐπειδὴ τὴν πρώτην γένεσιν ἡμῶν ἀγνοοῦντες, κατ' ἀνάγκην γεγεννήμεθα ἐξ ὑγρᾶς σπορᾶς κατὰ μίξιν τὴν τῶν γονέων πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἐν ἔθεσι φαύλοις καὶ πονηραῖς ἀνατροφαῖς γεγόναμεν, ὅπως μὴ ἀνάγκης τέκνα μηδὲ ἀγνοίας μένωμεν D, ἀλλὰ προαιρέσεως καὶ ἐπιστήμης, ἀφέσεώς τε ἁμαρτιῶν ὑπὲρ ὧν προημάρτομεν τύχωμεν ἐν τῷ ὕδατι, ἐπονομάζεται τῷ ἑλομένῳ ἀναγεννηθῆναι, καὶ μετανοήσαντι ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, τὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ ὄνομα· [4] αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντες τοῦτον, λουσόμενον ἄγοντες ἐπὶ τὸ λουτρόν. ὄνομα γὰρ τῷ ἀρρήτῳ Θεῷ οὐδεὶς ἔχει εἰπεῖν· εἰ δέ τις τολμήσειεν εἶναι λέγειν, μέμηνε τὴν ἄσωτον μανίαν. καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμὸς, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. καὶ ἐπ' ὀνόματος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἐπ' ὀνόματος πνεύματος ἁγίου, ὃ διὰ τῶν

LXI. Quomodo autem nos Deo conſecraverimus per Chriſtum renovati, id quoque exponemus; ne quid improbe, ſi hoc prætermittamus, in enarrandis rebus agere videamur. Quicumque perſuaſum habuerint & crediderint vera eſſe, quæ a nobis docentur & dicuntur, ſeque ita vivere poſſe promiſerint, ii precari & jejunantes priorum peccatorum veniam a Deo petere docentur, nobis una precantibus & jejunantibus. Deinde eo ducuntur a nobis, ubi aqua eſt, & eodem regenerationis modo regenerantur, quo & ipſi ſumus regenerati. Nam in nomine parentis univerſorum ac Domini Dei, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & Spiritus ſancti lavacrum in aqua tunc ſuſcipiunt. Dixit enim Chriſtus [a]: *Niſi regenerati fueritis, non intrabitis in regnum cælorum.* Fieri autem non poſſe, ut ſemel nati in uteros matrum ingrediantur, omnibus perſpicuum eſt. Dictum etiam eſt ab Eſaia Propheta, ut ſupra ſcripſimus *, quonam modo peccata effugiant qui peccaverunt & pœnitentiam agunt. Sic autem locutus eſt [b]: *Lavamini, mundi eſtote, auferte mala ex animabus veſtris, diſcite facere bonum, judicate pupillo, juſtificate viduam: & venite, & diſceptemus, dicit Dominus. Et ſi fuerint peccata veſtra quaſi phœniceum, tamquam lanam dealbabo: Et ſi fuerint ut coccinum, ſicut nivem dealbabo. Si autem non audieritis me, gladius devorabit vos. Os enim Domini locutum eſt hæc.* Hanc autem hujus rei rationem ab Apoſtolis accepimus. Quandoquidem primam noſtram generationem ignorantes, neceſſitate quadam ex humido ſemine per mutuam parentum mixtionem geniti ſumus, atque in pravis moribus & nefariis inſtitutis educati: ut neceſſitatis & ignorationis filii non maneamus, ſed electionis & ſcientiæ, & remiſſionem peccatorum quæ prius commiſimus, conſequamur in aqua; ſuper eo qui regenerari voluerit, & peccatorum pœnitentiam egerit, parentis omnium & Domini Dei nomen pronuntiatur; atque hoc ipſum tantummodo appellamus, cum eum baptizandum ad lavacrum deducimus. Nemo eſt enim qui nomen dicere non enarrabili Deo poſſit; aut ſi quis dicere audeat nomen illi ineſse, is perdite inſanit. Vocatur autem lavacrum illud illuminatio, eo quod mente illuminentur qui hæc diſcunt. Sed & in nomine Jeſu Chriſti ſub Pontio Pilato crucifixi, & in nomine Spiritus ſancti, qui per Pro-

a Joan. III. 5. * Supra n. XLIV. b Iſa. I. 16 — 20.

1. Νηστεύοντες.] Conſtitut. Apoſtol. lib. 12. cap. 22. πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος νηστευσάτω ὁ βαπτιζόμενος. GRABIUS.

2. Γεννωμένους.] Clarom. γενομένους, & ad marg. γεννηθέντας.

3. Ἐπειδὴ τὴν πρώτην.] Hæc mirifice conſentiunt cum doctrina S. Auguſtini. *Natos non ex bono, quo bonæ ſunt nuptiæ*, inquit 1. de peccat. merit. n. 28. *ſed ex malo concupiſcentiæ, quo bene quidem utuntur nuptiæ, de quo tamen erubeſcunt & nuptiæ, reos diabolus parvulos tenet .... Ex hac concupiſcentia carnis .... quæcumque naſcitur proles, originali eſt obligata peccato, niſi in illo renaſcatur, quem ſine iſta concupiſcentia Virgo concepit.*

4. Αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντες.] Neceſſe non eſt cum Grabio legere ἐπιλέγοντες τούτῳ, λουσόμενον. Legit Thirlbius αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπιλέγοντος τοῦ τὸν λουσόμενον ἄγοντος. *Hoc tantum appellante eo, qui baptizandum ducit ad lavacrum.* Hanc emendationem plurimi facio, ac ſi quis eam amplectatur, minime obſtabo. Non tamen ei aſſentior, tum quia ejuſmodi participia non inuſitata ſunt S. Martyri (Vide ſupra n. 55.) tum quia ſupra dixit baptizandum non ab uno, ſed a pluribus ad lavacrum duci.

a Συνεῖναι] Superius ad num. XIV. jam monuimus, Maranum ipſum & Daviſium ſecuti, legendum heic συνιέναι.

b Γεννωμένους] Codex Ms. γενομένους, & in margine γεννηθέντας: ſi pro interpretatione, recte: ſin pro emendatione, male: nam bene habet lectio codicis. THIRLBIUS in *Addend.* p. 444.

προφητῶν προεκήρυξε τὰ κατὰ τὸν Ιησοῦν πάντα, ὁ φωτιζόμενος λούεται.

Καὶ τὸ λουτρὸν δὴ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες [1] διὰ τοῦ προφήτου κεκηρυγμένον, ἐνήργησαν καὶ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας, καὶ προσιέναι αὐτοῖς μέλλοντας, λοιβὰς καὶ κνίσας ἀποτελοῦντας· [2] τέλεον δὲ καὶ λούεσθαι ἀπιόντας πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἔνθα ἵδρυνται, ἐνεργοῦσι. καὶ γὰρ τὸ ὑπολύεσθαι ἐπιβαίνοντας τοῖς ἱεροῖς, καὶ [3] τοῖς αὐτοῖς τοὺς θρησκεύοντας κελεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἱερατευόντων, ἐκ τῶν συμβάντων Μωσεῖ τῷ εἰρημένῳ προφήτῃ μαθόντες οἱ δαίμονες ἐμιμήσαντο. κατ' ἐκεῖνο γὰρ τοῦ καιροῦ ὅτε Μωσῆς ἐκελεύσθη κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον ἐξαγαγεῖν τὸν ἐκεῖ λαὸν τῶν Ισραηλιτῶν, ποιμαίνοντος αὐτοῦ ἐν τῇ Αῤῥαβικῇ γῇ πρόβατα [4] τοῦ πρὸς μητρὸς θείου, ἐν ἰδέᾳ πυρὸς ἐκ βάτου προσωμίλησεν αὐτῷ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς, καὶ εἶπεν· ὑπόλυσαι τὰ ὑποδήματά σου, καὶ προσελθὼν ἄκουσον. ὁ δὲ, ὑπολυσάμενος καὶ προσελθὼν, ἀκήκοε κατελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐξαγαγεῖν τὸν ἐκεῖ λαὸν τῶν Ισραηλιτῶν· καὶ δύναμιν ἰσχυρὰν ἔλαβε παρὰ τοῦ λαλήσαντος αὐτῷ ἐν ἰδέᾳ πυρὸς Χριστοῦ· καὶ κατελθὼν ἐξήγαγε τὸν λαὸν, ποιήσας μεγάλα καὶ θαυμάσια· ἃ εἰ βούλεσθε μαθεῖν, ἐκ τῶν συγγραμμάτων ἐκείνου ἀκριβῶς μαθήσεσθε.

Ιουδαῖοι δὲ πάντες καὶ νῦν διδάσκουσι τὸν ἀνωνόμαστον Θεὸν λελαληκέναι τῷ Μωσεῖ· ὅθεν τὸ προφητικὸν πνεῦμα διὰ Ησαΐου τοῦ προμεμηνυμένου προφήτου ἐλέγχων αὐτοὺς, ὡς προεγράψαμεν, εἶπεν· ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ισραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε. καὶ Ιησοῦς δὲ ὁ Χριστὸς, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν Ιουδαῖοι τί πατὴρ, καὶ τί υἱὸς, ὁμοίως ἐλέγχων αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς εἶπεν· [5] οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδὲ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ οἷς ἂν ἀποκαλύψῃ ὁ υἱός. ὁ λόγος δὲ τοῦ Θεοῦ ἐστὶν ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὡς προέφημεν. καὶ ἄγγελος δὲ καλεῖται, καὶ ἀπόστολος· αὐτὸς γὰρ [6] ἀπαγγέλλει ὅσα δεῖ γνωσθῆναι, καὶ ἀποστέλλεται μηνύσων ὅσα ἀγγέλλεται, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν εἶπεν· ὁ ἐμοῦ ἀκούων, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με. καὶ ἐκ τῶν τοῦ Μωσέως δὲ συγγραμμάτων φανερὸν τοῦτο γενήσεται. λέλεκται δὲ ἐν αὐτοῖς οὕτως· καὶ ἐλάλησε Μωσεῖ ἄγγελος Θεοῦ ἐν φλογὶ πυρὸς ἐκ τῆς βάτου, καὶ εἶπεν· ἐγώ εἰμι ὁ ὢν, Θεὸς Αβραὰμ, Θεὸς Ισαὰκ, Θεὸς Ιακὼβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου. κάτελθε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐξάγαγε τὸν λαόν μου. τὰ δ' ἑπόμενα ἐξ ἐκείνων βουλόμενοι μαθεῖν δύνασθε· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐν τούτοις ἀναγράψαι πάντα. ἀλλ' εἰς ἀπόδειξιν γεγόνασιν οἵδε οἱ λόγοι, ὅτι υἱὸς Θεοῦ καὶ ἀπόστολος Ιησοῦς ὁ Χριστός ἐστι, πρότερον λόγος ὢν, καὶ ἐν ἰδέᾳ πυρὸς ποτὲ φανείς· ποτὲ δὲ καὶ [7] ἐν εἰκόνι ἀσω-

A phetas omnia ad Jesum spectantia prænuntiavit, is qui illuminatur, abluitur.

LXII. Atque hoc lavacrum dæmones cum per Prophetam prædicatum audissent, perfecerunt, ut qui templa eorum ingrediuntur, iisque supplicaturi sunt & libamina ac nidores delaturi, seipsos aquæ aspersione lustrarent: atque illud etiam perficiunt, ut proficiscentes penitus lavent, antequam templa ubi iidem dæmones collocati sunt, deveniant. Nam & quod sacerdotes jubent, ut calceos solvant, qui templa ingrediuntur & iisdem rebus dæmones colunt, id dæmones ex his quæ supradicto Prophetæ Moysi evenerunt, cognitum imitati sunt. Quo enim tem-
B pore Moses in Ægyptum descendere & populum Israeliticum ibi commorantem educere jussus est; pascentem illum in Arabia oves avunculi materni, Christus noster in specie ignis e rubo allocutus est, ac dixit [a]: *Solve calceamenta tua, & accedens audi*. Tum ille calceamentis depositis accedens audivit descensurum se in Ægyptum, ibique commoranti populo Israelitico ducem abeunti futurum: cumque a Christo qui in specie ignis locutus cum ipso fuerat, magnam virtutem accepisset, descendit & populum eduxit, magnis & admirandis rebus editis, quas si vultis discere, ex ejus libris accurate discetis.

LXIII. Judæi autem omnes etiamnum docent, ca-
C rentem nomine Deum cum Mose colloquutum. Unde illos Spiritus sanctus per supradictum prophetam Esaiam increpans sic loquitur, ut antea * scripsimus [b]: *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus me non intellexit.* Ac Jesus Christus cum eos similiter argueret, quod nec quid Pater sit, nec quid Filius, novissent, sic & ipse dixit [c]: *Nemo cognovit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater, & quibus revelaverit Filius*. Verbum autem Dei est ejus Filius, ut diximus **. Vocatur etiam Angelus & Apostolus: ipse enim nuntiat quæcumque cognosci decet, & mittitur ut indicet quæcumque nuntiantur: quemadmodum & ipse Dominus noster ait [d]: *Qui me audit, eum*
D *qui me misit, audit*. Atque id quidem patebit ex Mosis scriptis, in quibus hæc dicta legimus [e]: *Et locutus est Mosi Angelus Dei in flamma ignis e rubo & dixit: Ego sum exsistens ille, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus patrum tuorum. Descende in Ægyptum, & educ populum meum*. Quæ vero sequuntur, potestis ex ipsis libris, si vultis, cognoscere; neque enim heic omnia perscribere possumus. Hæc autem eo diximus, quo Filium Dei & Apostolum esse Jesum Christum demonstraremus: qui quidem cum antea Verbum esset, ac modo in specie

a Exod. III. 5. * Supra n. XXXVII. b Isa. I. 3. c Matth. XI. 27. ** Vide n. XLVI. d Matth. X. 40. Luc. X. 16. e Exod. III. 2. seq.

1. Διὰ τοῦ προφήτου.] Esaiam intelligit, cujus paullo ante testimonium attulit.

2. Τέλεον δὲ καὶ λούεσθαι ἀπιόντας.] Thirlbius heic multa excogitat. Legendum putat, vel ἐν τέλεσι pro τέλεον, vel ἅπαντας aut ἱερατεύοντας pro ἀπιόντας.

3. Τοῖς αὐτοῖς.] Legit τοῖς ναοῖς, Sylburgius. Nihil mutat Grabius, sed subintelligit *dæmonibus*. Satius videtur *rebus* subintelligere.

4. Τοῦ πρὸς μητρὸς θείου.] Mirum unde hæc S. Martyr hauserit. Forte memoria effluente maternum avunculum pro socero sumsit. Conjicit Thirlbius eum in Moysem transferre, quod Jacobo convenit.

5. Οὐδεὶς ἔγνω.] Hæreticos castigat Irenæus lib. 4. cap. 6. quod Christi verba sic legerent: *Nemo cognovit* pro *Nemo cognoscit*. *Hi autem*, inquit, *qui peritiores Apostolis volunt esse, sic describunt: Nemo cognovit Patrem nisi Filius, nec Filium nisi Pater & cui voluerit Filius revelare*. Fraudis suspicionem removere posset ab hæreticis Justini exemplum, qui, ut videmus, eodem prorsus modo legit. Sed hæc præsentis in præteritum immutatio suspecta non immerito fuit in perfidis hæreticis, qui, ut ait ibidem Irenæus, ita hunc locum interpretabantur, *quasi a nullo cognitus sit verus Deus ante Domini nostri adventum*.

6. Ἀπαγγέλλει.] Codices mss. habent ad marg. & R. Steph. ad calcem παραγγέλλει. Observat Grabius Justinum, dum Christum ait vocari Apostolum, respicere ad epistolam ad Hebræos III. 1. quam proinde in Scripturis canonicis numerabat.

7. Ἐν εἰκόνι ἀσωμάτων.] Legendum ἀσωμάτῳ, ut paullo post, εἰκόνος ἀσωμάτου. Imagines incorporeas videtur intelligere eas, quæ oculos non feriebant, sed menti divinitus illustratæ offerebantur. *Verbum*, inquit Irenæus lib. 4. cap. 20. n. 11. *non in una figura, nec in uno charactere videbatur videntibus eum, sed secundum dispensationum ejus causas, sive efficaciam; sicut in Daniele scriptum est. Aliquando enim cum his qui erant circa Ananiam, Azariam, Misaelem, videbatur assistens eis in fornace ignis, & in camino, & liberans eos de igne*: Et visio, *inquit*, quarti similis Filio Dei. *Aliquando autem* lapis a monte abscissus sine manibus, & *percutiens temporalia regna, & ventilans ea, & ipse replens universam terram. Rursum hic autem videtur quasi filius hominis in nubibus cæli veniens*, &c.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



μάτων· νῦν δὲ διὰ θελήματος Θεοῦ ὑπὲρ τῶν ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος, ὑπέμεινε καὶ παθεῖν ὅσα αὐτὸν ἐνήργησαν οἱ δαίμονες διατεθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνοήτων Ἰουδαίων· οἵτινες ἔχοντες ῥητῶς εἰρημένον ἐν τοῖς Μωσέως συντάγμασι· καὶ ἐλάλησεν ἄγγελος τοῦ Θεοῦ τῷ Μωσεῖ ἐν πυρὶ φλογὸς ἐν βάτῳ, καὶ εἶπεν, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, τὸν τῶν ὅλων πατέρα καὶ δημιουργὸν τὸν ταῦτα εἰπόντα λέγουσιν εἶναι· ὅθεν καὶ τὸ προφητικὸν πνεῦμα ἐλέγχον αὐτοὺς εἶπεν· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκε. καὶ πάλιν ὁ Ἰησοῦς, ὡς ἐδηλώσαμεν, παρ᾽ αὐτοῖς ὤν, εἶπεν· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ οἷς ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ. Ἰουδαῖοι οὖν ἡγησάμενοι ἀεὶ τὸν πατέρα B τῶν ὅλων λελαληκέναι τῷ Μωσεῖ, τοῦ λαλήσαντος αὐτῷ ὄντος υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἄγγελος καὶ ἀπόστολος κέκληται, δικαίως ἐλέγχονται καὶ διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ὡς οὔτε τὸν πατέρα, οὔτε τὸν υἱὸν ἔγνωσαν. οἱ γὰρ τὸν υἱὸν πατέρα φάσκοντες εἶναι, ἐλέγχονται μήτε τὸν πατέρα ἐπιστάμενοι, μήθ᾽ ὅτι ἐστὶν υἱὸς τῷ πατρὶ τῶν ὅλων γινώσκοντες· [a] ὃς καὶ λόγος πρωτότοκος ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸς ὑπάρχει. καὶ πρότερον διὰ τῆς τοῦ πυρὸς μορφῆς καὶ εἰκόνος ἀσωμάτου τῷ Μωσεῖ καὶ τοῖς ἑτέροις προφήταις ἐφάνη· νῦν δ᾽ ἐν χρόνοις τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς, ὡς προείπομεν, διὰ παρθένου ἄνθρωπος γενόμενος κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν, ὑπὲρ σωτηρίας τῶν πιστευόντων αὐτῷ, καὶ ἐξουθενηθῆναι καὶ παθεῖν ὑπέμεινεν, C ἵνα ἀποθανὼν καὶ ἀναστὰς νικήσῃ τὸν θάνατον. τὸ δὲ εἰρημένον ἐκ βάτου τῷ Μωσεῖ· ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, [1] ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, καὶ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, σημαντικὸν τοῦ καὶ ἀποθανόντας ἐκείνους μένειν, καὶ εἶναι αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀνθρώπους. καὶ γὰρ πρῶτοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐκεῖνοι περὶ Θεοῦ ζήτησιν ἠσχολήθησαν, Ἀβραὰμ μὲν πατὴρ ὢν τοῦ Ἰσαάκ, Ἰσαὰκ δὲ τοῦ Ἰακώβ, ὡς καὶ Μωσῆς ἀνέγραψε.

A ignis, modo in imagine incorporea visus esset: nunc voluntate Patris pro humano genere homo factus, ea etiam perpeti sustinuit, quæcumque in eum insani Judæi, dæmonum impulsu, moliti sunt. Qui cum nominatim in Mosis commentariis expressum habeant [a]: *Et loquutus est Angelus Dei cum Mose in igne flammæ e rubo, & dixit: Ego sum exsistens ille, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob*, parentem & conditorem universorum hæc dixisse asserunt. Hinc & Spiritus propheticus eos increpans dixit [b]: *Israel autem me non cognovit, & populus me non intellexit*. Et rursus Jesus, ut ostendimus, cum apud eos esset [c]: *Nemo cognovit*, inquit, *Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater & quibus Filius revelaverit*. Patrem igitur universorum Judæi semper cum Mose colloquutum existimantes, cum is qui loquutus est, Filius Dei esset, qui & Angelus & Apostolus vocatus est, merito & a prophetico Spiritu & ab ipso Christo arguuntur, quod nec Patrem nec Filium noverint. Nam qui Filium Patrem esse dicunt, hi arguuntur, quod nec Patrem sciant, nec Filium esse universorum Patri cognoscant. Qui cum Verbum sit primogenitum Dei, Deus etiam est. Ac prius quidem Mosi & ceteris Prophetis in specie ignis & imagine incorporea visus est: nunc autem vestri Imperii temporibus ex virgine, ut jam diximus, homo factus secundum Patris voluntatem pro eorum salute qui illi credunt, & pro nihilo haberi & pati sustinuit, ut mortuus ac resurgens mortem vinceret. Quod autem ex rubo dictum est Mosi [d], *Ego sum exsistens ille, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, & Deus patrum tuorum*, argumento est eos etiam post mortem manere, & ipsius Christi homines esse. Hi enim primi omnium in Dei inquisitione versati sunt: Abraham quidem pater Isaaci, Isaac autem Jacobi, quemadmodum & Moses perscripsit.

Καὶ τὸ ἀνεγείρειν δὲ τὸ εἴδωλον τῆς λεγομένης Κόρης ἐπὶ ταῖς τῶν ὑδάτων πηγαῖς ἐνεργῆσαι τοὺς δαίμονας, λέγοντας θυγατέρα αὐτὴν εἶναι τοῦ Διὸς, μιμησαμένους τὸ διὰ Μωσέως εἰρημένον, ἐκ τῶν προειρημένων νοῆσαι δύνασθε. ἔφη γὰρ ὁ Μωσῆς, ὡς D προεγράψαμεν· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τῶν ὑδάτων. εἰς μίμησιν οὖν τοῦ λεχθέντος ἐπιφερομένου τῷ ὕδατι πνεύματος Θεοῦ, τὴν Κόρην θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν. καὶ τὴν Ἀθηνᾶν δὲ ὁμοίως πονηρευόμενοι θυγατέρα τοῦ Διὸς ἔφασαν, οὐκ ἀπὸ μίξεως· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ [2] ἐννοηθέντα τὸν Θεὸν διὰ λόγου τὸν κόσμον ποιῆσαι ἔγνωσαν, ὡς τὴν πρώτην ἔννοιαν ἔφασαν τὴν Ἀθηνᾶν. ὅπερ γελοιότατον ἡγούμεθα εἶναι, τῆς ἐννοίας εἰκόνα παραφέρειν θηλειῶν μορφήν. καὶ ὁμοίως τοὺς ἄλλους λεγομένους υἱοὺς τοῦ Διὸς αἱ πράξεις ἐλέγχουσιν.

LXIV. Atque ut illius, quæ dicitur, Puellæ simulacrum ad fontes aquarum erigeretur, id quoque dæmonum molitione, qui illam Jovis filiam esse dixerunt, ac verba Mosis imitati sunt, contigisse, ex his quæ jam diximus, perspicere potestis. Moses enim, ut supra scripsimus, sic ait [e]: *In principio creavit Deus cælum & terram. Terra autem erat inaspectabilis & incondita, & Spiritus Dei ferebatur super aquas*. Ad imitationem ergo illius Dei Spiritus qui super aquas ferri dictus est, Proserpinam Jovis filiam vocarunt. Ac simili nequitia Minervam ex Jove genitam dixerunt, idque non ex concubitu; sed cum mundum a Deo, postquam cogitavit & consideravit, conditum esse per Verbum cognovissent, primam veluti notionem Minervam dixerunt. Quod quidem perridiculum nobis videtur, muliebrem formam ad imaginem notionis exprimendam inducere. Similiter & reliquos, qui dicuntur, Jovis filios ipsæ actiones redarguunt.

Ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ

LXV. Nos autem postquam eum, qui fidem suam

a Exod. III. 2. 14. 15. *b* Isa. I. 3. *c* Matth. xi. 27. *d* Exod. III. 2. *e* Gen. I. 1.

1. Ὁ Θεὸς Ἀβραάμ.] Nihil potest de Christi divinitate præclarius dici. 1. Docet Justinus eum dixisse, *Ego sum qui sum*, quibus verbis essentiam divinam exprimi declarat *Cohort.* n. 25. 2. Vocatur Christus, Deus Abraham, Deus Isaac & Deus Jacob. 3. Idcirco illorum Deus est, ac ipsi illius homines sunt, quia primi exstiterunt, qui in Deo inquirendo occuparentur. 4. Illud etiam observandum, quod paullo ante dicebat, καὶ Θεὸς ὑπάρχει, *& Deus est*.

2. Ἐννοηθέντα.] *Postquam cogitavit & consideravit*, id est, postquam mundi exemplar in Verbo suo descripsit. Quæ de Minerva attribuit ethnicis Justinus, ea confirmat Themistius orat. 13. ubi ait Minervam ex patris capite prosilientem omnia ornavisse & condidisse, cælum & terras & quæ in eis sunt. Cui quidem sententiæ tanta est similitudo cum iis quæ leguntur Proverb. 8. ut eam merito Justinus ex Hebræorum fontibus derivatam existimet.

a Ὃς καὶ λόγος πρωτότοκος] Forte, λόγος καὶ πρωτότοκος. Sic supra n. xxiii. Ἰησοῦς Χριστὸς — λόγος αὐτοῦ ὑπάρχων καὶ πρωτότοκος. Et in *Dialog.* n. cxxv. μετὰ τοῦ φαινομένου μὲν ἐκ τοῦ τῇ τοῦ πατρὸς βουλῇ ὑπηρετεῖν, Θεοῦ δὲ, ἐκ τοῦ εἶναι τέκνον πρωτότοκον τῶν ὅλων κτισμάτων. THIRLBIUS in *Addend.* p. 444.

συγκατατεθειμένον, ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν, ἔνθα συνηγμένοι εἰσὶ, κοινὰς εὐχὰς ποιησόμενοι ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τοῦ φωτισθέντος, καὶ ἄλλων πανταχοῦ πάντων εὐτόνως, ὅπως καταξιωθῶμεν τὰ ἀληθῆ μαθόντες, καὶ δι' ἔργων ἀγαθοὶ πολιτευταὶ, καὶ φύλακες τῶν ἐντεταλμένων εὑρεθῆναι, ὅπως τὴν αἰώνιον σωτηρίαν σωθῶμεν. ἀλλήλους [1] φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν. ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος· καὶ οὗτος λαβὼν, αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, [a] ἀναπέμπει· καὶ [2] εὐχαριστίαν [3] ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ἐπὶ πολὺ ποιεῖται· οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, ἀμήν. τὸ δὲ ἀμὴν, τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ, τὸ γένοιτο σημαίνει. εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι, διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι.

& assensum doctrinæ nostræ testatus est, sic abluimus; ad eos qui dicuntur fratres, deducimus, ubi illi congregati sunt; communes preces & pro nobismetipsis, & pro eo qui illuminatus est, & pro aliis ubique omnibus intento animo facturi; ut veritatis cognitionem adepti, hac etiam gratia dignemur, ut rectam operibus vitam agentes & præceptorum custodes inveniamur, quo salutem æternam assequamur. Invicem osculo salutamus, ubi desiimus precari. Deinde ei qui fratribus præest, panis affertur, & poculum aquæ & vini: quibus ille acceptis, laudem & gloriam universorum Parenti per nomen Filii & Spiritus sancti emittit, & eucharistiam, sive gratiarum actionem, pro his ab illo acceptis donis prolixe exsequitur. Postquam preces & eucharistiam absolvit; populus omnis acclamat, *Amen*. Amen autem Hebræa lingua idem valet ac *Fiat*. Postquam vero is qui præest, preces absolvit, & populus omnis acclamavit; qui apud nos dicuntur Diaconi, panem & vinum & aquam in quibus gratiæ actæ sunt, unicuique præsentium participanda distribuunt, & ad absentes perferunt.

Καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν εὐχαριστία· ἧς οὐδενὶ ἄλλῳ μετασχεῖν ἐξόν ἐστιν, ἢ τῷ πιστεύοντι ἀληθῆ εἶναι τὰ δεδιδαγμένα ὑφ' ἡμῶν, καὶ λουσαμένῳ τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ἀναγέννησιν λουτρὸν, καὶ οὕτως βιοῦντι ὡς ὁ Χριστὸς παρέδωκεν. οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' [4] ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ σάρκα καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, οὕτως καὶ τὴν [5] δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. οἱ γὰρ ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν [6] ἀπομνημονεύμασιν, ἃ καλεῖται εὐαγγέλια, οὕτως παρέδωκαν ἐντετάλθαι αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν· λαβόντα ἄρτον, εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἀνάμνησίν μου· τουτέστι τὸ σῶμά μου· καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως λαβόντα καὶ εὐχαριστήσαντα εἰπεῖν, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου· καὶ μόνοις αὐτοῖς μεταδοῦναι. ὅπερ

LXVI. Atque hoc alimentum apud nos vocatur Eucharistia, cujus nemini alii licet esse participi, nisi qui credat vera esse quæ docemus, atque illo ad remissionem peccatorum & regenerationem lavacro ablutus fuerit, & ita vivat ut Christus tradidit. Neque enim ut communem panem, neque ut communem potum ista sumimus; sed quemadmodum per Verbum Dei caro factus Jesus Christus Salvator noster, & carnem & sanguinem habuit nostræ salutis causa; sic etiam illam, in qua per precem ipsius verba continentem gratiæ actæ sunt, alimoniam, ex qua sanguis & carnes nostræ per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu & carnem & sanguinem esse edocti sumus. Nam Apostoli in commentariis suis, quæ vocantur evangelia, ita sibi mandasse Jesum tradiderunt: eum scilicet accepto pane, cum gratias egisset, dixisse [a]: *Hoc facite in meam commemorationem*, [b] *Hoc est corpus meum*: & poculo similiter accepto, actisque gratiis dixisse: *Hic est sanguis meus*, ipsisque solis tradidisse.

a Luc. XXII. 19. *b* Matth. XXVI. 26 — 28. Marc. XIV. 24.

1. Φιλήματι.] Quamvis S. Justinus hanc Apologiam Romæ scripserit, ritus tamen ecclesiæ Orientalis in scribendo sequitur, & sancti osculi tempus, non ut in latina ecclesia proxime ante communionem, sed, ut est in Constitut. Apost. lib. 8. & apud Cyrill. Cat. myst. 5. constituit. Ob eamdem causam Diaconis, qui in ecclesia latina calicem tantum distribuebant, utriusque speciei distribuendæ munus committit.

2. Εὐχαριστίαν... ἐπὶ πολὺ ποιεῖται.] Sic apud Irenæum lib. 1. cap. 13. n. 2. de Marco Valentiniano: ποτήρια οἴνῳ κεκραμένα προσποιούμενος εὐχαριστεῖν, καὶ ἐπὶ πλέον ἐκτείνων τὸν λόγον τῆς ἐπικλήσεως. *Pocula vino mixta fingens se consecrare, atque invocationis verba in longius protendens.* In eamdem sententiam S. Firmilianus, ep. 75. inter Cyprianicas, de muliere quadam loquitur, quæ *etiam hoc frequenter ausa est, ut & invocatione non contemtibili, sanctificare se panem & Eucharistiam facere simularet & sacrificium Domino* (non) *sine sacramento solitæ prædicationis offerret*. Invocatio illa non contemtibilis, idem videtur esse ac prolixæ preces Eucharistiæ.

3. Ὑπὲρ τοῦ κατηξιῶσθαι τούτων.] Eam indicat S. Martyr gratiarum actionem, quæ Deo duplici nomine, id est, ob creatum ab illo panem & vinum, & ob eadem dona Christi corpus & sanguinem conversa offerebatur. Similiter Origenes lib. 8. contra Cels. p. 399. τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσαγομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιόν τι, καὶ ἁγιάζον τοὺς μετ' ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους. *Panes cum gratiarum actione & precationes ob data hæc dona oblatos comedimus, corpus quoddam ob precem effectos sanctum, & sanctificans eos qui eo utuntur cum sano proposito.*

4. Ὃν τρόπον διὰ λόγου Θεοῦ.] De tota hac Justini doctrina vide Præfat. Illud autem, *Per Verbum Dei incarnatus Jesus*, & n. 46. *Per virtutem Verbi homo factus*, illustrari potest & explicari ex num. 33. ubi Spiritus seu Verbum dicitur in virginem descendisse, eique obumbrasse & prægnantem virtute sua effecisse.

5. Δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ.] Vox illa λόγος non Verbum hoc loco significat, sed ipsius Christi verba, ut patet ex his quæ sequuntur. Refert enim Justinus Christi verba ut explicet, cur Christiani alimoniam illam, in qua gratiæ δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ actæ sunt, corpus & sanguinem Christi esse credant. Quemadmodum antea dicebat n. 13. λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας, *verbis precem & gratiarum actionem continentibus*; ita hoc loco videtur eamdem adhibere verborum constructionem, cum ait, δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ.


6. Ἀπομνημονεύμασιν.] ἀπομνημονεύματα sunt dicta sapientium quæ memoria repetuntur. Sic Eusebius lib. 5. Hist. Eccl. cap. 8. de Irenæo ait: καὶ ἀπομνημονευμάτων ἀποστολικοῦ τινὸς πρεσβυτέρου .... μνημονεύει, *Dictorum apostolici cujusdam presbyteri ... meminit*. Hinc Xenophon scripsisse dicitur libros τῶν Σωκράτους ἀπομνημονευμάτων, *Dictorum Socratis quæ memoria recolebat*. Eadem voce ante Justinum usus est Papias apud Eusebium lib. 3. cap. 39. GRABIUS.

a Ἀναπέμπει] Precantes scilicet in cælum suspiciebant. Vide Tertull. in *Apolog.* cap. XXX. Ita Schindel. in *Chrestom.* tom. 1. p. 10. Aliter tamen interpretatur Valesius mox infra n. LXVII.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

καὶ ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις παρέδωκαν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες. ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ' ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε, ἢ μαθεῖν δύνασθε.

A Atque id quidem & in Mithræ mysteriis ut fieret, pravi dæmones imitati docuerunt. Nam panem & poculum aquæ in ejus, qui initiatur, mysteriis, quibusdam verbis additis apponi, aut scitis, aut discere potestis.




Ἡμεῖς δὲ μετὰ ταῦτα λοιπὸν ἀεὶ τούτων ἀλλήλους ἀναμιμνήσκομεν. καὶ οἱ ἔχοντες τοῖς λειπομένοις πᾶσιν ἐπικουροῦμεν, καὶ σύνεσμεν ἀλλήλοις ἀεί. ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα, εὐλογοῦμεν τὸν ποιητὴν τῶν πάντων διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ πνεύματος τοῦ ἁγίου· καὶ τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν καὶ [1] πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν· καὶ, ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς, ἄρτος προσφέρεται καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως καὶ εὐχαριστίας, [2] ὅση δύναμις αὐτῷ, [3] ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων τὸ ἀμήν· καὶ ἡ διάδοσις καὶ ἡ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς οὐ παροῦσι διὰ τῶν διακόνων πέμπεται. οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται δίδωσι· καὶ τὸ συλλεγόμενον [4] παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα· ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς, τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας, κόσμον ἐποίησε, καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη. τῇ γὰρ [5] πρὸ τῆς κρονικῆς ἐσταύρωσαν αὐτόν· καὶ τῇ μετὰ τὴν κρονικὴν, ἥτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς, ἐδίδαξε ταῦτα, ἅπερ εἰς ἐπίσκεψιν καὶ ὑμῖν ἀνεδώκαμεν.

LXVII. Ex illo tempore hæc semper nobis invicem in memoriam revocamus, & qui habemus, indigentibus omnibus subvenimus, & semper una sumus. Atque in omnibus oblationibus laudamus creatorem omnium per Filium ejus Jesum Christum & per Spiritum sanctum. Ac solis, ut dicitur, die omnium sive urbes sive agros incolentium in eumdem locum fit conventus, & commentaria Aposto- B lorum, aut scripta Prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde ubi lector desiit, is qui præest admonitionem verbis & adhortationem ad res tam præclaras imitandas suscipit. Postea omnes simul consurgimus, & preces emittimus: atque, ut jam diximus, ubi desiimus precari, panis affertur & vinum & aqua: & qui præest, preces & gratiarum actiones totis viribus emittit, & populus acclamat, *Amen*: & eorum, in quibus gratiæ actæ sunt, distributio fit & communicatio unicuique præsentium, & absentibus per Diaconos mittitur. Qui abundant & volunt, suo arbitrio, quod quisque vult, largiuntur; & quod colligitur, apud eum qui præest, deponitur, ac ipse sub- C venit pupillis & viduis, & iis qui vel ob morbum, vel aliam ob causam egent, tum etiam iis qui in vinculis sunt & advenientibus peregre hospitibus; uno verbo omnium indigentium curam suscipit. Die autem solis omnes simul convenimus; tum quia prima hæc dies est, qua Deus, cum tenebras & materiam vertisset, mundum creavit; tum quia Jesus Christus Salvator noster eadem die ex mortuis resurrexit. Pridie enim Saturni eum crucifixerunt, & postridie ejusdem diei, id est, solis die Apostolis suis & discipulis visus ea docuit, quæ vobis quoque consideranda tradidimus.

Καὶ εἰ μὲν δοκεῖ ὑμῖν λόγου καὶ ἀληθείας ἔχεσθαι, τιμήσατε αὐτά· εἰ δὲ λῆρος ὑμῖν δοκεῖ, ὡς ληρωδῶν πραγμάτων καταφρονήσατε, καὶ μὴ ὡς κατ' ἐχθρῶν, κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων θάνατον ὁρίζετε. προλέγομεν γὰρ ὑμῖν ὅτι οὐκ ἐκφεύξεσθε τὴν ἐσομένην τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἐὰν ἐπιμένητε τῇ ἀδικίᾳ, καὶ ἡμεῖς ἐπιβοήσομεν· [6] ὃ φίλον τῷ Θεῷ, τοῦτο γενέσθω. καὶ ἐξ [7] ἐπιστολῆς δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος Ἀδριανοῦ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ἔχοντες ἀπαιτεῖν ὑμᾶς καθὰ ἠξιώσαμεν κελεῦσαι τὰς κρίσεις γενέσθαι, [8] οὐκ ἐκ τοῦ κεκρίσθαι τοῦτο ὑπὸ Ἀδριανοῦ μᾶλλον ἠξιώσαμεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ

D LXVIII. Atque hæc quidem si vobis rationi & veritati consentanea videntur, in pretio habete: sin autem nugæ vobis videntur, ut nugas contemnite, nec, ut adversus hostes, ita adversus homines innocuos mortem decernite. Vobis enim prædicimus, vos Dei judicium non evitaturos, si in injustitia permaneatis; ac nos exclamabimus: Quod Deo placet, id fiat. Et cum ex epistola maximi & illustrissimi Cæsaris Hadriani, parentis vestri, postulare a vobis possemus, ut judicia, quemadmodum rogavimus, fieri jubeatis; non tamen magis ob hanc causam rogavimus, quod ita consti-

1. Πρόκλησιν.] Legendum Grabius existimat παράκλησιν.
2. Ὅση δύναμις αὐτῷ.] Non favent hæc verba his qui ratas & fixas Ecclesiæ preces impugnant. Neque enim eas Justinus in sacerdotis arbitrio positas fuisse dicit, sed sacerdotis orantis ardorem & intensionem animi exprimit. Nihil sibi aliud volunt hæc verba, ὅση δύναμις αὐτῷ, quam *quantum potest*, seu, ut reddidi, *totis viribus*. Sic paullo ante dicebat Christianos εὐτόνως, id est, cum magna animi intensione preces fundere. Et supra n. 13. ὅση δύναμις αἰνοῦντες. Ninivitæ ἀνεβόησαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτενῶς, Jonæ 3. v. 8. Sic etiam Origenes 6. cont. Cels. pag. 386. ἀλλὰ τὸν ἕνα Θεὸν, καὶ τὸν ἕνα υἱὸν αὐτοῦ καὶ λόγον καὶ εἰκόνα, ταῖς κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἱκεσίαις, καὶ ἀξιώσεσι σέβομεν. *Unum Deum*, inquit, *& unicum ejus Filium & verbum & imaginem, quantum possumus, supplicationibus & precibus colimus*.
3. Ἀναπέμπει.] Hoc verbo, quo Justinus hoc loco & antea & sæpe alias utitur, clamorem quemdam, sive vocem magno conatu emissam significari, observat Valesius ad c. 15. lib. 4. Hist. Eusebii.
4. Παρὰ τῷ προεστῶτι.] Hac voce presbyterum aut episcopum designat. Utrique enim communes perfunctiones de quibus heic agitur, nempe baptizare, sacrificare & pauperum curam gerere. Atque id causæ esse arbitror, cur nihil dicat Justinus de Confirmatione; quia scilicet soli eam dabant episcopi.
5. Πρὸ τῆς κρονικῆς.] Halloxius observat *Vit. Justini* p. 133. diem Veneris nolle appellare Justinum ob summam hujus deæ turpitudinem. Ridet Halloxium Thirlbius, quod hæc, ut abstrusa & difficilia, non sine magno apparatu observanda duxerit: ac joco non multum probando gratias agit *sagacissimo Halloxio, vel potius Ludovico de la Cerda a quo hoc suffuratus est*.
6. Ὃ φίλον τῷ Θεῷ, τοῦτο.] Legitur ad marg. in codicibus mss. & apud R. St. ὡς τῷ Θεῷ φίλον ταύτῃ γενέσθω.
7. Ἐπιστολῆς.] Habebant editi nostri & mss. ἀποστολῆς, sed melius Eusebius qui hunc locum transtulit in l. 4. Hist. cap. 8.
8. Οὐκ ἐκ τοῦ κεκρίσθαι.] Eusebius, τοῦτο οὐχ ὡς ὑπὸ Ἀδριανοῦ κελευσθὲν μᾶλλον ἠξιώσαμεν· ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ.



ἐπίστασθαι δίκαια ἀξιοῦν, τὴν προσφώνησιν [1] καὶ ἐξήγησιν πεποιήμεθα. ὑπετάξαμεν δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα [2] καὶ κατὰ τοῦτο ἀληθεύειν ἡμᾶς γνωρίζητε. [3] καὶ ἔστι τὸ ἀντίγραφον τοῦτο·

A tutum esset ab Hadriano; sed quia scimus nos justa petere, orationem & rerum nostrarum enarrationem confecimus. Hadriani autem epistolæ exemplum etiam subjecimus, ut in hoc quoque verum a nobis dici perspiciatis. Sic autem habet illud exemplum:

Ἀδριανοῦ ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπιστολή.

Hadriani pro Christianis Epistola.

Μινυκίῳ Φουνδανῷ. ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ [4] Σερηνίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρὸς, ὃν τινα σὺ διεδέξω. οὐ δοκεῖ οὖν μοι τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μήτε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται, καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας παρασχεθῇ. [5] ἂν οὖν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιῶται δύνωνται διϊσχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος [6] ἀποκρίνεσθαι, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ [7] ἀξιώσεσιν, οὐδὲ μόναις βοαῖς. πολλῷ γὰρ μᾶλλον προσῆκεν, εἴ τις κατηγορεῖν βούλοιτο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. εἴ τις οὖν κατηγορεῖ, καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως [8] διόριζε κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἁμαρτήματος. ὡς μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἴ τις συκοφαντίας χάριν [9] τοῦτο προτείνοι, διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος, καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσειας.

LXIX. Minucio Fundano. Litteras accepi ad me scriptas a Serenio Graniano clarissimo viro, cui successisti. Videtur igitur mihi res non sine inquisitione prætermittenda, ne & homines perturbentur, & sycophantis materia sceleris præbeatur. Si ergo B ad hanc petitionis rationem provinciales sese obfirmare possunt adversus Christianos, ut etiam pro tribunali respondeant; illuc tantum sese vertant, non autem petitionibus aut solis utantur clamoribus. Multo enim magis convenit, si quis accusare velit, te ea de re cognoscere. Si quis igitur accuset & (Christianos) præter leges aliquid agere demonstret, ita statue, ut gravitas delicti postulabit. Quemadmodum etiam mehercule, si quis calumniandi causa hunc prætextum arripiat, cogitationem suscipe de hac crudeli agendi ratione, & cura ut ulciscaris.

Ἀντωνίνου ἐπιστολὴ πρὸς τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας.

Antonini Epistola ad Commune Asiæ.


C

[10] Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνῖνος σεβαστὸς, εὐσεβὴς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ιέ, ὕπατος τὸ γ', πατὴρ πατρίδος, [11] τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας χαίρειν. [12] ἐγὼ ᾤμην ὅτι καὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμελεῖς ἔσεσθαι μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. πολὺ γὰρ μᾶλλον ἐκείνους κολάσοιεν, [13] εἴπερ δύναιντο, τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοῖς [14] προσκυνεῖν. οἷς ταραχὴν ὑμεῖς ἐμβάλλετε, καὶ τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν ὡς ἀθέων κατηγορεῖτε, [15] καὶ ἕτερά τινα ἐμβάλλετε, ἅ τινα οὐ δυνάμεθα ἀποδεῖξαι. [16] εἴη δ' ἂν ἐκείνοις χρήσιμον, τὸ δοκεῖν ἐπὶ τῷ κατηγορουμένῳ τεθνάναι· [17] καὶ νικῶσιν ὑμᾶς προϊέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἤπερ πειθόμενοι οἷς ἀξιοῦτε πράσσειν αὐτούς. περὶ δὲ

LXX. Imperator Cæsar Titus Ælius Hadrianus Antoninus Augustus Pius, Pontifex Maximus, Tribun. potest. xv. Cons. III. Pater patriæ, Communi Asiæ salutem. Putabam equidem curaturos deos, ne tales homines laterent. Nam si possent, multo magis quam vos ab ejusmodi hominibus qui eos adorare nolunt, pœnas repeterent. Quibus quidem vos molestiam facessitis, & eorum sententiam, tamquam si essent athei, accusatis, & alia nonnulla impingitis, quæ probare non possumus. Utile autem illis fuerit ob id cujus nomine accusantur, mortem videri oppetere, ac nos vincunt, dum animas suas projiciunt potius, quam illis pareant, quæ ab eis fieri postulatis. De terræ autem motibus qui vel evenerunt, vel

1. Καὶ ἐξήγησιν πεποιήμεθα.] Mendose hæc desunt apud Eusebium, apud quem legitur tantum, *δικαίαν ἠξιοῦν τὴν προσφώνησιν.*
2. Καὶ κατὰ τοῦτο.] Eusebius, *καὶ τοῦτο.*
3. Καὶ ἔστι τὸ ἀντίγραφον τοῦτο.] Legitur tantum apud Eusebium, *τὸ ἔστι τόδε.*
4. Σερηνίου.] Mallet Valesius cum Rufino & Hieronymo, Serenianum hunc Proconsulem vocare, quem quidem post litteras Hadriano missas e vita vel e provincia decessisse putat, & idcirco Hadrianum illius successori respondisse. Hanc autem Hadriani epistolam latino sermone huic Justini Apologiæ subjectam Eusebius græce reddidit, ut ipse testatur; & ex illius historia lib. 4. c. 9. huc translata est.
5. Ἂν οὖν.] Euseb. *εἰ οὖν*, & mox *ἐπαρχιῶται δύνανται.*
6. Ἀποκρίνεσθαι.] Euseb. *ἀποκρίνασθαι.* Sed in nonnullis mss. codicibus legitur, ut apud Justinum.
7. Ἀξιώσεσιν.] Observat Valesius hac voce designari acclamationes illas, quæ a populo fieri solebant in theatris: *Christianos ad leonem*, ut testatur Tertullianus.
8. Διόριζε.] Euseb. *ὅριζε.*
9. Τοῦτο προτείνοι.] Id est, si calumniæ causa nomen Christianum obtendat, neque aliud crimen probare possit. Hanc esse mentem Hadriani patet ex epistola sequenti, in qua Antoninus pœnas intentat his qui Christianos, quatenus Christianos, deferent, seque hac in re patris sui sententiam sequi declarat.
10. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ.] De hac epistola ejusque titulo pluribus disseruimus in Præfat. part. 3. Ex Eusebii Hist. lib. 4. c. 13. huc translata est.
11. Τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας.] Ita Cicero, *Commune Milyadum & Commune totius Siciliæ*, in Verrinis dixit. Porro cum *κοινὸν Ἀσίας* dicitur, subaudiendum est *συνέδριον*. Habebant enim Asiani commune concilium totius gentis, quo singulæ civitates legatos, seu synedros mittebant, ut docet Aristides in 4. orat. sacrarum, VALESIUS.
12. Ἐγὼ ᾤμην.] Habet Eusebius, *ἐγὼ μὲν οἶδα*; sed prorsus mendose, ut in multis aliis ejusdem epistolæ locis. Perhonorifice enim de Christianis Antoninus loquitur: palam & aperte deorum in avertendis calamitatibus imbecillitatem arguit: Christianorum in veri Dei cultu constantiam prædicat. Quamobrem verisimile non est eum initio epistolæ dixisse: *Scio diis ipsis curæ esse ne hujusmodi homines lateant.*
13. Εἴπερ δύναιντο.] Hæc desunt apud Euseb.
14. Προσκυνεῖν.] Addit Eusebius *ἢ ὑμεῖς*. Quæ sequuntur, sic leguntur apud eumdem: *οἷς εἰς ταραχὴν ἐμβάλλετε, βεβαιοῦντες τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν, ὡς ἀθέων κατηγοροῦντες. Quos contra tumultum concitatis, sententiam eorum confirmantes, dum eos accusatis tamquam impios.* Observat Valesius Nicephorum addere *περὶ ἡμῶν*, ac Rufinum ipsum ita legisse. Sic enim vertit: *Confirmatis eorum quos persequimini, sententiam, quam de vobis habent, dicentes vos impios esse.*
15. Καὶ ἕτερα &c.] Desunt apud Euseb.
16. Εἴη δ' ἄν.] Sic legit Eusebius: *ἃ δ' ἂν κἀκείνοις* (in 3 mss. *εἴη δ' ἂν ἐκείνοις*) *αἱρετὸν τὸ δοκεῖν κατηγορουμένοις τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου Θεοῦ.*
17. Καὶ νικῶσιν ὑμᾶς.] Legitur *ὅθεν καὶ νικῶσι*, sine *ὑμᾶς* apud Eusebium, ex quo ibidem reposui *ἤπερ* pro *εἴπερ*.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 139.



τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων, A [1] οὐκ εἰκὸς ὑπομνῆσαι ὑμᾶς ἀθυμοῦντας, ὅτάν περ ὦσι, παραβάλλοντας τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων, ὅτι εὐπαῤῥησιαστότεροι ὑμῶν γίνονται πρὸς τὸν Θεόν. καὶ ὑμεῖς μὲν [2] ἀγνοεῖν δοκεῖτε παρ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον τοὺς θεοὺς, καὶ τῶν ἱερῶν ἀμελεῖτε, θρησκείαν δὲ τὴν περὶ τὸν Θεὸν οὐκ ἐπίστασθε. ὅθεν καὶ τοὺς θρησκεύοντας ἐζηλώκατε, καὶ διώκετε ἕως θανάτου. ὑπὲρ τῶν τοιούτων καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν περὶ τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων, τῷ θειοτάτῳ μου πατρὶ ἔγραψαν· οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ὀχλεῖν τοῖς τοιούτοις, εἰ μὴ φαίνοιντό τι ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν Ῥωμαίων ἐγχειροῦντες. καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὴ καὶ ἀντέγραψα, τῇ τοῦ πατρός μου κατακολουθῶν γνώμῃ. [3] εἰ δέ τις ἔχει πρός τινα τῶν τοιούτων πρᾶγμα B καταφέρειν ὡς τοιούτου, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, κἂν φαίνηται τοιοῦτος ὤν· ἐκεῖνος δὲ ὁ καταφέρων, ἔνοχος ἔσται τῇ δίκῃ.

eveniunt, non decet ut admoneatis, vos qui animum despondetis, cum fiunt, si cum illorum rebus vestras comparetis: sunt enim illi fidentiores quam vos apud Deum. Ac vos quidem per illud tempus deos nescire videmini, & templa negligitis, nec Dei colendi rationem nostis. Unde & illis qui eum colunt, invidetis, & ad mortem usque insectamini. De ejusmodi hominibus & alii quidam provinciarum rectores divinissimo meo patri scripserunt. Quibus ille rescripsit nihil negotii exhibendum esse talibus hominibus, nisi quid adversus Imperium Romanum moliri deprehendantur. Quin & ad me multi de illis retulerunt; quibus ego respondi, patris mei sententiam sequutus. Si quis autem adversus aliquem illorum, ut talem, actionem instituat, delatus crimine absolvatur, etiamsi illum talem esse constet: delator vero pœnas luet.

Μάρκου βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς τὴν σύγκλητον, ἐν ᾗ μαρτυρεῖ Χριστιανοὺς αἰτίους γεγενῆσθαι τῆς νίκης αὐτῶν.

Marci Imperatoris Epistola ad Senatum, qua testatur Christianos victoriæ Romanorum causam fuisse.

[4] Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος, Γερμανικὸς, Παρθικὸς, Σαρματικὸς, δήμῳ Ῥωμαίων, καὶ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ χαίρειν. φανερὰ ὑμῖν ἐποίησα τὰ τοῦ ἐμοῦ σκοποῦ μεγέθη, ὁποῖα ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐκ περιστάσεως διὰ περιβολῆς C ἐπακολουθήματα ἐποίησα ἐν τῇ μεθορίᾳ καμὼν καὶ παθών, [5] ἐν Κοτίνῳ [a] καταλαμβανομένου μου [6] ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα τεσσάρων, ἀπὸ μιλίων ἐννέα. γενομένων δὲ αὐτῶν ἐγγὺς ἡμῶν, [7] ἐξπλωράτωρες ἐμήνυσαν ἡμῖν, καὶ Πομπηϊανὸς ὁ ἡμέτερος πολέμαρχος ἐδήλωσεν ἡμῖν ἅτινα εἴδομεν· (καταλαμβανόμενος δὲ ἤμην ἐν μεγέθει πλήθους ἀμίκτου, καὶ στρατευμάτων λεγεῶνος πρίμας, δεκάτης, [8] γεμιναφρεντησία μίγμα κατηριθμημένον) πλήθη παρεῖναι παμμίκτου ὄχλου χιλιάδων ἐνναкοσίων ἑβδομηκονταεπτά. ἐξετάσας οὖν ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων, κατέδραμον εἰς τὸ

LXXI. Imperator Cæsar M. Aurelius Antoninus, Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano & sacro Senatui salutem. Certiores vos feci de consilii mei magnitudine, quales ad confinia Germaniæ ex discrimine in quod ab hostibus circumdatus veneram, utilitates & commoda consequutus sim, cum me laborantem & defessum cinxissent septuaginta quatuor Dracones, novem milliarium spatio in Cotino. Qui cum non longe abessent, exploratores nuntiaverunt nobis, & Pompejanus militiæ nostræ magister significavit, id quod sciebamus, (eram enim comprehensus ab immensa & ordinata multitudine, mecum habens legionis Primæ, Decimæ, Geminæ, Ferentariorum numerabile & permixtum agmen) exercitum ex omni genere immensum adesse, hominum nongentorum septuaginta millium. Cum me igitur & meorum numerum cum multitudine barbarorum & hostium

1. Οὐκ εἰκός.] Contra Eusebius, οὐκ ἄτοπον, & paullo post ἀθυμοῦντας μὲν, παραβάλλοντας δὲ τὰ ἡμέτερα. Ex quibus solam vocem, παραβάλλοντας excerpsimus, pro παραβάλλοντες quod habebat Justinus. Cetera apud S. Martyrem accuratiora, ut quisque animadvertere potest ex interpretatione, quæ satis clara & perspicua est. Grabius vertit: *vestra infortunia illis imputetis*; idem sensus a Rufino & Christophorf. expressus, sed repugnantibus græcis verbis, ut observat Valesius, cui probatur Langi non multo accuratior interpretatio, ὑπομνῆσαι παραβάλλοντας, *admonere ut comparetis*.

2. Ἀγνοεῖν δοκεῖτε .... τοὺς θεούς.] Quod ethnicis exprobrat ethnicus Imperator, eos in adversis rebus deorum templa negligere, nec tamen veram Dei colendi rationem assequi, id satis consentaneum est his, quæ apud Lactantium leguntur lib. 2. cap. 1. *At vero*, inquit, *si qua necessitas gravis presserit, tunc Deum recordantur. Si belli terror infremuerit: si morborum pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitas denegaverit, si sæva tempestas, si grando ingruerit; ad Deum confugiunt; a Deo petitur auxilium. ..... Postquam metus deseruit, & pericula recesserunt, tum vero alacres ad deorum templa concurrunt; his libant, his sacrificant, hos coronant: Deo autem quem in ipsa necessitate imploraverunt, ne verbo quidem gratias agunt.* Svetonius de morte Germanici sic loquitur in Vita Caii Caligulæ: *Quo defunctus est die*, inquit, *lapidata sunt templa, subversæ Deum aræ, lares a quibusdam familiares in publicum objecti.* Totus hic locus apud Euseb. non accuratus.

3. Εἰ δέ τις ἔχει.] Eusebius: εἰ δέ τις ἐπιμένοι τινὰ τῶν τοιούτων εἰς πράγματα φέρων, ὡς δὴ τοιοῦτον.

4. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ.] De hac epistola, quam quidam non doctissimus otii sui monumentum esse voluit, differimus Præfat. part. 3.


5. Ἐν Κοτίνῳ.] Legit Salmasius ἐν Καρνούντῳ. Ibid. leg. παθών.

6. Ὑπὸ δρακόντων.] δρούγγων in locum δρακόντων substituit Scaliger, notans, vocem drungus significare cohortem, eamque a barbaris sæculo Diocletiani ad Latinos, & ab his ad Græcos transmissam esse. Sed Salmasius in Not. ad Julium Capitolinum de Vita Antonini, cap. 24. retinendam docet vocem δρακόντων, utpote quæ signum militare denotat, aitque dracones decem in unaquaque legione fuisse, adeo ut septuaginta dracones septem effecerint legiones: neque Romanos solum, sed & Parthos, Indos atque Scythas hoc signo usos esse probat: quamquam hoc loco de Romanis potius copiis accipiat; maxime vero ad præsentem rem faciunt verba Luciani ab eo allegata: σημεῖον δὲ πλήθους τοῦτο αὐτοῖς. χιλίους γὰρ οἶμαι δράκων ἄγει. Grabius.

7. Ἐξπλωράτωρες.] Hanc vocem sub imperio Græcorum Constantinopolitano demum usurpari cœptam notat Scaliger loco citato. Grabius.

8. Γεμιναφρεντησία.] γεμίνας, φρεντησίας reposuit Scaliger, Salmasius φρενтησίας. Ibidem legendum videtur ἀμίκτου ὄχλου, ut antea ἐν μεγέθει ἀμίκτου πλήθους. Utrumque enim referendum ad barbaros: ad Romanos autem μίγμα κατηριθμημένον, ita ut hostium numerum & ordinem opponat suorum paucitati & confusioni.

a Ἐν Κοτίνῳ] Animadvertit Grabius, legere quoque ἐν Καρνούντῳ Scaligerum, *Animadv. ad Euseb.* An. MMCLXXXIX. quod tamen oppidum rectius fortasse appellandum Καρνοῦντον *Carnuntum*, putat Thirlbius.



θεοῖς εὔχεσθαι [1] πατρῴοις. ἀμελούμενος δὲ ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὴν στενοχωρίαν μου θεωρήσας τῆς δυνάμεως, παρεκάλεσα τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους Χριστιανούς· καὶ ἐπερωτήσας, εὗρον [2] πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν, [3] καὶ ἐμβριμησάμενος εἰς αὐτοὺς, ὅπερ οὐκ ἔπρεπε, διὰ τὸ ὕστερον ἐπεγνωκέναι με τὴν δύναμιν αὐτῶν· [4] ὅθεν ἀρξάμενοι, οὐ βελῶν παράρτησιν, οὔτε ὅπλων, οὔτε σαλπίγγων, (διὰ τὸ ἐχθρὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς, διὰ τὸν Θεὸν [5] ὃν φοροῦσι κατὰ συνείδησιν. [6] εἰκὸς οὖν ἐστιν, οὓς ὑπολαμβάνομεν ἀθέους εἶναι, [7] Θεὸν ἔχουσιν αὐτόματον ἐν τῇ συνειδήσει τετειχισμένον.) ῥίψαντες γὰρ ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν, οὐχ ὑπὲρ ἐμοῦ μόνον ἐδεήθησαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παρόντος στρατεύματος, [8] παρήγοροι γενέσθαι δίψης καὶ λιμοῦ τῆς παρούσης. B πεμπταῖοι γὰρ ὕδωρ οὐκ εἰλήφειμεν διὰ τὸ μὴ παρεῖναι. ἦμεν γὰρ ἐν τῷ μεσομφάλῳ τῆς Γερμανίας, καὶ τοῖς ὅροις αὐτῶν. ἅμα δὲ τῷ τούτους ῥῖψαι ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτοὺς, καὶ εὔχεσθαι Θεῷ, ᾧ ἐγὼ ἠγνόουν, εὐθέως ὕδωρ ἠκολούθει οὐρανόθεν, ἐπὶ μὲν ἡμᾶς ψυχρότατον, ἐπὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίων [9] ἐπιβούλους, χάλαζα πυρώδης. ἀλλὰ καὶ εὐθὺ [10] Θεοῦ παρουσίαν ἐν εὐχῇ γινομένην παραυτίκα, ὡς ἀνυπερβλήτου καὶ ἀκαταλύτου. αὐτόθεν οὖν ἀρξάμενοι, συγχωρήσωμεν τοῖς τοιούτοις εἶναι Χριστιανοῖς, ἵνα μὴ καθ' ἡμῶν τι τοιοῦτον αἰτησάμενοι ὅπλον, ἐπιτύχωσι. τὸν δὲ τοιοῦτον συμβουλεύω, διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι Χριστιανὸν, μὴ C ἐγκαλεῖσθαι. εἰ δὲ εὑρεθείη τις ἐγκαλῶν τῷ Χριστιανῷ, ὅτι Χριστιανός ἐστι, τὸν μὲν προσαγόμενον Χριστιανὸν πρόδηλον εἶναι βούλομαι [11] γίνεσθαι ὁμολογήσαντα τοῦτο, ἄλλο ἕτερον μηδὲν ἐγκαλούμενον, ἢ ὅτι Χριστιανός ἐστι μόνον· τὸν προσάγοντα δὲ τοῦτον, ζῶντα καίεσθαι· τὸν δὲ Χριστιανὸν ὁμολογήσαντα, καὶ συνασφαλισάμενον περὶ τοῦ τοιούτου, τὸν πεπιστευμένον τὴν ἐπαρχίαν εἰς μετάνοιαν καὶ ἀνελευθερίαν τὸν τοιοῦτον μὴ μετάγειν. ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγμα-

A compararem; eo decurri ut deos patrios precarer. Sed cum me illi negligerent, & quas in angustias redactæ essent copiæ meæ cernerem, evocavi eos qui Christiani apud nos dicuntur; iisque interrogatis multitudinem illorum magnumque numerum cognovi, & in eos infremui: quod quidem non oportebat, propterea quod eorum potestatem postea perspexi. Illi enim exorsi sunt, non ab observandis telis aut armis aut tubis (id enim invisum illis est propter Deum, quem in conscientia sua gestant. Verisimile ergo est, quos atheos esse suspicamur, eos in conscientia sua Deum habere sponte insidentem, ejusque præsentia communitos esse) sed cum se humi projecissent, non pro me solum precati sunt, B sed etiam pro universo exercitu, ut præsentem sitim & famem sedarent. Quinto enim jam die aquam non acceperamus, eo quod prorsus deesset. Eramus enim in meditullio Germaniæ & in finibus hostium. Statim autem atque illi in terram sunt provoluti, ac Deum quem ego ignorabam, invocarunt; confestim imber de cælo consequutus est, in nos ille quidem frigidissimus, in hostes autem Romanorum grando ignea. Sed & cum oratione ipsa illico præsentia Dei affuit, tamquam insuperabilis & invicti. Inde igitur incipientes, permittemus hisce, Christiani esse: ne, si talia adversum nos arma postulent, voti compotes fiant. Quocirca statuo, ne hominem hujusmodi, quod videlicet Christianus sit, accusare li- C ceat. Si quis autem inveniatur qui Christianum, propterea quod Christianus sit, deferat; de Christiano qui defertur, quique Christianum se esse profitetur, manifestum fieri volo nullam aliam ob rem eum accusari, nisi quod Christianus sit, delatorem vero ipsum vivum comburi: Christanum autem confitentem atque id probantem, scilicet non aliam ob rem accusari, is cui administratio provinciæ credita est, non coget ab hoc instituto discedere, nec libertatem auferet. Hæc vero

1. Πατρῴοις.] In codicibus mss. legitur ad marginem, πατρίοις.

2. Πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν.] Negat Scaliger verisimilitudinem hac in re servatam ab artifice. Sed Scaligerum refellit Tertullianus, qui ait Apol. cap. 37. *Hesterni sumus, & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum.*

3. Καὶ ἐμβριμησάμενος.] Sylburgius illud καὶ idem esse vult ac καίπερ, *etiamsi in illos infremuissem;* ut indignatio illa qua se commotum fuisse ait Marcus, non ad hoc periculi tempus, sed ad superiores imperii annos referatur. Sed manifestum est indignationem quæ heic memoratur, non aliunde ortam esse, quam ex perspecto Christianorum magno numero. Atque hic quidem artifex epistolæ satis apte mihi videtur M. Aurelii mores notasse. Is enim in summo discrimine, ubi videt deos suos merum esse somnium, advocat Christianos; sed ubi tam multos esse in suo exercitu perspicit, infremit & indignatur. Mirifice hæc quadrant in Marcum, qui odium religionis Christianæ medullis conceperat, & tanto beneficio provocatus a Christianis vexandis vix umquam discessit.

4. Ὅθεν ἀρξάμενοι, οὐ βελῶν παράρτησιν.] Scaliger legit οἱ οἴκοθεν ἀξάμενοι, ac commentum militum sine armis & telis merito ridet, sed immerito affingit epistolæ auctori. Vix autem dubium est, quin hoc loco institutum aliquod indicetur, quod omnino a christianis moribus abhorreret. Quare ferre non possum illam παράρτησιν, *expeditionem*, ut reddit Langus, *armorum & telorum & tubarum*. Neque enim parare arma res erat invisa Christianis propter Deum, quem in conscientia gestabant. Sed si legamus παρατήρησιν, id est, contemplationem sive observationem; habebimus superstitiosam Romanorum cerimoniam, qui pugnæ auspicia ab ejusmodi nugis sumebant. Hinc illud Ciceronis lib. 2. de Divin. *Nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est, jam M. Marcellus, ille quinquies Consul, totum omisit, idem imperator, idem augur optimus.* Et Arnobius lib. 2. adv. Gentes: *Cum paratis bella, signum monstratis ex arce? aut fecialia jura tractatis? Per clarigationem repetitis res raptas? aut Martium discrimen obeuntes, spem prælii sumitis & ex acuminibus auspicatis?* Ejusmodi aliqua videtur hoc loco designari consuetudo; quæ quidem fortasse jam tum erat obsoleta Marci tempore; sed non mirum, si illam adhuc viguisse parens epistolæ supposititiæ aut finxit aut credidit.

5. Ὃν φοροῦσι κατὰ συνείδησιν.] In martyrio S. Ignatii tom. 1. Spicileg. Patrum sæculi 2. p. 11. Trajanus Imp. Ignatium interrogasse fertur: σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ φέρεις τὸν σταυρωθέντα; *Tu ergo in teipso crucifixum geris?* Ignatius vero respondisse: ναί. γέγραπται γάρ· ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. *Omnino. Scriptum est enim:* Inhabitabo in ipsis, & ambulabo in eis. GRABIUS.

6. Εἰκὸς οὖν ἐστιν.] Hæc a Scaligero reciduntur, sed immerito.

7. Θεὸν ἔχουσι.] Sylburgius præmittit ὅτι, & mox legit ὑπὲρ τοῦ παντός.

8. Παρήγοροι.] Scaliger legit παρήγορον referendo ad Deum.

9. Ἐπιβούλους.] Hæc vox optime respondet textui Julii Capitolini in Vita M. Antonini c. 24. scribentis: *Fulmen de cælo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit.* Ubi Salmasius in Notis, *hostium machinamentum* cum ἐπιβούλοις confert; ac primum quidem, quale illud machinamentum fuerit, se ignorare profitetur; postea vero id ex Dionis Epitome expiscatur, nempe quod barbari pugnam detrectantes, Romanos æstu sitique interituros speraverint, locis omnibus unde aquam consequi possent, occupatis. GRABIUS.

10. Θεοῦ παρουσίαν.] Supplendum est verbum aliquod ac forte verbum ἐγνωκέναι, quod supra occurrit, quamquam nimis remotum videri potest.

11. Γίνεσθαι.] Rejicit hoc verbum Sylburgius, ut redundans. Infra nonnulli legunt, Βετράσιος Πωλίων.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

τι κυρωθῆναι βούλομαι, καὶ κελεύω τοῦτό μου τὸ διάταγμα ἐν τῷ φόρῳ τοῦ Τραϊανοῦ προτεθῆναι, πρὸς τὸ δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι. φροντίσει ὁ πραίφεκτος [a] Βηράσιος Πολλίων εἰς τὰς πέριξ ἐπαρχίας πεμφθῆναι. πάντα δὲ τὸν βουλόμενον χρῆσθαι καὶ ἔχειν, μὴ κωλύεσθαι λαμβάνειν ἐκ τῶν προτεθέντων παρ' ἡμῶν.


A etiam senatusconsulto confirmari volo: & constitutionem hanc meam in foro Trajani proponi jubeo, ut legi possit. Illam quoque in provincias quasque mittendam curabit Verasius Pollio præfectus. Quicumque autem hac uti, & habere exemplar ejus voluerit, ne recipere id ex eo quod a nobis propositum est, prohibeatur.

a Βηράσιος] Brissonius scilicet lib. 3. *De formulis* legit Βιτράσιος, *Vittasius*; ut apud Aelium Lampridium, vit. Commodi, est *Vitrasia Faustina*. SYLBURG.



INDEX CAPITUM
APOLOGIÆ I.
S. JUSTINI MARTYRIS.





ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ
Ι Ο Υ Σ Τ Ι Ν Ο Υ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
Π Ρ Ο Σ
Τ Ρ Υ Φ Ω Ν Α   Ι Ο Υ Δ Α Ι Ο Ν
Δ Ι Α Λ Ο Γ Ο Σ.

E J U S D E M
S. J U S T I N I
PHILOSOPHI ET MARTYRIS
C U M
T R Y P H O N E   J U D Æ O
D I A L O G U S.

A Περιπατοῦντί μοι ἕωθεν ἐν τοῖς τοῦ ξύστου περιπάτοις, συναντήσας τις μετὰ καὶ ἄλλων, φιλόσοφε χαῖρε, ἔφη· καὶ ἅμα εἰπὼν τοῦτο, ἐπιστραφεὶς συμπεριεπάτει μοι· συνεπέστρεφον δ' αὐτῷ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ. κἀγὼ ἔμπαλιν προσαγορεύσας αὐτὸν, τί μάλιστα, ἔφην;

Ὁ δὲ, ἐδιδάχθην ἐν Ἄργει, φησὶν, ὑπὸ Κορίνθου τοῦ Σωκρατικοῦ, ὅτι οὐ δεῖ καταφρονεῖν οὐδὲ ἀμελεῖν τῶν περικειμένων τόδε τὸ σχῆμα, ἀλλ' ἐκ παντὸς φιλοφρονεῖσθαι, προσομιλεῖν τε αὐτοῖς, [1] εἴ τι ὄφελος ἐκ τῆς συνουσίας γένοιτο ἢ αὐτῷ ἐκείνῳ, ἢ ἐμοί. ἀμφοτέροις δὲ ἀγαθόν ἐστι, κἂν θάτερος ᾖ ὠφελημένος. τούτου οὖν χάριν ὅταν ἴδω τινὰ ἐν τοιούτῳ σχήματι, ἀσμένως αὐτῷ προσέρχομαι· σέ τε κατὰ τὰ αὐτὰ ἡδέως νῦν προσεῖπον· οὗτοί τε συνεφέπονB ταί μοι, προσδοκῶντες καὶ αὐτοὶ ἀκούσεσθαί τι χρηστὸν ἐκ σοῦ.

[2] Τίς δὲ σύ ἐσσι φέριστε βροτῶν; οὕτως προσπαίζων αὐτῷ ἔλεγον.

Ὁ δὲ καὶ τοὔνομά μοι καὶ τὸ γένος ἐξεῖπεν ἁπλῶς· [3] Τρύφων, φησὶ, καλοῦμαι· εἰμὶ δὲ Ἑβραῖος ἐκ περιτομῆς, φυγὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον, ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Κορίνθῳ τὰ πολλὰ διάγων.

Καὶ τί ἂν, ἔφην ἐγὼ, τοσοῦτον ἐκ φιλοσοφίας σύ τ' ἂν ὠφεληθείης, ὅσον παρὰ τοῦ σοῦ νομοθέτου καὶ τῶν προφητῶν;

Τί γὰρ, οὐχ οἱ φιλόσοφοι περὶ Θεοῦ [4] τὸν ἅπαντα ποιοῦνται λόγον, ἐκεῖνος ἔλεγε, καὶ περὶ μοναρχίας αὐτῆς καὶ προνοίας αἱ ζητήσεις γίνονται ἑκάστοC τε; ἢ οὐ τοῦτο ἔργον ἐστὶ φιλοσοφίας, ἐξετάζειν περὶ τοῦ θείου;

Ναὶ, ἔφην· οὕτως καὶ ἡμεῖς δεδοξάκαμεν. [5] ἀλλ'

A Ambulanti mihi mane in Xysti spatiis occurrens quidam una cum aliis, salve, inquit, Philosophe; statimque his dictis conversus una mecum ambulabat: conversi quoque cum eo amici ejus. Tum ego vicissim illum salutans: Quid rerum, inquam, potissimum?

At ille: Docuit me Argis, inquit, Corinthus Socraticus non debere contemni aut negligi qui hanc vestem induti sunt, sed omnem eis humanitatem exhibendam, ac eorum consuetudine utendum, ut aliqua inde utilitas sive ad ipsum illum, sive ad me redeat. Utrique autem bene est, si vel alteruter juvetur. Hanc igitur ob causam, cum aliquem in hac veste conspicio, libenter ad eum accedo; teque modo B ea de causa lætus compellavi; isti autem me subsequuntur, quod & ipsi sperent se ex te utile aliquid audituros.

Tu vero quisnam es mortalium præstantissime? Ita eum jocans alloquebar.

Ille autem & nomen mihi & genus ingenue edidit. Tryphon, inquit, vocor; Hebræus autem sum ex circumcisione, ex bello nuper gesto profugus, in Græcia & Corinthi plerumque degens.

Sed quid te, ajebam, tantum philosophia juvare possit, quantum Legislator tuus & Prophetæ?

Quid enim, inquit ille, an non philosophorum sermo omnis de Deo versatur, ac de ejus singulariC tate & providentia quæstiones ab eis semper instituuntur? Aut philosophiæ an non hoc opus est de Deo quærere?

Sane, inquam, ita & nos existimamus. Sed ple-

1. Εἴ τι ὄφελος.] Illud εἰ idem hoc loco valet ac dando operam, sive tentando, ut aliqua utilitas ad ipsum vel ad me redeat.


2. Τίς δὲ σύ ἐσσι.] Ex Homero Iliad. ζ. v. 123. τίς δὲ σύ ἐσσι φέριστε καταθνητῶν ἀνθρώπων; Halloix. Not. in vit. Just. cap. 6.

3. Τρύφων... καλοῦμαι.] Hunc Tryphonem Eusebius Judæorum tunc temporis celeberrimum fuisse dicit lib.4.cap.18.

4. Τὸν ἅπαντα ποιοῦνται λόγον.] Sic etiam reddi possent hæc verba. *An non philosophi omnem de Deo disputationem instituunt?* id est, disputationibus suis complectuntur, quidquid de Deo fas est disserere? Sed interpretatio, quam sequutus sum, confirmatur ex his verbis, αἱ ζητήσεις γίνονται ἑκάστοτε. Justinus Cohort. n. 9. ait se antiquitatem Mosis demonstraturum μετὰ πάσης ἀξιοπίστου μαρτυρίας, id est, nullo usurum testimonio, quod non gravissimum Græcis videri debeat.

5. Ἀλλ' οἱ πλεῖστοι.] Hoc loco Stoicos notat Justinus; nam Stoicus ille, quem primum philosophiæ magistrum habuit, parvi pendebat cognitionem Dei, ut infra narrat Justinus. In eosdem Stoicos quadrant optime quæ sequuntur. Providentiam illi quidem admittebant, sed quæ fato & necessitate contineretur, nec aliter homines ac res inanimas regeret. Hinc Tertullianus Præscript. c. 7. *Marcionis Deus melior de tranquillitate*, inquit, *a Stoicis venerat*. Denique philosophi, de quibus heic loquitur Justinus, iisdem vicibus redeuntibus eosdem homines revicturos docebant; quod proprium fuit Porticus commentum.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



οἱ πλεῖστοι οὐδὲ τούτου πεφροντίκασιν, εἴτε εἷς εἴτε A καὶ πλείους εἰσὶ θεοὶ, καὶ εἴτε προνοοῦσιν ἡμῶν ἑκάστου, εἴτε καὶ οὔ· ὡς μηδὲν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς γνώσεως ταύτης συμπλούσης· [a] ἀλλὰ [1] καὶ ἡμᾶς ἐπιχειροῦσι πείθειν, ὡς τοῦ μὲν σύμπαντος καὶ αὐτῶν τῶν γενῶν καὶ εἰδῶν ἐπιμελεῖται Θεὸς, ἐμοῦ δὲ καὶ σοῦ οὐκ ἔτι καὶ [2] τοῦ καθέκαστα, ἐπεὶ οὐδ' ἂν ηὐχόμεθα αὐτῷ δι' ὅλης νυκτὸς καὶ ἡμέρας. τοῦτο δὲ ὅπῃ αὐτοῖς τελευτᾷ, οὐ χαλεπὸν συννοῆσαι. ἄδεια γὰρ καὶ ἐλευθερία λέγειν καὶ ἕπεσθαι τοῖς δοξάζουσι ταῦτα, ποιεῖν τε ὅ, τι βούλονται καὶ λέγειν, μήτε κόλασιν [3] φοβουμένοις, μήτε ἀγαθὸν ἐλπίζουσί τι ἐκ Θεοῦ. πῶς γάρ; οἵγε ἀεὶ ταῦτα ἔσεσθαι λέγουσι, καὶ ἐπ' ἐμὲ [4] καὶ σὲ ἔμπαλιν βιώσεσθαι ὁμοίως, μήτε κρείσσονας, μήτε χείρους γεγονότας. B [5] ἄλλοι δέ τινες, ὑποστησάμενοι ἀθάνατον καὶ ἀσώματον τὴν ψυχὴν, οὔτε κακόν τι δράσαντες ἡγοῦνται δώσειν δίκην· (ἀπαθὲς γὰρ τὸ ἀσώματον) οὔτε ἀθανάτου αὐτῆς ὑπαρχούσης, δέονταί τι τοῦ Θεοῦ ἔτι.

Καὶ ὃς, ἀστεῖον ὑπομειδιάσας, σὺ δὲ πῶς, ἔφη, περὶ τούτων φρονεῖς, καὶ τίνα γνώμην περὶ Θεοῦ ἔχεις, καὶ τίς ἡ σὴ φιλοσοφία; εἰπὲ ἡμῖν.

Ἐγώ σοι, ἔφην, ἐρῶ, ὅ γέ μοι καταφαίνεται. ἔστι γὰρ τῷ ὄντι φιλοσοφία [b] μέγιστον κτῆμα καὶ τιμιώτατον [6] Θεῷ, ᾧ τε προσάγει καὶ συνίστησιν ἡμᾶς μόνη· καὶ ὅσιοι ὡς ἀληθῶς οὗτοί εἰσιν, οἱ φιλοσοφίᾳ τὸν νοῦν προσεσχηκότες. τί ποτε δέ C ἐστι φιλοσοφία, καὶ οὗ χάριν κατεπέμφθη εἰς τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς πολλοὺς λέληθεν. οὐ γὰρ ἂν Πλατωνικοὶ ἦσαν, οὐδὲ Στωϊκοὶ, οὐδὲ Περιπατητικοὶ, οὐδὲ [7] Θεωρητικοὶ, οὐδὲ Πυθαγορικοὶ, [8] μιᾶς οὔσης ταύτης ἐπιστήμης. οὗ δὲ χάριν πολύκρανος ἐγενήθη, θέλω εἰπεῖν. συνέβη τοῖς πρώτοις ἁψαμένοις αὐτῆς, καὶ διὰ τοῦτο ἐνδόξοις γενομένοις, ἀκολουθῆσαι τοὺς ἔπειτα, μηδὲν ἐξετάσαντας ἀληθείας πέρι, καταπλαγέντας δὲ μόνον τὴν καρτερίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὸ ξένον τῶν λόγων, ταῦτα ἀληθῆ νομίσαι ἃ παρὰ τοῦ διδασκάλου ἕκαστος ἔμαθεν· εἶτα καὶ αὐτοὺς τοῖς ἔπειτα παραδόντας τοιαῦτα ἄττα καὶ ἄλλα τούτοις προσεοικότα, τοῦτο κληθῆναι τοὔνομα, ὅπερ ἐκαλεῖτο ὁ πατὴρ τοῦ λόγου.

A rique ne id quidem laborant, utrum unus an plures sint dii, & unicuique nostrum utrum provideant necne; quasi hæc cognitio nihil ad beate vivendum afferat. Quin etiam persuadere nobis conantur Deum universi quidem ac ipsorum generum & specierum curam gerere, mei autem & tui & singulorum non item; neque enim fore ut eum tota nocte ac die precaremur. Hoc autem quonam illis evadat, difficile non est intelligere. Proposita enim est his qui ita sentiunt, differendi & sequendi quo libuerit impunitas & licentia, ac agendi quidquid voluerint & dicendi, nec supplicium metuentibus, nec boni quidquam a Deo sperantibus. Quomodo enim metuant aut sperent qui eadem semper futura dicunt; meque & te eodem rur- B sus modo victuros, nec meliores factos, nec deteriores? Alii quidam, cum immortalem & incorpoream animam esse ponant, nec pœnas daturos se putant, si quid mali fecerint (pati enim non potest quod incorporeum est) nec jam Deo, cum immortalis sit anima, quidquam indigent.

Tum ille urbane subridens: Tu vero, inquit, his de rebus quid censes, & quæ tua de Deo sententia, & quæ philosophia? Expone nobis.

II. Equidem tibi, inquam, quid mihi videatur edisseram. Est enim revera maxima possessio philosophia, ac plurimi apud Deum pretii, ad quem nos perducit, cuique nos sola commendat: vere- C que illi sancti sunt qui animum ad philosophiam adjungunt. Quid autem sit philosophia, & quam ob causam ad homines demissa, plerosque latet. Nam nec Platonici essent, nec Stoici, nec Peripatetici, nec Theoretici, nec Pythagorici; cum una sit hæc scientia. Unde autem multiceps evaserit, juvat dicere. Usu venit, ut iis qui philosophiam primi attigerunt, & ea re clari exstitere, successores nulla veri adhibita investigatione adhærerent; ac tantum eorum constantiam & continentiam, & novum sermonum genus admirati, ea crederent vera, quæ a suo quisque magistro didicissent; & cum eadem ipsi suis quoque successoribus & alia quædam affinia tradidissent, eo nomine designarentur, quo appellatus fuisset doctrinæ pater. Ego quoque cum initio cupe-

1. Καὶ ἡμᾶς.] Ita mss. codices, & editiones recentiores R. Stephani, apud quem legitur καὶ ὑμᾶς.

2. Τοῦ καθέκαστα.] Mallet Sylburgius τῶν καθέκαστα vel τοῦ καθέκαστον. Hæc in Peripateticos & Cyrenaicos dicta crediderim, qui preces rejiciebant. Vid. Stromat. 7. p. 722. & 2. adv. Celsum p. 68.

3. Φοβουμένοις.] In cod. Reg. & Clarom. φοβουμένους & ἐλπίζοντας ad marg. Sic etiam R. Steph. ad calcem. Sed non necessaria emendatio: hæc enim referuntur ad δοξάζουσι. Si Justinus semper sequeretur nitidum dicendi genus, valde mihi arrideret hæc Perionii emendatio; ἐλευθερία ἕπεται τοῖς δοξάζουσι ταῦτα, ποιεῖν τε ὅ, τι βούλονται καὶ λέγειν.

4. Καὶ σέ.] Sic cod. Clarom. Editi habent ἐς ἔμπαλιν. Pro ἐπ' legendum videtur ἔτι, ut admonuit Sylburgius.

5. Ἄλλοι δέ τινες.] Nonnullos notat Platonicos de quibus loquitur infra num. 5.

6. Θεῷ, ᾧ τε.] Legit Sylburgius Θεῷ ὥστε. Paullo post pro ὅσιοι, videtur Langus legisse ὄλβιοι, *felices*; sed nulla prorsus ratione. Loquitur enim Justinus non de philosophia ethnicorum, sed de Christiana doctrina, quam infra n. 8. declarat solam esse certam atque utilem philosophiam, seque tunc demum fuisse philosophum, cum factus est Christianus. Thirlbii ergo legendum conjicientis, σοφοί, inutilis conjectura.

7. Θεωρητικοί.] Philosophi quos Justinus Theoreticos appellat, non iidem sunt ac Sceptici, ut existimavit Langus; sive Pyrrhonii, qui quærendi & investigandi finem non faciebant, cum nihil prorsus affirmare auderent. Sed Theoretica philosophia ea est, quæ in contemplandis rebus versatur, nec ad actionem transit. Hinc Julianus Imperator Or. 6. pag. 190. οὗτοι διμερῆ τὴν φιλοσοφίαν νομίσαντες, ὥσπερ ὁ Ἀριστοτέλης καὶ Πλάτων, θεωρηματικήν τε καὶ πρακτικὴν αὐτῆς συνέντες δηλονότι καὶ νοήσαντες, ὡς οἰκεῖόν ἐστιν ἄνθρωπος φύσει, πράξει καὶ ἐπιστήμῃ. *Philosophiam (Cynici) in duas partes dividunt, uti Aristoteles & Plato, speculativam & practicam; in quo recte illud videntur animadvertisse, hominem natura ad scientiam & actionem esse comparatum.* Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 201. tres philosophiæ species distinguit, quarum primam quæ in actione versatur, veluti fundamentum esse statuit; aliam quam logicam appellat, veluti ornamentum; tertiam theoreticam sive speculativam, veluti fastigium & coronidem. Non alio sensu videtur hanc vocem usurpare Justinus, nec immerito Theoreticos cum aliis sectis exagitat, cum vera philosophia non minus præclare factis, quam rerum consideratione debeat commendari.

8. Μιᾶς οὔσης.] Julianus Imperator in sexta Oratione p. 184. sic loquitur: μηδεὶς οὖν ἡμῖν τὴν φιλοσοφίαν εἰς πολλὰ διαιρείτω, μηδὲ εἰς πολλὰ τεμνέτω· μᾶλλον δὲ μὴ πολλὰς ἐκ μιᾶς ποιείτω. ὥσπερ γὰρ ἀλήθεια μία, οὕτω δὲ καὶ φιλοσοφία· *Nemo ergo philosophiam nobis in plures partes dividat, vel potius plures ex una faciat. Ut enim veritas una est, ita & philosophia.* Hactenus præclare Julianus: sed in eo turpiter labitur, quod plures vias, id est, varia ethnicarum superstitionum instituta, ad hanc veritatem ducere existimet.

a Ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς] Sunt qui audacter rescriberent ἄλλοι δὲ, aut ἄλλοι δὲ καὶ, vel sexcentis codicibus reclamantibus. Nos vulgatam lectionem facile ferimus. THIRLBIUS in *addend.* pag. 444.

b Μέγιστον — προσάγει] Conjecturam Sylburgii legentis, μέγιστον κτῆμα καὶ τιμιώτατον, Θεῷ τε προσάγει, confirmat Samuel JEBB ex altero gemino loco, mox infra n. III. ubi philosophiam pariter appellat sanctus Martyr, τοῦτο μέγιστον καὶ τιμιώτατον ἔργον.

ἐγώ τι κατ' ἀρχὰς οὕτω ποθῶν καὶ αὐτὸς συμβαλεῖν τούτων ἑνὶ, ἐπέδωκα ἐμαυτὸν Στωϊκῷ τινι· καὶ διατρίψας ἱκανὸν μετ' αὐτοῦ χρόνον, ἐπεὶ οὐδὲν πλέον ἐγίνετό μοι περὶ Θεοῦ· (οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἠπίστατο, οὐδὲ ἀναγκαίαν ἔλεγε ταύτην εἶναι τὴν μάθησιν) τούτου μὲν ἀπηλλάγην, ἐπ' ἄλλον δὲ ἧκα Περιπατητικὸν καλούμενον, δριμὺν, ὡς ᾤετο. καί μου ἀνασχόμενος οὗτος τὰς πρώτας ἡμέρας, ἠξίου με ἔπειτα μισθὸν ὁρίσαι, ὡς μὴ ἀνωφελὴς ἡ συνουσία γίγνοιτο ἡμῖν. καὶ αὐτὸν ἐγὼ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν κατέλιπον, μηδὲ φιλόσοφον οἰηθεὶς ὅλως. τῆς δὲ ψυχῆς ἔτι μου σπαργώσης ἀκοῦσαι τὸ ἴδιον καὶ τὸ ἐξαίρετον τῆς φιλοσοφίας, προσῆλθον εὐδοκιμοῦντι μάλιστα Πυθαγορείῳ, ἀνδρὶ πολὺ ἐπὶ τῇ σοφίᾳ φρονοῦντι. κἄπειτα, ὡς διελέχθην αὐτῷ, βουλόμενος B ἀκροατὴς αὐτοῦ καὶ συνουσιαστὴς γενέσθαι, τί δαί; ὡμίλησας, ἔφη, μουσικῇ, καὶ ἀστρονομίᾳ, καὶ γεωμετρίᾳ; ἢ δοκεῖς κατόψεσθαί τι τῶν εἰς εὐδαιμονίαν συντελούντων, εἰ μὴ ταῦτα πρῶτον διδαχθείης, ἃ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν περισπάσει, καὶ τοῖς νοητοῖς αὐτὴν παρασκευάσει χρησίμην, ὥστε αὐτὸ κατιδεῖν τὸ καλὸν, καὶ αὐτὸ ὅ ἐστιν ἀγαθόν; πολλά τε ἐπαινέσας ταῦτα τὰ μαθήματα, καὶ ἀναγκαῖα εἰπὼν, ἀπέπεμπέ με, ἐπεὶ αὐτῷ ὡμολόγησα μὴ εἰδέναι. ἐδυσφόρουν οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀποτυχὼν τῆς ἐλπίδος, καὶ μᾶλλον ἢ ἐπίστασθαί τι αὐτὸν ᾤμην. πάλιν τε τὸν χρόνον σκοπῶν ὃν ἔμελλον ἐκτρίβειν περὶ ἐκεῖνα τὰ μαθήματα, οὐκ ἠνειχόμην εἰς μακρὰν ἀποτιθέμενος. ἐν ἀμηχανίᾳ δέ μου C ὄντος, ἔδοξέ μοι καὶ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐντυχεῖν. πολὺ γὰρ καὶ τούτων ἦν κλέος. καὶ δὴ νεωστὶ ἐπιδημήσαντι τῇ ἡμετέρᾳ πόλει συνετῷ ἀνδρὶ, καὶ προὔχοντι ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς, συνδιέτριβον ὡς τὰ μάλιστα, καὶ προέκοπτον, καὶ πλεῖστον ὅσον ἑκάστης ἡμέρας ἐπεδίδουν. [1] καί με ᾕρει σφόδρα ἡ τῶν ἀσωμάτων νόησις, καὶ ἡ θεωρία τῶν ἰδεῶν ἀνεπτέρου μοι τὴν φρόνησιν, ὀλίγου τε ἐντὸς χρόνου ᾤμην σοφὸς γεγονέναι, καὶ ὑπὸ βλακείας ἤλπιζον αὐτίκα κατόψεσθαι τὸν Θεόν· τοῦτο γὰρ τέλος τῆς Πλάτωνος φιλοσοφίας.

Καί μου οὕτως διακειμένου, ἐπεὶ ἔδοξέ ποτε πολλῆς [a] ἠρεμίας ἐμφορηθῆναι, καὶ [2] τὸν τῶν ἀνθρώπων ἀλεεῖναι πάτον, ἐπορευόμην D εἴς τι χωρίον οὐ μακρὰν θαλάσσης. πλησίον δέ μου γενομένου ἐκείνου τοῦ τόπου, ἔνθα ἔμελλον ἀφικόμενος πρὸς ἐμαυτῷ ἔσεσθαι, παλαιός τις πρεσβύτης, ἰδέσθαι οὐκ εὐκαταφρόνητος, πρᾶον καὶ σεμνὸν ἦθος ἐμφαίνων, ὀλίγον ἀποδέων μου, παρείπετο. ὡς δὲ ἐπεστράφην εἰς αὐτὸν, ὑποστὰς ἐνητένισα δριμύτερον αὐτῷ.

Καὶ ὃς, γνωρίζεις με; ἔφη.

Ἠρνησάμην ἐγώ.

Τί οὖν, μοὶ ἔφη, οὕτως με κατανοεῖς;

Θαυμάζω, ἔφην, ὅτι ἔτυχες ἐν τῷ αὐτῷ μοι γενέσθαι. οὐ γὰρ προσεδόκησα ὄψεσθαί τινα ἀνδρῶν ἐνθάδε.

Ὁ δὲ, οἰκείων τινῶν, φησί μοι, πεφρόντικα· οὗτοι E δέ μοι εἰσὶν ἀπόδημοι· ἔρχομαι οὖν καὶ αὐτὸς σκοπήσων τὰ περὶ αὐτοὺς, εἰ ἄρα φανήσονταί ποθεν. σὺ δὲ τί ἐνθάδε; ἐμοὶ ἐκεῖνος.

Χαίρω, ἔφην, ταῖς τοιαύταις διατριβαῖς, ἀνεμπόδιστος γάρ μοι ὁ διάλογος πρὸς ἐμαυτὸν γίνεται, μὴ ἐναντία δρώσαις [3] ὡσανεί· φιλολογίᾳ τε ἀντικωτατά ἐστι τὰ τοιάδε χωρία.

A rem horum alicui in ſermonem venire, dedi me cuidam Stoico; ſatiſque cum eo verſatus diu, cum nihilo plura ſcirem de Deo (nam nec ſciebat ipſe, neque hanc ſcientiam neceſſariam putabat) ab eo diſceſſi, atque ad alium me contuli, quem Peripateticum vocabant, hominem, ut ſibi ipſe videbatur, peracutum. Cumque is me primis diebus pertuliſſet, rogavit poſtea ut de mercede tranſigerem, quo fructuoſa nobis eſſet inter nos conſuetudo. Hac ipſa de cauſa miſſum illum feci, ne philoſophum quidem omnino arbitratus. Sed cum animus adhuc ſtudio flagraret id quod philoſophiæ proprium & præcipuum eſt audiendi; celeberrimum adii Pythagoreum, hominem de ſapientia valde gloriantem. Deinde ut col- B loquutus ſum cum eo, auditor illius & familiaris fieri cupiens: Quid ergo, inquit ille, dediſti operam Muſicæ, Aſtronomiæ, & Geometriæ? An putas perſpecturum te quidquam eorum quæ beatæ vitæ conducunt, niſi hæc prius didiceris quæ animum a rebus ſenſum moventibus abſtrahent, & ad ea quæ mente percipiuntur, idoneum efficient, ut ipſum pulcrum & ipſum bonum intueatur? Cumque has diſciplinas pluribus laudaſſet, ac neceſſarias prædicaſſet; dimiſit me a ſe, poſtquam ei confeſſus ſum me neſcire. Ferebam igitur, ut par erat, moleſte quod ſpe excidiſſem; eoque magis quod mihi aliquid ſcire videretur. Rurſus cum tempus illud conſiderarem, quod mihi in his diſciplinis conterendum erat; non fere- C bam me in longum tempus rejici. In hac conſilii inopia viſum eſt, ut & ad Platonicos me conferrem: (erant enim magno in pretio.) Itaque cum viro quodam prudenti, qui recens in urbem noſtram advenerat atque inter Platonicos excellebat, plurimum verſabar, proficiebamque & quotidie mihi quam maximæ acceſſiones fiebant. Efferebat me vehementer incorporearum rerum intelligentia, ac meæ menti alas addebat idearum contemplatio: ſapienſque mihi videbar intra breve tempus evaſiſſe, ac præ ſtoliditate in ſpem veneram videndi protinus Dei. Hic enim finis eſt Platonis philoſophiæ.

III. Sic affectus cum vellem aliquando plurima ſo- D litudine animum explere, atque hominum veſtigia vitare; profectus ſum in agrum quemdam non remotum a mari. Cumque propinquarem huic loco, ad quem cum veniſſem, mecum eram futurus; ſenior quidam, non ſane aſpectu contemnendus, gravitatem & comitatem præ ſe ferens, modico me intervallo affectabatur. Converſus in eum ſubſtiti, atque oculos in eum acrius defixi.

Tum ille, mene, inquit, cognoſcis?

Negavi ego.


Quid me igitur, inquit, ita contemplaris?

Miror, inquam, aſſequutum te eſſe, ut mecum in eodem loco eſſes: neque enim fore exſpectabam, ut quemquam heic viderem.

Solicitus ſum, inquit, de meorum nonnullis: hi E peregre mihi abierunt; veni ergo & ipſe ſpectatum, an ſeſe mihi alicunde oſtenſuri ſint. Tu vero, quidnam heic rerum?

Delector, inquam, ejuſmodi deambulationibus, in quibus, cum nihil occurrat quod interpellare poſſit, mecum ipſe liberrime colloquor: ſunt enim hæc loca philologiæ aptiſſima.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



1. Καί με ᾕρει.] Id pro ἤρεσκε, *placebat*, poſitum fuiſſe obſervat Stephanus. At Sylburgius probat retinendum ᾕρει ex ſimili loquendi ratione ſub finem orationis adverſus Græcos, n. 5. ταῦτά με εἷλε.

2. Τὸν τῶν ἀνθρώπων.] Alluſio eſt ad illud Homeri Iliad. ζ. v. 201. de Bellerophonte:
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. Sylburgius.

3. Ὡσανεί.] Sylburgius legendum putat ὡσανεὶ μὴ ἐναντία δρώσαις, atque hæc collocanda ante ἀνεμπόδιστος. Sed neceſſe non videtur accuratiſſimam verborum conſtructionem a S. Juſtino petere. Perionius legendum conjiciebat μὴ δρώσαις.

a Ἠρεμίας] Forte ἐρημίας. Thirlbius in *addend.* p. 445.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
141.



[1] Φιλολόγος οὖν τις εἶ σύ, ἔφη, φιλεργὸς δὲ οὐδαμῶς οὐδὲ φιλαλήθης; οὐδὲ πειρᾷ πρακτικὸς εἶναι μᾶλλον ἢ σοφιστής; A

Τί δ' ἄν, ἔφην ἐγώ, τούτου μεῖζον [a] ἀγαθὸν ἄν τις ἐργάσαιτο, τοῦ δεῖξαι μὲν [2] τὸν λόγον ἡγεμονεύοντα πάντων· συλλαβόντα δέ, καὶ ἐπ' αὐτῷ [3] ὀχούμενον, καθορᾶν τὴν τῶν ἄλλων πλάνην καὶ τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα, ὡς οὐδὲν ὑγιὲς δρῶσιν, οὐδὲ Θεῷ φίλον; ἄνευ δὲ φιλοσοφίας καὶ ὀρθοῦ λόγου οὐκ ἄν τῳ παρείη φρόνησις. διὸ χρὴ πάντα ἄνθρωπον φιλοσοφεῖν, καὶ τοῦτο μέγιστον καὶ τιμιώτατον ἔργον ἡγεῖσθαι, τὰ δὲ λοιπὰ δεύτερα καὶ τρίτα· καὶ φιλοσοφίας μὲν ἀπηρτημένα, μέτρια καὶ ἀποδοχῆς ἄξια· στερηθέντα δὲ ταύτης καὶ μὴ παρεπομένης, B τοῖς μεταχειριζομένοις αὐτὰ φορτικὰ καὶ βάναυσα.

Ἡ οὖν φιλοσοφία εὐδαιμονίαν ποιεῖ; ἔφη [4] ὑποτυχὼν ἐκεῖνος.

Καὶ μάλιστα, ἔφην ἐγώ, καὶ μόνη.

Τί γάρ ἐστι φιλοσοφία, φησί, καὶ τίς ἡ εὐδαιμονία αὐτῆς, εἰ μή τι κωλύει φράζειν, φράσον.

Φιλοσοφία μέν, ἦν δ' ἐγώ, ἐπιστήμη ἐστὶ τοῦ ὄντος, καὶ τοῦ ἀληθοῦς ἐπίγνωσις. εὐδαιμονία δέ, ταύτης τῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς σοφίας γέρας.

[5] Θεὸν δὲ σὺ τί καλεῖς; ἔφη.

Τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἀεὶ ἔχον, καὶ τοῦ εἶναι πᾶσι τοῖς ἄλλοις αἴτιον, τοῦτο δή ἐστιν ὁ Θεός. οὕτως ἐγὼ ἀπεκρινάμην αὐτῷ· καὶ ἐτέρπετο ἐκεῖνος C ἀκούων μου, οὕτως τέ με ἤρετο πάλιν.

Ἐπιστήμη οὐκ ἔστι κοινὸν ὄνομα διαφόρων πραγμάτων; ἔν τε γὰρ ταῖς τέχναις ἁπάσαις, ὁ ἐπιστάμενος τούτων τινά, ἐπιστήμων καλεῖται, ἔν τε στρατηγικῇ, καὶ κυβερνητικῇ, καὶ ἰατρικῇ ὁμοίως. ἔν τε τοῖς θείοις καὶ ἀνθρωπείοις [6] οὐχ οὕτως ἔχει; ἐπιστήμη τίς ἐστιν ἡ παρέχουσα αὐτῶν τῶν ἀνθρωπίνων καὶ τῶν θείων γνῶσιν, ἔπειτα τῆς τούτων θειότητος καὶ δικαιοσύνης ἐπίγνωσιν;

Καὶ μάλα, ἔφην.

Τί οὖν; ὁμοίως ἐστὶν ἄνθρωπον εἰδέναι καὶ Θεόν, ὡς μουσικήν, καὶ ἀριθμητικήν, καὶ ἀστρονομίαν, ἢ τι τοιοῦτον;

Οὐδαμῶς, ἔφην.

Sermonum ergo, inquit ille, amator es, factorum autem & veritatis nequaquam, nec actuosus esse conaris potius quam sophista?

Tum ego: quid, inquam, majus meliusve facere quisquam possit, quam si rationem omnibus imperare demonstret, illamque apprehendens eique veluti insidens, aliorum errores & studia consideret, quomodo nihil agant quod sanum sit, nihil quod Deo placeat? Prudentia autem sine philosophia & recta ratione inesse nemini potest. Idcirco omni homini philosophandum est, atque hoc maximum & præclarissimum opus existimandum, cetera vero in secundis & tertiis ponenda: ac philosophiæ quidem si adjuncta fuerint, mediocria, & quæ assumantur digna; si vero incomitata & destituta ab ea sint, cum iis importuna quorum manibus tractantur, tum etiam illiberalia ducenda sunt.

Philosophia igitur beatitudinem efficit? inquit ille.

Illa vero, inquam, & sola quidem.

Igitur quid sit philosophia, inquit, & quæ ejus beatitudo, nisi quid eloqui prohibet, eloquere.

Philosophia, inquam ego, est scientia illius quod est, & veri cognitio. Beatitudo autem, hujus scientiæ & sapientiæ præmium.

Deum autem quidnam vocas, inquit ille?

Quod idem est & eodem modo semper se habet, quodque ceteris omnibus causa est, cur sint, hoc sane Deus est. Ita illi ego respondi: meque ille libenter audiebat, ac rursus ita interrogavit.

Scientia an non commune nomen est rerum diversarum? In omnibus enim artibus, qui harum aliquam sciat dicitur sciens, in imperatoria, in gubernatoria, in medica similiter. In divinis & humanis rebus an ita se res habet? Estne scientia quæpiam, quæ divinarum & humanarum rerum cognitionem afferat, ac deinde quæ sit in illis divinitatis, quæ justitiæ ratio demonstret?

Maxime, inquam.

Quid igitur? Idem est hominem & Deum nosse, ac Musicam, Arithmeticam, Astronomiam aut aliquid simile?

Minime gentium, inquam.

1. Φιλολόγος.] Inest Græco sermoni acumen quoddam, quod latine reddere non potui. Nam cum λόγοι verba, orationem, litteras & doctrinam significent; Justinus, ut jam nonnulli observarunt, postremo sensu hanc vocem usurpat, sed ita a sene exagitatur, quasi primo sensu usurpasset. Philosophus & Christianus tantum videntur differre Tertulliano, quantum *verborum & factorum operator*, Apol. 47.

2. Τὸν λόγον ἡγεμονεύοντα.] De Verbo Dei Filio hæc accipi non debent, sed de ratione seu cogitatione divina, quo sensu ait Cicero Tuscul. 1. *Domina omnium & regina ratio*. Nam 1. Platonis locus, quem Justinus, ut modo videbimus, imitatur, ad cogitationem Dei pertinet; Verbum illius & Filium ne minima quidem ex parte contingit. 2. Cum Justinus hæc cum sene loqueretur, id est, anno circiter 132. nondum disputationes de Verbo Dei in Platonicis scholis fervebant, ut demonstrabimus, si Deus dederit, in libro 3. de Divinitate Christi. S. Martyris verba satis quadrant cum hoc titulo unius ex libris Josephi περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, *De ratione summo imperio prædita*. Legent διῶξαι μὲν τὸν λόγον, quibus placebit eruditi Thirlbii conjectura: sed eam fateor mihi non placere.

3. Ὀχούμενον.] Imitatur Platonem qui in Phædone pag. 85. elaborandum esse ait, ut *humanarum rationum unam aliquam, quæ quidem optima sit & ad refellendum difficillima, apprehendentes eique insidentes, tamquam rate hujus vitæ pericula enavigemus; nisi quis possit firmiore aliquo vehiculo, aut divina aliqua ratione apprehensa tutius traduci*. τὸν γοῦν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λόγων λαβόντα καὶ δυσεξελεγκτότατον, ἐπὶ τούτου ὀχούμενον, ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας, κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον, εἰ μή τις δύναιτο ἀσφαλέστερον τὸ ἀκινδυνότερον ἐπὶ βεβαιοτέρου ὀχήματος, ἢ λόγου θείου τινός, διαπορευθῆναι. Refert hoc testimonium Thirlbius, aliudque indicat in Phædone p. 246. Atque hæc quidem de divina & humana ratione dicta Justinum adhuc Platonicum non dedecebant. At Christiani nequaquam nos Rationi omnibus imperanti, sive Verbo Deo, sed ipsum potius Verbum nobis insidere dicunt. Christus sanctis ἐποχεῖσθαι dicitur apud Eusebium in Psalmos p. 193. Gregor. Nyss. Homil. 3. in Cantic. Cyrill. Alex. in Joann. p. 389. & in 12. Prophet. p. 564. & 573. Hinc Gregorius Nazianzenus Verbum appellat sessorem, ἐπιβάτην, Orat. 34. Hieronymus in epist. ad Salvinam, *Nostrum est*, inquit, *voluptatis ardorem in jore Christi amore restinguere, & lasciviens jumentum frænis inediæ subjugare: ut non libidinem, sed cibos quærat ac desideret, & sessorem Spiritum sanctum moderato atque composito portet incessu*.

4. Ὑποτυχών.] In utroque codice Regio & Clarom. legitur in textu: εἰ οὖν .... οὐχ ὁ τυχών. Sed ad marginem hæc apposita est nota, οἶμαι οὕτως ἂν εἴη κάλλιον· ἢ οὖν ... ὑποτυχών. R. STEPHANUS. Scribendum ἡ οὖν monet Sylburg: Retinuissem illud εἰ si mutatum non fuisset a R. Stephano.

5. Θεόν.] Monet Thirlbius legendum esse τὸ ὂν, & mox τοῦτο δέ. Non tamen corruptus videtur contextus.

6. Οὐχ οὕτως ἔχει.] Negatio videtur expungenda: atque illam equidem in interpretando negligendam duxi. Inornata enim esset oratio. *An non ita se res habet? Estne scientia*, &c. Sic etiam ὁμοίως cum præcedentibus conjunxi.

a Μεῖζον ἀγαθόν] Fortasse legendum μεῖζον ἔργον. Mox infra: χρὴ πάντα ἄνθρωπον φιλοσοφεῖν, καὶ τοῦτο ΜΕΓΙΣΤΟΝ καὶ τιμιώτατον ΕΡΓΟΝ ἡγεῖσθαι. Respiciuntur utrobique antecedentia verba senis: Φιλολόγος οὖν τις εἶ σύ, ΦΙΛΕΡΓΟΣ δὲ οὐδαμῶς; Verum nihil muto. THIRLBIUS.

Οὐκ ὀρθῶς ἄρα ἀπεκρίθης ἐμοὶ, ἔφη ἐκεῖνος. A αἱ μὲν γὰρ ἐκ μαθήσεως προσγίνονται ἡμῖν, ἢ διατριβῆς τινος· αἱ δὲ ἐκ τοῦ ἰδέσθαι παρέχουσι τὴν ἐπιστήμην. εἴ γέ σοι λέγοι τὶς ὅτι ἐστὶν ἐν Ἰνδίᾳ ζῶον φύσιν οὐχ ὅμοιον τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖον ἢ τοῖον, πολυειδὲς καὶ ποικίλον, οὐκ ἂν πρότερον εἰδείης ἢ ἴδοις αὐτό· ἀλλ' οὐδὲ λόγον ἂν ἔχοις εἰπεῖν αὐτοῦ τινα, εἰ μὴ ἀκούσαις τοῦ ἑωρακότος.

Οὐ γὰρ, φημί.

Πῶς οὖν ἂν, ἔφη, περὶ Θεοῦ ὀρθῶς φρονοῖεν οἱ φιλόσοφοι, ἢ λέγοιέν τι ἀληθὲς, ἐπιστήμην αὐτοῦ μὴ ἔχοντες, μηδὲ ἰδόντες ποτὲ, ἢ ἀκούσαντες;

Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὀφθαλμοῖς, ἦν δ' ἐγὼ, αὐτοῖς πάτερ ὁρατὸν τὸ θεῖον ὡς [1] τὰ ἄλλα ζῶα, ἀλλὰ μόνῳ νῷ B καταληπτὸν, ὥς φησι Πλάτων, καὶ ἐγὼ πείθομαι αὐτῷ.

Ἔστιν οὖν, φησι, τῷ νῷ ἡμῶν τοιαύτη τὶς καὶ τοσαύτη δύναμις, [2] ὃ μὴ τάχιον δι' αἰσθήσεως ἔλαβεν; ἢ τὸν Θεὸν ἀνθρώπου νοῦς ὄψεταί ποτε, μὴ ἁγίῳ πνεύματι κεκοσμημένος;

Φησὶ γὰρ Πλάτων [a], ἦν δ' ἐγὼ, αὐτὸ τοιοῦτον εἶναι τὸ τοῦ νοῦ ὄμμα, καὶ πρὸς τοῦτο ἡμῖν δεδόσθαι, ὡς δύνασθαι καθορᾶν αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ ὂν εἰλικρινεῖ αὐτῷ ἐκείνῳ, ὃ τῶν νοητῶν ἁπάντων ἐστὶν αἴτιον, οὐ χρῶμα ἔχον, οὐ σχῆμα, οὐ μέγεθος, οὐδὲ οὐδὲν ὧν ὀφθαλμὸς βλέπει· [3] ἀλλά τι ὂν τοῦτ' αὐτὸ, φημι, ὂν ἐπέκεινα πάσης οὐσίας, οὔτε ῥητὸν, οὔτε ἀγορευτὸν, ἀλλὰ μόνον C καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ἐξαίφνης ταῖς εὖ πεφυκυίαις ψυχαῖς ἐγγινόμενον διὰ τὸ συγγενὲς καὶ ἔρωτα τοῦ ἰδέσθαι.

Τίς οὖν ἡμῖν, ἔλεγε, συγγένεια πρὸς τὸν Θεόν ἐστιν; ἢ καὶ ἡ ψυχὴ θεία καὶ ἀθάνατός ἐστι, καὶ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ [4] βασιλικοῦ νοῦ μέρος; ὡς δὲ ἐκεῖνος ὁρᾷ τὸν Θεὸν, οὕτω καὶ ἡμῖν ἐφικτὸν τῷ ἡμετέρῳ νῷ συλλαβεῖν τὸ θεῖον, καὶ τοὐντεῦθεν ἤδη εὐδαιμονεῖν;

Πάνυ μὲν οὖν, ἔφην.

[5] Πᾶσαι δ' αὐτῷ διὰ πάντων αἱ ψυχαὶ χωροῦσι τῶν ζώων, ἠρώτα, ἢ ἄλλη μὲν ἀνθρώπου, ἄλλη δὲ ἵππου καὶ ὄνου;

Οὔκ, ἀλλ' αἱ αὐταὶ ἐν πᾶσίν εἰσιν, ἀπεκρινάμην. D

Ὄψονται ἄρα, φησὶ, καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, ἢ εἶδόν ποτε τὸν Θεόν;

Οὔκ, ἔφην. οὐδὲ γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰ μή τις ἐν δίκῃ βιώσαιτο, καθηράμενος δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ πάσῃ.

Οὐκ ἄρα, ἔφη, διὰ τὸ συγγενὲς ὁρᾷ τὸν Θεὸν, οὐδ' ὅτι νοῦς ἐστιν, ἀλλ' ὅτι σώφρων καὶ δίκαιος;

Ναὶ, ἔφην, καὶ διὰ τὸ ἔχειν ᾧ νοεῖ τὸν Θεόν.

Τί οὖν; ἀδικοῦσί τινα αἶγες ἢ πρόβατα;

Οὐδὲν οὐδένα, ἦν δ' ἐγώ.

A Non recte ergo mihi respondisti, inquit ille. Aliæ enim disciplina & exercitatione quadam a nobis comparantur: aliæ vero ex visu scientiam efficiunt. Si quis tibi dicat esse in India animal natura non simile ceteris omnibus, sed tale aut tale, multiplicis ac variæ formæ; non prius scias quale sit, nisi videris: sed nec ullam illius rationem possis reddere, nisi ex eo qui viderit, audieris.

Non profecto, inquam.

Quomodo igitur, inquit, de Deo philosophi recte sentiant, aut quidquam veri dicant, scientiam illius non habentes, quippe qui nec visu nec auditione quidquam de eo umquam perceperint?

At oculis, inquam, Pater, divinum numen, ut B cetera animalia, videri non potest, sed sola mente percipi, ut ait Plato, cui ego assentior.

IV. Inest igitur, inquit ille, menti nostræ talis quædam ac tanta vis, aut non citius sensu percepisset? Aut Deum videbit aliquando humana mens Spiritu sancto non exornata?

Ait enim Plato, inquam ego, talem esse mentis oculum, atque ad hoc nobis datum fuisse, ut ipsum illud, quod est, hoc ipso pellucido oculo videre possimus; quod quidem causa est eorum omnium, quæ mente percipiuntur, nec colorem habens, nec figuram, nec magnitudinem, nec quidquam eorum quæ oculis cernuntur: sed quidnam est? Hoc ipsum, C inquam, quod supra omnem essentiam est; non enarrabile, non explicabile, solum pulcrum & bonum, animis a natura bene informatis ob cognationem & videndi cupiditatem illico affulgens.

Quænam igitur nobis, ajebat, cognatio cum Deo? Num anima divina & immortalis est, & ipsius regiæ illius mentis particula; & quemadmodum illa Deum videt, ita consequi possumus, ut mente nostra divinum numen complectamur, atque inde jam simus beati?

Omnino, inquam.

Num illud etiam comprehendunt animæ omnium animalium, interrogabat ille, an alia hominis anima, alia equi & asini;

D Minime, inquam; sed eædem sunt in omnibus.

Videbunt igitur, inquit, equi & asini, aut viderunt Deum aliquando?

Non sane, inquam; nam ne hominum quidem vulgus; sed tantum si quis juste vixerit, ac justitia ceterisque omnibus virtutibus lustratus fuerit.

Non jam ergo, inquit ille, propter cognationem videt Deum, neque eo quod mens sit, sed quia temperans & justa?

Sane, inquam; & quia habet quo Deum intelligat.

Quid porro? Faciunt cuiquam injuriam capræ & oves?

Nemini profecto, inquam.

1. Τὰ ἄλλα ζῶα.] Illud ἄλλα rejicit Perlonius, ut suppositam Justino vocem & Deo injuriam. Sed minus animadvertit Justinum tunc Platoni addictum fuisse, qui Deum conceptis verbis vocat ζῶον ἀΐδιον in Timæo, non longe ab initio.

2. ὃ μή.] Leg. ἢ μή.


3. Ἀλλά τι ὄν.] Legendum ἀλλά τί ὄν; vel ἀλλά τι ὂν τοιοῦτον;

4. Βασιλικοῦ νοῦ.] Non deerunt fortasse qui regiam illam mentem nihil allud esse quam Verbum Dei pronuntient, atque inde concludant jam tum Platonicos de Dei Verbo, ut de persona distincta, disseruisse; si quidem senex non quæreret ex Justino an anima nostra pars sit regiæ illius mentis, nisi eum in Platonis schola, quid sit regia illa mens didicisse sciret. Verum etiamsi dederim hæc de Verbo Dei accipienda esse; non idcirco Platonicos de Verbo jam tum dederim disseruisse. Paullo ante dicebat senex: *An Deum videbit aliquando humana mens Spiritu sancto non exornata?* An inde concludes Platonicos non latuisse quid sit Spiritus sanctus? Ad eumdem Spiritum referri debent, quæ de regia mente hoc loco dicuntur. Quemadmodum enim antea quæsierat senex, an Deum mens nostra Spiritu sancto non exornata videre possit; ita postquam animadvertit Justinum humanæ naturæ hanc Dei videndi facultatem attribuere; iterum quærit an anima nostra divina sit & immortalis & regiæ illius mentis particula. Perspicuum ergo est eum nunc quærere, an anima illius sit particula de quo ante quæsierat, an sine illius auxilio Deus videri possit. Hæretici illius ætatis, cum viribus suis impie confiderent, naturam immortalem & Deo consubstantialem sibi arrogabant ob semen quoddam sibi injectum a matre sua Achamots, quam etiam Spiritum sanctum vocabant. Plato in Philebo pag. 30. agnoscit in Jovis natura βασιλικὴν ψυχὴν, βασιλικὸν νοῦν, sed hanc animam, hanc mentem a Jove non distinguit.

5. Πᾶσαι δ' αὐτῷ.] Lege αὐτό. Arridet etiam Thirlbio hæc emendandi ratio.

a Φησὶ γὰρ Πλάτ.] In *Phædone* p. 65. MARAN.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



Ὄψονται ἄρα, φησὶ, κατὰ τὸν σὸν λόγον καὶ A
ταῦτα τὰ ζῶα.

Οὔ· τὸ γὰρ σῶμα αὐτοῖς, τοιοῦτον ὂν, ἐμπόδιόν ἐστιν.

Εἰ λάβοιεν φωνὴν τὰ ζῶα ταῦτα, ὑποτυχὼν ἐκεῖνος, εὖ ἴσθι ὅτι πολὺ ἂν εὐλογώτερον ἐκεῖνα τῷ ἡμετέρῳ σώματι λοιδοροῖντο· νῦν δ᾽ ἐάσωμεν οὕτω, καὶ σοὶ ὡς λέγεις συγκεχωρήσθω. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, ἕως ἐν τῷ σώματί ἐστιν ἡ ψυχὴ, βλέπει, ἢ ἀπαλλαγεῖσα τούτου;

Καὶ ἕως [a] μέν ἐστιν ἐν ἀνθρώπου εἴδει, δυνατὸν αὐτῇ, φημὶ, ἐγγενέσθαι διὰ τοῦ νοῦ· [b] μάλιστα δὲ ἀπολυθεῖσα τοῦ σώματος, καὶ αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν γενομένη, τυγχάνει οὗ ἤρα [1] πάντα τὸν χρόνον πάντων.

Ἦ καὶ μέμνηται τούτου πάλιν ἐν ἀνθρώπῳ γενομένη; B

Οὔ μοι δοκεῖ, ἔφην.

Τί οὖν ὄφελος ταῖς ἰδούσαις, ἢ τί πλέον τοῦ μὴ ἰδόντος ὁ ἰδὼν ἔχει, εἰ μηδὲ αὐτὸ τοῦτο ὅτι εἶδε μέμνηται;

Οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ἦν δ᾽ ἐγώ.

Αἱ δὲ ἀνάξιαι ταύτης τῆς θέας κριθεῖσαι, τί πάσχουσιν; ἔφη.

[c] Εἴς τινα θηρίων ἐνδεσμεύονται σώματα. καὶ αὕτη ἐστὶ κόλασις αὐτῶν.

Οἴδασιν οὖν ὅτι διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐν τοιούτοις εἰσὶ σώμασι, καὶ ὅτι ἐξήμαρτόν τι;

Οὐ νομίζω.

Οὐδὲ ταύταις ἄρα ὄφελός τι [2] τῆς κολάσεως, ὡς C
ἔοικεν. ἀλλ᾽ οὐδὲ κολάζεσθαι αὐτὰς λέγοιμι, εἰ μὴ ἀντιλαμβάνονται τῆς κολάσεως.

Οὐ γάρ.

Οὔτε οὖν ὁρῶσι τὸν Θεὸν αἱ ψυχαὶ, οὔτε μεταμείβουσιν εἰς ἕτερα σώματα. [3] ἤδοσαν γὰρ ἂν [4] ὅτι κολάζονται οὕτως, καὶ ἐφοβοῦντο ἂν καὶ τὸ τυχὸν ἐξαμαρτεῖν ὕστερον. νοεῖν δὲ αὐτὰς δύνασθαι ὅτι ἐστὶ Θεὸς, καὶ δικαιοσύνη καὶ εὐσέβεια καλὸν, κἀγὼ συντίθεμαι, ἔφη.

Ὀρθῶς λέγεις, εἶπον.

Οὐδὲν οὖν ἴσασι περὶ τούτων ἐκεῖνοι οἱ φιλόσοφοι· οὐδὲ γὰρ ὅ, τί ποτέ ἐστι ψυχὴ ἔχουσιν εἰπεῖν.

Οὐκ ἔοικεν. D

Οὐδὲ μὴν ἀθάνατον χρὴ λέγειν αὐτήν· ὅτι εἰ ἀθάνατός ἐστι, καὶ ἀγέννητος δηλαδή.

Ἀγέννητος δὲ καὶ ἀθάνατός ἐστι κατά τινας λεγομένους Πλατωνικούς.

Ἦ καὶ τὸν κόσμον σὺ ἀγέννητον λέγεις;

Εἰσὶν οἱ λέγοντες, οὐ μέν τοι γε αὐτοῖς συγκατατίθεμαι ἐγώ.

Ὀρθῶς ποιῶν. τίνα γὰρ λόγον ἔχει, σῶμα οὕτω στερεὸν καὶ ἀντιτυπίαν ἔχον, καὶ σύνθετον, καὶ ἀλλοιούμενον, καὶ φθίνον, καὶ γινόμενον ἑκάστης ἡμέρας, μὴ ἀπ᾽ ἀρχῆς τινος ἡγεῖσθαι γεγονέναι; εἰ δ᾽ ὁ κόσμος γεννητὸς, ἀνάγκη καὶ τὰς ψυχὰς γεγονέναι, καὶ οὐκ εἶναί ποι τάχα. διὰ γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἐγένοντο καὶ τὰ ἄλλα ζῶα, εἰ ὅλως κατ᾽ ἰδίαν, καὶ μὴ μετὰ E
τῶν ἰδίων σωμάτων φήσεις αὐτὰς γεγονέναι.

Οὕτως δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν.

Οὐκ ἄρα ἀθάνατοι;

Οὐκ, ἐπειδὴ καὶ ὁ κόσμος γεννητὸς ἡμῖν ἐφάνη.

Videbunt ergo, inquit, ſecundum tuam ratiocinationem & iſta animantia.

Minime; illis enim corpus, cum tale ſit, impedimento eſt.

Si vocem accipiant hæc animantia, inquit ille, probe ſcias multo potiori jure convicium corpori noſtro factura. Nunc autem id omittamus, ac tibi ita eſſe, ut dicis, concedatur. Sed hoc mihi reſponde, utrum anima Deum videat quamdiu in corpore eſt, an poſtquam eo ſoluta?

Quamdiu in hominis forma eſt, inquam, poteſt id mente conſequi; ſed tum maxime, cum corpore ſoluta eſt, ac ſecum ipſa verſatur, fit omnino & in omne ævum rei adamatæ compos.

An etiam vidiſſe ſe meminit, cum ad hominem redit?

Non mihi videtur, inquam.

Quid igitur prodeſt vidiſſe; aut qui vidit quid amplius habet quam qui non vidit; ſi ne illud quidem ipſum, nempe vidiſſe ſe, habet in memoria.

Non poſſum id ſtatuere, inquam.

Quæ vero indignæ judicatæ ſunt, quæ viderent, quid patiuntur? inquit ille.

In aliqua ferarum corpora, velut in vincula conjiciuntur, atque hæc illarum pœna eſt.

Noverunt igitur hanc ob cauſam ſeſe in illis eſſe corporibus, atque aliquid a ſe peccatum eſſe?

Non puto.

Nihil igitur utilitatis videntur ex pœna percipere; immo ne puniri quidem eas dixerim, ſi pœnam non ſentiunt.

Non ſane.

Non ergo Deum vident animæ, nec migrant in alia corpora: ſcirent enim ſeſe ita puniri, ac metuerent ne quid deinceps vel leviter peccarent. Quod autem intelligere poſſint Deum eſſe, ac juſtitiam & pietatem præclarum quidpiam eſſe, id ipſe, inquit, aſſentior.

Recte dicis, inquam.

V. Nihil igitur his de rebus ſciunt iſti philoſophi: nec enim quid ſit anima explicare poſſunt.

Non videtur.

Neque etiam immortalis dicenda eſt; nam ſi immortalis, etiam profecto ingenita.

Increatam autem & immortalem exiſtimant nonnulli, qui Platonici dicuntur.

Sed tu an ipſum mundum ingenitum dicis?

Sunt qui dicant, ſed his ego non aſſentior.

Recte facis. Quam enim habet rationem corpus adeo ſolidum & durum & coagmentatum, quodque immutatur, perit & naſcitur quotidie, non ab aliqua cauſa ortum cenſere? Quod ſi mundus genitus eſt; neceſſe eſt animas quoque genitas eſſe, ac poſſe nullas eſſe. Sunt enim factæ hominum & ceterorum animalium cauſa, ſi omnino ſeparatim ac non una cum propriis corporibus genitas dices.

Videtur hoc recte ſe habere.

Non ergo immortales ſunt?

Non; ſiquidem ſtatuimus mundum eſſe genitum.

1. Πάντα τὸν χρόνον πάντων.] In cod. Clarom. pro πάντων legitur πάντα. Sylburgius legendum conjicit ὑπὲρ πάντων, vel πάντων μάλιστα. Malim legere πάντως, atque ita placuit Pearſono. Paullo ante legit Thirlbius, συγγίνεσθαι διὰ τοῦ νοῦ, quod mihi non videtur neceſſarium.

2. Τῆς κολάσεως, ὡς ἔοικεν.] Illud ὡς ἔοικεν Juſtini potius videtur eſſe dictum quam ſenis. Sed ſi Juſtino tribuatur, legendum erit, ut paullo poſt, οὐκ ἔοικεν, *non videtur*.


3. ἤδοσαν.] Si ab auctore ſcriptum eſt, uſurpatum ita eſt ἤδοσαν, ut in ſacris Bibliis ἤλθοσαν, & ſimilia; alioqui legi poſſet etiam ᾔδεσαν, SYLBURGIUS. Legitur in utroque cod. mſ. ᾔδεσαν, ex quo confirmatur obſervatio Sylburgii, nempe legendum ᾔδεσαν. Id etiam obſervavit Thirlbius.

4. Ὅτι κολάζονται.] Eodem argumento adverſus metempſychoſin utuntur Irenæus lib. 2. Clemens Alexandrinus Eclog. Prophet. n. 17. Tertullianus lib. de Anima 11. JEBB.

a Καὶ ἕως μέν ἐστιν κ. τ. λ.] Hæc Plato *Phædon.* p. 72. 73. 76. 92. & *Phædr.* p. 249. MARAN.

b Μάλιστα δὲ κ. τ. λ.] Plato *Phædon.* p. 66. 67. IDEM.

c Εἴς τινα κ. τ. λ.] Vid. *Phædon.* p. 81. & *Tim.* p. 42. IDEM.



Ἀλλὰ μὴν ἐδὲ ἀποθνήσκειν φημὶ [1] πάσας τὰς ψυχὰς ἐγώ· [2] ἕρμαιον γὰρ ἦν ὡς ἀληθῶς τοῖς κακοῖς. ἀλλὰ τί; τὰς μὲν τῶν εὐσεβῶν, ἐν κρείττονί ποι χώρ μένειν, τὰς δὲ ἀδίκες καὶ πονηρὰς ἐν χείρονι, τὸν τῆς κρίσεως ἐκδεχομένας [3] χρόνον τότε. ὕτως αἱ μὲν, ἄξιαι τῦ Θεῦ [4] φανεῖσθαι, ἐκ ἀποθνήσκεσιν ἔτι· αἱ δὲ κολάζονται ἔς τ' ἂν αὐτὰς καὶ εἶναι καὶ κολάζεσθαι ὁ Θεὸς θέλῃ.

Ἆρα τοιοῦτόν ἐστιν ὃ λέγεις, οἷον καὶ Πλάτων [a] ἐν Τιμαίῳ αἰνίσσεται περὶ τοῦ κόσμε, λέγων, ὅτι αὐτὸς μὲν καὶ φθαρτός ἐστιν ᾗ γέγονεν, οὐ λυθήσεται δὲ, οὐδὲ τεύξεται θανάτε μοίρας, διὰ τὴν βέλησιν τοῦ Θεοῦ; τοῦτ' αὐτό σοι δοκεῖ καὶ περὶ ψυχῆς καὶ ἁπλῶς πάντων πέρι λέγεσθαι; [5] ὅσα γάρ ἐστι μετὰ τὸν Θεὸν ἢ ἔσται ποτὲ, ταῦτα φύσιν φθαρτὴν [6] ἔχειν, καὶ οἷά τε ἐξαφανισθῆναι καὶ μὴ εἶναι ἔτι. μόνος γὰρ ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο Θεός ἐστι· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα μετὰ τοῦτον γεννητὰ καὶ φθαρτά. τούτου χάριν καὶ ἀποθνήσκεσιν αἱ ψυχαὶ καὶ κολάζονται· ἐπεὶ εἰ ἀγέννητοι ἦσαν, οὔτ' ἂν ἐξημάρτανον, οὔτε ἀφροσύνης ἀνάπλεω ἦσαν, οὐδὲ δειλαὶ καὶ θρασεῖαι πάλιν· ἀλλ' οὐδὲ ἑκοῦσαί ποτε εἰς σύας ἐχώρουν καὶ ὄφεις καὶ κύνας· οὐδὲ μὴν ἀναγκάζεσθαι αὐτὰς θέμις, εἴπερ εἰσὶν ἀγέννητοι. [7] τὸ γὰρ ἀγέννητον τῷ ἀγεννήτῳ ὅμοιόν ἐστι καὶ ἴσον καὶ ταὐτὸν, καὶ οὔτε δυνάμει οὔτε τιμῇ προκριθείη ἂν θατέρου τὸ ἕτερον· ὅθεν οὐδὲ πολλά ἐστι τὰ ἀγέννητα. εἰ γὰρ διαφορά τις ἦν ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἂν εὕροις ἀναζητῶν τὸ αἴτιον τῆς διαφορᾶς, ἀλλ' ἐπ' ἄπειρον ἀεὶ τὴν διάνοιαν πέμπων, ἐπὶ ἑνός ποτε στήσῃ ἀγεννήτου καμὼν, καὶ τοῦτο φήσεις ἁπάντων αἴτιον. [8] εἶτα ἔλαθε, [9] φημὶ ἐγὼ, Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν σοφὲς ἄνδρας, οἳ ὥσπερ τεῖχος ἡμῖν καὶ ἔρεισμα φιλοσοφίας ἐξεγένοντο;

A Non tamen perire dico ullas animas; vere enim de lucro id esset improbis. Quid igitur? Piorum quidem animas in meliore loco manere, iniquorum autem & malorum in deteriore, judicii tempus exspectantes. Sic istæ, cum Deo dignæ judicatæ fuerint, non jam moriuntur; hæ vero puniuntur, quamdiu eas esse & puniri Deus voluerit.

Num, queso, quod dicis tale est, quale id quod & Plato subobscure tradit de mundo, corruptioni obnoxium dicens, quatenus genitus est; futurum tamen propter Dei voluntatem, ut nec solvatur, nec in mortis fatum incurrat? Idem tibi placet de anima ac generatim de omnibus dici? Quæcumque enim post B Deum sunt, aut erunt aliquando, ea naturam habent corruptioni obnoxiam, ac talia sunt ut aboleri possint, ac jam nulla esse. Solus enim Deus est, qui nec genitus sit, nec corruptioni obnoxius, ac propterea Deus est: reliqua vero omnia, quæ post eum sunt, genita & corruptionibus obnoxia. Hoc ipsum causæ est, cur animæ & moriantur & puniantur. Nam si ingenitæ essent, nec peccarent, nec stultitia redundarent, nec ignavæ essent, nec rursum feroces; neque etiam sua sponte in sues umquam migrarent & serpentes & canes. Immo nefas illas cogi, si ingenitæ sunt. Ingenitum enim ingenito simile est & par & idem, nec potestate aut dignitate alterum alteri præferatur; unde non multa sunt ingenita. Nam si C quid inter illa discriminis foret; numquam tamen hujus discriminis causam investigando reperias; sed cogitationem semper in infinitatem immittens, tandem in aliquo ingenito defessus hærebis, illudque omnium causam esse dices. An vero Platonem, ajebam, & Pythagoram hæc latuere, homines sapientes; qui nobis veluti murus & propugnaculum philosophiæ exstitere?

1. Πάσας τὰς ψυχάς.] Si verbum verbo reddamus, sic verti poterit, *Non omnes ego animas perire dico*; sed reddere malui, *Nullas animas perire dico*. Sæpe hæc loquendi ratio in eamdem sententiam usurpatur; velut cum idem senex ait Justino sub finem colloquii: οὐ γὰρ συνοπτὰ ἐδὲ συνοητὰ πᾶσίν ἐστιν, εἰ μή τῳ Θεὸς δῷ συνιέναι. Liquet illud ἐ πᾶσιν idem sonare ac nemini. Locus ille qui nunc in manibus est, in aliam sententiam accipi non potest. Nullas prorsus animas mori existimat senex, ne malorum quidem, quia id illis in lucro futurum esset. Si quas porro excipiendas putasset quæ morerentur, non alias excepisset, quam malorum. Nemo enim suspicabitur eum animas justorum interituras credidisse. Ergo cum nominatim malorum animas non mori pronuntiat, omnibus prorsus æternitatem adstruit.

2. Ἕρμαιον γὰρ ἦν.] Eodem rationis momento utitur Justinus Apol. 1. n. 18. Sed ante Justinum Theano Pythagorica, teste Clemente Alexandrino Strom. p. 492. scripserat: ἦν γὰρ τῷ ὄντι τοῖς κακοῖς εὐωχία ὁ βίος, πονηρευσαμένοις ἔπειτα τελευτῶσιν, εἰ μὴ ἦν ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ἕρμαιον ὁ θάνατος. *Esset enim revera malis epulum vita; & post scelera morientibus, si anima immortalis non esset, mors in lucro foret.* Clemens eodem in loco & Isidorus Pelus. lib. 2. epist. 203. similem Platonis sententiam referunt ex Timæo.

3. Χρόνον τότε.] Satis apte Thirlbius emendat, ac legendum putat χρόνον ποτέ. Ibidem legit ὅπως αἱ μὲν ἐκ ἀποθνήσκεσιν ἔτι αἱ δὲ κολάζονται. Sed ejusmodi conjecturas referre piget.

4. Φανεῖσθαι.] Ita R. Stephanus & mss. codices. Legendum esse φανεῖσαι admonuit Sylburgius, atque ita legitur in editionibus Græco-latinis, exceptis tamen Londinensibus. Thirlbius mallet ἄξιαι τῷ Θεῷ φανεῖσθαι.

5. Ὅσα γάρ ἐστι.] In prima editione Londinensi hæc omnia tribuuntur seni, usque ad hæc verba εἶτα ἔλαθε. Sic etiam R. Stephanus & Langus videntur existimasse. Sed hæc omnia Justino cogor restituere. Neque enim senex dixisset animas in corpora belluarum migrare: nefas, in eum transferre hoc Platonicum commentum.

6. Ἔχειν.] Supple id quod supra legitur, Πλάτων αἰνίσσεται, vel lege ἔχει.


7. Τὸ γὰρ ἀγέννητον.] Videbantur hæc prima specie in senem conferenda, ut Platoni, qui materiam æternam & increatam putabat, adversantia. Sed quanto magis magisque considero, videtur mihi Justinus loqui pergere. 1. Non modo nullum indicium incœptæ heic a sene orationis; sed etiam quod paullo post ait Justinus εἶτα ἔλαθε, id cum superioribus verbis nexum & conjunctum est. 2. Paullo ante dicit Justinus solum Deum esse ingenitum; quare non mirum, si heic duo esse ingenita negat. 3. Secum quidem pugnabat Plato, ut probat Justinus Cohort. n. 22. cum materiam æternam & increatam assereret, Deo æqualem & ingenitam negaret. Sed tamen ita illum sensisse manifestum est. Nam initio Timæi duo tantum entia distinguit, quorum alterum semper est, numquam vero fit; alterum vero fit & nascitur semper, nec umquam est. ἔστιν ἐν δὴ κατ' ἐμὴν δόξαν διαιρετέον τάδε· τί τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένεσιν δὲ ἐκ ἔχον· καὶ τί τὸ γιγνόμενον μὲν, ὂν δὲ ἐδέ ποτε. τὸ μὲν δὲ νοήσει μετὰ λόγε περιληπτὸν, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὂν, τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγε δοξαστὸν, γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον. Ad hoc secundum genus refert quidquid sensibus percipi potest, ac proinde ipsam etiam materiam. Hinc non multo post ait; *Deum, cum accepisset quidquid videri potest, illud minime quietum, sed temere & sine ordine agitatum, ex confusione in ordinem adduxisse.* ὅτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν, ἐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινέμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐξ ἀταξίας. 4. Forte etiam Justinus, dum duo ingenita esse negat, animum ad ipsam materiam non advertit, sed de mundo qui ex materia factus est, ac de rebus loquitur quæ universo mundo continentur.

8. Εἶτα ἔλαθε.] Legit Thirlbius, vel ἢ ταῦτα vel εἶτα ταῦτα. Legendum potius videtur ὥστε ἔλαθε. Heic enim membrum alterum habemus quæstionis a Justino propositæ. Supra quæsierat utrum id quod dicebat senex, ad Platonis sententiam revocari posset; nunc quærit absolvendi causa, an id latuerit Platonem.

9. Φημὶ ἐγώ.] Frustra hæc aliquis objiciat, ut Justinum loqui incipere probet. Neque enim his verbis novus semper loquendi ordo designatur. Supra enim legimus, κἀγὼ συνατίθεμαι, ἔφη, quamvis senex satis multa sine interpellatione dixisset. Heic autem videtur Justinus illud, *inquam*, interponere, quia quæstionem absolvebat, cujus primum membrum jam antea proposuerat.

a Ἐν Τιμαίῳ] Plato in *Tim.* p. 41. MARAN.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



Οὐδὲν ἐμοὶ, ἔφη, μέλει Πλάτωνος, οὐδὲ Πυθα- A γόρου, οὐδὲ ἁπλῶς οὐδενὸς ὅλως τοιαῦτα δοξάζοντος. τὸ γὰρ ἀληθὲς οὕτως ἔχει· μάθοις δ' ἂν ἐντεῦθεν. ἡ ψυχὴ ἤτοι ζωή ἐστιν, ἢ ζωὴν ἔχει. εἰ μὲν οὖν ζωή ἐστιν, ἄλλό τι ἂν ποιήσειε ζῆν, οὐχ ἑαυτὴν, ὡς καὶ [1] κίνησις ἄλλό τι κινήσειε μᾶλλον ἢ ἑαυτήν. ὅτι δὲ ζῇ ψυχὴ, οὐδεὶς ἀντείποι. εἰ δὲ ζῇ, [2] οὐ ζωὴ οὖσα ζῇ, ἀλλὰ μεταλαμβάνουσα τῆς ζωῆς· ἕτερον δέ τι τὸ μετέχον τινὸς, ἐκείνου οὗ μετέχει. ζωῆς δὲ ψυχὴ μετέχει, ἐπεὶ ζῆν αὐτὴν ὁ Θεὸς βούλεται. οὕτως ἄρα καὶ οὐ μεθέξει ποτὲ, ὅταν αὐτὴν μὴ θέλοι ζῆν. οὐ γὰρ [3] δι' αὐτῆς ἐστι τὸ ζῆν ὡς τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ ὥσπερ ἄνθρωπος οὐ διαπαντός ἐστιν, οὐδὲ συνέστιν ἀεὶ τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, ἀλλ', ὅτε ἂν δέῃ λυθῆναι τὴν ἁρμονίαν ταύτην, κατα- B λείπει ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν· οὕτως καὶ ὅταν δέῃ ψυχὴν μηκέτι εἶναι, ἀπέστη ἀπ' αὐτῆς τὸ ζωτικὸν πνεῦμα, καὶ οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ ἔτι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ὅθεν ἐλήφθη, ἐκεῖσε χωρεῖ πάλιν.

VI. Nihil Platonem moror, inquit ille, nec Pythagoram, nec quemquam omnino, qui talia opinetur. Sic enim se veritas habet, idque inde perspicies. Anima vel vita est, vel vitam habet. Quod si vita est, aliud quidpiam vivere faciat, non seipsam; sicut & motus aliud quidpiam moveat potius, quam seipsum. Animam autem vivere, nemo negaverit. Sed si vivit, non ideo vivit, quod vita sit, sed quod vitæ particeps. Aliud autem id quod alicujus est particeps, aliud id ipsum cujus est particeps. Vitæ autem anima est particeps, eo quod eam Deus vivere velit: sic etiam particeps aliquando non erit, cum eam Deus vivere nolet. Neque enim ut Dei, ita etiam animæ propria vita est. Sed quemadmodum homo non semper constat, neque perpetuo corpus cum anima conjunctum est; sed cum solvi oportet hanc harmoniam, relinquit corpus anima, nec jam exstat homo: sic etiam, cui animam non jam esse oportuerit, discedit ab ea spiritus vitalis, nec jam exstat anima; sed [a] & ipsa unde educta est, eo revertitur.

Τίνι οὖν, φημὶ, ἔτι τις χρήσαιτο διδασκάλῳ, ἢ πόθεν ὠφεληθείη τις, εἰ μηδὲ ἐν τούτοις τὸ ἀληθές ἐστιν;

VII. Quonam ergo jam quis, inquam, utatur magistro, aut unde adjuvetur, si ne isti quidem verum viderunt?

Ἐγένοντό τινες πρὸ πολλοῦ χρόνου πάντων τούτων τῶν νομιζομένων φιλοσόφων παλαιότεροι, μακάριοι, καὶ δίκαιοι, καὶ θεοφιλεῖς, θείῳ πνεύματι λαλήσαντες, καὶ τὰ μέλλοντα θεσπίσαντες, ἃ δὴ νῦν γίνεται· προφήτας δὲ αὐτοὺς καλοῦσιν. οὗτοι μόνοι τὸ ἀλη- C θὲς καὶ εἶδον καὶ ἐξεῖπον ἀνθρώποις, μήτ' εὐλαβηθέντες μήτε δυσωπηθέντες τινὰ, μὴ ἡττημένοι δόξης, ἀλλὰ μόνα ταῦτα εἰπόντες ἃ ἤκουσαν καὶ ἃ εἶδον, ἁγίῳ πληρωθέντες πνεύματι. συγγράμματα δὲ αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν διαμένει, καὶ ἔστιν ἐντυχόντα τούτοις πλεῖστον ὠφεληθῆναι καὶ περὶ ἀρχῶν, καὶ περὶ τέλους, καὶ ὧν χρὴ εἰδέναι τὸν φιλόσοφον, πιστεύσαντα ἐκείνοις. οὐ γὰρ μετὰ ἀποδείξεως πεποίηνται [4] τότε τοὺς λόγους, ἅτε ἀνωτέρω πάσης ἀποδείξεως ὄντες ἀξιόπιστοι μάρτυρες τῆς ἀληθείας· τὰ δὲ ἀποβάντα καὶ ἀποβαίνοντα ἐξαναγκάζει συντίθεσθαι τοῖς λελαλημένοις δι' αὐτῶν. καίτοι γε καὶ διὰ τὰς δυνάμεις ἃς ἐπετέλουν, πιστεύεσθαι δίκαιοι ἦσαν· ἐπειδὴ καὶ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ πατέρα D ἐδόξαζον, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Χριστὸν υἱὸν αὐτοῦ κατήγγελλον· ὅπερ οἱ ἀπὸ τοῦ πλάνου καὶ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπιπλάμενοι ψευδοπροφῆται οὔτε ἐποίησαν, οὔτε ποιοῦσιν, ἀλλὰ δυνάμεις τινὰς ἐνεργεῖν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνθρώπων τολμῶσι, καὶ τὰ τῆς πλάνης πνεύματα καὶ δαιμόνια δοξολογοῦσιν. εὔχου δέ σοι πρὸ πάντων φωτὸς ἀνοιχθῆναι πύλας· οὐ γὰρ συνοπτὰ οὐδὲ συνοητὰ πᾶσίν ἐστιν, εἰ μή τῳ Θεὸς δῷ συνιέναι καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῦ.

Exstitere longe ab hoc tempore viri quidam, istis omnibus qui philosophi existimantur, antiquiores, beati & justi & Deo cari, qui Spiritu sancto afflante loquuti sunt, & futura vaticinati sunt, quæ quidem nunc fiunt: Prophetæ vocantur. Hi verum soli & viderunt, & hominibus nuntiarunt, neminem metuentes, neminem reveriti, nec gloriæ cupiditate victi, sed ea tantum prædicantes, quæ audierant & viderant, Spiritu sancto repleti. Exstant adhuc eorum scripta; quæ si quis legat, plurimum inde & ad principiorum & ad finis & ad eorum quæ philosophus scire debet, cognitionem adipisci poterit, fidem illis habens. Neque enim tunc demonstrationibus in differendo utebantur; quippe cum supra demonstrationem omnem gravissimi testes fuerint veritatis: sed quæ evenerunt & eveniunt, assentiri cogunt eorum vaticiniis. Quamquam vel ob miracula quæ ediderunt, digni fuere, quibus crederetur: siquidem creatorem universorum Deum & Patrem celebrabant; & missum ab eo Christum qui Filius ejus est, hominibus nuntiabant; quod quidem falsi prophetæ, mendaci & impuro spiritu repleti, nec fecere, nec faciunt, sed quædam prodigia edere audent ad percellendos homines, ac spiritus erroris & dæmonia celebrant [b]. Tu vero ante omnia precare lucis portas tibi aperiri; neque enim hæc quisquam perspicere & intelligere possit, nisi [c] cui Deus intelligere dederit & [d] Christus ejus.

Ταῦτα καὶ ἔτι ἄλλα πολλὰ εἰπὼν ἐκεῖνος, ἃ νῦν καιρὸς οὐκ ἔστι λέγειν, ᾤχετο, κελεύσας διώκειν αὐτά· καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸν εἶδον. [5] ἐμοῦ δὲ παραχρῆμα πῦρ ἐν τῇ ψυχῇ ἀνήφθη, καὶ ἔρως ἔχει με

VIII. Hæc ille & multa alia cum dixisset, quæ referre non est hujus temporis, abiens præcepit ut ea meditando persequerer; neque eum amplius vidi. Mihi vero statim in animo ignis accensus est, meque

a Eccle. XII. 7. *b* 1. Tim. IV. 1. *c* Joan. VI. 66. *d* Joan. I. 9. 18.

1. Κινησις.] Mallet Sylburgius *ἡ κίνησις*.

2. Οὐ ζωὴ οὖσα ζῇ.] Imitatus est hunc locum Irenæus, lib. 2. c. 34. *Anima*, inquit, *ipsa quidem non est vita; participatur autem a Deo sibi præstitam vitam*. Refellit autem senex hoc loco sententiam Platonis, qui in Phædone p. 105. animam immortalem esse demonstrat, quia *quidquid complectitur anima, semper illi vitam affert, nec proinde contrarium illius, quod semper affert, accipere possit*. Idem Plato in Phædro p. 245. sic loquitur: *πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀεικίνητον, ἀθάνατον. τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει ζωῆς. μόνον δὲ τὸ αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτὸ, οὔποτε λήγει κινούμενον*. *Omnis anima immortalis. Quod enim semper movetur, immortale est. Quod autem aliud movet & ab alio movetur, cum finem habeat motus, finem habet vitæ. Illud solum, quod seipsum movet, cum seipsum non derelinquat, numquam desinit moveri*. Contra, senex animam a seipsa nec motum nec vitam accipere pronuntiat. Sensit Justinus Platonem ab eo refelli; si quidem sene desinente ait: *Quonam ergo jam quis utatur magistro aut unde adjuvetur, si ne isti quidem* (Plato videlicet & Pythagoras) *verum viderunt?*

3. Δι' αὐτῆς.] Ut legamus *ἴδιον αὐτῆς* pro *δι' αὐτῆς* cogit sententiæ series, quæ huc tota redit, ut animam non a seipsa vivere & moveri constet, seu, quod idem est, nequaquam ut Dei, ita illius propriam esse vitam.

4. Τότε.] Legendum *ποτὲ* conjiciebat Pearsonus.

5. Ἐμοῦ.] Libet erudito Londinensi editori legere *ἐμοί*. Mox idem *εἶχε* pro *ἔχει*.

τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων οἵ εἰσι Χριστοῦ φίλοι. διαλογιζόμενός τε πρὸς ἐμαυτὸν τοὺς λόγους αὐτοῦ, ταύτην μόνην εὕρισκον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. οὕτως δὴ καὶ διὰ ταῦτα φιλόσοφος ἐγώ. βουλοίμην δ' ἂν καὶ πάντας ἴσον ἐμοὶ θυμὸν ποιησαμένους, μὴ ἀφίστασθαι τῶν τοῦ σωτῆρος λόγων. δέος γάρ τι ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἱκανοὶ δυσωπῆσαι τοὺς ἐκτρεπομένους τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ, ἀνάπαυσίς τε ἡδίστη γίνεται τοῖς ἐκμελετῶσιν αὐτούς. εἰ οὖν τι καὶ σοὶ περὶ σεαυτοῦ μέλει, καὶ ἀντιποιῇ σωτηρίας, καὶ ἐπὶ τῷ Θεῷ πέποιθας, [1] ἅπερ οὐκ ἀλλοτρίῳ τοῦ πράγματος, πάρεστιν ἐπιγνόντι σοι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ [2] τελείῳ γενομένῳ, εὐδαιμονεῖν.

Ταῦτά μου, φίλτατε, εἰπόντος, οἱ μετὰ τοῦ Τρύφωνος ἀνεγέλασαν· αὐτὸς δὲ ὑπομειδιάσας, τὰ μὲν ἄλλα σου, φησίν, ἀποδέχομαι, καὶ ἄγαμαι τῆς περὶ τὸ θεῖον ὁρμῆς· ἄμεινον δὲ ἦν φιλοσοφεῖν ἔτι σε τὴν Πλάτωνος, ἢ ἄλλου τοῦ φιλοσοφίαν, ἀσκοῦντα καρτερίαν καὶ ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην, ἢ λόγοις ἐξαπατηθῆναι ψευδέσι, καὶ ἀνθρώποις ἀκολουθῆσαι οὐδενὸς ἀξίοις. μένοντι γάρ σοι ἐν ἐκείνῳ τῷ τῆς φιλοσοφίας τρόπῳ, καὶ ζῶντι ἀμέμπτως, ἐλπὶς ὑπελείπετο ἀμείνονος μοίρας· καταλιπόντι δὲ τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἄνθρωπον ἐλπίσαντι, ποία ἔτι περιλείπεται σωτηρία; εἰ οὖν καὶ ἐμοῦ θέλεις ἀκοῦσαι, (φίλον γάρ σε ἤδη νενόμικα) πρῶτον μὲν περιτεμοῦ, εἶτα φύλαξον ὡς νενόμισται τὸ σάββατον, καὶ τὰς ἑορτὰς, καὶ τὰς νουμηνίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ἁπλῶς τὰ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένα πάντα ποίει, καὶ τότε σοι ἴσως ἔλεος ἔσται παρὰ Θεοῦ. Χριστὸς δὲ, εἰ καὶ γεγένηται, καὶ ἔστι που, ἄγνωστός ἐστι, καὶ οὐδὲ αὐτός πω ἑαυτὸν ἐπίσταται, οὐδὲ ἔχει δύναμίν τινα, μέχρις ἂν ἐλθὼν Ἠλίας χρίσῃ αὐτὸν, καὶ φανερὸν πᾶσι ποιήσῃ. ὑμεῖς δὲ ματαίαν ἀκοὴν παραδεξάμενοι, Χριστὸν ἑαυτοῖς τινα ἀναπλάσσετε, καὶ αὐτοῦ χάριν τὰ νῦν ἀσκόπως ἀπόλλυσθε.

A amor invaſit Prophetarum & hominum illorum, qui Chriſti ſunt amici. Cumque illius ſermones apud animum proponerem, hanc ſolam reperiebam philoſophiam, quæ quidem tuta & utilis foret. Ad hunc ego modum atque hac de cauſa philoſophus. Vellem equidem ut omnes rationem meæ ſimilem ineuntes, a Salvatoris doctrina non aberrarent. Habet enim in ſe terribilem quamdam majeſtatem, & ad eos permovendos idonea eſt, qui de recta via deflexerunt: his autem qui eam meditantur, ſuaviſſima eſt requies. Si qua ergo tui ipſius cura tangeris, ſi ſalutis cupidus es, ac Deo confidis; licet tibi, utpote ab ipſa re non alieno, ubi Chriſtum agnoveris ac myſteriis initiatus fueris, beate vivere.

B Cum hæc dixiſſem, cariſſime Pompei, riſerunt ſocii Tryphonis: ipſe autem ſubridens, cetera quidem tua, inquit, probo, ac vehemens rerum divinarum ſtudium admiror. Sed ſatius erat adhuc te philoſophari in Platonis aut alterius ejuſmodi diſciplina, dantem operam conſtantiæ, continentiæ & temperantiæ, quam falſis decipi ſermonibus, ac hominibus adhæreſcere nullius pretii. Manenti enim tibi in illo philoſophiæ inſtituto, & citra culpam viventi ſpes relinquebatur ſortis melioris. Deum autem deſerenti, & ſpem in homine conſtituenti quid adhuc relinquitur ſalutis? Quare ſi me quoque audire voles (jam enim te amicum exiſtimo) fac primum ut circumcidaris; deinde obſerva, ut lege ſancitum eſt, ſabbatum C & dies feſtos ac novilunia Dei; uno verbo quæ in lege ſcripta ſunt, omnia exſequere; tumque tibi forſitan miſericordia erit a Deo. Chriſtus autem, ſi quidem natus eſt aut uſpiam verſatur, ignotus eſt, necdum ſe ipſe novit, nec ulla virtute præditus eſt, donec eum adveniens Elias unxerit, & manifeſtum omnibus fecerit. Vos autem inani auditione excepta Chriſtum vobis quemdam fingitis, & illius cauſa nunc peritis inconſiderate.

Συγγνώμη σοι, ἔφην, ὦ ἄνθρωπε, καὶ ἀφεθείη σοι. οὐ γὰρ οἶδας ὃ λέγεις· ἀλλὰ πειθόμενος τοῖς διδασκάλοις οἳ οὐ συνιᾶσι τὰς γραφὰς, καὶ ἀπομαντευόμενος λέγεις ὅ, τι ἄν σοι ἐπὶ θυμὸν ἔλθοι. εἰ δὲ βούλοιο [3] τούτου πέρι δέξασθαι λόγον, ὡς οὐ πεπλανήμεθα, [4] οὐδὲ παυσόμεθα ὁμολογοῦντες [5] τοῦτον, κἂν τὰ ἐξ ἀνθρώπων ἡμῖν ἐπιφέρωνται ὀνείδη, κἂν ὁ δεινότατος ἀπειπεῖν ἀναγκάζῃ τύραννος· παρεστῶτι γὰρ δείξω, ὅτι οὐ κενοῖς ἐπιστεύσαμεν μύθοις, οὐδὲ ἀναποδείκτοις λόγοις, ἀλλὰ μεστοῖς πνεύματος θείου καὶ δυνάμει βρύουσι, καὶ τεθηλόσι χάριτι. ἀνεγέλασαν οὖν πάλιν οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἄκοσμον ἀνεφθέγγοντο. ἐγὼ δὲ ἀναστὰς, οἷός τ' ἤμην ἀπέρχεσθαι. ὁ δέ μου τοῦ ἱματίου λαβόμενος, οὐ πρὶν [6] ἀνύσειν ἔφη, πρὶν ὃ ὑπεσχόμην ἐκπλῆσαι. μὴ οὖν, ἔφην, θορυβείτωσαν οἱ ἑταῖροί σου,

IX. Ignoſcatur, inquam, Trypho, & condonetur tibi: neque enim ſcis quid dicas; ſed magiſtris credulus Scripturas non intelligentibus, & quaſi hariolans, quidquid in mentem venerit, loqueris. Quod ſi id tibi rationibus probari pateris, D nos ſcilicet deceptos non eſſe, nec deſituros hunc confiteri, etiamſi nobis opprobria ab hominibus inferantur, etiamſi ſæviſſimus deficere cogat tyrannus; præſenti tibi demonſtrabo non vanis nos crediſſe fabulis, nec deſtitutis argumento ſermonibus, ſed Spiritu ſancto plenis ac virtute ſcatentibus, & gratia efflorescentibus. Riſerunt igitur iterum ejus comites, atque indecore clamarunt: tum ego cum ſurrexiſſem, abeunti ſimilis eram; ſed ille arrepta veſte prius dimiſſurum negavit, quam promiſſum exſolviſſem. Ne ergo tumultuen-

1. Ἅπερ οὐκ ἀλλοτρίῳ.] Hæc Perionius ad ipſum Deum refert: multo melius ad Tryphonem Langus. Inter utramque interpretationem diviſit animum Londinenſis editor. Sed mihi manifeſtum videtur, Judæum deſignari, qui cum in Moyſe & Prophetis tam multa de Chriſto legeret, alienus quodam modo ab iis quæ Chriſtum ſpectant, videri non debebat.

2. Τελείῳ] Perfectionem hac voce deſignari putarunt Juſtini interpretes, Baptiſmum Sylburgius. Eruditus Londinenſis editor Sylburgii *interpretationi illud* ait *obſtare, quod vix fieri potuit ut Tryphoni, homini Judæo, iſta ſententia vocis* τέλειος *ſatis eſſet perſpecta; quod tamen in tam negligenti ſcriptore momenti non eſt maximi*. Sed quomodo τέλειον γίνεσθαι, τελεῖσθαι, idem eſſe ac initiari, aut ignorare potuit Trypho, aut hanc illi ignorationem attribuere Juſtinus, cum hæc verba non ſolum apud profanos ſcriptores, ſed etiam apud ſacros hunc in ſenſum uſurpentur? Nonne enim, ut multa alia omittam, legimus Num. 25. 3. καὶ ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ Βεελφεγώρ. Et Pſalm. 105. 28. καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ.


3. Τούτου πέρι δέξασθαι.] Ita codex Claromontanus. Editi περιδέξασθαι. Totus hic locus ſanatur tum interpungendo ut interpunximus, tum negligendo illud γὰρ poſt παρεστῶτι vel legendo γέ. Sylburgius legit πέρι δέξασθαι, μαθήσῃ. Thirlbius εἰ idem valere putat ac *utinam*, & legit παραδέξασθαι.

4. Οὐδὲ παυσόμεθα.] Hæc dicit Juſtinus, ut inepta Tryphonis conſilia refellat, qui ad circumciſionem amplectendam hortatus fuerat. Simili modo refelluntur, qui metuere ſe fingebant, ne Chriſtiani, Crucifixo relicto, Polycarpum colere inciperent. *Atque hæc ajebant*, inquit eccleſia Smyrnenſis in Act. S. Polycarpi, *ſuggerentibus & inſtantibus Judæis ... ignari quod nec Chriſtum umquam derelinquere poterimus .... nec alium quemquam colere*. ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστὸν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα ... οὔτε ἕτερόν τινα σέβειν.

5. Τοῦτον.] Regius codex habet ad marginem εἰς αὐτόν.

6. Ἀνύσειν.] Legendum eſſe ἀνήσειν Langus & Sylburgius animadverterunt: quod quidem facilius multo & aptius, quam ſi poſt ἀνύσειν ſubaudiamus σε, ut idem Sylburgius proponit, aut legamus ἀπολύσειν, ut placet Thirlbio.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



μηδὲ ἀσχημονείτωσαν οὕτως· ἀλλ' εἰ μὲν βούλονται, μετὰ ἡσυχίας ἀκροάσθωσαν· εἰ δὲ καὶ ἀσχολία τις αὐτοῖς ὑπέρτερος ἐμποδὼν ἐστιν, ἀπίτωσαν· ἡμεῖς δὲ, ὑποχωρήσαντές ποι καὶ ἀναπαυσάμενοι, περαίνωμεν τὸν λόγον. ἔδοξε καὶ τῷ Τρύφωνι οὕτως ἡμᾶς ποιῆσαι· καὶ δὴ ἐκκλίσαντες, εἰς τὸ μέσον τοῦ Ξύστου στάδιον ᾔειμεν· τῶν δὲ σὺν αὐτῷ δύο χλευάσαντες, καὶ τὴν σπουδὴν ἡμῶν ἐπισκώψαντες, ἀπηλλάγησαν· ἡμεῖς δὲ, ὡς ἐγενόμεθα ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, ἔνθα ἑκατέρωθεν λίθινοί εἰσι θῶκοι, ἐν τῷ ἑτέρῳ καθεσθέντες οἱ μετὰ τοῦ Τρύφωνος, ἐμβαλόντος τινὸς αὐτῶν λόγον περὶ τοῦ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν γενομένου πολέμου, διελάλουν.

A tur, inquam, focii tui, nec fic fe gerant indecore: fed fi volunt, filentio aufcultent; fi qua autem potior eos occupatio interpellat, abeant. Nos autem fecedamus aliquo, ibique requiefcentes difputationem exfequamur. Vifum eft etiam Tryphoni, ut ita faceremus; cumque inter nos innuiffemus, in medium Xyfti ftadium venimus. Duo autem ex ejus comitibus cum cavillati effent, & in ftudium noftrum jocati, difcefferunt. Nos vero ubi in illo loco fuimus, in quo fedilia lapidea funt ex utraque parte; amici Tryphonis in altera fedentes, cum eorum aliquis de bello in Judæa gefto mentionem injeciffet, colloquebantur.

Ὡς δὲ ἀνεπαύσαντο, ἐγὼ οὕτως αὐτοῖς πάλιν ἠρξάμην· μὴ ἄλλο τι ἐστὶν ὃ ἐπιμέμφεσθε ἡμᾶς, ἄνδρες φίλοι, ἢ τοῦτο, ὅτι οὐ κατὰ τὸν νόμον βιοῦμεν, οὐδὲ ὁμοίως τοῖς προγόνοις ὑμῶν περιτεμνόμεθα τὴν σάρκα, οὐδὲ ὡς ὑμεῖς σαββατίζομεν; ἢ καὶ ὁ βίος ἡμῶν καὶ τὸ ἦθος διαβέβληται παρ' ὑμῖν; τοῦτο δ' ἐστὶν ὃ λέγω, μὴ καὶ ὑμεῖς πεπιστεύκατε περὶ ἡμῶν, ὅτι δὴ ἐσθίομεν ἀνθρώπους, καὶ μετὰ τὴν εἰλαπίνην ἀποσβεννύντες τοὺς λύχνους, ἀθέσμοις μίξεσιν ἐγκυλιόμεθα; ἢ αὐτὸ τοῦτο καταγινώσκετε ἡμῶν μόνον, ὅτι τοιούτοις προσέχομεν λόγοις, καὶ οὐκ ἀληθεῖ, ὡς οἴεσθε, πιστεύομεν δόξῃ;

B X. Poftquam finem fecere, ita ad eos rurfum incœpi. Utrum aliud nihil in nobis, amici, reprehenditis, nifi quod fecundum legem non vivamus, neque, ut majores veftri, carne circumcidamur, neque, ut vos, fabbata fervemus? An vita etiam & mores noftri malis apud vos rumoribus flagrant? Quod autem dico illud eft: utrum hanc de nobis opinionem vos quoque accepiftis, humanis nos vefci carnibus, & poft epulum, extinctis lucernis, in flagitiis nefandis volutari? an illud ipfum in nobis folum condemnatis, quod ejufmodi adhæreamus doctrinæ, ac falfæ ut vobis videtur, opinioni credamus?

Τοῦτ' ἐστὶν ὃ θαυμάζομεν, ἔφη ὁ Τρύφων· περὶ δὲ ὧν οἱ πολλοὶ λέγουσιν, οὐ πιστεῦσαι ἄξιον· πόῤῥω γὰρ κεχώρηκε τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· ὑμῶν δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ λεγομένῳ Εὐαγγελίῳ παραγγέλματα θαυμαστὰ οὕτως καὶ μεγάλα ἐπίσταμαι εἶναι, ὡς ὑπολαμβάνειν μηδένα δύνασθαι φυλάξαι αὐτά· ἐμοὶ γὰρ ἐμέλησεν ἐντυχεῖν αὐτοῖς. ἐκεῖνο δὲ ἀποροῦμεν μάλιστα, εἰ ὑμεῖς, εὐσεβεῖν λέγοντες, καὶ τῶν ἄλλων οἰόμενοι διαφέρειν, κατ' οὐδὲν αὐτῶν ἀπολείπεσθε, οὐδὲ διαλλάσσετε ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τὸν ὑμέτερον βίον, ἐν τῷ μήτε τὰς ἑορτὰς, μήτε τὰ σάββατα τηρεῖν, μήτε τὴν περιτομὴν ἔχειν· καὶ ἔτι ἐπ' ἄνθρωπον σταυρωθέντα τὰς ἐλπίδας ποιούμενοι, ὅμως ἐλπίζετε τεύξεσθαι ἀγαθοῦ τινος παρὰ τοῦ Θεοῦ, μὴ ποιοῦντες αὐτοῦ τὰς ἐντολάς. ἢ οὐκ ἀνέγνως ὅτι ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, ἥτις οὐ περιτμηθήσεται τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ; ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀλλογενῶν, καὶ περὶ τῶν ἀργυρωνήτων διέσταλται. ταύτης οὖν τῆς διαθήκης εὐθέως καταφρονήσαντες ὑμεῖς, ἀμελεῖτε καὶ [1] τῶν ἔπειτα, καὶ πείθειν ἡμᾶς ἐπιχειρεῖτε ὡς εἰδότες τὸν Θεὸν, μηδὲν πράσσοντες ὧν οἱ φοβούμενοι τὸν Θεόν. εἰ οὖν ἔχεις πρὸς ταῦτα ἀπολογήσασθαι, καὶ ἐπιδεῖξαι ᾧ τινι τρόπῳ ἐλπίζετε ὁτιοῦν κἂν μὴ φυλάσσοντες τὸν νόμον, τοῦτό σου ἡδέως ἀκούσαιμεν μάλιστα, καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὁμοίως [2] συνεξετάσωμεν.

Illud eft, quod miramur, inquit Trypho: quæ autem dictitant multi, fide digna non funt; longe C enim abhorrent ab humana natura: fed & veftra illa in eo quod vocatis, Evangelio præcepta ita mirabilia & magna effe fcio, ut fufpicio fit neminem ea poffe fervare; mihi enim curæ fuit, ut ea legerem. In eo autem potiffimum hæremus incerti, quod cum vos pietatem colere dicatis, & ceteris præftare arbitremini, nulla tamen in re ab eis difcedatis, nec vitam veftram a gentibus fegregetis; ut qui nec ferias fervetis, nec fabbata, nec circumcifionem habeatis: deinde etiam quod, cum fpes in homine crucifixo pofitas habeatis, fperetis tamen aliquid boni a Deo confequuturos, non obfervatis ejus mandatis. An non legifti [a] deletum iri animam illam ex genere fuo, quæ non circumcidetur octavo die? Quod quidem pariter & de alienigenis & de pretio emtis fancitum eft. D Hoc igitur teftamentum ftatim contemnentes, etiam quæ confequuntur flocci facitis, ac nobis perfuadere conamini Deum vobis notum effe, cum nihil eorum faciatis, quæ folent ii qui Deum timent. Si potes igitur his de rebus fatisfacere ac demonftrare quo tandem pacto quidquam fperetis, quamvis legem non cuftodiatis; id ex te libentiffime audiemus, ac cetera fimiliter una excutiemus.

Οὔτε ἔσται ποτὲ ἄλλος Θεὸς, ὦ Τρύφων, οὔτε ἦν ἀπ' αἰῶνος, (ἐγὼ οὕτως πρὸς αὐτὸν) πλὴν τοῦ ποιήσαντος καὶ διατάξαντος τόδε τὸ πᾶν. οὐδὲ ἄλλον μὲν ἡμῶν, ἄλλον δὲ ὑμῶν ἡγούμεθα Θεὸν, ἀλλ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐξαγαγόντα τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ βραχίονι ὑψηλῷ. οὐδ' εἰς ἄλλον τινὰ ἠλπίκαμεν· (οὐ γάρ ἐστιν) ἀλλ' εἰς τοῦτον εἰς ὃν καὶ ὑμεῖς, τὸν Θεὸν τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. [3] ἠλπίσαμεν δὲ οὐ διὰ Μωσέως, οὐδὲ διὰ τοῦ νόμου· ἢ γὰρ ἂν τὸ αὐτὸ ὑμῖν ἐποιοῦμεν.

XI. Nec alius umquam erit Deus, o Trypho, nec alius a fæculo exftitit (ita ego ad illum) præter eum qui hanc univerfitatem fecit ac difpofuit. Neque alium nobis, alium vobis Deum effe ducimus, fed ipfum illum, qui patres veftros eduxit E e terra Ægypti in manu potenti & brachio excelfo. Neque in alium quemquam fperamus (non enim alius eft) fed in eum, in quem & vos, Deum Abrahæ, & Ifaac & Jacob. Speramus autem non per Moyfen, neque per Legem; fic enim


[a] Gen. XVII. 14.

1. Τῶν ἔπειτα.] Non æternæ legis obfervationem in Chriftianis requirit Judæus: nam fupra illorum in hoc genere doctrinam admirabilem effe confeffus eft: fed ejufmodi præcepta ab illis negligi queritur, quæ ex circumcifione confequebantur. Illud εὐθέως idem videtur fonare hoc loco ac *ftatim*, ut Perionius & Langus reddiderunt, vel idem ac *protinus*. Habebat enim circumcifio aliquid molefti, quod ftatim animos alienabat. Doctiffimus Londinenfis editor legendum primo conjicit ἀήθως, vel ἀθέως ἀμελεῖτε, deinde has conjecturas rejicit, & aliam proponit, nempe εὐθέως idem effe ac *temere*.

2. Συνεξετάσωμεν.] Legi etiam poffet συνεξετάσομεν. SYLBURG.

3. Ἠλπίσαμεν.] Legit Sylburgius ἠλπίκαμεν, ut paullo ante legitur. Sed hæc leviffima funt.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



[1] νυνὶ δὲ, (ἀνέγνων γὰρ, ὦ Τρύφων, ὅτι ἔσοιτο A καὶ τελευταῖος νόμος, καὶ διαθήκη κυριωτάτη πασῶν, ἣν νῦν δέον φυλάσσειν πάντας ἀνθρώπους, ὅσοι τῆς τοῦ Θεοῦ κληρονομίας ἀντιποιοῦνται. ὁ γὰρ ἐν Χωρὴβ, παλαιὸς ἤδη νόμος, καὶ ὑμῶν μόνων· ὁ δὲ, πάντων ἁπλῶς. [2] νόμος δὲ κατὰ νόμου τεθεὶς, τὸν πρὸ αὐτοῦ ἔπαυσε· καὶ διαθήκη μετέπειτα γενομένη, τὴν προτέραν ὁμοίως [3] ἔστησεν· [4] αἰώνιός τε ἡμῖν νόμος καὶ τελευταῖος, ὁ Χριστὸς ἐδόθη, καὶ ἡ διαθήκη πιστὴ, μεθ' ἣν οὐ νόμος, οὐ πρόσταγμα, οὐκ ἐντολή· ἢ σὺ ταῦτα οὐκ ἀνέγνως ἅ φησιν Ησαΐας; ἀκούσατέ μου, ἀκούσατέ μου, λαός μου· καὶ οἱ βασιλεῖς πρὸς μὲ ἐνωτίζεσθε· ὅτι νόμος παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ ἡ κρίσις μου εἰς φῶς ἐθνῶν. ἐγγίζει ταχὺ ἡ δικαιοσύνη μου, καὶ ἐξελεύσεται τὸ σωτήριόν μου, B καὶ εἰς τὸν βραχίονά μου ἔθνη ἐλπιοῦσι. καὶ διὰ Ιερεμίου περὶ ταύτης αὐτῆς τῆς καινῆς διαθήκης οὕτω φησίν· ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος· καὶ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ισραὴλ καὶ τῷ οἴκῳ Ιούδα διαθήκην καινὴν, οὐχ ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐπελαβόμην τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου.) εἰ οὖν ὁ Θεὸς διαθήκην καινὴν ἐκήρυξε μέλλουσαν διαταχθήσεσθαι, καὶ ταύτην εἰς φῶς ἐθνῶν, ὁρῶμεν δὲ [5] καὶ πεπείσμεθα διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦ σταυρωθέντος Ιησοῦ Χριστοῦ, ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ τῆς ἄλλης ἀδικίας προσελθόντας τῷ Θεῷ, καὶ μέχρι θανάτου ὑπομένοντας τὴν ὁμολογίαν καὶ εὐσέβειαν ποιεῖσθαι· καὶ ἐκ τῶν ἔργων καὶ ἐκ τῆς παρακολουθούσης δυνάμεως συνιέναι πᾶσι C δυνατὸν, ὅτι [6] οὗτός ἐστιν ὁ καινὸς νόμος, καὶ ἡ καινὴ διαθήκη, καὶ ἡ προσδοκία τῶν ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν ἀναμενόντων τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀγαθά. Ισραηλιτικὸν γὰρ τὸ ἀληθινὸν, πνευματικὸν, καὶ Ιούδα γένος, καὶ Ιακὼβ, καὶ Ισαὰκ, καὶ Αβραὰμ τοῦ ἐν ἀκροβυστίᾳ ἐπὶ τῇ πίστει μαρτυρηθέντος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐλογηθέντος, καὶ πατρὸς πολλῶν ἐθνῶν κληθέντος, ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ διὰ τούτου τοῦ σταυρωθέντος Χριστοῦ τῷ Θεῷ προσαχθέντες, ὡς καὶ προκοπτόντων ἡμῖν τῶν λόγων ἀποδειχθήσεται.

Ελεγον δὲ ἔτι καὶ προσέφερον, ὅτι καὶ ἐν ἄλλοις λόγοις Ησαΐας βοᾷ· ἀκούσατέ μου τοὺς λόγους, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν· καὶ διαθήσο- D μαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιαν, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. [7] ἰδοὺ μάρτυρα αὐτὸν ἔθνεσι δέδωκα. ἔθνη ἃ οὐκ οἴδασί σε, ἐπικαλέσονταί σε· λαοὶ οἳ οὐκ ἐπίστανταί σε, καταφεύξονται ἐπὶ σέ· ἕνεκεν τοῦ Θεοῦ σου τοῦ ἁγίου Ισραὴλ, ὅτι ἐδόξασέ σε. τοῦτον αὐτὸν ὑμεῖς ἠτιμώσατε τὸν νόμον, καὶ τὴν καινὴν ἁγίαν αὐτοῦ διαθήκην ἐφαυλίσατε· καὶ οὐδὲ νῦν παραδέχεσθε, οὐδὲ μετανοεῖτε πράξαντες

A idem ac vos faceremus. Nunc vero (legi enim, Trypho, novissimam legem futuram & testamentum omnium firmissimum, quod nunc custodiri ab omnibus decet, quicumque hereditatem Dei consequi volunt. Nam quæ in Oreb promulgata lex est, vetus jam & vestra solum est: hæc autem omnium prorsus est. Lex autem adversus legem posita priorem abrogat: similiter testamentum posterius superiori finem imponit: ac æterna nobis & novissima lex, Christus datus est, & testamentum fidele, post quod non lex, non præceptum, non mandatum. An tu ea non legisti, quæ dicit Esaias: [a] *Audite me, audite me populus meus, & Reges auscultate mihi: Quoniam lex a me exibit & judicium meum* B *in lucem gentium. Appropinquat celeriter justitia mea, & egredietur salutare meum, & in brachium meum gentes sperabunt.* Et per Jeremiam de hoc ipso testamento sic loquitur: [b] *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & testabor domui Israel & domui Juda testamentum novum: non quod testatus sum patribus eorum in die qua apprehendi manum ipsorum, ut educerem eos de terra Ægypti.*) Si ergo novum testamentum Deus institutum iri prædicavit, illudque in lucem gentium; videmus autem ac persuasum habemus per nomen ipsius crucifixi Jesu Christi, a simulacris & ab alia nequitia homines ad Deum accedere, ac ne morte quidem proposita a confessione & pietate discedere: cum ex operibus, C tum ex consequentibus miraculis licet omnibus intelligere hunc esse novam legem, & novum testamentum, & exspectationem eorum qui ex omnibus gentibus a Deo bona exspectant. Verum enim Israeliticum, spiritale, & Judæ genus, & Jacob & Isaac & Abraham, cujus in præputio fidem testimonio suo comprobavit Deus, eique benedixit, ac patrem multarum gentium vocavit; nos, inquam, hoc genus sumus, qui ad Deum per hunc crucifixum Christum perducti sumus, quemadmodum & oratione nobis procedente demonstrabitur.

XII. Dicebam etiam & proferebam quod alio loco clamat Esaias: [c] *Audite verba mea, &* D *vivet anima vestra; & testabor vobis testamentum sempiternum, sancta Davidis fidelia. Ecce testem populis dedi eum. Gentes quæ non noverunt te, invocabunt te: populi qui nesciunt te, confugient ad te, propter Deum tuum sanctum Israelis, quoniam glorificabit te.* Hanc ipsam legem vos contumelia affecistis, ac novum illius sanctum testamentum flocci fecistis; ac ne nunc quidem recipitis, nec prave factorum pœnitentiam

a Esai. II. 4. 5. *b* Jerem. XXXI. 31. 32. *c* Esai. LV. 3. 4.

1. Νυνὶ δὲ (*ἀνέγνων γάρ.*) Toti huic loco lucem affert parenthesis, longa illa quidem, sed tamen necessaria ad perspiciendam orationis seriem, neque aliena a Justini consuetudine. Similes enim interdum occurrunt in hoc Dialogo. Vid. num. 78. Videtur Justinus dicere *ἀνέγνων γαρ*, quia antea dixerat ei Trypho, *ἢ οὐκ ἀνέγνως;*

2. *Νόμος δὲ κατὰ νόμου.*] Non video cur displiceat hæc scriptura erudito Londinensi editori, qui legendum arbitratur *νόμος δὲ μετὰ νόμον*. Legem adversus legem positam esse eo sensu docet Justinus, quod veritas adversus umbram, testamentum æternum adversus temporarium constitui dicitur. At non verendum ne Justinus faveat hæreticorum illius ætatis impietati, qui Evangelium opponebant Legi, ut veritatem mendacio & errori, & utriusque alium esse Deum fingebant.

3. *Ἔστησε.*] Miror Sylburgio aptius videri *ἔσβεσε*. Nam illud *ἔστησε* optime respondet simillimo verbo *ἔπαυσε*, quod paullo ante præcedit.


4. *Αἰώνιός τε ἡμῖν νόμος.*] S. Clemens sub finem Strom. 1. sic loquitur: *Μωσῆς δὲ φαίνεται τὸν κύριον διαθήκην καλῶν· ἰδοὺ ἐγὼ, λέγων, ἡ διαθήκη μου μετὰ σοῦ... ἐν δὲ τῷ Πέτρου κηρύγματι εὕροις ἂν νόμον καὶ λόγον τὸν κύριον προσαγορευόμενον.* *Moses autem videtur Dominum appellare Testamentum:* Ecce ego, *dicens*, pactum meum tecum .... *In Petri autem Prædicatione invenies Dominum Legem & Rationem.* In Excerpt. pag. 809. idem Clemens testimonium ex Prædicatione Petri iterum citat, illudque confirmat his Scripturæ verbis: *De Sion exibit lex & verbum Domini de Jerusalem. Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis.* Videtur Justinus in ejusmodi testimoniis de Christo intelligendis consentire cum Clemente, & Christum existimasse in Esaiæ testimonio proxime sequenti, *legem, judicium, justitiam & salutare* appellari. Vid. Strom. 7. pag. 708.

5. *Καὶ πεπείσμεθα.*] Vide num *πεπύσμεθα*, inquit R. Stephanus. Sed prorsus rejicienda hæc conjectura.

6. *Οὗτός ἐστιν ὁ καινὸς νόμος.*] Hæc de Christo intelligenda, ut patet ex his quæ modo diximus. Ita etiam visum erudito Londinensi editori, qui interpretes reprehendit, quod ita reddiderint, *hanc esse novam legem.*

7. *Ἰδοὺ μάρτυρα.*] Infra num. 14. *μαρτύριον*, ut est apud Septuaginta, quod quidem mihi videtur Justini proposito convenientius. Is enim ejusmodi testimoniis, ut jam observavi, adductus videtur, ut Christum ipsum novam esse legem doceret.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



κακῶς· ἔτι γὰρ τὰ ὦτα ὑμῶν πέφρακται, οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν πεπήρωνται, καὶ πεπάχυνται ἡ καρδία. [1] κέκραγεν Ἱερεμίας, καὶ οὐδ᾽ οὕτως ἀκούετε. πάρεστιν ὁ νομοθέτης, καὶ οὐχ ὁρᾶτε· [2] πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, τυφλοὶ βλέπουσι, καὶ οὐ συνίετε. δευτέρας ἤδη χρεία περιτομῆς, καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῇ σαρκὶ μέγα φρονεῖτε. σαββατίζειν ὑμᾶς ὁ καινὸς νόμος διαπαντὸς ἐθέλει, καὶ ὑμεῖς μίαν ἀργοῦντες ἡμέραν εὐσεβεῖν δοκεῖτε, μὴ νοοῦντες διὰ τί ὑμῖν προσετάγη, καὶ ἐὰν ἄζυμον ἄρτον φάγητε, πεπληρωκέναι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ φατέ. οὐκ ἐν τούτοις εὐδοκεῖ κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· εἴ τις ἐστὶν ἐν ὑμῖν ἐπίορκος ἢ κλέπτης, παυσάσθω· εἴ τις μοιχὸς, μετανοησάτω, καὶ σεσαββάτικε τὰ τρυφερὰ καὶ ἀληθινὰ σάββατα τοῦ Θεοῦ. εἴ τις καθαρὰς οὐκ ἔχει χεῖρας, λουσάσθω, καὶ [3] καθαρός ἐστιν.

A agitis: [a] *Adhuc enim aures vestræ obturatæ sunt, & oculi vestri obcæcati, & incrassatum est cor vestrum.* Exclamat Jeremias, ac ne sic quidem auditis: adest legislator, nec videtis: [b] pauperes Evangelium suscipiunt, cæci vident; nec intelligitis. Altera jam opus est circumcisione; vos autem in carne plurimum gloriamini. Præcepit nova lex, ut perpetuum sabbatum celebretis: vos autem quod inertes estis per unum diem, pii vobis esse videmini, non intelligentes cur id vobis præscriptum sit: & panem absque fermento si edatis, a vobis divinam voluntatem impletam dicitis. Non hæc Domino Deo nostro placent. Si quis in vobis est perjurus aut fur, desinat: si quis mœchus, pœnitentiam agat; [c] & suavissima ac vera B Dei sabbata celebravit. Si quis puras manus non habet, lavet & purus est.

Οὐ γὰρ δέ γε εἰς βαλανεῖον ὑμᾶς ἔπεμπεν Ἡσαΐας ἀπολουσομένους ἐκεῖ τὸν φόνον καὶ τὰς ἄλλας ἁμαρτίας, ἃς οὐδὲ τὸ τῆς θαλάσσης ἱκανὸν πᾶν ὕδωρ καθαρίσαι. ἀλλὰ, ὡς εἰκὸς, πάλαι τοῦτο ἐκεῖνο τὸ σωτήριον λουτρὸν ἦν, [4] ὃ εἵπετο τοῖς μεταγινώσκουσι, καὶ μηκέτι αἵμασι τράγων καὶ προβάτων, ἢ σποδῷ δαμάλεως, ἢ σεμιδάλεως προσφοραῖς [5] καθαριζομένους, ἀλλὰ πίστει διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὃς διὰ τοῦτο ἀπέθανεν, ὡς αὐτὸς Ἡσαΐας ἔφη, οὕτω λέγων· ἀποκαλύψει κύριος τὸν βραχίονα αὐτοῦ τὸν ἅγιον ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ ὄψονται [6] πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰ ἄκρα τῆς γῆς C τὴν σωτηρίαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ. ἀπόστητε, ἀπόστητε, [7] ἀπόστητε, ἐξέλθετε ἐκεῖθεν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅψησθε· ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῆς· ἀφορίσθητε οἱ φέροντες τὰ σκεύη κυρίου, ὅτι οὐ μετὰ ταραχῆς [8] πορεύεσθε. πορεύσεται γὰρ πρὸ προσώπου ὑμῶν κύριος, καὶ ὁ ἐπισυνάγων ὑμᾶς κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. ἰδοὺ συνήσει ὁ παῖς μου, καὶ ὑψωθήσεται, καὶ δοξασθήσεται σφόδρα. ὃν τρόπον ἐκστήσονται πολλοὶ ἐπὶ σέ· οὕτως ἀδοξήσει ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τὸ εἶδός καὶ ἡ δόξα σου· οὕτω θαυμασθήσονται ἔθνη πολλὰ ἐπ᾽ αὐτῷ, καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν· ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται· καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν D ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ. οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ

XIII. Neque enim vos ad balneum misit Esaias, ut ibi cædem & alia peccata ablueretis, quos expurgare ne tota quidem maris aqua idonea est. Sed, ut par est, jam tum ipsum illud lavacrum salutare prædicabat, quod eorum est, qui pœnitentiam agunt, nec jam hircorum & ovium sanguine expiantur, aut vitulæ cinere, similæve oblationibus, sed fide per sanguinem Christi & mortem ejus, qui ea ipsa de causa mortuus est, quemadmodum ait Esaias his verbis: [d] *Revelabit Dominus brachium suum in conspectu cunctarum gentium: & videbunt omnes gentes & terræ fines salutem quæ est a Deo. Recedite, recedite, recedite, egredimini inde & immundum nolite tangere: exite de medio ejus: separamini, qui portatis vasa Domini: quia non in tumultu ambulatis. Præcedet enim ante faciem vestram Dominus; & colliget vos Dominus Deus Israel. Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur & glorificabitur valde. Sicut stupebunt super te multi, sic ingloria erit ab hominibus species & gloria tua. Sic mirabuntur gentes multæ super eo: & continebunt reges os suum: quia quibus non est annuntiatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent.* [e] *Domine, quis credidit auditui nostro? Et brachium Domini cui revelatum est? Annuntiavimus, quasi parvulum in conspectu ejus: sicut radix in terra sitienti. Non est species ei, neque gloria: & vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem: sed species ejus inhonorata, & deficiens præ filiis hominum. Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem: quia aversa est facies ejus, despecta, &*

a Esai. VI. 10. *b* Matth. XI. 5. *c* Esai. LVIII. 13. *d* Esai. LII. 10. seqq. *e* Esai. LIII. 1. seqq.

1. Κέκραγεν Ἱερεμίας.] Vel memoria heic effluxit Justino, si Jeremiæ attribuit proxima verba, *Aures vestræ*, &c. vel respicit ad superius Jeremiæ testimonium, cujus contemtum exprobrat Judæis. Pro Jeremia Langus interpretando posuit Esaias: mallet Thirlbius Ἰωάννης aut Ἠλίας. Scriptum erat in aliis editionibus, ἡ καρδία, κέκραγεν, &c. Interpunctio, quam sequutus sum, probatur Thirlbio.

2. Πτωχοὶ εὐαγγελίζονται.] Respicit ad responsum Joannis discipulis a Christo datum. JEBB.

3. Καθαρός ἐστιν.] Frustra legatur καθαρὸς ἔσται, ut Arcerio placuisse testatur Sylburgius.

4. Ὃ εἵπετο.] Cum ferri non possit vulgata scriptura, legendum videtur, ὁ εἶπε, τὸ τοῖς μεταγινώσκουσι: sic enim infra, n.14. τοῦτο ἐκεῖνο ὁ προηγόρευε τὸ βάπτισμα, τὸ μόνον καθαρίσαι τοὺς μετανοήσαντας δυνάμενον, τοῦτό ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς. Et n. 44. sub finem, τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν διὰ Ἡσαΐου κηρυχθὲν λουτρόν. Justinum loqui de Christianorum baptismate manifestum est ex his verbis, καὶ μηκέτι αἵμασι, neo probabile est eum de Israelitis agere.

5. Καθαριζομένους.] Leg. καθαριζομένοις.

6. Πάντα τὰ ἔθνη.] Legitur in Bibliis πάντα ἄκρα τῆς γῆς. Cappellus Append. ad Crit. Sacr. p. 529. existimat appositum fuisse in margine τὰ ἔθνη, ut illud ἄκρα explicaretur, ac Justinum utraque conjunxisse. Pronuntiat eruditus Londinensis editor *istud ἔθνη ex Justini cerebro ortum esse, in quo remanebant vestigia verborum proxime antecedentium.* Equidem varietates & dissensiones sancti Justini a vulgata septuaginta seniorum interpretatione, quæ nimium multæ sunt, quam ut heic singulas observemus, ex triplici potissimum causa ortas crediderim; quod in suis interdum codicibus aliter legeret ac hodie legimus; quod Scripturam sæpe memoriter citaret, unde in Psalmis quos ob quotidianum usum memoriæ impressos & insculptos habebat, minus multo discrepat a Septuaginta; denique quod nonnulla interdum explicandi causa intexeret, velut cum in Apol. 1. n. 51. hæc refert ex Psalmo 24. *Tollite portas cælorum.* Forte idem ei in hoc Dialogi loco contigit.

7. Ἀπόστητε.] Bis tantum legitur in Bibliis, ut jam multi observaverunt.

8. Πορεύεσθε.] Habent Biblia, ὅτι οὐ μετὰ ταραχῆς ἐξελεύσεσθε, οὐδὲ φυγῇ πορεύσεσθε· προπορεύσεται γὰρ πρότερος ὑμῶν κύριος. Non assentior erudito editori Londinensi, qui legendum monet πορεύσεσθε apud Justinum. Aquila enim & Theodotion habent, ut Justinus, πορεύεσθε, nec aliter septuaginta in cod. Jes. ubi legitur, A. Θ. ὁμοίως τοῖς ὁ.

περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸ εἶναι A ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει· οὗτος δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν· ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη. καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. ὡς πρόβατον εἰς σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἥκει εἰς θάνατον. καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου B αὐτοῦ. ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησε, καὶ οὐχ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. [1] ἐὰν δῶται περὶ τῆς ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον· καὶ βούλεται κύριος ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς· καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνοίσει. διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλούς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα, ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη. εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα· ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς C ἐχούσης τὸν ἄνδρα. εἶπε γὰρ κύριος· πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου καὶ [2] τῶν αὐλαίων σου· πῆξον, μὴ φείσῃ, μάκρυνον τὰ σχοινίσματά σου, καὶ τοὺς πασσάλους σου κατίσχυσον· εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον, καὶ τὸ σπέρμα σου ἔθνη κληρονομήσει, καὶ πόλεις ἠρημωμένας κατοικιεῖς. μὴ φοβοῦ ὅτι κατῃσχύνθης, μηδὲ ἐντραπῇς ὅτι ὠνειδίσθης· ὅτι αἰσχύνην αἰώνιον ἐπιλήσῃ, καὶ ὄνειδος τῆς χηρείας σου οὐ μνησθήσῃ· ὅτι [3] κύριος ἐποίησεν ὄνομα ἑαυτῷ, καὶ ὁ ῥυσάμενός σε αὐτὸς Θεὸς Ἰσραὴλ πάσῃ τῇ γῇ κληθήσεται. [4] ὡς γυναῖκα καταλελειμμένην καὶ ὀλιγόψυχον, κέκληκέ σε ὁ κύριος, ὡς γυναῖκα ἐκ νεότητος μεμισημένην.

non reputata. Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet, & nos reputavimus eum esse in labore, & in plaga, & in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra: & infirmatus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum: livore ejus sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus: homo in via sua erravit. Et Dominus tradidit eum propter iniquitates nostras: & ipse propter afflictionem non aperit os suum. Sicut ovis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os suum. In humilitate sua judicium ejus sublatum est. Generationem ejus quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita ejus. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo pessimos pro sepultura ejus, & divites pro morte illius. Quia iniquitatem non fecit, & non est inventus dolus in ore ejus: & Dominus vult mundare eum a plaga. Si datus fuerit pro peccato: anima vestra videbit semen longævum. Et vult Dominus auferre de dolore animam ejus, ostendere ei lucem, & formare intelligentiam, justificare justum bene servientem multis; & peccata nostra ipse portabit. Propterea ipse possidebit multos, & fortium dividet spolia: pro eo quod tradita est ad mortem anima ejus: & in iniquis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus est. [a] Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filii desertæ magis, quam ejus quæ habet virum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui & tentoriorum tuorum: fige, ne parcas, protende funiculos tuos: & palos tuos conforta: a dextris & sinistris dilata. Et semen tuum possidebit gentes: & civitates desertas habitare facies. Noli timere, quia confusa es; neque confundaris, quia exprobratum tibi est. Confusionem enim æternam oblivisceris, & opprobrii viduitatis tuæ memor non eris ultra: quia Dominus fecit nomen sibi, & qui eruit te, ipse Deus Israel, omni terræ vocabitur. Tamquam mulierem derelictam & pusillanimem vocavit te Dominus, quasi mulierem ab adolescentia odio habitam.

D Διὰ τοῦ λουτροῦ οὖν τῆς μετανοίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ὃ ὑπὲρ τῆς ἀνομίας τῶν λαῶν τοῦ Θεοῦ γέγονεν, ὡς Ἠσαΐας βοᾷ, ἡμεῖς ἐπιστεύσαμεν, καὶ γνωρίζομεν ὅτι τοῦτ' ἐκεῖνο ὃ προηγόρευε τὸ μόνον καθαρίσαι τοὺς μετανοήσαντας δυνάμενον, τοῦτό ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς ζωῆς. οὓς δὲ ὑμεῖς ὠρύξατε λάκκους ἑαυτοῖς, συντετριμμένοι εἰσὶ καὶ οὐδὲν ὑμῖν χρήσιμον. τί γὰρ ὄφελος ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος, ὃ τὴν σάρκα καὶ μόνον τὸ σῶμα φαιδρύνει; βαπτίσθητε τὴν ψυχὴν ἀπὸ ὀργῆς καὶ ἀπὸ πλεονεξίας, ἀπὸ φθόνου, ἀπὸ μίσους· καὶ ἰδοὺ τὸ σῶμα καθαρόν ἐστι. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ σύμβολον τῶν ἀζύμων, ἵνα μὴ τὰ παλαιὰ τῆς κακῆς ζύμης ἔργα πράττητε. ὑμεῖς δὲ πάντα σαρκικῶς νενοήκατε, καὶ ἡγεῖσθε εὐσέβειαν, ἐὰν τοιαῦτα ποιοῦντες, τὰς ψυχὰς μεμεστωμένοι ἦτε δόλου καὶ πάσης κακίας ἁπλῶς. διὸ καὶ μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας τῶν ἀζυμοφαγιῶν, [5] νέαν ζύμην φυρᾶσαι ἑαυτοῖς ὁ Θεὸς

XIV. Itaque per lavacrum pœnitentiæ & cognitionis Dei, quod pro peccatis populorum Dei institutum est, ut clamat Esaias, nos credidimus; & testamur ipsum illum ab eo prænuntiatum baptisma, quod solum pœnitentes expiare potest, hanc esse aquam vitæ. Quas autem [b] vobis fodistis cisternas, eæ contritæ, ac vobis prorsus inutiles. Quæ enim utilitas illius baptismi, ex quo caro ac solum corpus splendescat? Baptizetur anima vestra ab iracundia & avaritia, ab invidia & odio; & ecce corpus purum est. Hanc enim habent panes azymi significationem, ut ne vetera mali fermenti opera peragatis. Vos autem omnia carnali modo intelligitis, ac pietatem putatis esse, si, dum hæc facitis, dolo animi vestri & omni prorsus nequitia cumulati sint. Quamobrem præcepit Deus, ut postquam septem diebus

a Esai. LIV. 1. seqq.

b Jerem. II. 13.

1. Ἐὰν δῶται.] Sic etiam in Apol. 1. n. 51. sed in utroque loco habent nostri codices mss. ἐὰν δῶτε, quod a R. Stephano immutatum fuit, rejecta ad calcem lectione codicum mss.


2. Τῶν αὐλαίων.] Habet uterque codex αὐλέων, sed ad marginem legitur & ad calcem editionis R. Stephani αὐλαίων σου σφίγξον, μή. Habent etiam omnes editi nostri καὶ τὰς δέρεις τῶν αὐλαίων σου. Atque illud quidem, τὰς δέρεις, Cappellus e margine in textum a Justino inductum putat; sed Thirlbius hanc lectionem defendit, & cum Justino Esaiam Curterii, Hieronymum, & Aldina, & Complutensia Biblia monet consentire. Sed tamen has voces expunxi, quia desunt in mss. codicibus, nec satis graves videntur fuisse causæ, cur eas R. Stephanus in contextum reciperet.

3. Κύριος ἐποίησεν ὄνομα ἑαυτῷ.] Biblia, κύριος ὁ ποιῶν σε, κύριος σαβαὼθ ὄνομα αὐτῷ.

4. Ὡς γυναῖκα.] Biblia, οὐχ ὡς γυναῖκα — οὐδ' ὡς γυναῖκα.

5. Νέαν ζύμην.] Frustra quærit eruditus vir Samuel Jebb, ubinam Justinus in Scripturis legerit, præceptum fuisse ut novum fermentum adhiberetur post septem dies azymorum. Cum præcepisset Deus, ut fermentum ex omnibus finibus Judæorum per septem dies removeretur, nonne hoc præcepto aliud continebatur, ut post dies azymorum novo fermento uterentur?

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



παρήγγειλε, τυτέστιν ἄλλων ἔργων πρᾶξιν, καὶ μὴ A τῶν παλαιῶν καὶ φαύλων τὴν μίμησιν. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ὃ ἀξιοῖ ὑμᾶς ὗτος ὁ καινὸς νομοθέτης, τὺς προλελεγμένυς ὑπ' ἐμῦ λόγυς πάλιν ἀνιστορήσω, μετὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν παραλειφθέντων. εἴρηται δὲ ὑπὸ τῦ Ησαΐυ ὕτως· [1] εἰσακύσετέ μυ, [2] καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν, καὶ διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια τῦ Δαβὶδ τὰ πιστά. ἰδοὺ μαρτύριον αὐτὸν ἔθνεσι δέδωκα, ἄρχοντα καὶ προστάσσοντα ἔθνεσιν. ἔθνη ἃ οὐκ οἴδασί σε, ἐπικαλέσονταί σε· καὶ λαοὶ οἳ ὐκ ἐπίστανταί σε, ἐπὶ σὲ καταφεύξονται, ἕνεκεν τῦ Θεῦ συ τῦ ἁγίυ Ισραὴλ, ὅτι ἐδόξασέ σε. ζητήσατε τὸν Θεόν· καὶ ἐν τῷ εὑρίσκειν αὐτὸν, ἐπικαλέσασθε, ἡνίκα ἂν ἐγγίζῃ ὑμῖν. ἀπολιπέτω ὁ ἀσεβὴς τὰς ὁδὺς αὐτῦ, καὶ ἀνὴρ ἄνομος B τὰς βυλὰς αὐτῦ, καὶ ἐπιστραφήτω ἐπὶ κύριον, καὶ ἐλεηθήσεται, ὅτι ἐπὶ πολὺ ἀφήσει τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. ὐ γάρ εἰσιν αἱ βυλαί μυ ὥσπερ αἱ βυλαὶ ὑμῶν, ὐδὲ αἱ ὁδοί μυ ὥσπερ αἱ ὁδοὶ ὑμῶν· ἀλλὰ ὅσον ἀπέχει ὁ ὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, τοσῦτον ἀπέχει ἡ ὁδός μυ ἀπὸ τῆς ὁδῦ ὑμῶν, καὶ τὰ διανοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μυ. ὡς γὰρ ἂν καταβῇ χιὼν ἢ ὑετὸς ἐκ τῦ ὐρανῦ, καὶ ὐκ ἀποστραφήσεται, ἕως ἂν μεθύσῃ τὴν γῆν, καὶ ἐκτέκῃ, καὶ ἐκβλαστήσῃ, καὶ δῷ σπέρμα τῷ [3] σπείραντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν· οὕτως ἔσται τὸ ῥῆμά μυ ὃ ἂν ἐξέλθῃ ἐκ τῦ στόματός μυ, ὐ μὴ ἀποστραφῇ ἕως ἂν συντελεσθῇ πάντα ὅσα ἠθέλησα, καὶ εὐοδώσω τὰ ἐντάλματά μυ. ἐν γὰρ εὐφροσύνῃ ἐξελεύσεσθε, καὶ ἐν χαρᾷ [4] διδαχθήσεσθε. C τὰ γὰρ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ ἐξαλοῦνται προσδεχόμενοι ὑμᾶς, καὶ πάντα τὰ ξύλα τῶν ἀγρῶν ἐπικροτήσει τοῖς κλάδοις. καὶ ἀντὶ τῆς στοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος, ἀντὶ δὲ τῆς κονύζης ἀναβήσεται μυρσίνη· καὶ ἔσται κύριος εἰς ὄνομα καὶ εἰς σημεῖον αἰώνιον, καὶ οὐκ ἐκλείψει. τῶν τε λόγων τούτων καὶ τοιύτων εἰρημένων ὑπὸ τῶν προφητῶν, ἔλεγον, ὦ Τρύφων, οἱ μὲν, εἴρηνται εἰς τὴν πρώτην παρουσίαν τοῦ Χριστῦ, ἐν ᾗ καὶ ἄτιμος καὶ ἀειδὴς καὶ θνητὸς φανήσεσθαι κεκηρυγμένος ἐστίν· οἱ δὲ, εἰς τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρυσίαν, ὅτε ἐν δόξῃ καὶ ἐπάνω τῶν νεφελῶν παρέσται, καὶ ὄψεται ὁ λαὸς ὑμῶν καὶ γνωριεῖ εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, ὡς [5] Ωσηὲ, εἷς τῶν δώδεκα προφητῶν, καὶ Δανιὴλ προεῖπον, καὶ εἰρημένοι εἰσί. D

azymos panes comedistis, novum vobis fermentum subigeretis, hoc est, aliorum operum effectionem, non veterum & malorum imitationem. Ut autem pateat illud ipsum esse, quod a vobis novus hic legislator postulat; recitata a me verba iterum referam cum aliis, quæ prætermissa fuerant. Sic autem ab Esaia proferuntur: [a] *Exaudietis me; & vivet in bonis anima vestra, & constituam vobis testamentum æternum, sancta David fidelia. Ecce testimonium gentibus dedi eum, principem & præcipientem gentibus. Gentes quæ nesciunt te, invocabunt te: & populi qui ignorant te, ad te confugient, propter Deum tuum sanctum Israelis, quia glorificavit te. Quærite Deum, & in inveniendo eum, invocate, quando vobis appropinquaverit. Relinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, & convertatur ad Dominum, & misericordiam consequetur: quia multum dimittet peccata vestra. Neque enim sunt cogitationes meæ sicut cogitationes vestræ, neque viæ meæ sicut viæ vestræ: sed quantum abest cælum a terra, tantum abest via mea a via vestra, & cogitationes vestræ a mente mea. Quomodo enim si descendat nix aut pluvia de cælo, & non revertatur, donec inebriet terram, & producere ac germinare faciat, & det semen seminanti, & panem ad comedendum: sic erit verbum meum, quod exierit de ore meo, non revertetur, donec compleat quæ volui, & prospera fecero præcepta mea. In lætitia enim egrediemini, & in gaudio docebimini* (deducemini). *Montes enim & colles exsilient exspectantes vos: & omnia ligna agrorum applaudent ramis. Et pro stœba ascendet cyparissus; & pro conyza ascendet myrtus. Et erit Dominus in nomen & in signum sempiternum, & non deficiet*. Ex his & aliis ejusmodi prophetarum dictis, o Trypho, ajebam, alia in primum Christi adventum dicta sunt, in quo ingloriam & informem & mortalem speciem habiturus prædicatur: alia in alterum ejus adventum, cum in gloria ex nubibus aderit, videbitque populus vester, & agnoscet in quem pupugerunt, quemadmodum [b] Osee unus duodecim Prophetarum & Daniel [c] prædixerunt.

Καὶ τὴν ἀληθινὴν ὖν τοῦ Θεοῦ νηστείαν μάθετε νηστεύειν, ὡς Ησαΐας φησὶν, ἵνα τῷ Θεῷ εὐαρεστῆτε. κέκραγε δὲ Ησαΐας ὕτως· ἀναβόησον ἐν ἰσχύϊ, καὶ μὴ φείσῃ· ὡς σάλπιγγι ὕψωσον τὴν φωνήν συ, καὶ ἀνάγγειλον τῷ γένει μυ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, καὶ τῷ οἴκῳ Ιακὼβ τὰς ἀνομίας αὐτῶν. ἐμὲ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ζητῦσι, καὶ γνῶναι τὰς ὁδύς μου ἐπιθυμῦσιν, ὡς λαὸς δικαιοσύνην πεποιηκὼς, καὶ κρίσιν Θεῦ ὐκ ἐγκαταλελοιπώς· αἰτῦσί με νῦν κρίσιν δικαίαν, καὶ ἐγγίζειν Θεῷ ἐπιθυμῦσι, λέγοντες, τί ὅτι ἐνηστεύσαμεν, καὶ ὐκ εἶδες; ἐταπεινώσαμεν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔγνως; ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις τῶν νηστειῶν ὑμῶν εὑρίσκετε τὰ θελήματα ὑμῶν, καὶ πάντας τὺς ὑποχειρίυς ὑμῶν ὑπονύσσετε. E [6] ἰδὺ εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε, καὶ τύπτετε πυγμαῖς ταπεινόν. ἵνα τί μοι νηστεύετε, ὡς σήμερον, ἀκυσθῆναι ἐν κραυγῇ τὴν φωνὴν ὑμῶν; ὐ ταύτην νηστείαν ἐγὼ ἐξελεξάμην, καὶ ἡμέραν ταπεινῦν ἄνθρωπον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. οὐδ' ἂν κάμψῃς ὡς κρίκον τὸν τράχηλόν

XV. Verum igitur Dei jejunium discite observare, quemadmodum ait Esaias, ut Deo placeatis. Ita autem exclamat Esaias: [d] *Clama in fortitudine, & ne parcas: quasi tuba exalta vocem tuam: & annuntia generi meo peccata eorum, & domui Jacob iniquitates eorum. Me de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ justitiam fecerit, & judicium Dei non dereliquerit. Petunt me nunc judicium justum, & appropinquare Deo cupiunt, dicentes: Quare jejunavimus & non vidisti? Humiliavimus animas nostras, & non cognovisti? In diebus enim jejuniorum vestrorum invenitis voluntates vestras, & omnes subjectos vobis cæditis: ecce ad lites & jurgia jejunatis & percutitis pugnis humilem; ut quid mihi jejunatis, ut hodie, ut audiatur in clamore vox vestra? Non hoc jejunium elegi, ut in die humiliet homo animam suam. Neque, si incurvaveris quasi circulum, collum*

[a] Esai. LV. 3 — 13. [b] Zach. XII. 10. [c] Dan. VII. 13. [d] Esai. LVIII. 1 — 12.

1. Εἰσακύσετε.] Supra n. 12. ἀκύσατέ μυ τὺς λόγυς. Utramque lectionem Justino tribuere malim, quam utra sit præferenda examinare.

2. Καὶ ζήσεται.] Addunt editiones Parisienses ἐν ἀγαθοῖς, quod nec in codicibus mss. nec apud R. Stephanum legitur.

3. Σπείραντι.] Rectius, nisi fallor, apud LXX. σπείροντι. THIRLB.

4. Διδαχθήσεσθε.] Vitiose & corrupte pro διαχθήσεσθε. PERIONIUS.


5. Ωσηέ.] Lapsu memoriæ Osee pro Zacharia. Ibidem Sylburgius monet delendam esse conjunctionem ante εἰρημένοι.

6. Ἰδὺ εἰς κρίσεις,] Sic etiam tres interpretes, Aquila, Theodotion & Symmachus, & codex Alexandrinus & editio Aldina, & Complutensis. LXX. εἰ εἰς κρίσεις. THIRLBIUS.

σε, καὶ σάκκον καὶ σποδὸν ὑποστρώσης, οὐδ' οὕτω καλέσετε νηστείαν [1] καὶ ἡμέραν δεκτὴν τῷ κυρίῳ. οὐχὶ τοιαύτην νηστείαν ἐγὼ ἐξελεξάμην, λέγει κύριος· ἀλλὰ λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, καὶ πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα. διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σε, καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλλε, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει. τότε ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ [2] ἱμάτιά σε ταχὺ ἀνατελεῖ. καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σε ἡ δικαιοσύνη σου, καὶ ἡ δόξα τε Θεε περιστελεῖ σε. τότε βοήσῃ, καὶ ὁ Θεὸς εἰσακούσεταί σε· ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρεῖ, ἰδοὺ πάρειμι. ἐὰν δὲ ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον καὶ χειροτονίαν, καὶ ῥῆμα γογγυσμε, καὶ διδῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον σε ἐκ ψυχῆς, καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς, τότε ἀνατελεῖ ἐν τῷ σκότει τὸ φῶς σου, καὶ τὸ σκότος σου ὡς μεσημβρία, καὶ ἔσται ὁ Θεός σου μετὰ σοῦ διαπαντὸς, καὶ ἐμπλησθήσῃ καθὰ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή σου, καὶ τὰ ὀστᾶ σου πιανθήσονται, καὶ ἔσται ὡς κῆπος μεθύων, καὶ πηγὴ ὕδατος, ἢ γῆ ᾗ μὴ ἐξέλιπεν ὕδωρ. περιτέμεσθε οὖν τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν, [3] ὡς οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ διὰ πάντων τούτων τῶν λόγων ἀξιοῦσι.

A *tuum, & saccum & cinerem substraveris; nec sic vocabitis jejunium & diem acceptum Domino. Non tale jejunium elegi, dicit Dominus. Sed solve omnem colligaturam iniquitatis: dissolve obligationes violentorum contractuum: dimitte fractos in remissionem, & omnem syngrapham iniquam discerpe. Frange esurienti panem tuum: & pauperes sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, operi: & domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & vestimenta tua cito orientur, & præibit in conspectu tuo justitia tua, & gloria Dei circumdabit te. Tum clamabis, & Deus exaudiet te: adhuc loquente te, dicet: Ecce adsum. Si abstuleris a te colligationem,* B *& manuum complicationem, & verbum murmurationis, & dederis esurienti panem tuum ex animo, & animam humiliatam saturaveris, tunc orietur in tenebris lumen tuum, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & erit Deus tuus tecum semper, & impleberis, sicut desiderat anima tua: & ossa tua pinguescent, & erunt ut hortus inebriatus, & fons undæ, aut terra cui aquæ non deficiunt.* Circumcidamini igitur præputio cordis vestri: quemadmodum divinæ Scripturæ his omnibus verbis postulant.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
141.



Καὶ διὰ Μωϋσέως κέκραγεν ὁ Θεὸς αὐτὸς, οὕτως λέγων· καὶ περιτεμεῖσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, καὶ τὸν τράχηλον οὐ σκληρυνεῖτε ἔτι. ὁ γὰρ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ κύριος τῶν κυρίων, Θεὸς μέγας καὶ ἰσχυρὸς καὶ φοβερός· ὅστις οὐ θαυμάζει πρόσωπον, οὐδὲ μὴ λάβῃ δῶρον. καὶ ἐν τῷ Λευιτικῷ· ὅτι παρέβησαν καὶ ὑπερεῖδόν με, καὶ ὅτι ἐπορεύθησαν ἐναντίον μου πλάγιοι, καὶ ἐγὼ ἐπορεύθην μετ' αὐτῶν πλαγίως, καὶ ἀπολῶ αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν. τότε ἐντραπήσεται ἡ καρδία ἡ ἀπερίτμητος αὐτῶν. ἡ γὰρ ἀπὸ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα περιτομὴ, εἰς σημεῖον ἐδόθη· ἵνα ἦτε ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐθνῶν καὶ ἡμῶν ἀφωρισμένοι· καὶ ἵνα μόνοι πάθητε ἃ νῦν ἐν δίκῃ πάσχετε· καὶ ἵνα γένωνται αἱ χῶραι ὑμῶν ἔρημοι, καὶ αἱ πόλεις πυρίκαυστοι, καὶ τοὺς καρποὺς ἐνώπιον ὑμῶν κατεσθίωσιν ἀλλότριοι, καὶ μηδεὶς ἐξ ὑμῶν [4] ἐπιβαίνῃ εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ. οὐ γὰρ ἐξ ἄλ-

XVI. Per Moysen quoque Deus ipse sic clamat: [a] *Et circumcidimini duritiem cordis vestri: & cervi-* C *cem non induretis amplius. Quia Dominus Deus vester, ipse est Dominus dominorum, Deus magnus & fortis, & terribilis, qui non admiratur personam, neque accipit munus.* Et in Levitico: [b] *Quoniam prævaricati sunt, & despexerunt me, & quoniam ambulaverunt ex adverso mihi ad sinistram; ambulavi & ipse cum eis sinistre, & perdam eos in terra inimicorum eorum. Tunc confundetur cor eorum incircumcisum.* Hæc enim ab Abrahamo accepta secundum carnem circumcisio in signum data est, ut ab aliis gentibus & a nobis discreti sitis, & soli patiamini, quæ nunc merito patimini; atque ut regiones vestræ in solitudinem redigantur, & civitates in ignes considant, frugesque vestras inspectantibus vobis alieni consumant, nec quisquam vestrum Je-

a Deut. x. 16. 17. b Levit. xxvi. 40. 41.

1. Καὶ ἡμέραν.] Hæc desunt apud LXX.

2. Ἱμάτια.] Sic habent codices mss. Sed R. Stephanus posuit *ἰάματα*, recte id quidem & accurate, si vera Scripturæ & germana lectio quæratur: sed si hoc tantummodo considerandum nobis judicemus, quomodo Justinus legerit; cur ei vereamur ejusmodi lectionem attribuere, quam Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius & Augustinus sequuti sunt, ut observavit Nobilius? Eo autem libentius crediderim Justinum ita legisse, ut habent nostri codices mss. quod interdum hanc vocem, *ἱμάτια*, eo sensu usurpet, qui huic loco conveniat. Calumnias Christianis affictas vocat *περίβλημα πονηρὸν*, Apol. 2. n. 11. Infra num. 116. peccata & pravas actiones hoc nomine apud Zachariam designari ait. Quin etiam ibidem vestimenta immunda, quibus Jesus summus Sacerdos indutus fuit, gloriosam corporum resurrectionem videtur interpretari; quemadmodum Tertullianus his Esaiæ verbis, *& vestimenta citius orientur*, corporum resurrectionem significari existimavit, lib. de Resur. c. 27. Sed si Justinus qui Græcis codicibus utebatur, legit *ἱμάτια*; Latinorum interpretum error qui *vestimenta* heic reddidere, non tam ex intercedente inter *ἰάματα* & *ἱμάτια* similitudine, ut docet ad hunc locum Hieronymus, quam ex codicum vitio repetendus.

3. Ὡς οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ.] *De depravatione hujus loci nulla dubitatio esse potest*, inquit eruditus Londinensis editor, qui *si quis audacior criticus* pro λόγοι *legeret* προφῆται, *non magnopere repugnaturum se declarat*. Sed tamen rejecta hac liberiori emendandi ratione legendum opinatur, *ὡς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἀξιοῖ*. Equidem cur hunc contextum vir doctissimus immutatum velit, non facile intelligo, nec ipse rationes suas afferendas duxit. Cur autem nihil immutandum sit, facilius mihi perspicere videor. Apud Justinum *ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ* sæpe significat Verbum Dei & Filium, sæpe Scripturam sacram, aut aliquod Scripturæ testimonium. Hoc autem loco *οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ* sunt ipsa Dei suo nomine loquentis verba, quia videlicet in testimoniis a Justino allatis non propheta loquitur, sed ipse Deus. Infra n. 28. testimonium in quo Deus ipse loquitur, appellatur a Justino *αὐτοῦ ῥήματα τοῦ Θεοῦ*. Docet Justinus Apol. 1. n. 36. necessarium esse ad Scripturæ intelligentiam diligenter attendere quibusnam locis ipse Deus loquatur, quibusnam Prophetæ aut aliæ personæ. Nulla ergo contextus nostri emendandi causa.

4. Ἐπιβαίνῃ εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ.] Ex his patet quanta adhiberetur diligentia in ea lege observanda, quæ a Justino Apol. 1. n. 47. commemorata, Judæos ingressu Jerosolymorum prohibebat, aut ingressus pretium, mortem decernebat. Sed tamen de hujus legis severitate videtur aliquid deinceps remissum fuisse. Nam ex Itinerario Burdigalensi & Orat. 12. Gregorii Naz. & Hieronymo in cap. 1. Sophon. discimus Judæis quarto sæculo, semel in anno introitum Jerosolymitani soli concessum fuisse, quod quidem non videntur impetraturi fuisse suspiciosissimis illis secundi sæculi temporibus, cum *nec advenarum jure terram patriam saltem vestigio*, ut ait Tertullianus Apol. 16. *salutare*, *nec patrium solum vel ex longinquo*, ut ait Aristo Pellæus apud Euseb. Hist. l. 4. c. 6. *prospicere* liceret. Aliud est in quo lenius cum eis actum videtur fuisse. Testatur enim Aristo Pellæus eos etiam regione circum Jerosolymam sita penitus exclusos fuisse. *τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάντῃ ἐπιβαίνειν εἴργεται .... ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος.* Ait etiam Tertul. adv. Jud. cap. 13. *neminem de genere Israel in civitate Bethleem remansisse*, ac interdictum esse *ne in con-*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

λου τινὸς γνωρίζεσθε παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, A ἢ [1] ἀπὸ τῆς ἐν σαρκὶ ὑμῶν περιτομῆς. οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν, ὡς νομίζω, τολμήσει εἰπεῖν ὅτι μὴ καὶ προγνώστης τῶν γίνεσθαι μελλόντων ἦν καὶ ἐστὶν ὁ Θεός, καὶ τὰ ἄξια ἑκάστῳ προετοιμάζων. καὶ ὑμῖν οὖν ταῦτα καλῶς καὶ δικαίως γέγονεν. ἀπεκτείνατε γὰρ τὸν δίκαιον, καὶ πρὸ αὐτοῦ τοὺς προφήτας αὐτοῦ. καὶ νῦν τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ᾽ αὐτὸν, καὶ τὸν πέμψαντα αὐτὸν παντοκράτορα καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν ἀθετεῖτε, καὶ ὅσον ἐφ᾽ ὑμῖν ἀτιμάζετε, [2] καταρώμενοι ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ τὸν Χριστόν. οὐ γὰρ ἐξουσίαν ἔχετε αὐτόχειρες γενέσθαι ἡμῶν διὰ τοὺς νῦν ἐπικρατοῦντας. ὁσάκις δὲ ἂν ὑμῖν ὁ Θεὸς [3] καὶ τοῦτο ἐπράξατε. διὸ καὶ ἐμβοᾷ ἐδυνήθητε, διὰ τοῦ Ἠσαΐου λέγων· ἴδετε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ· ἀπὸ γὰρ προσώπου τῆς ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος· ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἦρται ἐκ τοῦ μέσου. ὑμεῖς προσ- B ηγάγετε ὧδε υἱοὶ ἄνομοι, σπέρμα μοιχῶν καὶ τέκνα πόρνης. ἐν τίνι ἐνετρυφᾶτε; καὶ ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα, καὶ ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν;

Οὐχ οὕτως γὰρ τὰ ἄλλα ἔθνη εἰς ταύτην τὴν ἀδικίαν τὴν εἰς ἡμᾶς καὶ τὸν Χριστὸν ἐνέχονται, ὅσον ὑμεῖς, [4] οἳ κἀκείνοις τῆς κατὰ τοῦ δικαίου καὶ ἡμῶν τῶν ἀπ᾽ ἐκείνου, κακῆς προλήψεως αἴτιοι ὑπάρχετε. μετὰ γὰρ τὸ σταυρῶσαι ὑμᾶς ἐκεῖνον τὸν μόνον ἄμωμον καὶ δίκαιον ἄνθρωπον, δι᾽ οὗ τῶν μωλώπων ἴασις γίνεται τοῖς δι᾽ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν πατέρα [5] προσχωροῦσιν, ἐπειδὴ ἐγνώκατε αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναβάντα εἰς τὸν οὐρανὸν, ὡς αἱ προφητεῖαι προεμήνυον γενησόμενον, [6] οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε ἐφ᾽ C οἷς ἐπράξατε [7] κακῶς, ἀλλὰ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ [8] ἐκλεξάμενοι τότε ἐξεπέμψατε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν, λέγοντες, αἵρεσιν [9] ἄθεον Χριστια-

rusalem ascendat. Nulla enim re alia a ceteris hominibus dignoscimini, nisi vestra in carne circumcisione. Neminem enim vestrum fore arbitror qui negare audeat præscium esse & fuisse futurorum Deum, ac digna cuique præmia præparare. Recte igitur & merito hæc vobis evenerunt. Occidistis enim justum & ante eum Prophetas ejus; & nunc eos, qui sperant in illum & in summum Regem & creatorem universorum Deum a quo missus est, aspernamini & quantum in vobis est, afficitis contumelia, diris voventes in synagogis vestris eos qui in Christum credunt. Neque enim ea vobis adest potestas, ut manus nobis inferatis, propter eos qui nunc rerum potiuntur: quoties autem adfuit, rem confecistis. Propterea Deus ad vos clamat per Esaiam Prophetam, his verbis: [a] *Videte quomodo periit justus, & nemo considerat. A facie iniquitatis sublatus est justus. Erit in pace sepultura ejus; sublatus est e medio. Vos autem huc prodite filii iniqui, semen adulterorum & filii fornicariæ. In quo lusistis? & super quem os aperuistis, & super quem linguam laxastis?*

XVII. Non enim injuriæ nobis & Christo illatæ tanta in aliis gentibus culpa residet, quanta in vobis, qui illis etiam anticipatæ de justo & de nobis, qui ab eo orti sumus, malæ opinionis auctores estis. Postquam enim solum illum inculpatum & justum hominem, [b] cujus vulneribus sanantur qui per eum ad Patrem accedunt, cruci affixistis; cum eum sciretis ex mortuis resurrexisse & cælum ascendisse, ut prophetiæ futurum prædicebant, non modo pœnitentiam admissorum scelerum non egistis; sed etiam selectos viros tunc Jerosolymis in universum orbem misistis, impiam Christianorum hæresim prodiisse dicentes, eaque

a Esai. LVII. 1—4. b Esai. LIII. 5.

finio ipsius regionis demoretur quisquam Judæorum, eisque terram suam *de longinquo oculis tantum videre permissum*. Ejusmodi testimonia nonnulli de tota Palæstina acceperunt; quibus equidem non assentior: sed certe de regione Bethleemitica accipi debent. At Judæos quarto sæculo Bethleemi fuisse discimus ex his Hieronymi verbis, epist. 41. ad Pammach. & Oceanum. *Veni rursum Jerosolymam*, inquit, *& Bethleem. Quo labore, quo pretio Bar-aninam nocturnum habui præceptorem? Timebat enim Judæos & mihi alterum exhibebat Nicodemum*. Vid. adv. Vigilant. sub finem. Cum Hieronymo consentire Hilarius videtur, qui de Judæis ait in Psal. 58. num. 12. *Amissa civitate, temploque deserto, & secundum Romani regis edictu, circumeuntes tantum, non etiam ineuntes civitatem fames eos ..... afficiet*.

1. *Ἀπὸ τῆς ἐν σαρκὶ ὑμῶν περιτομῆς.*] Eo attentius considerandа hæc sancti Martyris sententia, quod sæpe in hoc Dialogo repetitur. Ignorationem & infirmitatem Deo Judæorum affingebant hæretici, ut videre est apud Iren. lib. 4. c. 4. ob eversam Jerosolymam & Mosaicæ legis instituta, ad perniciem Judæorum conversa. Contra, Justinus Dei providentiam in hoc maxime admiratur, quod cum pleraque instituta alibi quam Jerosolymis observari non possent; ipsa circumcisio quæ alibi observari poterat, aditum Judæis in hanc urbem præcluderet. Circumcisionem institutam fuisse, ut Judæi ab aliis gentibus secernerentur, scriptores plurimi dixere. Sed quod institutam dicit Justinus, ut hac nota distincti punirentur, id Tertullianus imitatur in libro adv. Jud. cap. 3. *Dari enim habebat*, inquit, *circumcisio, sed in signum: unde Israel in novissimo tempore dignosci haberet, quando secundum sua merita in sanctam civitatem ingredi prohiberetur. .... Hæc igitur Dei providentia fuit, dandi circumcisionem Israel in signum, unde dignosci posset, cum adveniret tempus, quo meritis suis supra dictis in Jerusalem admitti prohiberetur*. Forte in eamdem sententiam accipi debet quod ait Irenæus lib. 4. cap. 16. circumcisionem in signum datam, *ut cognoscibile perseveret genus Abrahæ*. Vid. lib. 3. cap. 12. n. 11.

2. *Καταρώμενοι.*] Vide infra num. 132.

3. *Καὶ τοῦτο ἐπράξατε.*] Eadem Judæis exprobrat infra num. 133. & Apol. 1. num. 31. JEBB.

4. *Οἷς κἀκείνοις.*] Sic mss. codices & R. Stephanus. Editiones Græco-Latinæ *οἳ κἀκείνοις*. Legendum conjicit R. Steph. *κἀκείνης*.


5. *Προσχωροῦσιν.*] Sic emendatum in editionibus Parisiensibus pro eo quod erat in mss. & apud R. Steph. *προχωροῦσι*. Sic etiam infra legitur num. 43. ut observavit Sylburgius.

6. *Οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε.*] Hunc Justini locum transtulit Eusebius in librum quartum Historiæ suæ cap. 18. Legitur autem in Eusebii contextu *οὐ μόνον δὲ οὐ μετενοήσατε*, sed vetustissimus codex Colbertinus & duo Regii, quorum alter est etiam valde antiquus, habent *οὐ μόνον δὲ μετενοήσατε*. Atque hæc quidem loquendi ratio cum nec inusitata Justino fuit, ut perspici potest ex Cohort. num. 9. nec a grammaticorum observationibus absona, qui unam negationem in ejusmodi locis idem interdum ac duas & apud Græcos & apud Latinos valere dixerunt; tum vero ex hac mss. codicum, præsertim vetustissimorum, auctoritate plurimum mihi videtur ponderis habere. Improbabile prorsus est secundam negationem, si a Justino & Eusebio adhibita fuisset, expunctam a librariis fuisse ex codicibus in quibus nunc non reperitur. At cur eam in codicibus, in quibus exstat, addiderint; in promtu causa est: nimirum quod eam ad sensum necessariam crederent. Hinc etiam codices, in quibus duæ negationes reperiuntur, inter se non consentiunt. Legitur enim in uno ex Regiis, *οὐ μόνον δὲ οὐδὲ μετενοήσατε*. Videtur ergo germanissima esse hujus loci scriptura, *οὐ μόνον δὲ μετενοήσατε*. Illud *δὲ* sæpe apud Justinum redundat, ut observavimus initio Apol. 1.

7. *Κακῶς.*] Sic Eusebius & Nicephorus & Rufinus. Ex sex Eusebii codicibus, quorum variæ lectiones mecum communicatæ fuerunt, tres vetustissimi sic habent cum duobus aliis non ita antiquis. Editiones S. Justini *κακοῖς*, quod quidem satis arridet Valesio; at mihi eo minus probatur, quod ipse Justinus antea dicebat n. 12. *οὐδὲ μετανοεῖτε πράξαντες κακῶς*.

8. *Ἐκλεξάμενοι.*] Vetustissimorum Eusebii Colbertinorum codd. alter *ἐπιλεξάμενοι*. Legitur apud Eusebium *ἐκλεξάμενοι τότε ἀπὸ Ἱερουσαλήμ*. Ibidem nonnulli codices recentiores *εἰς ἅπασαν*.

9. *Ἄθεον.*] Tres Eusebii codices vetustissimi *ἀθέων*, sicque edidit R. Steph. At Nicephorus habet *ἄθεον*. Ita etiam legit Rufinus. Vide infra n. 108. Ibidem Eusebius *πεφάνθαι*.



νῶν πεφυκέναι, [1] καταλέγοντές τε ταῦτα ἅπερ καθ' A ἡμῶν οἱ ἀγνοοῦντες [2] ἡμᾶς πάντες λέγουσιν. ὥστε οὐ μόνον ἑαυτοῖς ἀδικίας αἴτιοι ὑπάρχετε, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἁπλῶς ἀνθρώποις· καὶ δικαίως βοᾷ Ἡσαΐας· δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. καὶ, οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, διότι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες, δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πονηρὰ, κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, συμβήσεται αὐτῷ. καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις· οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας· οἱ λέγοντες, τὸ τάχος αὐτοῦ ἐγγισάτω, καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γνῶμεν. οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν B καλὸν [3] καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· οἱ τιθέντες τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς· οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. κατὰ οὖν τοῦ μόνου ἀμώμου καὶ δικαίου φωτὸς τοῖς ἀνθρώποις πεμφθέντος παρὰ τοῦ Θεοῦ, [4] τὰ πικρὰ καὶ σκοτεινὰ καὶ ἄδικα καταλεχθῆναι ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐσπουδάσατε. δύσχρηστος γὰρ ὑμῖν ἔδοξεν εἶναι, βοῶν παρ' ὑμῖν· γέγραπται, ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς ἐστιν· ὑμεῖς δὲ πεποιήκατε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν. καὶ τὰς τραπέζας τῶν ἐν τῷ ναῷ κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ ἐβόα· οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ πήγανον, τὴν δὲ ἀγάπην τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν κρίσιν οὐ κατανοεῖτε· τάφοι κεκονιαμένοι, ἔξωθεν φαινόμενοι ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμοντες ὀστέων νεκρῶν. C καὶ τοῖς γραμματεῦσιν· οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς, ὅτι τὰς κλεῖς ἔχετε, καὶ αὐτοὶ [5] οὐκ εἰσέρχεσθε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους κωλύετε, ὁδηγοὶ τυφλοί.

Ἐπειδὴ γὰρ ἀνέγνως, ὦ Τρύφων, ὡς αὐτὸς ὁμολογήσας ἔφης, τὰ ὑπ' ἐκείνου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διδαχθέντα, οὐκ ἄτοπον νομίζω πεποιηκέναι καὶ βραχέα τῶν ἐκείνου λόγια πρὸς τοῖς προφητικοῖς ἐπιμνησθείς. λούσασθε οὖν, καὶ νῦν καθαροὶ γίνεσθε καὶ ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς δὲ λούσασθαι ὑμῖν τοῦτο τὸ λουτρὸν κελεύει ὁ Θεὸς, καὶ [6] περιτέμνεσθαι τὴν ἀληθινὴν περιτομήν. ἡμεῖς γὰρ καὶ ταύτην ἂν τὴν περιτομὴν τὴν κατὰ σάρκα, καὶ τὰ σάββατα, καὶ τὰς ἑορτὰς πάσας ἁπλῶς ἐφυλάσσομεν, εἰ μὴ ἔγνωμεν δι' ἣν αἰτίαν καὶ ὑμῖν προσετάγη, τουτέστι διὰ τὰς ἀνομίας ὑμῶν καὶ D τὴν σκληροκαρδίαν. εἰ γὰρ ὑπομένομεν πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων φαύλων ἐνεργούμενα εἰς ἡμᾶς φέρειν, ὡς καὶ [7] μέχρι τῶν ἀῤῥήτων, θανάτου καὶ τιμωριῶν, εὐχόμενοι ἐλεηθῆναι καὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα διατιθέντας ἡμᾶς, καὶ μηδὲ μικρὸν ἀμείβεσθαι μηδένα βουλόμενοι, ὡς ὁ καινὸς νομοθέτης ἐκέλευσεν ἡμῖν, πῶς οὐχὶ καὶ τὰ μηδὲ βλάπτοντα ἡμᾶς, περιτομὴν δὲ σαρκικὴν λέγω καὶ σάββατα καὶ τὰς ἑορτὰς, ἐφυλάσσομεν, ὦ Τρύφων;

A spargentes, quæ in nos ab iis omnibus quibus noti non sumus, dicuntur. Itaque non vobis solum iniquitatis causa estis, sed aliis etiam omnibus prorsus hominibus: ac merito clamat Esaias: [a] *Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus.* Et: [b] *Væ animæ ipsorum, propterea quod consilium pravum ceperunt adversus seipsos, dicentes: Vinciamus justum, quoniam inutilis nobis est. Itaque fructus operum suorum comedunt. Væ iniquo: mala, secundum opera ipsius contingent ei.* Et rursus alibi: [c] *Væ qui trahunt iniquitates suas veluti funiculo longo, & quasi loro jugi vitulæ iniquitates: qui dicunt: celeritas ejus appropinquet, & veniat consilium sancti Israel, ut cognoscamus. Væ* B *qui dicunt malum bonum, & bonum malum: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem: qui ponunt amarum dulce, & dulce amarum.* Itaque id vobis studio habuistis, ut in solam illam inculpatam & justam lucem, quæ hominibus a Deo missa fuerat, acerba & tenebricosa & injusta in toto terrarum orbe jactarentur crimina. Importuna enim vobis esse visa est, cum apud vos clamaret: [d] *Scriptum est: Domus mea, domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Quin etiam mensas in templo nummulariorum evertit, & exclamavit: [e] *Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentam & rutam, dilectionem autem Dei & judicium non consideratis.* C *Sepulcra dealbata, quæ foris videntur speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuis.* Et ad Scribas: [f] *Væ vobis Scribæ; quia claves habetis, & ipsi non introitis: & introeuntes probibetis, duces cæci.*

XVIII. Quoniam enim legisti, Trypho, ut ipse confessus es, quæ noster ille Salvator docuit; non absurde mihi fecisse videor, ut brevia quædam illius oracula propheticis adjungerem. [g] Lavamini igitur, ac nunc mundi estote, & auferte nequitias ab animabus vestris: quemadmodum jubet Deus, ut hoc lavemini lavacro, & vera circumcisione circumcidamini. Nos enim hanc quoque carnis circumcisionem & sabbata & ferias omnes omnino observaremus, nisi cognitum nobis esset, quam ob causam hæc vobis ipsis indicta sint, id est, pro- D pter iniquitates vestras & cordis duritiem. Nam si constanter omnia perferimus, quæcumque in nos homines & dæmones mali moliuntur; ita ut etiam inter horrendas res, mortem & supplicia, iis qui nos ita pertractant, misericordiam exhiberi precemur, nec cuiquam ne leviter quidem rependi velimus, ut nobis præcepit novus Legislator; quomodo non ea etiam quæ nos nihil lædunt, carnis dico circumcisionem & sabbata & ferias, Trypho, observaremus?

[a] Esai. LII. 5. [b] Esai. III. 9—11. [c] Esai. V. 18.—20. [d] Matth. XXI. 13.
[e] Matth. XXIII. 23. 27. [f] Luc. XI. 52. [g] Esai. I. 16.

1. Καταλέγοντές τε.] Ex Eusebio addidimus particulam, quæ tamen deerat in vetustissimorum Colbertinorum altero.

2. Ἡμᾶς πάντες.] Euseb. ἡμᾶς ἅπαντες. Habent tamen nonnulli codices recentiores, ut Justinus.

3. Καὶ τὸ καλὸν πονηρόν.] Hæc e sacro contextu desumsit Robertus Stephanus, cum ea in codice ms. non reperisset.


4. Τὰ πικρὰ καὶ σκοτεινά.] Liquet heic memorari horrenda illa crimina, quæ Christianis affingi solebant, nempe Thyesteas cœnas & promiscuos concubitus. Hinc paullo ante dicebat, καταλέγοντές τε ταῦτα ἅπερ καθ' ἡμῶν οἱ ἀγνοοῦντες ἡμᾶς πάντες λέγουσιν. Et num. 108. eamdem historiam repetens in gratiam eorum, qui pridie non adfuerant, ἄθεα καὶ ἄνομα καὶ ἀνόσια vocat hæc facinora. Quo tempore hæ calumniæ a Judæis spargi cœperint, inquirimus in Præfat. part. 3.

5. Οὐκ εἰσέρχεσθε &c.] Legitur ad marginem in utroque codice ms. & apud R. Stephanum ad calcem, οὐκ εἰσήλθετε καὶ τοὺς ἐρχομένους ἐκωλύσατε.

6. Περιτέμνεσθαι.] Inutili prorsus opera legendum conjicit περιτέμνεσθε eruditus Londinensis editor.

7. Μέχρι τῶν ἀῤῥήτων.] Æque inutilis opera Sylburgii, subaudiendum existimantis προχωρεῖν, προϊέναι, vel simile quid; ac Thirlbii legendum conjicientis μέχρι τῶν ἀῤῥήτων θανάτου τιμωριῶν. Satis est interpungere post illam vocem τιμωριῶν. Aptior ejusdem Thirlbii conjectura, dum paullo post legendum monet τὰ μηδὲν βλάπτοντα ἡμᾶς.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



[1] Τοῦτό ἐστιν ὃ ἀπορεῖν ἄξιόν ἐστιν, ὅτι τοιαῦτα ὑπομένοντες, οὐχὶ καὶ τὰ ἄλλα πάντα περὶ ὧν νῦν ζητοῦμεν, φυλάσσομεν.

Οὐ γὰρ πᾶσιν ἀναγκαία αὕτη ἡ περιτομή, ἀλλ' ὑμῖν μόνοις, ἵνα, ὡς προέφην, ταῦτα πάθητε ἃ νῦν ἐν δίκῃ πάσχετε. οὐδὲ γὰρ τὸ βάπτισμα ἐκεῖνο τὸ ἀνωφελὲς τὸ τῶν λάκκων προσλαμβάνομεν· οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸ βάπτισμα τοῦτο τὸ τῆς ζωῆς ἐστι. διὸ καὶ κέκραγεν ὁ Θεὸς, ὅτι ἐγκατελίπετε αὐτὸν πηγὴν ζῶσαν, καὶ ὠρύξατε ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται συνέχειν ὕδωρ. καὶ ὑμεῖς μὲν οἱ τὴν σάρκα περιτετμημένοι, χρῄζετε τῆς ἡμετέρας περιτομῆς· ἡμεῖς δὲ, ταύτην ἔχοντες, οὐδὲν ἐκείνης δεόμεθα. εἰ γὰρ ἦν ἀναγκαία, ὡς δοκεῖτε, οὐκ ἂν [2] ἀκρόβυστον ὁ Θεὸς ἔπλασε τὸν Ἀδὰμ, οὐδὲ ἐπέβλεψεν ἐπὶ τοῖς δώροις τοῦ ἐν ἀκροβυστίᾳ σαρκὸς προσενέγκαντος θυσίας Ἄβελ, οὐδ' ἂν εὐηρέστησεν ἐν ἀκροβυστίᾳ Ἐνὼχ, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεός. [3] Λὼτ ἀπερίτμητος ἐκ Σοδόμων ἐσώθη, αὐτῶν ἐκείνων τῶν ἀγγέλων αὐτὸν καὶ τοῦ κυρίου προπεμψάντων. Νῶε, ἀρχὴ γένους· ἀλλ' οὖν ἅμα τοῖς τέκνοις ἀπερίτμητος εἰς τὴν κιβωτὸν εἰσῆλθεν. ἀπερίτμητος ἦν ὁ ἱερεὺς τοῦ ὑψίστου Μελχισεδὲκ, ᾧ καὶ δεκάτας προσφορὰς ἔδωκεν Ἀβραὰμ, ὁ πρῶτος τὴν κατὰ σάρκα περιτομὴν λαβὼν, καὶ εὐλόγησεν αὐτόν· οὗ κατὰ τὴν τάξιν τὸν αἰώνιον ἱερέα ὁ Θεὸς καταστήσειν διὰ τοῦ Δαβὶδ μεμήνυκεν. ὑμῖν οὖν μόνοις ἀναγκαία ἦν ἡ περιτομὴ αὕτη· ἵνα ὁ λαὸς οὐ λαὸς ᾖ, καὶ τὸ ἔθνος οὐκ ἔθνος, ὡς καὶ Ὡσηὲ εἷς τῶν δώδεκα προφητῶν φησί. καὶ γὰρ μὴ σαββατίσαντες οἱ προωνομασμένοι πάντες δίκαιοι, τῷ Θεῷ εὐηρέστησαν, καὶ μετ' αὐτοὺς Ἀβραὰμ, καὶ οἱ τούτου υἱοὶ ἅπαντες μέχρι Μωϋσέως· ἐφ' οὗ ἄδικος καὶ ἀχάριστος εἰς τὸν Θεὸν ὁ λαὸς ὑμῶν ἐφάνη ἐν τῇ ἐρήμῳ μοσχοποιήσας. ὅθεν ὁ Θεὸς ἁρμοσάμενος πρὸς τὸν λαὸν ἐκεῖνον, καὶ θυσίας φέρειν, ὡς πρὸς ὄνομα αὐτοῦ, ἐνετείλατο, ἵνα μὴ εἰδωλολατρῆτε· ὅπερ οὐδὲ ἐφυλάξατε, ἀλλὰ καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἐθύετε τοῖς δαιμονίοις. καὶ σαββατίζειν οὖν ὑμῖν προστέταχεν, ἵνα μνήμην λαμβάνητε τοῦ Θεοῦ. καὶ γὰρ ὁ λόγος αὐτοῦ τοῦτο σημαίνει λέγων, τοῦ γινώσκειν ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ λυτρωσάμενος ὑμᾶς.

Καὶ γὰρ βρωμάτων τινῶν ἀπέχεσθαι προστέταξεν ὑμῖν, [4] ἵνα καὶ ἐν τῷ ἐσθίειν καὶ πίνειν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχητε τὸν Θεὸν, εὐκατάφοροι ὄντες καὶ εὐχερεῖς πρὸς τὸ ἀφίστασθαι τῆς γνώσεως αὐτοῦ, ὡς καὶ Μωϋσῆς φησίν· ἔφαγε καὶ ἔπιεν ὁ λαὸς, καὶ ἀνέστη τοῦ παίζειν. καὶ πάλιν· ἔφαγεν Ἰακὼβ καὶ ἐνεπλήσθη [5] καὶ ἐλιπάνθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος· ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε Θεὸν τὸν ποιήσαντα αὐτόν. τῷ γὰρ Νῶε ὅτι συγκεχώρητο ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, δικαίῳ ὄντι, πᾶν ἔμψυχον

A XIX. Hoc sane est in quo dubii merito hæreamus, cur cum hæc perferatis, non etiam cetera omnia, de quibus nunc quærimus, observetis.

Neque enim necessaria est omnibus hæc circumcisio, sed vobis solis, ut quemadmodum prædixi, ea patiamini, quæ merito vestro patimini. Neque etiam inutilem illum baptismum cisternarum suscipimus; nihil enim est ad hunc vitæ baptismum. Ideo etiam exclamat Deus, [a] quod dereliqueritis eum, fontem vivum & foderitis vobismetipsis cisternas dissipatas, quæ non possunt continere aquam. Ac vos quidem qui carne circumcisi estis, indigetis nostra circumcisione; nos autem cum hanc habeamus, nihil ista opus habemus. Nam si esset necessaria, ut B existimatis, non finxisset Deus Adamum cum præputio, nec [b] Abelis dona respexisset, qui in carnis præputio victimas obtulit, nec ei placuisset in præputio Henoch [c], qui non est inventus, quia transtulit eum Deus. Loth incircumcisus ex Sodomis salvus evasit, ipsis Angelis eum & Domino deducentibus. Noe, principium generis; sed tamen una cum filiis incircumcisus in arcam ingressus est. Incircumcisus erat sacerdos Altissimi Melchisedech, cui decimas obtulit Abraham, is qui prius carnis circumcisionem accepit, eique benedixit (Melchisedech), cujus secundum ordinem Deus sacerdotem æternum a se institutum iri Davidis ore [d] declaravit. Vobis igitur solis necessaria est hæc circumcisio, ut popu- C lus jam non esset populus, nec gens jam esset gens; quemadmodum ait Oseas [e] unus ex duodecim Prophetis. Nam justi omnes quos modo recensui, quamvis sabbata non observarent, Deo placuere; ac post eos Abraham, ejusque posteri omnes usque ad Mosem, sub quo injustus populus vester & ingratus in Deum repertus est, conflato in solitudine vitulo. Unde accommodans se ad hunc populum Deus præcepit hostias offerri tamquam nomini suo, ne simulacra coleretis: quod ipsum tamen non servastis, sed liberos vestros immolastis dæmoniis. Jussit etiam sabbatum observari, ut memoriam Dei teneretis: idque Scriptura divina sic declarat: [f] *Ut cognoscatis me esse Deum redemtorem vestrum.*

D XX. Similiter mandavit, ut a cibis quibusdam abstineretis, ut etiam inter edendum & bibendum ante oculos haberetis Deum; quippe cum faciles sitis & proclives ad abjiciendam ejus cognitionem, quemadmodum & Moyses ait: [g] *Edit & bibit populus, & surrexit ad ludendum.* Et rursum: [h] *Edit Jacob & saturatus est & impinguatus & recalcitravit dilectus: impinguatus est, incrassatus, dilatatus, & dereliquit Deum factorem suum.* Noe enim homini justo, concessum esse a Deo, ut animatum

a Jerem. II. 13. b Gen. IV. 4. c Gen. V. 24. d Psal. CIX. 4. e Ose. I. 9. f Ezech. XX. 12. 20. g Exod. XXXII. 6. h Deut. XXXII. 5.

1. Τοῦτό ἐστιν.] Hæc profecto non Justinus disserit, sed Trypho, cujus similem sententiam jam vidimus n. 7. Restituenda ergo hæc verba Tryphoni, & pro φυλάσσομεν legendum φυλάσσετε. Legit editor Londinensis, καὶ ὁ Τρύφων, τοῦτό ἐστιν .... φυλάσσετε.

2. Ἀκρόβυστον .... τὸν Ἀδάμ.] Hæc Justini ratiocinatio reperitur apud Tertullianum adv. Jud. cap. 1. & Lactantium lib. 4. cap. 18.

3. Λὼτ ἀπερίτμητος.] Justini vestigia manifeste premunt Irenæus lib. 4. c. 16, & Tertullianus adv. Jud. c. 2.

4. Ἵνα καὶ ἐν τῷ ἐσθίειν.] Idem docent Clemens Alex. Pædag. l. 1. c. 1. p. 149. Tertullianus 2. adv. Marc. c. 19. & Novatianus lib. de Cib. Jud. cap. 4. Auctor Constitut. Apost. l. 6. cap. 20. Carpit tamen hanc Justini rationem Spencerus, negatque *hanc sententiam quidquam præter speciem & colorem habere*, tom. 1. de Leg. Hebr. p. 265. Fallitur doctissimus scriptor. Nam 1. Temperantiæ ratio, quam Justinus ciborum delectu contineri putat, minime obstat, quominus aliæ ejusdem legis rationes & causæ afferantur. Clemens loco citato solam temperantiam considerat: in eodem libro c. 10. alias causas ex ipsa interdictorum animalium natura repetit. 2. Minus animadvertit Spencerus quid inter Justinum & Judæos agatur. Nam cum Judæi temperantiam in hac nonnullorum animalium abstinentia positam ducerent; an non merito demonstrat Justinus hanc legem non esse præscriptum legis æternæ, sed Judæis datam esse veluti quoddam elementum, ut Dei qui hæc præscripsit, inter edendum & bibendum meminissent?

5. Καὶ ἐλιπάνθη.] Desunt hæc apud Septuaginta, & Justini negligentiæ imputantur ab erudito Londinensi editore; sed tamen hunc locum S. Joannes Chrysostomus eodem prorsus modo refert, homil. 1. in Jud. n. 2. p. 589. Ex his autem testimoniis, alterum ex libro Exodi petitum, ad ea spectat quæ ante leges Mosaicas: alterum ex Deuteronomio, ad ea quæ post has leges contigere. Atque id quidem videtur Justinus hac mente fecisse, ut probaret legem non solum Judæis ob nequitiam & cor durissimum impositam fuisse, sed etiam illos minime hac lege sanatos fuisse.

ἐσθίειν, πλὴν κρέας ἐν αἵματι, [1] ὅπερ ἐστὶν ἐκρεμαῖον, διὰ Μωϋσέως ἀνιστορήθη ὑμῖν ἐν τῇ βίβλῳ τῆς γενέσεως· καὶ [2] βουλομένου αὐτοῦ εἰπεῖν, ὡς λάχανα χόρτου, προεῖπον ἐγώ· τὸ, ὡς λάχανα χόρτου, [3] τοῦ μὴ ἀκούσεσθε ὡς εἴρηται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ; ὅτι ὡς τὰ λάχανα εἰς τροφὴν τῷ ἀνθρώπῳ ἐπεποιήκει ὁ Θεὸς, οὕτως καὶ τὰ ζῶα εἰς κρεωφαγίαν ἐδεδώκει, ἀλλ' ἐπεί τινα τῶν χόρτων οὐκ ἐσθίομεν, οὕτω καὶ διαστολὴν ἔκτοτε τῷ Νῶε διεστάλθαι φατέ. οὐχ ὡς ἐξηγεῖσθε, πιστευτέον. πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι πᾶν λάχανον χόρτος ἐστὶ καὶ [4] βιβρώσκεσθαι, δυνάμενος λέγειν καὶ κρατύνειν, οὐκ ἐν τούτῳ ἀσχοληθήσομαι. ἀλλὰ εἰ καὶ τὰ λάχανα τοῦ χόρτου διακρίνομεν, μὴ πάντα ἐσθίοντες, οὐ διὰ τὸ εἶναι αὐτὰ κοινὰ ἢ ἀκάθαρτα, οὐκ ἐσθίομεν, ἀλλὰ ἢ διὰ τὸ πικρὰ, ἢ θανάσιμα, ἢ ἀκανθώδη. τῶν δὲ γλυκέων πάντων καὶ τροφιμωτάτων καὶ καλλίστων, θαλασσίων τε καὶ χερσαίων, ἐφιέμεθα καὶ μετέχομεν. [5] οὕτω καὶ τῶν ἀκαθάρτων καὶ ἀδίκων καὶ παρανόμων ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς διὰ Μωϋσέως· [6] ἐπειδὴ καὶ τὸ μάννα ἐσθίοντες ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ τὰ θαυμάσια πάντα ὁρῶντες ὑμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γινόμενα, μόσχον τὸν χρύσεον ποιήσαντες, προσεκυνεῖτε. ὥστε δικαίως ἀεὶ βοᾷ, υἱοὶ ἀσύνετοι· οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς.

A omne, præter carnes in sanguine, hoc est, suffocatum ederet, narravit vobis Moyses, in libro Genesis. Parante illo hæc verba objicere, *ut olera herbæ*, occupavi ego: Cur non illud, *ut olera herbæ*, eo sensu accipietis, quo dictum est a Deo? Scilicet Deum quemadmodum herbas hominibus ad victum paraverat, ita animalia dedisse, ut carnem ederent. Sed quia quædam olera non edimus, propterea discrimen jam tum Noe præscriptum esse dicitis. Nequaquam ut exponitis, ita credendum. Primo enim olus omne herbam esse & manducari cum dicere & confirmare possim, in hoc non immorabor. Sed etsi olera herbæ discernimus, non omnia edentes; non idcirco quod impura aut immunda sint, non edimus, B sed quod aut amara, aut lethifera, aut spinosa. Dulcia autem & ad alendum aptissima quæque & pulcherrima, sive sint maritima, sive terrestria, appetimus & sumimus. Sic etiam ut ab impuris & injustis & rapacibus abstineretis, præcepit vobis Deus per Moysem; quia tum, cum manna ederetis in deserto, & miracula omnia vobis a Deo exhibita videretis, vitulum aureum conflastis & adorastis. Quapropter merito clamat indesinenter: [a] *Filii insipientes: non est fides in ipsis.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

Καὶ ὅτι διὰ τὰς ἀδικίας ὑμῶν καὶ τῶν πατέρων ὑμῶν εἰς σημεῖον, ὡς προέφην, καὶ τὸ σάββατον ἐντέταλται ὁ Θεὸς φυλάσσειν ὑμᾶς, καὶ τὰ ἄλλα προστάγματα προστετάχει· καὶ σημαίνει ὅτι διὰ τὰ ἔθνη, ἵνα μὴ βεβηλωθῇ τὸ ὄνομα αὐτοῦ παρ' αὐτοῖς, διὰ τοῦτο εἴασέ τινας ἐξ ὑμῶν ὅλως ζῶντας, αὗται αἱ φωναὶ αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν ποιήσασθαι δύνανται ὑμῖν. εἰσὶ δὲ εἰρημέναι διὰ τοῦ Ιεζεκιὴλ οὕτως· ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν· ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύεσθε, καὶ τὰ δικαιώματά μου φυλάσσετε, καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν Αἰγύπτου μὴ συναναμίγνυσθε, καὶ τὰ σάββατά μου ἁγιάζετε· καὶ ἔσται εἰς σημεῖον ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, τοῦ γινώσκειν ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν· καὶ [7] παρεπικράνατέ με, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἐν τοῖς προστάγμασί μου οὐκ ἐπορεύθησαν, καὶ τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐφύλαξαν, τοῦ ποιεῖν αὐτά· ἃ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς· ἀλλὰ τὰ σάββατά μου ἐβεβήλουν. καὶ εἶπα τοῦ ἐκχέαι τὸν θυμόν μου ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, τοῦ συντελέσαι ὀργήν μου ἐπ' αὐτοὺς, [8] καὶ οὐκ ἐποίησα, ὅπως τὸ ὄνομά μου τὸ παράπαν μὴ βεβηλωθῇ ἐνώπιον τῶν [9] ἐθνῶν. ἐξήγαγον αὐτοὺς κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ ἐγὼ ἐξῆρα τὴν χεῖρά

XXI. Quod autem propter vestras ac patrum vestrorum iniquitates, in signum, ut jam dixi, sabbatum etiam a vobis Deus jussit observa-C ri, & alia præcepta imposuit; quodque significat se propter gentes, ne nomen suum apud eas profanaretur, aliquos omnino ex vobis vivos reliquisse, id vobis ipsa ejus verba demonstrare possunt. Ita autem sunt per Ezechielem expressa: [b] *Ego Dominus Deus vester: in præceptis meis ambulate, & in adinventionibus Ægypti ne commisceamini, & sabbata mea sanctificate. Et erit signum inter me & vos ad sciendum, quia ego Dominus Deus vester. Et exacerbavistis me, & filii vestri in præceptis meis non ambulaverunt, & justificationes meas non custodierunt ad faciendum eas; quas qui fecerit homo, vivet in eis: verum sabbata mea violaverunt. Et dixi ef-* D *fundere furorem meum super eos in deserto, complere iram meam super eos, & non feci, ut nomen meum omnino non violaretur coram gentibus. Eduxi eos in oculis earum. Et levavi manum meam super eos in deserto, ut disperge-*

a Deut. XXXII. *6. 20.* *b* Ezech. XX. *19 — 26.*

1. Ὅπερ ἐστὶν ἐκριμαῖον.] H. Steph. legendum censuit ὅπερ ἐστὶ νεκριμαῖον.

2. Βουλομένου αὐτοῦ εἰπεῖν.] Non soli Judæi illud Scripturæ objiciebant, *ut olera herbæ*; sed ipsi etiam hæretici, qui carnium usum vetabant, hoc Scripturæ testimonio errorem tuebantur, ut videre est apud Basilium epist. 236. n. 4. Sed merito demonstrat Justinus hunc locum favere Christianis: & quemadmodum nonnullis oleribus abstinemus, non quod impura sint, sed quod noceant; ita licentiam Noe concessam animalium edendorum, non aliis quam naturæ & rationis finibus contineri. Ita porro solemne fuit Christianis victus sui rationem hoc Scripturæ testimonio defendere, ut eos Julianus exagitet apud Cyrillum Alex. lib. *9.* p. 319. quod puros se, ut Judæi, non præbeant, sed omnia, *ut olera herbæ*, edenda pronuntient. Idem Imperator in sexta oratione ridet illud hominum genus, quod promiscue omnia comedit *tamquam olera herbarum*. Tum addit γνωρίζεις, οἶμαι, τῶν Γαλιλαίων τὰ ῥήματα. *Agnoscis, opinor, Galilæorum verba.*

3. Τοῦ μὴ ἀκούσεσθε.] Ita legitur in codicibus Reg. & Clarom. & apud R. Steph. Legit Perionius οὐ μὴ ἀκούετε. R. Stephanus & Sylburgius illud τοῦ expungendum duxerunt, atque ex editionibus Parisiensibus expunctum fuit; haud tamen scio an immerito expunctum. Nam in Apol. 2. n. 2. refert Justinus dixisse Lucium martyrem Urbico, τίς ἡ αἰτία τοῦ τὸν ἄνθρωπον τοῦτον — ἐκολάσω. In utroque loco supplendum videtur χάριν ante illud τοῦ. Totum hunc locum, ex quo illud φατὲ immerito expungendum censebat Sylburgius, ope accuratioris interpunctionis sanatum & illustratum spero.

4. Βιβρώσκεσθαι.] Subaudiendum ἐπιτήδειον, vel simile adjectivum aut indicative legendum βιβρώσκεται. SYLBURGIUS. Legit Thirlbius, ὅτι πᾶν λάχανον χόρτου ἐστὶ καὶ βιβρώσκεσθαι.

5. Οὕτω καὶ τῶν ἀκαθάρτων.] Sic se habet S. Martyris ratiocinatio interpretibus minus perspecta. Quemadmodum ab oleribus nonnullis abstinemus, non quod lege ulla vetita sint, sed quod noxia; ita lex abstinendi ab animalibus injustis & rapacibus Noe imposita non fuit, sed vobis ob peccata hoc jugum imponi oportebat. Frustra ergo Thirlbius *heic deesse aliquammulta* opinatus est.


6. Ἐπειδὴ καὶ τὸ μάννα, &c.] Idem testatur Irenæus, lib. 4. cap. 15. *At ubi conversi sunt*, inquit, *ad vituli factionem, & reversi sunt animis suis in Ægyptum, servi pro liberis concupiscentes esse, aptam concupiscentiæ suæ acceperunt reliquam servitutem, a Deo quidem non abscindentem, in servitutis autem jugo dominantem eis*. Idem observat Tertullianus lib. 2. adv. Marcionem cap. 18. At luculenter eadem sententia exponitur lib. 6. Constitut. Apost. cap. 20.

7. Παρεπικράνατε ... ὑμῶν.] Biblia παρεπίκρανάν — αὐτῶν.

8. Καὶ οὐκ ἐποίησα.] Biblia καὶ ἐποίησα.

9. Ἐθνῶν. ἐξήγαγον.] Monet Thirlbius legendum ἐθνῶν ὧν ἐξήγαγον, atque ita in plerisque legi observat Nobilius.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



μου ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, τοῦ διασκορπίσαι ἐν τοῖς A ἔθνεσι καὶ διασπεῖραι αὐτοὺς ἐν ταῖς χώραις, ἀνθ' ὧν τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐποίησαν, καὶ τὰ προστάγματά μου ἀπώσαντο, καὶ τὰ σάββατά μου ἐβεβήλουν, καὶ ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῶν πατέρων αὐτῶν ἦσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. καὶ ἐγὼ ἔδωκα αὐτοῖς προστάγματα οὐ καλὰ, καὶ δικαιώματα, ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς. καὶ μιανῶ αὐτοὺς [1] ἐν τοῖς δόμασιν αὐτῶν, ἐν τῷ διαπορεύεσθαί με πᾶν διανοῖγον μήτραν ὅπως ἀφανίσω.

rem in nationibus, & disseminarem eos in regionibus, eo quod justificationes meas non fecerant, & præcepta mea repulerant, & sabbata mea violaverant, & post cogitationes patrum suorum erant oculi ipsorum. Et ego dedi eis præcepta non bona, & justificationes in quibus non vivent in eis. Et polluam eos in muneribus eorum, cum pertransibo, ut omne adaperiens vulvam aboleam.

Καὶ ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ὑμῶν, καὶ διὰ τὰς εἰδωλολατρείας, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ ἐνδεὴς εἶναι τῶν τοιούτων προσφορῶν, ἐνετείλατο ὁμοίως ταῦτα γίνεσθαι, ἀκούσατε πῶς περὶ τούτων λέγει διὰ Ἀμὼς ἑνὸς τῶν δώδεκα, βοῶν· οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν B τοῦ κυρίου. ἵνα τί αὕτη ὑμῖν ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου; καὶ αὐτή ἐστι σκότος καὶ οὐ φῶς. ὃν τρόπον ὅταν ἐκφύγῃ ἄνθρωπος ἐκ προσώπου τοῦ λέοντος, καὶ συναντήσῃ αὐτῷ ἡ ἄρκτος· καὶ εἰσπηδήσῃ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἀπερείσηται τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὸν τοῖχον, καὶ δάκῃ αὐτὸν ὁ ὄφις. οὐχὶ σκότος ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου καὶ οὐ φῶς, καὶ γνόφος οὐκ ἔχων [2] φέγγος αὐτοῖς; μεμίσηκα, ἀπῶσμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ [3] ὀσφρανθῶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν· διότι ἐὰν ἐνέγκητέ μοι τὰ ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν, οὐ προσδέξομαι αὐτὰ, [4] καὶ σωτηρίου ἐπιφανείας ὑμῶν οὐκ ἐπιβλέψομαι. [5] ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ πλῆθος ᾠδῶν σου [6] καὶ ψαλμῶν· ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. καὶ κυλισθήσεται ὡς ὕδωρ κρίμα, καὶ ἡ δικαιοσύνη C ὡς χειμάῤῥους ἄβατος. μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ; λέγει κύριος. καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥαφὰν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς. καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμασκοῦ, λέγει κύριος, ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. [7] οὐαὶ οἱ κατασπαταλῶντες Σιὼν, καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ τὸ ὄρος Σαμαρείας· [8] οἱ ὠνομασμένοι ἐπὶ τοῖς ἀρχηγοῖς [a] ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐθνῶν· εἰσῆλθον [9] ἑαυτοῖς οἶκος Ἰσραήλ. διάβητε [10] πάντες εἰς Χαλάνην, καὶ ἴδετε, καὶ πορεύθητε ἐκεῖθεν εἰς Ἀμὰθ τὴν μεγάλην, καὶ κατάβητε ἐκεῖθεν εἰς Γὲθ τῶν ἀλλοφύλων, τὰς κρατίστας ἐκ πασῶν τῶν βασιλειῶν τούτων, εἰ πλείονά ἐστι τὰ ὅρια αὐτῶν τῶν ὁρίων ὑμῶν. οἱ D ἐρχόμενοι εἰς ἡμέραν πονηρὰν, οἱ ἐγγίζοντες, καὶ ἐφαπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν· οἱ κοιμώμενοι ἐπὶ κλινῶν ἐλεφαντίνων, καὶ κατασπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς στρω-

XXII. Atque ut perspiciatis, propter peccata populi vestri & simulacrorum cultus, præcepisse illum similiter, ut dona offerrentur, non autem quod iis indigeret; audite quid de his dicat per Amos unum ex duodecim clamans: [a] *Væ desiderantibus diem Domini. Ut quid hæc vobis dies Domini? Et ea est tenebræ, & non lux. Quomodo cum fugiat homo a facie leonis, & obviam ei fiat ursus; & introeat in domum suam, & innitatur manibus suis super parietem, & mordeat eum coluber. Nonne tenebræ dies Domini, & non lux, & caligo non habens splendorem illis? Odio habui, repuli festivitates vestras, & non olfaciam in conventibus vestris. Quia si obtuleritis mihi holocausta & sacrificia vestra, non suscipiam, & salutaris apparitiones vestras non respiciam. Aufer a me multitudinem carminum tuorum & psalmorum: organa tua non audiam. Et volvetur sicut aqua judicium, & justitia sicut torrens non vadosus. Numquid victimas & hostias obtulistis mihi in solitudine, domus Israel? dicit Dominus. Et assumsistis tabernaculum Moloch & sidus Dei vestri Remphan, figuras quas fecistis vobis. Et transferam vos trans Damascum, dicit Dominus: Deus omnipotens nomen ei.* [b] *Væ iis qui in deliciis versantur in Sion; & qui confidunt in monte Samariæ. Qui nominati sunt in ducibus, vindemiarunt primitias gentium: ingressi sunt sibi ipsis domus Israel. Transite omnes in Chalanen, & videte: ite inde in Amath magnam, & descendite inde in Geth alienigenarum, optima ex omnibus regnis his: si ampliores sunt termini eorum terminis vestris. Venientes in diem malum, appropinquantes, & tangentes sabbata mendacia; dormientes in lectis eburneis, affluentes deliciis in stratis suis: qui edunt agnos de gregibus, & lactentes vitulos de medio armento-*

a Amos V. 18 — 27. *b* Amos VI. 1 — 7.

1. Ἐν τοῖς δόμασιν αὐτῶν.] Septuaginta *ἐν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν*. Aquila, *καὶ ἐμίανα αὐτοὺς ἐν δόγμασιν αὐτῶν*. Legitur in utroque codice *δώμασιν*, & sic R. Steph. ad calcem.

2. Φέγγος αὐτοῖς.] Sic legitur in utroque codice ms. quam quidem lectionem R. Steph. rejecit ad calcem, eique aliam in textu non meliorem, nempe *αὐτῆς*, induxit. Satius fuisset scribere *αὐτῇ*, ut in Bibliis. Videtur R. Stephanus, scribendo *αὐτῆς*, subaudivisse *ἡμέρας*.

3. Ὀσφρανθῶ.] Ita Cyrillus Alexandrinus & Theodoretus, & Hieronymus & Tertullianus, & Biblia Aldina & Complutensia & Hebraica. Biblia Romana & codex Alexandrinus addunt *θυσίας*. THIRLB.

4. Σωτηρίου] Biblia Romana *σωτηρίους*: sed Hieronymus, ut observat Nobilius, legebat *σωτήριον*. Sic enim reddit, *Salutare præsentiæ vestræ non respiciam*. Monet Thirlbius in Bibliis Ald. & Complut. & apud Cyrill. Alex. & Theodoret. legi ut apud Justinum, sed tamen legendum esse *σωτηρίου*, quia *Hebraicum* שלם *in aliis locis innumeris* LXX. *interpretes verterunt σωτήριον*.

5. Ἀπόστησον ... πλῆθος.] Biblia vulg. *μετάστησον ... ἦχον*. Vox Hebraica המון & sonitum & multitudinem significat. THIRLBIUS.

6. Καὶ ψαλμῶν.] Biblia *καὶ ψαλμὸν ὀργάνων*.

7. Οὐαὶ οἱ κατασπαταλῶντες Σιών.] LXX. *οὐαὶ τοῖς ἐξουθενοῦσι Σιών*. Videtur utraque interpretatio conciliari posse. Nam & *κατασπαταλῶντες* idem significare potest ac vorantes & sumtibus consumentes. Sic etiam *ἐξουθενεῖν* sive *ἐξουδενεῖν* sæpe idem valet in Scripturis ac redigere ad nihilum. Cappellus Append. ad Crit. Sac. pag. 527. existimat LXX. scripsisse *εὐθηνοῦσιν ἐν Σιών*, atque ex hac voce imperitum librarium aut correctorem fecisse *ἐξουθενοῦσι*.


8. Οἱ ὠνομασμένοι.] Jam multi observarunt duas hoc loco interpretationes a Justino conjungi. Nam apud Septuaginta pro his verbis *οἱ ὠνομασμένοι* &c. habemus tantum *ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐθνῶν*. Non tamen crediderim duas Justino interpretationes conjunctas fuisse: sed probabilius videtur eum, id quod ei non raro accidit, aliter ac Septuaginta interpretatum esse; quorum deinde interpretatio ad marginem ab aliquo librario apposita, facile in textum obrepere potuit.

9. Ἑαυτοῖς οἶκος.] Biblia Romana *αὐτοὶ οἶκος*. Complut. *εἰς αὐτούς*.

10. Πάντες.] LXX. non addunt *εἰς Χαλάνην*, unde conjicit Nobilius duas versiones a Justino conjunctas fuisse, quia in *Hebræo dictio quæ significat* omnes, *non multum distat a* Chalane.

a Ἀπετρύγησαν] Grabius Dissert. *de vitiis LXX*. p. 28. putat perperam legi apud LXX. perinde ac in Justino, *ἀπετρύγησαν*, pro quo reponendum censet *ἀπετρύπησαν*: sic enim sonat heic Hebraica veritas, quam ipsimet LXX. fideliter reddiderunt *Job*. XL. 21. & *Aggæi* I. 6. Hac autem emendatione admissa, Hebræum verbum solicitare non erit necesse, cum Cappello in *Quæst. de locis parallel. V. & N. Test.* §. XXXVI. pag. 527. *Crit. sacr.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



μικοῖς αὐτῶν · οἱ ἐσθίοντες ἄρνας ἐκ ποιμνίων, καὶ μοσχάρια ἐκ μέσου βουκολίων γαλαθηνά. [1] οἱ ἐπικροτοῦντες πρὸς τὴν φωνὴν τῶν ὀργάνων· ὡς ἑστῶτα ἐλογίσαντο, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα· οἱ πίνοντες [2] ἐν φιάλαις οἶνον, καὶ τὰ πρῶτα μύρα χριόμενοι, καὶ οὐκ ἔπαχον οὐδὲν ἐπὶ τῇ συντριβῇ τοῦ Ἰωσήφ. διὰ τοῦτο νῦν αἰχμάλωτοι ἔσονται ἀπ' ἀρχῆς δυναστῶν [3] τῶν ἀποικιζομένων, καὶ μεταστραφήσεται οἴκημα κακούργων, καὶ ἐξαρθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ Ἐφραΐμ. Καὶ πάλιν διὰ Ἱερεμίου· συναγάγετε τὰ κρέα ὑμῶν καὶ τὰς θυσίας, καὶ φάγετε· ὅτι οὔτε περὶ θυσιῶν ἢ σπονδῶν ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ᾗ ἡμέρᾳ ἐπελαβόμην τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Καὶ πάλιν διὰ Δαβὶδ ἐν τεσσαρακοστῷ ἐνάτῳ ψαλμῷ, οὕτως ἔφη· Θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν. ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ. ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει· ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα. προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω καὶ τὴν γῆν, τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ. συναγάγετε αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, τοὺς διατιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις. καὶ ἀναγγελοῦσιν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστιν. ἄκουσον λαός μου, καὶ λαλήσω σοι· Ἰσραὴλ, καὶ διαμαρτυροῦμαί σοι· ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου εἰμὶ ἐγώ. οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε· τὰ δὲ ὁλοκαυτώματά σου ἐνώπιόν μου ἐστὶ διαπαντός. οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους· ὅτι ἐμά ἐστι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, κτήνη ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ βόες. ἔγνωκα πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡραιότης [4] ἀγροῦ μετ' ἐμοῦ ἐστιν. ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω· ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. μὴ φάγωμαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ ἐξελοῦμαί σε· καὶ δοξάσεις με. τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου [5] διὰ στόματός σου· σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω; εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ· καὶ μετὰ μοιχοῦ τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκε δολιότητας. καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα· ὑπέλαβες ἀνομίαν ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου. σύνετε δὴ ταῦτα οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ, μήποτε ἁρπάσῃ, καὶ οὐ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος. θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ᾗ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου. Οὔτε οὖν θυσίας παρ' ὑμῶν λαμβάνει, οὔτε ὡς ἐνδεὴς τὴν ἀρχὴν ἐνετείλατο ποιεῖν, ἀλλὰ διὰ τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. καὶ γὰρ τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπικληθέντα, οὐχ ὡς ἐνδεὴς ὢν, ὡμολόγησεν οἶκον αὐτοῦ ἢ αὐλὴν, ἀλλ' ὅπως * καὶ κατὰ τοῦτο προσέχοντες αὐτῷ, μὴ εἰδωλολατρῆτε. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν, Ἠσαΐας λέγει· ποῖον οἶκον ᾠκοδομήσατέ μοι; λέγει κύριος. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου.


A rum: *qui applaudunt ad vocem organorum: quasi stantia putaverunt, & non quasi fugientia. Qui bibunt phialis vinum, & primis unguentis unguntur, & nihil patiebantur super contritione Joseph. Quapropter nunc captivi erunt in primo ordine optimatum alio transeuntium, & transmutabitur domicilium maleficorum: & tolletur hinnitus equorum ex Ephraim.* Ac rursum per Jeremiam: [a] *Congregate carnes vestras & victimas; & comedite: quia non de victimis & libationibus præcepi patribus vestris, quo die apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Ægypti.* Et rursum per Davidem in quadragesimo nono Psalmo loquutus est: [b] *Deus deorum Dominus loquu-* B *tus est & vocavit terram a solis ortu usque ad occasum. Ex Sion species decoris ejus. Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu ejus ardebit, & in circuitu ejus tempestas valida. Advocabit cælum sursum & terram, discernere populum suum. Congregate illi sanctos ejus, qui disponunt testamentum ejus super sacrificia. Et annuntiabunt cæli justitiam ejus, quoniam Deus judex est. Audi populus meus, & loquar tibi: Israel, & testificabor tibi: Deus, Deus tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos:* C *quoniam meæ sunt omnes bestiæ agri, pecora in montibus & boves. Cognovi omnia volatilia cæli: & species agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo ejus. Numquid manducabo carnes taurorum; aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis: & eruam te, & honorificabis me. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adultero portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia: & lingua tua concinnabat do-* D *los. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris; & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc fecisti, & tacui: suspicatus es iniquitatem, quod ero tibi similis. Arguam te, & statuam contra faciem tuam peccata tua. Intelligite utique hæc qui obliviscimini Deum: ne quando rapiat, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare meum.* Itaque sacrificia nec a vobis recipit, neque ut iis indigens ab initio fieri præcepit, sed propter peccata vestra. Nam & ipsum templum, quod Jerosolymitanum dicitur, non ut eo indigens domum suam vel aulam appellavit: sed ut saltem ibi in eum intenti simulacra ne coleretis. Rem ita esse patet ex his Esaiæ verbis: [c] *Qualem domum ædificastis mihi, dicit Dominus? Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum.*

a Jerem. VII. 21. 22. *b* Psalm. XLIX. 1 — 23. *c* Esai. LXVI. 1.

1. Οἱ ἐπικροτοῦντες.] Ita editio Ald. & Complut. & cod. Alex. & Tertullianus & Cyrillus Alexandrinus, aliique. Legitur ἐπικρατοῦντες in Bibliis Romanis. THIRLBIUS.
2. Ἐν φιάλαις οἶνον.] LXX. τὸν διυλισμένον οἶνον.
3. Τῶν ἀποικιζομένων.] Hæc desunt apud LXX. Desunt etiam quæ sequuntur, καὶ μεταστραφήσεται οἴκημα κακούργων. Unde in his vocibus duas interpretationes eruditi viri observarunt.
4. Ἀγροῦ.] Uterque codex ad marginem τοῦ δρυμοῦ, & sic R. Steph. ad calcem. Legitur δρυμοῦ in Bibliis Romanis: unde colligere possumus non a Justino ortum esse, sed a librariis, ut duplex interdum occurreret interpretatio.
5. Διὰ στόματός σου.] Uterque codex ad marginem & R. Steph. ad calcem διὰ χειλέων σου. Infra sub finem οἰκοδομήσετε in Bibl. & Apol. 1. n. 37.

*Ὅπως καὶ κατὰ τοῦτο.] Legendum ὅπως κἂν κατὰ τοῦτο. MARANUS heic.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



A Ἐὰν δὲ ταῦτα οὕτως μὴ ὁμολογήσωμεν, συμβήσεται ἡμῖν εἰς ἄτοπα ἐμπίπτειν νοήματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ μὴ ὄντος τοῦ κατὰ τὸν Ἐνὼχ καὶ τοὺς ἄλλους πάντας, οἳ μήτε περιτομὴν τὴν κατὰ σάρκα ἔχοντες, μήτε σάββατα ἐφύλαξαν, μήτε δὲ τὰ ἄλλα, Μωσέως ἐντειλαμένου ταῦτα ποιεῖν· [1] ἢ τὰ αὐτὰ αὐτῶν δίκαια μὴ ἀεὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων βεβουλῆσθαι πράσσειν· ἅπερ γελοῖα καὶ ἀνόητα ὁμολογεῖν φαίνεται. δι' αἰτίαν δὲ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν ἀνθρώπων, τὸν αὐτὸν ὄντα ἀεὶ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐντετάλθαι ὁμολογεῖν, καὶ φιλάνθρωπον, καὶ προγνώστην, καὶ ἀνενδεῆ, καὶ δίκαιον, καὶ ἀγαθὸν ἀποφαίνειν ἐστίν. ἐπεὶ εἰ μὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἀποκρίνασθέ μοι, ὦ ἄνδρες, περὶ τῶν ζητουμένων τούτων ὅ, τι φρονεῖτε. καὶ μηδὲν μηδενὸς ἀποκρινομένου, [2] διὰ ταῦτά τοι, [3] ὦ Τρύφων, καὶ τοῖς βουλομένοις προσηλύτοις γενέσθαι, κηρύξω ἐγὼ θεῖον λόγον, ὃν παρ' ἐκείνου ἤκουσα τοῦ ἀνδρός. ὁρᾶτε ὅτι [4] τὰ στοιχεῖα οὐκ ἀργεῖ, οὐδὲ σαββατίζει; μείνατε [a] ὡς γεγένησθε. εἰ γὰρ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ οὐκ ἦν χρεία περιτομῆς, οὐδὲ πρὸ Μωϋσέως σαββατισμοῦ καὶ ἑορτῶν καὶ προσφορῶν, οὐδὲ νῦν, μετὰ τὸν κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ [5] δίχα ἁμαρτίας τῆς ἀπὸ γένους τοῦ Ἀβραὰμ παρθένου γεννηθέντα υἱὸν Θεοῦ Ἰησοῦν Χριστὸν, ὁμοίως ἐστὶ χρεία. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἀβραὰμ ἐν ἀκροβυστίᾳ ὢν, διὰ τὴν πίστιν ἣν ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, ἐδικαιώθη καὶ εὐλογήθη, ὡς ἡ γραφὴ σημαίνει· τὴν δὲ περιτομὴν εἰς σημεῖον, ἀλλ' οὐκ εἰς δικαιοσύνην ἔλαβεν, ὡς καὶ αἱ γραφαὶ καὶ τὰ πράγματα ἀναγκάζει ἡμᾶς ὁμολογεῖν. ὥστε δικαίως εἴρητο περὶ ἐκείνου τοῦ λαοῦ, ὅτι ἐξολεθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς, ἣ οὐ περιτμηθήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ. καὶ τὸ μὴ δύνασθαι δὲ τὸ θῆλυ γένος τὴν σαρκικὴν περιτομὴν λαμβάνειν, δείκνυσιν ὅτι εἰς σημεῖον ἡ περιτομὴ αὕτη δέδοται, ἀλλ' οὐχ ὡς ἔργον δικαιοσύνης. τὰ γὰρ δίκαια καὶ ἐνάρετα ἅπαντα ὁμοίως καὶ τὰς θηλείας δύνασθαι φυλάσσειν ὁ Θεὸς ἐποίησεν. ἀλλὰ σχῆμα μὲν τὸ τῆς σαρκὸς ἕτερον καὶ ἕτερον ὁρῶμεν γεγενημένον ἄρρενος καὶ θηλείας· διὰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ δίκαιον οὐδὲ ἄδικον οὐδέτερον αὐτῶν ἐπιστάμεθα, ἀλλὰ δι' εὐσέβειαν καὶ [6] δικαιοσύνην.

A XXIII. Quod si hæc profiteri nolimus, eveniet nobis ut in absurdas incidamus cogitationes, quasi non idem Deus fuerit temporibus Henoch & aliorum omnium, qui nec circumcisionem carnis habuere, nec sabbata & alia ejusmodi observarunt, quippe cum a Mose instituta fuerint: vel non eamdem justitiam ab omni semper hominum genere observari voluerit; quæ profecto profiteri ridiculum & stultum esse liquet. Sed eum qui semper idem est, hæc & alia ejusmodi propter peccatores profiteri præscripsisse, & perhumanum illum, & præscium, & nullius rei egenum, & justum & bonum pronuntiare est. Quod si hæc ita se non habent: respondete mihi, o viri, B his de rebus de quibus quærimus, quid sentiatis. Nemine autem respondente, Tibi ergo, Trypho, & iis qui proselyti esse voluerint, divinam doctrinam quam ex illo viro audivi, prædicabo. Videtis ut elementa nec otientur, nec sabbata agant? Manete ut nati estis. Si enim nec ante Abraham circumcisione, nec ante Moysen sabbato, feriis & muneribus opus erat; neque nunc similiter opus est, postquam secundum voluntatem *Patris* absque peccato ex virgine ab Abraham oriunda genitus est Filius Dei Jesus Christus. Nam & ipse Abraham, cum in præputio esset, propter fidem qua credidit Deo, justificatus & benedictus est, ut Scriptura [a] demon- C strat. Circumcisionem autem in signum, non ad justitiam accepit, ut Scripturæ [b] & res ipsæ nos cogunt confiteri. Quocirca jure de populo illo dictum est, animam quæ octavo die non circumciditur, ex genere suo exterminatum iri. Nam quod genus muliebre circumcisionem accipere non potest, id argumento est in signum datam esse, non ut opus justitiæ. Sic enim Deus mulieres fecit, ut quæ justitiam & virtutem spectant, ea pariter ipsæ quoque omnia observare possent. Ac speciem quidem carnis aliam maris, aliam feminæ creatam videmus; at neutrum ea causa justum aut injustum esse perspicimus, sed propter pietatem & justitiam.

D Καὶ τοῦτο μὲν οὖν δυνατὸν ἦν ὑμῖν ἐπιδεῖξαι, ὦ ἄνδρες, ἔλεγον, ὅτι ἡ ἡμέρα ἡ ὀγδόη μυστήριόν τι εἶχε κηρυσσόμενον διὰ τούτων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον τῆς ἑβδόμης. ἀλλ' ἵνα τὰ νῦν μὴ ἐπ' ἄλλους ἐκτρέπεσθαι λόγους δοκῶ, συνίετε, βοῶ, ὅτι τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς ἐκείνης κατήργηται, καὶ αἵματι σωτηρίῳ πεπιστεύκαμεν· ἄλλη διαθήκη τὰ νῦν, καὶ ἄλλος ἐξῆλθεν ἐκ Σιὼν [7] νόμος. Ἰησοῦς Χριστὸς πάντας τοὺς βουλομένους περιτέμνει, ὥσπερ ἄνωθεν ἐκηρύσσετο, πετρίναις μαχαίραις, ἵνα γένηται ἔθνος δίκαιον, λαὸς φυλάσ-

XXIV. Atque illud quidem vobis poteram viri, demonstrare, diem octavum, potius quam septimum, aliquid mysterii habuisse, quod per hæc a Deo promulgatum sit. Sed ne nunc in alios sermones digredi videar, intelligite quod clamo: Sanguis circumcisionis illius obsolevit, & sanguini salutari credidimus: aliud nunc fœdus, alia ex Sion exivit lex. Jesus Christus omnes qui voluerint, circumcidit, ut olim [c] prædicatum fuit, cultris lapideis, ut fiat [d] gens justa,

a Gen. xv. 6. *b* Gen. xvii. 10. 14. Rom. iv. 11. *c* Jos. v. 2. *d* Esai. xxvi. 2.

1. Ἢ τὰ αὐτὰ αὐτῶν.] Legendum esse ἢ τὰ αὐτὰ αὐτὸν Sylburgius conjecit. Id omnino postulat sententiæ series; tum quod num. 30. Justinus iterum ait Judæos materiam dare accusandi Dei, quasi non eamdem semper justitiam homines docuerit.

2. Διὰ ταῦτά τοι] Legendum διὰ ταῦτά σοι monuit R. Stephanus, sicque emendatum in editionibus Parisiensibus.

3. Ὦ Τρύφων.] Conjicit Thirlbius addendum esse ἔφην, quod quidem minime necessarium. Sæpe enim in toto Dialogo hoc verbum omittitur, cum novus ordo loquendi incipitur. *Proselyti* heic intelligendi qui ad Christianam religionem accedunt. Vid. infra num. 28.

4. Τὰ στοιχεῖα οὐκ ἀργεῖ.] Idem rationis momentum, cujus ipse Christus auctor est Joan. 5. 17. infra repetitur num. 29. Sic etiam Hilarius in Psalm. 96. num. 7. *Sed requies nulla est & cursus idem est, & ut sex diebus, ita & sabbato omnium elementorum officia continentur*. Elementa eodem sensu usurpat Hilarius ac στοιχεῖα Justinus.

5. Δίχα ἁμαρτίας.] Forte addenda præpositio post hæc verba, & legendum ἐκ τῆς vel ἀπὸ τῆς. Sed quod legendum proponit Thirlbius διὰ Μαρίας pro δίχα ἁμαρτίας, id ipse sibi non satisfacere merito fatetur.

6. Δικαιοσύνην.] Post hæc verba addunt mss. & R. Steph. ὥσπερ ἄνωθεν ἐκηρύσσετο πετρίναις μαχαίραις. Sed cum hæc suo loco paullo post occurrant n. 25. merito ex aliena sede sublata sunt in editionibus Greco-latinis. Quod autem ait Justinus utrumque sexum justum esse aut injustum, non ob speciem carnis, sed ob pietatem & justitiam, intellige ob pietatem & justitiam observatam aut violatam. Neque enim necesse est mutilum suspicari contextum, ut Langus & alii nonnulli suspicati sunt.

7. Νόμος. Ἰησοῦς Χριστός.] Proponit Thirlbius aliam lectionem, nempe ἄλλος ἐξῆλθεν ἐκ Σιὼν νόμος, Ἰησοῦς Χριστὸς, ὃς, &c. Sed ipse fatetur receptam lectionem huic loco aptiorem videri.

a Ὡς γεγένησθε] Perionius, *ut f..i estis*. Langus, *ut generati estis* (ὡς γεγέννησθε.) THIRLBIUS.

σων πίστιν, ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας, καὶ φυλάσσων εἰρήνην. δεῦτε σὺν ἐμοὶ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, οἱ θέλοντες τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ ἰδεῖν. δεῦτε πορευθῶμεν τῷ φωτὶ κυρίου· ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ τὸν οἶκον Ἰακώβ. [1] δεῦτε πάντα τὰ ἔθνη, συναχθῶμεν εἰς Ἱερουσαλὴμ τὴν μηκέτι πολεμουμένην διὰ τὰς ἀνομίας τῶν λαῶν. ἐμφανὴς γὰρ ἐγενήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν· εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι, βοᾷ διὰ Ἠσαΐου· εἶπα, ἰδού εἰμι, ἔθνεσιν οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντό μου τὸ ὄνομα· ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ὅλην τὴν ἡμέραν ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, τοῖς πορευομένοις ὁδῷ οὐ καλῇ, ἀλλ' ὀπίσω τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. λαὸς ὁ παροξύνων με ἐναντίον μου.

A populus servans fidem, retinens veritatis, custodiens pacem. Adeste mihi omnes, qui timetis Deum, qui bona Jerusalem videre cupitis. [a] Venite, accedamus ad lucem Domini: liberavit enim populum suum, domum Jacob. Venite omnes gentes: conveniamus in Jerusalem, quæ non amplius expugnatur propter peccata populorum. [b] *Manifestatus enim sum bis qui me non interrogant*, clamat per Esaiam: *dixi, Ecce adsum, gentibus quæ non invocaverunt nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, & contradicentem, qui ambulant in via non bona, sed post peccata sua. Populus est qui exacerbat me in conspectu meo.*

B

[2] Σὺν ὑμῖν καὶ κληρονομῆσαι βουλήσονται κἂν ὀλίγον τόπον οὗτοι οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς, καὶ λέγοντες εἶναι τέκνα Ἀβραάμ, ὡς διὰ τοῦ Ἠσαΐου βοᾷ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτῶν λέγων τάδε· ἐπίστρεψον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ ἁγίου σου καὶ δόξης. ποῦ δή ἐστιν ὁ ζῆλός σου καὶ ἡ ἰσχύς; ποῦ ἐστι τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, ὅτι ἀνέσχου ἡμῶν κύριε; σὺ γὰρ ἡμῶν εἶ πατὴρ, ὅτι Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς· καὶ Ἰσραὴλ οὐκ [a] ἀπέγνω ἡμᾶς. ἀλλὰ σὺ κύριε πατὴρ ἡμῶν ῥῦσαι ἡμᾶς· ἀπ' ἀρχῆς τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς ἐστι. τί ἐπλάνησας ἡμᾶς κύριε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου; ἐσκλήρωκας ἡμῶν τὴν καρδίαν τοῦ μὴ φοβεῖσθαί σε; ἐπίστρεψον διὰ τοὺς δούλους σου, διὰ τὰς φυλὰς τῆς κληρονομίας σου, ἵνα μικρὸν κληρονομήσωμεν τοῦ ὄρους τοῦ ἁγίου σου. ἐγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρξας ἡμῶν, οὐδὲ ἐπεκλήθη τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς. ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανὸν, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη, καὶ τακήσονται, ὡς ἀπὸ πυρὸς κηρὸς τήκεται. καὶ κατακαύσει πῦρ τοὺς ὑπεναντίους, καὶ φανερὸν ἔσται τὸ ὄνομά σου ἐν τοῖς ὑπεναντίοις· ἀπὸ προσώπου σου ἔθνη ταραχθήσονται. ὅταν ποιῇς τὰ ἔνδοξα, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη. ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσαμεν, οὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν εἶδον Θεὸν πλὴν σοῦ· καὶ τὰ ἔργα σου ἃ ποιήσεις τοῖς [3] μετανοοῦσιν ἔλεον· συναντήσεται τοῖς ποιοῦσι τὸ δίκαιον, καὶ τῶν ὁδῶν σου μνησθήσονται. ἰδοὺ σὺ ὠργίσθης, καὶ ἡμεῖς ἡμάρτομεν. διὰ τοῦτο ἐπλανήθημεν καὶ ἐγενόμεθα ἀκάθαρτοι πάντες, καὶ ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν· καὶ ἐξεῤῥύημεν ὡς φύλλα διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· οὕτως ἄνεμος οἴσει ἡμᾶς· καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐπικαλούμενος τὸ ὄνομά σου, καὶ ὁ μνησθεὶς ἀντιλαβέσθαί σου, ὅτι ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου ἀφ' ἡμῶν, καὶ παρέδωκας ἡμᾶς διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. καὶ νῦν ἐπίστρεψον κύριε, ὅτι λαός σου πάντες ἡμεῖς. ἡ πόλις τοῦ ἁγίου σου ἐγενήθη ἔρημος, Σιὼν ὡς ἔρημος ἐγενήθη, Ἱερουσαλὴμ εἰς κατάραν· ὁ οἶκος, τὸ ἅγιον ἡμῶν, καὶ ἡ δόξα ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἐγενήθη πυρίκαυστος, καὶ πάντα [4] τὰ ἔθνη ἔνδοξα συνέπεσε. καὶ ἐπὶ τούτοις ἀνέχου κύριε καὶ ἐσιώπησας, καὶ ἐταπείνωσας ἡμᾶς σφόδρα.

Καὶ ὁ Τρύφων, τί οὖν ἐστιν ὃ λέγεις; ὅτι οὐ-

XXV. Nobiscum vel paullulum loci etiam hereditate accipere isti cupient, qui seipsos justificant, seque filios Abrahæ esse dicunt: quemadmodum per Esaiam clamat Spiritus sanctus, velut ex persona eorum sic loquens: [c] *Convertere de cælo, & vide de domo sanctuarii tui, & gloriæ. Ubi est zelus tuus, & fortitudo? Ubi est multitudo misericordiæ tuæ, quia sustinuisti nos Domine? Tu enim es pater noster: quia Abraham non cognovit nos, & Israel ignoravit nos. Sed tu, Domine pater noster, libera nos: a principio nomen tuum super nos est. Quare seduxisti nos Domine de via tua? Indurasti corda nostra, ne timeremus te? Convertere propter servos tuos, propter tribus hereditatis tuæ: ut modicum hereditate accipiamus de monte sancto suo. Facti sumus quasi a principio, cum non dominareris nostri, neque invocatum esset nomen tuum super nos.* [d] *Si aperueris cælum; tremor apprehendet ex te montes; & liquescent, sicut cera a facie ignis liquescit: & comburet ignis adversarios, & manifestum erit nomen tuum in adversariis: a facie tua gentes turbabuntur. Cum feceris gloriosa, tremor apprehendet ex te montes. A sæculo non audivimus, neque oculi nostri viderunt Deum præter te, & opera tua quæ facies, nempe pœnitentiam agentibus, misericordiam. Occurret facientibus justitiam: & viarum tuarum recordabuntur. Ecce tu iratus es: & nos peccavimus. Idcirco erravimus, & facti sumus quasi immundi omnes, & ut pannus sedentis omnis justitia nostra. Et defluximus quasi folia propter iniquitates nostras: sic ventus auferet nos: & non est qui invocet nomen tuum, & qui recordatus apprehendat te: quoniam avertisti faciem tuam a nobis, & tradidisti nos propter peccata nostra. Etiam nunc convertere Domine, quia populus tuus omnes nos. Civitas sancti tui facta est deserta: Sion quasi solitudo facta est: Jerusalem in maledictionem: domus, sanctuarium nostrum, & gloria cui benedixerunt patres nostri, facta est igni combusta: & omnes gloriosæ gentes simul irruerunt. Et super his sustinuisti Domine, & tacuisti, & humiliasti nos valde.*

C

D

Ac Trypho: Quid est quod ais? neminem no-

a Esai II. 3. 5. *b* Esai. LXV. 1 — 3. *c* Esai. LXIII. 15 — 19. *d* Esai. LXIV. 1 — 12.

1. Δεῦτε ... τῶν λαῶν.] Observat idem vir eruditus Justinum hoc loco respicere ad Jerem. c. 3. & 15. & 34. & supra in his verbis, *δεῦτε πορευθῶμεν*, ad c. 2. Esaiæ, in istis autem *ἵνα γένηται ἔθνος δίκαιον* ad c. 26. ejusdem Prophetæ. Refert ad Psal. 127. ista verba *οἱ θέλοντες τὰ ἀγαθὰ*, &c.


2. Σὺν ὑμῖν.] Legit Langus *σὺν ἡμῖν*. Idque Londinensibus editoribus probatum. Si quis retinere malit illud *σὺν ὑμῖν*, referendum erit ad gentes, quas Justinus jam antea compellabat. Atque hæc quidem ad gentes apostrophe minus forte videbitur homini cum Judæis in Xysto colloquenti convenire: sed tamen eamdem figuram non multo post adhibet Justinus, nempe n. 29. Illud *καὶ κληρονομῆσαι* significat Judæos optaturos bona æterna accipere, etiam per gratiam, ut Christiani accipiunt, non per legem, etiam ut coheredes Christi.

3. Μετανοοῦσιν.] Legitur apud LXX. *ὑπομένουσιν*, *bis qui exspectant misericordiam*. Habet cod. Clar. *τὰ ἔργα συ ποιήσει τοῖς μετανοοῦσιν ἔλεον*.

4. Τὰ ἔθνη.] Deest ea vox apud LXX. & in Apol. 1. num. 47. Videtur Justinus legisse potius ἔθη, atque hic sensus haud paullo aptior videretur, *Præclarissima quæque instituta ceciderunt*. Retinendo ἔθνη, vertendum *simul irruerunt*.

a Ἀπέγνω] Legendum ἐπέγνω, ut habent LXX. MARANUS heic.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



δεὶς ἡμῶν κληρονομήσει ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ τοῦ Θεοῦ οὐδέν;

strum hereditate quidquam accepturum esse in monte sancto Dei?

Κἀγὼ, οὐ τοῦτο, φημὶ, ἀλλ' οἱ τὸν Χριστὸν διώξαντες καὶ διώκοντες, καὶ μὴ μετανοοῦντες, οὐ κληρονομήσουσιν ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ οὐδέν· τὰ δὲ ἔθνη τὰ πιστεύσαντα εἰς αὐτὸν, καὶ μετανοήσαντα ἐφ' οἷς ἥμαρτον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι μετὰ τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν δικαίων ὅσοι ἀπὸ Ἰακὼβ γεγένηνται, εἰ καὶ μὴ σαββατίζουσι, μηδὲ περιτέμνονται, μηδὲ τὰς ἑορτὰς φυλάσσουσι. πάντως κληρονομήσουσι τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ κληρονομίαν. λέγει γὰρ ὁ Θεὸς διὰ Ἠσαΐου οὕτως· ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἰσχύσω σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. καὶ πάλιν· ἐξάρατε [1] συσσεισμὸν εἰς τὰ ἔθνη· ἰδοὺ γὰρ κύριος ἐποίησεν ἀκουστὸν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. εἴπατε ταῖς θυγατράσι Σιών· ἰδοὺ σοὶ ὁ σωτὴρ παραγέγονεν ἀπέχων τὸν ἑαυτοῦ μισθὸν, καὶ τὸ ἔργον ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. καὶ καλέσει αὐτὸν λαὸν ἅγιον λελυτρωμένον ὑπὸ κυρίου. σὺ δὲ κληθήσῃ ἐπιζητουμένη πόλις, καὶ οὐ καταλελειμμένη. τίς οὗτος ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδὼμ, ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ; οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ, [2] ἀναβαίνων [a] βίᾳ μετὰ ἰσχύος; ἐγὼ διαλέγομαι δικαιοσύνην καὶ κρίσιν σωτηρίου. διὰ τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ, [3] πλήρης καταπεπατημένης; ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος, καὶ τῶν ἐθνῶν οὐκ ἔστιν ἀνὴρ μετ' ἐμοῦ. καὶ κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν θυμῷ, καὶ κατέθλασα αὐτοὺς ὡς γῆν, καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν. ἡμέρα γὰρ ἀνταποδόσεως ἦλθεν αὐτοῖς, καὶ ἐνιαυτὸς λυτρώσεως πάρεστι. καὶ ἐπέβλεψα, καὶ οὐκ ἦν βοηθὸς, καὶ προσενόησα, καὶ οὐδεὶς ἀντελάβετο· καὶ ἐρρύσατο ὁ βραχίων, καὶ ὁ θυμός μου ἐπέστη, καὶ κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν τῇ ὀργῇ μου, καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν.

XXVI. Et ego: Non hoc dico: verum, qui Christum persequuti sunt & persequuntur, atque pœnitentiam non agunt, nullam capient in monte sancto hereditatem. Gentes autem quæ in illum crediderint & pœnitentiam egerint a peccatis, ipsæ hereditatem habebunt cum Patriarchis & Prophetis, & justis quicumque a Jacobo prognati sunt, etiamsi sabbata non servent, neque circumcidantur, neque dies festos celebrent. Omnino sanctam Dei hereditatem adibunt. Deus enim per Esaiam ita loquitur: [a] *Ego Dominus Deus vocavi te in justitia: & tenebo dexteram tuam, & confortabo te: & dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendum de vinculis vinctos, & de domo carceris sedentes in tenebris.* Et iterum: [b] *Levate signum in gentes: Ecce enim Dominus fecit auditum usque ad extremum terræ. Dicite filiabus Sion: Ecce tibi salvator venit, habens mercedem suam, & opus a facie sua: & vocabit eum populum sanctum, redemtum a Domino. Tu autem vocaberis requisita civitas, & non derelicta.* [c] *Quis est iste qui venit de Edom, rubor vestium ejus de Bosor? iste formosus in stola, ascendens violenter cum fortitudine? Ego loquor justitiam & judicium salutaris. Quare rubra sunt vestimenta tua, & indumenta tua veluti a torculari calcato: uvæ calcatæ plenus? Torcular unus ipse & solus calcavi, & de gentibus non est vir mecum: & conculcavi eos in furore: & confregi eos, quasi terram: & deduxi sanguinem eorum in terram. Dies enim retributionis venit eis: & annus redemtionis adest. Et aspexi: & non erat auxiliator: & consideravi, & nullus præbebat auxilium. Et eruit brachium, & furor meus advenit: & conculcavi eos in ira mea, & deduxi in terram sanguinem eorum.*

Καὶ ὁ Τρύφων· διὰ τί ἅπερ βούλει ἐκλεγόμενος ἀπὸ τῶν προφητικῶν λόγων λέγεις· ἃ δὲ διαρρήδην κελεύει σαββατίζειν, οὐ μέμνησαι; διὰ γὰρ Ἠσαΐου οὕτως εἴρηται· ἐὰν ἀποστρέψῃς τὸν πόδα σου ἀπὸ τῶν σαββάτων, τοῦ μὴ ποιεῖν τὰ θελήματά σου ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἁγίᾳ, καὶ καλέσῃς τὰ σάββατα τρυφερὰ ἅγια τοῦ Θεοῦ σου, οὐκ ἄρῃς τὸν πόδα σου ἐπ' ἔργον, οὐδὲ μὴ λαλήσῃς λόγον ἐκ τοῦ στόματός σου· καὶ ἔσῃ πεποιθὼς ἐπὶ κύριον, καὶ ἀναβιβάσει σε ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς· καὶ ψωμιεῖ σε τὴν κληρονομίαν Ἰακὼβ τοῦ πατρός σου· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα.

XXVII. Heic Trypho: Cur quæ placent ex propheticis sermonibus selecta recitas: quæ vero nominatim sabbatum observare jubent, eorum non meministi? Sic enim per Esaiam dictum est: [d] *Si averteris pedem tuum in sabbatis, ut non facias voluntates tuas in die sancto, & vocaveris sabbata delicata sancta Dei tui: si non moveris pedem tuum ad opus, nec loquutus fueris verbum ex ore tuo: & Domino confides, & perducet te ad bona terræ, & pascet te hereditate Jacob patris tui. Os enim Domimi hæc loquutum est.*

Κἀγὼ, οὐχ ὡς ἐναντιουμένων μοι τῶν τοιούτων προφητειῶν, ὦ φίλοι, παρέλιπον αὐτὰς, ἀλλὰ ὡς ὑμῶν νενοηκότων καὶ νοούντων, ὅτι κἂν διὰ πάντων τῶν προφητῶν κελεύῃ ὑμῖν τὰ αὐτὰ ποιεῖν, ἃ καὶ διὰ Μωϋσέως ἐκέλευσε, διὰ τὸ σκληροκάρδιον ὑμῶν καὶ ἀχάριστον εἰς αὐτὸν ἀεὶ τὰ αὐτὰ βοᾷ, ἵνα κἂν οὕτως ποτὲ μετανοήσαντες εὐαρεστῆτε αὐτῷ, καὶ μήτε τὰ τέκνα

Tum ego: Non quod mihi adversentur ejusmodi prophetiæ, eas, amici, prætermisi; sed quod intellexeritis & intelligatis, etiamsi Deus vobis per omnes Prophetas eadem præcipiat facienda, quæ & per Moysen præcepit; idcirco eadem illum semper clamare, propter duritiam cordis vestri & ingrati in illum animi vitium, ut hoc saltem modo pœniten-

a Esai. XLII. 6. 7. *b* Esai. LXII. 10 — 12: *c* Esai. LXIII. 1 — 6. *d* Esai LVIII. 13. 14.

1. Συσσεισμόν.] Legendum esse *σύσσημον*, ut in Bibliis, monet Sylburgius, atque hanc etiam lectionem proposuit ad calcem R. Steph.
2. Ἀναβαίνων.] Deest apud LXX.
3. Πλήρης.] Sic uterque codex Reg. & Clarom. Sic etiam Biblia Romana & cod. Alex. Maluit scribere πλήρους R. Stephanus. Hæc autem verba, πλήρης καταπεπατημένης sunt Septuaginta interpretum. Sequentibus verbis, quæ non leguntur apud LXX. ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος, alia interpretatio continetur, quæ quidem videtur tribuenda Justino; prior autem librariis, ut vulgatæ LXX. interpretationi consona.

a Ἀναβαίνων] Consentit cum Justino & Hieronymi ex Hebræo versio, nec non Arabica, *gradiens*: adeo ut ἀναβαίνων vel simplex βαίνων occasione proximæ vocis βίᾳ haud dissimilis, e Versione τῶν ό. excidisse videatur. — Hæc aliaque plura in hunc locum GRABIUS Differt. *de vitiis LXX.* p. 39.

ὑμῶν τοῖς δαιμονίοις θύητε, [1] μήτε κοινωνοὶ κλεπτῶν, καὶ φιλοῦντες δῶρα, καὶ διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες, ἀλλ' οὐδὲ πλήρεις τὰς χεῖρας αἵματος. καὶ γὰρ αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐπορεύθησαν ἐν ὑψηλῷ τραχήλῳ, καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν ἅμα παίζουσαι καὶ σύρουσαι τοὺς χιτῶνας. καὶ πάντες γὰρ ἐξέκλιναν, βοᾷ, πάντες ἄρα ἠχρειώθησαν. οὐκ ἔστιν ὁ συνιὼν, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. ταῖς γλώσσαις αὐτῶν [a] ἐδολιοῦσαν, τάφος ἀνεωγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. ὥστε ὃν τρόπον τὴν ἀρχὴν διὰ τὰς κακίας ὑμῶν ταῦτα ἐντέταλτο, ὁμοίως διὰ τὴν ἐν τούτοις [2] ὑπομονὴν, μᾶλλον δὲ ἐπίτασιν, διὰ τῶν αὐτῶν εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ καὶ γνῶσιν ὑμᾶς καλεῖ. ὑμεῖς δὲ, λαὸς σκληροκάρδιος καὶ ἀσύνετος, [3] καὶ τυφλὸς καὶ χωλὸς, καὶ υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς, ὡς αὐτὸς λέγει, ἐστὲ, τοῖς χείλεσιν αὐτὸν μόνον τιμῶντες, τῇ δὲ καρδίᾳ πόῤῥω αὐτοῦ ὄντες, ἰδίας διδασκαλίας, καὶ μὴ τὰ ἐκείνου διδάσκοντες. ἐπεὶ, εἴπατέ μοι, [4] τοὺς ἀρχιερεῖς ἁμαρτάνειν τοῖς σάββασι προσφέροντας τὰς προσφορὰς ἐβούλετο ὁ Θεός; ἢ τοὺς περιτεμνομένους καὶ περιτέμνοντας τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, κελεύων τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ ἐκ παντὸς περιτέμνεσθαι τοὺς γεννηθέντας ὁμοίως, κἂν ᾖ ἡμέρα τῶν σαββάτων; ἢ οὐκ ἠδύνατο πρὸ μιᾶς ἡμέρας, ἢ μετὰ μίαν ἡμέραν τοῦ σαββάτου ἐνεργεῖν τοὺς γεννωμένους, εἰ ἠπίστατο κακὸν εἶναι ἐν τοῖς σάββασιν; ἢ καὶ τοὺς πρὸ Μωϋσέως καὶ Ἀβραὰμ ὠνομασμένους δικαίους καὶ εὐαρέστους αὐτῷ γενομένους, μήτε τὴν ἀκροβυστίαν περιτετμημένους, μήτε τὰ σάββατα φυλάξαντας, διὰ τί οὐκ ἐδίδασκε ταῦτα ποιεῖν;

Καὶ ὁ Τρύφων· καὶ πρότερον ἀκηκόαμέν σου τοῦτο προβάλλοντος, καὶ ἐπεστήσαμεν· ἄξιον γὰρ, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, ἐπιστάσεως, [5] καὶ ὅ μοι τοῖς πολλοῖς δοκεῖ λέγειν, ὅτι ἔδοξεν αὐτῷ. τοῦτο γάρ ἐστι πρόφασις ἀεὶ τοῖς μὴ δυναμένοις ἀποκρίνασθαι πρὸς τὸ ζητούμενον.

Κἀγώ· ἐπειδὴ ἀπό τε τῶν γραφῶν καὶ τῶν πραγμάτων, τάς τε ἀποδείξεις καὶ τὰς ὁμιλίας ποιοῦμαι, ἔλεγον, μὴ ὑπερτίθεσθε, μηδὲ διστάζετε πιστεῦσαι τῷ ἀπεριτμήτῳ ἐμοί. βραχὺς οὗτος ὑμῖν περιλείπεται προσηλύσεως χρόνος· ἐὰν φθάσῃ ὁ Χριστὸς ἐλθεῖν, μάτην μετανοήσετε, μάτην κλαύσετε· οὐ γὰρ εἰσακούσεται ὑμῶν. νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, Ἰερεμίας τῷ λαῷ κέκραγε· καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθας· [6] περιτέμνετε τῷ κυρίῳ, καὶ περιτέμνεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν. μὴ οὖν εἰς ἀκάνθας σπείρετε καὶ ἀνήροτον χωρίον, ὅθεν ὑμῖν καρπὸς οὐκ ἔστι. γνῶτε τὸν Χριστὸν, καὶ ἰδοὺ νειὸς καλὴ, καλὴ καὶ πίων ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. ἰδοὺ γὰρ ἡμέ-

tiam aliquando agentes ei placeatis; nec [a] filios vestros dæmoniis immoletis, nec [b] furum participes sitis, diligentes munera, persequentes retributionem, pupillis non judicantes, & judicio viduæ animum non advertentes; denique ut nec [c] manus plenas sanguine habeatis. Nam & [d] *filiæ Sion extento ingressæ sunt collo, & nutibus oculorum colludentes, & tunicas trahentes.* [e] *Omnes* enim *declinaverunt*, clamat Scriptura, *omnes certe inutiles facti sunt: non est qui intelligat, non est usque ad unum. Linguis suis dolose egerunt: sepulcrum patens guttur eorum, venenum aspidum sub labiis eorum: contritio & calamitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt.* Quemadmodum ergo hæc ab initio propter nequitiam vestram præscripserat; sic etiam propter vestram in ea perseverantiam, vel potius animi intensionem, per eadem vos Deus ad recordationem sui & cognitionem vocat. Vos autem estis populus duri cordis & insipiens, & cæcus & claudus, & [f] filii quibus non est fides in ipsis, quemadmodum ipse ait, [g] labiis tantum illum honorantes, corde autem longe ab eo remoti, propriam vestram, non illius doctrinam docentes. Siquidem, dicite mihi, voluitne Deus pontifices peccare, dum sabbatis munera offerunt; aut eos qui circumciduntur & circumcidunt die sabbati, dum jubet omnino die octavo natos pueros pariter circumcidi, etiamsi dies sabbati fuerit? An non jubere poterat uno ante vel post sabbatum die natos pueros circumcidi, si id nefas esse die sabbati ducebat? Aut qui justi ante Moysen & Abraham appellati sunt, eique accepti exstitere, cum nec circumcisi essent præputio, nec sabbata observarent, cur eos hæc facere non docebat?

XXVIII. Ad hæc Trypho: Jam ex te audivimus, cum id proponeres, & animum advertimus; digna enim res est, ut vere dicam, animadversione. Neque idem mihi, quod multis, dicendum videtur, ita illi visum esse; hoc enim semper effugium est iis, qui rei quæsitæ respondere non possunt.

Heic ego: Quandoquidem ex Scripturis & ex ipsis rebus demonstrandi & differendi rationem deduco, ajebam; ne differatis, neve dubitetis mihi, homini incircumciso, credere. Breve enim hoc vobis relinquitur ad nos accedendi tempus. Si Christus venire occupaverit, frustra vos pœnitebit, frustra plorabitis; neque enim vos exaudiet. [h] *Novate vobis novalia*, clamat populo Jeremias, *& nolite serere super spinas. Circumcidimini Domino, & circumcidite præputia cordis vestri.* Ne ergo seratis super spinas, & terram non aratam ex qua fructus vobis non est. Cognoscite Christum: & ecce novale pulcrum, pulcrum & pingue in cordibus vestris. [i] *Ecce enim dies ve-*

a Psal. CV. 37. Esai. LVII. 5. b Esai. I. 23. c Esai. I. 15. d Esai. III. 16. e Psal. XIII. 3. f Deut. XXXII. 20. g Esai. XXIX. 13. h Jerem. IV. 3. 4. i Jerem. IX. 25. 26.

1. Μήτε.] Conjicit Thirlbius legendum μήτε ὄντες. Verbum ὄντες videtur posse suppleri, si stilus Justini consideretur attentius. Paullo post ἄρα positum esse pro ἅμα observat Perionius.

2. Ὑπομονήν.] Legit Sylburgius ἐπιμονὴν, atque ita habent editiones Parisienses.

3. Καὶ τυφλὸς καὶ χωλός.] Legendum esse καὶ τυφλὸς καὶ κωφὸς contendit eruditus Londinensis editor, tum quia infra n. 123. Judæi vocantur cæci & surdi & a Justino & ab Esaia quem citat Justinus; tum quia nusquam claudi vocantur. Equidem huic sententiæ libentissime assentirer, si Justinus hoc loco testimonium Esaiæ, in quo cæci & surdi vocantur, explicaret & Judæis eodem modo ac n. 123. objiceret. Præterea Judæis exprobratur, quod claudicent in semitis suis, Psalm. 17. 46. Vid. 3. Reg. 18. 21. Forte ad hæc loca respexit Justinus.


4. Τοὺς ἀρχιερεῖς ἁμαρτάνειν.] Hunc locum imitatur Irenæus lib. 4. c. 19. JEBB. Idem argumentum repetit Justinus n. 29.

5. Καὶ ὅ μοι τοῖς πολλοῖς.] Nullus dubito quin legendum sit οὐ μοι ὁμοίως, vel οὐ μοι ὃ τοῖς πολλοῖς. Fatetur enim Trypho eos, qui dicunt ita Deo visum esse, ad hanc cavillationem confugere, quia rei quæsitæ respondere non possunt. Quomodo ergo hanc responsionem ipse amplexus esset? Non solus Trypho ita loquutus; sed etiam alius ex ejus comitibus n. 94. ingenue fatetur consultos magistros sibi non satisfecisse. Thirlbius legit τὸ οὐ μοὶ, ὃ τοῖς πολλοῖς, δοκεῖ λέγειν. Sylburgius, duabus propositis conjecturis tandem negatione opus esse intellexit, ac legendum proponit, καὶ μὴ, ὃ τοῖς πολλοῖς, δοκεῖ λέγειν.

6. Περιτέμνετε τῷ κυρίῳ.] LXX. περιτέμνεσθε τῷ Θεῷ ὑμῶν.

a Ἐδολιοῦσαν] Dorice, pro ἐδολίουν. Vertendum igitur *dolose agebant*, cum Interprete vulgato, heic & apud Thirlb.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ραι ἔρχονται, λέγει κύριος· καὶ ἐπισκέψομαι ἐπὶ πάντας περιτετμημένους ἀκροβυστίας αὐτῶν· ἐπ' Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ [1] Ιούδαν, καὶ ἐπὶ Εδὼμ, καὶ ἐπὶ υἱοὺς Μωὰβ· ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμητα, καὶ πᾶς οἶκος Ισραὴλ ἀπερίτμητος καρδίας αὐτῶν. ὁρᾶτε ὡς οὐ ταύτην τὴν περιτομὴν τὴν εἰς σημεῖον δοθεῖσαν ὁ Θεὸς θέλει; [2] οὐδὲ γὰρ Αἰγυπτίοις χρήσιμος, οὐδὲ τοῖς υἱοῖς Μωὰβ, οὐδὲ τοῖς υἱοῖς Εδώμ. ἀλλὰ κἂν Σκύθης ᾖ τις, ἢ Πέρσης, ἔχει δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ φυλάσσει τὰ αἰώνια δίκαια, περιτέτμηται τὴν καλὴν καὶ ὀφέλιμον περιτομὴν, καὶ φίλος ἐστὶ τῷ Θεῷ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ καὶ ταῖς προσφοραῖς χαίρει. παρέξω δὲ ὑμῖν, ἄνδρες φίλοι, καὶ [3] αὐτουργήματα τοῦ Θεοῦ, ὁπότε πρὸς τὸν λαὸν εἶπε διὰ Μαλαχίου ἑνὸς τῶν δώδεκα προφητῶν. ἔστι δὲ ταῦτα· οὐκ ἔστι θέλημά μου ἐν ὑμῖν, λέγει κύριος, καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν οὐ [4] προσδέχομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ [5] θυσία προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου, θυσία καθαρά· ὅτι [6] τιμᾶται τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει κύριος· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. καὶ διὰ τοῦ Δαβὶδ ἔφη· λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι, εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου.

niunt, dicit Dominus, & visitabo super omnes qui circumcisi sunt præputia sua; super Ægyptum & super Judam, & super Edom, & super filios Moab. Quia omnes gentes incircumcisæ, & omnis domus Israel incircumcisa cordibus suis. Videtis ut Deus hanc circumcisionem in signum datam respuat? Neque enim Ægyptiis prodest, nec filiis Moab, nec filiis Edom. At etiamsi quis Scytha sit aut Persa, modo habeat Dei cognitionem & Christi ejus, ac æterna jura custodiat, circumcisus præclara & utili circumcisione, ac Deo amicus est, ejusque dona & munera Deo grata sunt. Proferam vobis, Amici, ipsius etiam Dei verba, cum populum per Malachiam, unum ex duodecim Prophetis, alloquutus est. Sic autem se habent: [a] *Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus, & sacrificia vestra non suscipio de manibus vestris: propterea quod ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus; & in omni loco sacrificium offertur nomini meo & sacrificium purum: quia honoratur nomen meum in gentibus, dicit Dominus, vos autem illud profanatis.* Et per Davidem ait: [b] *Populus quem non cognovi servivit mibi: in auditu auris obedivit mibi.*

Δοξάσωμεν τὸν Θεὸν ἅμα τὰ ἔθνη συνελθόντα, ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐπεσκέψατο. δοξάσωμεν αὐτὸν διὰ τοῦ βασιλέως τῆς δόξης, διὰ τοῦ κυρίου τῶν δυνάμεων. εὐδόκησε γὰρ καὶ εἰς τὰ ἔθνη, καὶ τὰς θυσίας ἥδιον παρ' ἡμῶν, ἢ παρ' ὑμῶν λαμβάνει. τίς οὖν ἔτι μοι περιτομῆς λόγος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μαρτυρηθέντι; τίς ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος χρεία, ἁγίῳ πνεύματι βεβαπτισμένῳ; ταῦτα οἶμαι λέγων πείσειν καὶ τοὺς βραχὺν νοῦν κεκτημένους. οὐ γὰρ ὑπ' ἐμοῦ συνεσκευασμένοι εἰσὶν οἱ λόγοι, οὐδὲ τέχνῃ ἀνθρωπίνῃ κεκαλλωπισμένοι, ἀλλὰ τούτους Δαβὶδ μὲν ἔψαλλεν, Ησαΐας δὲ εὐηγγελίζετο, [7] Ζαχαρίας δὲ ἐκήρυξε, Μωϋσῆς δὲ ἀνέγραψεν. ἐπιγινώσκεις αὐτοὺς Τρύφων; ἐν τοῖς ὑμετέροις ἀπόκεινται γράμμασι, [8] μᾶλλον δὲ οὐχ ὑμετέροις, ἀλλ' ἡμετέροις. ἡμεῖς γὰρ αὐτοῖς πειθόμεθα· ὑμεῖς δὲ, ἀναγινώσκοντες, οὐ νοεῖτε τὸν ἐν αὐτοῖς νοῦν. μὴ οὖν ἄχθεσθε, μηδὲ ὀνειδίζετε ἡμῖν τὴν τοῦ σώματος ἀκροβυστίαν, ἣν αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔπλασε· μηδὲ ὅτι [9] θερμὸν πίνομεν ἐν τοῖς σάββασι, δεινὸν ἡγεῖσθε· ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς τὴν αὐτὴν διοίκησιν τοῦ κόσμου ὁμοίως καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ πεποίηται, καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις· καὶ οἱ ἀρχιερεῖς τὰς προσφορὰς, καθὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, καὶ ἐν ταύτῃ κεκελευσμένοι ἦσαν ποιεῖσθαι· καὶ οἱ τοσοῦτοι δίκαιοι, μηδὲν τούτων τῶν νομίμων πράξαντες, μεμαρτύρηνται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ.

XXIX. Glorificemus Deum una congregatæ gentes, quod nos quoque inviserit. Glorificemus eum per Regem gloriæ, per Dominum virtutum. Beneplacitum est enim illi etiam super gentes, ac victimas a nobis accipit libentius, quam a vobis. Quid igitur mihi adhuc opus est circumcisione, qui Dei testimonio comprobatus sum? Quis usus hujus baptismatis, qui Spiritu sancto baptizatus sum? Videor mihi hæc edisserens, iis etiam qui parum intelligentia præditi sunt persuasurus. Neque enim hæc verba a me composita sunt, aut humana arte exornata; sed ea David psallendo cecinit, Esaias evangelizavit, Zacharias promulgavit, Moyses scripsit. Agnoscis ea, Trypho? Consignata sunt litteris vestris, vel potius non vestris sed nostris. Nos enim iis adhæremus: vos autem legendo sententiam non perspicitis. Ne sit igitur vobis molestum, nec in probri loco nobis objiciatis corporis præputium, quod Deus ipse formavit: neque etiam quod calidam sabbatis bibamus, grande piaculum existimetis: siquidem Deus mundum perinde hoc etiam die ac ceteris omnibus gubernat: Pontifices quoque ut ceteris diebus, ita etiam isto jussi sunt muneribus offerendis operari: denique tot justi homines, cum nullum ex his legis institutis observassent, ipsius Dei testimonio comprobati fuere.

Ἀλλὰ τῇ αὐτῶν κακίᾳ ἐγκαλεῖτε, ὅτι καὶ συκοφαντεῖσθαι δυνατός ἐστιν ὁ Θεὸς ὑπὸ τῶν νοῦν μὴ ἐχόντων, ὡς τὰ αὐτὰ δίκαια μὴ πάντας ἀεὶ διδάξας. πολλοῖς γὰρ ἀνθρώποις ἄλογα καὶ οὐκ ἄξια Θεοῦ τὰ τοιαῦτα διδάγματα ἔδοξεν εἶναι, μὴ λαβοῦσι χάριν τοῦ γνῶναι, ὅτι τὸν λαὸν ὑμῶν πονηρευόμενον,

XXX. Sed nequitiæ vestræ adscribite, quod etiam calumniis Deus appeti possit ab hominibus mente captis, quasi non eamdem semper omnes justitiam docuerit. Hæc enim instituta a ratione aliena nec Deo digna multis visa sunt, qui gratiam intelligendi non acceperunt, populum vestrum improbe agentem,

a Malach. I. 10. 11. 12. *b* Psal. XVII. 45.

1. Ἰούδαν.] Ita etiam Theodoritus & Biblia Complutensia & Hebraica. Biblia Romana & cod. Alex. Ἰδουμαίαν. THIRLBIUS.

2. Οὐδὲ γὰρ Αἰγυπτίοις.] De hac Ægyptiorum & aliarum gentium circumcisione vide Barnab. epist. cap. 9. & Notas Cotelerii.

3. Αὐτουργήματα τοῦ Θεοῦ.] Recte emendat Thirlbius legendo, αὐτὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ. Sequens testimonium Dei ipsius verba appellat, quia Deus ipse loquitur, non Propheta. Idem legit ἅποτε pro ὁπότε, quod tamen necessarium non videtur.

4. Προσδέχομαι.] Infra num. 41. & 117. προσδέξομαι & ita apud LXX.


5. Θυσία προσφέρεται.] θυμίαμα n. 41. & in Bibliis.

6. Τιμᾶται τὸ ὄνομά μου.] Infra n. 41. & in Bibl. μέγα τὸ ὄνομά μου.

7. Ζαχαρίας.] Legit Langus Μαλαχίας.

8. Μᾶλλον δὲ οὐχ ὑμετέροις, ἀλλ' ἡμετέροις.] Vide Cohort. Justini num. 13.

9. Θερμὸν πίνομεν.] Huic Justini testimonio contrariam esse existimavit Petavius (Not. in Epiphan. pag. 336.) epistolam interpolatam S. Ignatii num. 9. ubi aquæ tepidæ potus inter Judaica instituta numeratur, καὶ χλιαρὰ πίνων. Sed hac voce, χλιαρὰ, non calidam aquam, sed tepidam, utpote pridie calefactam, Cl. Thirlbius designari observat.



καὶ ἐν νόσῳ ψυχικῇ ὑπάρχοντα, εἰς ἐπιστροφὴν [1] καὶ μετάνοιαν τοῦ πατρὸς κέκληκε, [2] καὶ αἰώνιός ἐστι [3] μετὰ τὸν Μωϋσέως θάνατον προελθοῦσα ἡ προφητεία. [4] καὶ διὰ τοῦ ψαλμοῦ τοῦτο εἴρηται, ὦ ἄνδρες. καὶ ὅτι γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον ὁμολογοῦμεν αὐτὰ οἱ σοφισθέντες ἀπ' αὐτῶν, ἐκ τοῦ καὶ μέχρι θανάτου ἀνεξαρνήτους ἡμᾶς γίνεσθαι τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, φαίνεται. ὅτι δὲ καὶ αἰτοῦμεν αὐτὸν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν, ἵνα ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, τουτέστιν ἀπὸ τῶν πονηρῶν καὶ πλάνων πνευμάτων συντηρήσῃ ἡμᾶς, [a] ἀπὸ προσώπου ἑνὸς τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων σχηματοποιήσας ὁ λόγος τῆς προφητείας λέγει, πᾶσι φανερόν ἐστιν. ἀπὸ γὰρ τῶν δαιμονίων, ἅ ἐστιν ἀλλότρια τῆς θεοσεβείας τοῦ Θεοῦ, οἷς πάλαι προσεκυνοῦμεν, τὸν Θεὸν ἀεὶ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ συντηρηθῆναι παρακαλοῦμεν, ἵνα μετὰ τὸ ἐπιστρέψαι πρὸς Θεὸν δι' αὐτοῦ, ἄμωμοι ὦμεν. βοηθὸν γὰρ ἐκεῖνον καὶ λυτρωτὴν καλοῦμεν· οὗ καὶ τὴν τοῦ ὀνόματος ἰσχὺν καὶ τὰ δαιμόνια τρέμει, καὶ σήμερον ἐξορκιζόμενα κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, τοῦ γενομένου ἐπιτρόπου τῆς Ἰουδαίας, ὑποτάσσεται· ὡς καὶ ἐκ τούτου πᾶσι φανερὸν εἶναι, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ τοσαύτην ἔδωκεν αὐτῷ δύναμιν, ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεσθαι τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ τῇ τοῦ γενομένου πάθους αὐτοῦ οἰκονομίᾳ.

A ac animæ morbo laborantem, his legibus ad conversionem & pœnitentiam spiritus vocatum fuisse, ac æternam esse illam prophetiam, quæ post Mosis mortem prodiit. Atque id quidem per Psalmum [a] dictum fuit, o viri. Hæc autem (*judicia Domini*) nobis quibus sapientiam præstiterunt, *dulciora super mel & favum* videri ex eo perspicitur, quod ne morte quidem proposita adducamur, ut nomen ejus abnegemus. Illud etiam manifestum omnibus est, nos qui in eum credimus, ab eo petere, ut *ab alienis*, id est, a nefariis & fallacibus spiritibus nos custodiat; quemadmodum prophetiæ sermo ex persona unius eorum qui in illum credunt, figurate declarat. Nam ut a dæmo- B niis servemur, quæ a Dei cultu aliena sunt, quæque olim adorabamus, Deum semper per Jesum Christum obsecramus, ut postquam per eum ad Deum conversi fuimus, intaminati simus. Adjutorem enim & redemtorem eum vocamus: cujus quidem vel nominis potentiam dæmonia ipsa perhorrescunt; ac hodie per nomen Jesu Christi, qui sub Pontio Pilato Judææ præside crucifixus fuit, adjurata subjiciuntur. Ex quo omnibus patet tantam ei datam a Patre potestatem, ut nomini ejus & passionis dispensationi etiam dæmonia subjiciantur.

Εἰ δὲ τῇ τοῦ πάθους αὐτοῦ οἰκονομίᾳ τοσαύτη δύναμις δείκνυται παρακολουθήσασα καὶ παρακολουθοῦσα, πόση ἡ ἐν τῇ ἐνδόξῳ γινομένη αὐτοῦ παρουσίᾳ; ὡς υἱὸς γὰρ ἀνθρώπου, ἐπάνω νεφελῶν ἐλεύσεται, ὡς Δανιὴλ ἐμήνυσεν, ἀγγέλων σὺν αὐτῷ ἀφικνουμένων. εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· ἐθεώρουν ἕως ὅτου θρόνοι ἐτέθησαν· καὶ ὁ παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο, ἔχων περιβολὴν ὡσεὶ χιόνα λευκὴν, καὶ τὸ τρίχωμα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ὡσεὶ ἔριον καθαρόν. ὁ θρόνος αὐτοῦ, ὡσεὶ φλὸξ πυρός· οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἐκπορευόμενος ἐκ προσώπου αὐτοῦ. χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. βίβλοι ἀνεῴχθησαν, καὶ κριτήριον ἐκάθισεν. ἐθεώρουν τότε τὴν φωνὴν τῶν μεγάλων λόγων, ὧν τὸ κέρας λαλεῖ· καὶ ἀπετυμπανίσθη τὸ θηρίον, καὶ ἀπώλετο τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ ἐδόθη εἰς καῦσιν

XXXI. Quod si potentiam, quæ ejus passionis C dispensationem consequuta est & consequitur, tantam esse demonstratur; quanta tandem ea futura est in glorioso ejus adventu? Veniet enim tamquam filius hominis ex altis nubibus, ut Daniel declaravit, angelis cum eo advenientibus. Sunt autem hæc verba Danielis: [b] *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, habens operimentum veluti candidam nivem, & cæsaries capiti ejus, quasi lana munda: thronus ejus quasi flamma ignis: rotæ ejus ignis urens. Fluvius ignis volvebatur, profluens a facie ejus. Mille millia deserviebant ei: & dena millia denum millium assistebant ei. Libri aperti sunt, & judicium sedit. Aspiciebam super vocem sermonum grandium, quos cornu loquebatur: & di-*

a Psalm. XVIII. 10. 11. b Dan. VII. 9 — 28.

1. Καὶ μετάνοιαν τοῦ πατρός.] Sæpe errarunt librarii in his vocibus πατρὸς & πνεύματος, quia breviter scriptæ ad hunc modum, πρς πνς, simillimæ sunt. Sic apud Tatianum num. 5. & apud Methodium in Convivio decem virginum p. 93. λόγος πνεύματος, pro eo quod legendum est, λόγος πατρὸς, *Verbum Patris*. Sic ergo hoc loco legendum videtur μετάνοιαν πνεύματος. Nimirum, ut calumnias propulset a lege, docet carnalibus illius præceptis, ex quibus nonnulli ansam ad blasphemias arripiebant, Judæos ad spiritalem conversionem vocatos fuisse. Similia habes apud Irenæum lib. 4. cap. 14. num. 3. *Facile autem*, inquit, *ad idola revertentem populum erudiebat, per multas vocationes præstruens eos servire Deo: per ea quæ erant secunda, ad prima vocans, hoc est, per typica ad vera, & per temporalia ad æterna, & per carnalia ad spiritalia, & per terrena ad cælestia*. Legem eo consilio institutam fuisse, ut ad veram conversionem Judæos vocaret, pluribus locis docet Augustinus. Vid. lib. de Gratia Christi c. 8. Cl. Thirlbius legi posse conjicit μετάνοιαν τῶν πάρος vel τὸ πάρος, quamquam fatetur neutrum sibi valde placere. Langus ita vertit, quasi addendum esset καὶ ἐπίγνωσιν post μετάνοιαν.


2. Καὶ αἰώνιός ἐστι, &c.] Ante hæc verba addendum vel supplendum ὅτι. Prophetiam æternam vocat eam, quæ continetur Psalmo 18. in quo legitur: *Lex Domini immaculata ... timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi*. Prophetiam vocat hæc verba, vel quia depromta sunt ex libro prophetico (sic enim num. 27. Esaiæ de sabbato præcepta appellantur prophetiæ) vel quia prædictionem Christianæ legis continent: æternam autem, quia lex illa non, ut Mosaicum institutum, finem habitura erat, sed in sæculum sæculi permansura. Vide infra num. 34. & supra num. 28.

3. Μετὰ τὸν Μωϋσέως θάνατον.] Quomodo negare potuit Justinus æternam legem sub Mose prodiisse; cum ipse fateatur infra num. 45. in hac lege non ea solum præscribi, quæ ad duritiam cordis instituta sunt, sed ea etiam, *quæ natura præclara & pia & justa sunt*? Justinus legem Mosis, sive Decalogi præcepta traderet, sive alia præscriberet ad duritiam cordis, aut ad rerum futurarum præsignificationem, litteram occidentem esse existimabat, utpote scriptam in tabulis lapideis, non in cordibus per Spiritum sanctum, qui caritatem diffundit. Hoc ipso in loco Judæorum & Christianorum discrimen inde repetit, quod Christiani judicia Domini dulciora super mel & favum existiment, ac ne morte quidem proposita nomen Dei abnegent; non illi quidem propriis viribus, *sed per Christum ad Deum conversi, eumque adjutorem & redemtorem vocantes, cujus vel nominis potentiam dæmonia perhorrescunt, ac per nomen Jesu Christi adjurata subjiciuntur*. Mirifice cum Justino consentit Augustinus, qui in libro de Spiritu & Littera pluribus demonstrat, *Legem ex qua Apostolus neminem dicit justificari, non tantum in illis sacramentis quæ habuerunt promissivas figuras, verum etiam in illis operibus intelligi, quæ quisquis fecerit, juste vivit; ubi est & illud*, Non concupisces, n. 23.

4. Καὶ διὰ τοῦ ψαλμοῦ.] Videtur hoc loco brevitatis causa prætermissus sive a Justino, sive a librariis Psalmus, *Cæli enarrant*. Nonnulla enim ex hoc Psalmo explicat Justinus, quasi ipsum antea recitasset, ut quisque legendo animadvertere poterit.

a Ἀπὸ προσώπου] Leg. ὡς ἀπὸ προσώπου. MARANUS heic.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



πυρός· καὶ τὰ λοιπὰ θηρία μετεστάθη τῆς ἀρχῆς αὐτῶν, καὶ χρόνος ζωῆς τοῖς θηρίοις ἐδόθη ἕως καιροῦ καὶ χρόνου. ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος· καὶ ἦλθεν ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν. καὶ παρῆν ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ οἱ παρεστηκότες προσήγαγον αὐτόν. καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία καὶ τιμὴ βασιλικὴ, καὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς κατὰ γένη, καὶ πᾶσα δόξα λατρεύουσα. καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ μὴ ἀρθῇ· καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ μὴ φθαρῇ. καὶ ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου ἐν τῇ ἕξει μου, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου ἐτάρασσόν με. καὶ προσῆλθον πρὸς ἕνα τῶν ἑστώτων, καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ᾽ αὐτοῦ ὑπὲρ πάντων τούτων. ἀποκριθεὶς δὲ λέγει μοι, καὶ τὴν κρίσιν τῶν λόγων ἐδήλωσέ μοι· ταῦτα τὰ θηρία τὰ μεγάλα, εἰσὶ τέσσαρες βασιλεῖαι, αἳ ἀπολοῦνται ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ οὐ παραλήψονται τὴν βασιλείαν ἕως αἰῶνος, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. τότε ἤθελον ἐξακριβώσασθαι ὑπὲρ τοῦ τετάρτου θηρίου τοῦ καταφθείροντος πάντα καὶ ὑπερφόβου, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ χαλκοῖ· ἐσθίον καὶ λεπτῦνον, καὶ τὰ ἐπίλοιπα αὐτοῦ τοῖς ποσὶ κατεπάτει· καὶ περὶ τῶν δέκα κεράτων αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς τοῦ προσφυέντος, καὶ ἐξέπεσον ἐκ τῶν προτέρων δι᾽ αὐτοῦ τρία. καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο εἶχεν ὀφθαλμοὺς καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα· καὶ ἡ πρόσοψις αὐτοῦ ὑπερέφερε τὰ ἄλλα. καὶ κατενόουν τὸ κέρας ἐκεῖνο πόλεμον συνιστάμενον πρὸς τοὺς ἁγίους, καὶ τροπούμενον αὐτοὺς, ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸν παλαιὸν ἡμερῶν· καὶ τὴν κρίσιν ἔδωκε τοῖς ἁγίοις τοῦ ὑψίστου· καὶ ὁ καιρὸς ἐνέστη, καὶ τὸ βασίλειον κατέσχον ἅγιοι ὑψίστου. καὶ ἐῤῥέθη μοι περὶ τοῦ τετάρτου θηρίου· βασιλεία τετάρτη ἔσται ἐπὶ τῆς γῆς, ἥτις διοίσει παρὰ πάσας τὰς βασιλείας ταύτας, καὶ καταφάγεται πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἀναστατώσει αὐτὴν, καὶ καταλεανεῖ αὐτήν. καὶ τὰ δέκα κέρατα, δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται [1] μετ᾽ αὐτούς· καὶ οὗτος διοίσει κακοῖς ὑπὲρ τοὺς πρώτους, καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει, καὶ ῥήματα πρὸς τὸν ὕψιστον λαλήσει, καὶ ἑτέρους ἁγίους τοῦ ὑψίστου καταστρέψει, καὶ προσδέξεται ἀλλοιῶσαι καιροὺς καὶ χρόνους· καὶ παραδοθήσεται [2] εἰς χεῖρας αὐτοῦ ἕως καιροῦ καὶ καιρῶν, καὶ ἥμισυ καιροῦ. καὶ ἡ κρίσις ἐκάθισε, καὶ τὴν ἀρχὴν μεταστήσουσι τοῦ ἀπολέσαι ἕως τέλους. καὶ ἡ βασιλεία, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ ἡ μεγαλειότης τῶν τόπων τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν βασιλειῶν, ἐδόθη λαῷ ἁγίῳ ὑψίστου, βασιλεῦσαι βασιλείαν αἰώνιον· καὶ πᾶσαι ἐξουσίαι ὑποταγήσονται αὐτῷ, καὶ πειθαρχήσουσιν αὐτῷ. ἕως ὧδε τὸ τέλος τοῦ λόγου. ἐγὼ Δανιὴλ ἐκστάσει περιειχόμην σφόδρα, [3] καὶ ἡ λέξις διήνεγκεν ἐμοὶ, καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἐτήρησα.

Καὶ ὁ Τρύφων, παυσαμένου μου, εἶπεν· ὦ ἄνθρωπε, αὗται ἡμᾶς αἱ γραφαὶ καὶ τοιαῦται ἔνδοξον καὶ μέγαν ἀναμένειν τὸν παρὰ τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν, ὡς υἱὸν ἀνθρώπου, παραλαμβάνοντα τὴν αἰώνιον βασιλείαν ἀναγκάζουσιν. οὗτος δὲ ὁ ὑμέτερος λεγόμενος Χριστὸς, ἄτιμος καὶ ἄδοξος γέγονεν, ὡς καὶ τῇ ἐσχάτῃ κατάρᾳ τῇ ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ περιπεσεῖν· ἐσταυρώθη γάρ.

Κἀγὼ πρὸς αὐτόν· εἰ μὲν, ὦ ἄνδρες, μὴ ἀπὸ τῶν γραφῶν ὧν προανιστόρησα, τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄδοξον, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ ἀδιήγητον, καὶ ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ τοὺς πλουσίους θανατωθήσεσθαι, [4] καὶ, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν, καὶ ὡς

A *stenta est bestia, & interiit corpus ejus, & data est in combustionem ignis. Et a reliquis etiam bestiis translatus est principatus earum, & tempus vitæ bestiis concessum usque ad certum diem & tempus. Aspiciebam in visione noctis: & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniens, & usque ad antiquum dierum pervenit. Et aderat in conspectu ejus; & qui assistebant adduxerunt eum. Et data est ei potestas & dignitas regia, & gentes terræ per genera sua omnes, & omnis gloria serviens. Et potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum ejus non interibit. Et horruit spiritus meus in habitu meo, & visiones capitis mei conturbabant me. Et accessi* B *ad unum assistentium, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Respondens autem ille dixit, & judicium sermonum declaravit mihi: Hæ bestiæ magnæ, quatuor sunt regna, quæ disperibunt a terra, & non suscipient regnum usque in sæculum, & usque in sæculum sæculorum. Tunc accurate exquirere volui de quarta bestia, corrumpente omnia, & terribili admodum, cujus dentes ferrei, & ungues ejus ænei, comedente & comminuente, & reliqua pedibus suis conculcante: & de decem cornibus ejus in capite, & de uno quod succrevit, per quod ex prioribus tria protrusa sunt. Et cornu illud habebat oculos & os loquens grandia: & aspectus ejus excellebat alia. Et animadvertebam* C *cornu illud bellum movere in sanctos, & fundere eos; donec venit antiquus dierum: & judicium dedit sanctis Excelsi: & tempus advenit, & regnum obtinuerunt sancti Altissimi. Et dictum mihi est de quarta bestia: Regnum quartum erit in terra, quod longe superabit omnia regna, & devorabit universam terram, & devastabit atque delebit eam. Et decem cornua, decem reges consurgent, & alius post eos, atque is malis superabit priores; & tres reges humiliabit, & verba in Altissimum loquetur, & ceteros sanctos Altissimi evertet, & sumet sibi ut alteret dies & tempora. Et tradentur in manibus ejus usque ad tempus & tempora & dimidium temporis. Et judicium sedit, & principatum* D *transferent, ut aboleant & disperdant usque in finem. Et regnum, & potestas, & amplitudo locorum regnorum quæ sub cælo sunt, data est populo sancto Altissimi, ut regnent regno sempiterno: & potestates omnes subjicientur & obedient ei. Huc usque finis verbi. Ego Daniel extasi circumdabar valde, & sermo in me immutatus est, & verbum in corde meo servavi.*

XXXII. Heic Trypho, quiescente me: Istæ nos inquit, & aliæ ejusmodi Scripturæ, gloriosum cogunt & magnum exspectare eum, qui regnum æternum ab antiquo dierum, tamquam filius hominis, accipit. Vester autem ille Christus, quem ita vo- E catis, inhonoratus & inglorius fuit, ita ut etiam in extremam illam quæ in lege Dei sancitur, exsecrationem incurreret. Est enim in crucem actus.

Tum ego ad illum: Si Scripturæ quas jam recitavi, non [a] ejus speciem ingloriam fore & genus inenarrabile dicerent, ac pro morte ejus divites morte affectum iri, nosque ejus livore sanatum, ac ipsum tamquam ovem abductum iri; si non ex-

[a] Esai. LIII. 2 — 7.

1. Μετ᾽ αὐτούς.] Legendum καὶ ἕτερος μετ᾽ αὐτοὺς, ut monet Thirlbius, qui has voces forma paullulum immutata ante καὶ ἑτέρους translatas fuisse conjicit.

2. Εἰς χεῖρας αὐτοῦ.] Sic emendatum in editt. Parif. Habent aliæ, ut & mss. codices, εἰς χεῖρας ἕως καιροῦ αὐτοῦ.

3. Καὶ ἡ λέξις διήνεγκεν ἐμοί.] Legitur in Bibliis, καὶ ἡ μορφή μου ἠλλοιώθη. Videtur legendum apud Justinum ἕξις pro λέξις.

4. Καὶ .... ἰάθημεν.] Ipsa Scripturæ verba retinet S. Justinus, nec necesse est legere ἰαθῆναι.

πρόβατον ἀχθήσεσθαι ἐλέγετο, καὶ δύο παρουσίας αὐτοῦ γενήσεσθαι ἐξηγησάμην, μίαν μὲν, ἐν ᾗ ἐξεκεντήθη ὑφ' ὑμῶν, δευτέραν δὲ, ὅτι ἐπιγνώσεσθε εἰς ὃν ἐξεκεντήσατε, καὶ κόψονται αἱ φυλαὶ ὑμῶν, φυλὴ πρὸς φυλὴν, αἱ γυναῖκες κατ' ἰδίαν, καὶ οἱ ἄνδρες κατ' ἰδίαν, ἀσαφῆ καὶ ἄπορα ἐδόκουν λέγειν. νῦν δὲ διὰ πάντων τῶν λόγων ἀπὸ τῶν παρ' ὑμῖν ἁγίων καὶ προφητικῶν γραφῶν τὰς πάσας ἀποδείξεις ποιοῦμαι, ἐλπίζων τινὰ ἐξ ὑμῶν δύνασθαι εὑρεθῆναι [1] ἐκ τοῦ κατὰ χάριν τὴν ἀπὸ τοῦ κυρίου σαβαὼθ περιλειφθέντος εἰς τὴν αἰώνιον σωτηρίαν. ἵνα οὖν καὶ σαφέστερον ὑμῖν τὸ ζητούμενον νῦν γένηται, ἐρῶ ὑμῖν καὶ ἄλλους λόγους τοὺς εἰρημένους διὰ Δαβὶδ τοῦ μακαρίου· ἐξ ὧν καὶ κύριον τὸν Χριστὸν ὑπὸ τοῦ ἁγίου προφητικοῦ πνεύματος λεγόμενον νοήσετε, καὶ τὸν κύριον πάντων πατέρα ἀνάγοντα αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ καθίζοντα αὐτὸν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ, ἕως ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. ὅπερ γίνεται ἐξότου εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελήφθη μετὰ τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι, ὁ ἡμέτερος κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, τῶν χρόνων συμπληρουμένων, καὶ τοῦ βλάσφημα καὶ τολμηρὰ εἰς τὸν ὕψιστον μέλλοντος λαλεῖν ἤδη [2] ἐπὶ θύραις ὄντος, καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ διακαθέξειν Δανιὴλ μηνύει. καὶ ὑμεῖς ἀγνοοῦντες πόσον χρόνον διακατέχειν μέλλει, ἄλλο ἡγεῖσθε. τὸν γὰρ καιρὸν ἑκατὸν ἔτη ἐξηγεῖσθε λέγεσθαι. εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν, εἰς τὸ ἐλάχιστον τὸν τῆς ἀνομίας ἄνθρωπον τριακόσια πεντήκοντα ἔτη βασιλεῦσαι δεῖ, ἵνα τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ ἁγίου Δανιὴλ, [3] καὶ καιρῶν, δύο μόνους καιροὺς λέγεσθαι ἀριθμήσωμεν. καὶ ταῦτα δὲ πάντα ἃ ἔλεγον, ἐν παρεκβάσεσι λέγω πρὸς ὑμᾶς, ἵνα ἤδη ποτὲ πεισθέντες τῷ εἰρημένῳ καθ' ὑμῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὅτι υἱοὶ ἀσύνετοί ἐστε, [a] καὶ τὸ, διὰ τοῦτο ἰδοὺ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ μεταθήσω αὐτοὺς, καὶ ἀφελῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν αὐτῶν κρύψω, παύσησθε καὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ὑμῶν ἀκούοντας πλανῶντες, καὶ παρ' ἡμῶν [4] μανθάνοντες, τῶν σοφισθέντων ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος. εἰσὶν οὖν καὶ οἱ λόγοι οἱ διὰ Δαβὶδ λεχθέντες οὗτοι· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι κύριος ἐκ Σιών· καὶ κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου. ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. κύριος ἐκ δεξιῶν σου· συνέθλασεν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ βασιλεῖς. κρινεῖ ἐν τοῖς ἔθνεσι, πληρώσει [5] πτώματα. ἐκ χειμάρρου ἐν ὁδῷ πίεται· διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν.

Καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν ὅτι εἰς τὸν Εζεκίαν τὸν βασιλέα εἰρῆσθαι ἐξηγεῖσθαι τολμᾶτε, οὐκ ἀγνοῶ, ἐπεῖπον· ὅτι δὲ πεπλάνησθε, ἐξ αὐτῶν τῶν λόγων αὐτίκα ὑμῖν ἀποδείξω. ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, εἴρηται· καὶ, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, καὶ τὰ ἐπαγόμενα, καὶ τὰ προάγοντα. ἱερεὺς δὲ ὅτι οὔτε γέγονεν Εζεκίας, οὔτε ἐστὶν αἰώνιος ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ ὑμεῖς ἀντειπεῖν τολμήσετε· ὅτι δὲ

poſuiſſem duplicem illius adventum; alterum in quo punctus eſt a vobis, alterum in quo [a] agnoſcetis in quem pupugiſtis, & plangent tribus veſtræ, tribus ad tribum, mulieres ſeorſum, & viri ſeorſum; obſcura & incerta dicere viderer. Nunc vero in omni ſermone ex ſanctis apud vos & propheticis Scripturis omnem demonſtrandi rationem inſtituo, ſperans veſtrum aliquem ex eo reperiri poſſe ſemine, quod per gratiam Domini Sabaoth reliquum ad ſalutem æternam factum eſt. Itaque ut & clarius vobis id quod quærimus fiat, afferam alia etiam verba a beato illo viro Davide [b] pronuntiata: ex quibus Chriſtum intelligetis a ſancto prophetico Spiritu Dominum etiam vocari, & a Patre omnium Domino e terris revocari, & ad ipſius dextram collocari, donec Pater ponat inimicos ſcabellum pedum ejus. Quod quidem jam inde fit ex quo in cælum aſcendit redivivus ex mortuis Dominus noſter Jeſus Chriſtus, currentibus ad finem temporibus, jamque eo pro foribus adſtante, qui impia & nefanda in Altiſſimum loquuturus eſt; quem quidem *tempus & tempora & dimidium temporis* dominaturum Daniel declarat [c]. Vos autem ignari quam ſit permanſurus diu, aliud exiſtimatis. *Tempus* enim centum annos interpretamini. Quod quidem ſi ita eſt, hominem iniquitatis trecentos ad minimum & quinquaginta annos regnare oportet, ut id quod a ſancto Daniele dictum eſt, *& tempora*, pro duobus tantum temporibus numeremus. Hæc autem omnia digrediens a propoſito vobis dixi, ut tandem aliquando fidem habentes iis, quæ in vos a Deo dicuntur, nempe vos eſſe filios inſipientes; item his verbis: [d] *Propterea apponam ut transferam populum hunc, & transferam eos: &* [e] *auferam ſapientiam ſapientum, & intelligentiam intelligentium ipſorum occultabo*: deſinatis & vos ipſos & eos qui vos audiunt, in errorem inducere, & a nobis, quibus Chriſti gratia ſapientiam præſtitit, ediſcatis. Sic autem ſe habent verba Davidis: [f] *Dixit Dominus Domino meo: ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion: & tu dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principatus in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum tuorum. Ex utero ante luciferum genui te. Juravit Dominus & non pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Dominus a dextris tuis: confregit in die iræ ſuæ reges. Judicabit in nationibus, implebit ruinas. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.*

XXXIII. Atque hunc quidem pſalmum (ſic enim pergebam) non ignoro ita a vobis exponi, ut in Ezechiam dictum eſſe audeatis dicere. Vos autem errore labi, protinus vobis ex verbis ipſis demonſtrabo. Dictum eſt: *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum*. Et: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*: & quæ ſequuntur, quæque præcedunt. Ezechiam autem nec ſacerdotem fuiſſe nec æternum Dei ſacerdotem eſſe, ne ipſi quidem

[a] Zachar. XII. 10 — 14. [b] Pſal. CIX. 1. [c] Dan. VII. 25. [d] Jer. IV. 22. [e] Eſa. XXIX. 14. [f] Pſal. CIX. 1 — 7.

1. Ἐκ τοῦ .... περιλειφθέντος.] Supple σπέρματος. Vide num. 55. & 64.

2. Ἐπὶ θύραις ὄντος.] Poſt has voces addendum ὄν, admonuit Sylburgius.

3. Καὶ καιρῶν.] Clarom. καὶ καιρόν.

4. Μανθάνοντες.] Hæc referri poſſunt ad ſuperius verbum πεισθέντες. Quare nil neceſſe eſt legere μανθάνετε aut μανθάνοντα, ut Sylburgio & aliis placuit.

5. Πτώματα.] Quæ ſequuntur in Bibliis, heic librariorum negligentia omiſſa eſſe monet Cl. Thirl.

a Καὶ τὸ, διὰ τοῦτο] Legit Thirlbius καὶ τῷ, διὰ τοῦτο. Infra num. 33. habemus pariter, τὸ γάρ, ὤμοσε.

Mox in utroque ms. legitur ad marginem, τὴν σύνεσιν — ἀθετήσω. MARANUS heic.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
141.



περὶ τοῦ ἡμετέρου Ἰησοῦ εἴρηται καὶ αὗται αἱ φωναὶ σημαίνουσι. τὰ δὲ ὦτα ὑμῶν πέφρακται, καὶ αἱ καρδίαι [1] πεπήρωνται. τὸ γὰρ, ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· μεθ' ὅρκου ὁ Θεὸς διὰ τὴν ἀπιστίαν ὑμῶν ἀρχιερέα αὐτὸν κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ εἶναι ἐδήλωσε, τουτέστιν, ὃν τρόπον ὁ Μελχισεδὲκ ἱερεὺς ὑψίστου ὑπὸ Μωϋσέως ἀναγέγραπται γεγενῆσθαι, καὶ οὗτος τῶν ἐν ἀκροβυστίᾳ ἱερεὺς ἦν, καὶ τὸν ἐν περιτομῇ δεκάτας αὐτῷ προσενέγκαντα Ἀβραὰμ εὐλόγησεν, οὕτως τὸν αἰώνιον αὐτοῦ ἱερέα, καὶ κύριον ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος καλούμενον, ὁ Θεὸς τῶν ἐν ἀκροβυστίᾳ γενήσεσθαι ἐδήλου· καὶ [2] τοὺς ἐν περιτομῇ προσιόντας αὐτῷ, τουτέστι πιστεύοντας αὐτῷ καὶ τὰς εὐλογίας παρ' αὐτοῦ ζητοῦντας, καὶ αὐτοὺς [3] προσδέξεται, καὶ εὐλογήσει. καὶ ὅτι ταπεινὸς ἔσται πρῶτον ἄνθρωπος, εἶτα ὑψωθήσεται, τὰ ἐπὶ τέλει τοῦ ψαλμοῦ δηλοῖ· ἐκ χειμάῤῥου γὰρ ἐν ὁδῷ πίεται, καὶ ἅμα, διὰ τοῦτο ὑψώσει κεφαλήν.

contra audebitis dicere: id vero de Jesu nostro dictum esse, verba ipsa declarant; sed [a] aures vestræ obturatæ & corda excæcata. His enim verbis: *Juravit Dominus & non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*, jurejurando Deus propter incredulitatem vestram interposito pontificem illum secundum ordinem Melchisedech esse declaravit: hoc est, quemadmodum Melchisedech sacerdos Altissimi fuisse a Moyse scriptus est, isque eorum qui in præputio, sacerdos erat, ac Abrahamo decimas ipsi in circumcisione offerenti benedixit; sic Deus æternum suum sacerdotem, qui & Dominus a Spiritu sancto vocatus est, eorum qui in præputio, sacerdotem futurum, & circumcisos quoque ipsos ad eum accedentes; id est, in eum credentes, & benedictionem ab eo quærentes suscepturum & illis benedicturum declaravit. Primo autem humilem fore hominem, deinde exaltatum iri in extremo psalmo ostenditur: *De torrente* enim *in via bibet*; & simul: *Propterea exaltabit caput*.

Ἔτι δὲ καὶ πρὸς τὸ πεῖσαι ὑμᾶς ὅτι τῶν γραφῶν οὐδὲν συνήκατε, καὶ ἄλλου ψαλμοῦ [4] τῷ Δαβὶδ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰρημένου ἀναμνήσομαι, ὃν εἰς Σαλομῶνα, τὸν γενόμενον καὶ αὐτὸν βασιλέα ὑμῶν, εἰρῆσθαι λέγετε· εἰς δὲ τὸν Χριστὸν ἡμῶν καὶ αὐτὸς εἴρηται. ὑμεῖς δὲ ἀπὸ τῶν ὁμωνύμων λέξεων ἑαυτοὺς ἐξαπατᾶτε. ὅπου γὰρ ὁ νόμος τοῦ κυρίου ἄμωμος εἴρηται, οὐχὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον μέλλοντα, ἀλλὰ τὸν διὰ Μωϋσέως ἐξηγεῖσθε, τοῦ Θεοῦ βοῶντος, καινὸν νόμον καὶ καινὴν διαθήκην διαθήσεσθαι. καὶ ὅπου λέλεκται, ὁ Θεὸς, τὸ κρίμά σου τῷ βασιλεῖ δὸς, ἐπειδὴ βασιλεὺς Σαλομὼν γέγονεν, εἰς αὐτὸν τὸν ψαλμὸν εἰρῆσθαι φατὲ, τῶν λόγων τοῦ ψαλμοῦ διαῤῥήδην κηρυσσόντων εἰς τὸν αἰώνιον βασιλέα, τουτέστιν εἰς τὸν Χριστὸν, εἰρῆσθαι. ὁ γὰρ Χριστὸς βασιλεὺς, καὶ ἱερεὺς, καὶ Θεὸς, καὶ κύριος, καὶ ἄγγελος, καὶ ἄνθρωπος, καὶ ἀρχιστράτηγος, καὶ λίθος, καὶ παιδίον γεννώμενον, καὶ παθητὸς γενόμενος πρῶτον, εἶτα εἰς οὐρανὸν ἀνερχόμενος, καὶ πάλιν παραγινόμενος μετὰ δόξης, καὶ αἰώνιον τὴν βασιλείαν ἔχων κεκήρυκται, ὡς ἀπὸ πασῶν τῶν γραφῶν ἀποδείκνυμι. ἵνα δὲ καὶ ὃ εἶπον νοήσητε, τοὺς τοῦ ψαλμοῦ λόγους λέγω. εἰσὶ δ' οὗτοι· ὁ Θεὸς, τὸ κρίμά σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως, κρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει. ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ, καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην. κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει συκοφάντην· καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ καὶ πρὸ τῆς σελήνης εἰς γενεὰς γενεῶν. καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν. ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη· καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται Αἰθίοπες, καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσι. βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ νῆσοι δῶρα προσάξουσι· βασιλεῖς Ἀῤῥάβων καὶ Σαββᾶ δῶρα προσάξουσι. καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ

XXXIV. Adhuc autem ut vobis persuadeam nihil vos Scripturarum intelligere; alium quoque psalmum Davidi a Spiritu sancto dictatum commemorabo; quem quidem in Salomonem, qui & ipse Rex vester fuit, dictum esse contenditis: sed is quoque in Christum nostrum editus est. Vos autem ex æquivocis nominibus fucum vobis ipsis facitis. Ubi enim [b] *lex Domini immaculata* dicitur, legem intelligitis non illam quæ post Mosem futura erat, sed eam quæ per ipsum data est; quamvis Deus clamet [c] se novam legem ac novum testamentum instituturum. Et ubi dicitur, [d] *Deus judicium tuum regi da*; quia rex fuit Salomon, psalmum in eum dictum esse vultis, quamvis psalmi verba diserte declarent eum editum fuisse in æternum Regem, id est, in Christum. Christus enim rex & Sacerdos & Deus & Dominus & Angelus & homo & dux exercitus, & lapis & puer natus, ac primo perpessioni obnoxius, deinde in cælum rediens, & rursus cum gloria veniens, ac regnum habens æternum prædicatus est; quemadmodum ex omnibus scripturis demonstro. Ut autem id quod dico intelligatis, psalmi verba recitabo, quæ sic se habent: [e] *Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis: judicare populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio. Suscipiant montes pacem populo, & colles justitiam. Judicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem: & permanebit cum sole & ante lunam in generationes generationum. Descendet sicut pluvia in velus, & sicut stilla destillans super terram. Orietur in diebus ejus justitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et dominabitur a mari usque ad mare, & a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: Reges Arabum & Sabba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges terræ, & omnes gentes ser-*

a Esai. VI. 10. *b* Psal. XVIII. 8. *c* Jerem. XXXI. 31. *d* Psal. LXXI. 2. *e* Psal. LXXI. 2 — 20.

1. Πεπήρωνται.] Longe aptius ad marginem Reg. & Clarom. legitur πεπώρωνται. *corda obdurata*. Sic etiam ad calcem R. Steph.

2. Καὶ τοὺς ἐν περιτομῇ.] Lapsus est heic Justinus; nam Abrahamus tunc temporis non erat circumcisus. Exscripsit, ut alia multa Justini, ita etiam hunc errorem Tertullianus adv. Judæos cap. 3. & in Marc. lib. 5. c. 9. THIRLBIUS.

3. Προσδέξεται, καὶ εὐλογήσει.] Commodius sane legeretur προσδέξεσθαι καὶ εὐλογήσειν, vel supra καὶ ὅτι τοὺς ἐν περιτομῇ. Auctor est Tertullianus, ut Justini verba de tota gente Judæorum ad Christum redeunte intelligamus. *At in Christum*, inquit lib. 5. in Marc. cap. 9. *conveniet ordo Melchisedech: quoniam quidem Christus proprius & legitimus Dei antistes, præputiati sacerdotii Pontifex, tum in nationibus constitutus, a quibus magis suscipi habebat, cognituram se quandoque circumcisionem & Abrahæ gentem, cum ultimo venerit, acceptatione & benedictione dignabitur*.

4. Τῷ Δαβίδ.] Legendum conjicit Cl. Thirlbius τοῦ διὰ Δαβίδ ὑπὸ τοῦ. Sed mihi videtur Justinus respicere ad psalmi titulum, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, quem proinde Davidi dictatum a Spiritu sancto intelligebat.

ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ. ὅτι ἐῤῥύσατο πτωχὸν ἐκ δυνάστου, καὶ πένητα ᾧ οὐχ ὑπῆρχε βοηθός. φείσεται πτωχοῦ καὶ πένητος, καὶ ψυχὰς πενήτων σώσει. ἐκ τόκου καὶ ἐξ ἀδικίας λυτρώσεται τὰς ψυχὰς αὐτῶν· [a] καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτῶν. καὶ ζήσεται, καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἐκ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀῤῥαβίας, καὶ προσεύξονται διαπαντὸς περὶ αὐτοῦ· ὅλην τὴν ἡμέραν εὐλογήσουσι αὐτόν. καὶ ἔσται στήριγμα ἐν τῇ γῇ, ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων ὑπεραρθήσεται· ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ, καὶ ἐξανθήσουσιν ἐκ πόλεως ὡσεὶ χόρτος τῆς γῆς. ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας· πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς· πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. εὐλογητὸς κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος, καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· γένοιτο, γένοιτο. καὶ ἐπὶ τέλει τοῦ ψαλμοῦ τούτου οὗ ἔφην, γέγραπται· ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαβὶδ υἱοῦ Ἰεσσαί. καὶ ὅτι μὲν βασιλεὺς ἐγένετο ἐπιφανὴς καὶ μέγας ὁ Σολομὼν, ἐφ' οὗ [1] ὁ οἶκος Ἱερουσαλὴμ ἐπικληθεὶς ᾠκοδομήθη, ἐπίσταμαι· ὅτι δὲ οὐδὲν τῶν ἐν τῷ ψαλμῷ εἰρημένων συνέβη αὐτῷ, φαίνεται. οὔτε γὰρ πάντες οἱ βασιλεῖς προσεκύνησαν αὐτῷ, οὔτε μέχρι τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης ἐβασίλευσεν, οὔτε οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πεσόντες, χοῦν ἔλειξαν. ἀλλὰ καὶ τολμῶ λέγειν ἃ γέγραπται [2] ἐν ταῖς βασιλείαις ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντα, ὅτι [3] διὰ γυναῖκα ἐν Σιδῶνι εἰδωλολάτρει. ὅπερ οὐχ ὑπομένουσι πρᾶξαι οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν διὰ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπιγνόντες τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀλλὰ πᾶσαν αἰκίαν καὶ τιμωρίαν μέχρις ἐσχάτου θανάτου ὑπομένουσι [4] περὶ τοῦ μήτε εἰδωλολατρῆσαι, μήτε εἰδωλόθυτα φαγεῖν.

Καὶ ὁ Τρύφων· καὶ μὴν πολλοὺς τῶν τὸν Ἰησοῦν λεγόντων ὁμολογεῖν, καὶ λεγομένων Χριστιανῶν, πυνθάνομαι ἐσθίειν τὰ εἰδωλόθυτα, καὶ μηδὲν ἐκ τούτου βλάπτεσθαι λέγειν.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· καὶ ἐκ τοῦ τοιούτους εἶναι ἄνδρας, ὁμολογοῦντας ἑαυτοὺς εἶναι Χριστιανοὺς, καὶ τὸν σταυρωθέντα Ἰησοῦν ὁμολογεῖν καὶ κύριον καὶ Χριστὸν, καὶ μὴ τὰ ἐκείνου διδάγματα διδάσκοντας, ἀλλὰ τὰ [5] ἀπὸ τῶν τῆς πλάνης πνευμάτων, ἡμεῖς οἱ τῆς ἀληθινῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ καθαρᾶς διδασκαλίας μαθηταὶ, [6] πιστότεροι καὶ βεβαιότεροι γινόμεθα ἐν τῇ ἐλπίδι τῇ κατηγγελμένῃ ὑπ' αὐτοῦ. ἃ γὰρ προλαβὼν μέλλειν γίνεσθαι ἐν ὀνόματι αὐτοῦ ἔφη, ταῦτα ὄψει καὶ ἐνεργείᾳ ὁρῶμεν τελούμενα. εἶπε γὰρ, πολλοὶ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἔξωθεν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες.

A *vient ei: quia liberavit egenum a potente, & pauperem cui non erat adjutor. Parcet inopi & pauperi, & animas pauperum salvas faciet. Ex usura & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen ejus coram illis. Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & orabunt de ipso semper: tota die benedicent ei. Et erit firmamentum in terra: super summos montes extolletur: super Libanum fructus ejus: & florebunt de civitate, sicut fœnum terræ. Erit nomen ejus benedictum in sæcula: ante solem permanebit nomen ejus. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus: & benedictum nomen gloriæ ejus in æternum*
B *& in sæculum sæculi. Et replebitur gloria ejus omnis terra: fiat, fiat.* Et in fine hujus quem retuli, psalmi scriptum est: *Defecerunt hymni Davidis, filii Jesse.* Ac regem quidem illustrem & magnum fuisse Salomonem, sub quo templum illud quod vocatur Jerosolymitanum, constructum fuit, haud ignoro: sed nihil ex his quæ in psalmo dicuntur, illi contigisse liquet. Nam nec omnes reges eum adoraverunt, nec usque ad terminos orbis terrarum regnavit, nec inimici ejus coram illo cadentes, terram linxerunt. Neque etiam dicere verebor, quæ ab eo facta in libris Regnorum scribuntur, nempe illum propter mulierem Sidonia simulacra coluisse. Quod quidem ut
C committant, minime adducuntur, qui ex gentibus per Jesum crucifixum cognoverunt creatorem universorum Deum, sed cruciatum omnem & supplicium ad extremam usque mortem perferunt, ne aut simulacra colant, aut simulacris edant immolata.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 141.

XXXV. Tum Trypho: Ex his tamen, inquit, qui Jesum sese confiteri dicunt, & Christiani appellantur, multos esse audio, qui simulacris immolata manducent, seque nihil ex ea re lædi dictitent.

Tum ego sic respondi: Ex eo etiam, quod ejusmodi exstent homines, qui se esse Christianos profiteantur, & Jesum qui crucifixus est, Dominum
D & Christum confiteri, nec tamen illius doctrinam teneant, sed eam quæ est a spiritibus erroris; nos qui veræ ac puræ Jesu Christi doctrinæ discipuli sumus, firmiores in fide & constantiores simus in spe ab eo nuntiata. Quæ enim in suo nomine eventura prædixit, ea oculis & effectu ad exitum perducta cernimus. Dixit enim: [a] *Multi venient in nomine meo, extrinsecus induti ovium pellibus, intus autem sunt lupi rapaces.* Et: [b] *Erunt schismata &*

a Matth. VII. 15. b 1. Cor. XI. 18.

1. Ὁ οἶκος Ἱερουσαλὴμ ἐπικληθείς.] Supplendum τοῦ, ut legitur n. 36. τοῦ ναοῦ τῶν Ἱεροσολύμων. Supra n. 23. τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπικληθέντα. Nimirum declarat templum ob summam venerationem dictum esse Jerosolymitanum, utpote unicum & Dei jussu in hac urbe constitutum.

2. Ἐν ταῖς βασιλείαις.] Uterque codex ad marginem ἐν τῇ βίβλῳ τῶν βασιλειῶν. Sic & R. Steph. ad calcem.


3. Διὰ γυναῖκα ἐν Σιδῶνι εἰδωλολάτρει.] Mulierem heic Sidoniam interpretari, ut fecit Langus, nimis incommodum. Salomonem autem in urbe Sidoniorum, ut aliis interpretibus placuit, simulacra coluisse nullibi proditur, neque hæc Justino tribuenda sententia. Quare legere malim τοῖς ἐν Σιδῶνι εἰδώλοις ἐλάτρευε, vel saltem quasi ita scriptum esset, ita S. Martyris verba, sine ulla immutatione, accipienda: nisi quis malit ὡς ἐν Σιδῶνι. Cl. Thirlbius legendum proponit ἐν Σιὼνι εἰδωλολάτρει, vel Θεὸν ἰδὼν εἰδωλολάτρει. Eruditi viri utramque conjecturam referre visum est: sed neutram probare possum.

4. Περὶ τοῦ.] Legendum monet Cl. Thirlbius ὑπὲρ τοῦ: ac similia loca profert ex Apol. 1. n. 39. & Dialog. n. 121. & 131. Sed cum illud περὶ τοῦ idem valeat ac ὑπὲρ τοῦ, ut observabimus initio Apologiæ Athenagoræ, nihil prorsus in hoc Justini loco mutandum.

5. Ἀπὸ τῶν τῆς.] Uterque codex habet ad marginem ἀπὸ τοῦ τῆς πλάνης πνεύματος.

6. Πιστότεροι καὶ βεβαιότεροι.] Imitatur hunc locum Tertullianus lib. de Præscript. cap. 3. & 4. Præclare etiam S. Augustinus lib. de vera Relig. n. 15. *Cum autem foris sunt*, inquit, *plurimum prosunt non verum docendo quod nesciunt, sed ad verum quærendum carnales & ad verum aperiendum spiritales Catholicos excitando.* Ethnicis, qui varias illas sectas in probrum Christianæ religionis objiciebant, responderunt Clemens Alex. Strom. 7. p. 755. & Origen. 3. in Cels. p. 118.

a Καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτῶν] Sic & editio Complut. At Codd. Vat. & Alex. —— αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ. Apud Augustinum in hunc Psalmum: *Et honorabile nomen ejus coram ipsis: vel quod habent*, inquit, *codices aliqui*: & honorabile nomen eorum coram ipso.



κ᾽, ἔσονται σχίσματα κ᾽ αἱρέσεις. καὶ, προσέχετε A ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἐλεύσονται πρὸς ὑμᾶς, ἔξωθεν ἐνδεδυμένοι δέρματα προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. κ᾽, ἀναστήσονται πολλοὶ ψευδόχριστοι κ᾽ ψευδαπόστολοι, κ᾽ πολλοὺς τῶν πιστῶν πλανήσουσιν. εἰσὶν οὖν κ᾽ ἐγένοντο, ὦ φίλοι ἄνδρες, πολλοὶ, οἳ ἄθεα κ᾽ βλάσφημα λέγειν καὶ πράττειν ἐδίδαξαν, ἐν ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ προσελθόντες· καί εἰσιν ὑφ᾽ ἡμῶν ἀπὸ τῆς προσωνυμίας τῶν ἀνδρῶν, ἐξ οὗπερ ἑκάστη διδαχὴ καὶ γνώμη ἤρξατο. (ἄλλοι γὰρ κατ᾽ ἄλλον τρόπον βλασφημεῖν τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων, [1] καὶ τὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ προφητευόμενον ἐλεύσεσθαι Χριστὸν, καὶ τὸν Θεὸν Αβρααμ καὶ Ισαακ καὶ Ιακωβ διδάσκουσιν· ὧν οὐδενὶ κοινωνοῦμεν, οἱ γνωρίζοντες ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἀδίκους κ᾽ ἀνόμους αὐτοὺς ὑπάρ- B χοντας, κ᾽ ἀντὶ τοῦ τὸν Ἰησοῦν σέβειν, ὀνόματι μόνον ὁμολογεῖν· κ᾽ Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς λέγουσιν, ὃν τρόπον οἱ ἐν τοῖς ἔθνεσι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐπιγράφουσι τοῖς χειροποιήτοις, κ᾽ ἀνόμοις κ᾽ ἀθέοις [2] τελεταῖς κοινωνοῦσι.) καί εἰσιν αὐτῶν οἱ μέν τινες καλούμενοι [3] Μαρκιανοὶ, οἱ δὲ Οὐαλεντινιανοὶ, οἱ δὲ Βασιλιδιανοὶ, οἱ δὲ Σατορνιλιανοὶ, κ᾽ ἄλλοι ἄλλῳ ὀνόματι, ἀπὸ τοῦ ἀρχηγέτου τῆς γνώμης ἕκαστος ὀνομαζόμενος. ὃν τρόπον κ᾽ ἕκαστος τῶν φιλοσοφεῖν νομιζόντων, ὡς ἐν ἀρχῇ προεῖπον, ἀπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ λόγου τὸ ὄνομα ἧς φιλοσοφεῖ φιλοσοφίας ἡγεῖται φέρειν. [4] ὡς κ᾽ ἐκ τούτων ἡμεῖς, ὡς ἔφην, τὸν Ἰησοῦν κ᾽ τῶν μετ᾽ αὐτὸν γενησομένων προγνώστην ἐπιστάμεθα, κ᾽ ἐξ ἄλλων δὲ πολλῶν ὧν προεῖπε γενήσεσθαι τοῖς πιστεύουσι κ᾽ ὁμο- C λογοῦσιν αὐτὸν Χριστόν. κ᾽ γὰρ ἃ πάσχομεν πάντα ἀναιρούμενοι ἀπὸ τῶν οἰκείων, προεῖπεν ἡμῖν μέλλειν γενέσθαι, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον ἐπιλήψιμον αὐτοῦ λόγον ἢ πρᾶξιν φαίνεσθαι. [5] διὸ κ᾽ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων τῶν ἐχθραινόντων ἡμῖν εὐχόμεθα· ἵνα μεταγνόντες σὺν ἡμῖν, μὴ βλασφημῆτε τὸν διά τε τῶν ἔργων, κ᾽ τῶν ἀπὸ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κ᾽ νῦν γινομένων δυνάμεων, κ᾽ ἀπὸ τῶν τῆς διδαχῆς λόγων, κ᾽ ἀπὸ τῶν προφητευθεισῶν εἰς αὐτὸν προφητειῶν, ἄμωμον κ᾽ ἀνέγκλητον κατὰ πάντα Χριστὸν Ἰησοῦν· ἀλλὰ πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν, ἐν τῇ πάλιν γενησομένῃ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ σωθῆτε, καὶ μὴ καταδικασθῆτε εἰς τὸ πῦρ ὑπ᾽ αὐτοῦ.

Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο· ἔστω καὶ ταῦτα οὕτως ἔχοντα ὡς λέγεις, καὶ ὅτι παθητὸς Χριστὸς προεφητεύθη

A *hæreses*. Et: [a] *Cavete vobis a pseudoprophetis, qui venient ad vos, extrinsecus induti pellibus ovium, intus autem sunt lupi rapaces*. Et: [b] *Exsurgent multi pseudochristi, & pseudoapostoli, & multos fidelium seducent*. Sunt igitur, amici, & fuerunt permulti, qui impia & nefanda dicere ac facere docerent, in nomine Jesu prodeuntes: suntque a nobis appellati ex eorum nomine, a quibus secta quæque & opinio ortum habuit. Alii enim alio modo in Deum universorum, & in eum quem venturum prædixerat, Christum, & in Deum Abrahæ & Isaac & Jacob blasphemias docent. Cum horum nemine communicamus; cum atheos & impios esse ac injustos & exleges sciamus, ac Jesum minime colere, sed ver- B bis tantum confiteri. Atque illi quidem non secus ac qui in gentibus nomen Dei operibus manu factis inscribunt, ita Christianos se esse dicunt, & nefandorum ac impiorum sacrificiorum participes fiunt. Nonnulli vocantur Marciani, alii Valentiniani, alii Basilidiani, alii Satorniliani, alii aliud vocabulum habent ex suæ quisque sectæ principe: quemadmodum, ut initio dixi *, unusquisque eorum qui philosophari sibi videntur, acceptum a parente disciplinæ nomen illius philosophiæ quam sequitur, sibi ferendum existimat. Quamobrem cum ex his Jesum etiam eorum quæ post ipsum futura erant, præscium fuisse scimus, tum ex multis aliis quæ credentibus ac profitentibus eum esse Christum C eventura prædixit. Nam quæcumque patimur, dum a propinquis necamur, omnia nobis eventura prænuntiavit; ita ut facile pateat nullum ejus omnino reprehendi posse nec dictum nec factum. Quapropter & pro vobis & pro aliis omnibus hominibus qui nos oderunt, precamur, ut nobiscum resipiscentes, in eum quem & opera & quæ etiamnum ejus nominis appellatione fiunt miracula, & doctrinæ sermones, & vaticinia de eo prænuntiata intaminatum ac in omnibus inculpatum declarant, Jesum Christum, blasphemias non evomatis; sed in eum credentes, salutem in secundo ejus adventu qui gloriosus futurus est, consequamini, ac æterno igne ab eo non damnemini.

XXXVI. Tum Trypho: Sint etiam ista ut dicis; fac Christum lapidem vocatum fuisse: fac prædictum

a Matth. VII. 15. b Marc. XIII. 22. Matth. XXIV. 11. * Supra n. II.

1. Καὶ τὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ προφητευόμενον.] Hæc de Ebionitis dicta existimavit Bullus in libro de Judic. Eccles. c. 7. Sed perspicuum est de iisdem hæreticis dicta esse, qui Jesum & Christum esse & Dominum confitebantur, sed eum a prophetis creatoris & Dei Judæorum prædictum fuisse negabant, quia creatorem & Deum Judæorum, ejusque prophetias ac totum vetus Testamentum omnino rejiciebant. Ex his etiam patet Christum hoc loco nequaquam a Justino, ut ibidem existimat Bullus, Deum Abrahæ appellari. Hunc ei titulum defert S. Martyr sub finem Apol. 1. & pluribus aliis in locis: sed heic Deum Abrahæ & Isaac & Jacob appellat eum, quem hæretici verum Deum esse negabant, nempe creatorem & Deum Judæorum, cum iidem Christum pro vero Deo agnoscerent, eumque Deo Abrahæ longe majorem esse contenderent. De iisdem hæreticis vid. n. 40. & 42.

2. Τελεταῖς κοινωνοῦσι.] *Nefandis ac impiis sacris communicant*, nimirum edendo de iis, quæ dæmoniis consecrata sunt. Neque enim verisimile est Justinum ad ipsa hæreticorum mysteria respicere, & hoc loco affirmare, quod in Apol. 1. n. 26. fatetur se nescire, utrum fabulosa illa facinora hæretici necne committant. Præterea observandum est Justinum respondere Tryphoni, qui de idolothytis tantum loquutus fuerat. Non exspectabant nefarii homines dum a judicibus cogerentur, sed sua sponte dies festos Gentilium obibant, ut sacrorum participes fierent. Id ex his verbis Irenæi perspicitur: καὶ γὰρ εἰδωλόθυτα ἀδιαφόρως ἐσθίουσι, μηδὲ μολύνεσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν ἡγούμενοι, καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἑορτάσιμον τῶν ἐθνῶν τέρψιν, εἰς τιμὴν τῶν εἰδώλων γινομένην, πρῶτοι συνίασιν: *Etenim idolothyta indifferenter manducant, nihil inquinari ab iis putantes, & in omnem diem festum ethnicorum, pro voluptate in honore idolorum factum, primi conveniunt*, Iren. lib. 1. cap. 6. Parenthesis, quam apposuimus ab his verbis ἄλλοι γὰρ usque ad τελεταῖς κοινωνοῦσι debetur Cl. Thirlbio.

3. Μαρκιανοί.] Non Marci discipulos, ut Cl. Thirlbio videtur, qui Marcosii dicebantur, sed Marcionitas Justinus designat. Vix tunc prodierat hæc Marcosiorum secta, cujus parentem multo post Irenæus, ut adhuc superstitem, refellit, lib. 1. c. 13. Fatendum tamen est minus accurate Marcianos dici Marcionis discipulos. Sed arbitrium ejusmodi vocabulorum penes quemque scriptorem erat. Hinc ab Epiphanio interdum Μαρκίωνες vocantur, interdum Μαρκιωνισταί. Idem Οὐαλεντινείους dicit Valentini discipulos. Σατορνῖνον vocant Irenæus lib. 1. cap. 24. & Eusebius lib. 4. c. 7. Σατορνῖλον Hegesippus apud Eusebium lib. 4. c. 22. Epiphanius & Theodoretus. Legitur apud R. Steph. & in utroque cod. mss. Σατορνηλιανοί. Legendum videtur Βασιλειδιανοί. Sic enim omnes antiqui hos hæreticos vocant.

4. Ὡς καὶ ἐκ τούτων.] Forte ὥστε κ᾽ ἐκ τούτων.

5. Διὸ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν ... εὐχόμεθα.] Id est, dum prædictæ a Christo persequutiones eveniunt, non modo animum non despondemus, sed etiam tormenta ita constanter perferimus, ut pro ipsis etiam persequutoribus precemur. Hanc esse Justini sententiam perspicitur ex Apol. 1. n. 57. & Dialog. n. 96. & aliis ejusmodi locis.

μέλλειν εἶναι, [1] καὶ λίθος κέκληται, καὶ ἔνδοξος μετὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν, ἐν ᾗ παθητὸς φαίνεσθαι κεκήρυκτο, ἐλευσόμενος, καὶ κριτὴς πάντων λοιπὸν, καὶ αἰώνιος βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς γενησόμενος. εἰ οὗτος δέ ἐστι, περὶ οὗ ταῦτα προεφητεύθη, ἀπόδειξον.

Κἀγὼ, ὡς βούλει, ὦ Τρύφων, ἐλεύσομαι πρὸς ἃς βούλει ταύτας ἀποδείξεις ἐν τῷ ἁρμόζοντι τόπῳ, ἔφην· τὰ νῦν δὲ συγχωρήσεις μοι πρῶτον ἐπιμνησθῆναι ὧνπερ βούλομαι προφητειῶν, εἰς ἐπίδειξιν ὅτι καὶ Θεὸς καὶ κύριος τῶν δυνάμεων ὁ Χριστὸς καὶ Ἰακὼβ καλεῖται ἐν παραβολῇ ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ οἱ παρ' ὑμῖν ἐξηγηταὶ, ὡς Θεὸς βοᾷ, ἀνόητοί εἰσι, μὴ εἰς τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαι λέγοντες, ἀλλ' εἰς Σαλομῶνα, ὅτε εἰσέφερε τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου εἰς τὸν ναὸν ὃν ᾠκοδόμησεν· ἔστι δὲ ψαλμὸς τοῦ Δαβὶδ οὗτος· τοῦ κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; ἀθῷος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ· ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ. οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ κυρίου, καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ Θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν κύριον, ζητούντων [2] τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; κύριος [a] κραταιὸς καὶ δυνατὸς ἐν πολέμῳ. ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. κύριος οὖν τῶν δυνάμεων ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ Σαλομὼν ἀποδέδεικται· ἀλλὰ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς ὅτε ἐκ νεκρῶν ἀνέστη καὶ ἀνέβαινεν εἰς τὸν οὐρανὸν, κελεύονται οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ταχθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἄρχοντες, ἀνοῖξαι τὰς πύλας τῶν οὐρανῶν, ἵνα εἰσέλθῃ οὗτος ὅς ἐστι βασιλεὺς τῆς δόξης, καὶ ἀναβὰς καθίσῃ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς ἕως ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὡς διὰ τοῦ ἄλλου ψαλμοῦ δεδήλωται. ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἐν οὐρανῷ ἄρχοντες ἑώρων [b] ἀειδῆ καὶ ἄτιμον τὸ εἶδος καὶ ἄδοξον ἔχοντα αὐτὸν, οὐ γνωρίζοντες αὐτὸν, ἐπυνθάνοντο, τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; καὶ ἀποκρίνεται αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἢ ἀπὸ προσώπου τοῦ πατρὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἰδίου, κύριος τῶν δυνάμεων αὐτὸς οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. ὅτι γὰρ οὔτε περὶ Σαλομῶνος ἐνδόξου οὕτω βασιλέως ὄντος, οὔτε περὶ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, τῶν ἐφεστώτων ταῖς πύλαις τοῦ ναοῦ τῶν Ἱεροσολύμων ἐτόλμησεν ἄν τις εἰπεῖν, τίς ἐστιν οὗτος βασιλεὺς τῆς δόξης; πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσει.

A esse eum passibilem futurum, & post primum ipsius adventum, in quo passibilem venturum oracula prænuntiaverant, gloriose rediturum ac judicem deinceps omnium, & æternum regem ac sacerdotem futurum. Utrum autem iste sit, de quo hæc prædicta sunt, demonstra.

At ego: Ut placet, Trypho, veniam in tempore & loco ad eas quas petis, demonstrationes: sed nunc per te mihi liceat prius commemorare quas volo prophetias; ut Christum demonstrem & Deum & Dominum virtutum & Jacob per similitudinem vocari a Spiritu sancto; vestrosque interpretes, ut Deus clamat [a], insipientes esse, qui hæc in Christum dicta non esse B contendant, sed in Salomonem, cum tabernaculum testimonii in templum a se ædificatum inferret. Est autem psalmus Davidis iste: [b] *Domini est terra & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo. Ipse super maria fundavit eum, & super flumina præparavit eum. Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, & non juravit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam a Deo salvatore suo. Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacob. Tollite portas, principes, vestras, &* C *elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens in prælio. Tollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ.* Dominum ergo virtutum Salomonem non esse demonstravi *; sed cum Christus noster ex mortuis resurrexisset, & in cælum ascenderet, jubentur in cælis ordinati a Deo principes aperire portas cælorum, ut intret iste rex gloriæ, & ascendens sedeat [c] ad dexteram Patris, donec ponat inimicos scabellum pedum ejus, quemadmodum ex alio psalmo ostendimus **. Nam cum cæli principes inforD mi eum & ingloria & humili specie viderent, nec eum cognoscerent, ita percontabantur: *Quis est iste rex gloriæ?* Et respondet eis Spiritus sanctus aut Patris aut suo ipsius nomine: *Dominus virtutum, iste ipse est rex gloriæ.* Nam nec de Salomone, cujus adeo gloriosum exstitit regnum, nec de tabernaculo testimonii quemquam eorum, qui ad portas templi Jerosolymitani excubabant, ausurum fuisse dicere, *Quis est iste rex gloriæ*, quilibet fatebitur.

Καὶ ἐν διαψάλματι τεσσαρακοστοῦ ἕκτου ψαλμοῦ, ἔφην, εἰς τὸν Χριστὸν οὕτως εἴρηται· ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. ψάλατε τῷ

XXXVII. In diapsalmate autem psalmi quadragesimi sexti hæc in Christum dicta sunt: [d] *Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ. Psal-*

[a] Jerem. IV. 22. [b] Psalm. XXIII. * Num. XXXIV. [c] Psalm. CIX. 1. ** Num. XXXIII. [d] Psalm. XLVI. 6 — 10.


1. Καὶ λίθος κέκληται.] Non video, cur hæc verba, quæ superioribus Justini dictis n. 34. respondent, hunc in locum Cl. Thirlbius irrepsisse putet. Commodius illa quidem ponerentur ante καὶ παθητὸς προεφητεύθη, idque in interpretando sum sequutus. Sed sæpe in hoc Dialogo accuratissimam verborum constructionem negligit Justinus, ut supra n. 3. in his verbis μὴ ἐναντία δρώσαις ὡσανεὶ, & infra n. 43. κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν, & n. 86. initio.

2. Τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ.] Quod Justinus paullo ante dixit, καὶ Ἰακὼβ καλεῖται ἐν παραβολῇ, id videtur suadere, Justinum scripsisse τὸ πρόσωπόν σου Ἰακώβ. THIRLBIUS. Vide Nobilium.

a Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς ἐν πολέμῳ] Librarius similitudine falsus, ut fit, hæc duo verba, Κύριος δυνατὸς, omisit. PERIONIUS. Biblia, Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ. Justinus Apol. I. n. LI. Κύριος κραταιὸς καὶ Κύριος δυνατός. THIRLBIUS.

b Κύριον ἀειδῆ καὶ ἄτιμον τὸ εἶδος κ. τ. λ.] Minus accurate Christus specie & decore caruisse diceretur in ipso ascensionis triumpho. Eumdem Psalmum de Christo dictum esse contendit S. Martyr n. LXXXV. Sed humilem illum statum primi adventus finibus circumscribere videtur. Immerito autem ex ejusmodi locis in quibus Christus inglorius & informis apparuisse dicitur, deformem ei vultum attribui colligeremus. Primus illius adventus dicitur informis & inglorius n. CXXI. MARANUS in *Addend.* p. 604.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε. ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψά- A
λατε· ὅτι βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ὁ Θεός· ψάλατε συνετῶς. ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη· ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ, ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. καὶ ἐν ἐνενηκοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ ὀνειδίζει ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ τοῦτον ὃν μὴ θέλετε βασιλέα εἶναι, βασιλέα καὶ κύριον καὶ τοῦ Σαμουὴλ καὶ τοῦ Ἀαρὼν καὶ Μωϋσέως καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἁπλῶς ὄντα μηνύει. εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι τοῦ ψαλμοῦ οὗτοι· ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ, σαλευθήτω ἡ γῆ. κύριος ἐν Σιὼν μέγας καὶ ὑψηλός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς λαούς. ἐξομολογησάσθωσαν τῷ ὀνόματί σου τῷ μεγάλῳ, ὅτι φοβερὸν καὶ ἅγιόν ἐστι, καὶ τιμὴ B
βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ. σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας, κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. ὑψοῦτε κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ· ὅτι ἅγιός ἐστι. Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ, καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ἐπεκαλοῦντο (φησὶν ἡ γραφὴ) τὸν κύριον, καὶ αὐτὸς εἰσήκουεν αὐτῶν· ἐν στύλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς· [1] ὅτι ἐφύλασσον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καὶ τὸ πρόσταγμα ὃ ἔδωκεν αὐτοῖς. κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, σὺ ἐπήκουες αὐτῶν· ὁ Θεὸς, σὺ εὐίλατος ἐγένου αὐτοῖς, καὶ ἐκδικῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν. ὑψοῦτε κύριον Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ· ὅτι ἅγιος κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. C

lite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite. Quoniam rex omnis terræ Deus: psallite intelligenter. Regnavit Deus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: quoniam Dei fortes terræ valde elevati sunt. Et in psalmo nonagesimo octavo exprobrat vobis Spiritus sanctus, & hunc quem non vultis regem esse, regem & dominum & Samuelis & Aaronis & Mosis & aliorum prorsus omnium esse declarat. Sunt vero psalmi verba hæc: [a] *Dominus regnavit; irascantur populi: qui sedet super Cherubim, commoveatur terra. Dominus in Sion magnus, & excelsus est super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, & sanctum est, & honor regis judicium diligit. Tu parasti directiones: judicium & justitiam in Jacob tu fecisti. Exaltate Dominum Deum nostrum: & adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est. Moyses, & Aaron in sacerdotibus ejus: & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. Invocabant* (ait Scriptura) *Dominum: & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. Quia custodiebant testimonia ejus, & præceptum quod dedit illis. Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto ejus: quoniam sanctus Dominus Deus noster.*

Καὶ ὁ Τρύφων εἶπεν, ὦ ἄνθρωπε, καλὸν ἦν πεισθέντας ἡμᾶς [2] τοῖς διδασκάλοις νομοθετήσασι μηδενὶ ἐξ ὑμῶν ὁμιλεῖν, μηδέ σοι τούτων κοινωνῆσαι τῶν λόγων. βλάσφημα γὰρ πολλὰ λέγεις, τὸν σταυρωθέντα τοῦτον ἀξιῶν πείθειν ἡμᾶς γεγενῆσθαι μετὰ Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν, καὶ λελαληκέναι αὐτοῖς ἐν στύλῳ νεφέλης· εἶτα ἄνθρωπον γενόμενον, σταυρωθῆναι, καὶ ἀναβεβηκέναι εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ πάλιν [3] παραγίνεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ προσκυνητὸν εἶναι.

XXXVIII. Heic Trypho: Præclare faceremus, inquit, si magistris nostris morem gerentes, qui vestrum cuiquam venire in colloquium lege vetuerunt, ne horum quidem sermonum communionem tecum haberemus. Impie enim multa dicis, crucifixum illum persuadere nobis postulans cum Mose & Aarone versatum fuisse, & eos in columna nubis alloquutum: deinde hominem factum ac cruci affixum fuisse, & in cælum ascendisse, ac rursus in terram venturum, eumdemque adorandum esse.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· οἶδα ὅτι, ὡς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἔφη, κέκρυπται ἀφ' ὑμῶν ἡ σοφία ἡ μεγάλη αὕτη τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων καὶ παντοκράτορος Θεοῦ. διὸ συμπαθῶν ὑμῖν προσκάμνειν ἀγωνίζομαι, ὅπως τὰ D
παράδοξα ἡμῶν ταῦτα νοήσητε· εἰ δὲ μὴ, ἵνα κἂν αὐτὸς ἀθῷος ὦ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· ἔτι γὰρ [4] καὶ παραδοξοτέρους δοκοῦντας ἄλλους λόγους ἀκούσετε. μὴ ταράσσεσθε δὲ, ἀλλὰ μᾶλλον προθυμότεροι γενόμενοι ἀκροαταὶ καὶ ἐξετασταὶ μένετε, καταφρονοῦντες τῆς παραδόσεως τῶν ὑμετέρων διδασκάλων· ἐπεὶ [5] οὐ τὰ διὰ τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ἐλέγχονται νοεῖν δυνάμενοι, ἀλλὰ τὰ ἴδια μᾶλλον διδάσκειν προαιρούμενοι. ἐν τεσσαρακοστῷ οὖν τετάρτῳ ψαλμῷ ὁμοίως εἴρηται εἰς τὸν Χριστὸν ταῦτα. ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ. ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσί σου· διὰ τοῦτο εὐλόγησέ σε ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου

Tum ego sic respondi: Scio absconditam vobis esse, ut ait divinus sermo [b], magnam illam creatoris omnium & omnipotentis Dei sapientiam. Quare misericordia in vos commotus, contentione omni allaboro, ut hæc nostra quæ præter opinionem vestram dicuntur, intelligatis; vel saltem ego crimine vacem in die judicii: adhuc enim audietis, quæ ab opinione vestra magis remota videantur. Sed ne turbemini; quin potius alacriores auditores & inquisitores manete, traditionem magistrorum vestrorum contemnentes: eo quippe nomine arguuntur a Spiritu sancto [c], quod intelligere non possint quæ a Deo docentur, sed sua magis docere studeant. In psalmo igitur quadragesimo quarto, hæc in Christum similiter dicta sunt: [d] *Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea, calamus scribæ velociter scribentis. Speciosus forma præ filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis:*

[a] Psalm. XCVIII. [b] Esai. XXIX. 14. I. Cor. I. 19. II. 6—8. [c] Ibid. [d] Psalm. XLIV.

1. Ὅτι ἐφύλασσον.] Deest ὅτι in utroque codice ms.


2. Τοῖς διδασκάλοις νομοθετήσασι.] Hanc agendi rationem infra n. 112. Judæis exprobrat Justinus.

3. Παραγίνεσθαι.] Necesse non est heic futurum cum Sylburgio reponere; cum familiares sint Justino temporum immutationes, ac præterea præsens pro futuro sæpe usurpetur in ejusmodi locis apud accuratissimos scriptores.

4. Καὶ παραδοξοτέρους.] Vel ea promittere videtur, quæ de Verbi generatione ex substantia Patris in secunda parte Dialogi edisseret, vel quæ de vocatione gentium & reprobatione Judæorum in tertia parte.

5. Οὐ διὰ τὰ τοῦ Θεοῦ.] Multas se in partes vertit Cl. Thirlbius, ut hunc locum qui minime corruptus est, sanet. Legendum proponit τὰ διατάγματα τοῦ Θεοῦ, vel τὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος. Nec eruditus ille vir, nec alii interpretes Justini viderunt illud ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος referri ad verbum ἐλέγχονται: quo quidem semel animadverso, non difficiles erunt hæ voces, τὰ διὰ τοῦ Θεοῦ. Subaudiendum enim διδασκόμενα aut aliquod simile verbum, quod Justinus lectori supplendum relinquere solet. Sic enim num. 34. ὅτου γὰρ ὁ νόμος ... οὐχὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον μέλλοντα, ἀλλὰ τὸν διὰ Μωϋσέως ἐξηγεῖσθε. Et num. 53. τὸν διὰ τῶν προφητῶν νόμον. Et num. 35. ὁ λόγος τῆς προφητείας τῆς διὰ Δαβίδ. Vid. Apol. 1. num. 59.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατὲ, τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου· καὶ ἔντεινε, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πρᾳότητος καὶ δικαιοσύνης· καὶ ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου. τὰ βέλη σου ἠκονημένα, δυνατὲ· λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται, ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε [1] ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. σμύρναν [a] καὶ στακτὴν καὶ κασίαν ἀπὸ τῶν ἱματίων σου, ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, ἐξ ὧν εὔφρανάν σε. θυγατέρες βασιλέων ἐν τῇ τιμῇ σου. παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ B οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ. καὶ θυγάτηρ Τύρου ἐν δώροις. τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ. πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν, ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι [2] ὀπίσω αὐτῆς· αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονταί σοι. ἀπενεχθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει, ἀχθήσονται εἰς ναὸν βασιλέως. ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν οἱ υἱοί σου· καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. μνησθήσομαι [b] τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. διὰ τοῦτο λαοὶ ἐξομολογήσονταί σοι εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς C τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

A *propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime, specie tua & pulcritudine tua: & intende, & prospere procede, & regna, propter veritatem & mansuetudinem & justitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, potentissime; populi sub te cadent, in corde inimicorum regis. Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi: virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exsultationis præ participibus tuis. Myrrha & gutta, & casia, a vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te. Filiæ regum in bonore tuo. Adstitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumamicta, variegata. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliviscere populum tuum & domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quia ipse est Dominus tuus: & adorabunt eum. Et filia Tyri in muneribus. Vultum tuum deprecabuntur divites plebis. Omnis gloria filiæ regis intrinsecus, in fimbriis aureis, circumamicta, variegata. Afferentur regi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exsultatione: adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram. Recordabor nominis tui in omni generatione & generatione: propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæculi.*

Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, ἐπεῖπον, εἰ καὶ ἡμᾶς μισεῖτε τοὺς ταῦτα νοοῦντας, καὶ ἐλέγχοντας ὑμῶν τὴν ἀεὶ σκληροκάρδιον γνώμην. καὶ γὰρ Ἠλίας περὶ ὑμῶν πρὸς τὸν Θεὸν ἐντυγχάνων οὕτως λέγει· κύριε τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν· κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου. καὶ ἀποκρίνεται αὐτῷ, ἔτι εἰσί μοι ἑπτακισχίλιοι ἄνδρες, οἳ οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. ὃν οὖν τρόπον διὰ τοὺς ἑπτακισχιλίους ἐκείνους τὴν ὀργὴν οὐκ ἐπέφερε τότε ὁ Θεὸς, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν [3] οὐδέπω τὴν κρίσιν ἐπήνεγκεν ἢ ἐπάγει, γινώσκων ἔτι καθ᾽ ἡμέραν τινὰς μαθητευομένους εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ ἀπολείποντας τὴν ὁδὸν τῆς πλάνης· οἳ καὶ λαμβάνουσι δόματα ἕκαστος, ὡς ἄξιοί εἰσι, φωτιζόμενοι διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ τούτου. ὁ μὲν γὰρ λαμβάνει συνέσεως πνεῦμα, ὁ δὲ βουλῆς, ὁ δὲ ἰσχύος, ὁ δὲ ἰάσεως, ὁ δὲ προγνώσεως, ὁ δὲ διδασκαλίας, ὁ δὲ φόβου Θεοῦ.

D

Καὶ ὁ Τρύφων πρὸς ταῦτα εἶπέ μοι· ὅτι παραφρονεῖς ταῦτα λέγων, ἐπίστασθαί σε βούλομαι.

Κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, ἄκουσον ὦ οὗτος, ἔλεγον, ὅτι οὐ μέμηνα, οὐδὲ παραφρονῶ· ἀλλὰ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλευσιν προεφητεύθη αἰχμαλωτεῦσαι αὐτὸν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πλάνης, καὶ δοῦναι ἡμῖν δόματα. εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· ἀνέβη εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. E οἱ λαβόντες οὖν ἡμεῖς δόματα παρὰ τοῦ εἰς ὕψος ἀναβάντος Χριστοῦ, ὑμᾶς τοὺς σοφοὺς ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονας, ἀπὸ τῶν προφητικῶν λόγων ἀποδείκνυμεν ἀνοήτους, καὶ χείλεσι μόνον τιμῶντας τὸν Θεὸν, καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. ἡμεῖς δὲ καὶ ἐν ἔργοις καὶ γνώσει καὶ καρδίᾳ, μέχρι θα-

XXXIX. Nec quidquam mirum, ajebam, si nos quoque odistis, qui hæc intelligimus, & cordis vestri semper obdurescentis sententiam arguimus: nam & Elias de vobis cum Deo agens hæc ait: [a] *Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subruerunt: & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.* Et ei respondetur: *Adhuc mihi supersunt septem millia hominum, qui non flexerunt genu coram Baal.* Quemadmodum igitur propter illa septem millia suam tum Deus iracundiam non emittebat; ita & nunc judicium nondum intulit, neque infert; quippe cum sciat adhuc quotidie nonnullos in nomen Christi sui institui, & ab erroris via discedere: qui quidem dona accipiunt, ut quisque dignus est, per hujus Christi nomen illuminati. Hic enim accipit spiritum sapientiæ, ille consilii, alius fortitudinis, alius curationis, alius præcognitionis, alius doctrinæ, alius timoris Dei.

Ad hæc Tripho: Volo, inquit, noveris te hæc dicentem desipere.

At ego ad illum: Audi, sodes, nec insanio, nec desipio. Sed prædictum est fore, ut Christus, postquam in cælum ascendisset, nos ab errore captivos abduceret, ac dona nobis daret. Sunt autem hæc ipsa verba: [b] *Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* Nos igitur donis ab eo qui in altum ascendit, Christo acceptis, vos [c] *qui in vobis ipsis sapientes estis, & coram vobis ipsis scientes*, ex propheticis sermonibus demonstramus desipere ac [d] solis labiis Deum ejusque Christum colere. Nos autem qui in omni veritate sumus instituti, & ope-

a III. Reg. XIX. 14. b Psalm. LXVII. 19. c Esai. V. 21. d Esai. XXIX. 13.

1. Ὁ Θεός.] Legendum ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου, ut infra n. 56. & 63.


2. Ὀπίσω αὐτῆς.] Uterque codex ὀπίσω αὐτοῦ.

3. Οὐδέπω τὴν κρίσιν.] Vide Apol. 2. num. 7.

a Σμύρναν] Sic & infra n. LXIII. At Biblia: Σμύρνα καὶ στακτὴ καὶ κασία. THIRLBIUS.

b Μν[...]σομαι] Ita & biblia Aldina, & Complutensia. Romana (cum cod. Alexandrino) μνησθήσονται. V. Nobilium, & Hexapla Cl. Montfauconi. IDEM.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 141.



νάτου, οἱ [1] ἐκ πάσης τῆς ἀληθείας μεμαθητευμένοι, τιμῶμεν. ὑμεῖς δὲ ἴσως καὶ διὰ τοῦτο διστάζετε A ὁμολογῆσαι ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὡς αἱ γραφαὶ ἀποδεικνύουσι [2] καὶ τὰ φαινόμενα καὶ τὰ γινόμενα ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ἵνα μὴ διώκησθε ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, [3] οἳ οὐ παύσονται ἀπὸ τῆς τοῦ πονηροῦ καὶ πλάνου πνεύματος, τοῦ ὄφεως, ἐνεργείας, θανατοῦντες καὶ διώκοντες τοὺς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ὁμολογοῦντας, ἕως πάλιν παρῇ, καὶ καταλύσῃ πάντας, καὶ τὸ κατ᾽ ἀξίαν ἑκάστῳ προσνείμῃ.

Καὶ ὁ Τρύφων· ἤδη οὖν τὸν λόγον ἀπόδος ἡμῖν, ὅτι οὗτος ὅν φῂς ἐσταυρῶσθαι καὶ ἀνεληλυθέναι εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐστὶν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ. ὅτι γὰρ καὶ παθητὸς ὁ Χριστὸς διὰ τῶν γραφῶν κηρύσσεται, καὶ μετὰ δόξης πάλιν [4] παραγίνεσθαι, καὶ αἰώνιον τὴν βασιλείαν πάντων τῶν ἐθνῶν λήψεσθαι, πάσης βασιλείας B αὐτῷ ὑποτασσομένης, ἱκανῶς διὰ τῶν προανιστορημένων ὑπὸ σοῦ γραφῶν ἀποδέδεικται· ὅτι δὲ οὗτός ἐστιν, ἀπόδειξον ἡμῖν.

Κἀγὼ, ἀποδέδεικται μὲν ἤδη, ὦ ἄνδρες, τοῖς ὦτα ἔχουσι καὶ ἐκ τῶν ὁμολογουμένων ὑφ᾽ ὑμῶν· ἀλλ᾽ ὅπως μὴ νομίσητε ἀπορεῖν με καὶ μὴ δύνασθαι καὶ πρὸς ἃ ἀξιοῦτε ἀποδείξεις ποιεῖσθαι, ὡς ὑπεσχόμην, ἐν τῷ προσήκοντι τόπῳ ποιήσομαι· τὰ νῦν δὲ ἐπὶ τὴν συνάφειαν ὧν ἐποιούμην λόγων ἀποτρέχω.

Τὸ μυστήριον οὖν τοῦ προβάτου [5] ὃ τὸ πάσχα θύειν ἐντέταλται ὁ Θεὸς, τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ· οὗ τῷ αἵματι, κατὰ τὸν λόγον τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, χρίονται τοὺς οἴκους ἑαυτῶν, τουτέστιν ἑαυτοὺς, οἱ πιστεύοντες C εἰς αὐτόν. ὅτι γὰρ τὸ πλάσμα ὃ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, οἶκος ἐγένετο τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντες νοεῖν δύνασθε. καὶ ὅτι πρόσκαιρος ἦν καὶ αὕτη ἡ ἐντολὴ, οὕτως ἀποδείκνυμι. οὐδαμοῦ θύεσθαι τὸ πρόβατον τοῦ πάσχα ὁ Θεὸς συγχωρεῖ, [6] εἰ μὴ ἐπὶ τόπῳ ᾧ ἐπικέκληται τὸ ὄνομα αὐτοῦ· εἰδὼς ὅτι ἐλεύσονται ἡμέραι μετὰ τὸ παθεῖν τὸν Χριστὸν, ὅτε καὶ ὁ τόπος τῆς Ἱερουσαλὴμ τοῖς ἐχθροῖς ὑμῶν παραδοθήσεται, καὶ παύσονται ἅπασαι ἁπλῶς προσφοραὶ γινόμεναι. καὶ τὸ κελευσθὲν πρόβατον ἐκεῖνο ὀπτὸν ὅλον γίνεσθαι, τοῦ πάθους τοῦ σταυροῦ δι᾽ οὗ πάσχειν ἔμελλεν ὁ Χριστὸς, σύμβολον ἦν. [7] τὸ γὰρ ὀπτώμενον πρόβατον, σχηματιζόμενον ὁμοίως D τῷ σχήματι τοῦ σταυροῦ, ὀπτᾶται. εἷς γὰρ ὄρθιος ὀβελίσκος διαπερονᾶται ἀπὸ τῶν κατωτάτω μερῶν μέχρι τῆς κεφαλῆς, καὶ εἷς πάλιν κατὰ τὸ μετάφρενον, ᾧ προσαρτῶνται καὶ αἱ χεῖρες τοῦ προβάτου. καὶ οἱ ἐν τῇ νηστείᾳ δὲ [8] τράγοι δύο ὅμοιοι κελευσθέντες γίνεσθαι, ὧν ὁ εἷς ἀποπομπαῖος ἐγίνετο, ὁ δὲ ἕτερος εἰς προσφορὰν, τῶν δύο παρουσιῶν τοῦ Χριστοῦ καταγγελία ἦσαν· μιᾶς μὲν, ἐν ᾗ ὡς ἀποπομπαῖον αὐτὸν παρεπέμψαντο οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ

ribus & cognitione & corde ad mortem usque colimus. Forte autem idcirco etiam dubitatis hunc, quemadmodum declarant Scripturæ & quæ in omnium oculis posita sunt, & quæ in ejus nomine fiunt, Christum esse confiteri, ne vos insectentur principes, qui nefarii & fallacis spiritus, sive serpentis, operatione eos, qui nomen Christi confitentur, occidere & insectari non desinent, donec iterum adsit, & omnes destruat, & digna cuique præmia rependat.

Heic Trypho: Jam igitur, inquit, rationem nobis affer, cur iste quem crucifixum esse dicis & in cælum ascendisse, Christus sit Dei. Passibilem enim Christum in Scripturis prædicari, ac rursus cum gloria venturum, & æternum omnium gentium imperium, omnibus regnis ei subjectis, accepturum, satis ex Scripturis a te supra recitatis demonstratum est. Hunc autem ipsum esse nobis demonstra.

At ego: Id jam, viri, iis qui aures habent, demonstratum est, vel ex his ipsis quæ a vobis concessa sunt: sed ne me putetis hærere, nec ea etiam quæ petitis, demonstrare posse; faciam id convenienti loco, ut pollicitus sum: nunc autem seriem institutæ orationis prosequor.

XL. Mysterium igitur agni, quem Pascha immolare præcepit Deus, figura erat Christi, cujus sanguine, pro fidei in eum suæ ratione, domos suas inungunt qui credunt in eum, id est, seipsos: nam illud plasma quod Deus effinxit, nempe Adamum, domum fuisse afflati a Deo spiritus, vos quoque omnes intelligere potestis. Hoc autem ipsum etiam præceptum ad tempus datum sic demonstro. Agnum Paschæ Deus alibi immolari non sinit, quam in loco, in quo invocatum est nomen ejus: cum sciret venturos post Christi passionem dies, quibus urbs Jerusalem hostibus vestris traderetur, & omnes prorsus oblationes fieri desinerent. Atque hic agnus quem totum assari præcipitur, supplicii crucis per quam Christus erat passurus, symbolum erat. Agnus enim qui assatur, ad similitudinem figuræ crucis dispositus assatur. Alterum enim veru ab infimis partibus ad caput usque recta transfigitur; alterum vero secundum scapulas, ad quod etiam manus agni suspenduntur. Atque etiam duo illi hirci, quos in jejunio similes offerri præscriptum erat, quorumque alter emissarius erat, alter offerebatur, duplicem Christi adventum nuntiabant: alterum, in quo eum velut emissarium seniores populi vestri & sacerdotes eduxerunt, manusque ei

1. Ἐκ πάσης τῆς ἀληθείας.] Vel Catholicos heic opponit Hæreticis (sic enim n. 35. de Catholicis, ἡμεῖς οἱ τῆς ἀληθινῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ καθαρᾶς διδασκαλίας μαθηταὶ) vel Christianos Judæis. — Sed parum refert, utrum Christianis quatenus Judæis opponuntur, an Catholicis quatenus adversantur hæreticis, totius veritatis cognitio attribuatur. Nam, ut observatum est in Præfat. part. 2. cap. ult. quidquid in hoc Dialogo Justinus ad defensionem religionis Christianæ disputat, id Ecclesiæ Catholicæ dicatur, & a sectis prorsus alienum est. — Ista huic Notæ subjicit Maranus in *Addendis* p. 604.

2. Καὶ τὰ φαινόμενα,] Videtur his verbis designare conversionem gentium; sequentibus autem, miracula in Christi nomine fieri solita.

3. Οἳ οὐ παύσονται.] Non providebat S. Martyr fore aliquando, ut Ecclesia sub Imperatoribus Christianis floreret. Atque in hoc assentientem habet Tertullianum, qui sic loquitur Apologet. c. 21. *Sed & Cæsares credidissent super Christo, si aut Cæsares non essent sæculo necessarii, aut si & Christiani potuissent esse Cæsares.*

4. Παραγίνεσθαι.] Heic etiam, ut supra, futurum obtrudit Sylburgius. Sed non major immutandi contextus necessitas.

5. Ὃ τὸ πάσχα θύειν.] Similis constructio mox occurrit, τὸ πλάσμα ὃ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδάμ. Itaque illud τὸ πάσχα idem valet ac Paschalis victima, nec necesse est legere τῷ πάσχα, ut erudito Londinensi editori visum est.

6. Εἰ μὴ ἐπὶ τόπῳ.] Hoc argumento, quod evidenter probat legem non æternam esse, ut Judæi sibi fingebant, sed ad tempus datam, usi sunt multi alii scriptores, ut Tertullianus adv. Jud. cap. 5. Eusebius Demonstr. Evangel. lib. 1. c. 6. p. 17. S. Joannes Chrysost. Orat. IV. in Jud. n. 4. S. Cyrillus lib. 9. in Jul. p. 312.

7. Τὸ γὰρ ὀπτώμενον πρόβατον.] Salmasius epist. de Cruce p. 244. & Bochartus Hieroz. part. 1. col. 615. & Georgius Eliezer Edzardus, vir doctrinæ Hebraicæ peritissimus, annot. ad Avoda Sara cap. 3. p. 234. existimant non cujuslibet agni, sed Paschalis tantum, assationem heic describi, quod mihi non sit verisimile. Reclamant, nisi fallor, ipsa verba & series orationis. Thirlbius.

8. Τράγοι δύο ὅμοιοι.] Hujus explicationis auctor fuit Justino S. Barnabas, seu quicumque alius epistolam scripsit, quæ S. Barnabæ tribuitur. Vid. c. 7. hujus epistolæ & Tertullianum adv. Jud. c. 14. Vide etiam Cyrill. Alex. in Jul. lib. 9. pag. 302.

οἱ ἱερεῖς, ἐπιβαλόντες αὐτῷ τὰς χεῖρας, καὶ θανατώσαντες αὐτόν· καὶ τῆς δευτέρας δὲ αὐτοῦ παρουσίας, [1] ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ τῶν Ἱεροσολύμων [2] ἐπιγνωσθήσεσθε αὐτὸν τὸν ἀτιμωθέντα ὑφ' ὑμῶν, καὶ προσφορὰ ἦν ὑπὲρ πάντων τῶν μετανοεῖν βουλομένων ἁμαρτωλῶν, καὶ νηστευόντων, ἣν καταλέγει Ἠσαΐας νηστείαν, διασπῶντες στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τὰ κατηριθμημένα ὑπ' αὐτοῦ, ἃ καὶ αὐτὸς ἀνιστόρησα, φυλάσσοντες, ἃ ποιοῦσιν οἱ τῷ Ἰησοῦ πιστεύοντες. καὶ ὅτι καὶ ἡ τῶν δύο τράγων τῶν νηστείᾳ κελευσθέντων προσφέρεσθαι προσφορὰ οὐδαμοῦ ὁμοίως συγκεχώρηται γίνεσθαι, εἰ μὴ ἐν Ἱεροσολύμοις, ἐπίστασθε.

A injecerunt, & morte eum mulctarunt: alterum vero, quia in eodem Jerosolymorum loco agnoscetis eum, quem contumelia affecistis, quique oblatio erat pro omnibus peccatoribus pœnitentiam agere volentibus, ac jejunium illud, quod dicit Esaias [a], observantibus, colligationes violentorum contractuum dissolvendo, ac cetera similiter tenendo, quæ ab eo enumerata, & a me recitata [*], ab his qui credunt in Jesum, observantur. Hanc autem etiam duorum hircorum oblationem, qui in jejunio jussi erant offerri, similiter alibi quam Jerosolymis, fieri nefas fuisse scitis.

Καὶ ἡ τῆς σεμιδάλεως δὲ προσφορά, ὦ ἄνδρες, ἔλεγον, ἡ ὑπὲρ τῶν καθαριζομένων ἀπὸ τῆς λέπρας προσφέρεσθαι παραδοθεῖσα, τύπος ἦν τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, ὃν εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους οὗ ἔπαθεν ὑπὲρ τῶν καθαιρομένων τὰς ψυχὰς ἀπὸ πάσης πονηρίας ἀνθρώπων, Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν, ἵνα ἅμα τε εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ ὑπέρ τε τοῦ τὸν κόσμον ἐκτικέναι σὺν πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῷ διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀπὸ τῆς κακίας ἐν ᾗ γεγόναμεν ἠλευθερωκέναι ἡμᾶς, καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καταλελυκέναι τελείαν κατάλυσιν διὰ τοῦ παθητοῦ γενομένου κατὰ τὴν βουλὴν αὐτοῦ. ὅθεν περὶ μὲν τῶν ὑφ' ὑμῶν τότε προσφερομένων θυσιῶν λέγει ὁ Θεός, ὡς προέφην, διὰ Μαλαχίου ἑνὸς τῶν δώδεκα· οὐκ ἔστι θέλημά μου ἐν ὑμῖν, λέγει κύριος· καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά· ὅτι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει κύριος· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. περὶ δὲ τῶν ἐν παντὶ τόπῳ ὑφ' ἡμῶν τῶν ἐθνῶν προσφερομένων αὐτῷ θυσιῶν, τουτέστι τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, καὶ τοῦ ποτηρίου ὁμοίως τῆς εὐχαριστίας, προλέγει τότε, εἰπὼν καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ δοξάζειν ἡμᾶς, ὑμᾶς δὲ βεβηλοῦν. ἡ δὲ ἐντολὴ τῆς περιτομῆς, κελεύουσα τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἐκ παντὸς περιτέμνειν τὰ γεννώμενα, τύπος ἦν τῆς ἀληθινῆς περιτομῆς ἣν περιετμήθημεν ἀπὸ τῆς πλάνης καὶ πονηρίας διὰ τοῦ ἀπὸ νεκρῶν ἀναστάντος τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἡμέρᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. μία γὰρ τῶν σαββάτων, [3] πρώτη μένουσα τῶν πασῶν ἡμερῶν, κατὰ τὸν ἀριθμὸν πάλιν τῶν πασῶν ἡμερῶν τῆς κυκλοφορίας ὀγδόη καλεῖται, καὶ πρώτη οὖσα μένει.

B XLI. Similæ quoque oblatio, viri, ajebam, pro iis, qui a lepra purgabantur, præscripta, figura erat panis Eucharistiæ, quem Dominus noster Jesus Christus in recordationem passionis pro his qui ab omni pravitate purgantur, susceptæ fieri præcepit; ut & simul gratias agamus Deo, tum quod mundum & omnia quæ in eo sunt, propter hominem creaverit; tum quod nos a nequitia in qua fuimus, liberaverit, & principatus & potestates funditus profligaverit per eum, qui de ejus voluntate passioni factus est obnoxius. Hinc de sacrificiis quidem quæ tunc a vobis offerebantur, sic Deus, ut jam dixi [**], per Malachiam unum ex duodecim, loquitur: [b] *Non est voluntas mea in*
C *vobis, dicit Dominus, & sacrificia non suscipiam de manibus vestris: propterea quod ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus; & in omni loco offertur incensum nomini meo & victima pura: quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus. Vos autem illud profanatis.* De iis autem quæ in omni loco a nobis gentibus offeruntur ei, sacrificiis, hoc est, de pane Eucharistiæ & de calice similiter Eucharistiæ; jam tum prædicit, illud etiam addens, nomen suum a nobis glorificari, a vobis autem profanari. Jam vero præceptum illud circumcisionis, ut infantes octavo die omnino circumciderentur, figura erat veræ circumcisionis, qua ab er-
D rore & nequitia per eum qui a mortuis resurrexit una sabbatorum die, Jesum Christum Dominum nostrum circumcisi sumus. Una enim sabbatorum, cum prima maneat omnium dierum, rursus secundum numerum omnium dierum in orbem elabentium vocatur octava, & prima esse non definit.

Ἀλλὰ καὶ τὸ [4] δώδεκα κώδωνας ἐξῆφθαι τοῦ ποδήρους τοῦ ἀρχιερέως παραδεδόσθαι, τῶν δώδεκα ἀποστόλων τῶν ἐξαφθέντων ἀπὸ τῆς δυνάμεως τοῦ αἰωνίου ἱερέως Χριστοῦ, δι' ὧν τῆς φωνῆς ἡ πᾶσα γῆ τῆς δόξης καὶ χάριτος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐπληρώθη, σύμβολον ἦν. διὸ καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐ-

XLII. Quin etiam quod traditum erat, ut duodecim tintinnabula ex talari veste summi sacerdotis appenderentur, duodecim Apostolorum ex virtute æterni sacerdotis Christi pendentium, quorum vox universam terram gloria & gratia Dei & Christi ejus replevit, significatio fuit. Quapropter David ita loquitur: [c] *In omnem terram exivit sonus eo-*

[a] Esai. LVIII. 5 — 7. [*] Num. XV. [**] Num. XXVIII. [b] Malach. I. 10 — 12. [c] Psalm. XVIII. 5.


1. Ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ.] Necesse non est legere ὅσε ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ. Rationem enim affert Justinus cur oblatus ille similis hircus secundæ repræsentationi Christi respondeat.

2. Ἐπιγνωσθήσεσθε.] Mallet Sylburgius ἐπιγνώσεσθε. Mox illa verba καὶ προσφορὰ ἦν, *dura & vix ferenda* Cl. Thirlbio videntur. Legendum videtur ante hæc verba ὃς. Tertullianus jejunium intelligit de reprobis *jejunantibus a salute* in secundo adventu, dum *sacerdotes templi spiritualis, id est, Ecclesiæ, Dominicæ gratiæ quasi visceratione quadam* fruentur.

3. Πρώτη μένουσα.] Eadem habemus supra n. 23. & infra num. 138. Forte legendum πρώτη μὲν οὖσα, ut conjicit Cl. Thirlbius.

4. Δώδεκα κώδωνας.] Nonnullorum hominum supercilium in hac allegorica interpretatione causam arripuit sancti Martyris irridendi & exagitandi. Sed cum Philo Judæus summum sacerdotem veste talari indutum divini Verbi imaginem esse doceat lib. de Profug. pag. *466.* ac in illius tintinnabulis aliisque ornamentis arcanas quasdam significationes persequatur lib. de Migratione Abrah. p. 404. & de Vita Mosis p. *673.* non imperite Justinus ad religionis defensionem adhibet quod ipsi dederant adversarii. Huc accedit quod hæretici de tintinnabulis multa perabsurde nugabantur. Valentiniani duodecim primos Æones significari volebant, ut testatur Irenæus lib. 1. cap. 11. Multo detestabilior Gnosticorum impietas, qui, teste Epiphanio Hæres. 26. pag. 94. tintinnabula hunc in usum instituta dicebant, ut Judæorum Deus, quem hominem asini figura fingebant, sonitu admonitus sese subtraheret. Quid mirum si Justinus, qui in refellendis hæreticis totus erat, saniores interpretationes impiis eorum nugis opponit? Vid. Clem. Alex. Strom. 5. p. 561. & seqq.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



τῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. καὶ ὁ Ἠσαΐας ὡς ἀπὸ προσώπου τῶν ἀποστόλων λεγόντων τῷ Χριστῷ, ὅτι οὐχὶ τῇ ἀκοῇ αὐτῶν πιστεύουσιν, ἀλλὰ τῇ αὐτοῦ πέμψαντος αὐτοὺς δυνάμει· [1] διὸ λέγει οὕτως· κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐνώπιον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ, καὶ τὰ ἑξῆς τῆς προφητείας προλελεγμένα. τὸ δὲ εἰπεῖν τὸν λόγον ὡς ἀπὸ προσώπου πολλῶν, ἀνηγγείλαμεν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἐπαγαγεῖν, ὡς παιδίον, δηλωτικὸν τοῦ τοὺς πονηροὺς ὑπηκόους αὐτοῦ γενομένους ὑπηρετῆσαι τῇ κελεύσει αὐτοῦ, καὶ πάντας ὡς ἓν παιδίον γεγενῆσθαι. ὁποῖον καὶ ἐπὶ τοῦ σώματός ἐστιν ἰδεῖν· πολλῶν ἀριθμουμένων μελῶν, τὰ σύμπαντα ἓν καλεῖται καὶ ἐστὶ σῶμα. καὶ γὰρ δῆμος καὶ ἐκκλησία, πολλοὶ τὸν ἀριθμὸν ὄντες ἄνθρωποι, ὡς ἓν ὄντες πρᾶγμα, τῇ μιᾷ κλήσει καλοῦνται καὶ προσαγορεύονται. καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα ἁπλῶς, ὦ ἄνδρες, ἔφην, τὰ ὑπὸ Μωσέως διαταχθέντα, δύναμαι καταριθμῶν ἀποδεικνύναι τύπους καὶ σύμβολα καὶ καταγγελίας τῶν τῷ Χριστῷ γίνεσθαι μελλόντων, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν πιστεύειν προεγνωσμένων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ὁμοίως γίνεσθαι μελλόντων. ἀλλὰ ἐπειδὴ καὶ ἃ κατηριθμησάμην τὰ νῦν ἱκανὰ δοκεῖ μοι εἶναι, ἐπὶ τὸν λόγον τῇ τάξει παριὼν ἔρχομαι.

A rum, *& in fines orbis terræ verba eorum.* Et Esaias velut ex persona Apostolorum Christo dicentium non suæ ipsorum prædicationi, sed illius a quo missi sunt, potestati fidem haberi, sic loquitur: [a] *Domine quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? Annuntiavimus coram eo tamquam puellus, sicut radix in terra sitienti*; & quæ sequuntur jam ex eadem prophetia deprompta *. Quod autem ait Scriptura velut ex persona multorum, *Annuntiavimus coram eo*, & addit, *tamquam puellus*; significat id quod evenit, ut pravi homines summissi ei ac dociles facti, ipsius jussis ministrarent, ac omnes instar unius puelli fierent. Quale est etiam quod in corpore videre licet: cum B multa membra numerentur, omnia unum vocantur & sunt corpus. Nam & populus & ecclesia, cum multi sint numero homines, tamquam una res essent, appellatione una vocantur & designantur. Ac cetera quidem prorsus omnia, o viri, a Mose instituta enumerans demonstrare possum, ajebam, imagines & signa & prænuntiationes fuisse tum eorum quæ Christo eventura erant, tum eorum qui in eum credituri prænoscebantur, tum eorum etiam similiter, quæ Christus ipse facturus erat. Sed quia quæ recensui, satis mihi impræsentiarum videntur esse, ad orationis seriem revertor.

Ὡς οὖν ἀπὸ Ἀβραὰμ ἤρξατο περιτομή, καὶ ἀπὸ Μωσέως σάββατον καὶ θυσίαι καὶ προσφοραὶ καὶ ἑορταί, καὶ ἀπεδείχθη διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν ταῦτα διατετάχθαι, οὕτως παύσασθαι ἔδει [2] κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν εἰς τὸν διὰ τῆς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ φυλῆς Ἰούδα, καὶ Δαβὶδ παρθένου γεννηθέντα υἱὸν τοῦ Θεοῦ Χριστόν· ὅστις καὶ αἰώνιος νόμος, καὶ καινὴ διαθήκη τῷ παντὶ κόσμῳ ἐκηρύσσετο προελευσόμενος, ὡς αἱ προλελεγμέναι προφητεῖαι σημαίνουσι. καὶ ἡμεῖς, οἱ διὰ τούτου προσχωρήσαντες τῷ Θεῷ, οὐ ταύτην τὴν κατὰ σάρκα παρελάβομεν περιτομήν, ἀλλὰ πνευματικήν, ἣν Ἐνὼχ καὶ οἱ ὅμοιοι ἐφύλαξαν. ἡμεῖς δέ, διὰ τοῦ βαπτίσματος αὐτὴν, ἐπειδὴ [3] ἁμαρτωλοὶ ἐγεγόνειμεν, διὰ τὸ ἔλεος τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐλάβομεν, καὶ πᾶσιν ἐφετὸν ὁμοίως λαμβάνειν. περὶ δὲ τοῦ τῆς γενέσεως αὐτοῦ μυστηρίου ἤδη λέγειν κατεπείγοντος, λέγω. Ἠσαΐας οὖν περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἀνεκδιήγητόν ἐστιν ἀνθρώποις, οὕτως ἔφη, ὡς καὶ προγέγραπται· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου [4] ἤχθη εἰς θάνατον. ὡς ἀνεκδιηγήτου οὖν ὄντος τοῦ γένους τούτου ἀποθνήσκειν μέλλοντος, ἵνα τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰαθῶμεν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἄνθρωποι, τὸ προφητικὸν πνεῦμα ταῦτα εἶπεν. ἔτι καὶ ἵνα ὃν τρόπον γέγονεν ἐν κόσμῳ γεννηθεὶς, ἐπιγνῶναι ἔχωσιν οἱ πιστεύοντες αὐτῷ ἄνθρωποι, διὰ τοῦ αὐτοῦ Ἠσαΐου τὸ προφητικὸν πνεῦμα ὡς μέλλει γίνεσθαι προεφήτευσεν οὕτως· καὶ προσέθετο κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχὰζ, λέγων, αἴτησον σεαυτῷ σημεῖον παρὰ κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. καὶ εἶπεν Ἀχὰζ, οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ μὴ πειράσω κύριον. καὶ εἶπεν Ἠσαΐας, ἀκούετε δὴ ὁ οἶκος Δαβίδ· μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; καὶ πῶς κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; διὰ τοῦ-

XLIII. Quemadmodum igitur ab Abrahamo cir- C cumcisio, a Mose autem sabbatum & victimæ & munera & feriæ incœperant, atque, ut demonstratum est, ob duritiam cordis populi vestri instituta fuerant; ita ea desinere oportebat in eum, qui secundum voluntatem Patris, ex virgine generis Abrahæ, tribus Juda & stirpis David, genitus est, Filium Dei Christum: qui & lex æterna & novum testamentum universo mundo prædicabatur adventurus, ut jam allata oracula demonstrant. Ac nos quidem, qui per eum ad Deum accessimus, non istam carnis circumcisionem accepimus, sed spiritualem, quam Henoch ejusque similes custodierunt; atque hanc per baptismum, quia in peccatis fueramus, misericordia Dei consequuti sumus; licet- D que omnibus similiter consequi. Sed cum jam urgeat de illius nativitatis mysterio disputatio, id mihi agendum est. Esaias igitur de ipsius Christi genere, non enarrabile illud hominibus esse sic asseruit, ut jam ** scripsimus: [b] *Generationem ejus quis enarrabit? quia tollitur a terra vita ejus: ab iniquitatibus populi mei ductus est in mortem.* Qui ergo moriturus erat, ut ejus livore homines peccatores sanaremur, illius genus non enarrabile esse propheticus Spiritus his verbis declarat. Praterea ut possent qui in eum credunt, quonam modo genitus in mundum venerit, agnoscere; per eumdem Esaiam Spiritus propheticus rem, ut erat eventura, prædixit his verbis: [c] *Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum a* E *Domino Deo tuo in profundum, sive in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit Esaias: Audite nunc domus David: Numquid parum vobis est certamen præbere homini-*

a Esai. LIII. 1. 2. * Num. XIII. ** Num. XIII. b Esai. LIII. 8. c Esai. VII. 10 — 16.


1. Διὸ λέγει οὕτως.] Legendum conjicit Thirlbius δυνάμει δηλονότι, λέγει οὕτως. Sed forte illud, διὸ redundat hoc loco, ut sæpe alias δὲ, γάρ, οὖν apud Justinum, dum disserendi ardorem sequitur. Vide n. 56. initio.

2. Κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλήν.] Hæc referri debent ad Incarnationem, quam Justinus, ut *mysterium* longe maximum, Patris voluntate factam dicere solet, ut Apol. 1. n. 46. & 63. Apol. 2. n. 5. Dialog. n. 24. 48. 87. Similis verborum constructio, vel librariorum, vel ipsius Justini properantis incuria, animadvertitur in his verbis num. 86. μετὰ τὸ σταυρωθῆναι τοῦτον ὃν ἔνδοξον πάλιν παραγενήσεσθαι ἀποδεικνύουσιν αἱ γραφαί.

3. Ἁμαρτωλοὶ ἐγεγόνειμεν.] Sic etiam supra n. 41: τῆς κακίας ἐν ᾗ γεγόναμεν.

4. Ἤχθη.] Legitur in utroque codice ms. ἥχθην. Grabius *de vitiis* LXX. *interpretum* (p. 39.) legendum monet in hoc Dialogi loco ἥκει, ut supra num. 13. & Apol. 1. num. 51. Sed reclamat Thirlbius & opponit illud Dialog. num. 89. προεῖπον οἱ προφῆται ὅτι ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ ἀχθήσεται εἰς θάνατον.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
141.



το δώσει κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Εμμανουήλ. βούτυρον καὶ μέλι φάγεται, πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν ἢ προελέσθαι πονηρὰ, [1] καὶ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν· διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀπειθεῖ πονηρὰ, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν· [2] διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ σκῦλα Σαμαρείας ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. καὶ καταληφθήσεται ἡ γῆ ἣν σὺ σκληρῶς οἴσεις ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων. ἀλλ' ἐπάξει ὁ Θεὸς [3] ἐπὶ σὲ καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός σου ἡμέρας, αἳ οὐδέπω ἥκασιν ἐπὶ σὲ, ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἀφεῖλεν Εφραῒμ ἀπὸ Ιούδα, τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων. ὅτι μὲν οὖν ἐν τῷ γένει τῷ κατὰ σάρκα τοῦ Ἀβραὰμ, οὐδεὶς οὐδέποτε ἀπὸ παρθένου γεγέννηται, οὐδὲ λέλεκται γεγεννημένος, ἀλλ' ἢ οὗτος ὁ ἡμέτερος Χριστὸς, πᾶσι φανερόν ἐστιν. ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν τολμᾶτε λέγειν, μηδὲ εἰρῆσθαι ἐν τῇ προφητείᾳ τοῦ Ησαΐου, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, ἀλλ', ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱόν· καὶ ἐξηγεῖσθε τὴν προφητείαν ὡς εἰς Εζεκίαν τὸν γενόμενον ὑμῶν βασιλέα, πειράσομαι καὶ ἐν τούτῳ καθ' ὑμῶν βραχέα ἐξηγήσασθαι, καὶ ἀποδεῖξαι εἰς τοῦτον εἰρῆσθαι τὸν ὁμολογούμενον ὑφ' ἡμῶν Χριστόν.

A *bus? & quomodo Domino præbetis certamen? Propterea dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum & mel comedet, antequam sciat, aut præeligere mala & eligere bonum; quoniam antequam cognoscat puer bonum, vel malum, reprobat mala, eligendo bonum.* [a] *Antequam sciat puer vocare patrem aut matrem, tollet virtutem Damasci & spolia Samariæ coram rege Assyriorum.* [b] *Et capietur terra, quam tu duriter feres a facie duorum regum. Sed adducet Deus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui, dies, qui necdum venerunt super te, a die quo abstulit Ephraim a Juda, regem Assyriorum.* B Neminem sane in Abrahæ secundum carnem genere umquam exstitisse, præter hunc Christnm nostrum, qui ex virgine natus esset, aut natus diceretur, omnibus manifestum est. Sed quia vos ac magistri vestri afferere audetis non dictum esse in prophetia Esaiæ, *Ecce virgo in utero habebit*, sed, *Ecce adolescentula in utero concipiet & pariet filium*; & quia prophetiam ita exponitis, quasi in Ezechiam qui rex vester fuit, dicta esset; conabor de hoc quoque contra vos pauca differere, & in hunc quem Christum esse confitemur, dictam demonstrare.

Οὕτω γὰρ κατὰ πάντα ἀθῶος ὑμῶν χάριν εὑρεθήσομαι, εἰ ἀποδείξεις ποιούμενος ἀγωνίζωμαι ὑμᾶς πεισθῆναι. ἐὰν δὲ ὑμεῖς σκληροκάρδιοι μένοντες, ἢ ἀσθενεῖς τὴν γνώμην διὰ τὸν ἀφωρισμένον τοῖς Χριστιανοῖς θάνατον, τῷ ἀληθεῖ συντίθεσθαι μὴ βούλησθε, ἑαυτοῖς αἴτιοι φανήσεσθε. [4] καὶ ἐξαπατᾶτε ἑαυτοὺς, ὑπονοοῦντες διὰ τὸ εἶναι τοῦ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα σπέρμα, πάντως κληρονομήσειν τὰ κατηγγελμένα παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ δοθήσεσθαι ἀγαθά. οὐδεὶς γὰρ [5] οὐδὲ ἐκείνων οὐδαμόθεν λαβεῖν ἔχει πλὴν οἱ τῇ γνώμῃ ἐξομοιωθέντες τῇ πίστει τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ἐπιγνόντες [6] τὰ μυστήρια πάντα, λέγω δὲ ὅτι τὶς μὲν ἐντολὴ εἰς θεοσέβειαν καὶ δικαιοπραξίαν διετέτακτο· τὶς δὲ ἐντολὴ καὶ πρᾶξις ὁμοίως εἴρητο, ἢ εἰς μυστήριον τοῦ Χριστοῦ, [7] διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν, ἐν τῷ Ιεζεκιὴλ περὶ τούτου ἀποφαινόμενος ὁ Θεὸς εἶπεν· ἐὰν Νῶε

XLIV. Sic enim omnino, quantum ad vos attinet, C innocens reperiar, si demonstrationibus adhibendis in id incumbam, ut vobis persuadeam. Sin autem in cordis duritia permanentes, aut animo infirmi ob sancitam in Christianos mortem, veritati nolueritis assentiri; manifestum erit vos mali auctores esse vobismetipsis. Ac vos quidem ipsi decipitis, qui eo quod semen Abrahæ sitis secundum carnem, omnino bonorum de quibus nuntiatum est fore, ut a Deo per Christum dentur, hereditatem accepturos putetis. Nemo enim, ne ex illo quidem semine, quidquam accipere potest, præter eos qui animo assimilati fuerint Abrahæ fidei, & mysteria omnia agnoverint, id est, alia quædam præcepta ad Dei cultum & justitiæ observationem esse data; alia autem præcepta & opera, vel ad D Christi mysterium, vel ob duritiam cordis populi vestri similiter esse descripta. Atque ita sese rem habere Deus apud Ezechielem pronuntiat in hæc ver-

a Esai. VIII. 4. *b* Esai. VII. 16. 17.

1. Καὶ ἐκλέξασθαι.] Infra num. *66.* πονηρὰ, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν, atque ita legitur in codice Claromontano.

2. Διότι πρὶν ἢ ... καταληφθήσεται.] Hæc intrusa in hunc locum fuisse, nec in cap. 7. Esaiæ reperiri observat R. Steph. Legitur in Bibliis καταλειφθήσεται.

3. Ἐπὶ σέ.] Hæc infra n. *66.* non leguntur.


4. Καὶ ἐξαπατᾶτε ἑαυτούς.] Non difficile est hujus loci juncturam cum præcedenti animadvertere. Postquam dixit Justinus magnam culpam commerituros Judæos, si veritati assentiri nolint; refellit inanem eorum fiduciam, quæ ad spernendas Justini minas incitare poterat. Idem ergo est ac si dixisset: Nec justa est vestra fiducia, sed vos ipsi decipitis, &c. Quare inutiles Thirlbii conjecturæ καὶ ἐξαπατήσετε, καὶ γὰρ ἐξαπατᾶτε, καὶ μὴ ἐξαπατᾶτε. Fatetur ipse sibi eas non placere.

5. Οὐδὲ ἐκείνων.] Id est, ex illo Abrahæ semine. Ex qua S. Martyris sententia manifeste sequitur iis etiam, qui ex Abrahæ semine non erant, necessariam fuisse illius fidei imitationem. Neque id de illis tantum temporibus intelligi debet, quæ Evangelii promulgationem sequuta sunt. Pluribus enim locis docet Justinus eamdem semper justificationis legem exstitisse. Vide supra n. 11. 23. 30. Conjicit Cl. Thirlbius legendum οὐδεὶς γὰρ οὐδὲν ἐκείνων. *Nemo enim quidquam ex his bonis percipere ulla ratione potest.* Conjecturam suam fulcit his duobus Dialogi locis: σὺν ἡμῖν καὶ κλῆρον μὲν ἕξουσι βουλήσονται κἂν ὀλίγον τόπον ὅσοι οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς καὶ λέγοντες εἶναι τέκνα Ἀβραὰμ, n. 25. τί οὖν ἐστιν ὃ λέγεις; ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν κληρονομήσει ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ τοῦ Θεοῦ οὐδέν; num. 26.

6. Τὰ μυστήρια πάντα, λέγω δὲ ὅτι.] Non difficile est investigare quænam illa sit omnium mysteriorum cognitio, quam Justinus necessariam esse ad salutem docet. Ipse enim mentem suam explicat, ac totam rem revocat ad distinctionem eorum quæ ad pietatem & justitiam, & eorum quæ ob duritiem cordis præscripta fuerant. Sed quæri potest cur hujus distinctionis cognitionem necessariam putet ad salutem; deinde vero cur hac distinctione mysteria omnia contineri dicat. Quod spectat ad primam quæstionem; cum Justinus necessarium fuisse Judæis existimet, ut fidem Abrahæ imitarentur; illud etiam necessarium existimare debuit, ut fiduciam suam in legis ritibus non ponerent, nec justi sibi ob circumcisionem & sabbata viderentur, sed hæc instituta ab æterna Dei lege distinguerent. Mirum autem videri non debet, cur omnia mysteria hac cognitione contineri putet. Quidquid enim in hac prima Dialogi parte ex veteri Testamento depromit, quidquid de Christi divinitate & incarnatione differit, illud eo spectat, ut justificationem non per circumcisionem & Mosaica instituta, sed per sanguinem Christi comparari probet. Hinc etiam n. *67.* distinctionem illam legis & gratiæ, veluti præcipuum quoddam novæ legis institutum prædicat. *Cur igitur*, inquit, *aliud Testamentum Deus futurum promisit, nec ut istud institutum fuerat, sed sine metu & tremore & fulguribus institutum iri dixit, & tale ut demonstret quodnam præceptum, sive opus, æternum & omni generi conveniens judicet Deus, quodnam autem accommodate ad duritiam populi vestri ... mandaverit.*

7. Διὰ τὸ σκληροκάρδιον.] Legendum ἢ διὰ τὸ σκληροκάρδιον, idque jam Langus & Thirlbius viderunt.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



καὶ [1] Ἰακὼβ καὶ Δανιὴλ ἐξαιτήσωνται ἢ υἱοὺς ἢ θυγατέρας, οὐ μὴ δοθήσεται αὐτοῖς. καὶ ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ εἰς τοῦτο αὐτὸ ἔφη οὕτως· εἶπε κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ἐξελεύσονται, καὶ ὄψονται τὰ κῶλα τῶν παραβεβηκότων ἀνθρώπων. ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί. [2] ὡς τεμόντας ὑμᾶς ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν τὴν ἐλπίδα ταύτην, σπουδάσαι δεῖ ἐπιγνῶναι δι' ἧς ὁδοῦ ἄφεσις ὑμῖν τῶν ἁμαρτιῶν γενήσεται, καὶ ἐλπὶς τῆς κληρονομίας τῶν κατηγγελμένων ἀγαθῶν. ἔστι δ' οὐκ ἄλλη, ἢ αὕτη, ἵνα τοῦτον τὸν Χριστὸν ἐπιγνόντες, καὶ λουσάμενοι τὸ ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν διὰ Ἠσαΐου κηρυχθὲν λουτρὸν, ἀναμαρτήτως λοιπὸν ζήσητε.

A ba: [a] *Si Noe & Jacob & Daniel depoposcerint vel filios vel filias, non dabitur eis.* Et apud Esaiam in hanc ipsam sententiam ita loquitur: [b] *Dixit Dominus Deus: Et egredientur & videbunt membra prævaricatorum hominum. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt in spectaculum omni carni.* Quapropter hanc spem ex animis vestris recidentes elaborare oportet, ut cognoscatis quanam via ad remissionem peccatorum & spem hereditatis promissorum bonorum perveniatis. Alia autem non est, nisi hæc, ut hunc Christum agnoscentes, ac illo ad peccatorum remissionem baptismo quem Esaias prædicavit, abluti sine peccato deinceps vivatis.

B

Καὶ ὁ Τρύφων· εἰ καὶ ἐγκόπτειν δοκῶ τοῖς λόγοις τούτοις οἷς λέγεις ἀναγκαίοις οὖσιν ἐξετασθῆναι, ἀλλ' οὖν κατεπείγοντος τοῦ ἐπερωτήματος ὃ ἐξετάσαι βούλομαι, ἀνάσχου μου πρῶτον.

Κἀγώ· ὅσα βούλει ἐξέταζε ὡς σοὶ ἐπέρχεται· ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὰς ἐξετάσεις καὶ ἀποκρίσεις τοὺς λόγους ἀναλαμβάνειν πειράσομαι καὶ πληροῦν.

Κἀκεῖνος, εἰπὲ οὖν μοι, ἔφη· οἱ ζήσαντες κατὰ τὸν νόμον τὸν διαταχθέντα διὰ Μωσέως, ζήσονται ὁμοίως τῷ Ἰακὼβ, καὶ τῷ Ἐνὼχ, καὶ τῷ Νῶε, ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει, ἢ οὔ;

Κἀγὼ πρὸς αὐτόν· εἰπόντος μου, ὦ ἄνθρωπε, τὰ λελεγμένα ὑπὸ τοῦ Ἰεζεκιὴλ, ὅτι κἂν Νῶε καὶ Δανιὴλ καὶ Ἰακὼβ ἐξαιτήσωνται υἱοὺς καὶ θυγατέρας, μὴ δοθήσεται αὐτοῖς, ἀλλ' ἕκαστος τῇ αὐτοῦ δικαιοσύνῃ δηλονότι [3] σωθήσεται· ὅτι καὶ τοὺς κατὰ τὸν νόμον τὸν Μωσέως πολιτευσαμένους ὁμοίως σωθήσεσθαι εἶπον. καὶ γὰρ ἐν τῷ Μωσέως νόμῳ τὰ φύσει καλὰ καὶ εὐσεβῆ καὶ δίκαια νενομοθέτηται πράττειν [4] τοὺς πειθομένους αὐτοῖς· καὶ πρὸς σκληροκαρδίαν δὲ τοῦ λαοῦ διαταχθέντα γίνεσθαι ὁμοίως ἀναγέγραπται, ἃ καὶ ἔπραττον οἱ ὑπὸ τὸν νόμον. ἐπεὶ οἱ τὰ καθόλου καὶ φύσει καὶ αἰώνια καλὰ ἐποίουν, εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ τούτου ἐν τῇ ἀναστάσει ὁμοίως τοῖς προγενομένοις αὐτῶν δικαίοις, Νῶε καὶ Ἐνὼχ καὶ Ἰακὼβ, καὶ εἴ τινες ἄλλοι γεγόνασι, σωθήσονται [5] σὺν τοῖς ἐπιγνοῦσι τὸν Χριστὸν τοῦτον τοῦ Θεοῦ υἱὸν, ὃς καὶ πρὸ ἑωσφόρου καὶ σελήνης ἦν, καὶ διὰ τῆς παρθένου ταύτης ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Δαβὶδ γεννηθῆναι σαρκοποιηθεὶς ὑπέμεινεν, ἵνα διὰ τῆς οἰκονομίας ταύτης ὁ πονηρευσάμενος τὴν ἀρχὴν ὄφις, καὶ οἱ ἐξομοιωθέντες αὐτῷ ἄγγελοι καταλυθῶσι, καὶ ὁ θάνατος καταφρονηθῇ, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ ἀπὸ τῶν πιστευόντων αὐτῷ καὶ εὐαρέστως ζώντων παύσηται τέλεον, ὕστερον μηκέτ' ὢν, ὅταν οἱ μὲν εἰς κρίσιν καὶ καταδίκην τοῦ πυρὸς ἀπαύστως κολάζεσθαι πεμφθῶσιν, οἱ δὲ [6] ἐν ἀπαθείᾳ καὶ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀλυπίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ συνῶσιν.

XLV. Tum Trypho: Etsi, inquit, ea videor interpellare, quæ ad pertractandum necessaria edisseris; urgente tamen ea quæstione quam volo ponere, fac primum ut me perferas.

Tum ego: Quidquid placuerit interroga, ut in mentem veniet: nam etiam post interrogata & responsa orationem resumere conabor & absolvere.

At ille: Dic mihi igitur, inquit, qui secundum præscripta legis per Mosem institutæ vixerunt, utrum ii necne similiter ac Jacob, Henoch & Noe in resurrectione mortuorum vivent?

Et ego ad illum: Cum ea protuli, Trypho, quæ ab Ezechiele dicta sunt, *Etiamsi Noe, Daniel &* C *Jacob filios & filias suas deprecentur, minime eis concessum iri*, sed pro se quemque, sua ipsius videlicet justitia, salvum fore; eos quoque, qui secundum legem Mosis vixerunt, salvos similiter futuros dixi. Nam quæ natura præclara, & pia & justa sunt, ea in Mosis lege his qui legi parent, facienda præscribuntur: & quæ ad duritiam cordis populi jussa sunt observari, ea similiter præscripta sunt, & ab his qui sub lege erant, observata. Siquidem qui ea faciebant, quæ universe & natura & perpetuo præclara sunt, ii Deo grati sunt; & per hunc Christum in resurrectione similiter ac ii qui ante eos justi fuere, Noe, Enoch & Jacob, & si qui alii, salutem consequentur una cum iis, D qui hunc Christum Dei filium agnoscunt: qui & ante luciferum & lunam erat, & ex illa Davidici generis virgine caro factus nasci sustinuit; ut per hanc dispensationem serpens ille qui ab initio improbe egit, & assimilati ei angeli profligentur, ac mors contemnatur, & in secundo ipsius Christi adventu ab his qui in eum credunt, & ita vivunt ut ei placeant, penitus facessat, nec jam ulla sit; cum alii quidem in judicium & condemnationem ignis perpetuo cruciandi mittentur, alii vero perpessionis & corruptionis & doloris expertem statum atque immortalitatem consequentur.

Ἐὰν δέ τινες καὶ νῦν ζῆν βούλωνται φυλάσσοντες τὰ διὰ Μωσέως διαταχθέντα, καὶ πιστεύσωσιν ἐπὶ τοῦτον τὸν σταυρωθέντα Ἰησοῦν, ἐπιγνόντες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτῷ δέδοται τὸ κρῖναι

XLVI. Si qui autem nunc etiam vivere velint, Mosis instituta servando, & credant in hunc Jesum crucifixum, agnoscentes eum esse Christum Dei, eique datum esse omnes omnino judicare, illiusque

a Ezech. XIV. 20. b Esai. LXVI. 23. 24.

1. Ἰακώβ.] Ita mss. & R. Stephanus. Sic etiam paullo post legitur, & infra num. 140. idem Ezechielis testimonium. At Sylburgius restituit Ἰώβ, ut in Bibliis habetur, quod quidem eo minus probandum, quod & sæpissime a vulgatis editionibus recedit Justinus, & hoc loco Jacobi nomen, quod fortasse illius memoriam pro Jobo subiit, aptissimum erat ad refellendam Jacobi posterorum arrogantiam.

2. Ὡς τεμόντας.] Legendum videtur ὥστε τεμόντας.


3. Σωθήσεται.] Legit Cl. Thirlbius δικαιοσύνῃ σωθήσεται, δῆλον ὅτι, vel δικαιοσύνῃ δηλονότι σωθήσεται· δῆλον ὅτι.

4. Τοὺς πειθομένους αὐτοῖς.] Vel legendum αὐτῷ, vel, si nihil mutetur, illud αὐτοῖς intelligendum de iis, quæ præcipiuntur in lege. Mox pro γίνεσθαι legit τινὰ Cl. Thirlbius.

5. Σὺν τοῖς ἐπιγνοῦσι τὸν Χριστὸν τοῦτον.] Illud ἐπιγνοῦσι, de iis intelligendum qui post Christi adventum fuere. Neque enim duos ordines salvandorum instituit Justinus, quorum alii Christum cognoverint, sive in eum crediderint, alii non: nec quidquam magis alienum a S. Martyris doctrina, quam Christum veteribus Patriarchis cognitum negare.

6. Ἐν ἀπαθείᾳ.] Præpositionem expungit H. Steph.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



πάντας ἁπλῶς, καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἡ αἰώνιος βασιλεία, (A) δύνανται καὶ αὐτοὶ σωθῆναι; ἐπυνθάνετό μου.

Κἀγὼ πάλιν, συσκεψώμεθα κἀκεῖνο, εἰ ἔνεστιν, ἔλεγον, φυλάσσειν τὰ διὰ Μωϋσέως διαταχθέντα ἅπαντα νῦν.

Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο, οὔ· [1] γνωρίζομεν γάρ ἔτι, ὡς ἔφης, οὔτε [2] πρόβατον τοῦ πάσχα ἀλλαχόσε θύειν δυνατὸν, οὔτε τοὺς τῇ νηστείᾳ κελευσθέντας προσφέρεσθαι χιμάρους, οὔτε τὰς ἄλλας ἁπλῶς ἁπάσας προσφοράς.

Κἀγώ· τίνα οὖν [3] ἃ δυνατόν ἐστι φυλάσσειν, παρακαλῶ λέγε αὐτός· πεισθήσῃ γὰρ ὅτι μὴ φυλάσσων [4] τὰ αἰώνια δικαιώματά τις ἢ πράξας, σωθῆναι ἐκ παντὸς ἔχει.

Κἀκεῖνος· τὸ σαββατίζειν λέγω, καὶ τὸ περιτέμνεσθαι, (B) καὶ τὸ τὰ ἔμμηνα φυλάσσειν, καὶ τὸ βαπτίζεσθαι ἁψάμενόν τινος ὧν ἀπηγόρευται ὑπὸ Μωσέως, ἢ [5] ἐν συνουσίᾳ γενόμενον.

Κἀγὼ ἔφην, Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ εἴ τινες ἄλλοι γεγόνασι πρὸ τούτων ἢ μετὰ τούτους ὁμοίως δίκαιοι, λέγω δὲ καὶ Σάῤῥαν τὴν γυναῖκα τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Ῥεβέκκαν τὴν τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ Ῥαχὴλ τὴν τοῦ Ἰακὼβ, καὶ Λείαν, καὶ τὰς λοιπὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας, μέχρι τῆς Μωσέως τοῦ πιστοῦ θεράποντος μητρὸς, μηδὲν τούτων [6] φυλάξαντας, εἰ δοκοῦσιν ὑμῖν σωθήσεσθαι;

Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο, οὐ περιετέτμητο Ἀβραὰμ καὶ οἱ μετ' αὐτόν;

Κἀγὼ, ἐπίσταμαι, ἔφην, ὅτι περιετέτμητο Ἀβραὰμ (C) καὶ οἱ μετ' αὐτόν· διὰ τί δὲ ἐδόθη αὐτοῖς ἡ περιτομὴ, ἐν πολλοῖς τοῖς προλελεγμένοις εἶπον, καὶ εἰ μὴ δυσωπεῖ ὑμᾶς τὰ λεγόμενα, πάλιν ἐξετάσωμεν τὸν λόγον. ὅτι δὲ μέχρι Μωϋσέως οὐδεὶς ἁπλῶς δίκαιος οὐδὲν ὅλως τούτων περὶ ὧν ἐζητοῦμεν ἐφύλαξεν, οὐδὲ ἐντολὴν ἔλαβε φυλάσσειν, πλὴν τὴν ἀρχὴν λαβούσης ἀπὸ Ἀβραὰμ τῆς περιτομῆς, ἐπίστασθε.

Κἀκεῖνος, ἐπιστάμεθα, ἔφη· καὶ ὅτι σώζονται ὁμολογοῦμεν.

Κἀγὼ πάλιν· διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐντάλματα νοεῖτε τὸν Θεὸν διὰ Μωσέως ἐντειλάμενον ὑμῖν, ἵνα διὰ πολλῶν τούτων ἐν πάσῃ πράξει πρὸ ὀφθαλμῶν ἀεὶ ἔχητε τὸν Θεὸν, καὶ μήτε ἀδικεῖν μήτε ἀσεβεῖν ἄρχησθε. καὶ γὰρ τὸ κόκκινον ῥάμμα περιτίθεναι αὐτοῖς ἐνετείλατο ὑμῖν, ἵνα διὰ τούτου μὴ λήθη (D) ὑμᾶς λαμβάνῃ τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλακτήριον ἐν ὑμέσι λεπτοτάτοις γεγραμμένων χαρακτήρων τινῶν, ἃ πάντως ἅγια νοοῦμεν εἶναι, περικεῖσθαι ὑμᾶς ἐκέλευσε· καὶ διὰ τούτων δυσωπῶν ὑμᾶς, ἀεὶ μνήμην ἔχειν τοῦ Θεοῦ· [7] ἅμα τε καὶ ἔλεγχον ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν οὐδὲ μικρὰν μνήμην ἔχετε τοῦ θεοσεβεῖν. καὶ οὐδ' οὕτως ἐπείσθητε μὴ εἰδωλολατρεῖν, ἀλλ' ἐπὶ Ἡλίου ὀνομάζων τὸν ἀριθμὸν τῶν μὴ καμψάντων γόνυ τῇ Βάαλ, ἑπτακισχιλίους τὸν [a] ἀριθμὸν ὄντας εἶπε· καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ καὶ τὰ

esse regnum illud quod æternum est; an ii quoque salvi esse possunt? Ita me ille interrogabat.

At ego rursum: Id quoque, inquam, una consideremus, an nunc liceat omnia servare, quæ per Mosem præscripta sunt.

Respondit ille: Nequaquam. Agnoscimus enim, quemmadodum dixisti, nec agnum Paschæ alibi immolari posse, nec hircos in jejunio jussos offerri, nec ceteras omnes omnino oblationes.

Tum ego: Quænam ergo illa sint quæ possint observari, ipse quæso edissere. Tibi enim persuasum erit posse aliquem, non observatis nec perfectis æternis justitiæ præceptis, salutem omnino consequi.

At ille: Sabbata peragere, & circumcidi & menses observare, & ablui, si quid a Mose prohibitum attigeris, vel post concubitum.

Tum ego: Abraham, inquam, & Isaac & Jacob & Noe & Job, & si qui alii ante vel post eos justi similiter fuere, Saram dico uxorem Abrahæ & Rebeccam Isaaci, & Rachelem atque Liam Jacobi, & reliquas alias ejusmodi, usque ad Mosis, fidelis illius famuli, matrem, cum nihil horum custodierint; num vobis salutem videntur adepturi?

Respondit Trypho: Non circumcisus est Abraham, & qui post eum fuere?

Ego vero: Scio, inquam, Abraham ejusque posteros circumcisos fuisse. Cur autem data illis circumcisio fuerit, pluribus supra differui *; & si vos ea quæ dixi, non inflectunt, rem denuo examinabimus. Ex justis autem hominibus neminem prorsus usque ad Mosem quidquam eorum, de quibus modo quærebamus, præter eam quæ ab Abrahamo initium habuit, circumcisionem, observasse aut observandi præceptum accepisse scitis.

Et ille: Scimus, inquit, & eos salvari confitemur.

Ego rursum: Considerate, omnia ejusmodi præcepta propter duritiam cordis populi vestri per Mosem vobis a Deo tradita esse; ut pluribus hisce rebus admoniti, in omni actione Deum semper ante oculos haberetis, nec injuste aut impie agere inciperetis. Nam & coccineum panniculum ut vobis circumponeretis præcepit [a], cujus ope nulla vos Dei caperet oblivio; & [b] phylacterium descriptis quibusdam litteris in membranis tenuissimis, quæ quidem omnino sancta esse intelligimus, jussit circumdari: his etiam rebus exstimulans vos, ut semper in memoria Deum haberetis; & simul exprobrans, quod nullam illius colendi memoriam teneretis. Vobis tamen ne sic quidem persuasum est, ut simulacra ne coleretis: [c] Eliæ enim tempore eorum numerum recensens qui genu Baali non flexerant, septem millia numero esse dixit: & apud Esaiam [d] vo-

* Num. XVI. XXVIII. *a* Num. XV. 38.—40. *b* Deut. VI. 6—8. *c* III. Reg. XIX. 18. *d* Esai. LVII. 5. 6.

1. Γνωρίζομεν γὰρ ἔτι.] Legendum esse ὅτι per se patet.

2. Πρόβατον τοῦ πάσχα.] Pulsi Jerosolymis Judæi jacturam sacrificii variis modis sarcire tentabant. *Per diversa*, inquit Hilarius in Psal. 58. num. 12. *speciem sacerdotii illius legitimi & holocausti & circumcisionis imitantur*. S. Phileas martyr, instante Culciano Præfecto, ut saltem Deo sacrificaret: ita respondit: *Solis Judæis præceptum fuerat sacrificare Deo soli in Jerosolyma. Nunc autem peccant Judæi in aliis locis solemnia sua celebrantes*. De iisdem S. Augustinus lib. 2. Retract. c. 10. sic loquitur: *Eos & nunc videmus sine sacrificiis remansisse. nisi forte quod per Pascha immolant ovem, hoc in sacrificio deputetur*. Vide Julianum apud Cyrill. Alex. lib. 9. pag. 305.

3. Ἃ δυνατόν.] Ita codex Clarom. Editi ἀδύνατον, quæ vox interpretes in magnam difficultatem conjecerat.

4. Τὰ αἰώνια δικαιώματα.] Id est, videbis salutem æternam non observatis illis mandatis, quæ tu æterna esse ac numquam prætermittenda existimas, comparari posse; quippe cum nec circumcisionem, ut paullo post probat Justinus, ii qui ante Abraham fuerunt, nec cetera instituta ipse Abraham, ejusque usque ad Mosem posteri observaverint.

5. Ἐν συνουσίᾳ.] Codices mss. habent ad marginem ἐν οὐσίᾳ. Ita & R. Steph. ad calcem.

6. Φυλάξαντας.] Legit Thirlbius φυλάξαντες. Paullo post legendum videtur ἐξετάσομεν τὸν λόγον.

7. Ἅμα τε καὶ ἔλεγχον.] Lego ἅμα τε καὶ ἐλέγχων ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις. Ita etiam eruditus Londinensis editor.

a Ἀριθμὸν ὄντας] Forte ἀριθMON MONON ONτας. THIRLBIUS.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
141.



τέκνα ὑμῶν θυσίαν πεποιηκέναι τοῖς εἰδώλοις ἐλέγ- A χει ὑμᾶς· ἡμεῖς δὲ, ὑπὲρ τοῦ μὴ θυσιάζειν οἷς πάλαι ἐθύομεν, ὑπομένομεν τὰς ἐσχάτας τιμωρίας, καὶ θανατούμενοι χαίρομεν· πιστεύοντες ὅτι ἀναστήσει ἡμᾶς ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ ἀφθάρτους καὶ ἀπαθεῖς καὶ ἀθανάτους ποιήσει· καὶ οὐδὲν συμβάλλεσθαι πρὸς δικαιοπραξίαν καὶ εὐσέβειαν τὰ διὰ τὴν σκληροκαρδίαν τοῦ λαοῦ ὑμῶν διαταχθέντα γινώσκομεν.

A biscum expostulat, quod vestros etiam filios simulacris immolaveritis. Nos autem ne iis sacra faciamus quibus olim fecimus, extrema supplicia perferimus, & dum occidimur, lætamur; minime dubii quin nos Deus per Christum suum ad vitam revocaturus sit, & incorruptos ac perpessionis expertes & immortales facturus: & quæ ob duritiam cordis populi vestri instituta sunt, ea nihil ad justitiæ observationem & pietatem afferre novimus.

Καὶ ὁ Τρύφων πάλιν, ἐὰν δέ τις, εἰδὼς ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, μετὰ τοῦ καὶ τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν ἐπίστασθαι, δηλονότι καὶ πεπιστευκέναι καὶ πείθεσθαι αὐτῷ, βούλεται καὶ ταῦτα φυλάσσειν, σωθήσεται; ἐπυνθάνετο. B

XLVII. Rursus Trypho: Si quis hæc ita se habere sciens, præterquamquod hunc esse Christum agnoscat, eique videlicet credat & obediat, hæc quoque instituta observare voluerit; utrum is salvabitur? Ita ille sciscitabatur.

Κἀγώ, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Τρύφων, λέγω ὅτι σωθήσεται ὁ τοιοῦτος, ἐὰν μὴ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, λέγω δὴ τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν διὰ τοῦ Χριστοῦ ἀπὸ τῆς πλάνης περιτμηθέντας, ἐκ παντὸς πείθειν ἀγωνίζηται, ταὐτὰ αὐτῷ φυλάσσειν, λέγων οὐ σωθήσεσθαι αὐτούς, ἐὰν μὴ ταῦτα φυλάξωσιν· ὁποῖον ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων καὶ σὺ ἔπραττες, ἀποφαινόμενος οὐ σωθήσεσθαί με, ἐὰν μὴ ταῦτα φυλάξω.

At ego: Ut mihi quidem videtur, o Trypho, hominem ejusmodi salvum dico futurum; si modo ceteris hominibus, id est, iis qui ex gentibus per Christum ab errore circumcisi sunt, omnino persuadere non conetur, ut eadem ac ipse observent, salutem eos negans adepturos, nisi hæc custodiant; quale est quod & tu initio disputationis faciebas, cum pronuntiares salvum me non futurum, nisi hæc observarem.

Κἀκεῖνος, διὰ τί οὖν εἶπας, ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, σωθήσεται ὁ τοιοῦτος, [a] εἰ μή τι εἰσὶν οἱ λέγοντες ὅτι οὐ σωθήσονται οἱ τοιοῦτοι;

At ille: Cur igitur dixisti, *Ut mihi quidem videtur, talis salvus erit*; nisi quia sunt, qui tales negent salvos futuros?

Εἰσίν, ἀπεκρινάμην, ὦ Τρύφων, καὶ μηδὲ κοινωνεῖν ὁμιλίας ἢ ἑστίας τοῖς τοιούτοις τολμῶντες· οἷς ἐγὼ οὐ C συναινός εἰμι· ἀλλ' ἐὰν αὐτοὶ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς γνώμης καὶ τὰ ὅσα δύνανται νῦν ἐκ τῶν Μωσέως, ἃ διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ νοοῦμεν διατετάχθαι, μετὰ τοῦ ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν ἐλπίζειν, καὶ τὰς αἰωνίους καὶ φύσει δικαιοπραξίας καὶ εὐσεβείας φυλάσσειν [1] βούλωνται, καὶ αἱρῶνται συζῆν τοῖς Χριστιανοῖς καὶ πιστοῖς, ὡς προεῖπον, μὴ πείθοντες αὐτοὺς μήτε περιτέμνεσθαι ὁμοίως αὐτοῖς, μήτε σαββατίζειν, μήτε ἄλλα ὅσα τοιαῦτά ἐστι τηρεῖν, καὶ προσλαμβάνεσθαι, καὶ κοινωνεῖν ἁπάντων, ὡς ὁμοσπλάγχνοις καὶ ἀδελφοῖς, [2] δεῖν ἀποφαίνεσθαι. ἐὰν δὲ οἱ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ὑμετέρου πιστεύειν λέγοντες ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστόν, ὦ Τρύφων, ἔλεγον, ἐκ παντὸς κατὰ τὸν διὰ Μωσέως διαταχθέντα νόμον ἀναγκάζωσι ζῆν τοὺς ἐξ ἐθ- D νῶν πιστεύοντας ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστόν, ἢ μὴ κοινωνεῖν αὐτοῖς τῆς τοιαύτης συνδιαγωγῆς αἱρῶνται, ὁμοίως καὶ τούτους οὐκ ἀποδέχομαι. τοὺς δὲ πειθομένους αὐτοῖς ἐπὶ τὴν ἔννομον πολιτείαν, μετὰ τοῦ φυλάσσειν τὴν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ὁμολογίαν, καὶ σωθήσεσθαι ἴσως ὑπολαμβάνω. τοὺς δὲ ὁμολογήσαντας καὶ ἐπιγνόντας τοῦτον εἶναι τὸν Χριστόν, καὶ ἥτινιοῦν αἰτίᾳ μεταβάντας ἐπὶ τὴν ἔννομον πολιτείαν, ἀρνησαμένους ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός, καὶ πρὶν τελευτῆς μὴ μεταγνόντας, οὐδόλως σωθήσεσθαι ἀποφαίνομαι. καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ ζῶντας κατὰ τὸν νόμον, καὶ ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστὸν μὴ πιστεύοντας πρὶν τελευτῆς τοῦ βίου, οὐ σωθήσεσθαι ὁμοίως ἀποφαίνομαι, (καὶ μάλιστα τοὺς ἐν ταῖς συναγωγαῖς καταναθεματίσαντας καὶ καταναθεματί-

Sunt, inquam, o Trypho; quique cum eis nec C sermonis, nec hospitii communione conjungi audeant; quibus ego non assentior. Sed si ob animi infirmitatem etiam quæcumque nunc possunt ex iis, quæ a Mose propter duritiam cordis populi instituta novimus, cum spe in hunc Christum & æternorum ac naturalium justitiæ & pietatis præceptorum observatione conjungere voluerint; modo cum Christianis & fidelibus vivere non recusent, nec iis, ut jam dixi, suadeant, ut similiter ac ipsi circumcidantur, aut sabbata & alia ejusmodi custodiant; eos suscipiendos esse & cum iis omnium rerum communionem, ut cum hominibus eodem modo affectis & fratribus, tenendam esse censeo. Sin autem, Trypho, qui ex vestro genere in hunc Christum sese dicunt D credere, eos qui ex gentibus in hunc Christum credunt, omnino secundum legem per Mosem institutam cogant vivere, aut ejusmodi consuetudine cum eis conjungi nolint, non sane hos etiam similiter probaverim. Qui vero ab eis ad legis observationem cum confessione in Christum Dei conjungendam adducti fuerint, eos forsitan etiam salutem adepturos suspicor. At qui postquam confessi fuerint & agnoverint hunc esse Christum, quacumque de causa ad legis observationem traducti negaverint hunc esse Christum, nec pœnitentiam ante mortem egerint, nullam iis salutem fore assevero. Et qui ex semine Abrahæ orti secundum legem vixerint, nec ante vitæ exitum in hunc Christum crediderint, similiter salvos minime futuros esse confirmo, (eos præsertim qui in Synagogis exsecrati sunt & exse-

1. Βούλωνται καί.] R. Steph. βούλονται καὶ αἱρῶνται.
2. Δεῖν ἀποφαίνεσθαι.] Vel legendum ἀποφαίνομαι, ut Sylburgius & alii post eum monuerunt, vel potius illud ἀποφαίνεσθαι referendum ad superiora verba, quasi scriptum esset ἀλλὰ συναινός εἰμι τῷ ἀποφαίνεσθαι. De hac sancti Martyris lenitate nonnulla differimus in Præfatione. Nunc satis est observare. 1. Hos Mosaicæ legis cum Evangelii professione cultores nondum ab omnibus ecclesiis damnatos fuisse, cum Justinus hæc scriberet. Neque enim solus erat Justinus qui cum eis communicaret; quin etiam in ambiguo reliquit, utrum plures essent qui eos rejicerent, quam qui admitterent. Sed tandem in apertum schisma res est perducta. Nam testatur Hieronymus ep. 80. ejusmodi homines quos Nazaræos vocat, & a Christianis damnari, quamvis crederent *in Filium Dei natum ex Virgine Maria*; & a Judæis, quamvis legem observarent, ita ut nec Christiani essent nec Judæi. 2. Eos de Christi divinitate consensisse & ab Ebionitis longe diversos fuisse patet. Hoc enim semper Justinum inter & Tryphonem convenit, nulla re illos a ceteris Christianis discrepare, nisi legis observatione, nec aliud causæ suberat, cur eos a communione excluderent nonnulli.

a Εἰ μή τι] Εἰ redundare videtur Pearsono. *Cur igitur dixisti*, Ut mihi quidem videtur, talis salvus erit? *Num sunt qui, tales negent salvos futuros?*


ζοντας ἐπ' αὐτὸν τοῦτον τὸν Χριστὸν) [1] καὶ πᾶν ὅπως τύχωσι τῆς σωτηρίας, καὶ τῆς τιμωρίας τῆς ἐν τῷ πυρὶ ἀπαλλαγῶσιν. ἡ γὰρ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ ἄμετρον τοῦ πλούτου αὐτοῦ, τὸν μετανοοῦντα ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς διὰ Ἰεζεκιὴλ μηνύει, ὡς δίκαιον καὶ ἀναμάρτητον ἔχει· καὶ τὸν ἀπὸ εὐσεβείας ἢ δικαιοπραξίας μετατιθέμενον ἐπὶ ἀδικίαν καὶ ἀθεότητα, ὡς ἁμαρτωλὸν καὶ ἄδικον καὶ ἀσεβῆ ἐπίσταται. διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἶπεν· [2] ἐν οἷς ἂν ὑμᾶς καταλάβω, ἐν τούτοις καὶ κρινῶ.

Καὶ ὁ Τρύφων, καὶ περὶ τούτων ὅσα φρονεῖς ἀκηκόαμεν, εἶπεν· ἀναλαβὼν οὖν τὸν λόγον ὅθεν ἐπαύσω, πέραινε· [3] παράδοξός τις γάρ ποτε καὶ μὴ δυνάμενος ὅλως ἀποδειχθῆναι δοκεῖ μοι εἶναι. τὸ γὰρ λέγειν σε προϋπάρχειν Θεὸν ὄντα πρὸ αἰώνων τοῦτον τὸν Χριστὸν, εἶτα καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπον γενόμενον ὑπομεῖναι, καὶ ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, οὐ μόνον παράδοξον δοκεῖ μοι εἶναι, ἀλλὰ καὶ μωρόν.

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἔφην· οἶδ' ὅτι παράδοξος ὁ λόγος δοκεῖ εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν, οἵτινες τὰ τοῦ Θεοῦ οὔτε νοῆσαι οὔτε ποιῆσαί ποτε βεβούλησθε, ἀλλὰ τὰ τῶν διδασκάλων ὑμῶν, ὡς αὐτὸς ὁ Θεὸς βοᾷ. ἤδη μέν τοι, ὦ Τρύφων, εἶπον, οὐκ ἀπόλλυται [4] τὸ τοιοῦτον εἶναι Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ἐὰν ἀποδεῖξαι μὴ δύνωμαι ὅτι καὶ προϋπῆρχεν υἱὸς τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων, Θεὸς ὢν, καὶ γεγέννηται ἄνθρωπος διὰ τῆς παρθένου. ἀλλὰ ἐκ παντὸς ἀποδεικνυμένου ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ, ὅστις οὗτος ἔσται· [5] ἐὰν δὲ μὴ ἀποδεικνύω ὅτι προϋπῆρχε, καὶ γεννηθῆναι ἄνθρωπος ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, σάρκα ἔχων, κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν ὑπέμεινεν, ἐν τούτῳ πεπλανῆσθαί με μόνον λέγειν δίκαιον, ἀλλὰ μὴ ἀρνεῖσθαι ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἐὰν φαίνηται ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπων γεννηθεὶς, καὶ [6] ἐκλογὴ γενόμενος εἰς τὸν Χριστὸν εἶναι ἀποδεικνύηται. καὶ γάρ εἰσί τινες, ὦ φίλοι, ἔλεγον, [7] ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους ὁμολογοῦντες αὐ-

A crantur hunc Christum:) omnino enim salutem assequerentur, & ab ignis supplicio liberarentur. Nam qui pœnitentiam peccatorum agit, eum benignitas & humanitas Dei & immensitas divitiarum ejus, quemadmodum per Ezechielem declarat [a], perinde ac justum & peccato carentem habet: qui autem a pietate & justitiæ observatione ad injustitiam & impietatem delabitur, eum ut peccatorem & injustum & impium numerat. Quapropter Dominus noster Jesus Christus dixit: *In quibus vos deprehendero, in his & judicabo.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



XLVIII. Heic Trypho: Et his de rebus quid sentires, audivimus. Repetens igitur sermonem in quo B desieras, absolve. Nam mirabilis quidam mihi videtur, & qui prorsus demonstrari non possit. Quod enim ais præexstitisse Deum ante sæcula hunc Christum, ac deinde etiam nasci hominem factum sustinuisse, nec hominem ex hominibus esse; id non solum ab opinione abhorrens mihi videtur, sed etiam stultum.

Ad hæc ego: Scio, inquam, hanc doctrinam ab opinione abhorrentem videri, præsertim vestri generis hominibus, qui quæ Dei sunt nec intelligere nec facere umquam voluistis, sed quæ magistrorum vestrorum, quemadmodum ipse Deus clamat [b]. Sed tamen, Trypho, nequaquam irritum & infectum erit quod demonstravi, hunc esse Christum Dei, C si demonstrare non possim illum etiam præexstitisse Filium Creatoris universorum, Deum exsistentem, & hominem ex Virgine genitum esse. Sed cum omnino demonstratum sit hunc esse Christum Dei, qualiscumque ille sit; si minus demonstravero præexstitisse & hominem perpessionibus nostris obnoxium, & carnem habentem nasci, secundum Patris voluntatem sustinuisse; in hoc tantum æquum fuerit me errasse dicere, nequaquam autem negare eum Christum esse, etiamsi homo ex hominibus genitus videatur, nec quidquam amplius demonstretur, nisi eum electione consequutum esse, ut Christus esset. Sunt enim quidam, amici, ex genere nostro, qui eum

a Ezech. XXXII. 11. 20. *b* Esai. XXIX. 13.

1. Καὶ πᾶν ὅπως.] Hujus loci intelligentia ex his quæ præcedunt & quæ sequuntur repetenda, idque parenthesis ope facilius animadvertitur. Legendum ergo videtur κἂν πάνυ πως, &c. subintelligendo videlicet, si ante mortis exitum credant. Langus sic legit: καταναθεματίζοντας τοὺς ἐπ' αὐτὸν τοῦτον τὸν Χριστὸν πιστεύοντας καὶ μὴ μετανοοῦντας καὶ πᾶν πράττοντας ὅπως &c. Sylburgius eodem modo legit, nisi quod illud καὶ πᾶν πράττοντας refert ad τοὺς πιστεύοντας, recisis illis vocibus καὶ μὴ μετανοοῦντας.

2. Ἐν οἷς ἂν ὑμᾶς.] Hanc sententiam, quam nonnulli ecclesiastici scriptores Deo per prophetarum aliquem loquenti attribuunt, ex Evangelio secundum Hebræos a Justino depromtam existimat Grabius, Spicileg. tom. I. p. 14.

3. Παράδοξός τις γάρ ποτε.] Redundat postrema vox & vacat, nec videtur collocanda post δυνάμενος, ut placuit Sylburgio.

4. Τὸ τοιοῦτον.] Legendum τοῦτον, quod olim monuit vir magnus Hugo Grotius ad Luc. XXIII. 35. & nuper doctissimus Bullus in *Judicio Eccles. Cath.* p. *69*. Langus etiam vertit, *Christum hunc esse Dei*. THIRLBIUS.

5. Ἐὰν δὲ μὴ ἀποδεικνύω.] Redundat hoc loco illud δὲ, ut initio Apol. I. & sæpe alias. Hac autem præfatione, quam Justinus futuræ disputationi præmittit, mirum in modum abusi sunt & Remonstrantes in sua Apologia adversus Professores Leydenses, & Episcopius in pluribus ad hujus Apologiæ defensionem elucubrationibus, & multi alii. Contendunt Justinum hoc tantum a Judæis, ut Jesum credant esse Christum, nihil amplius petere; & idcirco ad imitandum eis proponere exemplum nonnullorum Christianorum, qui quamvis Jesum negarent Deum, Christum tamen non negabant. Nihil absurdius his ratiocinationibus. Cum metueret Justinus ne sibi elaberetur inconstans & fugitivus Tryphonis animus, hac cum admonitione & lege, veluti quodam nodo, constringere conatur, ut assensum suum iis quæ jam disputata fuerant, ne retrahat, etiamsi minus assentiatur iis quæ deinceps differentur. Idem ergo facit Justinus, quod solers & prudens quisque disputator: nec ea parvi pendit quæ dicere parabat, sed curat in tuto sint quæ jam dixerat. Eorum autem exemplum, qui Jesum negabant Deum, sed Christum esse fatebantur, non eo spectat, ut detestabiles hæretici probentur, sed ut constet Jesum esse Christum, cum id negare non audeant, qui certissima quæque negant. Nota omnibus scriptoribus hæc disputandi ratio. Sic Novatianus (ut alios omittam) Ebionitis & Artemonitis objicit exemplum aliorum hæreticorum, qui veritatis luce perculsi divinitatem Christi non negabant, quamvis in alios errores nequissimos impegissent, *de Trin.* cap. 18.

6. Ἐκλογὴ γενόμενος εἰς τὸν Χριστὸν εἶναι.] Quidam post R. Steph. legunt ἐκλογῇ γενόμενος. Atque hanc equidem conjecturam nec repudio, nec tamen omnino necessariam puto. Præcipuum hujus loci vitium videtur residere in his vocibus, εἰς τὸν Χριστὸν εἶναι, pro quibus lego εἰς τὸ Χριστὸν εἶναι.

7. Ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους.] Ex his verbis Episcopius & alii colligunt hos Justini adversarios communione conjunctos cum eo & cum aliis catholicis fuisse. Bullus & uterque Londinensis editor legunt ἀπὸ τοῦ ὑμετέρου γένους, quia Ebionitæ a Judæis orti. Clericus Hist. Eccles. p. *676*. legendum esse ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου, ac de Ebionitis Justinum non loqui contendit. Levissima mihi lis cum Bullo, tota adversus Episcopium & Clericum erit contentio. Nam retinendum illud ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου, sed de Ebionitis intelligendum sic probo. 1. His verbis, ὡς ἂν πλεῖστοι, quæ paullo post sequuntur, non solum catholicos omnes, sed etiam plurimas sectas quæ Christi divinitatem tenebant, comprehendit Justinus, ut modo videbimus. Ergo in paucis illis hujus dogmatis hostibus non ductam ex Judæis

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

A τὸν Χριστὸν εἶναι, ἄνθρωπον δὲ ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον ἀποφαινόμενοι· οἷς οὐ συντίθεμαι, [1] οὐδ' ἂν [2] πλεῖστοι [3] ταὐτά μοι δοξάσαντες εἴποιεν. ἐπειδὴ οὐκ ἀνθρωπείοις διδάγμασι κεκελεύσμεθα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ πείθεσθαι, ἀλλὰ τοῖς διὰ τῶν μακαρίων προφητῶν κηρυχθεῖσι καὶ δι' αὐτοῦ διδαχθεῖσι.

Καὶ ὁ Τρύφων· ἐμοὶ μὲν δοκοῦσιν, εἶπεν, οἱ λέγοντες ἄνθρωπον γεγονέναι αὐτὸν, καὶ κατ' ἐκλογὴν κεχρῖσθαι, καὶ Χριστὸν γεγονέναι, πιθανώτερον ὑμῶν λέγειν τῶν ταῦτα ἅπερ φῂς λεγόντων. καὶ γὰρ πάντες ἡμεῖς τὸν Χριστὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων προσδοκῶμεν γενήσεσθαι, καὶ τὸν Ἠλίαν χρῖσαι αὐτὸν ἐλθόντα. ἐὰν δὲ οὗτος φαίνηται ὢν ὁ Χριστὸς, ἄνθρωπον B μὲν ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον ἐκ παντὸς ἐπίστασθαι δεῖ· ἐκ δὲ τοῦ μηδὲ Ἠλίαν ἐληλυθέναι, οὐδὲ τοῦτον ἀποφαίνομαι εἶναι.

Κἀγὼ πάλιν ἐπυθόμην αὐτοῦ, οὐχὶ Ἠλίαν φησὶν ὁ λόγος [4] διὰ Ζαχαρίου ἐλεύσεσθαι πρὸ τῆς ἡμέρας τῆς μεγάλης καὶ φοβερᾶς ταύτης τοῦ κυρίου;

Κἀκεῖνος ἀπεκρίνατο, μάλιστα.

Ἐὰν οὖν ὁ λόγος ἀναγκάζῃ ὁμολογεῖν, ὅτι δύο παρουσίαι τοῦ Χριστοῦ προεφητεύοντο γενησόμεναι, μία μὲν, ἐν ᾗ παθητὸς καὶ ἄτιμος καὶ ἀειδὴς φανήσεται· ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ᾗ καὶ ἔνδοξος καὶ κριτὴς ἁπάντων ἐλεύσεται, ὡς καὶ ἐν πολλοῖς τοῖς προλελεγμένοις ἀποδέδεικται, οὐχὶ τῆς φοβερᾶς καὶ μεγάλης ἡμέρας, τουτέστι τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ, πρόοδον γενήσε- C σθαι τὸν Ἠλίαν νοήσομεν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ κεκηρυχέναι;

Μάλιστα, ἀπεκρίνατο.

Καὶ ὁ ἡμέτερος οὖν κύριος, ἔφην, τοῦτο αὐτὸ ἐν τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ παρέδωκε γενησόμενον, εἰπὼν καὶ Ἠλίαν ἐλεύσεσθαι· καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστάμεθα γενησόμενον, ὅταν μέλλῃ ἐν δόξῃ ἐξ οὐρανῶν παραγίνεσθαι ὁ ἡμέτερος κύριος Ἰησοῦς Χριστός· οὗ καὶ τῆς πρώτης φανερώσεως κῆρυξ προῆλθε τὸ ἐν Ἠλίᾳ γενόμενον πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, ἐν Ἰωάννῃ τῷ γενομένῳ ἐν τῷ γένει ὑμῶν προφήτῃ, μεθ' ὃν οὐδεὶς ἕτερος [5] λοιπὸς παρ' ὑμῖν ἐφάνη προφήτης· ὅστις ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην

Christum esse confitentur, quamvis hominem ex hominibus gentium pronuntient; quibus ego non assentior, nec assentirer, etiamsi maxima pars quæ mecum consentit, idem diceret: neque enim humanis doctrinis jussi sumus ab ipso Christo credere, sed iis quæ a beatis Prophetis prædicata & ab ipso tradita.

XLIX. Et Trypho: Mihi quidem videntur, inquit, qui illum hominem fuisse & electione unctum, ac Christum factum esse dicunt, probabilius quam vos, qui ea quæ retulisti, tenetis, dicere. Nam & nos omnes Christum hominem ex hominibus exspectamus nasciturum, & ab Elia, quando is venerit, unctum iri. Quod si iste Christus esse videatur, homo ex hominibus omnino existimandus est; sed quia nondum venit Elias, neque hunc Christum esse censeo.

Rursus ego illum percontatus sum: An non Scriptura per Zachariam, dicit [a] Eliam ante magnum illum & terribilem Domini diem esse venturum?

Respondit ille: Maxime.

Si igitur Scriptura confiteri cogit duplicem Christi adventum esse prædictum: alterum in quo perpessionibus obnoxius & inglorius & informis apparebit; alterum in quo circumfluens gloria & omnium judex adveniet, quemadmodum & supra pluribus demonstratum est [*]; an non id a divino verbo prædicatum intelligemus: Eliam terribilis & magni diei, id est, secundi ejus adventus præcursorem futurum?

Maxime, respondit ille.

Atque hoc ipsum, ajebam, Dominus noster inter ea quæ docuit, futurum esse tradidit [b], cum Eliam quoque dixit esse venturum. Quod quidem nos futurum esse scimus cum e cælis gloriose Dominus noster Jesus Christus venturus est; cujus quidem primi etiam adventus Spiritus Dei qui in Elia fuerat, præco præcessit in Joanne vestri generis propheta, post quem nemo alius reliquus propheta apud vos exstitit. Is ad amnem Jordanem confidens cla-

[a] Malach. IV. 5. [*] Num. XIV. XXXII. [b] Matth. XVII. 10 — 13.

originem considerat, sed quamdam nominis communitatem cum aliis Christianis, tum catholicis, tum hæreticis; ac proinde retinendum illud ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου, ac de Ebionitis accipiendum. 2. Justinus infra n. 2. de hæreticis agens ait, καὶ παρ' ἡμῖν νῦν πολλοί εἰσι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι. Cur ergo de Ebionitis agens non diceret eos esse *ex nostro genere*? Vide n. 35. & Apol. 1. num. 26. Quod si Justini verba hæreticis aptari possunt, de aliis quam hæreticis intelligi non possunt. Constat enim secundo sæculo hæreticos exstitisse, qui Christi divinitatem negarent: at catholicos exstitisse, qui hanc impietatem profiterentur, nec excluderentur a communione, non modo non constat, sed etiam omnibus testimoniis & historiæ monumentis repugnat. Quomodo ergo verba Justini, cum iis quos tunc certo scimus exstitisse, conveniant, in eos detorqueantur, quos nullos prorsus novimus? 3. *Nostros* appellare solent hæreticos catholici, cum eos Judæis, ut hoc loco Justinus, aut Gentilibus opponunt. Vide Origen. in Levit. p. 88. in Cels. lib. 3. p. 118. & 2. de Princip. cap. 10. Gregor. Naz. Orat. 37. p. 595. Hieronym. Præfat. lib. 11. in Esai. 4. Justinus duo tantum doctrinæ genera agnoscit, doctrinam Christi & doctrinam spirituum erroris; & cum iis qui doctrinam erroris spirituum sequuntur, nullam esse catholicis communionem declarat, num. 35. Sic etiam hoc ipso in loco qui nunc in manibus est, doctrinam eorum qui Christi divinitatem negabant, opponit ei doctrinæ cui Christus jussit ut credamus, quamque ipse tradidit & Prophetæ prædicaverunt. Quei ergo cum hominibus Christum ne ex virgine quidem natum credentibus communicasset? Huic commento repugnant tres Dialogi partes, ut ex analysi præmissa perspici potest.

1. Οὐδ' ἂν .... εἴποιεν] Nostra hujus loci interpretatio confirmatur verbis sequentibus, *neque enim humanis doctrinis*, &c. quæ rationem continent, cur Justinus huic errori numquam assensurus sit, quæcumque ei objiciatur assentiendi causa. Vitiosa ergo hæc Langi interpretatio: *Quibus ego non assentior: neque id sane multi, qui in eadem mecum sententia sunt, dixerint*. Inde ortum ut Justinus cum vehementissimus sit hoc loco, frigidior tamen visus sit Episcopio & Clerico, quam ut illum de hominibus a communione Ecclesiæ abscissis loqui crederent. Perionius fere ut Langus: *Quibus ego non assentior, nec plurimi, qui idem quod ego sentiant, asseverabunt*. Gelenius: *Quibus non assentior, ne si maxima quidem esset turba sic opinantium*. Thirlbius non absimilia proponit: *Neque, etiamsi multo plures essent, assentirer*. Sed hæc interpretatio cum nonnulla alia peccat, tum illud etiam quod nihil habet de magna illa eorum, qui idem ac Justinus sentiebant, multitudine, quam a Justino commemoratam fuisse patet ex sequentibus Tryphonis verbis.

2. Πλεῖστοι.] Manifestum est ex hac voce Justinum non solis catholicis hoc testimonium tribuere, sed pluribus etiam sectis, quæ Jesum, ut antea dicebat num. 35. & Dominum & Christum esse confitebantur. Si de solis catholicis loquutus esset, non maximam partem, sed, ut solet, totam Ecclesiam dixisset. Sic enim, ubi de hæreticis loquitur num. 35. & 80. catholicos ita inter se consentire docet, ut nullam prorsus communionem habeant cum iis, qui non Christi, sed spirituum erroris doctrinam sequuntur. Hinc etiam num. 63. catholicos velut unam animam esse & unam Synagogam docet. Igitur maxima illa pars non catholicorum intelligenda est, sed eorum qui nomen Christianorum ferebant.

3. Ταὐτά μοι.] Ad verbum: *Etiamsi maxima pars, quæ mecum (hactenus) consensit, vel, postquam mecum (hactenus) consensit, id diceret*, Scripsit R. Stephanus ταῦτά μοι.

4. Διὰ Ζαχαρίου.] Monuit Sylburgius Zachariam heic obrepsisse pro Malachia, apud quem hæc prophetia legitur cap. 4. v. 5.

5. Λοιπός.] Forte λοιπῶν: sed lectio vulgata ferri potest. THIRLBIUS.

ποταμὸν καθεζόμενος ἐβόα· ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω A ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ἥξει δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ τὸν σῖτον συνάξει εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν προφήτην συνεκεκλείκει ὁ βασιλεὺς ὑμῶν Ἡρώδης εἰς φυλακὴν, καὶ γενεσίων ἡμέρας τελουμένης, ὀρχουμένης τῆς ἐξαδελφῆς αὐτοῦ τοῦ Ἡρώδου ἀρέσως αὐτῷ, εἶπεν αὐτῇ αἰτήσασθαι ὃ ἐὰν βούληται. καὶ ἡ μήτηρ τῆς παιδὸς ὑπέβαλεν αὐτῇ αἰτήσασθαι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ αἰτησάσης, ἔπεμψε, καὶ ἐπὶ πίνακι [1] ἐναχθῆναι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου ἐκέλευσε. διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς εἰρήκει ἐπὶ γῆς B τότε τοῖς λέγουσι πρὸ τοῦ Χριστοῦ Ἠλίαν δεῖν ἐλθεῖν· Ἠλίας μὲν ἐλεύσεται καὶ ἀποκαταστήσει πάντα· λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι Ἠλίας ἤδη ἦλθε, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, ἀλλ' ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν· καὶ γέγραπται ὅτι τότε συνῆκαν οἱ μαθηταὶ ὅτι περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ εἶπεν αὐτοῖς.

Καὶ ὁ Τρύφων· καὶ τοῦτο παράδοξον λέγειν μοι δοκεῖς, ὅτι τὸ ἐν Ἠλίᾳ τοῦ Θεοῦ γενόμενον προφητικὸν πνεῦμα, καὶ ἐν Ἰωάννῃ γέγονε.

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα· οὐ δοκεῖ σοι ἐπὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ τὸν διαδεξάμενον τὴν λαοηγησίαν μετὰ Μωσέα, τὸ αὐτὸ γεγονέναι, ὅτε ἐῤῥέθη τῷ Μωσεῖ ἐπιθεῖναι τῷ Ἰησοῦ τὰς χεῖρας, εἰπόντος αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, [2] κἀγὼ μεταθήσω ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐν σοὶ ἐπ' αὐτόν; C

Κἀκεῖνος, μάλιστα.

Ὡς οὖν, φημὶ, ἔτι ὄντος τότε ἐν ἀνθρώποις τοῦ Μωσέως, μετέθηκεν ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ ἐν Μωσεῖ πνεύματος, οὕτως καὶ [3] ἀπὸ τοῦ Ἠλίου ἐπὶ τὸν Ἰωάννην ἐλθεῖν ὁ Θεὸς δυνατὸς ἦν ποιῆσαι· ἵνα ὥσπερ ὁ Χριστὸς τῇ πρώτῃ παρουσίᾳ ἄδοξος ἐφάνη, οὕτως καὶ τοῦ πνεύματος [4] τοῦ ἐν Ἠλίᾳ πάντοτε καθαρεύοντος, [5] τοῦ Χριστοῦ, ἄδοξος ἡ πρώτη παρουσία νοηθῇ. κρυφίᾳ γὰρ χειρὶ ὁ κύριος πολεμεῖν τὸν Ἀμαλὴκ εἴρηται, καὶ ὅτι ἔπεσεν ὁ Ἀμαλὴκ οὐκ ἀρνήσεσθε. εἰ δὲ ἐν τῇ ἐνδόξῳ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ πολεμηθήσεσθαι τὸν Ἀμαλὴκ μόνον λέγεται, ποῖος καρπὸς ἔσται τοῦ λόγου, ὅς φησι, κρυφίᾳ χειρὶ ὁ Θεὸς πολεμεῖ τὸν Ἀμαλήκ; [6] νοῆσαι δύνασθε ὅτι κρυφία δύναμις τοῦ Θεοῦ γέγονε τῷ σταυρωθέντι Χριστῷ, ὃν καὶ τὰ δαιμόνια φρίσσει, καὶ πᾶσαι ἁπλῶς αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι [7] τῆς γῆς. D

Καὶ ὁ Τρύφων· ἔοικας μοι ἐκ πολλῆς προστρίψεως τῆς πρὸς πολλοὺς περὶ πάντων τῶν ζητουμένων γεγονέναι, καὶ διὰ τοῦτο ἑτοίμως ἔχειν ἀποκρίνεσθαι πρὸς πάντα ἃ ἂν ἐπερωτηθῇς. [a] ἀπόκρινε οὖν μοι πρότε-

A mabat: [a] *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: veniet autem fortior me, cujus non sum dignus calceamenta portare. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni: cujus ventilabrum in manu ejus, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum, paleam autem comburet igni inextinguibili.* Atque hunc ipsum prophetam rex vester Herodes conjecerat in carcerem; cumque natalia celebrarentur, saltante fratris filia delectatus jussit eam petere quidquid vellet. Tum puellam mater submonuit, ut Joannis in vincula conjecti caput peteret; quod cum illa petiisset, misit rex, & caput Joannis in lance jussit afferri. Quapropter & Christus noster, cum adhuc in terris versaretur, B his qui oportere afferebant, ut Elias ante Christum veniret, hæc dixit: [b] *Elias quidem venturus est & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt ei quæcumque voluerunt.* Et scriptum est tunc discipulos intellexisse, eum de Joanne Baptista id illis dixisse.

Tum Trypho: Videtur id quoque mihi ab opinione abhorrere, quod spiritum propheticum Dei qui in Elia fuerat, etiam in Joanne dicis fuisse.

Ad hæc ego: Non tibi videtur idem factum fuisse in Jesu filio Nave, qui populi ducendi provinciam post Mosem suscepit; Deo ipso, cum jussus est Moses ut manus Jesu imponeret, dicente: [c] *Et ego transferam de spiritu qui in te est, in ipsum?* C

Tum ille: Maxime.

Quemadmodum igitur, inquam, cum adhuc Moses inter homines versaretur, transtulit Deus in Jesum ex eo spiritu, qui erat in Mose; ita ab Elia in Joannem transferre potuit Deus ut quemadmodum Christus priore adventu inglorius apparuit, ita etiam illius spiritus qui in Elia purus semper & integer manebat, itidem ut Christi, inglorius primus adventus intelligeretur. Occulta enim manu Dominus debellare Amalechum dicitur; nec Amalechum cecidisse negabitis. Si vero in glorioso tantum Christi adventu debellatum iri Amalechum dicatur; quis fructus erit Scripturæ dicentis: [d] *Occulta* D *manu Deus debellat Amalechum?* Occultam ergo Dei virtutem intelligere potestis in Christo crucifixo fuisse, quem dæmones tremunt ac omnes prorsus principatus & potestates terræ.

L. Heic Trypho: Videris mihi ab assidua cum multis de omnibus rebus controversis conflictatione venisse, ac propterea paratus esse de omnibus, quæ ex te quæruntur, respondere. Mihi igitur prius

[a] Matth. III. 11. 12. [b] Matth. XVII. 11. 12. 13. [c] Num. XXVII. 18. Deut. XXXIV. 9. [d] Exod. XVII. 16.

1. Ἐναχθῆναι.] Aptius ἐνεχθῆναι. SYLBURGIUS.

2. Κἀγὼ μεταθήσω.] His quæ leguntur Num. XXVII. 18. & Deut. XXXIV. 9. commiscuit Justinus quæ de LXX. senioribus dicit Deus Num. XI. 17. THIRLBIUS.

3. Ἀπὸ τοῦ Ἠλίου.] Forte subaudiendum πνεύματος. At legendum non videtur, ut conjicit Cl. Thirlbius, τὸ τοῦ Ἠλίου vel τὸ πνεῦμα τοῦ Ἠλίου.

4. Τοῦ ἐν Ἠλίᾳ πάντοτε καθαρεύοντος.] Spiritus ille, de quo Dominus in Joannem transtulit, semper in Elia purus exsistebat, id est, minime læsus aut violatus fuit hac communicatione. Sic enim Philo lib. de Gigant. pag. 287. de spiritu Mosis, de quo Dominus transtulit in 70. seniores, μὴ νομίσῃς ὅτι τὴν ἀφαίρεσιν κατὰ ἀποκοπὴν καὶ διάζευξιν γίνεσθαι, ἀλλὰ οἷα γένοιτ' ἂν ἀπὸ πυρὸς ... νυνὶ δὲ τὸ ἐπ' αὐτῷ πνεῦμά ἐστι τὸ σοφὸν, τὸ θεῖον, τὸ ἀδιαίρετον, τὸ ἄτμητον, τὸ πάντῃ δι' ὅλων ἐκπεπληρωμένον, ὅπερ ὠφελοῦν οὐ βλάπτεται, μεταδοθὲν ἑτέροις, οὐδ' αὖ προστεθὲν ἐλαττοῦται τὴν σύνεσιν, καὶ ἐπιστήμην, καὶ σοφίαν. *Cave putes hanc ablationem fieri, per abscissionem disjunctionemque, immo potius qualis ab igne fit .... Nunc autem spiritus ille qui inest Mosi, sapiens est, divinus est, insecabilis, indivisibilis, probus, ubique implens omnia; qui dum prodest, non læditur: dum communicatur alteri*, vel etiam *extenditur* (legendum enim videtur προστεθὲν vel παρατεθὲν) *non imminuitur intellectu, scientia & sapientia*. Sic etiam Clemens Strom. 6. pag. 673. Spiritum sanctum distribui docet, κατὰ τὴν ἑκάστου περιγραφὴν ἀπεριγράφως, *secundum uniuscujusque circumscriptionem incircumscripte*. S. Basilius lib. de Spir. S. c. 9. divinitatem S. Spiritus probat, quia *sic dividitur ut ipse nihil patiatur, ita communicatur ut maneat integer*, ἀπαθῶς μεριζόμενον καὶ ὁλοσχερῶς μετεχόμενον. Basilium imitatur Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto c. 8.

5. Τοῦ Χριστοῦ.] Legendum ὡς τοῦ Χριστοῦ, quæ particula videtur a librariis omissa ob similem sonum syllabæ præcedentis. Legit eruditus Londinensis editor πάντοτε καθαρμοσθέντος (vel καθαρμόζοντος) τῷ Χριστῷ. Sed id nemini puto probatum iri.

6. Νοῆσαι.] Νοῆσαι ἂν, aut aliquid simile placuit Sylburgio.

7. Τῆς γῆς.] Hæc omnino delenda putat Cl. Thirlbius: sed vide n. 131.

[a] Ἀπόκρινε] Leg. ἀπόκριναι cum Sylburgio. THIRLBIUS, in *Append.* p. 445.

ρον, πῶς ἔχεις ἀποδεῖξαι ὅτι καὶ ἄλλος Θεὸς παρὰ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων· καὶ τότε ἀποδείξεις ὅτι καὶ γεννηθῆναι διὰ τῆς παρθένου ὑπέμεινε.

Κἀγὼ ἔφην· πρότερόν μοι συγχώρησον εἰπεῖν λόγους τινὰς ἐκ τῆς Ἡσαΐου προφητείας τοὺς εἰρημένους περὶ τῆς προελεύσεως [a] ἣν προελήλυθεν αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτου Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς καὶ προφήτης γενόμενος.

Κἀκεῖνος, συγχωρῶ.

Κἀγὼ εἶπον· Ἡσαΐας οὖν περὶ τῆς Ἰωάννου προελεύσεως οὕτως προεῖπε· καὶ εἶπεν Ἐζεκίας πρὸς Ἡσαΐαν, ἀγαθὸς ὁ λόγος κυρίου ὃν ἐλάλησε· γενέσθω εἰρήνη καὶ δικαιοσύνη ἐν ταῖς ἡμέραις μου. καὶ παρακαλεῖτε τὸν λαὸν, ἱερεῖς λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλὴμ, καὶ παρακαλέσατε αὐτὴν, ὅτι ἐπλήσθη ἡ ταπείνωσις αὐτῆς. λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία, ὅτι ἐδέξατο ἐκ χειρὸς κυρίου διπλᾶ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῆς. φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσται πάντα τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας· καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα κυρίου, καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· ὅτι κύριος ἐλάλησε. φωνὴ λέγοντος, βόησον· καὶ εἶπον, τί βοήσω; πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε· τὸ δὲ ῥῆμα κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἀνάβηθι, ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον τῇ ἰσχύϊ τὴν φωνήν σου ὁ εὐαγγελιζόμενος Ἱερουσαλήμ. ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε. εἶπον ταῖς πόλεσιν Ἰούδα· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ὑμῶν, κύριος ἰδοὺ μετ' ἰσχύος ἔρχεται, καὶ ὁ βραχίων μετὰ κυρίας ἔρχεται. ἰδοὺ ὁ μισθὸς μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ· ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ τῷ βραχίονι συνάξει ἄρνας, καὶ τὴν ἐν γαστρὶ ἔχουσαν παρακαλέσει. τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; τίς ἔστησε τὰ ὄρη σταθμῷ, καὶ τὰς νάπας ζυγῷ; τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; ἢ πρὸς τίνα συνεβουλεύσατο καὶ συνεβίβασεν αὐτόν; ἢ τίς ἔδειξεν αὐτῷ κρίσιν; ἢ ὁδὸν συνέσεως τίς ἐγνώρισεν αὐτῷ; πάντα τὰ ἔθνη ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου, καὶ ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ ἐλογίσθησαν, καὶ ὡς πτύελος λογισθήσονται. ὁ δὲ Λίβανος [1] οὐχ ἱκανῶς εἰς καῦσιν, καὶ τὰ τετράποδα οὐχ ἱκανὰ εἰς ὁλοκάρπωσιν, καὶ πάντα τὰ ἔθνη οὐθὲν, καὶ εἰς οὐδὲν ἐλογίσθησαν.

Καὶ παυσαμένου μου, εἶπεν ὁ Τρύφων· ἀμφίβολοι μὲν πάντες οἱ λόγοι τῆς προφητείας ἣν φῂς σὺ, ὦ ἄνθρωπε, καὶ οὐδὲν τμητικὸν εἰς ἀπόδειξιν οὗπερ βούλει ἀποδεῖξαι ἔχοντες.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· εἰ μὲν μὴ ἐπαύσαντο καὶ οὐκέτι ἐγένοντο οἱ προφῆται ἐν τῷ γένει ὑμῶν, ὦ Τρύφων, μετὰ τοῦτον τὸν Ἰωάννην, δῆλον ὅτι ἃ λέγω εἰς Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, ἴσως ἀμφίβολα [2] ἐνοεῖτε εἶναι τὰ λεγόμενα. εἰ δὲ Ἰωάννης μὲν προελήλυθε βοῶν τοῖς ἀνθρώποις μετανοεῖν, καὶ Χριστὸς ἔτι αὐτοῦ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ, ἐπελθὼν [3] ἔπαυσέ τε αὐτὸν τοῦ προφητεύειν καὶ βαπτίζειν, καὶ εὐηγγελίζετο καὶ αὐτὸς λέγων ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ ὅτι δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ

A responde, quomodo demonstrare possis alium etiam esse Deum præter creatorem universorum: tumque demonstrabis eum etiam nasci ex virgine sustinuisse.

Tum ego: Prius per te mihi liceat nonnulla ex Esaiæ vaticinio verba proferre de illo præcursionis dicta munere, quo ante hunc ipsum Dominum nostrum Jesum Christum Joannes Baptista & propheta perfunctus est.

Per me licet, inquit ille.

Tum ego: Esaias igitur de Joannis præcursione ita prædixit: [a] *Et dixit Ezechias Esaiæ: Bonum verbum Domini, quod loquutus est: Fiat pax & justitia in diebus meis.* [b] *Et consolamini populum, sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem, & consolamini eam: quia repleta est humilitas ejus. Solutum est peccatum illius; quia recepit de manu Domini duplicia peccata sua. Vox clamantis in deserto: Parate vias Domini; rectas facite semitas Dei nostri. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt omnia prava in directum, & aspera in vias planas: & apparebit gloria Domini, & videbit omnis caro salutare Dei: quia Dominus loquutus est. Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis quasi flos fœni. Aruit fœnum, & flos ejus cecidit: verbum autem Domini manet in sempiternum. Super montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Hierusalem. Exaltate, nolite timere. Dic civitatibus Juda: Ecce Deus vester; Dominus ecce cum virtute venit, & brachium cum dominatione venit. Ecce merces cum eo, & opus in conspectu ejus. Sicut pastor pascet gregem suum, & brachio congregabit agnos, & prægnantem consolabitur. Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo? Quis statuit montes pondere, & saltus staterа? Quis cognovit mentem Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, qui doceat eum? aut cum quo consilium iniit, & instruxit illum? vel quis ostendit ei judicium? vel viam intelligentiæ quis ostendit illi? Omnes gentes, sicut stilla de situla, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt, & quasi sputum reputabuntur. Libanus autem non sufficit ad comburendum: & quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum: & cunctæ gentes nihilum, & in nihilum reputatæ sunt.*

LI. Desinente me, dixit Trypho: Ambigua omnia prophetiæ a te allatæ verba; nec quidquam habent, quo decidatur id quod demonstrare vis.

Tunc ego respondi: Si quidem non evenisset, Trypho, ut desinerent, ac jam omnino nulli essent post hunc Joannem in vestro genere prophetæ; quæ videlicet a me in Jesum Christum proferuntur, ambigue fortasse dicta viderentur. Sed si Joannes quidem præcessit clamans hominibus ut pœnitentiam agerent; eique adhuc ad fluvium Jordanem sedenti superveniens Christus finem attulit vaticinandi & baptizandi; ipse autem Evangelium quoque prædicare cœpit, regnum cælorum dicens appropinquare, seque multa a Scribis & Pharisæis pati oportere, & cruci-

a Esai. xxxix. 8. b Esai. xl. 1 — 17.

1. Οὐχ ἱκανῶς.] Erratum esse pro ἱκανὸς, ut habemus in Bibliis, admonuit Perionius. Legitur ἱκανὸς in edit. Paris.

2. Ἐνοεῖτε.] Dixerat Trypho ambigua sibi videri prophetiæ verba. Cur ergo ait Justinus ἴσως ἀμφίβολα ἐνοεῖτε, *forte ambigue dicta vobis viderentur?* Sed si legamus ἐνοοῦντο, soluta erit difficultas.

3. Ἔπαυσέ τε αὐτὸν τοῦ προφητεύειν.] In eamdem sententiam Justinus infra n. 87. interpretatur illud Isaiæ: *Et requiescet super eum Spiritus Domini.* Justinum imitatur Tertullianus lib. 4. in Marcionem c. 18.

a Ἣν προελ.] Lego, ἧς προελ. PEARSONUS.

τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι, καὶ πάλιν παραγενήσεσθαι ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τότε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ συμπιεῖν πάλιν καὶ συμφαγεῖν, καὶ ἐν τῷ μεταξὺ τῆς παρουσίας αὐτοῦ χρόνῳ, ὡς προέφην, γενήσεσθαι [1] ἱερεῖς καὶ ψευδοπροφήτας ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ προεμήνυσε, καὶ οὕτω φαίνεται ὄντα· πῶς ἔτι ἀμφιβάλλειν ἐστὶν, ἔργῳ πεισθῆναι ὑμῶν ἐχόντων; [2] εἰρήκειν δὲ περὶ τοῦ μηκέτι γενήσεσθαι ἐν τῷ γένει ὑμῶν προφήτην, καὶ περὶ τοῦ ἐπιγνῶναι ὅτι ἡ πάλαι κηρυσσομένη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καινὴ διαθήκη [3] διαταχθήσεσθαι, ἤδη τότε παρῆν, τουτέστιν αὐτὸς ὢν ὁ Χριστὸς, οὕτως· ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται μέχρι Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ· ἐξότου ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

A figi & tertio die resurgere, ac futurum, ut iterum Jerosolymam veniret, tumque una cum discipulis ederet ac biberet, ac interea dum veniret, in ipsius nomine, ut jam dixi *, sacerdotes & prophetæ falsi prodirent; quæ quidem ita evenisse liquet: quomodo adhuc dubitare fas sit, cum res ipsæ vobis persuadere possint? Nullum autem deinceps futurum in vestro genere prophetam dixerat; atque ut homines agnoscerent novum illud testamentum quod olim Deus institutum iri prædicaverat, jam tum adesse, hoc est, seipsum, quippe qui Christus esset, sic eos alloquebatur: [a] *Lex & prophetæ usque ad Joannem Baptistam:* [b] *ex quo tempore regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et si vultis re-* B *cipere, ipse est Elias, qui venturus erat. Qui habet aures audiendi, audiat.*

Καὶ διὰ Ἰακὼβ δὲ τοῦ πατριάρχου προεφητεύθη ὅτι δύο τοῦ Χριστοῦ παρουσίαι ἔσονται, καὶ ὅτι ἐν πρώτῃ παθητὸς ἔσται, καὶ ὅτι μετὰ τὸ αὐτὸν ἐλθεῖν οὔτε προφήτης οὔτε βασιλεὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν, ἐπήνεγκα, καὶ ὅτι τὰ ἔθνη πιστεύοντα ἐπὶ τὸν παθητὸν Χριστὸν, πάλιν παραγενησόμενον προσδοκήσει. ἐν παραβολῇ δὲ καὶ παρακεκαλυμμένως τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον [4] διὰ τοῦτο αὐτὰ ἐλελαλήκει, ἔφην. οὕτως δὲ εἰρηκέναι ἐπήνεγκα· Ἰούδα, ᾔνησάν σε οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου. προσκυνήσουσί σε οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. σκύμνος λέοντος Ἰούδα· ἐκ βλαστοῦ υἱέ μου ἀνέβης. ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ [5] τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν, δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι [6] τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ. πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. [a] χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ [7] ἀπὸ οἴνου, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ὡς γάλα· ὅτι οὖν οὐδέποτε ἐν τῷ γένει ὑμῶν ἐπαύσατο οὔτε προφήτης οὔτε ἄρχων, ἐξότου ἀρχὴν ἔλαβε, μέχρις οὗ οὗτος Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ γέγονε καὶ ἔπαθεν, οὐδ' ἀναισχύντως τολμήσετε εἰπεῖν, ἢ ἀποδεῖξαι ἔχετε. [8] καὶ γὰρ Ἡρώδην, [9] ἀφ' οὗ ἔπαθεν, Ἀσκαλωνίτην γεγονέναι λέγοντες, ὅμως ἐν τῷ γένει ὑμῶν ὄντα λέγετε

LII. Illud etiam a Jacobo patriarcha prædictum est, duos Christi adventus futuros; eumque in primo perpessionibus obnoxium fore, ac postquam advenerit, nec prophetam nec regem in vestro genere futurum (ita enim pergebam;) gentes autem in Christum passionibus obnoxium credentes, rursus venturum exspectaturas. Atque hac de caussa, ajebam, in parabolis & arcane Spiritus sanctus hæc tradidit. Sic autem illum loquutum esse addidi: [c] *Juda, laudaverunt te fratres tui: manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum: adorabunt te filii patris tui. Catu-* C *lus leonis Juda: ex germine, fili mi, ascendisti. Recumbens dormivit ut leo & quasi catulus: quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Juda, & dux de femoribus ejus, donec veniant quæ reposita sunt ei: & ipse erit exspectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, & ad helicem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ amictum suum. Fulvi oculi ejus præ vino, & candidi dentes ejus ut lac.* Porro in genere vestro ex quo initium accepit, usque ad illud tempus quo hic Jesus Christus natus ac passus est, prophetam aut principem esse umquam desiisse, nec impudenter dicere audebitis, nec habetis demonstrare. Nam cum Herodem post quem passus est, Ascalonitam dicitis fuisse, tamen in genere vestro principem sa-

* Num. xxv. [a] Luc. xvi. 16. [b] Matth. xi. 12. 14. [c] Gen. xlix. 8 — 12.

1. Ἱερεῖς καὶ ψευδοπροφήτας.] Conjicit Sylburgius aut legendum ψευδιερεῖς, aut ita explicandam Justini sententiam. Sed si quid immutandum sit, legere malim αἱρέσεις. Sic enim Justinus supra n. 35. tamquam ex verbis Christi illud citat: ἔσονται σχίσματα καὶ αἱρέσεις. *Erunt schismata & hæreses*. Censet etiam Cl. Thirlbius legendum αἱρέσεις.

2. Εἰρήκειν.] Legendum εἰρήκει, ut patet ex hac voce οὕτως quæ refertur ad illud verbum.

3. Διαταχθήσεσθαι.] Inepta emendatio in editionibus græco-latinis, ubi legitur διαταχθήσεται καὶ ἤδη τότε παρῆν.

4. Διὰ τοῦτο.] Ne videlicet Judæi aperta de eorum reprobatione & gentium vocatione testimonia expungerent, ut clarius declarat Justinus n. 120.

5. Τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ.] Uterque ms. codex ad marginem & R. Steph. ad calcem habent ὃ ἀπόκειται. Vid. infra num. 120. & Apol. 1. num. 32. Non culpandi librarii, quod heic Justinus aliter ac in aliis locis citet. Interdum enim in hoc Dialogo, ut ipse testatur, n. 120. & 123. non sequitur LXX. interpretes, sed accommodat se ad Judæorum interpretationes.

6. Τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ.] Prætermittit hæc verba Justinus Apol. 1. num. 54. atque ita ratiocinatur quasi numquam ea legisset in hoc Scripturæ testimonio. Sed cum ea non solum heic commemoret, sed etiam paullo post in eis explicandis operam insumat, non dubium quin erratum, quod ei in Apologia aut memoriæ aut codicis vitio exciderat, Dialogum scribens emendaverit.

7. Ἀπὸ οἴνου.] Illud ἀπὸ idem hoc loco significat ac *præ*.

8. Καὶ γὰρ Ἡρώδην.... λέγοντες.] Hæc esse videtur hujus loci sententia. Nimirum Judæi, ut eluderent prophetiam, hac inter alias cavillatione utebantur, ut sceptrum e tribu Juda; antequam Jesus nasceretur recessisse dicerent; quippe cum Herodes qui ante Christi passionem mortuus est, Ascalonita fuerit. Demonstrat ergo Justinus sacerdotes & sacrificia tunc illis minime defuisse.

9. Ἀφ' οὗ ἔπαθεν.] Omnes Justini interpretes verterunt, *sub quo passus est*, quasi scripsisset Justinus ἐφ' οὗ ἔπαθεν. Sed non is erat Justinus qui Christum sub Herode Ascalonita passum diceret, nec ulla prorsus caussa est tam fœdæ ignorationis sancto Martyri tribuendæ. Thirlbius legendum proponit, ἀφ' οὗ ἔφυγεν. Infra legimus ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ sensu non valde absimili n. 88. vide n. 113.

[a] Χαροποί] Hæc est genuina lectio juxta Hebraicam veritatem. Ita & Hippolytus pag. 7. & 9. & Chrysostomus hom. 67. in Genesin, & Cyrillus lib. 7. Glaphyr. in Genes. p. 220. & Georgius Cedrenus p. 39. Nec absimiliter vetus Scholiastes ad hunc locum: θερμοί, διάπυροι, φοινικοί. Indeque Cyprianus lib. I. adversus Judæos cap. 21. *formi..olosi* (editt. quæd. *formosi*) Augustinus quoque de Civit. Dei xvi. 41. *fulvi*, licet contra Faustum Manichæum xii. 42. *fulgentes*. Corrigendæ itaque edd. lxx. Interpretum, quæ habent Χαροποιοί, errato vetustissimi alicujus librarii, qui vocem Χαροποί tamquam minus usitatam ignorans, bene autem gnarus, quod *vinum* cujus ibi mentio fit, *lætificet cor hominis* Psalm. ciii. 15. Χαροποιοί male substituit. Hæc ferme Grabius *de vitiis LXX. Interpp.* p. 36. Vide sis Nobilium, & Thirlbium heic.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

ἀρχιερέα, ὥστε καὶ τότε ὄντος ὑμῖν κατὰ τὸν νόμον A τοῦ Μωσέως καὶ προσφορὰς προσφέροντος, καὶ τὰ ἄλλα νόμιμα φυλάσσοντος, καὶ προφητῶν, κατὰ διαδοχὴν μέχρις Ἰωάννου γεγενημένων, (ὡς καὶ ὅτε εἰς Βαβυλῶνα ἀπήχθη ὁ λαὸς ὑμῶν, πολεμηθείσης τῆς γῆς καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν ἀρθέντων) [1] μὴ παύσασθαι ἐξ ὑμῶν προφήτην, ὃς κύριος καὶ ἡγούμενος καὶ ἄρχων τοῦ λαοῦ ὑμῶν ἦν. τὸ γὰρ ἐν τοῖς προφήταις πνεῦμα καὶ τοὺς βασιλεῖς ὑμῖν [2] ἔχρισε καὶ καθίστα. μετὰ δὲ τὴν Ἰησοῦ τοῦ ἡμετέρου Χριστοῦ ἐν τῷ γένει ὑμῶν φανέρωσιν καὶ θάνατον, οὐδαμοῦ προφήτης γέγονεν, οὐδέ ἐστιν· ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι ὑμᾶς ὑπὸ ἴδιον βασιλέα ἐπαύσατο, καὶ προσέτι ἡ γῆ ὑμῶν ἠρημώθη, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον καταλέλειπται. τὸ δὲ εἰπεῖν τὸν λόγον διὰ τοῦ Ἰακὼβ, καὶ αὐτὸς ἔσται B προσδοκία ἐθνῶν, συμβολικῶς δύο παρουσίας αὐτοῦ ἐσήμαινε, καὶ τὰ ἔθνη μέλλειν αὐτῷ πιστεύειν, [3] ὅπερ ὀψέ ποτε πάρεστιν ἰδεῖν ὑμῖν. οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων διὰ τῆς πίστεως τῆς τοῦ Χριστοῦ θεοσεβεῖς καὶ δίκαιοι γενόμενοι, πάλιν παραγενησόμενον αὐτὸν προσδοκῶμεν.

A *cum eo usque mane. Vidit autem, quia non valet adversus eum: & tetigit latitudinem femoris ejus, & obtorpuit latitudo femoris Jacob, dum luctatur ipse cum eo. Et dixit ei: Dimitte me: ascendit enim diluculum. At ille dixit: Non te dimittam, nisi me benedixeris. Dixit autem ei: Quod est nomen tuum? At ille dixit: Jacob. Et dixit ei: Non vocabitur ultra nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum: quia invaluisti cum Deo, & cum hominibus potens eris. Jacob autem interrogavit, & dixit: Annuntia mihi nomen tuum. Et dixit: Ut quid hoc interrogas tu nomen meum? Et benedixit eum ibi. Et vocavit Jacob nomen loci illius, Visio Dei. Vidi enim* B *Deum facie ad faciem: & gavisa est anima mea.* Et item alibi de eodem Jacob verba faciens, hæc dicit: [a] *Venit autem Jacob in Luza, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bethel, & ipse, & omnis populus qui erat cum eo: & ædificavit ibi aram, & vocavit nomen loci illius, Bethel: illic enim apparuit ei Deus, cum ipse fugeret a facie Esau fratris sui. Mortua est autem Deborra, nutrix Rebeccæ, & sepulta est infra Bethel sub quercu: & vocavit Jacob nomen ejus, quercum luctus. Apparuit autem Deus ipsi Jacob adhuc in Luza, quando advenit de Mesopotamia Syriæ, & benedixit eum. Et dixit ei Deus: Nomen tuum jam non vocabitur Jacob: sed Israel erit nomen* C *tuum.* Deus vocatur, & Deus est, & erit. Et cum capite omnes annuissent, dixi ego: Illa etiam Scripturæ testimonia, in quibus narratur quomodo ei fratrem Esau fugienti apparuerit ille & angelus & Deus & Dominus, qui & in specie viri Abrahæ visus & in specie hominis cum Jacob luctatus, necesse esse vobis referre arbitror. Sunt autem hujusmodi: [b] *Et exiit Jacob a puteo juramenti, & profectus est in Charran, & venit ad quemdam locum, & dormivit ibi: occiderat enim sol. Et sumsit ex lapidibus loci, & posuit ad caput suum, & dormivit in loco illo, & somniavit. Et ecce scala stabilita super terram, cujus caput pertingebat ad cælum: & angeli Dei ascendebant, & descendebant in* D *ea. Et Dominus incumbebat super eam, & dixit: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui & Isaac: noli timere: terra, super quam dormis super eam, tibi dabo illam & semini tuo: & erit semen tuum sicut arena terræ, & dilatabitur ad mare, & Notum, & Aquilonem, & ad Orientem; & benedicentur in te omnes tribus terræ, & in semine tuo. Et ecce ego sum tecum, custodiens te in omni via, quacumque ibis, & reducam te in terram banc; quia te non derelinquam, donec faciam omnia quæ loquutus sum tibi. Et surrexit Jacob de somno suo, & dixit: Quia Dominus est in loco isto; ego autem nesciebam. Et timuit, & dixit: Quam terribilis est locus iste!* E *non est heic nisi domus Dei; & hæc porta cæli. Et surrexit Jacob mane, & sumsit lapidem quem supposuerat ibi ad caput suum, & statuit illum titulum, & superfudit oleum in cacumen ejus: & appellavit Jacob nomen loci, Domus Dei: & Ulammaus erat nomen civitatis antea.*


LIX. Hæc cum dixissem, Sustinere me, ajebam, ex libro quoque Exodi vobis demonstrantem, quomodo ipse ille & angelus & Deus & Dominus

a Gen. XXXV. 6 — 10. b Gen. XXVIII. 10 — 19.

1. Ἄγγελος.] Legitur in Bibliis ἄνθρωπος, atque ita legendum apud Justinum contendit eruditus Londinensis editor, ut infra n. 126. Equidem ei assentirer, si Justinus semper cum Bibliis consentiret, aut Scripturas semper eodem modo referret.

2. Ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ.] Sic habet uterque mſ. codex. Editi ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτῆς.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ἀνήρ, καὶ ἄνθρωπος Ἀβραὰμ [1] καὶ Ἰσαὰκ φανεὶς, A ἐν πυρὶ φλογὸς ἐκ βάτου πέφανται καὶ ὡμίλησε τῷ Μωϋσεῖ. κἀκείνων ἡδέως καὶ ἀκαμάτως καὶ προθύμως ἀκούειν λεγόντων, ἐπέφερον· ταῦτα δέ ἐστιν ἐν τῇ βίβλῳ ἣ ἐπιγράφεται ἔξοδος· μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας τὰς πολλὰς ἐκείνας ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου, καὶ κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἔργων, καὶ τὰ λοιπὰ, μέχρι τοῦ, ἐλθὼν συνάγαγε τὴν γερουσίαν Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ὑμῶν ὦφθη μοι, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, λέγων, ἐπισκοπῇ ἐπισκέπτομαι ὑμᾶς, καὶ ὅσα συμβέβηκεν ὑμῖν ἐν Αἰγύπτῳ. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπέφερον, ὦ ἄνδρες, νενοήκατε, λέγων, ὅτι ὃν λέγει Μωσῆς ἄγγελον ἐν πυρὶ φλογὸς λελαληκέναι αὐτῷ, οὗτος αὐτὸς Θεὸς ὢν, σημαίνει τῷ Μωσεῖ, B ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ;

Καὶ ὁ Τρύφων, οὐ τοῦτο νοοῦμεν ἀπὸ τῶν λόγων προλελεγμένων, ἔλεγεν, ἀλλ' ὅτι ἄγγελος μὲν ἦν ὁ ὀφθεὶς ἐν φλογὶ πυρὸς, Θεὸς δὲ ὁ ὁμιλῶν τῷ Μωσεῖ· ὥστε καὶ ἄγγελον καὶ Θεὸν, δύο ὁμοῦ ὄντας, ἐν τῇ τότε ὀπτασίᾳ γεγενῆσθαι.

Κἀγὼ πάλιν ἀπεκρινάμην· εἰ καὶ τοῦτο γέγονε τότε, ὦ φίλοι, ὡς καὶ ἄγγελον καὶ Θεὸν ὁμοῦ ἐν τῇ ὀπτασίᾳ τῇ τῷ Μωσεῖ γενομένῃ ὑπάρξαι· ὡς καὶ ἀποδέδεικται ὑμῖν διὰ τῶν προγεγραμμένων λόγων, οὐχ ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων ἔσται Θεὸς ὁ τῷ Μωσεῖ εἰπὼν αὐτὸν εἶναι Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ C Θεὸν Ἰακὼβ, ἀλλ' ὁ ἀποδειχθεὶς ὑμῖν ὦφθαι τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, τῇ τοῦ ποιητοῦ τῶν ὅλων θελήσει ὑπηρετῶν, καὶ ἐν τῇ κρίσει τῶν Σοδόμων τῇ βουλῇ αὐτοῦ ὁμοίως ὑπηρετήσας· ὥστε κἂν, ὡς φατὲ, ἔχῃ, ὅτι δύο ἦσαν, καὶ ἄγγελος καὶ Θεὸς, οὐ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων καὶ πατέρα, καταλιπόντα τὰ ὑπὲρ οὐρανὸν ἅπαντα, [2] ἐν ὀλίγῳ γῆς μορίῳ πεφάνθαι πᾶς ὀστισοῦν, κἂν μικρὸν νοῦν ἔχων, τολμήσει εἰπεῖν.

Καὶ ὁ Τρύφων· ἐπειδὴ ἤδη προαποδέδεικται ὅτι ὁ ὀφθεὶς τῷ Ἀβραὰμ Θεὸς καὶ κύριος ὠνομασμένος, ὑπὸ κυρίου τοῦ ἐν οὐρανοῖς λαβὼν τὰ ἐπαχθέντα τῇ Σοδόμων γῇ, ἐπήγαγε, [3] καὶ νῦν καὶ ἄγγελος ἦν [4] σὺν τῷ φανέντι τῷ Μωσεῖ Θεὸς γεγενημένος, D τὸν [5] Θεὸν τὸν ἀπὸ τῆς βάτου ὁμιλήσαντα τῷ Μωσεῖ, οὐ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν νοήσομεν γεγονέναι, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν καὶ τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰακὼβ ἀποδειχθέντα πεφανερῶσθαι· ὃς καὶ ἄγγελος τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ Θεοῦ καλεῖται καὶ νοεῖται εἶναι, ἐκ τοῦ διαγγέλλειν τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ἁπάντων.

Κἀγὼ πάλιν, ἤδη μέν τοι, ὦ Τρύφων, ἀποδείξω ὅτι πρὸς τῇ Μωσέως ὀπτασίᾳ αὐτὸς οὗτος μόνος, καὶ ἄγγελος καλούμενος καὶ Θεὸς ὑπάρχων, ὤφθη καὶ προσωμίλησε τῷ Μωσεῖ. οὕτως γὰρ ἔφη ὁ λόγος· ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος κυρίου ἐν πυρὶ φλογὸς ἐκ βάτου· καὶ ὁρᾷ ὅτι ὁ βάτος καίεται πυρὶ, ὁ δὲ βάτος οὐ κατεκαίετο. ὁ δὲ Μωσῆς εἶπε, E παρελθὼν ὄψομαι τὸ ὅραμα τοῦτο τὸ μέγα, ὅτι οὐ κατακαίεται ὁ βάτος. ὡς δ' εἶδε κύριος ὅτι προσάγει ἰδεῖν, ἐκάλεσεν αὐτὸν κύριος ἐκ τῆς βάτου. ὃν οὖν τρόπον τὸν τῷ Ἰακὼβ ὀφθέντα κατὰ τοὺς ὕπνους ἄγγελον ὁ λόγος λέγει, εἶτα αὐτὸν τὸν ὀφθέντα κατὰ τοὺς ὕπνους ἄγγελον εἰρηκέναι αὐ-

A vir & homo, qui Abrahæ & Isaac visus est, in igne flammæ ex rubo apparuerit & colloquutus sit cum Mose. His autem libenter & citra molestiam & alacriter audire se asserentibus: Exstant hæc, inquam, in eo libro qui inscribitur Exodus. [a] *Sed enim post dies multos illos mortuus est rex Ægypti, & ingemuerunt filii Israel ab operibus*, & reliqua usque ad illud: *Vadens congrega senatum Israelis, & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Jacob, dicens: Visitatione visito vos, & quæcumque accidere vobis in Ægypto*. Ad hæc adjeci: Intelligitis, o viri, quem angelum Moses secum in igne flam- B mæ colloquutum dicit, eum ipsum, cum Deus sit, declarare Mosi, Deum se esse Abraham & Isaac & Jacob?

LX. Et Trypho: Non hoc, inquit, intelligimus ex verbis a te recitatis, sed angelum quidem fuisse eum, qui visus est in igne flammæ, Deum autem cum Mose colloquutum; ita ut duo simul, angelus & Deus, in hac tum visione exstiterint.

Tum ego rursus respondi: Etiamsi, inquam, id tum, amici, factum esset ut angelus & Deus simul in visione Mosi oblata, essent; profecto qui dixit Mosi se Deum esse Abrahæ & Deum Isaac & Deum Jacob, is, ut vobis ex verbis C jam descriptis demonstratum est, non creator universorum Deus erit, sed idem ac ille, quem Abrahæ & Jacob apparuisse, ac creatoris universorum voluntati ministrare, ejusque consilio pariter in Sodomorum judicio ministrasse demonstratum vobis est: ita ut etiamsi, ut dicitis, duo fuerint, & angelus & Deus; nemo tamen non omnino mente captus auctorem universorum & parentem relictis omnibus supercælestibus, in parva terræ particula visum dicere audeat.

At Trypho: Quandoquidem demonstratum est, eum qui visus Abrahæ Deus ac Dominus vocatur, ab eo qui in cælis est, Domino accepisse, quæ terræ Sodomorum inflixit: nunc, etiamsi Angelus D adfuisset cum Deo qui Mosi apparuit; Deum qui ex rubo colloquutus est cum Mose, non creatorem universorum Deum intelligemus fuisse, sed eum quem & Abrahæ & Isaac & Jacob apparuisse demonstratum est; qui etiam universorum creatoris Dei angelus vocatur & esse intelligitur, eo quod a Patre & creatore universorum mandata ad homines perferat.

Tum ego rursum: Jam demonstrabo, inquam, o Trypho, in Mosis visione ipsum illum, qui & angelus vocatur & Deus est, solum apparuisse Mosi, & cum eo colloquutum esse. Sic enim ait Scriptura: [b] *Apparuit autem ei angelus Domini in igne flammæ ex rubo: & videbat, quod rubus arderet igne & non combureretur. Dixit autem Mo-* E *ses: vadens videbo visionem banc magnam, quia non comburitur rubus. Cernens autem Dominus quod accederet ad videndum, vocavit eum ex rubo*. Quemadmodum igitur Scriptura eum qui Jacobo in somnis apparuit, angelum appellat; deinde ipsum illum qui in somnis apparuit, an-

a Exod. II. 23. b Exod. III. 2 — 4.


1. Καὶ Ἰσαάκ.] Videtur Jacobi nomen vel in locum Isaaci substituendum, vel saltem addendum, ut Langus & Thirlbius viderunt.

2. Ἐν ὀλίγῳ γῆς μορίῳ.] Vide quæ de hac Justini loquendi ratione observamus ad n. 127.

3. Καὶ νῦν καὶ ἄγγελος.] Legendum καὶ νῦν κἂν ἄγγελος. Liquet enim Tryphonem heic Justino assentiri, & ad præcedentia illius verba respicere. Quare dicere non potuit, *& nunc etiam angelus erat Deus cum eo qui apparuit Mosi*. Non enim id dixerat Justinus, sed tantum, *etiamsi angelus & Deus simul essent*.

4. Σὺν τῷ φανέντι τῷ Μωσεῖ Θεός.] Legendum Θεῷ. Sic enim antea ἄγγελον καὶ Θεόν.

5. Τὸν Θεόν.] Post has voces articulum addidimus ex duobus mss.



τῷ, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὀφθείς σοι ὅτε ἀπεδίδρασκες ἀπὸ προσώπου Ησαῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου· καὶ ἐπὶ τοῦ Αβραὰμ ἐν τῇ κρίσει τῶν Σοδόμων κύριον παρὰ κυρίου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὴν κρίσιν ἐπενηνοχέναι ἔφη· οὕτως καὶ ἐνταῦθα ὁ λόγος λέγων ἄγγελον κυρίου ὦφθαι τῷ Μωσεῖ, καὶ μετέπειτα κύριον αὐτὸν ὄντα καὶ Θεὸν σημαίνων, τὸν αὐτὸν λέγει ὃν καὶ διὰ πολλῶν τῶν λελεγμένων ὑπηρετοῦντα τῷ ὑπὲρ κόσμον Θεῷ, ὑπὲρ ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι, σημαίνει.

A gelum ipsi dixisse narrat: *a* *Ego sum Deus qui apparui tibi, cum fugeres a facie Esau fratris tui*; & sub Abraham in judicio Sodomorum Dominum a Domino in cælis judicium intulisse dixit: ita & hoc loco angelum Domini Mosi apparuisse referens, ac postea Dominum illum & Deum esse declarans, non alium designat, quam quem pluribus testimoniis jam allatis Deo supermundano, supra quem alius non est, ministrare significat.

Μαρτύριον δὲ καὶ ἄλλο ὑμῖν, ὦ φίλοι, ἔφην, ἀπὸ τῶν γραφῶν δώσω, ὅτι [1] ἀρχὴν πρὸ πάντων τῶν κτισμάτων ὁ Θεὸς γεγέννηκε δύναμίν τινα ἐξ ἑαυτοῦ λογικὴν, ἥτις καὶ δόξα κυρίου ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου καλεῖται, ποτὲ δὲ υἱὸς, ποτὲ δὲ σοφία, ποτὲ δὲ ἄγγελος, ποτὲ δὲ Θεὸς, ποτὲ δὲ κύριος καὶ λόγος· ποτὲ δὲ ἀρχιστράτηγον ἑαυτὸν λέγει, ἐν ἀνθρώπου μορφῇ φανέντα τῷ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦ. [2] ἔχειν γὰρ πάντα προσονομάζεσθαι, ἔκ τε τοῦ ὑπηρετεῖν τῷ πατρικῷ βουλήματι, καὶ ἐκ τοῦ ἀπὸ τοῦ πατρὸς θελήσει γεγενῆσθαι. [3] ἀλλ' οὐ τοιοῦτον ὁποῖον καὶ ἐφ' ἡμῶν [4] γενόμενον ὁρῶμεν. λόγον γάρ τινα προβάλλοντες, λόγον γεννῶμεν, οὐ κατὰ ἀποτομὴν, ὡς ἐλαττωθῆναι τὸν ἐν ἡμῖν λόγον προβαλλόμενοι. καὶ ὁποῖον ἐπὶ πυρὸς ὁρῶμεν ἄλλο γινόμενον, οὐκ ἐλαττουμένου ἐκείνου ἐξ οὗ ἡ ἄναψις γέγονεν, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ μένοντος, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἀναφθὲν, καὶ αὐτὸ ὂν φαίνεται, οὐκ ἐλαττῶσαν ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἀνήφθη. μαρτυρήσει δέ μοι ὁ λόγος τῆς σοφίας, αὐτὸς ὢν οὗτος [5] ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων γεννηθεὶς, καὶ λόγος, καὶ σοφία, καὶ δύναμις, καὶ δόξα τοῦ γεννήσαντος ὑπάρχων, καὶ διὰ Σολομῶνος [6] φήσαντος ταῦτα· ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμῆσαι. κύριος ἔκτισέ με [7] ἀρχὴν, ὁδὸν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ, πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι,

LXI. Alio etiam vobis ex Scripturis testimonio, amici, demonstrabo Deum ante omnes res creatas, initium genuisse ex seipso virtutem quamB dam rationalem, quæ & gloria Domini a Spiritu sancto vocatur, ac nunc Filius, nunc Sapientia, nunc Angelus, nunc Deus, nunc Dominus & Verbum: interdum etiam Archiducem se ipse appellat, Jesu filio Navæ in forma hominis apparens. (Habet enim has omnes appellationes, ex eo quod Patris voluntati ministret, & voluntate de Patre genitus sit.) Quale est quod in nobis fieri videmus; aliquem enim sermonem proferentes, sermonem gignimus, nec tamen cum abscissione, ita ut sermo ille qui in nobis est, dum eum proferimus, imminuatur. Quale est etiam quod videmus ex igne alium ignem nasci, non imminuto eo, ex quo iste accensus est; & qui ex eo C accensus est, exstat ipse & apparet, nec eum imminuit, ex quo accensus est. Testis mihi erit Verbum Sapientiæ, ipse ille Deus ex Patre universorum genitus, qui & Verbum & Sapientia, & Virtus & gloria est genitoris, per Salomonem hæc loquuti: *b* *Cum annuntiavero vobis quæ quotidie fiunt, quæ a sæculo sunt memorans recensebo. Dominus condidit me initium, viam suam ad opera sua. Ante sæculum fundavit me in principio,*

a Gen. XXXV. 7. *b* Prov. VIII. 21. & seqq.

1. Ἀρχὴν πρὸ πάντων.] Reddendum non duxi, *initio ante omnia*, sed *principium ante omnia*. Neque enim hæc de æterna Filii generatione accipienda sunt, sed eum Pater ante mundi creationem principium omnium genuisse dicitur. Non solus hunc Scripturæ locum ita accepit Justinus. Aquila pro hac voce posuit κεφάλαιον. Tatianus de hac Filii seu Verbi generatione sic loquitur: τοῦτον ἴσμεν κόσμου τὴν ἀρχήν. Athenagoras eodem sensu hanc vocem accepit, Apol. n. 10. Origenes in Joan. p. 17. ex hoc Salomonis loco probat Verbum esse ἀρχὴν γενέσεως. Hoc testimonium eodem ac Justinus sensu intellexit Tertullianus, qui & eodem modo adv. Hermogenem cap. 18. & adv. Prax. cap. 6. illud citat; & in libro contra Hermogenem cap. 18. sic loquitur: *Habemus etiam illam initium cognoscere quæ dicit*: Dominus condidit me initium viarum suarum. Ita etiam citat Irenæus lib. 4. c. 20. n. 3. & Ambros. lib. 3. de fide & in Psalm. 110.

2. Ἔχειν γὰρ πάντα προσονομάζεσθαι.] Vide infra num. 126. Leg. ἔχει, idque observavit Thirlbius, qui etiam paullo post legendum contendit γεγεννῆσθαι; sed ipse alibi observat ferri posse vulgatam lectionem.

3. Ἀλλ' οὐ τοιοῦτον.] Videntur hæc injecta ab indocto librario; nec ea recepit Langus in interpretationem. Heic autem observabimus generationem de qua disserit Justinus, non esse æternam generationem, sed eam quam Filio ad mundi creationem prodeunti scriptores antiqui attribuerunt. Nam 1. exemplum ex verbo humano petitum, *Verbum enim aliquod proferentes, verbum gignimus*, argumento est Justinum non de æterna, sed de temporaria Dei loquutione loqui. 2. Postquam Justinus Salomonis locum retulit, *Dominus condidit me*, &c. subjungit illud Genesis, *Faciamus hominem*, quod *eodem sensu* dictum existimat. 3. Salomonis testimonium refert ad mundi creationem, ac Filium non simpliciter genitum dicit, sed genitum principium ante omnia opera. *Principium*, inquit, *ante omnia opera hæc ipsa progenies a Deo genita est*. 4. Tatianus Verbi progressum ad mundi creationem exponens, iisdem prorsus utitur exemplis & sententiis ac Justinus hoc loco. Si quis tamen retineat hæc verba, ἀλλ' οὐ τοιοῦτον, scribenda sunt cum interrogationis nota, ut in edit. Londin.


4. Γενόμενον.] Legendum γινόμενον, ut admonuit Cl. Thirlbius. Mox malim λόγον προβαλλόμενον.

5. Ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων γεννηθείς.] Non dicit ὑπὸ τοῦ πατρὸς, a Patre Deus genitus, sed ἀπὸ τοῦ πατρὸς, *ex Patre*, ut generationem ex substantia indicet. Eodem spectant omnia Justini principia. Exemplum ignis ex alio igne accensi demonstrat totam Patris substantiam, omnia attributa ac proinde & ipsam æternitatem in Filio esse. Hinc etiam Verbum Dei cum hominis λόγῳ comparatur, quia scilicet nihil Deo Patri magis intimum, quam ipsius Verbum, cui omnes suas ideas ac totam substantiam tradidit. Essentiæ numerica unitas inde etiam confirmatur, quod Filius, etsi Deus est de Deo, ut lux de luce, non tamen separari potest a Patre. Illa ergo generatio, quam Verbo ad mundi creationem progredienti attribuit Justinus, æternitatem illius statuit, nedum de illa quidquam detrahat. Vide num. 128.

6. Φήσαντος ταῦτα.] Legere mallem φήσας ταῦτα referendo ad λόγος. Sed tamen quominus vulgatam lectionem immutem, hac retineor ratione, quod similia videam apud Justinum exempla. Non multo post, nempe n. 62. legimus, τοῦτο αὐτὸ καὶ γέννημα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐγεγέννητο .... καὶ δι' ἀποκαλύψεως τῆς γεγενημένης Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ, εἶπον, τοῦτο αὐτὸ ὑπόντος. Et n. 63. οὐ σημαίνει ὑμῖν ὅτι ἀνωθεν καὶ διὰ γαστρὸς ἀνθρωπείας ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τῶν ὅλων γεννᾶσθαι αὐτὸν ἔμελλε; καὶ ἐν ἑτέροις εἰπὼν, &c. Vide n. 113. sub finem, ubi pariter Deus narrasse dicitur secundam circumcisionem a Josue per gladios lapideos peractam fuisse. Ex quo patet Justinum Deo Patri non ea solum Scripturæ testimonia, in quibus Pater loquitur, sed alia etiam interdum attribuere. Non videtur ergo mutandum illud φήσαντος, cum satis commode ad Deum Patrem referri possit. Vide n. 91. initio.

7. Ἀρχὴν, ὁδὸν αὐτοῦ.] Sic mss. & R. Stephanus. Vix dubium quin legerit Justinus ὁδῶν αὐτοῦ, ut habemus in Bibliis, atque ut emendatum est in edit. Paris. Infra enim num. 129. codex Regius habet in textu ὁδῶν, & Justinus Christum quidem & ἀρχὴν & σοφίαν a Salomone appellari observat, ὁδὸν vero appellari non dicit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



A καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ τὰς πηγὰς προελθεῖν τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ τὰ ὄρη ἑδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με. ὁ Θεὸς ἐποίησε χώραν, καὶ ἀοίκητον, καὶ ἄκρα οἰκούμενα ὑπ' οὐρανόν· ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ, καὶ ὅτε ἀφώριζε τὸν αὐτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων· ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ ἄνω νέφη, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐποίει πηγὰς ἀβύσσου· ἡνίκα ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτι εὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας, καὶ εὐφραίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. νῦν οὖν υἱὲ ἄκουέ μου· μακάριος ἀνὴρ ὃς εἰσακούσεταί μου, καὶ ἄνθρωπος ὃς τὰς ὁδούς μου φυλάξει, [1] ὑπνῶν ἐπ' ἐμαῖς θύραις καθ' ἡ- B μέραν, τηρῶν σταθμοὺς ἐμῶν εἰσόδων· αἱ γὰρ ἔξοδοί μου ἔξοδοι ζωῆς· καὶ ἡτοίμασται θέλησις παρὰ κυρίου. οἱ δὲ εἰς ἐμὲ ἁμαρτάνοντες, ἀσεβοῦσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν ψυχάς· καὶ οἱ μισοῦντές με, ἀγαπῶσι θάνατον.

Καὶ τοῦτο αὐτὸ, ὦ φίλοι, εἶπε καὶ διὰ Μωσέως ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, μηνύων ἡμῖν, [2] ὃν ἐδήλωσε, τὸν Θεὸν λέγειν [3] τούτῳ αὐτῷ τῷ νοήματι ἐπὶ τῆς ποιήσεως τοῦ ἀνθρώπου, λέγων ταῦτα· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἐποίησεν C ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς αὐτοὺς, λέγων, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς· καὶ ὅπως μὴ ἀλλάσσοντες τοὺς προλελεγμένους λόγους, ἐκεῖνα λέγητε ἃ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν λέγουσιν, ἢ ὅτι πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγεν ὁ Θεὸς, ποιήσωμεν, ὁποῖον καὶ ἡμεῖς, μέλλοντές τι ποιεῖν, πολλάκις πρὸς ἑαυτοὺς λέγομεν, ποιήσωμεν· [4] ἢ ὅτι πρὸς τὰ στοιχεῖα, τουτέστι τὴν γῆν καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως, ἐξ ὧν νοοῦμεν τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι, Θεὸν εἰρηκέναι, ποιήσωμεν· λόγους τοὺς εἰρημένους ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μωσέως πάλιν ἱστορήσω, ἐξ ὧν ἀναμφιλέκτως πρός τινα καὶ ἀριθμῷ ὄντα ἕτερον, λογικὸν ὑπάρχοντα, ὡμιληκέναι αὐτὸν ἐπιγνῶναι ἔχο- D μεν. εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν. οὐκοῦν εἰπὼν, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, καὶ ἀριθμὸν τῶν ἀλλήλοις συνόντων, καὶ τὸ ἐλάχιστον δύο μεμήνυκεν. οὐ γὰρ, ὅπερ [5] ἡ παρ' ὑμῖν λεγομένη αἵρεσις δογματίζει, φαίην ἂν ἐγὼ ἀληθὲς εἶναι ἢ οἱ ἐκείνης διδάσκαλοι ἀποδεῖξαι δύνανται, ὅτι ἀγγέλοις ἔλεγεν, ἢ ὅτι ἀγγέλων ποίημα ἦν τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπειον. ἀλλὰ τοῦτο [6] τὸ τῷ ὄντι ἀπὸ τοῦ

priusquam terram faceret, & priusquam abyssos crearet, priusquam fontes aquarum erumperent, priusquam montes stabilirentur: ante omnes colles generat me. Deus fecit regionem & solitudinem, & summa loca quæ incoluntur sub cælo. Cum pararet cælum, eram cum eo; & cum designaret thronum suum super ventis: cum firmas faceret summas nubes, & stabiles efficeret fontes abyssi; cum stabilia faceret fundamenta terræ; eram apud eum componens. Ego eram qua cum gaudebat: quotidie autem lætabar in conspectu ejus quovis tempore: quoniam delectabatur orbe habitabili consummato, & delectabatur in filiis hominum. Nunc igitur, fili, audi me. Beatus vir qui exaudiet me, & homo qui vias meas custodiet, vigilans ad fores meas quotidie, servans postes introitus mei. Exitus enim mei, exitus vitæ. Et præparata est voluntas a Domino. Qui vero in me delinquunt, impii sunt in suas ipsorum animas: & qui oderunt me diligunt mortem.

LXII. Hoc ipsum, amici, per Mosem quoque divinus sermo prædicavit, indicans nobis ad eum quem demonstravit, hæc a Deo in eamdem prorsus sententiam dici in hominis creatione. [a] *Faciamus hominem ad imaginem nostram & ad similitudinem. Et habeant principatum piscium maris, & volatilium cæli, & pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium super terram. Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit eum: masculum & feminam fecit eos. Et benedixit eos Deus, dicens: crescite, & multiplicamini, & replete terram & dominamini ei.* Ac ne allata a me verba immutantes, idem dicatis ac magistri vestri, vel secum dixisse Deum, *Faciamus*, quemadmodum & nos aliquid facturi sæpe dicimus, *Faciamus*; vel elementis, id est, terræ & ceteris similiter, ex quibus hominem factum intelligimus, Deum dixisse, *Faciamus*: ejusdem Mosis dicta rursus afferam ex quibus dubitatione omni præclusa, eum cum aliquo, qui & numero alter sit & rationalis, colloquutum cognoscere possumus. Sic autem habent hæc verba: [b] *Et dixit Deus: Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, ut sciat bonum & malum.* Dum ergo dicit: *Quasi unus ex nobis*; & numerum eorum qui inter se conjuncti sint, & saltem duos declaravit. Neque enim quod illa, quæ apud vos dicitur, hæresis decernit, id ego verum esse existimaverim, aut ejus magistri id demonstrare possint; nempe angelos eum alloquutum, aut angelorum opus esse corpus humanum. Sed hæc ipsa

a Gen. I. 26 — 28. *b* Gen. III. 22.

1. Ὑπνῶν.] Vitiosa prorsus scriptura a dormiente librario inducta pro ἀγρυπνῶν.

2. Ὃν ἐδήλωσε.] Nimirum Justinus, cum Verbum mundi principium esse censeat, his verbis, *in principio*, Verbum a Mose, ut multi alii scriptores, indicari existimat. Unde etiam ait in Apol. 1. nu. 23. Mosem declarare Verbum *Deo primogenitum esse*. Si cui tamen minus placeat hæc explicandi ratio, legat ὃν ἐδήλωσα, *quem demonstravi*.

3. Τούτῳ αὐτῷ τῷ νοήματι.] Si illud, *Faciamus*, idem prorsus valet ac eodem sensu dictum est, ac illud, *Dominus condidit me principium viarum suarum*, ut conceptis verbis declarat Justinus; an dubium esse possit quin illa generatio, quam Verbo S. Martyr hoc loco attribuit, nequaquam productio sit & generatio Verbi personæ, sed Patris cum eo deliberatio de mundi creatione, & ejusdem Verbi ad operis effectionem progressio? Sic etiam paullo post, colloquium Patris cum Verbo confirmat Justinus ex his Salomonis, *Dominus condidit me*, &c.

4. Ἢ ὅτι .... Θεὸν εἰρηκέναι.] Vel delendum illud ὅτι vel legendum Θεὸς εἴρηκε, nisi forte properantem Justinum minus accurate loquutum fateamur. Sic enim num. 45. ὅτι καὶ τοὺς .... σωθήσεσθαι εἶπον.

5. Ἡ παρ' ὑμῖν.] Legendum pronuntiat Thirlbius ἡ παρ' ἡμῖν, quia hæretici ex Judæis orti, nempe Saturninus & Menander & Marcus, hominem angelorum opus esse dixerunt, ut videre est apud Iren. l. 1. c. 22. & Tertull. de Resur. carnis c. 5. & de Anima c. 23. Sed huic sententiæ multa reclamant. 1. Suas habuere hæreses Judæi, quæ nostris hæresibus, in primis Menandro & Saturnino, multa suppeditarunt. 2. Secta quam heic refellit Justinus, statuebat Deum dixisse angelis, *Faciamus*, &c. ipsi angeli, prout fingebant Menander & Saturninus, *adhortati sunt semetipsos, dicentes*: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem, Iren. lib. 1. cap. 24. 3. Vox illa διδάσκαλοι Rabinis optime convenit. Sic eos pluribus locis appellat Justinus. 4. Magistri illi non aliam ob causam videntur illud, *Faciamus*, angelis dictum finxisse; nisi ut testimonium eraderent, quo personæ divinæ demonstrantur. Hac autem nota Judæos facile agnosco, nequaquam vero Saturninum & Marcum.

6. Τὸ τῷ ὄντι .... προβληθὲν γέννημα.] Vere prolatum fuisse Verbum docet, non quod tunc nasci & generari cœ-

πατρὸς προβληθὲν γέννημα, πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων συνῆν τῷ πατρὶ, καὶ τούτῳ ὁ πατὴρ [1] προσομιλεῖ, ὡς ὁ λόγος διὰ τοῦ Σολομῶνος ἐδήλωσεν, ὅτι καὶ [2] ἀρχὴ πρὸ πάντων τῶν ποιημάτων τοῦτ' αὐτὸ καὶ γέννημα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐγεγέννητο, ὃ σοφία διὰ Σολομῶνος καλεῖται, καὶ δι' ἀποκαλύψεως τῆς γεγενημένης Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ, εἶπον, τοῦτο αὐτὸ [3] εἰπόντος. ἵνα δὲ καὶ ἐκ τούτων φανερὸν ὑμῖν γένηται ὃ λέγω, ἀκούσατε καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ βιβλίου Ἰησοῦ. ἔστι δὲ ταῦτα· καὶ ἐγένετο ὡς ἦν Ἰησοῦς ἐν Ἱεριχῷ, ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ ἄνθρωπον ἑστηκότα κατέναντι αὐτοῦ· καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ, ἡμέτερος εἶ, ἢ τῶν ὑπεναντίων; καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἐγὼ ἀρχιστράτηγος δυνάμεως κυρίου, νῦν παραγέγονα. καὶ Ἰησοῦς ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπεν αὐτῷ, δέσποτα τί προστάσσεις τῷ σῷ οἰκέτῃ; καὶ λέγει ὁ ἀρχιστράτηγος κυρίου πρὸς Ἰησοῦν, λῦσαι τὰ ὑποδήματα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐφ' ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστί. καὶ ἡ Ἱεριχὼ συγκεκλεισμένη ἦν καὶ ὠχυρωμένη, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῆς ἐξεπορεύετο. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Ἰησοῦν, ἰδοὺ παραδίδωμί σοι τὴν Ἱεριχὼ ὑποχείριον, καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς τὸν ἐν αὐτῇ, δυνατοὺς ὄντας ἰσχύϊ.

Καὶ ὁ Τρύφων, ἰσχυρῶς καὶ διὰ πολλῶν δείκνυταί σοι τοῦτο, φίλε, ἔφη. λοιπὸν οὖν καὶ ὅτι οὗτος διὰ τῆς παρθένου ἄνθρωπος γεννηθῆναι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ βούλησιν ὑπέμεινεν, ἀπόδειξον, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ ἀποθανεῖν· δῆλον δὲ καὶ ὅτι μετὰ ταῦτα ἀναστὰς ἀνελήλυθεν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀπόδειξον.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· ἤδη καὶ τοῦτο ἀποδέδεικταί μοι, ὦ ἄνδρες, ἐν τοῖς προανιστορημένοις λόγοις τῶν προφητειῶν, οὓς δι' ὑμᾶς πάλιν ἀναμιμνησκόμενος καὶ ἐξηγούμενος, πειράσομαι καὶ εἰς τὴν περὶ τούτου συγκατάθεσιν ἀγαγεῖν ὑμᾶς. ὁ γοῦν λόγος ὃν ἔφη Ἡσαΐας, τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, οὐ δοκεῖ σοι λελέχθαι ὡς οὐκ ἐξ ἀνθρώπων ἔχοντος τὸ γένος τοῦ διὰ τὰς ἀνομίας τοῦ λαοῦ εἰς θάνατον παραδεδόσθαι εἰρημένου ὑπὸ τοῦ Θεοῦ; περὶ οὗ καὶ Μωσῆς τοῦ αἵματος, ὡς προέφην, αἵματι σταφυλῆς, ἐν παραβολῇ εἰπὼν, τὴν στολὴν αὐτοῦ [4] πλυνεῖν ἔφη, ὡς τοῦ αἵματος αὐτοῦ οὐκ ἐξ ἀνθρωπείου σπέρματος γεγεννημένου, ἀλλ' ἐκ θελήματος Θεοῦ. καὶ τὰ ὑπὸ Δαβὶδ εἰρημένα, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. ὤμοσε κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, [5] οὐ σημαίνει ὑμῖν ὅτι [6] ἄνωθεν, καὶ διὰ γαστρὸς ἀνθρωπείας ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τῶν ὅλων [7] γεννᾶσθαι αὐτὸν ἔμελλε; καὶ ἐν ἑτέροις εἰπὼν τοῖς καὶ αὐτοῖς προλελεγμένοις, ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. σμύρναν, καὶ στακτὴν, καὶ κασσίαν ἀπὸ τῶν ἱματίων σου, ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, ἐξ ὧν εὔφρανάν σε. θυγάτρες βασιλέων ἐν τῇ τιμῇ σου. παρέστη ἡ

A vere ex Patre prolata progenies, ante res omnes creatas una erat cum Patre, & cum ea Pater colloquebatur: quemadmodum Scriptura per Salomonem declaravit, hanc ipſam quæ Sapientia a Salomone dicitur, & principium ante omnia opera & progeniem, a Deo genitam eſſe, qui idem etiam docet per revelationem Joſuæ filio Navæ factam. Ut autem ex his quoque perſpicuum vobis fiat id quod a me aſſeritur, audite & hæc verba ex libro Joſuæ depromta: [a] *Et factum eſt, cum eſſet Jeſus in Hiericho, reſpiciens oculis videt hominem ſtantem contra ſe. Et accedens Jeſus dixit ei: Noſter es, an adverſariorum? At ille dixit ei: Ego ſum princeps militiæ virtutis Do-* B *mini: nunc adveni. Et Jeſus cecidit in faciem ſuper terram, & dixit ei: Domine, quid præcipis tuo famulo? Et ait princeps militiæ Domini ad Jeſum: Solve calceamenta de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Et Hiericho clauſa erat ac munita: & nemo prodibat ex illa. Et dixit Dominus ad Jeſum: Ecce ego trado tibi ſubjugatam Hiericho, & regem ejus qui eſt in ea, & potentes viros fortitudine.*

LXIII. Tum Trypho: Prævalide, inquit, ac pluribus, amice, id a te demonſtratum eſt. Quod igitur ſupereſt, eum ex virgine hominem de Patris ſui voluntate naſci & crucifigi & mori non refu- C giſſe, ac poſtea videlicet reſurrexiſſe & in cælum aſcendiſſe, fac ut demonſtres.

Sic ego reſpondi: Id jam a me effectum eſt, o viri, ex prophetarum verbis; quæ jam recitata, iterum veſtra cauſa referens & explicans perſuadere vobis conabor, ut in hoc quoque mihi aſſentiamini. Quod igitur dicit Eſaias: [b] *Generationem ejus quis enarrabit? quia tollitur a terra vita ejus*; an non tibi eo dictum videtur, quod qui ob iniquitates populi in mortem a Deo traditus dicitur, is genus ex hominibus non habeat? Cujus & de ſanguine Moſes, ut jam dixi * cum arcane loqueretur, *ſanguine uvæ ſuam* illum *ſtolam lavaturum* eſſe dixit [c]; quippe cum ejus ſanguis non ex ſemine humano generatus ſit, ſed ex voluntate Dei. Et quæ a Davide dicta ſunt: [d] *In ſplendoribus ſanctorum tuorum ex utero ante luciferum* D *genui te. Juravit Dominus & non pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*; nonne vobis ſignificant antiquitus futurum fuiſſe ut eum etiam ex humano utero Deus & Pater univerſorum gigneret? Qui quidem & alio in teſtimonio, quod & ipſum jam recitatum **, dicit: [e] *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi: virga directionis, virga regni tui. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exſultationis præ participibus tuis. Myrrha, & gutta, & caſia a veſtimentis tuis; a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te. Filiæ regum in honore tuo. Adſtitit regina a dextris tuis, in*

a Joſ. V. 13—16. VI. 1. 2. b Eſai. LIII. 8. * Num. LIV. c Gen. XLIX. 11. d Pſalm. CIX. 3. 4. ** Numm. XXXVIII. & LVI. e Pſalm. XLIV. 7—13.

perit; ſed quia illud Pater, non ut inanem ſonum, ſed ut perſonam a ſe diſtinctam & ſibi æqualem vere ad mundi creationem emiſit. Eodem ſenſu dixit Tertullianus libro contra Prax. cap. 7. *Hæc eſt nativitas perfecta ſermonis, dum ex Deo procedit.*

1. Προσομιλεῖ.] Quidam legendum putaverunt προσωμίλει: ſed hac emendatione poſſumus ſuperſedere.

2. Ἀρχὴ πρὸ πάντων.] Grabius & poſt eum Londinenſes editores legendum exiſtimant ἀρχὴν, *initio*. Sed eos egregie refellunt ſupra allata veterum teſtimonia, qui Verbum non initio, ſed potius initium & principium dicunt genitum fuiſſe. Inde etiam patet non recidendam eſſe conjunctionem ante γέννημα. Nam Verbum prodiit, ut verus opifex rerum, veruſque filius, non ut inanis ſonus.

3. Εἰπόντος.] Sylburgius legit εἴρηται. Vide quæ paullo ante obſervavimus, n. 61. ad not. φήσαντος ταῦτα.


4. Πλύνειν.] Mallet πλυνεῖν Sylburgius.

5. Οὐ σημαίνει ὑμῖν.] Sic duo codices mſs. legitur ἡμῖν in editionibus Pariſienſibus.

6. Ἄνωθεν.] Minus commode hunc locum de generatione ex virgine intelligit Juſtinus. Illud ἄνωθεν non idem valet ac *cælitus*, ſed idem ac *antiquitus*; quo ſenſu uſurpatur n. 24. ſive ante ſolem & lunam. Vide quæ dicemus ad n. 77.

7. Γεννᾶσθαι.] Mallet γεννῆσαι Sylburgius: ſed nihil neceſſe eſt immutare.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ. ὅτι γοῦν καὶ προσκυνητός ἐστι καὶ Θεὸς καὶ Χριστὸς [1] ὑπὸ τοῦ ταῦτα ποιήσαντος μαρτυρούμενος, καὶ οἱ λόγοι οὗτοι διαῤῥήδην σημαίνουσι. καὶ ὅτι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ὡς οὖσι μιᾷ ψυχῇ, καὶ μιᾷ συναγωγῇ, καὶ μιᾷ ἐκκλησίᾳ, [2] ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ὡς θυγατρὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ [3] γενομένῃ, καὶ μετασχούσῃ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, (Χριστιανοὶ γὰρ πάντες καλούμεθα) ὁμοίως φανερῶς οἱ λόγοι κηρύσσουσι, διδάσκοντες ἡμᾶς καὶ τῶν παλαιῶν πατρῴων B ἐθῶν ἐπιλαθέσθαι, οὕτως ἔχοντες· ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ.

A *vestitu deaurato, circumamicta, variegata. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam; & obliviscere populum tuum, & domum patris tui: & concupiscet rex decorem tuum: quia ipse est Dominus tuus, & adorabis eum.* Igitur eum & adorandum esse & Deum, & Christum, illius qui hæc perfecit, testimonio declaratum, manifeste ex his etiam verbis perspicitur. Qui autem in illum credunt, cum una sint anima & una Synagoga ac una Ecclesia; idcirco Ecclesiam quæ ex illius nomine constituta est, illiusque nominis particeps est (omnes enim Christiani vocamur,) veluti filiam a divina Scriptura compellari, similiter hæc verba manifeste demonstrant; quibus illud edocemur, ut antiqua patrum nostrorum instituta oblivioni tradamus. Sic autem habent: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam; & obliviscere populum tuum & domum patris tui: & concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus tuus, & adorabis eum.*

Καὶ ὁ Τρύφων· ἔστω ὑμῶν τῶν ἐξ ἐθνῶν κύριος, καὶ Χριστὸς, καὶ Θεὸς γνωριζόμενος, ὡς αἱ γραφαὶ σημαίνουσιν, οἵ τινες καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ Χριστιανοὶ καλεῖσθαι πάντες ἐσχήκατε· ἡμεῖς δὲ, τοῦ Θεοῦ τοῦ καὶ αὐτὸν τοῦτον ποιήσαντος, λατρευταὶ ὄντες, οὐ δεόμεθα τῆς ὁμολογίας αὐτοῦ, οὐδὲ τῆς προσκυνήσεως.

LXIV. Heic Trypho: Sit sane vester, qui ex gentibus estis, ille Dominus & Christus ac Deus agnitus, quemadmodum Scripturæ significant; qui etiam ex ejus nomine habuistis omnes ut Christiani diceremini. Nobis autem, qui Dei, a quo etiam hic ipse factus est, cultores sumus, nihil opus est, ut eum confiteamur, aut adoremus.

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα εἶπον, ὦ Τρύφων, εἰ ὁμοίως C ὑμῖν φιλέριστος καὶ κενὸς ὑπῆρχον, οὐκ ἂν ἔτι προσέμενον, κοινωνῶν ὑμῖν τῶν λόγων, οὐ συνιέναι τὰ λεγόμενα παρασκευαζομένοις, ἀλλά τι λέγειν μόνον θήγουσιν ἑαυτούς. νῦν δὲ, ἐπεὶ κρίσιν Θεοῦ δέδοικα, οὐ φθάνω ἀποφαίνεσθαι περὶ οὐδενὸς τῶν ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν, εἰ μή τις ἐστὶν ἀπὸ τῶν κατὰ χάριν τὴν ἀπὸ κυρίου σαβαὼθ σωθῆναι [4] δυνάμενος. διὸ κἂν ὑμεῖς πονηρεύησθε, προσμενῶ πρὸς ὁτιοῦν προβαλεῖσθε καὶ ἀντιλέγετε, ἀποκρινόμενος· καὶ τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς πάντας ἁπλῶς τοὺς ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων, συζητεῖν ἢ πυνθάνεσθαί μου περὶ τούτων βουλομένους πράττω. ὅτι οὖν οἱ σωζόμενοι ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ὑμετέρου διὰ τούτου σώσονται, καὶ ἐν τῇ τούτου μερίδι εἰσὶ, τοῖς προλε- D λεγμένοις ὑπ' ἐμοῦ ἀπὸ τῶν γραφῶν εἰ προσεσχήκειτε, ἐνενοήκειτε ἂν ἤδη, κἀμὲ δηλονότι περὶ τούτου οὐκ ἂν ἠρωτήσατε. πάλιν δὲ ἐρῶ τὰ προλελεγμένα μοι ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, καὶ ἀξιῶ ὑμᾶς πρὸς τὸ συνιέναι, μὴ πρὸς τὸ πονηρεύεσθαι καὶ ἀντιλέγειν μόνον, ἑαυτοὺς ὀτρῦναι. εἰσὶν οὖν οἱ λόγοι οὓς φησιν ὁ Δαβὶδ οὗτοι· [5] ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, σαλευθήτω ἡ γῆ. κύριος ἐν Σιὼν μέγας, καὶ ὑψηλός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς λαούς. ἐξομολογησάσθωσαν τῷ ὀνόματί σου τῷ μεγάλῳ, ὅτι φοβερὸν καὶ ἅγιόν ἐστι· καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ. σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας, κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. ὑψοῦτε

Ad hæc ego: Si vobis, inquam, Trypho, studio contentionis & levitate similis essem, non jam adhuc perseverarem vobiscum communicare sermones; quippe qui non ad ea quæ dicuntur, intelligenda vos paretis, sed tantum ad aliquid dicendum exacuatis. Nunc autem quia judicium Dei formido, de nullo ex vestro genere præjudico, utrum is non sit ex eorum numero, qui secundum gratiam Domini Sabaoth salvari possunt. Quapropter quamvis non probe agatis; pergam tamen quidquid a vobis propositum aut contra fuerit dictum, ad id respondere: quod idem etiam adversus omnes omnino ex omni hominum genere, qui his de rebus aut mecum commentari aut ex me sciscitari voluerint, facio. Si igitur animum ad ea quæ ex Scripturis attuli advertissetis; eos etiam qui ex vestro genere salvantur, per hunc salvari, atque in ejus parte esse intellexissetis profecto, nec me videlicet ea de re essetis percontati. Iterum igitur referam, quæ ex Davide antea protuli *; ac vos oro ut ad intelligendum, non autem ad improbe agendum & contra tantummodo dicendum vos incitetis. Davidis autem dicta sic habent: [a] *Dominus regnavit, irascantur populi: qui sedet super Cherubim; moveatur terra. Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est: & honor regis judicium diligit. Tu parasti directiones; judicium & justitiam in Jacob tu*

* Num. XXXVII. [a] Psalm. XCVIII. 1—7.

1. Ὑπὸ τοῦ ταῦτα ποιήσαντος.] *Qui hæc perfecit*, nimirum Incarnationem & vocationem gentium & alia ejusmodi mysteria. Sic enim n. 84. Filii Incarnationem δυνάμει καὶ βουλῇ τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ perfectam fuisse docet. Et n. 119. de Incarnatione & vocatione gentium agens sic loquitur: οἴεσθε ἂν ἡμᾶς ποτε, ὦ ἄνδρες, νενοηκέναι δυνηθῆναι ἐν ταῖς γραφαῖς ταῦτα, εἰ μὴ θελήματι τοῦ θελήσαντος αὐτὰ ἐλάβομεν χάριν τοῦ νοῆσαι; hæc verba, τοῦ θελήσαντος αὐτὰ, mirifice respondent istis, τοῦ ταῦτα ποιήσαντος, quibus Thirlbius primo quidem Scripturarum auctorem designari suspicatus est, sed postea maluit cum Lango *de rerum creatore* interpretari.

2. Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.] Deest εἴρηται, aut simile quidpiam.

3. Γενομένῃ.] Legendum putat Sylburgius λεγομένῃ, ac duo simillima loca pariter immutat, nempe n. 99. & n. 117. Sed vox illa γενομένῃ cum sua sponte percommoda est, tum pluribus Justini locis confirmatur. Ait n. 135. ἡμεῖς ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ Χριστοῦ λατομηθέντες, Ἰσραηλιτικὸν τὸ ἀληθινόν ἐσμεν γένος. Et num. 138. ὁ γὰρ Χριστὸς, πρωτότοκος πάσης κτίσεως ὢν, καὶ ἀρχὴ πάλιν ἄλλου γένους γέγονεν τοῦ ἀναγεννηθέντος δι' αὐτοῦ. Vid. num. 110.

4. Δυνάμενος.] Cod. Clarom. ad marg. δυναμένων, quod quidem melius est.

5. Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν.] Hunc psalmum de Christo dictum esse Justinus contendit, hoc principio fretus, quod jam pluribus argumentis probaverat, non Patrem Mosi apparuisse, sed Filium. Hac autem mente psalmum illum profert, ut ex his quæ de Domino in Sion magno, & judicium & justitiam in Jacob faciente, tum etiam de Moyse & Aaron dicuntur, Judaicam superbiam refellat, quæ se Christi gratia negabat indigere, eosque demonstret non posse salvari, nisi Christum adorent.

κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστι. Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ, καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ἐπεκαλοῦντο τὸν κύριον, καὶ αὐτὸς εἰσήκουεν αὐτῶν· ἐν στύλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς· ὅτι ἐφύλασσον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ, ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς. καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς καὶ αὐτοῖς προανιστορημένοις διὰ τοῦ Δαβὶδ λεχθεῖσι λόγοις, οὓς εἰς Σολομῶνα ἀνοήτως φάσκετε εἰρῆσθαι ἐπιγεγραμμένους εἰς Σολομῶνα, ἐξ ὧν καὶ τὸ ὅτι εἰς Σολομῶνα οὐκ εἴρηνται ἀποδείκνυται, καὶ ὅτι οὗτος καὶ πρὸ τοῦ ἡλίου ἦν, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν σωζόμενοι δι' αὐτοῦ σωθήσονται. εἰσὶ δὲ οὗτοι· ὁ Θεὸς, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως. [1] κρινεῖ τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει. ἀναλαβέτωσαν τὰ ὄρη τῷ λαῷ εἰρήνην, καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην. κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει συκοφάντην. καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης εἰς γενεὰς γενεῶν. καὶ τὰ λοιπὰ ἄχρι τοῦ, πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς· πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. εὐλογητὸς κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. γένοιτο, γένοιτο. καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ὧν προεῖπον ὁμοίως διὰ Δαβὶδ λελέχθαι λόγων, ὅτι ἀπ' ἄκρων τῶν οὐρανῶν προέρχεσθαι ἔμελλεν, καὶ πάλιν εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἀνιέναι ἐμηνύετο, ἀναμνήσθητε, ἵνα καὶ Θεὸν ἄνωθεν προελθόντα, καὶ ἄνθρωπον ἐν ἀνθρώποις γενόμενον γνωρίσητε· καὶ πάλιν ἐκεῖνον παραγενησόμενον, ὃν ὁρᾷν μέλλουσι καὶ κόπτεσθαι οἱ ἐκκεντήσαντες αὐτόν. εἰσὶ δὲ οὗτοι· οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ· ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ τῇ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν. ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τῆς θέρμης αὐτοῦ.

Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη, ὑπὸ τῶν τοσούτων γραφῶν δυσωπούμενος, οὐκ οἶδα τί φῶ περὶ τῆς γραφῆς ἣν ἔφη Ἡσαΐας, καθ' ἣν ὁ Θεὸς οὐδενὶ ἑτέρῳ δοῦναι τὴν δόξαν αὐτοῦ λέγει, οὕτως εἰπών· ἐγὼ κύριος ὁ Θεός· τοῦτό μου ὄνομα· τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ μὴ δώσω, οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου.

Κἀγώ· εἰ μὲν ἁπλῶς καὶ μὴ μετὰ κακίας τούτους τοὺς λόγους εἰπὼν, ἐσίγησας, ὦ Τρύφων, μήτε τοὺς πρὸ αὐτῶν προειπὼν, μήτε τοὺς ἐπακολουθοῦντας συνάψας, συγγνωστὸς εἶ. εἰ δὲ χάριν τοῦ νομίζειν δύνασθαι εἰς ἀπορίαν ἐμβάλλειν τὸν λόγον, ἵν' εἴπω ἐναντίας εἶναι τὰς γραφὰς ἀλλήλαις, πεπλάνησαι. οὐ γὰρ τολμήσω τοῦτό ποτε ἢ ἐνθυμηθῆναι, ἢ εἰπεῖν· ἀλλ' ἐὰν τοιαύτη τὶς δοκοῦσα εἶναι γραφὴ προβληθῇ, καὶ [2] πρόφασιν ἔχῃ ὡς ἐναντία οὖσα, ἐκ παντὸς πεπεισμένος ὅτι οὐδεμία γραφὴ τῇ ἑτέρᾳ ἐναντία ἐστὶν, αὐτὸς μὴ νοεῖν μᾶλλον ὁμολογήσω τὰ εἰρημένα, καὶ τοὺς ἐναντίας τὰς γραφὰς ὑπολαμβάνοντας, τὸ αὐτὸ φρονεῖν μᾶλλον ἐμοὶ πεῖσαι ἀγωνίσομαι. ὅπως δ' ἂν ἦς

fecisti. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctus est. Moses & Aaron in sacerdotibus ejus, & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. Invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos; quoniam custodiebant testimonia ejus & præcepta ejus, quæ dedit illis. Sunt etiam alia verba, quæ a Davide pronuntiata & a me jam allata, in Salomonem dicta esse, propterea quod in Salomonem inscripta sunt, insipienter contenditis: sed ex illis demonstratur cum in Salomonem dicta non fuisse, tum etiam hunc ipsum ante solem esse, eosque ex vestro populo qui salvantur, per eum salvatum iri. Sic autem habent: [a] *Deus judicium tuum regi da, & justitiam tuam filio regis. Judicabit populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio. Suscipiant montes pacem populo, & colles justitiam. Judicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Et permanebit cum sole, & ante lunam in generationes generationum.* Et reliqua usque ad, *Ante solem permanet nomen ejus: & benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ ejus in sæculum sæculi. Et replebitur gloria ejus omnis terra. Fiat, Fiat.* Aliis etiam ex verbis pariter a Davide, ut supra dixi, pronuntiatis, futurum fuisse, ut e summo cælo progrederetur, ejusque in eadem loca indicari reditum recordamini; ut illum & Deum e cælo prodiisse & hominem inter homines factum esse agnoscatis; ac rursus adventurum, quem quidem [b] *videbunt & plangent qui illum pupugerunt.* Ejusmodi sunt hæc verba: [c] *Cæli enarrant gloriam Dei, & opus manuum ejus annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti annuntiat scientiam. Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo, exsultabit ut gigas ad currendam viam. A summo cælo egressio ejus, & occursus ejus usque ad summum cæli: nec est qui se abscondat a calore ejus.*

LXV. Heic Trypho: Tot Scripturarum, inquit, auctoritate permotus, incertus sum animi quid de illa Scriptura dicam, qua Deus apud Esaiam nulli alii gloriam suam daturum se esse declarat his verbis: [d] *Ego Dominus Deus: hoc nomen meum: & gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas.*


At ego: Si simpliciter, inquam, ac citra malignitatem his verbis recitatis conticuisti, Trypho, nec ea præfatus quæ præcedunt, nec quæ consequuntur subjungens; tibi ignosci potest. Sin autem ob eam causam, quod te existimaveris disputationem in eas angustias conjicere posse, ut Scripturas inter se dicerem pugnare; errasti. Id enim numquam audebo nec cogitare nec dicere; sed si quæ proponatur Scriptura, quæ ejusmodi esse videatur, & prætextum, quasi esset alteri contraria, præbeat; cum persuasum habeam nullam Scripturam alteri contrariam esse, fatebor potius me non intelligere quæ dicuntur, & iis, qui Scripturas inter se pugnare suspicantur, ut idem po-

a Psalm. LXXI. 1 — 5. b Zach. XII. 10. Apoc. I. 7. c Psalm. XVIII. 1 — 6. d Esai. XLII. 8.

1. Κρινεῖ] Sic legitur in utroque codice mſ. & ad marg. κρίνει. At R. Steph. maluit hanc postremam lectionem in ipsum contextum recipere, & alteram ad calcem rejicere.

2. Πρόφασιν.] Duo codices mss. habent ad marginem ὑπόφασιν.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



προτεθεικὼς τὸ πρόβλημα, Θεὸς ἐπίσταται. ἐγὼ δὲ ὡς εἴρηται ὁ λόγος ἀναμνήσω ὑμᾶς, ὅπως καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου γνωρίσητε ὅτι ὁ Θεὸς τῷ Χριστῷ αὐτοῦ μόνῳ τὴν δόξαν δίδωσιν. ἀναλήψομαι δὲ βραχεῖς τινας λόγους, ὦ ἄνδρες, τοὺς ἐν συναφείᾳ τῶν εἰρημένων ὑπὸ τοῦ Τρύφωνος, καὶ τοὺς ὁμοίως συνημμένους κατ' ἐπακολούθησιν. οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρας περικοπῆς αὐτοὺς ἐρῶ, ἀλλ' ὑφ' ἓν ὡς εἰσὶ συνημμένοι· καὶ ὑμεῖς τὸν νοῦν χρήσατέ μοι. εἰσὶ δὲ οὗτοι· οὕτω λέγει κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ πήξας αὐτὸν, ὁ στερεώσας τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς, καὶ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν. ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἰσχύσω σε· καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. ἐγὼ κύριος ὁ Θεός· τοῦτό μου ὄνομα· τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ μὴ δώσω, οὐδὲ τὰς ἀρετάς μου τοῖς γλυπτοῖς. τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἰδοὺ ἥκει· καινὰ ἃ ἐγὼ ἀναγγέλλω, καὶ πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐδηλώθη ὑμῖν. ὑμνήσατε τῷ Θεῷ ὕμνον καινόν· ἀρχὴ αὐτοῦ ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. οἱ [1] καταβαίνοντες τὴν θάλασσαν, καὶ πλέοντες ἀεὶ, νῆσοι καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτάς. εὐφράνθητι ἔρημος, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν, καὶ αἱ ἐπαύλεις, καὶ οἱ κατοικοῦντες Κηδὰρ εὐφρανθήσονται, καὶ οἱ κατοικοῦντες πέτραν, ἀπ' ἄκρου τῶν ὀρέων βοήσονται, δώσουσι τῷ Θεῷ δόξαν, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἐν ταῖς νήσοις ἀναγγελοῦσι. κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων ἐξελεύσεται, συντρίψει πόλεμον, ἐπεγερεῖ ζῆλον, καὶ βοήσεται ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς μετ' ἰσχύος. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἔφην πρὸς αὐτούς· νενοήκατε, ὦ φίλοι, ὅτι ὁ Θεὸς λέγει δώσειν τούτῳ ὃν εἰς φῶς ἐθνῶν κατέστησε, δόξαν, καὶ οὐκ ἄλλῳ τινὶ, ἀλλ' οὐχ ὡς ἔφη Τρύφων, ὡς ἑαυτῷ κατέχοντος τοῦ Θεοῦ τὴν δόξαν;

Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο, νενοήκαμεν καὶ τοῦτο· πέραινε τοιγαροῦν καὶ τὰ ἐπίλοιπα τοῦ λόγου.

Κἀγὼ πάλιν ἀναλαβὼν τὸν λόγον, ὁπόθεν τὴν ἀρχὴν ἐπεπαύμην ἀποδεικνύων ὅτι ἐκ παρθένου γεννητὸς, καὶ διὰ παρθένου γεννηθῆναι αὐτὸν διὰ Ἡσαΐου ἐπεπροφήτευτο, καὶ αὐτὴν τὴν προφητείαν πάλιν ἔλεγον. ἔστι δὲ αὕτη· καὶ προσέθετο κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχὰζ λέγων· αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. καὶ εἶπεν Ἀχὰζ, οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ μὴ πειράσω κύριον. καὶ εἶπεν Ἡσαΐας, ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαβίδ. μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; καὶ πῶς κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; διὰ τοῦτο δώσει κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν. καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἐμμανουήλ· βούτυρον καὶ μέλι φάγεται· πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν ἢ προελέσθαι πονηρὰ, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν. διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον κακὸν ἢ ἀγαθὸν, ἀπειθεῖ [2] πονηρὰ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ καταληφθήσεται ἡ γῆ, [3] σκληρῶς οἴσεις ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων. ἀλλ' ἐπάξει ὁ Θεὸς ἐπί σε, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός σου, ἡμέ-

A tius ac ego sentiant, persuadere conabor. Quo autem animo hanc quæstionem posueris, novit Deus. Ego autem Scripturam vobis, ita ut expressa est, in memoriam redigam, ut etiam ex hac cognoscatis Deum soli Christo suo gloriam dare. Resumam autem pauca quædam verba, o viri, ex quibus ea quæ protulit Trypho, nexa & continuata sunt; deinde ea similiter, quæ consecutione conjuncta sunt. Neque enim alio ex loco proferam, sed ita ut se habent, in unum nexa & cohærentia. Ac vos mihi animum advertite. Sunt autem ejusmodi: [a] *Sic dicit Dominus Deus, qui fecit cælum & defixit illud, qui firmavit terram & quæ in ea, & qui dat spirationem populo, qui super eam, & spiritum calcan-* B *tibus eam. Ego Dominus Deus vocavi te in justitia, & tenebo dexteram tuam, & confortabo te: & dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendum de vinculis vinctos, & de domo carceris sedentes in tenebris. Ego Dominus Deus: hoc nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas sculptilibus. Quæ ab initio, ecce veniunt; nova, quæ ego annuntio: & antequam annuntientur, manifesta sunt vobis. Canite Domino canticum novum: principatus ejus a summo terræ. Descendentes in mare, & navigantes semper, insulæ, & habitatores earum. Lætare desertum, & vici eorum, & villæ; & habitatores Ce-* C *dar lætabuntur; & qui habitant in petra, de summitate montium clamabunt: dabunt Deo gloriam: virtutes ejus in insulis nuntiabunt. Dominus Deus virtutum egredietur, conteret bellum, excitabit zelum, & clamabit super inimicos cum fortitudine.* His recitatis ita eos compellavi: Intellexistis, amici, Deum declarare sese ei, quem constituit in lucem gentium, nec ulli alii gloriam daturum; nequaquam autem sibi ipsi, ut dixit Trypho, gloriam Deum retinere?

Tum Trypho: Id quoque, inquit, intelleximus. Absolve igitur quæ dicenda supererant.


LXVI. Tum ego revocato sermone quem ini- D tio intermiseram, cum eum ex virgine genitum esse, atque hanc ex virgine generationem per Esaiam prædictam fuisse demonstrarem; ipsum vaticinium denuo recitavi in hæc verba: [b] *Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ipsi signum a Domino Deo tuo, in profundum, sive in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit Esaias: Audite nunc domus David: Numquid parum vobis est certamen præbere hominibus? & quomodo Domino præbetis certamen? Propterea dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel: butyrum & mel comedet; ante quam* E *sciat, aut præeligat mala, eliget bonum. Quoniam antequam cognoscat puer malum aut bonum, reprobat malitiam, eligendo bonum. Quia, antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem, tollet virtutem Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum, & capietur terra, quam tu duriter feres a facie duorum regum. Sed adducet Deus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui,*

a Esai. XLII. 5 — 13. b Esai. VII. 10 — 16.

1. Καταβαίνοντες τὴν θάλασσαν.] Editi εἰς τὴν θάλασσαν, sed præpositionem non habent nostri codices mss. Mox pro πλέοντες ἀεὶ, νῆσοι, legit Thirlbius πλέοντες αὐτὴν, αἱ νῆσοι, ut in Bibliis, vel saltem πλέοντες, αἱ νῆσοι.

2. Πονηρά.] Legitur in utroque codice ad marginem πονηρίας. Sed præterea in codice Claromontano deleta sunt hæc verba τὸ παιδίον κακὸν ἢ ἀγαθὸν, ἀπειθεῖ πονηρὰ (τοῦ ad marg.) ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. διότι πρὶν ἢ γνῶναι τό.

3. Σκληρῶς οἴσεις.] Legendum sine dubio ἣν σὺ σκληρῶς οἴσεις. Sic enim locus refertur supra num. 43. THIRLBIUS.



SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

ρας αἳ ὐδέπω ἥκασιν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἀφεῖλεν Εφραὶμ ἀπὸ Ιὐδα, τὸν βασιλέα Ασσυρίων. καὶ ἐπέφερον, ὅτι μὲν ὖν ἐν τῷ γένει [1] τῦ κατὰ σάρκα Αβραὰμ ὐδεὶς ὐδέποτε ἀπὸ παρθένυ γεγέννηται, ὐδὲ λέλεκται γεγεννημένος, ἀλλ' ἢ ὗτος ὁ ἡμέτερος Χριςὸς, πᾶσι φανερόν ἐςι.

Καὶ ὁ Τρύφων ἀπεκρίνατο, ἡ γραφὴ οὐκ ἔχει· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν· ἀλλ', ἰδὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ τὰ ἑξῆς λοιπὰ ὡς ἔφης. ἔστι δὲ ἡ πᾶσα προφητεία λελεγμένη εἰς Εζεκίαν, εἰς ὃν ἀποδείκνυται ἀποβάντα κατὰ τὴν προφητείαν ταύτην. ἐν δὲ τοῖς τῶν λεγομένων Ελλήνων μύθοις λέλεκται ὅτι Περσεὺς ἐκ Δανάης παρθένου οὔσης, ἐν χρυσῷ μορφῇ ῥεύσαντος ἐπ' αὐτὴν τοῦ παρ' αὐτοῖς Διὸς καλουμένου, γεγέννηται· καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ ἐκείνοις λέγοντες, αἰδεῖσθαι ὀφείλετε, καὶ μᾶλλον ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπων [2] λεγόμενοι λέγειν τὸν Ιησοῦν τοῦτον· καὶ ἐὰν ἀποδείκνυτε ἀπὸ τῶν γραφῶν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, διὰ τὸ ἐννόμως καὶ τελέως πολιτεύεσθαι αὐτὸν, κατηξιῶσθαι τοῦ ἐκλεγῆναι εἰς Χριςόν. ἀλλὰ μὴ τερατολογεῖν τολμᾶτε, ὅπως μήτε ὁμοίως τοῖς Ελλησι μωραίνειν ἐλέγχησθε.

Καὶ ἐγὼ πρὸς ταῦτα ἔφην· ὦ Τρύφων, ἐκεῖνό σε πεπεῖσθαι βούλομαι, καὶ πάντας ἁπλῶς ἀνθρώπους, ὅτι κἂν γελοιάζοντες ἢ ἐπιτωθάζοντες χείρονα λέγητε, οὐκ ἐκστήσετέ με τῶν προκειμένων, ἀλλ' [3] ἐξ αὐτῶν εἰς ἔλεγχον νομίζετε προβάλλειν λόγων τὶ ἢ πραγμάτων, ἐξ αὐτῶν τὰς ἀποδείξεις τῶν ὑπ' ἐμῦ λεγομένων μετὰ μαρτυρίας τῶν γραφῶν ἀεὶ ποιήσομαι. οὐκ ὀρθῶς μέντοι ὐδὲ φιλαλήθως ποιεῖς, κἀκεῖνα [4] περὶ ὧν ἀεὶ συγκαταθέσεις ἡμῖν γεγένηνται, ὅτι διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν διὰ Μωσέως τινὲς τῶν ἐντολῶν τεθειμέναι εἰσὶν, ἀναλύειν πειρώμενος. ἔφης γὰρ διὰ τὸ ἐννόμως πολιτεύεσθαι, ἐκλελέχθαι αὐτὸν, καὶ Χριστὸν γεγενῆσθαι, εἰ ἄρα ὗτος ἀποδειχθείη ὤν.

Καὶ ὁ Τρύφων, σὺ γὰρ [5] ὡμολόγησας ἡμῖν, ἔφη, ὅτι καὶ περιετμήθη, καὶ τὰ ἄλλα τὰ νόμιμα τὰ διὰ Μωσέως διαταχθέντα ἐφύλαξε.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην, ὡμολόγησά τι καὶ ὁμολογῶ· ἀλλ' οὐχ ὡς δικαιὐμενον αὐτὸν διὰ τούτων ὡμολόγησα ὑπομεμενηκέναι πάντα, ἀλλὰ τὴν οἰκονομίαν ἀπαρτίζοντα ἣν ἤθελεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς, καὶ κύριος, καὶ Θεός. καὶ γὰρ τὸ ἀποθανεῖν σταυρωθέντα ὁμολογῶ ὑπομεῖναι αὐτὸν καὶ τὸ ἄνθρωπον γενέσθαι, καὶ τοσαῦτα παθεῖν ὅσα διέθεσαν αὐτὸν οἱ ἀπὸ τῦ γένυς ὑμῶν. ἐπεὶ πάλιν, ὦ Τρύφων, μὴ [6] συντίθεσθε οἷς φθάνεις συντεθειμένος, ἀπόκριναί μοι· οἱ πρὸ Μωσέως γενόμενοι δίκαιοι, καὶ πατριάρχαι, μηδὲν φυλάξαντες τῶν ὅσα ἀποδείκνυσιν ὁ λόγος ἀρχὴν διαταχῆς εἰληφέναι διὰ Μωσέως, σώζονται ἐν τῇ τῶν μακαρίων κληρονομίᾳ, ἢ ὔ;

Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη, αἱ γραφαὶ ἀναγκάζυσί με ὁμολογεῖν.

Ομοίως δὲ ἀνερωτῶ σε πάλιν, ἔφην· τὰς προσφορὰς καὶ τὰς θυσίας δι' ἔνδειαν ὁ Θεὸς ἐνετείλατο ποι-

A *dies qui necdum venerunt ab eo die, quo abſtulit Ephraim a Juda, regem Aſſyriorum.* Deinde hæc adjeci: Neminem quidem in Abrahæ ſecundum carnem genere exſtitiſſe, præter hunc Chriſtum noſtrum, qui ex virgine natus eſſet aut natus diceretur, omnibus perſpicuum eſt.

LXVII. Tum Trypho reſpondit: Scriptura non habet: *Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium*, ſed, *Ecce adoleſcentula in utero concipiet & pariet filium*, & quæ ordine ſequuntur, ut a te recitata ſunt. Tota autem prophetia in Ezechiam dicta eſt, in quem etiam eveniſſe demonſtrantur, quæ hoc oraculo continentur. Perhibetur autem in eorum, qui Græci dicuntur, fabulis, Perſeum ex
B Danae virgine, cum in auri forma influxiſſet in eam is qui apud illos dicitur Jupiter, genitum eſſe; ac vos ſane pudere deberet eadem illis dicere; ſatiuſque eſſet hominem ex hominibus genitum fateri hunc Jeſum: ac ſi ipſum Chriſtum eſſe ſcripturis demonſtretis, ob conſentaneam Legi & perfectam vitam id honoris conſequutum dicere, ut in Chriſtum eligeretur. Sed monſtra & portenta audacter effutire non debetis, ne pariter ac Græci deſipere arguamini.

Ad hæc ego: Perſuaſum tibi, inquam, Trypho, & omnibus omnino hominibus eſſe volo, etiamſi jocando & cachinnando adhuc pejora dicatis, non
C tamen futurum ut me a propoſito dimoveatis: ſed quibus ex verbis aut rebus expeditam vobis eſſe refellendi rationem putatis, ex his demonſtrationes eorum quæ a me dicuntur, cum teſtimonio ſcripturarum ſemper deducam. Ceterum nec recte facis, nec ut veri amatorem decet, qui ea etiam de quibus ſemper inter nos convenerat; nempe præcepta quædam vobis a Moſe ob duritiem cordis populi veſtri poſita fuiſſe, diſſolvere coneris. Dixiſti enim, eo quod convenienter legi viveret, electum eum eſſe & factum Chriſtum, ſi tamen eum demonſtretur eſſe Chriſtum.

Heic Trypho: Ipſe enim nobis, inquit, confeſſus es & circumciſum eum eſſe, & ceteras leges
D per Moſem inſtitutas ſervaſſe.

Tum ego: Confeſſus ſum, inquam, & confiteor; ſed non idcirco omnia eum ſuſtinuiſſe confeſſus ſum, quod per ea juſtificaretur, ſed ut diſpenſationem perficeret, quam Pater ipſius, & univerſorum creator ac Dominus & Deus volebat. Nam & eum confiteor cruci affixum mori non refugiſſe, & hominem fieri & ea pati quæcumque in eum veſtri generis homines auſi ſunt. Sed quia rurſus, Trypho, ab iis diſcedis quibus modo aſſentiebaris, reſponde mihi: Qui ante Moſem juſti & patriarchæ exſtitere, cum nihil eorum obſervaverint, quæcumque Scriptura demonſtrat initium inſtitutionis a Moſe accepiſſe; ſalutem ii aſſequuntur nec ne in beatorum hereditate?

E At Trypho: Cogunt me, inquit, Scripturæ confiteri.

Iterum te, inquam, ſimiliter interrogo: Dona & victimas Deus ob penuriam patribus veſtris

1. Τῦ κατὰ σάρκα Αβραάμ.] Pro τῦ Αβραάμ κατὰ σάρκα, tranſpoſitionis ejuſmodi exempla habemus n. 43. Forte etiam legendum cum Thirlbio, ut n. 43. τῷ κατὰ σάρκα τῦ Αβραάμ.

2. Λεγόμενοι.] Habet editio Pariſ. anni 1636. γενόμενον, atque ita legendum Sylburgius & alii monuere.

3. Ἐξ αὐτῶν.] Legendum ἐξ ὧν ut per ſe patet, idque jam multi admonuerunt.

4. Περὶ ὧν ἀεὶ.] Videtur prima ſpecie illud ἀεὶ tranſpoſitum fuiſſe ac legendum ἀεὶ περὶ ὧν. Non enim ea de re ſemper convenerat Juſtinum inter & Judæos, ſed potius Judæi, poſtquam veteris & novi Teſtamenti diſtinctionem admiſerant, ſemper ad ingenium redibant, ac Juſtinum cogebant tam ſæpe eamdem quæſtionem revolvere. Sed tamen illud ἀεὶ hanc poteſt habere ſententiam, Judæos ſemper argumentis Juſtini ceſſiſſe, quoties ea de re diſſeruit.

5. Ὡμολόγησας.] Juſtinum id confitentem hactenus non vidimus: nec tamen putandum eſt locum, ubi id confitebatur, intercidiſſe, ut ſuſpicatus eſt Perionius. Interdum enim Juſtinus ea quæ loco ſuo non retulerat, alibi, data occaſione, commemorat. Vide infra n. 80.

6. Συντίθεσθε.] Uterque codex mſ. συντίθεσθαι, ex quo R. Steph. fecit συντίθεσθε. Sed videtur ſcripſiſſe Juſtinus συντίθεσαι. Legendum ἐπεὶ δὲ πάλιν, ut Thirlbius admonuit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

εἶν τὺς πατέρας ὑμῶν ἢ διὰ τὸ σκληροκάρδιον αὐτῶν A ᾗ εὐχερὲς πρὸς εἰδωλολατρείαν;

Καὶ τῦτο, ἔφη, αἱ γραφαὶ ὁμοίως ἀναγκάζυσιν ὁμολογεῖν ἡμᾶς.

Καὶ ὅτι, φημὶ, καινὴν διαθήκην διαθήσεσθαι ὁ Θεὸς ἐπήγγελται παρὰ τὴν ἐν ὄρει Χωρὴβ, ὁμοίως αἱ γραφαὶ προεῖπον;

Καὶ τῦτο ἀπεκρίνατο προειρῆσθαι.

Κἀγὼ πάλιν, ἡ δὲ παλαιὰ διαθήκη, ἔφην, μετὰ φόβου καὶ τρόμυ διετάγη τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ὡς μηδὲ δύνασθαι αὐτοὺς ἐπαΐειν τοῦ Θεῦ;

Κἀκεῖνος ὡμολόγησε.

Τί οὖν, ἔφην, ἑτέραν διαθήκην ἔσεσθαι ὁ Θεὸς ὑπέσχετο, ὐχ ὡς ἐκείνη διετάγη, καὶ ἄνευ φόβυ καὶ B τρόμυ καὶ ἀστραπῶν διαταγῆναι αὐτοῖς ἔφη, καὶ [1] δεικνύουσαν τί μὲν ὡς αἰώνιον καὶ παντὶ γένει ἁρμόζον, καὶ ἔνταλμα καὶ ἔργον [2] ὁ Θεὸς ἐπίσταται, τί δὲ πρὸς τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν ἁρμοσάμενος, ὡς καὶ διὰ τῶν προφητῶν βοᾷ, ἐνετέταλτο;

Καὶ τούτῳ συνθέσθαι, ἔφη, ἐκ παντὸς τοὺς φιλαλήθεις, ἀλλὰ μὴ φιλέριδας ἀναγκαῖον.

Κἀγὼ, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἔφην, φιλερίστους τινὰς ἀποκαλῶν, αὐτὸς πολλάκις ἐν τούτῳ ἐφάνης τῷ ἔργῳ ὢν, ἀντειπὼν πολλάκις οἷς συνετέθης. C

Καὶ ὁ Τρύφων· ἄπιστον γὰρ καὶ ἀδύνατον σχεδὸν πρᾶγμα ἐπιχειρεῖς ἀποδεικνύναι, ὅτι Θεὸς ὑπέμεινε γεννηθῆναι, καὶ ἄνθρωπος γενέσθαι.

Εἰ τοῦτο, ἔφην, ἐπ' ἀνθρωπείοις διδάγμασιν ἢ ἐπιχειρήμασιν ἐπεβαλόμην ἀποδεικνύναι, ἀνασχέσθαι μου οὐκ ἂν ἔδει ὑμᾶς· εἰ δὲ γραφὰς καὶ εἰς τοῦτο εἰρημένας τοσαύτας, πλειστάκις αὐτὰς λέγων, ἀξιῶ ὑμᾶς ἐπιγνῶναι αὐτὰς, σκληροκάρδιοι πρὸς τὸ γνῶναι νοῦν καὶ θέλημα τοῦ Θεοῦ γίνεσθε. εἰ δὲ βούλεσθε τοιοῦτοι ἀεὶ μένειν, ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν βλαβείην· τὰ δὲ αὐτὰ ἀεὶ ἔχων ἃ καὶ πρὸ τῦ συμβαλεῖν ὑμῖν εἶχον, ἀπαλλάξομαι ὑμῶν. D

Καὶ ὁ Τρύφων, ὅρα ὦ φίλε, ἔφη, ὅτι μετὰ πολλοῦ κόπου καὶ καμάτου γέγονέ σοι τὸ κτήσασθαι αὐτά· καὶ ἡμᾶς οὖν βασανίσαντας πάντα τὰ ἐπιτρέχοντα, συνθέσθαι δεῖ οἷς ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς αἱ γραφαί.

Κἀγὼ πρὸς ταῦτα, οὐκ ἀξιῶ, εἶπον, ὑμᾶς μὴ παντὶ τρόπῳ ἀγωνιζομένυς τὴν ἐξέτασιν τῶν ζητουμένων ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἐκείνοις μὴ πάλιν ἀντιλέγειν, μηδὲν ἔχοντας λέγειν, οἷς ἔφητε συνθέσθαι.

Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη, τῦτο πειρασόμεθα πράξειν.

Πάλιν, ἐγὼ ἔφην, πρὸς τοῖς ἀνηρωτημένοις [3] καὶ νῦν ὑπ' ἐμοῦ, πάλιν ἀνερωτήσασθαι ὑμᾶς βύλομαι· E διὰ γὰρ τῶν ἀνερωτήσεων τύτων καὶ περανθῆναι σὺν τάχει τὸν λόγον ἀγωνιῦμαι.

Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη, ἀνερώτα.

Κἀγὼ εἶπον· μή τι ἄλλον τινὰ προσκυνητὸν, καὶ κύριον, καὶ Θεὸν λεγόμενον ἐν ταῖς γραφαῖς νοεῖτε εἶναι, πλὴν τῦ τῦτο ποιήσαντος τὸ πᾶν, καὶ τῦ Χριστῦ, ὃς διὰ τῶν τοσύτων γραφῶν ἀπεδείχθη ὑμῖν ἄνθρωπος γενόμενος;

Καὶ ὁ Τρύφων, πῶς τῦτο [4] δυνάμεθα εἶναι ὁμο-

A imperavit, an propter duritiam cordis illorum & animum ad simulacra colenda proclivem?

Id quoque, inquit, cogunt nos Scripturæ pariter confiteri.

Deinde vero, inquam, Deum promisisse novum testamentum a se institutum iri, præter illud quod in monte Oreb editum est, an non similiter Scripturæ prædixerunt?

Id quoque prædictum fuisse respondit.

Tum ego rursum: Vetus testamentum, inquam, nonne patribus vestris cum metu & tremore sancitum est, ita ut Deum ne audire quidem possent?

Confessus est ille.

Cur igitur, inquam, aliud testamentum Deus futurum promisit; nec ut istud institutum fuerat, B sed sine metu & tremore & fulgoribus institutum iri dixit, & tale ut demonstret quodnam præceptum, sive opus æternum & omni generi conveniens judicet Deus: quodnam autem accommodate ad duritiam cordis populi vestri, quemadmodum per prophetas clamat, mandaverit?

Id quoque assentiri, inquit, omnino necesse est quotquot veritatis amatores, non contentionis cupidi fuerint.

Hic ego: Non video, inquam, quomodo nonnullos contentionis cupidos appellans, ipse idem C sæpe visus sis committere; quippe qui sæpe contra ea dixeris, quæ assensus fueras.

LXVIII. Tum Trypho: Rem enim incredibilem ac impossibilem propemodum demonstrare conaris, Deum nasci & hominem fieri non indignatum esse.

Atque id quidem, inquam, si humanis doctrinis & argumentis aggrederer demonstrare; non æquum esset ut me ferretis. Si vero Scripturas, easque tam multas in hanc dictas sententiam, ac sæpe easdem referens, rogo ut eas intelligatis; corde ad cognoscendam Dei sententiam ac voluntatem obduruistis. Quod si semper iidem permanere vultis, equidem inde nihil lædar: sed eadem semper D habens, ac antequam vobiscum congrederer, a vobis discedam.

Heic Trypho: Vide, inquit, amice, non sine multo labore & sudore tibi contigisse ut hæc acquireres: quare nos quoque oportet omnia quæ occurrunt, diligenter explorare, ac tum demum iis assensum præbere, quibus Scripturæ cogunt assentiri.

Ad hæc ego: Non id, inquam, a vobis peto, ut ne omni animi contentione quæ in quæstionem veniunt exploretis; sed ne nihil habentes quod dicatis, rursum contra ea veniatis, quibus vos dixistis assentiri.

Ita facere, inquit Trypho, conabimur.

Rursum ego: Præter ea, inquam, quæ etiam E nunc ex vobis sciscitatus sum, iterum vos interrogare volo. His enim interrogationibus etiam breviter disputationem absolvere conabor.

Interroga, inquit Trypho.

Num quem alium, inquam, adorandum & Dominum & Deum in Scripturis dici existimatis præter creatorem hujus universi & Christum, quem vobis tot ex Scripturis hominem factum esse demonstravi?

Et Trypho: Quomodo id possumus confiteri,

1. Δεικνύυσαν.] Non hoc solum in loco, sed etiam supra n. 30. & 34. Christianæ religionis proprium esse statuit, quid intersit inter legem & gratiam, inter vetus & novum Testamentum demonstrare.

2. Ὁ Θεὸς ἐπίσταται.] Forte commodius & aptius legeretur ἐπιτάσσεται. Sed tamen nihil mutandum censeo. Illud enim verbum ἐπίσταται sæpe idem valet ac *probat*, *d cernit*, *agnoscit*; velut cum ait Julianus apud Cyrillum Alexandrinum l. 9. p. 305. τὺς τῶν θυσιῶν ἠπίσατο τρόπυς Μωσῆς, *sacrificiorum ritus probavit Moses*.

3. Καὶ νῦν ὑπ' ἐμῦ.] Observat Sylburgius convenientius fore, si scribatur ὑπ' ἐμῦ, καὶ νῦν. Sed illud καὶ νῦν commodam habet sententiam. Idem enim est ac *etiam modo*.

4. Δυνάμεθα εἶναι.] Volfius monuit legendum esse δυνάμεθα ἔτι. *Sylburg.* Nulla mutandi textus necessitas, nec illud ἔτι convenit huic loco.

λογῆσαι· ὁπότε εἰ καὶ ἄλλος τίς ἐστι πλὴν τοῦ πατρὸς μόνου, τὴν τοσαύτην ζήτησιν ἐποιησάμεθα;

Κἀγὼ πάλιν· ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ταῦτα ὑμᾶς ἐρωτῆσαι, ὅπως γνῶ, μή τι ἄλλο φρονεῖτε [1] παρὰ Θεῷ ὁμολογήσατε.

Κἀκεῖνος, οὔ, ἄνθρωπε, ἔφη.

Κἀγὼ πάλιν· ὑμῶν οὖν ταῦτα ἀληθῶς συντιθεμένων, καὶ τοῦ λόγου λέγοντος, τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; οὐκ ἤδη καὶ νοεῖν ὀφείλετε ὅτι οὐκ ἔστι γένους ἀνθρώπου σπέρμα;

Καὶ ὁ Τρύφων, πῶς οὖν ὁ λόγος λέγει τῷ Δαβὶδ, ὅτι [2] ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ λήψεται ἑαυτῷ υἱὸν ὁ Θεὸς, καὶ κατορθώσει αὐτῷ τὴν βασιλείαν, καὶ καθίσει αὐτὸν ἐπὶ θρόνου τῆς δόξης αὐτοῦ;

Κἀγὼ ἔφην, ὦ Τρύφων, εἰ μὲν καὶ τὴν προφητείαν ἣν ἔφη Ησαΐας, οὐ φησὶ πρὸς τὸν οἶκον τοῦ Δαβὶδ, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον οἶκον τῶν δώδεκα φυλῶν, ἴσως ἂν ἀπορίαν εἶχε τὸ πρᾶγμα. ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ προφητεία πρὸς τὸν οἶκον Δαβὶδ εἴρηται, τὸ εἰρημένον πρὸς Δαβὶδ ὑπὸ Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, διὰ Ησαΐου ὡς ἔμελλε γίνεσθαι ἐξηγήθη. εἰ μή τι τοῦτο οὐκ ἐπίστασθε, ὦ φίλοι, ἔφην, ὅτι πολλοὺς λόγους τοὺς [3] ἀποκεκαλυμμένως καὶ ἐν παραβολαῖς ἢ μυστηρίοις, ἢ ἐν συμβόλοις ἔργων λελεγμένους, οἱ μετ' ἐκείνους τοὺς εἰπόντας ἢ πράξαντας γενόμενοι προφῆται ἐξηγήσαντο.

Καὶ μάλα, ἔφη ὁ Τρύφων.

Ἐὰν οὖν ἀποδείξω τὴν προφητείαν ταύτην τοῦ Ησαΐου εἰς τοῦτον τὸν ἡμέτερον Χριστὸν εἰρημένην, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸν Εζεκίαν, ὡς φατὲ ὑμεῖς, οὐχὶ καὶ ἐν τούτῳ δυσωπήσω ὑμᾶς μὴ πείθεσθαι τοῖς διδασκάλοις ὑμῶν, οἵ τινες τολμῶσι λέγειν, τὴν ἐξήγησιν ἣν ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομήκοντα ὑμῶν πρεσβύτεροι παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖ γενόμενοι, μὴ εἶναι ἔν τισιν ἀληθῆ; ἃ γὰρ ἂν διαῤῥήδην ἐν ταῖς γραφαῖς φαίνονται ἐλέγχοντα αὐτῶν τὴν ἀνόητον καὶ φίλαυτον γνώμην, ταῦτα τολμῶσι λέγειν μὴ οὕτω γεγράφθαι· [4] ἃ δὲ ἂν καὶ ἕλκειν πρὸς ἃ νομίζουσι δύνασθαι ἁρμόζειν πράξεις ἀνθρωπείους, ταῦτα οὐκ εἰς τοῦτον τὸν ἡμέτερον Ιησοῦν Χριστὸν εἰρῆσθαι λέγουσιν, ἀλλ' εἰς ὃν αὐτοὶ ἐξηγεῖσθαι ἐπιχειροῦσιν. ὁποῖον καὶ τὴν γραφὴν ταύτην περὶ ἧς ἡ νῦν ὁμιλία ἐστὶν, ἐδίδαξαν ὑμᾶς, λέγοντες εἰς Εζεκίαν αὐτὴν εἰρῆσθαι· ὅπερ, ὡς ὑπεσχόμην, ἀποδείξω ψεύδεσθαι αὐτούς. ἃς δ' ἂν λέγωμεν αὐτοῖς γραφὰς, αἳ διαῤῥήδην τὸν Χριστὸν καὶ παθητὸν καὶ προσκυνητὸν καὶ Θεὸν ἀποδεικνύουσιν, ἃς καὶ προανιστόρησα ὑμῖν, ταύτας εἰς Χριστὸν μὲν εἰρῆσθαι ἀναγκαζόμενοι συντίθενται, τοῦτον δὲ μὴ εἶναι τὸν Χριστὸν τολμῶσι λέγειν· ἐλεύσεσθαι δὲ καὶ παθεῖν, καὶ βασιλεῦσαι, [5] καὶ προσκυνητὸν γενέσθαι Θεὸν ὁμολογοῦσιν· ὅπερ γελοῖον καὶ ἀνόητον [6] ὃ ὁμοίως ἀποδείξω. ἀλλ' ἐπεὶ [7] κατεπείγει με πρότερον πρὸς τὰ ὑπὸ σοῦ ἐν γελοίῳ τρόπῳ εἰρημένα ἀποκρίνασθαι, πρὸς ταῦτα τὰς ἀποκρίσεις ποιήσομαι, καὶ πρὸς τὰ ἐπίλοιπα ἐς ὕστερον τὰς ἀποδείξεις δώσω.

A cum de eo etiam, an præter solum Patrem aliquis alius sit, tantam quæstionem moverimus?

Rursum ego: Necesse est id quoque ex vobis sciscitar, ut sciam num quid aliud sentiatis præter id quod modo confessi estis?

Nihil omnino, inquit ille.

Tum ego: Cum igitur his vere assentiamini, cumque Scriptura dicat, [a] *Generationem ejus quis enarrabit?* an non tandem intelligere debetis, eum non esse humani generis semen?


At Trypho: Quomodo igitur Scriptura dicit Davidi [b], fore ut ex ejus lumbis filium sibi Deus assumat, & regnum ei tradat, ac in sede gloriæ suæ collocet?

B Si quidem, inquam, Trypho, vaticinium illud Esaias, [c] *Ecce virgo in utero concipiet*, non ad Davidis, sed ad aliam ex duodecim tribubus domum edidisset; haberet forte res aliquid dubitationis. Sed cum ipsa prophetia ad domum Davidis edita sit, quæ ad Davidem in mysterio dixit Deus, ea Esaias, ut erant eventura, ita exposuit. Nisi forte illud amici, inquam, ignoratis, multa arcane aut in parabolis dicta, aut mysteriis & actionum quarumdam signis adumbrata, a prophetis post eos qui hæc dixere aut egere, exortis fuisse explicata.

Maxime, inquit Trypho.

C Si ergo hanc Esaiæ prophetiam in nostrum hunc Christum, minime vero in Ezechiam, ut vobis placet, dictam esse demonstravero; an non id quoque a vobis impetrabo, ut ne fidem magistris vestris habeatis, qui interpretationem a septuaginta vestris senioribus apud Ptolemæum Ægyptiorum Regem adornatam, quibusdam in rebus veram non esse audent pronuntiare? Nam quæ diserte in Scripturis insipientem eorum & sui amantem sententiam arguere manifestum est, ea negare audent ita esse scripta. Quæ vero trahere & ad humanas actiones accommodare posse sibi videntur, ea afferunt non in nostrum hunc Jesum Christum esse dicta, sed in quem ipsis interpretari placet. Sic Scripturam illam de qua nunc agimus, docuerunt vos D in Ezechiam esse dictam, in quo quidem, ut promisi, mentiri eos demonstrabo. Quando autem eis Scripturas illas objicimus, quæ supra a me vobis recitatæ Christum conceptis verbis passibilem & adorandum & Deum demonstrant; assentiuntur illi quidem necessitate adducti in Christum dictas esse; sed hunc negare audent Christum esse, venturum autem & passurum & regnaturum & adorandum Deum fore confitentur; quod quidem ridiculum & stultum esse pariter demonstrabo. Sed quia festinatione urgeor, ut iis prius respondeam, quæ per ridiculum a te dicta sunt; his quidem respondebo, ac postea ad ea quæ supersunt, demonstranda progrediar.

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
141.



[a] Esai. LIII. 8. [b] II. Reg. VII. 12. Psalm. CXXXI. 11. [c] Esai. VII. 4.

1. Παρὰ Θεῷ.] Idem Volfius sic emendavit παρ' ἃ τέως. *Sylburgius.*

2. Ἀπὸ τῆς ὀσφύος.] Interp. LXX. habent ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ, *de fructu ventris ejus*, non *lumborum*, Psal. CXXXI. 11. Unde ita argumentatur Irenæus, adv. Hæres. lib. 3. cap. 27. *Propter hoc enim & de fructu ventris ejus regem promisit, quod erat proprium Virginis prægnantis; & non de fructu lumborum ejus, nec de fructu renum ejus, quod est proprium viri generantis, & mulieris ex viro conceptionem facientis.* Et similiter Tertullianus lib. 3. contra Marcion. cap. 20. Parum vero soliditatis hanc habere argumentationem Cl. observat Grabius in annot. ad loc. & præsertim distinctionem illam, *ventris* & *lumborum*; cum ipse D. Petrus, Act. II. 30. hanc prophetiam recitans dicat, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ. *Jebb.*

3. Ἀποκεκαλυμμένως.] Legendum ἐπικεκαλυμμένως, vel potius παρακεκαλυμμένως, existimat eruditus Thirlbius. Nihil prorsus mutandum, cum verbum ἀποκαλύπτω nonnumquam idem sit ac abscondo. Vide infra n. 90.


4. Δὲ ἂν καὶ ἕλκειν.] Post hoc verbum subaudiendum νομίζουσι, ac legendum πρὸς ἃς νομίζουσι δύνασθαι ἁρμόζειν. *Syburg.*

5. Καὶ προσκυνητὸν γενέσθαι Θεόν.] Conjicit eruditus Londinensis editor legendum καὶ Θεὸν, quia paullo ante & n. 64. ita legitur: sed fatetur in aliis locis legi προσκυνητὸν Θεὸν, ut num. 76. & 126.

6. Ὃ ὁμοίως.] Vel legendum ἀνόητον ὂν ὁμοίως, ut in edit. Paris. vel delendum illud ὃ, ut existimavit Sylburgius.

7. Κατεπείγει με.] Legendum pronuntiat eruditus Londinensis editor κατεπείγομαι, sed cum refellit ipse Justinus qui ait num. 43. περὶ δὲ τοῦ τῆς γενέσεως αὐτοῦ μυστηρίου ἤδη λέγειν κατεπείγοντος λόγου.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



Εὖ ἴσθι οὖν, ὦ Τρύφων, λέγων ἐπέφερον, ὅτι ἃ A παραποιήσας ὁ λεγόμενος διάβολος ἐν τοῖς Ἕλλησι λεχθῆναι ἐποίησεν, ὡς καὶ διὰ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μάγων ἐνήργησε, καὶ διὰ τῶν ἐπὶ Ἠλίᾳ ψευδοπροφητῶν, καὶ ταῦτα βεβαίαν μου τὴν ἐν ταῖς γραφαῖς γνῶσιν καὶ πίστιν κατέστησεν. ὅταν γὰρ Διόνυσον μὲν υἱὸν τοῦ Διὸς ἐκ μίξεως ἣν μεμίχθαι αὐτὸν τῇ Σεμέλῃ, γεγεννῆσθαι λέγωσι, καὶ τοῦτον εὑρετὴν ἀμπέλου γενόμενον, καὶ διασπαραχθέντα καὶ ἀποθανόντα ἀναστῆναι, εἰς οὐρανόν τε ἀνεληλυθέναι ἱστορῶσι, [1] καὶ οἶνον ἐν τοῖς μυστηρίοις αὐτοῦ παραφέρωσιν, οὐχὶ τὴν προλελεγμένην ὑπὸ Μωσέως ἀναγραφεῖσαν Ἰακὼβ τοῦ πατριάρχου προφητείαν μεμιμῆσθαι αὐτὸν νοῶ; ἐπὰν δὲ τὸν Ἡρακλέα ἰσχυρὸν καὶ περινοστήσαντα πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ αὐτὸν τῷ B Διῒ ἐξ Ἀλκμήνης γενόμενον, καὶ ἀποθανόντα εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι λέγωσιν, οὐχὶ τὴν, [2] ἰσχυρὸν ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ, περὶ Χριστοῦ λελεγμένην γραφὴν ὁμοίως μεμιμῆσθαι νοῶ; ὅταν δὲ τὸν Ἀσκληπιὸν νεκροὺς ἀνεγείραντα, καὶ τὰ ἄλλα πάθη θεραπεύσαντα παραφέρῃ, οὐχὶ τὰς περὶ Χριστοῦ ὁμοίως προφητείας μεμιμῆσθαι τοῦτον καὶ ἐπὶ τούτῳ φημί; ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀνιστόρησα πρὸς ὑμᾶς τοιαύτην γραφὴν ἣ σημαίνει τὸν Χριστὸν ταῦτα ποιήσειν, καὶ μιᾶς τινος ἀναγκαίως ἐπιμνησθήσομαι· ἐξ ἧς καὶ [a] συνεῖναι ὑμῖν δυνατὸν, πῶς καὶ τοῖς ἐρήμοις γνώσεως Θεοῦ, λέγω δὲ τοῖς ἔθνεσιν, οἳ καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐχ ἑώρων, οὐδὲ καρδίαν ἔχοντες συνίεσαν, τὰ ἐξ ὕλης κατασκευάσματα προσκυνοῦντες, ὁ C λόγος προέλεγεν ἀρνηθῆναι αὐτὰ, καὶ ἐλπίζειν ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστόν. εἴρηται δὲ οὕτως· Εὐφράνθητι ἔρημος ἡ διψῶσα, ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ἐξανθείτω ὡς κρίνον, καὶ ἐξανθήσει, καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου· καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου. καὶ ὁ λαός μου ὄψεται τὸ ὕψος κυρίου καὶ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. παρακαλεῖσθε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ καρδίᾳ· ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι καὶ ἀνταποδώσει. αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. τότε ἀλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· ὅτι ἐῤῥάγη ἐν D ἐρήμῳ ὕδωρ, [3] καὶ φάραγξ ἐν τῇ διψώσῃ, καὶ ἡ ἄνυδρος ἔσται εἰς ἕλη, καὶ εἰς διψῶσαν γῆν πηγὴ ὕδατος ἔσται. πηγὴ ὕδατος ζῶντος παρὰ Θεοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, γνώσεως Θεοῦ, τῇ τῶν ἐθνῶν γῇ ἀνέβλυσεν οὗτος ὁ Χριστός· ὃς καὶ ἐν τῷ γένει ὑμῶν πέφανται, καὶ τοὺς ἐκ γενετῆς καὶ κατὰ τὴν σάρκα [4] πηροὺς, καὶ κωφοὺς, καὶ χωλοὺς ἰάσατο, τὸν μὲν ἅλλεσθαι, τὸν δὲ καὶ ἀκούειν, τὸν δὲ καὶ ὁρᾷν τῷ λόγῳ αὐτοῦ ποιήσας· καὶ νεκροὺς δὲ ἀναστήσας, καὶ ζῆν ποιήσας, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐδυσώπει τοὺς τότε ὄντας ἀνθρώπους, ἐπιγνῶναι αὐτόν. οἱ

LXIX. Probe igitur fcias, Trypho, (fic enim pergebam) quæ corrupit & adulteravit is qui dicitur diabolus, atque ut apud Græcos narrarentur, perfecit; quemadmodum & per magos in Ægypto, & per falfos, Eliæ tempore, Prophetas operatus eft, his meam in Scripturis intelligentiam & fidem confirmari. Nam cum Bacchum ex Jovis cum Semele confuetudine genitum dicunt, eumque inventorem vitis fuiffe, & difcerptum ac mortuum refurrexiffe, ac in cælum afcendifse perhibent, & vinum in ejus myfteria inducunt: nonne prædictum illud Jacobi oraculum quod Mofes litteris mandavit, a diabolo imitatione expresfum intelligo? Cum autem Herculem fortem fuifse & totum orbem terrarum peragrafse dicunt, eumdemque Jovi ex Alcmene genitum, & poft mortem in cælum afcendifse; nonne Scripturam illam, quæ de Chrifto dicit, [a] *Fortis ut gigas ad currendam viam fuam*, fimiliter eum imitatum intelligo? Cum autem Æfculapium mortuos excitantem & alios morbos curantem inducit; nonne edita de Chrifto vaticinia in hoc quoque fimiliter imitatum dixerim? Sed quia nullam vobis ejufmodi Scripturam attuli, quæ Chriftum hæc facturum demonftraret; necefsario aliquam unam commemorabo: ex qua intelligere poteritis, quomodo etiam hominibus inftar deferti, quantum ad Dei cognitionem attinet, fefe habentibus, (gentes intelligo) qui oculos habentes non videbant, & cor habentes non intelligebant, fimulacra ex materia fabrefacta adorantes; quomodo, inquam, his Scriptura prænuntiet fore, ut fimulacris nuntium remittant, & in hunc Chriftum fperent. Sic autem expresfa eft: [b] *Lætare defertum fitiens: exfultet folitudo, & floreat quafi lilium: & efflorefcent & exfultabunt deferta Jordanis: & gloria Libani data eft ei, & honor Carmeli. Et populus meus videbit altitudinem Domini & gloriam Dei. Confortamini manus remiffæ, & genua diffoluta. Confolamini vos, pufillanimes corde; confortamini, nolite timere. Ecce Deus nofter judicium retribuit & retribuet: ipfe veniet, & falvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures furdorum audient. Tunc faliet ficut cervus, claudus: & expedita erit lingua balborum: quia fciffa eft in deferto aqua, & torrens in terra fitienti: & erit inaquofa in paludes: & in fitiente terra, fons aquæ erit.* Fons aquæ vivæ a Deo in terra, quantum ad cognitionem Dei fpectat, deferta, gentium videlicet, fcaturivit hic Chriftus; qui & in veftra gente apparuit, ac homines ab ipfo ortu & fecundum carnem cæcos & furdos & claudos fanavit, verbo fuo efficiens, ut alius quidem exfiliret, alius audiret, alius videret. Quin etiam mortuos exfufcitans & vitæ reftituens, etiam ex operibus homines illius ætatis excitabat, ut eum agno-

a Pfalm. xviii. 6. *b* Efai. xxxv. 1 — 7.

1. Καὶ οἶνον .... παραφέρωσιν.] Uterque codex habet ad marginem καὶ ὄνον. Sic etiam Robertus Steph. ad calcem. Sed in Apologia 1. n. 54. probavimus legendum effe οἶνον. Verbum παραφέρειν videtur hoc loco idem fonare ac præter fas & veritatem inducere. Sic paullo poft de eodem diabolo ὅταν δὲ τὸν Ἀσκληπιὸν ..... παραφέρῃ. Eodem verbo utitur Apol. 1. n. 54. Itaque affentiri non poffum erudito Thirlbio, pronuntianti *omnino legendum* ὄνον, *& pro* παραφέρωσι, περιφέρωσι.

2. Ἰσχυρόν.] Legitur ἰσχυρὸς in Apol. 1. num. 54. ubi eadem pertractantur. Sed in hac Apol. num. 40. & in Dialogo n. 64. habemus ἀγαλλιάσεται ὁ γίγας. Forte illud ἰσχυρὸς explicationis caufa appofitum a Juftino. Sic enim Theodoretus ad hunc locum obfervat folem, κατὰ δὲ τὸ τάχος μιμεῖσθαι γίγαντά τινα μετὰ πολλῆς διατρέχοντα ῥώμης καὶ ἰσχύος. Sufpicari etiam aliquis poffit duas prophetias a Juftino conjungi, nempe cum Davidica illam Efaiæ fupra memoratam n. 26. ἀναβαίνων βίᾳ μετὰ ἰσχύος, vel, ut conjicit Cl. Thirlbius, duas verfiones Hebraici textus בגבור.

3. Καὶ φάραγξ ἐν τῇ διψώσῃ.] Langi verfio, quæ in editionibus Londinenfibus fervata eft, perabfurde habet, *& vallis in fiticulofa*. Liceat mihi nata occafione ex hac voce, locum in epift. 14. Bafilii non belle a me redditum emendare. Sic loquitur Bafilius folitudinem fuam defcribens: ἐκ δὲ τοῦ ἐπὶ θάτερα τετμημένον εἶναι τὸ ὄρος, δι' ἀγκώνων μηνοειδῶν ταῖς φάραγξιν ἐπιζευγνύμενον, τὰ βάσιμα τῆς ὑπωρείας ἀποτειχίζει. Sic reddendum: *Mons autem, eo quod in alteram partem extendatur, per curvatos anfractus torrentibus junctus, perviis montis infirmas partes intercludit.*

4. Πηρούς.] Recte obfervat eruditus Londinenfis editor *cæcos* heic non *mutilos* effe interpretandum. Idem dicendum de fimili loco Apol. 1. n. 22.

a Συνεῖναι] Pearfonus & heic legit συνιέναι, ut fupra num. LV.

δὲ ϗ ταῦτα ὁρῶντες γινόμενα, φαντασίαν μαγικὴν A γίνεσθαι ἔλεγον· ϗ γὰρ μάγον εἶναι αὐτὸν ἐτόλμων λέγειν καὶ λαοπλάνον. αὐτὸς δὲ καὶ ταῦτα ἐποίει πείθων ϗ τοὺς ἐπ' αὐτὸν πιστεύειν μέλλοντας ὅτι κἄν τις ἐν λώβῃ τινὶ σώματος ὑπάρχων, φύλαξ τῶν παραδεδομένων ὑπ' αὐτοῦ διδαγμάτων ὑπάρξῃ, ὁλόκληρον αὐτὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ, μετὰ τοῦ καὶ ἀθάνατον καὶ ἄφθαρτον καὶ ἀλύπητον ποιῆσαι, ἀναστήσει.

scerent. Isti autem cum hæc etiam fieri viderent, magicas esse præstigias dicebant; eum enim magum & populi deceptorem dicere audebant. Hæc autem ipse eo quoque consilio faciebat, ut & credituris sibi hominibus persuaderet, etiamsi quis aliquo corporis vitio laboret, modo tradita a se præcepta custodiat, integrum illum a se in secundo suo adventu, ac præterea immortalem, & corruptionis & doloris expertem excitatum iri.

Οταν δὲ οἱ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδιδόντες, λέγωσιν ἐκ πέτρας γεγενῆσθαι αὐτὸν, ϗ σπήλαιον καλῶσι τὸν τόπον, [1] ἔνθα μυεῖν τοὺς πειθομένους αὐτῷ παραδιδοῦσιν, ἐνταῦθα οὐχὶ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Δανιὴλ, ὅτι λίθος ἄνευ χειρῶν ἐτμήθη B ἐξ ὄρους μεγάλου μεμιμῆσθαι αὐτοὺς ἐπίσταμαι, [2] καὶ ταῦτα ποιῆσαι ὁμοίως, [3] οὗ ϗ λόγους πάντας μιμήσασθαι ἐπεχείρησαν; δικαιοπραξίας γὰρ λόγους [4] καὶ παρ' ἐκείνοις λέγεσθαι ἐπετεχνάσαντο. τοὺς δὲ εἰρημένους λόγους τοῦ Ησαΐου, ἀναγκαίως ἀνιστορήσω ὑμῖν, ὅπως ἐξ αὐτῶν γνῶτε ταῦθ' οὕτως ἔχειν. εἰσὶ δὲ οὗτοι· ἀκούσατε οἱ πόῤῥωθεν ἃ ἐποίησα, [5] γνώσονται οἱ ἐγγίζοντες τὴν ἰσχύν μου. ἀπέστησαν οἱ ἐν Σιὼν ἄνομοι· λήψεται τρόμος τοὺς ἀσεβεῖς. τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον; πορευόμενον [a] ἐν δικαιοσύνῃ, λαλοῦντα εὐθεῖαν ὁδὸν, μισοῦντα ἀνομίαν ϗ ἀδικίαν, ϗ τὰς χεῖρας [6] ἀφοσιωμένον [b] ἀπὸ δώρων, βαρύνων ὦτα, ἵνα μὴ ἀκούσῃ κρίσιν ἄδικον αἵματος· καμμύων C τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἵνα μὴ ἴδῃ ἀδικίαν· οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς. ἄρτος δοθήσεται αὐτῷ, καὶ τὸ ὕδωρ αὐτοῦ πιστόν. βασιλέα μετὰ δόξης ὄψεσθε, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν [c] ὄψονται πόῤῥωθεν· ἡ ψυχὴ ὑμῶν μελετήσει φόβον [d] κυρίου. ποῦ ἐστὶν ὁ γραμματικός; ποῦ εἰσὶν οἱ βουλεύοντες; ποῦ ἐστιν ὁ ἀριθμῶν τοὺς τρεφομένους, μικρὸν καὶ μέγαν λαόν; ᾧ οὐ συνεβουλεύσαντο, οὐδὲ ᾔδεισαν [e] βάθη φωνῶν, ὥστε μὴ ἀκοῦσαι· λαὸς πεφαυλισμένος, καὶ οὐκ ἔστι τῷ ἀκούοντι σύνεσις. ὅτι μὲν οὖν καὶ ἐν ταύτῃ τῇ προφητείᾳ περὶ τοῦ ἄρτου ὃν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ ἡμέτερος Χριστὸς ποιεῖν εἰς ἀνάμνησιν [7] τοῦ τε σωματοποιή-

LXX. Cum autem ii qui Mithræ tradunt mysteria, eum ex petra genitum dicunt, & speluncam vocant locum illum, ubi ab eo initiari perhibent eos qui ipsi credunt; nonne heic illos imitatos scio id quod a Daniele dictum est [a], lapidem abscissum esse sine manibus ex magno monte, & quod ab Esaia similiter, cujus omnia etiam verba imitari conati sunt? Machinati enim sunt, ut sermones etiam apud istos de justitiæ observatione haberentur. Necesse est autem Esaiæ verba vobis referam, ut ex illis perspiciatis ita sese rem habere. Sunt autem ejusmodi: [b] *Audite qui longe estis, quæ feci: scient qui appropinquant, fortitudinem meam. Recesserunt, qui erant in Sion iniqui: apprehendet tremor impios. Quis annuntiabit vobis locum æternum? qui ambulat in justitia, qui loquitur rectam viam, odit iniquitatem & injustitiam, & manus puras habet a muneribus; qui obturat aures, ut non audiat judicium sanguinis injustum; claudit oculos, ne videat iniquitatem: iste habitabit in excelsa spelunca petræ fortissimæ. Panis ei dabitur, & aqua ejus fidelis. Regem cum gloria videbitis: oculi vestri videbunt de longe: anima vestra meditabitur timorem Domini. Ubi est litteratus? Ubi sunt consiliatores? Ubi est, qui numerat eos qui nutriuntur, parvum & magnum populum? Quocum consilia non agitarunt, neque profunditatem vocum sciverunt, ita ut non audirent: populus vitiosus, & non est audienti intelligentia*. Liquet igitur in hac quoque prophetia & de pane illo prædici, quem nobis Christus noster facere præcepit in memoriam corporis a se propter eos qui in ipsum credunt

a Dan. II. 34. *b* Esai. XXXIII. 13 — 19.

1. Ἔνθα μυεῖν.] Vertendum duxi, *ubi tradunt ab ipso initiari qui ipsi credunt*. Illud enim παραδιδοῦσι arcanum quidpiam significat; nec grande mysterium fuisset, si id tantum dixissent sese in spelunca initiandi munere perfungi. Vide infra n. 7.

2. Καὶ ταῦτα ποιῆσαι ὁμοίως.] Non magna opus est immutatione ut corruptus hic locus sanetur. Plana enim erunt omnia, si vel Ησαΐου legamus pro ποιῆσαι, vel sic: τὰ ὑπ' Ησαΐου ὁμοίως.

3. Οὗ καὶ τοὺς λόγους πάντας.] Ait Justinus Sacerdotes Mithræ omnia Esaiæ verba mox referenda imitatos esse: idque ut probet, unico contentus est exemplo, nempe justitiæ præceptis, quæ illi, ut in his Esaiæ verbis, *Qui ambulat in justitia*, &c. tradere solebant. Multa alia omisit Justinus, ut facilia & obvia. Nam cum Mithra idem sit ac ignis, id manifeste respondet igni de quo Esaias. Et cum Justinus monuerit eos qui initiantur, ab ipso Mithra initiatos dici; necesse non erat admonere id ex his Esaiæ verbis imitatione expressum, *Regem cum gloria videbitis*. Panis & aqua memorantur ab Esaia. Sic etiam in his Mithræ mysteriis panem & aquæ poculum apponi testatur Justinus Apol. I. n. 66. Paullo ante γεγενῆσθαι pro γεγεννῆσθαι, sive errore librariorum, sive quod eadem sit utriusque verbi significatio. Dicebat Justinus Judæis n. 23. μείνατε ὡς γεγένησθε.

4. Καὶ παρ' ἐκείνοις.] *Etiam apud istos*, nempe Mithræ sacerdotes. Quare illud ἐπετεχνάσαντο non de Mithræ sacerdotibus intelligendum, sed subaudiendi dæmones. Vide Apol. I. n. 54.

5. Γνώσονται.] Editi, ϗ γνώσονται. Sed deest conjunctio in utroque codice mss. & in Bibliis Romanis. Non deesse in Complut. & Ald. & Curterii Esaia observat Thirlbius.

6. Ἀφωσιωμένον.] Biblia ἀποσειόμενος. Hi autem accusativi manifestum sunt librariorum erratum, quorum etiam negligentia omissa hæc verba, quæ cum Justini proposito faciebant, τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν ὅτι πῦρ καίεται.

7. Τοῦ τε σωματοποιήσασθαι.] Duabus de causis Justinus Eucharistiam ad recordationem Incarnationis celebrari docet. Prima, eaque apertissima, quia dum caro illa offertur in altari, eam pro nobis in utero Virginis formatam, & in cruce passam recordamur. Alteram affert ipse Justinus in Apologia prima, ubi docet quemadmodum per Ver-

a Πορευόμενον — λαλοῦντα — μισοῦντα] Biblia πορευόμενος — λαλῶν — μισῶν. Atque ita sine dubio scripsit Justinus. Librarius noster pro more suo, ad exemplum proxime antecedentium, τὸν τόπον τὸν αἰώνιον, hæc conformari voluit, sententiæ nulla habita ratione. Nam quod opinatur Grabius (*de vitiis* LXX. *Interpp.* p. 38.) Justinum ex corrupto Esaiæ codice hos accusativos transcripsisse, mihi minime fit verisimile. THIRLBIUS.


b Ἀφωσιωμένον.] Heic quoque casum accusativum a librariis esse, pro certo habeo: fieri posse ut Justinus pro ἀποσειόμενος (quod habet *Esaias* XXXIII. 15.) scripserit ἀφωσιωμένος non nego, scripsisse non puto. Grabius tamen l. c. utrumque erratum in Græco Esaiæ codice quo usus est Justinus, prius fuisse existimat. THIRLBIUS.

c Ὄψονται πόῤ.] Biblia ὄψονται γῆν πόῤῥωθεν. THIRLBIUS.

d Φόβον κυρίου] Ita & codex Alex. sed male, ut opinor. Istud enim κυρίου neque biblia Hebraica agnoscunt, neque editiones LXX. interpretum, neque Curterii Esaias, neque Cyrillus, neque Theodoretus, neque Tertullianus. IDEM. — Verum ita legisse Justinum, patet, ut videtur, ex iis quæ mox subdit, μελετήσειν φόβον κυρίου προέγνωσο.

e Βάθη φωνῶν] Legendum βαθύφωνον, ut apud LXX. contendit Grabius l. c.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



σασθαι αὐτὸν διὰ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, δι᾽ A οὓς καὶ παθητὸς γέγονε· καὶ περὶ τοῦ ποτηρίου ὃ εἰς ἀνάμνησιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ παρέδωκεν εὐχαριστοῦντας ποιεῖν, φαίνεται. καὶ ὅτι βασιλέα τοῦτον αὐτὸν μετὰ δόξης ὀψόμεθα, αὕτη ἡ προφητεία δηλοῖ· καὶ ὅτι λαὸς ὁ εἰς αὐτὸν πιστεύειν προεγνωσμένος, [1] μελετήσειν φόβον κυρίου προέγνωστο, αὗται αἱ λέξεις τῆς προφητείας βοῶσι· καὶ ὅτι οἱ τὰ γράμματα τῶν γραφῶν ἐπίστασθαι λογιζόμενοι, καὶ ἀκούοντες, τῶν προφητειῶν οὐκ ἔχουσι σύνεσιν, ὁμοίως αὗται αἱ γραφαὶ κεκράγασιν. ὅταν δὲ, ὦ Τρύφων, ἔφην, ἐκ παρθένου γεγεννῆσθαι τὸν Περσέα [a] ἀκούσω, καὶ τοῦτο μιμήσασθαι τὸν πλάνον ὄφιν συνίημι.

Ἀλλ᾽ οὐχὶ τοῖς διδασκάλοις ὑμῶν πείθομαι, μὴ B συντιθεμένοις [2] καλῶς ἐξηγεῖσθαι τὰ ὑπὸ τῶν παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Αἰγυπτίων γενομένῳ βασιλεῖ ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων· ἀλλ᾽ αὐτοὶ ἐξηγεῖσθαι πειρῶνται. καὶ ὅτι πολλὰς γραφὰς [3] τέλεον περιεῖλον ἀπὸ τῶν ἐξηγήσεων τῶν γεγενημένων ὑπὸ τῶν παρὰ Πτολεμαίῳ γεγενημένων πρεσβυτέρων, ἐξ ὧν διαῤῥήδην οὗτος αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς, ὅτι Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος, καὶ σταυρούμενος, καὶ ἀποθνήσκων κεκηρυγμένος ἀποδείκνυται, εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι· ἃς ἐπειδὴ ἀρνεῖσθαι πάντας τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἐπίσταμαι, ταῖς τοιαύταις ζητήσεσιν οὐ προσβάλλω· ἀλλ᾽ [b] ἐπὶ τὰς ἐκ τῶν ὁμολογουμένων ἔτι παρ᾽ ὑμῖν, τὰς ζητήσεις ποιεῖν [4] ἔρχομαι. καὶ γὰρ ὅσας ὑμῖν ἀνήνεγκα, ταύτας C γνωρίζετε, πλὴν ὅτι περὶ τῆς λέξεως τῆς, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, ἀντείπατε, λέγοντες εἰρῆσθαι, ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται. καὶ ὑπεσχόμην ἀπόδειξιν ποιήσασθαι οὐκ εἰς Ἐζεκίαν, ὡς ἐδιδάχθητε, τὴν προφητείαν εἰρῆσθαι, ἀλλ᾽ εἰς τοῦτον τὸν ἐμὸν Χριστόν· καὶ δὴ τὴν ἀπόδειξιν ποιήσομαι.

Καὶ ὁ Τρύφων εἶπε· πρῶτον ἀξιοῦμεν εἰπεῖν σε ἡμῖν καὶ τινὰς ὧν λέγεις τέλεον παραγεγράφθαι γραφῶν.

Κἀγὼ εἶπον· ὡς ὑμῖν φίλον, πράξω. ἀπὸ μὲν οὖν

assumti, propter quos & passibilis factus est; & de calice, quem in memoriam sanguinis sui cum gratiarum actione fieri præcepit. Atque hunc ipsum Regem gloria circumfluentem nos visuros eadem prophetia declarat: ac futurum etiam ut populus qui in eum prænoscebatur crediturus, timorem Dei meditaretur, id præcognitum fuisse, ipsa prophetiæ verba clamant: denique eos qui litteras Scripturarum scire sibi videntur, prophetiarum intelligentiam, etiam cum eas audiunt, non habere, similiter hæ Scripturæ vociferantur. Quando autem ex virgine genitum audio Perseum, id quoque, Trypho, fraudulentum serpentem imitatum intelligo.

LXXI. Sed minime mihi probantur magistri vestri, qui septuaginta illos senes apud Ptolemæum Ægyptiorum regem recte interpretatos esse assentiri nolunt; sed ipsi interpretari aggrediuntur. Neque illud etiam vobis ignoratum velim, permultas Scripturas, ex quibus perspicue hunc ipsum qui cruci affixus fuit, & Deum, & hominem, & crucifixum, & morientem prædicatum esse demonstratur, omnino ab eis ex illa interpretatione quam senes apud Ptolemæum adornarunt, deletas fuisse. Quas quia scio ab omnibus vestri generis hominibus negari, in ejusmodi quæstiones non delabor; sed in eas quæ sunt ex illo genere, quod adhuc a vobis ratum habetur, investigationem dirigere aggredior. Nam quascumque vobis attuli, eas agnoscitis; nisi quod de illa voce, [a] *Ecce virgo in utero concipiet*, litem movistis, ita dictum esse asserentes, *Ecce adolescentula in utero concipiet*. Atque equidem promisi demonstraturum me hanc prophetiam non in Ezechiam, ut didicistis, sed in meum hunc Christum dictam esse; quæ quidem demonstratio jam mihi instituenda.

Heic Trypho: Rogamus te, inquit, ut prius ex Scripturis quas penitus deletas fuisse dicis, nonnullas saltem in medium proferas.

LXXII. Tum ego: Ut vobis placet, ita faciam

a Esai. VII. 14.

bi omnipotentiam mysterium Incarnationis peractum est, ita ejusdem Verbi omnipotentia panem & vinum fieri corpus & sanguinem Christi. Vide Apol. 1. n. 66. & Præfat. part. 2.

1. Μελετήσειν] R. Steph. & uterque cod. ms. μελετήσει. Manifestus error sublatus in edit. Paris.

2. Καλῶς ἐξηγεῖσθαι] Mallet Sylburgius ἐξηγῆσθαι. Quod autem addit Justinus, *ipsi interpretari aggrediuntur*, id de tota Scriptura, id est, de Aquilæ versione ante aliquot annos elaborata, intelligendum non puto, sed de quibusdam locis, de quibus litem Judæi movebant. Nam 1. interpretationem septuaginta seniorum in nonnullis tantum locis reprehendebant, cetera probabant, n. 68. & 72. At versio Aquilæ innumeris locis a septuaginta discrepabat. 2. Idem persuadent ipsæ Justini querelæ: aliud est enim testimonia e veteri interpretatione expungere, quod unum queritur Justinus: aliud novam elaborare. 3. Dum ait Justinus n. 72. testimonium Jeremiæ recisum a Judæis ex septuaginta seniorum interpretatione, sed tamen adhuc exstare in nonnullis eorum exemplaribus, satis declarat non desiisse Judæos hac interpretatione uti; ac exemplarium quæ apud eos servabantur, varietatem in eo positam, quod alia haberent hoc testimonium, alia non haberent. Nulla heic ergo alia quærenda interpretatio quam septuaginta seniorum. 4. Denique in illo Esaiæ testimonio, *væ animæ ipsorum*, quod, teste Hieronymo, & in Hebræo & apud alios interpretes fere discrepabat a septuaginta interpretibus, hoc tantum discrimen animadvertit Justinus inter Judæos & septuaginta interpretes, quod Judæi legendum contenderent δήσωμεν, septuaginta vero interpretes haberent ἄρωμεν, n. 136.

3. Τέλεον περιεῖλον.] Cum his qui contextum Hebraicum manibus Judæorum violatum fuisse volunt, non facit Justinus; quem luce clarius est, ut Simonius Hist. crit. lib. 2. cap. 18. & Martianæus noster in defens. text. Hebr. p. 168. observarunt, de sola interpretatione septuaginta interpretum contendere, nihil prorsus de Hebraico contextu cogitare. Quin etiam, quæ Judæis ex interpretatione septuaginta seniorum sublata queritur, ea non tam recidendo & de industria omittendo sublata dicit, quam aut prave interpretando, aut palam & aperte, ut in Hebræo fonte non reperta, rejiciendo. Nam ad hæc duo genera revocari possunt controversa illa testimonia. Dictitabant Judæi interpretationem veram non esse in quibusdam locis: ipsi interpretari aliter audebant, & pro his verbis, *Ecce virgo*, reddebant, *Ecce adolescentula*, n. 68. 71. 84. Liquet in ejusmodi locis non fraudem librariorum, sed nequitiam interpretum a Justino reprehendi. Quod spectat ad illud, *Dominus regnavit a ligno*, & ad ea quæ de morte Esaiæ sublata dicit, n. 120. & ad testimonium Esdræ & illud Jeremiæ, *Recordatus est Dominus*, &c. vix dubium est quin hæc etiam non occulto facinore, sed aperta contentione, ut in Hebræo fonte non exstantia, recisa crediderit. Fatetur enim hoc a Rabinis communi consilio factum esse, atque hæc testimonia ab omnibus Judæis rejici.

4. Ἔρχομαι.] Legendum videtur εὔχομαι. *Profiteor me dirigere*. Sic enim in Apol. 1. n. 15. καὶ εὔχομαι κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων τοιούτους δεῖξαι. Paullo post legit Thirlbius καὶ ἤδη τὴν ἀπόδειξιν, idque probat ex pluribus locis similibus ubi ἤδη scribit Justinus.

a Ἀκούσω] Pearsonus legit ἀκούω. Sic & vertit Maranus. Paullo post Thirlbius mallet συντιθεμένοις.

b Ἐπὶ τὰς ἐκ — τὰς ζητήσεις ποιεῖν] Si pro ἐπὶ τὰς legas ἐπὶ τῶ, erit heic aliqua & syntaxis & sententia, quarum nunc neutra est. THIRLBIUS.

A τῶν ἐξηγήσεων ὧν ἐξηγήσατο Εσδρας εἰς τὸν νόμον τὸν περὶ τοῦ πάσχα, τὴν ἐξήγησιν ταύτην ἀφείλοντο· καὶ εἶπεν Εσδρας τῷ λαῷ· [1] τοῦτο τὸ πάσχα ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ ἡ καταφυγὴ ἡμῶν· καὶ ἐὰν διανοηθῆτε, καὶ ἀναβῇ ὑμῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν, ὅτι μέλλομεν αὐτὸν ταπεινοῦν [2] ἐν σημείῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐλπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν, οὐ μὴ ἐρημωθῇ ὁ τόπος οὗτος εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον· λέγει ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων. ἐὰν δὲ μὴ πιστεύσητε αὐτῷ, μηδὲ εἰσακούσητε τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ, ἔσεσθε ἐπίχαρμα τοῖς ἔθνεσι. καὶ ἀπὸ τῶν [3] διὰ Ιερεμίου λεχθέντων, ταῦτα περιέκοψαν· ἐγὼ ὡς ἀρνίον φερόμενον τοῦ θύεσθαι· ἐπ' ἐμὲ ἐλογίζοντο λογισμὸν λέγοντες, δεῦτε ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἐκ γῆς ζώντων, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐ μὴ μνησθῇ οὐκέτι. καὶ B ἐπειδὴ αὕτη ἡ περικοπὴ ἡ ἐκ τῶν λόγων τοῦ Ιερεμίου ἔτι ἐστὶν ἐγγεγραμμένη ἔν τισιν ἀντιγράφοις τῶν ἐν συναγωγαῖς Ιουδαίων· πρὸ γὰρ ὀλίγου χρόνου ταῦτα ἐξέκοψαν· ἐπειδὰν καὶ ἐκ τούτων τῶν λόγων ἀποδεικνύηται ὅτι ἐβουλεύσαντο Ιουδαῖοι περὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἀναιρεῖν αὐτὸν σταυρώσαντες βουλευσάμενοι· [4] καὶ αὐτὸς μηνύεται, ὡς καὶ διὰ τοῦ Ησαΐου προεφητεύθη ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, καὶ ἐνθάδε ὡς ἀρνίον ἄκακον δηλοῦται· ὧν ἀπορούμενοι, ἐπὶ τὸ βλασφημεῖν χωροῦσι. καὶ ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ αὐτοῦ Ιερεμίου ὁμοίως ταῦτα περιέκοψαν· [5] ἐμνήσθη δὲ κύριος ὁ Θεὸς ἀπὸ Ισραὴλ τῶν νεκρῶν αὐτοῦ τῶν κεκοιμημένων εἰς γῆν χώματος, καὶ κατέβη πρὸς αὐτοὺς ἀναγγελίσασθαι αὐτοῖς τὸ σωτήριον αὐτοῦ. C

Καὶ ἀπὸ τοῦ ἐνενηκοστοῦ πέμπτου ψαλμοῦ τῶν διὰ Δαβὶδ λεχθέντων λόγων, λέξεις βραχείας ἀφείλοντο ταύτας, [6] ἀπὸ τοῦ ξύλου. εἰρημένου γὰρ τοῦ λόγου, εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, [a] ὁ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου· ἀφῆκαν· εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὁ κύριος ἐβασίλευσεν. ἐν δὲ τοῖς ἔθνεσι περὶ οὐδενὸς

A inquam. Ex his igitur quæ Esdras in legem de Paschate sancitam disseruit, hæc reciderunt: *Et dixit Esdras populo: Hoc Pascha salvator noster est & perfugium nostrum. Ac si intellexeritis & ascenderit in cor vestrum, quia futurum est ut eum humiliemus in signo: si saltem postea speremus in eum, non desolabitur locus iste in omne tempus: dicit Deus virtutum. Sin autem non credideritis ei, neque audieritis prædicationem ejus; ludibrium eritis gentibus*. Et ex Jeremiæ verbis hæc reciderunt: [a] *Ego ut agnus qui portatur ad immolandum. Super me cogitaverunt cogitationem dicentes: venite, mittamus lignum in panem ejus, & tollamus eum e terra viventium, & nomen ejus non memoretur am-* B *plius*. Quoniam autem hunc ex Jeremia locum adhuc nonnulla ex his quæ apud Judæorum Synagogas asservantur, exemplaria scriptum retinent; (non enim diu est quod hæc reciderunt) si quando ex his etiam verbis demonstretur consilium a Judæis initum fuisse, ut Christum crucifigentes occiderent, ipsumque ostendatur; quemadmodum & ab Esaia prænuntiatur velut ovis ad necem abductus, ut etiam hoc loco velut agnum minime malum describi: his rebus in angustias conjecti ad blasphemias se convertunt. Hæc etiam ex Jeremiæ dictis similiter reciderunt: *Recordatus est Dominus Deus mortuorum suorum ex Israele, qui obdormierunt in terra aggeris; & descendit ad eos, ut evangeliza-* C *ret eis salutare suum*.

LXXIII. Et ex psalmo Davidis nonagesimo quinto perpauca hæc abstulerunt, *a ligno*. Nam cum ita dictum fuisset, *Dicite in gentibus: Dominus regnavit a ligno*: reliquerunr, *Dicite in gentibus: Dominus regnavit*. Nemo autem umquam ex vestro genere exstitit, de quo tamquam de

a Jer. XI. 19.

1. Τοῦτο τὸ πάσχα.] Hoc testimonium, quod in sacris codicibus non exstat, latine refertur a Lactantio non sine aliqua discrepantia, lib. 4. Institut. c. 18. *Apud Esdram ita scriptum est*, inquit: *Hoc pascha salvator noster est & refugium nostrum: cogitate & ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare eum in signo: & post hæc sperabimus in eum, ne deseratur hic locus in æternum tempus, dicit Dominus Deus virtutum. Si non credideritis ei, neque si audieritis annuntiationem ejus, eritis derisio in gentibus*. Obscuriora sunt latina Lactantii quam græca Justini, quæ tamen suis vulneribus non carent. Legendum mox videtur *κἂν μετὰ ταῦτα*. Libenter etiam legerem *ἐμέλλομεν*, *quia futurum erat*, ut eum humiliaremus, id est, quia Jesum *definito consilio & præscientia Dei traditum* interemimus.

2. Ἐν σημείῳ.] Frustra J. Clericus Hist. Eccles. p. 526. emendandum hunc textum existimat, ac legendum *ἐν σχήματι*. Vide infra, n. 94. & Apol. I. n. 60. ubi signum idem esse ac crucem pluribus testimoniis ostendimus.

3. Διὰ Ιερεμίου.] Mox Justinus hunc locum in nonnullis Judæorum exemplaribus integrum ait exstitisse. Unde Thirlbius hujus judicii ferendi occasionem arripit. *Nos quoque*, inquit, *Judæos absolvimus, Justinum summæ negligentiæ & temeritatis absolvere non possumus*. Miror sane cur hanc varietatem exemplarium, quæ Judæos premebat & in angustias conjiciebat, vir eruditus ad eorum defensionem convertat. Res enim negari non potest: deerat locus Jeremiæ in novis exemplaribus Judæorum, non aberat ab antiquioribus. Ea re conjecti in angustias Judæi, & ad maledicendum Christo redacti erant. Hanc enim vim habet verbum *βλασφημεῖν*. Vid. num. 79. Tryphonis verba. Quis ergo illam exemplarium varietatem ad Judæos absolvendos & Justinum condemnandum idoneam putet?


4. Καὶ αὐτὸς μηνύεται.] Tota hæc verborum complexio admodum intricata. Melius legeretur *μηνύηται*, ut antea *ἀποδεικνύηται*. Sed hæ modorum mutationes interdum occurrunt apud Justinum. Verbum *δηλοῦται* non incommode expungeretur. Supple *ἐξ* ante *ὧν*. Ibidem illud *ὡς ἀρνίον ἄκακον* argumento est legenda eodem modo, ut observat Thirlbius, præcedentia Jeremiæ verba.

5. Ἐμνήσθη.] Deest etiam hoc testimonium in nostris codicibus: citatur ab Irenæo, lib. 3. cap. 20. sub nomine Esaiæ, & lib. 4. cap. 22. sub Jeremiæ. Sic autem priore loco: *Et commemoratus est Dominus sanctus Israel mortuorum suorum, qui dormierant in terra sepultionis: & descendit ad eos evangelizare salutem quæ est ab eo, ut salvaret eos*. Eruditi viri Grabius & post eum Massuetus observant Irenæum legisse *ἅγιος Ισραὴλ* pro eo quod mendose apud Justinum legi existimant *ἀπὸ Ισραήλ*.

6. Ἀπὸ τοῦ ξύλου.] Hæc verba monumentis Ecclesiæ Latinæ celeberrima sunt. Sed apud Græcos vix ullum habent vestigium, si excipias hoc Justini testimonium. Quidam proferunt illud Barnabæ, cap. 8. *ἡ βασιλεία τοῦ Ιησοῦ ἐπὶ τῷ ξύλῳ*. Citari etiam possunt nonnulla veterum hæreticorum scripta, de quibus sic loquitur Celsus apud Origen. lib. 6. pag. 298. *πανταχοῦ δ' ἐκεῖ τὸ τῆς ζωῆς ξύλον, καὶ ἀνάστασις σαρκὸς ἀπὸ τοῦ ξύλου*. *Ubique autem illic lignum vitæ, & resurrectio carnis a ligno*.

a Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν ἀπὸ τοῦ ξύλου] Eadem repetit S. Martyr *Apol.* I. num. XLI. Quem in locum interest in medium adferre quæ scriptum reliquit Vir Cl. Scipio Maffejus Part. I. *Biblioth. Veron. Ms.* p. 65. In recensione itaque codicis quantivis pretii, Psalterium cum Canticis continentis, altera quidem pagina Latine, altera vero e regione Græce, sed litteris Latinis, majoribus utrobique & diligenter depictis; ad Psalmum XCV. 9. hæc habet: „ Ὁ „ κύριος ἐβασίλευσε. Ms. *oi quirios ebasileusen apo xylu*. „ Verba ἀπὸ τοῦ ξύλου, quæ Justinus Martyr dolo malo ab „ Hebræis sublata fuisse opinatus est, in Græco exemplari „ quod supersit & innotescat, nondum videre contigerat. „ In Latina etiam pagina: *Dicite in nationibus, Dominus* „ *regnavit a ligno*. Ita & Psalmodia Romana. Adnotat „ Lambertus Bos, ita lectum fuisse a Cypriano, Justino, „ Tertulliano & Leone. Cyprianum demas, quum is Ser„ mo suppostitius sit; sed Augustinum addas, & Ambro„ sium. Cassiodorius ad hunc locum: *A ligno, alii quidem* „ *non habent translatores; sed nobis sufficit, quod LXX. in*„ *terpretum auctoritate firmatum est*. Hieronymus non ad„ misit. „ Hactenus vir doctissimus, apud quem plura de hujus Codicis ms. antiquitate ac præstantia videas.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



A ὡς Θεοῦ καὶ κυρίου ἐλέχθη ποτὲ ἀπὸ τῶν τοῦ γένους ὑμῶν ἀνθρώπων ὅτι ἐβασίλευσεν, ἀλλ' ἢ περὶ τούτου μόνου τοῦ σταυρωθέντος ὃν καὶ σεσῶσθαι ἀναστάντα ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγει, μηνῦον ὅτι οὐκ ἔστιν ὅμοιος τοῖς τῶν ἐθνῶν θεοῖς· ἐκεῖνα γὰρ [1] εἴδωλά ἐστι δαιμονίων. ἀλλ' ὅπως τὸ λεγόμενον νοήσητε, τὸν πάντα ψαλμὸν ἀπαγγελῶ ὑμῖν. ἔστι δὲ οὗτος· ᾄσατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ᾄσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ. ᾄσατε τῷ κυρίῳ, καὶ εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ. ἀναγγείλατε τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ· ὅτι μέγας κύριος, καὶ αἰνετὸς σφόδρα· φοβερός ἐστιν ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς· ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια· ὁ δὲ κύριος B τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησεν. ἐξομολόγησις καὶ ὡραιότης ἐνώπιον αὐτοῦ. [a] ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν ἐν ὀνόματι αὐτοῦ. ἄρατε θυσίας, καὶ εἰσπορεύεσθε εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ· προσκυνήσατε τῷ κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. σαλευθήτω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὁ κύριος [2] ἐβασίλευσε. καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται· κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· σαλευθήσεται ἡ θάλασσα, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. χαρήσεται τὰ πεδία καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ ἀπὸ προσώπου κυρίου· ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν. C κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ.

Καὶ ὁ Τρύφων, εἰ μὲν ὡς ἔφης, εἶπε, [3] παρέγραψάν τι ἀπὸ τῶν γραφῶν οἱ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, Θεὸς δύναται ἐπίστασθαι· ἀπίστῳ δὲ ἔοικε τὸ τοιοῦτον.

Ναί, ἔφην, ἀπίστῳ ἔοικε. φοβερώτερον γάρ ἐστι τῆς μοσχοποιΐας [4] ἣν ἐποίησαν, ἐπὶ γῆς μάννα πεπλησμένοι, καὶ τοῦ τὰ τέκνα θύειν τοῖς δαιμονίοις, ἢ τοῦ αὐτοὺς προφήτας ἀνῃρηκέναι. ἀλλὰ δή, ἔφην, μοι [5] νομίζεσθε μηδὲ ἀκηκοέναι [b] ἃς εἶπον περὶ τοῦ κεκλοφέναι αὐτοὺς γραφάς. ὑπὲρ αὐταρκείας γὰρ αἱ τοσαῦται προανιστορημέναι εἰσὶν εἰς ἀπόδειξιν τῶν ζητηθέντων, μετὰ τῶν λεχθήσεσθαι μελλόντων [6] παρ' ἡμῖν παραπεφυλαγμένων. D

A Deo & Domino diceretur, eum in gentibus regnasse, præter hunc solum crucifixum, quem & resurgentem ex mortuis liberatum esse Spiritus sanctus in eodem psalmo asserit, eumque diis gentium similem non esse declarat; illos enim esse simulacra dæmoniorum. Sed ut quid dicatur intelligatis, totum vobis psalmum recitabo. Sic autem habet: [a] *Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomen ejus: bene nuntiate de die in diem salutare ejus. Annuntiate in gentibus gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes* B *dii gentium, dæmonia: Dominus autem cælos fecit. Confessio & pulcritudo in conspectu ejus: sanctitas & magnificentia in sanctificatione ejus. Afferte Domino patriæ gentium: afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam in nomine ejus. Tollite hostias, & introite in atria ejus: adorate Dominum in atrio sancto ejus. Commoveatur a facie ejus universa terra: dicite in gentibus, Dominus regnavit. Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur: judicabit populos in æquitate. Lætentur cæli, & exsultet terra: commoveatur mare, & plenitudo ejus. Gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt: exsultabunt omnia ligna silvæ a facie Domini;* C *quoniam venit, quoniam venit judicare terram. Judicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.*

Heic Trypho: Utrum ex Scripturis, inquit, aliquid, ut asseris, principes populi deleverint, Deus scire potest. Ceterum videtur id incredibile.

Sane, inquam, incredibile videtur. Est enim horribilius quidpiam, quam quod ab eis commissum est, cum vitulum, manna in terris expleti, conflarunt; aut cum filios immolarunt dæmoniis, aut cum ipsos prophetas occiderunt. Sed mihi, ajebam, existimate nihil vos audiisse de Scripturis, quas furto ab iis sublatas dixi. Satis enim superque sufficiunt ad demonstrationem eorum quæ in quæstionem veniunt, D tot jam antea allatæ Scripturæ, præter eas quæ apud vos servatæ deinceps proferentur.

Καὶ ὁ Τρύφων ἔφη· ὅτι δι' ἡμᾶς ἀξιώσαντας ἀνιστόρησας αὐτάς, ἐπιστάμεθα. περὶ δὲ τοῦ ψαλμοῦ τούτου, ὃν τελευταῖον ἔφης ἀπὸ τῶν Δαβὶδ λόγων, οὐ δοκεῖ μοι εἰς ἄλλον τινὰ εἰρῆσθαι, ἀλλ'

LXXIV. Tum Trypho: Scimus, inquit, rogatu nostro eas a te recitatas esse. At psalmus ille quem postremum ex Davidis oraculis recitasti, non mihi videtur in alium dictus esse, quam

a Psalm. xcv. 1. seqq.

1. Εἴδωλά ἐστι δαιμονίων.] Hic psalmi locus ita citatur, n. 44. & Apol. 1. num. 41. & apud Irenæum, l. 3. cap. 6. & Clem. Alexandr. 54. Aliter Justinus in ipsa psalmi recitatione & infra, n. 79. & 83. Hæc observatio est Cl. Thirlbii, qui hanc lectionem, πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλά ἐστι δαιμονίων, ex duabus lectionibus coaluisse putat, nempe ps. 95. πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια, & 1. Paralip. 16. 26. πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν εἴδωλα.

2. Ἐβασίλευσε.] Mirum non addi ἀπὸ τοῦ ξύλου, cum Justinus ita legendum contendat: sed nota est librariorum in ejusmodi rebus audacia.

3. Παρέγραψαν.] Uterque codex ad marginem περιέγραψαν, *deleverunt*. Sic etiam R. Stephanus ad calcem. *Omnino legendum* περιέγραψαν pronuntiat eruditus Londinensis editor: & supra n. 71. περιγεγράφθαι pro eo quod legitur παραγεγράφθαι. Verbum περιγράφω aptius quadrat cum aliis verbis a Justino usurpatis, πάλεον περιεῖλον n. 71. ἀφείλοντο, περιέκοψαν, ἐξέκοψαν n. 72. & 73. Sed tamen haud scio an retinere possimus παραγεγράφθαι & παρέγραψαν. Scripturæ enim testimonia reciderunt Judæi, dum Scripturam παραγράφουσι, atque ita scriptum esse contendunt. Hinc n. 84. duo tantum ab eis postulat Justinus, ne παραγράφειν ἢ παρεξηγεῖσθαι audeant Scripturas: & n. 68. hæc duo tantum eis objicit artificia, quod testimonia quibus premebantur, aut non ita scripta esse, ut a Christianis proferebantur, aut in Christum dicta non esse contenderent.

4. Ἣν ἐποίησαν.] Uterque codex ad marginem ἧς ἐποίησαν, atque ita R. Stephanus ad calcem.

5. Νομίζεσθε.] Legi posse νομίζετε admonuit Sylburgius. Ibidem legit Thirlbius ἃ εἶπον περὶ τοῦ &c. vel ἃς εἶπον περικεκοφέναι. Utraque probabilis emendatio, sed primam ipse non immerito magis probat.

6. Παρ' ἡμῖν.] Legendum παρ' ὑμῖν jam multi viderunt.

a Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν] Non legebat Justinus in hoc Psalmo, *Afferte Domino patriæ gentium*, sed ut habemus in Apol. I. n. 41. δότε τῷ κυρίῳ τῷ πατρὶ τῶν αἰώνων δόξαν: *Date Domino patri sæculorum gloriam*. Non dubium quin ita legerit Justinus, cum primam hujus Psalmi partem Patri attribuat: ad Filium autem ista referat: *Dominus regnavit a ligno*. MARANUS *in addend.* p. 605.

b Ἃς εἶπον — γραφάς] Legendum videtur, ἃς εἶπον περικεκοφέναι (aut παρακεκλοφέναι) αὐτοὺς γραφάς. Vel, quod multo minus placet: ἃ εἶπον περὶ τοῦ κεκλοφέναι αὐτοὺς γραφάς. THIRLBIUS. — Hanc ideo notam integram descripsimus, quod eam aliud agens legisse Cl. Maranus nobis visus sit.

εἰς τὸν πατέρα τὸν καὶ τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὴν γῆν ποιήσαντα. σὺ δ' αὐτὸν φῂς εἰς τὸν παθητὸν τοῦτον, ὃν καὶ Χριστὸν εἶναι σπουδάζεις ἀποδεικνύναι, εἰρῆσθαι.

Καὶ ἀπεκρινάμην· διὰ λέξεως ἣν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ἀνεφθέγξατο, νοήσατε λέγοντός μου, παρακαλῶ· καὶ γνώσεσθε οὔτε κακῶς με λέγειν, [1] οὔθ' ὑμᾶς ὄντως κεκηλῆσθαι· οὕτως γὰρ ἂν καὶ πολλὰ ἄλλα νοῆσαι τῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰρημένων καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι δυνήσεσθε. ᾄσατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ᾄσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ. ᾄσατε τῷ κυρίῳ, καὶ εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. ὡς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων ᾄδοντας καὶ ψάλλοντας τοὺς ἀπὸ πάσης τῆς γῆς γνόντας τὸ σωτήριον τοῦτο μυστήριον, τουτέστι τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ τούτους ἔσωσεν, ἐνδιαγόντας κελεύει, ἐπιγνόντας ὅτι καὶ αἰνετὸς, καὶ φοβερὸς, καὶ ποιητὴς τοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὁ τοῦτο τὸ σωτήριον ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ποιήσας, τὸν καὶ μετὰ τὸ σταυρωθῆναι ἀποθνήσκοντα, [2] καὶ βασιλεύειν πάσης τῆς γῆς κατηξιωμένον ὑπ' αὐτοῦ. [3] ὡς καὶ διὰ [a] τῆς γῆς εἰς ἣν οὗτος εἰσπορεύεται εἰς αὐτὴν, καὶ ἐγκαταλείψουσί με, καὶ διασκεδάσουσι τὴν διαθήκην μου ἣν διεθέμην αὐτοῖς [4] ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ καταλείψω αὐτοὺς, καὶ ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν· καὶ ἔσται κατάβρωμα, καὶ εὑρήσουσι αὐτὸν κακὰ πολλὰ καὶ θλίψεις· καὶ ἐρεῖ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, διότι οὐκ ἔστι κύριος ὁ Θεός μου ἐν ἡμῖν, εὕροσάν με τὰ κακὰ ταῦτα. ἐγὼ δὲ ἀποστροφῇ ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, διὰ πάσας τὰς κακίας ἃς ἐποίησαν, ὅτι ἐπέστρεψαν ἐπὶ θεοὺς ἀλλοτρίους.

Ain Patrem, qui cælum & terram creavit. Tu vero dictum esse contendis in istum perpessionibus obnoxium, quem & Christum esse conaris demonstrare.

Ad hæc ego: Loquutionem a Spiritu sancto in hoc psalmo pronuntiatam adhibenti mihi, animum, quæso, advertite: ac videbitis nec me improbe dicere, nec vos prorsus lactatos fuisse; sic enim & multa alia ex Spiritus sancti dictis per vos ipsi, cum a me discesseritis, intelligere poteritis. *Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: annuntiate de die in diem salutare ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.* Hortatur ut qui ex B toto terrarum orbe salutare illud mysterium, id est passionem Christi per quam a Deo sunt salvati, cognoscunt, ii Deo & Patri universorum indesinenter canant & psallant, agnoscentes laudabilem & terribilem & conditorem cæli & terræ eum esse, a quo hæc salus humano generi facta est; ille videlicet qui postquam cruci affixus & mortuus est, regno totius orbis terrarum ab eo donatus est. [a] *Et exsurgens hic populus fornicabitur post deos alienos terræ, in quam hic ingreditur, ut habitet in ea: & derelinquent me; & dissipabunt testamentum meum, quod testatus sum eis in die illa: & derelinquam eos, & avertam faciem meam ab eis; & erit esca, & invenient eum mala multa, &* C *tribulationes: & dicet in die illa: Quoniam non est Dominus meus in nobis, invenerunt me mala hæc. Ego autem avertendo avertam faciem ab eis in die illa, propter omnia mala, quæ fecerunt: quoniam abierunt ad deos alienos.*

Ἐν δὲ τῷ βιβλίῳ τῆς ἐξόδου, ὅτι αὐτοῦ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦς ἦν, ὃ λέγει τῷ Ἀβραὰμ μὴ δεδηλῶσθαι, [5] μηδὲ τῷ Ἰακὼβ, διὰ Μωϋσέως ἐν μυστηρίῳ ὁμοίως ἐξηγγέλθη, καὶ ἡμεῖς νενοήκαμεν. οὕτως δὲ εἴρηται· καὶ εἶπε κύριος τῷ Μωϋσεῖ, εἰπὲ τῷ λαῷ τούτῳ, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σοῦ, ἵνα φυλάσσῃ σε ἐν τῇ ὁδῷ, ὅπως εἰσαγάγῃ σε εἰς τὴν γῆν, ἣν ἡτοίμασά σοι. πρόσεχε αὐτῷ, καὶ εἰσάκουε αὐτοῦ· μὴ ἀπείθει αὐτῷ· οὐ γὰρ μὴ ὑποστείληταί σε· τὸ γὰρ ὄνομά μου ἐστὶν ἐπ'

LXXV. In libro autem Exodi nomen ipsius Dei, quod nec Abrahæ nec Jacobo declaratum dicit, etiam Jesum fuisse, Moses arcane similiter pronuntiat, nosque intelleximus. Sic autem dictum est: [b] *Et dixit Dominus Mosæ: Dic populo isti: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, ut custodiat te in via, & introducat in terram quam paravi tibi. Observa eum & audi eum: non rebella ei; non enim dimittet te: nomen namque meum est in eo.* Quis igitur patres vestros in terram introduxerit tan-

a Deut. XXXI. 16 — 18. b Exod. XX. 22. XXIII. 20. 2.

1. Οὐθ' ὑμᾶς.] Melius profecto ἡμᾶς, ut initio Dialogi n. 9. ubi Justinus probaturum se pollicetur, Christianos non vanis, ut dixerat Trypho, credidisse sermonibus.

2. Βασιλεύειν.] Sententiæ seriem perspicere operæ pretium est. Cum moleste ferret Trypho, quod psalmus, *Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra*, ad Christum referretur; ita rem temperat Justinus, ut partim Patri, partim Filio psalmum hunc tribuat. Nam Deo Patri, qui est laudabilis & terribilis & cælos fecit, gratias agi declarat, quod salutare suum constituerit, nempe Filium crucifixum & resuscitatum, & regnantem in universa terra. Itaque ad Patrem refert primam psalmi partem: alteram autem, nempe, *Dominus regnavit a ligno* &c. Filio reservat.

3. Ὡς καὶ διὰ τῆς γῆς.] Heic aliquid deesse manifestum est. Nonnulli, ut Grabius & Londinenses editores, inter hæc verba & ea quæ præcedunt, finem prioris colloquii & initium secundi desiderant. Sed tamen vix tria aut quatuor verba desunt. 1. Semper Justinus versatur in ea digressione ad quam eum vocaverat Trypho, nec redit ad propositum, id est, ad explicationem hujus prophetiæ, *Ecce virgo*, nisi num. 77. 2. Quidquid differit usque ad num. illum 77. eo spectat, ut probetur Christum esse Dominum regnantem a ligno. Hinc sub finem num. 76. concludit Justinus Prophetas prædixisse Christum passurum & postea regnaturum 3. Eodem spectant duo illa testimonia psalmo *Cantate* subjuncta: quorum in primo fit mentio de terra promissa in quam Judæi introducti sunt; in altero Deus qui hanc terram dedit, nomen suum Jesum esse declarat. Hæc autem testimonia non alio tendunt, nisi ut probetur in Christo humilitas carnis & majestas regni. Unde statim addit Justinus eum qui regnum accipit æternum, a Daniele tamquam filium hominis vocari. Quare non plura hoc loco deesse crediderim, quam quæ Justinus dicere solet, cum ab uno testimonio ad aliud transit. Desunt etiam priora verba testimonii e Deuteronomio petiti: atque in hunc modum videtur lacuna expleri posse, ὡς καὶ διὰ γῆς εἰς ἣν ἔφη εἰσάξειν τοὺς πατέρας ὑμῶν, φαίνεται· ἔφη δὲ οὕτως. *Quemadmodum & per terram perspicitur, in quam se introducturum dixit patres vestros.* Verba autem Scripturæ sic explenda: οὗτος ὁ λαὸς ἐκπορνεύσει ὀπίσω θεῶν ἀλλοτρίων τῆς γῆς. Videtur repetitio harum vocum τῆς γῆς locum errandi librariis dedisse.

4. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.] Ante hæc verba legitur in Bibliis καὶ ὀργισθήσομαι θυμῷ εἰς αὐτούς.

5. Μηδὲ τῷ Ἰακώβ.] Perionius & alii nonnulli ante hæc verba addendum censuerunt, μηδὲ τῷ Ἰσαὰκ, quia sic habetur in Exodo cap. 6. Sed nimium multa emendanda erunt, si emendetur quidquid a Bibliis discrepat.

a Ὡς καὶ διὰ ...... τῆς γῆς] Quidquid sentiat Cl. Maranus, post διὰ videntur plura intercidisse. Nam n. 78. legimus, δι' αὐτοὺς δὲ τοὺς σήμερον σὺν ὑμῖν ἐλθόντας: *Propter eos qui HODIE vobiscum venerunt*. Ex quibus patet, colloquium secundum jam fuisse institutum, pluresque in eo auditores quam in primo habuisse Justinum: quum tamen nuspiam appareat colloquium primum fuisse completum. Hinc recte, ut quidem opinor, viri docti pridem animadverterunt plura heic excidisse, atque inter ea potissimum, finem colloquii prioris, & initium posterioris.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

αὐτῷ. τίς οὖν εἰς τὴν γῆν εἰσήγαγε τοὺς πατέρας ὑμῶν, (A) ἤδη ποτὲ νοήσατε, ὅτι ὁ ἐν τῷ ὀνόματι τούτῳ [1] ἐπονομασθεὶς Ἰησοῦς, πρότερον Αὐσῆς καλούμενος. εἰ γὰρ τοῦτο νοήσετε, καὶ ὅτι τὸ ὄνομα [2] αὐτοῦ εἰπόντος τῷ Μωϋσεῖ, τὸ γὰρ ὄνομά μου ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ, Ἰησοῦς ἦν, ἐπιγνώσεσθε· [3] καὶ γὰρ καὶ Ἰσραὴλ αὐτὸς ἦν καλούμενος, καὶ τὸν Ἰακὼβ τούτῳ τῷ ὀνόματι ὁμοίως μετωνομάκει. ὅτι δὲ καὶ ἄγγελοι καὶ ἀπόστολοι τοῦ Θεοῦ λέγονται οἱ ἀγγέλλειν τὰ παρ' αὐτοῦ ἀποστελλόμενοι προφῆται, ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ δεδήλωται. λέγει γὰρ ἐκεῖ ὁ Ἡσαΐας, ἀπόστειλόν με. καὶ ὅτι προφήτης ἰσχυρὸς καὶ μέγας γέγονεν ὁ ἐπονομασθεὶς τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, φανερὸν πᾶσίν ἐστιν. εἰ οὖν ἐν τοσαύταις μορφαῖς οἴδαμεν πεφανερῶσθαι τὸν Θεὸν [4] ἐκείνῳ τῷ Ἀβραάμ, καὶ τῷ Ἰακώβ, καὶ τῷ Μωϋσεῖ, πῶς ἀποροῦμεν καὶ (B) ἀπιστοῦμεν κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων βουλὴν, καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν διὰ παρθένου γεννηθῆναι μὴ δεδυνῆσθαι, καὶ ταῦτα ἔχοντες γραφὰς [5] τοιαύτας, ἐξ ὧν συνοῆσαί ἐστι διαῤῥήδην ὅτι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν καὶ τοῦτο γέγονεν;

(A) dem aliquando consíderate; ille nimirum, qui hoc nomine cognominatus est Jesus, cum Auses antea vocaretur. Nam si id consideraveritis, illud quoque intelligetis, nomen illius qui dixit Mosi, *Nomen namque meum est in eo*, Jesum fuisse. Nam & Israel ipse vocabatur, & hoc Jacobo cognomen imposuit. Angelos autem & Apostolos Dei vocari prophetas illos qui ad nuntianda ejus mandata mittuntur, apud Esaiam declaratur. Ibi enim dicit Esaias: [a] *Mitte me*. Fortem autem & magnum prophetam fuisse eum, qui Jesu cognomen accepit, omnibus perspicuum est. Igitur si tot in formis Deum Abrahæ & Jacob & Mosi visum esse scimus; cur hæremus (B) incerti, nec credere volumus eum secundum voluntatem Patris universorum etiam hominem ex virgine nasci potuisse; cum præsertim tot habeamus Scripturas, ex quibus aperte intelligere liceat id quoque de Patris voluntate factum esse?

Οταν γὰρ ὡς υἱὸν ἀνθρώπου λέγῃ Δανιὴλ τὸν παραλαμβάνοντα τὴν αἰώνιον βασιλείαν, οὐκ αὐτὸ τοῦτο αἰνίσσεται; τὸ γὰρ ὡς υἱὸν ἀνθρώπου εἰπεῖν, φαινόμενον μὲν καὶ γενόμενον ἄνθρωπον μηνύει, οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνου δὲ σπέρματος ὑπάρχοντα δηλοῖ. καὶ τὸ λίθον τοῦτον εἰπεῖν ἄνευ χειρῶν τμηθέντα, ἐν μυστηρίῳ τὸ αὐτὸ κέκραγε. τὸ γὰρ ἄνευ χειρῶν εἰπεῖν αὐτὸν ἐκτετμῆσθαι, [6] ὅτι (C) οὐκ ἔστιν ἀνθρώπινον ἔργον, ἀλλὰ τῆς βουλῆς τοῦ προβάλλοντος αὐτὸν πατρὸς τῶν ὅλων Θεοῦ. καὶ τὸ Ἡσαΐαν φάναι, τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ἀνεκδιήγητον ἔχοντα τὸ γένος αὐτὸν ἐδήλου. οὐδεὶς γὰρ ἄνθρωπος ὢν ἐξ ἀνθρώπων, ἀνεκδιήγητον ἔχει τὸ γένος. καὶ τὸ τὸν Μωϋσέα εἰπεῖν [7] πλύνειν αὐτὸν τὴν στολὴν αὐτοῦ ἐν αἵματι σταφυλῆς, οὐχ ὃ καὶ ἤδη πολλάκις πρὸς ὑμᾶς παρακεκαλυμμένως [8] πεπροφητευκέναι αὐτὸν εἶπον, ἐστίν; ὅτι αἷμα μὲν ἔχειν αὐτὸν προεμήνυεν, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνθρώπων· ὃν τρόπον τὸ τῆς ἀμπέλου αἷμα οὐκ ἄνθρωπος ἐγέννησεν, ἀλλ' ὁ Θεός. καὶ Ἡσαΐας δὲ μεγάλης βουλῆς ἄγγελον αὐτὸν εἰπὼν, οὐχὶ τούτων ὧνπερ ἐδίδαξεν ἐλθὼν, διδάσκαλον αὐτὸν γεγενῆσθαι προεκήρυσσεν; (D) ἃ γὰρ μεγάλα ἐβεβούλευτο ὁ πατὴρ εἴς τε πάντας τοὺς εὐαρέστους γενομένους αὐτῷ καὶ γενησομένους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς ἀποστάντας τῆς βουλῆς αὐτοῦ ὁμοίως ἀνθρώπους ἢ ἀγγέλους, οὗτος μόνος ἀπαρακαλύπτως ἐδίδαξεν, εἰπών· ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας, ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. καὶ, πολλοὶ ἐροῦσί μοι τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐφάγομεν καὶ ἐπίομεν καὶ προεφητεύσαμεν καὶ δαιμόνια ἐξεβάλομεν; καὶ ἐρῶ αὐτοῖς, ἀναχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ. καὶ ἐν ἄλλοις λόγοις οἷς καταδικάζειν τοὺς ἀναξίους μὴ σώζεσθαι [9] μέλλειν ἔφη ἐρεῖν· ὑπάγετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὃ ἡτοίμασεν ὁ πατὴρ τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. καὶ πάλιν ἐν ἑτέροις λόγοις

LXXVI. Nam Daniel, cum [b] *tamquam filium hominis* appellat eum, qui regnum æternum accipit; nonne id ipsum innuit? Quod enim *tamquam filium hominis* dicit, hominem quidem visum & factum esse significat, ex semine autem humano constitutum non fuisse declarat. Et cum eum *lapidem sine manibus abscissum* vocat, [c] idem clamat arcane. (C) Nam quod eum sine manibus abscissum fuisse dicit, idem valet ac eum non esse hominum opus, sed voluntatis illius qui eum produxit, Patris universorum Dei. Et quod Esaias dicit: [d] *Generationem ejus quis enarrabit?* genus eum non enarrabile habere demonstrat. Nemo enim est, qui cum homo ex hominibus sit, genus habeat non enarrabile. Et quod Moses dixit [e] *suam illum stolam in sanguine uvæ lavaturum*, nonne id ipsum est, quod sæpe vos monui arcane ab eo prænuntiatum; ita ut sanguinem quidem ei inesse significaverit, sed nequaquam ex hominibus; quemadmodum uvæ sanguinem non homo generavit, sed Deus? Et quod eum Esaias *magni consilii Angelum* vocat [f], non(D)ne eorum quæ adveniens edocuit, magistrum illum & doctorem futurum prænuntiabat? Magna enim Patris consilia tum in omnes qui ipsi placuerant & placituri erant, homines, tum in desciscentes ab ejus voluntate homines pariter & angelos, solus hic aperte edocuit, cum ita diceret: [g] *Venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cælorum: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores.* Et, [h] *Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo edimus & bibimus & prophetavimus & dæmonia ejecimus? Et dicam eis: discedite a me.* Et aliis verbis, quibus indignos qui salventur condemnaturus est, dicturum se declaravit: [i] *Abite in tenebras exteriores, quas paravit Pater satanæ & angelis ejus.* Et rursus aliis

[a] Esai. VI. 8. [b] *Dan.* VII. 13. 14. [c] Dan. II. 34. [d] Esai. LIII. 8. [e] Gen. XLIX. 11. [f] Esai. IX. 6. [g] Matth. VIII. 11. 12. [h] Matth. VII. 22. 23. Luc. XIII. 26. [i] Matth. XXV. 41.

1. Ἐπονομασθεὶς Ἰησοῦς.] Similia habemus apud Tertullianum l. 3. in Marc. c. 16. & Lactantium l. 4. c. 17. & Cyrillum Alexandrinum l. 3. in Jul. Interrogationis nota apponi posset post τοὺς πατέρας ὑμῶν.

2. Αὐτοῦ εἰπόντος.] Legendum, ni fallor, αὐτοῦ τοῦ εἰπόντος.

3. Καὶ γὰρ καὶ Ἰσραήλ.] Phœnices, ut est apud Eusebium Præpar. Evangel. lib. 1. c. 10. Saturnum Israelis nomine appellabant. At Christum Justinus non videtur Israelem appellasse ob naturam divinam, sed habita ratione futuræ aliquando incarnationis. Ait enim infra n. 125. τὸ οὖν Ἰσραὴλ ὄνομα τοῦτο σημαίνει, ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν. *Id igitur valet hoc Israelis nomen, homo vincens virtutem.*

4. Ἐκείνῳ.] Mallet Sylburgius ἐκεῖνον.

5. Τοιαύτας.] Legit Thirlbius τοσαύτας, ut num. 68. & 100.


6. Ὅτι οὐκ ἔστιν.] Heic non difficile est supplere aliquod ex verbis paullo ante præcedentibus, vel verbum ἐδήλου quod paullo post occurrit.

7. Πλύνειν.] Aptius existimat πλυνεῖν Sylburgius, & paullo post legi posse observat γενήσεσθαι pro γεγενῆσθαι.

8. Πεπροφητευκέναι.] Codex Regius προπεφητευκέναι. Sic etiam codex Claromontanus ad marginem. Vulgata lectio reperitur ad marginem codicis Regii.

9. Μέλλειν.] Legendum μέλλει.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ἔφη· δίδωμι ὑμῖν ἐξουσίαν καταπατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ σκολοπενδρῶν, καὶ ἐπάνω πάσης δυνάμεως τοῦ ἐχθροῦ. καὶ νῦν ἡμεῖς οἱ πιστεύοντες ἐπὶ τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου Ἰησοῦν κύριον ἡμῶν, τὰ δαιμόνια πάντα καὶ πνεύματα πονηρὰ ἐξορκίζοντες, ὑποτασσόμενα ἡμῖν ἔχομεν. εἰ γὰρ διὰ τῶν προφητῶν παρακεκαλυμμένως κεκήρυκτο παθητὸς γενησόμενος ὁ Χριστὸς, καὶ μετὰ ταῦτα πάντων κυριεύσων, ἀλλ' οὖν [1] γε ὑπ' οὐδενὸς νοεῖσθαι ἐδύνατο, μέχρις αὐτὸς ἔπεισε τοὺς ἀποστόλους ἐν ταῖς γραφαῖς ταῦτα κεκηρύχθαι διαῤῥήδην. ἐβόα γὰρ πρὸ τοῦ σταυρωθῆναι· δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ὑπὸ τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. καὶ Δαυὶδ δὲ [2] πρὸ ἡλίου καὶ σελήνης ἐκ γαστρὸς γεννηθήσεσθαι αὐτὸν κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν ἐκήρυξε, καὶ Θεὸν ἰσχυρὸν καὶ προσκυνητὸν, [3] Χριστὸν ὄντα, ἐδήλωσε.

A verbis ait: [a] *Do vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & scolopendras, & super omnem virtutem inimici*. Et nunc qui in crucifixum sub Pontio Pilato Jesum Dominum nostrum credimus, dæmonia omnia & malos spiritus adjurando potestati nostræ subjicimus. Quamvis enim tecte per Prophetas prædicatum fuisset Christum esse passurum, ac postea omnibus imperaturum; id tamen a nemine intelligi poterat, donec ipse discipulis persuasit hæc in Scripturis nominatim esse prædicata. Clamabat enim antequam in crucem ageretur: [b] *Oportet Filium hominis multa pati & rejici a Scribis & Pharisæis, & crucifigi, & tertia die resurgere*. Et David futurum fuisse *ante* B *solem & lunam* prædicavit [c], ut *ex utero* secundum Patris voluntatem nasceretur, eumque, cum Christus sit, Deum fortem & adorandum esse declaravit.

Καὶ ὁ Τρύφων εἶπεν, ὅτι μὲν καὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἱκανὰ δυσωπῆσαί ἐστι, σύμφημί σοι· ὅτι δὲ ἀπαιτῶ σε τὸν λόγον ὃν πολλάκις [4] προεβάλλου ἀποδεῖξαι, [5] εἰδέναι βούλομαι. περαίωσον οὖν καὶ αὐτὸν ἡμῖν, ἵνα ἴδωμεν καὶ ὡς ἐκεῖνον εἰς Χριστὸν τοῦτον τὸν ὑμέτερον ἀποδεικνύεις εἰρῆσθαι. ἡμεῖς γὰρ εἰς Ἐζεκίαν αὐτὸν λέγομεν πεπροφητεῦσθαι.

Κἀγὼ ἔφην, ὡς βούλεσθε καὶ τοῦτο πράξω· ἀποδείξατε δέ μοι ὑμεῖς πρῶτον, ὅτι εἰς τὸν Ἐζεκίαν εἴρηται, ὅτι πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, ἔλαβε δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας, ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. οὐ γὰρ ὡς βούλεσθε ἐξηγεῖσθαι συγχωρηθήσεται ὑμῖν, ὅτι Ἐζεκίας ἐπολέμησε τοῖς ἐν Δαμασκῷ ἢ ἐν Σαμαρείᾳ ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. πρὶν ἢ γὰρ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα, ἢ μητέρα, ὁ προφητικὸς λόγος ἔφη, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ σκῦλα Σαμαρείας, ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. εἰ γὰρ μὴ μετὰ προσθήκης ταῦτα εἶπε τὸ προφητικὸν πνεῦμα, πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ σκῦλα Σαμαρείας· ἀλλὰ μόνον εἰρήκει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ σκῦλα Σαμαρείας, ἐδύνασθε λέγειν· ἐπειδὴ προεγίνωσκεν ὁ Θεὸς μέλλειν αὐτὸν λήψεσθαι

LXXVII. At Trypho: Equidem tibi assentior satis inesse tot ac tantis rationibus ad persuadendum momenti: sed scias velim me a te Scripturam illam quam sæpe demonstraturum pollicitus es, reposcere. Fac igitur eam nobis expedias, ut videamus quonam pacto in vestrum illum Christum dictam esse demonstres. Nos enim in Ezechiam præ- C nuntiatam fuisse dicimus.

Tum ego: Ut vobis, inquam, videtur, ita faciam. Sed mihi prius demonstrate de Ezechia dictum esse, eum, antequam patrem aut matrem vocare nosset, virtutem Damasci & spolia Samariæ coram rege Assyriorum cepisse. Neque enim vobis concedetur, ut vestro arbitratu hanc interpretationem afferatis, Ezechiam adversus Damascum & in Samaria coram rege Assyriorum bellum gessisse. Nam, *priusquam puer norit vocare patrem aut matrem*, inquit propheticus sermo [d], *capiet virtutem Damasci & spolia Samariæ coram rege Assyriorum*. Nam si propheticus Spiritus cum additamento non dixisset, *Antequam norit puer vocare patrem aut* D *matrem, accipiet virtutem Damasci & spolia Samariæ*; sed tantum, *& pariet filium & capiet virtutem Damasci & spolia Samariæ*; dicere poteratis: Quia futurum prænoscebat Deus ut hæc cape-

a Luc. x. 19. *b* Marc. VIII. 31. Luc. IX. 22. *c* Psalm. IX. 4. *d* Esai. VIII. 4.

1. Ἀλλ' οὖν γε ὑπ' οὐδενός.] Probare pergit Christum esse magni consilii angelum, & ab eo homines maximarum rerum cognitionem accepisse. Simillima differit Irenæus lib. 4. c. 26. n. 1.

2. Πρὸ ἡλίου καὶ σελήνης.] Non facile est explicare cur Justinus, cum his verbis, *ex utero ante luciferum genui te*, nativitatem ex utero virginis intelligat, illud tamen *ante luciferum*, idem esse putet ac ante solem & lunam. Non enim Christus ex Maria ante solem & lunam genitus. Tertulliani qui Justinum imitatur, clarior & apertior sententia. Christum enim ex utero Mariæ genitum dicit ante luciferum, quia nocte in lucem editus est, lib. 5. in Marc. cap. 10. At Justinus *ante luciferum* idem esse vult ac ante solem & lunam. Quo sensu non prædixit David Christum ante solem & lunam de Maria nasciturum, sed futurum fuisse ante solem & lunam ut de virgine nasceretur. Similem locum vidimus supra num. 63. ἄνωθεν καὶ διὰ γαστρὸς ἀνθρωπείας ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τῶν ὅλων γεννᾶσθαι αὐτὸν ἤμελλε. Illud ergo, *ante luciferum genui te*, idem esse Justinus putabat ac gignere decrevi. Singularis ratio est, cur hæc interpretatio non vituperetur, quia scilicet Christus ab æterno consensit incarnationi suæ. Unde etiam ἄνωθεν Justinus Israelis nomen habuisse docet, n. 75. & 125. quamvis hoc nomen ei non conveniat nisi ob incarnationem, ut observat ipse Justinus, n. 125. Non absimili ratione Christus apud Cyrillum Jerosolymitanum accepisse ab æterno dicitur illud Sacerdotium, quo factus homo & semetipsum offerendo per Spiritum sanctum perfunctus est. Χριστὸς δὲ ἐστιν ἀρχιερεὺς (inquit Cat. 10. n. 15.) ἀπαράβατον ἔχων τὴν ἱερωσύνην. οὔτε ἀπὸ χρόνων ἀρξάμενος τῆς ἱερωσύνης, οὔτε διάδοχον ἔχων ἕτερον τῆς ἀρχιερωσύνης .... οὔτε ἐλαίῳ σωματικῷ χρισθεὶς, ἀλλὰ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ τοσούτῳ διαφέρων τῶν ἄλλων, ὅσῳ μεθ' ὁρκωμοσίας ἐστὶν ἱερεύς. *Christus summus est sacerdos non transferendum habens sacerdotium, qui neque in tempore sacerdos esse cœpit, neque alterum habet pontificatus sui successorem ... Neque factitio unctus oleo, sed ante sæcula a Patre, & tanto excellentior aliis quod cum jurejurando sacerdos est*. Ex his verbis, & ex testimonio Paulli, quod sequitur (Hebr. VII. 20. 21.) satis perspicuum est sacerdotium illud secundum ordinem Melchisedech hoc loco designari, quod Christus homo factus exercuit. Quemadmodum ergo apud Cyrillum Christus ab æterno Sacerdos est secundum ordinem Melchisedech; ita apud Justinum ex utero ante solem & lunam genitus dici videtur. Legimus in eadem Catechesi num. 4. hæc verba: Χριστὸς καλεῖται οὐ χερσὶν ἀνθρωπίναις κεχρισμένος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀϊδίως εἰς τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀρχιερωσύνην χρισθείς. Illud ὑπὲρ ἄνθρωπον uno codice ms. nititur. Melius, mea quidem sententia, in aliis ὑπὲρ ἀνθρώπων.

3. Χριστὸν ὄντα.] Respicit ad illud Davidis, *unxit te, Deus, Deus tuus*: videturque Christi appellationem, ut in Apol. 2. n. 6. inde deducere, quod Christus sit splendor paternæ gloriæ, & Deus de Deo. Vid. annotationem ad illum Apol. 2. locum.

4. Προεβάλλου.] Frustra heic Sylburgius obtrudit προεβάλλου. Illud autem, τὸν λόγον ὃν πολλάκις, &c. de loco Scripturæ, *ecce Virgo concipiet*, accipi debet. Postulat enim Trypho ut hunc λόγον de Christo dictum esse demonstret. Quare legendum λόγον ὃν πολλάκις.

5. Εἰδέναι βούλομαι.] Mallet Sylburgius εἰδέναι σε βούλομαι, ut supra n. 39. & 71. Sed hæc vocula facile suppletur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ταῦτα, προειρήκει. νῦν δὲ [1] μετὰ τῆς προσθήκης ταύτης εἴρηκεν ἡ προφητεία, πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ σκῦλα Σαμαρείας. καὶ οὐδενὶ τῶν ἐν Ἰουδαίοις ποτὲ συμβεβηκέναι τοῦτο ἀποδεῖξαι ἔχετε. ἡμεῖς δὲ ἔχομεν ἀποδεῖξαι τοῦτο γενόμενον ἐν τῷ ἡμετέρῳ Χριστῷ. ἅμα γὰρ τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν, μάγοι ἀπὸ Ἀῤῥαβίας παραγενόμενοι, προσεκύνησαν αὐτῷ, πρότερον ἐλθόντες πρὸς Ἡρώδην τὸν ἐν τῇ γῇ ὑμῶν τότε βασιλεύοντα· ὃν ὁ λόγος καλεῖ βασιλέα Ἀσσυρίων, διὰ τὴν ἄθεον καὶ ἄνομον αὐτοῦ γνώμην. ἐπίστασθε γὰρ τοιαῦτα, ἔφην, ἐν παραβολαῖς καὶ ὁμοιώσεσι πολλάκις λαλοῦν τὸ ἅγιον πνεῦμα· οἷον πεποίηκε καὶ πρὸς τὸν λαὸν ἅπαντα τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, πολλάκις φῆσαν πρὸς αὐτοὺς, [2] ὁ πατήρ σου Ἀμοῤῥαῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία.

[3] Καὶ γὰρ οὗτος ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης, μαθὼν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ ὑμῶν, τότε ἐλθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπὸ Ἀῤῥαβίας μάγων, καὶ εἰπόντων, ἐξ ἀστέρος τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ φανέντος ἐγνωκέναι ὅτι βασιλεὺς γεγένηται ἐν τῇ χώρᾳ ὑμῶν, καὶ ἤλθομεν [4] προσκυνῆσαι αὐτόν· καὶ ἐν Βηθλεὲμ τῶν πρεσβυτέρων εἰπόντων, ὅτι γέγραπται ἐν τῷ προφήτῃ οὕτως, καὶ σὺ Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου. τῶν ἀπὸ Ἀῤῥαβίας οὖν μάγων ἐλθόντων εἰς Βηθλεὲμ, καὶ προσκυνησάντων τὸ παιδίον, καὶ προσενεγκάντων αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον καὶ σμύρναν, ἐπειδὴ κατὰ ἀποκάλυψιν μετὰ τὸ προσκυνῆσαι τὸν παῖδα ἐν Βηθλεὲμ, ἐκελεύσθησαν μὴ ἐπανελθεῖν πρὸς τὸν Ἡρώδην. καὶ Ἰωσὴφ δὲ ὁ τὴν Μαρίαν μεμνηστευμένος, βουληθεὶς πρότερον ἐκβαλεῖν τὴν μνηστὴν αὐτῷ Μαριὰμ, νομίζων ἐγκυμονεῖν αὐτὴν ἀπὸ συνουσίας ἀνδρὸς, τουτέστιν ἀπὸ πορνείας, δι᾽ ὁράματος κεκέλευστο μὴ ἐκβαλεῖν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, εἰπόντος αὐτῷ τοῦ φανέντος ἀγγέλου, ὅτι ἐκ πνεύματος ἁγίου ὃ ἔχει κατὰ γαστρός ἐστι. [a] φοβηθεὶς οὖν, οὐκ ἐκβέβληκεν αὐτὴν, ἀλλὰ, ἀπογραφῆς οὔσης ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τότε πρώτης ἐπὶ Κυρηνίου, ἀνεληλύθει ἀπὸ Ναζαρὲτ, ἔνθα ᾤκει, εἰς Βηθλεὲμ, ὅθεν ἦν, ἀπογράψασθαι· ἀπὸ γὰρ τῆς κατοικούσης τὴν γῆν ἐκείνην φυλῆς Ἰούδα τὸ γένος ἦν· καὶ αὐτὸς ἅμα τῇ Μαρίᾳ κελεύεται ἐξελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, καὶ εἶναι ἐκεῖ ἅμα τῷ παιδίῳ, ἄχρις ἂν αὐτοῖς πάλιν ἀποκαλυφθῇ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν. γεννηθέντος δὲ τότε τοῦ παιδίου ἐν Βηθλεὲμ, ἐπειδὴ Ἰωσὴφ οὐκ εἶχεν ἐν τῇ κώμῃ ἐκείνῃ που καταλῦσαι, ἐν δὲ σπηλαίῳ τινὶ [5] σύνεγγυς τῆς κώμης κατέλυσε· καὶ τότε αὐτῶν ὄντων ἐκεῖ, ἐτετόκει ἡ Μαρία τὸν Χριστὸν, καὶ ἐν φάτνῃ αὐτὸν ἐτεθείκει· ὅπου ἐλθόντες οἱ ἀπὸ Ἀῤῥαβίας μάγοι εὗρον αὐτόν. ὅτι δὲ Ἡσαΐας καὶ περὶ τοῦ συμβόλου τοῦ κατὰ σπήλαιον προκεκηρύχει, ἀνιστόρησα ὑμῖν, ἔφην, καὶ δι᾽ αὐτοὺς δὲ τοὺς σήμερον σὺν

A ret Ezechias, idcirco prædixit. Nunc autem cum hoc additamento dicit prophetia: *Antequam norit appellare patrem aut matrem, capiet virtutem Damasci & spolia Samariæ.* Ac vos quidem, cui id unquam apud Judæos contigerit, demonstrare neminem poteſtis: nos autem in Chriſto noſtro factum demonſtrare poſſumus. Statim enim atque natus eſt, Magi ex Arabia profecti eum adoraverunt, cum prius ſe ad Herodem in terra veſtra tunc regnantem contuliſſent: quem quidem Scriptura regem Aſſyriorum vocat ob impium & improbum ejus animum. Scitis enim ſæpe a Spiritu ſancto res ejuſmodi in parabolis & ſimilitudinibus dici: quale eſt quod & in omnem Jeroſolymorum populum uſurpavit, ſæpe illos ita compellans: [a] *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chettæa.* B

LXXVIII. Nam Herodes ille rex, cum ad eum tunc Magi ex Arabia veniſſent ac dicerent: Ex ſtella quæ in cælo apparuit, cognovimus natum eſſe regem in terra veſtra, eumque adoratum venimus; edoctus eſt a ſenioribus populi veſtri, qui in urbe Bethleem, reſponderunt, eo quod ita ſcriptum ſit a Propheta: [b] *Et tu Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exibit dux, qui paſcet populum meum.* Illi igitur ex Arabia Magi, cum Bethleem veniſſent, ac puerum adoraſſent, eique C munera, aurum, thus & myrrham obtuliſſent, divinitus admoniti ſunt, adorato Bethleem puero, ne ad Herodem redirent. Ac Joſeph quidem Mariæ ſponſus, cum prius vellet ſponſam ſuam ejicere, arbitratus ex viri conſuetudine, id eſt, ex ſtupro gravidam eſſe; viſo ipſi oblato juſſus eſt uxorem ſuam non ejicere, afferente angelo qui ei apparebat, ex Spiritu ſancto eſſe, quod illa in utero habebat. Metu igitur perculſus eam non ejecit. Sed cum cenſus in Judæa tum primum haberetur ſub Cyrenio; ex oppido Nazareth in quo degebat, Bethleem unde oriundus erat, profectus eſt, ut cenſeretur: nam ex tribu Juda hanc terram incolente genus duceD bat. Ac ipſe una cum Maria jubetur in Ægyptum diſcedere, ibique cum puero commorari, donec divinitus admoneantur, ut in Judæam redeant. Nato autem Bethleem puero, cum Joſeph in hoc vico non haberet quo diverteret, in ſpecum quemdam vico proximum conceſſit. Cumque ibi eſſent, peperit Chriſtum Maria, ac eum in præſepi poſuit, ubi a Magis ex Arabia venientibus repertus eſt. Vobis equidem jam demonſtravi Eſaiam de ſigno hunc ſpecum adumbrante vaticinatum eſſe; ſed propter eos qui hodie vobiſcum venerunt, locum repetam: tumque

a Ezech. xvi. 3. 45. *b* Mich. v. 2. Matth. II. 5. 6.

1. Μετὰ τῆς προσθήκης ταύτης.] Quod Juſtinus ſubintelligendum relinquit, id Tertullianus adv. Judæos cap. 9. & lib. 3. adv. Marcionem cap. 13. uberius proſequitur, ac demonſtrat, *ſi numquam hoc natura concedit, ante militare quam vivere, ante virtutem Damaſci ſumere, quam patris & matris vocabulum noſſe*, conſequi, *ut figurata pronuntiatio videatur*.

2. Ὁ πατήρ σου Ἀμοῤῥαῖος.] Hunc Juſtini locum ita imitatur Tertullianus adv. Jud. cap. 9. ut verbum verbo interdum reddere videatur; excepto tamen quod regem Aſſyriorum non Herodem, ſed diabolum intelligit. At eodem modo, ac Juſtinus, interpretatur Irenæus, qui Magos *non jam per Aſſyriorum viam* reverſos eſſe ait lib. 3. cap. 16. n. 4.

3. Καὶ γὰρ οὗτος ὁ βασιλεύς.] Ab his verbis uſque ad iſta καὶ ὁ Ἡρώδης μὴ ἐπανελθόντων, longiſſimam habemus parentheſim, eamque aliis parentheſibus implicatam. Nam ut probet Juſtinus impietatem Herodis ex nefando illius in infantes facinore, plurima intexit quæ hanc crudeliſſimam ſtragem præceſſerunt.

4. Προσκυνῆσαι αὐτόν.] Legitur αὐτῷ in utroque codice mſ. ad marginem. Ibidem monet Thirlbius ut legamus γεγέννηται.

5. Σύνεγγυς τῆς κώμης.] Obſervat Tillemontius tom. 1. in Hiſt. Eccleſ. p. 444. hoc Juſtini teſtimonium, ut hominis in Palæſtina nati, non parum hac in re ponderis habere. Sed Juſtinum reprehendit Caſaubonus Exercit. 2. in Baron. n. 1. ac ei opponit Origenem, qui lib. 1. adv. Celſum ſcribit ſpeluncam in Bethleem oſtendi. Caſauboni obſervatio ab eruditis viris merito exploſa; quippe cum minime repugnet, ut quod in ſuburbio vel vicino agro contigit, id in ipſa urbe dicatur contigiſſe.

a Φοβηθείς] Minus recte redditur *metu perculſus*: rectius, *reverentia* (mandati angelici) *tactus*. HEUMANNUS.

ὑμῖν ἐλθόντας, πάλιν τῆς περικοπῆς ἐπιμνησθήσομαι, εἶπον· καὶ ἀνιστόρησα αὐτὴν καὶ προέγραψα ἀπὸ τοῦ Ἠσαΐου περικοπὴν, εἰπὼν διὰ τοὺς λόγους ἐκείνους [1] τοὺς τὰ Μίθρα μυστήρια παραδιδόντας, ἐν τόπῳ ἐπικαλουμένῳ παρ' αὐτοῖς σπηλαίῳ [2] μυεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἐνεργηθῆναι εἰπεῖν. καὶ ὁ Ἡρώδης μὴ ἐπανελθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ἀπὸ Ἀῤῥαβίας μάγων, ὡς ἠξίωσεν αὐτοὺς ποιῆσαι, ἀλλὰ κατὰ τὰ κελευσθέντα αὐτοῖς δι' ἄλλης ὁδοῦ εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ἀπαλλαγέντων, καὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἅμα τῇ Μαρίᾳ καὶ τῷ παιδίῳ, ὡς καὶ αὐτοῖς ἀποκεκάλυπτο, ἤδη ἐξελθόντων εἰς Αἴγυπτον, οὐ γινώσκων τὸν παῖδα ὃν ἐληλύθεισαν προσκυνῆσαι οἱ μάγοι, πάντας ἁπλῶς τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ ἐκέλευσεν ἀναιρεθῆναι. καὶ τοῦτο ἐπεπροφήτευτο μέλλειν γίνεσθαι διὰ Ἱερεμίου, εἰπόντος δι' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος οὕτως· φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη, κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς, Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί. διὰ οὖν τὴν φωνὴν ἣ ἔμελλεν ἀκούεσθαι ἀπὸ Ῥαμᾶ, τουτέστιν ἀπὸ τῆς Ἀῤῥαβίας, (ἔστι γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν τόπος καλούμενος ἐν Ἀῤῥαβίᾳ Ῥαμᾶ) κλαυθμὸς ἔμελλεν τὸν τόπον καταλαμβάνειν, ὅπου Ῥαχὴλ ἡ γυνὴ Ἰακὼβ τοῦ ἐπικληθέντος Ἰσραὴλ τοῦ ἁγίου πατριάρχου τέθαπται, τουτέστι τὴν Βηθλεὲμ, κλαιουσῶν τῶν γυναικῶν τὰ τέκνα τὰ ἴδια τὰ ἀνῃρημένα, καὶ μὴ παράκλησιν ἐχουσῶν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐταῖς. καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν τὸν Ἠσαΐαν, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ σκῦλα Σαμαρείας, τὴν τοῦ πονηροῦ δαίμονος τοῦ ἐν Δαμασκῷ οἰκοῦντος δύναμιν ἐσήμαινε νικηθήσεσθαι τῷ Χριστῷ, ἅμα τῷ γεννηθῆναι, ὅπερ δείκνυται γεγενημένον. οἱ γὰρ μάγοι, οἵτινες ἐσκυλευμένοι ἦσαν πρὸς πάσας κακὰς πράξεις τὰς ἐνεργουμένας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου ἐκείνου, ἐλθόντες καὶ προσκυνήσαντες τῷ Χριστῷ, φαίνονται ἀποστάντες τῆς σκυλευσάσης αὐτοὺς δυνάμεως ἐκείνης, ἣν ἐν μυστηρίῳ ἐσήμαινεν ἡμῖν ὁ λόγος οἰκεῖν ἐν Δαμασκῷ. ἁμαρτωλὸν δὲ καὶ ἄδικον οὖσαν, ἐν παραβολῇ τὴν δύναμιν [3] ἐκείνην καλῶς Σαμάρειαν καλεῖ. ὅτι δὲ Δαμασκὸς τῆς Ἀῤῥαβικῆς γῆς ἦν καὶ ἔστιν, εἰ καὶ [4] νῦν προσνενέμηται τῇ Συροφοινίκῃ λεγομένῃ, οὐδ' ὑμῶν τινες ἀρνήσασθαι δύνανται. ὥστε καλὸν ἂν εἴη ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ἃ μὴ νενοήκατε, παρὰ τῶν λαβόντων χάριν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν μανθάνειν· ἀλλὰ μὴ κατὰ πάντα ἀγωνίζεσθαι τὰ ὑμέτερα διδάγματα κρατύνειν, ἀτιμάζοντας τὰ τοῦ Θεοῦ. διὸ καὶ εἰς ἡμᾶς μετετέθη ἡ χάρις αὕτη, ὡς Ἠσαΐας φησὶν, εἰπὼν οὕτως· ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος· τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· μάτην δὲ σέβονταί με, ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας διδάσ-

A locum illum recitavi jam a me ex Esaia descriptum, adjiciens Mithræ mysteriorum antistites propter hæc verba a diabolo impulsos esse, ut in loco qui apud eos Spelunca dicitur, suos initiari ab ipso Mithra dicerent. Herodes igitur, cum illi ex Arabia Magi ad eum non rediissent, quod tamen ut facerent eos rogaverat, sed alio itinere, ut jussi fuerant, regionem suam repetiissent; cumque Josephus una cum Maria & puero, prout divinitus admoniti fuerant, jam in Ægyptum profecti essent: Herodes, inquam, puerum illum quem Magi adoratum venerant, non cognoscens, omnes omnino pueros in Bethleem jussit occidi. Atque id eventurum Jeremias prædixerat, sic per B eum loquente Spiritu sancto: [a] *Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolationem accipere quia non sunt.* Igitur propter vocem quæ ex Rama exaudienda erat, id est, ex Arabia (est enim etiam hactenus in Arabia locus qui Rama dicitur) locum illum, ubi Rachel Jacobi sancti illius Patriarchæ qui Israel cognominatus est, uxor sepulta est, id est, Bethleem fletus impleturus erat, plorantibus proprios filios interfectos mulieribus, atque insolabiliter hunc casum lugentibus. Nam & quod dicit Esaias: [b] *Accipiet virtutem Damasci & spolia Samariæ*, significabat nefarii dæmonis qui Damasci habitabat, po- C testatem a Christo, statim atque natus esset, victum iri; quod quidem factum esse demonstratur. Magi enim, qui ut spolia rapti fuerant ad malas quasque actiones, ad quas eos ille dæmon impellebat, ubi Christum adoratum venerunt, defecere, ut manifestum est, ab ea quæ illos ut spolia rapuerat, potestate, quam nobis arcane Scriptura Damasci habitare indicat. Illam autem potestatem, cum peccatrix & iniqua sit, præclare Samariam per similitudinem appellat. Damascum autem Arabicæ regionis esse & fuisse, quamvis nunc ei quæ Syrophœnice dicitur, accenseatur, ne vestrum quidem quisquam negare possit. Quamobrem præclarum fuerit, o viri, quæ minus intelligitis, ea D ex his qui gratiam a Deo acceperunt, id est, ex nobis Christianis discere; nequaquam autem in omnibus dimicare & contendere, ut doctrinam vestram divina contemta stabiliatis. Quare etiam in nos translata est hæc gratia, ut ait Esaias his verbis: [c] *Appropinquat mihi populus iste: labiis suis honorant me, cor autem eorum longe est a me: sed frustra me colunt, præcepta hominum ac doctri-*

a Jerem. XXXI. 15. *b* Esai. VIII. 4. *c* Esai. XXIX. 13. 14.

1. Τοὺς τὰ Μίθρα μυστήρια.] Supra n. 70. *οἱ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδιδόντες*. Legitur in Apol. 1. *ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις*.


2. Μυεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν.] Supra observavimus n. 70. mysterium, sive artificium, in eo positum fuisse, quod sacerdotes dicerent eos qui initiabantur, ab ipso Mithra initiari: alioqui nihil eos magnum aut mirabile dicturos fuisse. Quare omnino legendum *μυεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ*. Quam quidem emendandi rationem confirmat Justinus, dum ait Mithriacos sacerdotes, ut ita docerent adductos esse verbis Esaiæ, his nimirum *οὗτος οἰκήσει ἐν ὑψηλῷ σπηλαίῳ πέτρας ἰσχυρᾶς ... βασιλέα μετὰ δόξης ὄψεσθε*, &c. Videntur in eamdem sententiam accipi posse hæc verba Tertulliani: *Mithra signat illic in frontibus milites suos: celebrat & panis oblationem & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam*, Præscript. cap. 40. Fabulosa illa deorum evocatio res est apud antiquos pervulgata, ut videre est apud Euseb. Præp. Evangel. l. 5. cap. 8. & seqq. In quo quidem nequitiæ sacerdotum insigne habemus exemplum lib. 18. Antiquitatum Josephi cap. 4. ubi Paulina, nobilis matrona, horribilem in modum dedecorata narratur, dum ei sacerdotes Isiaci nocturnos amplexus Anubidis, quem illa stulte venerabatur, juvenis cujusdam auro corrupti promittunt. Non mirum ergo, si Mithram sacerdotes a se evocari fingebant, ut eos ipse initiaret, qui illius mysteriis initiari volebant.

3. Ἐκείνην καλῶς Σαμάρειαν καλεῖ.] Similia habet Tertullianus, lib. adv. Judæos, cap. 9. pag. 193. dicens; *spolia autem Samariæ, ipsos Magos: qui cum illum cognovissent, & muneribus honorassent quasi Dominum & regem sub testimonio indicis & ducis stellæ, spolia sunt facti Samariæ, id est idololatriæ, credentes videlicet in Christum. Idololatriam enim Samariæ nomine notavit, ut ignominiosæ ob idololatriam qua desciverat tunc a Deo sub rege Hieroboam.* Confer ejusdem lib. 3. adv. Marcion. cap. 13. pag. 404. JEBB. Magos Tertullianus spolia Samariæ non, ut Justinus, appellatos existimat, quia diaboli præda fuerant, sed quia ipsius Christi.

4. Νῦν προσνενέμηται, &c.] Justinum in hac divisione sequitur Tertullianus, qui Damascum in Syrophœnicem transscriptum esse asserit ex distinctione Syriarum a Romanis scilicet facta. Tertull. adv. Judæos cap. 9. Atque huic suffragantur Eusebius & Hieronymus, Phœniciæ adscribentes Damascum. Syrophœnices autem sunt medii inter Syros & Phœnices, atque occupant regiones in utriusque confinio sitas, Hieropolim puta Chalcidem & Marivæ tractum, quibus accessere Damascus & Abila Lysaniæ; quas Cœlesyriæ [illegible] Ptolemæus & Strabo. Bochart. Canaan. lib. 1. cap. 1. pag. 365. JEBB.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

κοντες. διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ μεταθήσω αὐτοὺς, καὶ ἀφελῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν αὐτῶν, τὴν δὲ σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.



Καὶ ὁ Τρύφων, ὑπαγανακτῶν μὲν, αἰδούμενος δὲ τὰς γραφὰς, ὡς ἐδηλοῦτο ἀπὸ τοῦ προσώπου αὐτοῦ, εἶπε πρός με· τὰ μὲν τοῦ Θεοῦ ἅγιά ἐστιν· αἱ δὲ ὑμέτεραι ἐξηγήσεις, τετεχνασμέναι εἰσὶ, ὡς φαίνεται καὶ ἐκ τῶν ἐξηγημένων ὑπό σου, μᾶλλον δὲ καὶ βλάσφημοι· ἀγγέλους γὰρ πονηρευσαμένους καὶ ἀποστάντας τοῦ Θεοῦ λέγεις.

Κἀγὼ, ἐνδοτικώτερον τῇ φωνῇ παρασκευάσαι αὐτὸν βουλόμενος πρὸς τὸ ἀκούειν μου, ἀπεκρινάμην λέγων· ἄγαμαί σου ἄνθρωπε τὸ εὐλαβὲς τοῦτο, καὶ εὔχομαι τὴν αὐτὴν διάθεσίν σε ἔχειν καὶ περὶ ὃν διακονεῖν γεγραμμένοι εἰσὶν οἱ ἄγγελοι. ὡς Δανιὴλ φησιν, ὅτι ὡς υἱὸς ἀνθρώπου πρὸς τὸν παλαιὸν τῶν ἡμερῶν [1] προσάγεται, καὶ αὐτῷ δίδοται πᾶσα βασιλεία εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. ἵνα δὲ γνωρίζῃς, εἶπον, ὦ ἄνθρωπε, μὴ ἡμετέρᾳ τόλμῃ χρησαμένους τὴν ἐξήγησιν ταύτην ἣν μέμφῃ πεποιῆσθαι ἡμᾶς, μαρτυρίαν σοι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ἠσαΐου δώσω, ὅτι πονηροὺς ἀγγέλους κατῳκηκέναι καὶ κατοικεῖν λέγει καὶ ἐν Τάνει τῇ Αἰγυπτίᾳ χώρᾳ. εἰσὶ δὲ οἱ λόγοι οὗτοι· οὐαὶ τέκνα ἀποστάται· τάδε λέγει κύριος· ἐποιήσατε βουλὴν οὐ δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκας οὐ διὰ τοῦ πνεύματός μου, προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίας· οἱ [2] πονηρευόμενοι καταβῆναι εἰς Αἴγυπτον (ἐμὲ δὲ οὐκ ἠρώτησαν) τοῦ βοηθηθῆναι ὑπὸ Φαραὼ, καὶ σκεπασθῆναι σκέπην Αἰγυπτίων. ἔσται γὰρ ὑμῖν ἡ σκέπη Φαραὼ εἰς αἰσχύνην, καὶ τοῖς πεποιθόσιν ἐπ' Αἰγυπτίους ὄνειδος· ὅτι εἰσὶν ἐν Τάνει ἀρχηγοὶ ἄγγελοι πονηροί. μάτην κοπιάσουσι πρὸς λαὸν, ὃς οὐκ ὠφελήσει αὐτοὺς εἰς βοήθειαν, ἀλλ' εἰς αἰσχύνην καὶ ὄνειδος. ἀλλὰ καὶ Ζαχαρίας φησὶν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐμνημόνευσας, ὅτι ὁ διάβολος εἱστήκει ἐκ δεξιῶν Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως, ἀντικεῖσθαι αὐτῷ· [3] καὶ εἰπεῖν, ἐπιτιμήσαι σοι κύριος [4] ὁ ἐκδεξάμενος Ἱερουσαλήμ. καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἰὼβ γέγραπται, ὡς καὶ αὐτὸς ἔφης, ὅτι οἱ ἄγγελοι ἦλθον στῆναι ἔμπροσθεν κυρίου, καὶ ὁ διάβολος ἅμα αὐτοῖς ἐληλύθει. καὶ ὑπὸ Μωσέως ἐν ἀρχῇ τῆς Γενέσεως ὄφιν πλανήσαντα τὴν Εὔαν γεγραμμένον ἔχομεν, καὶ κεκατηραμένον. καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ὅτι [5] μάγοι ἦσαν ἐξισοῦσθαι τῇ δυνάμει τῇ ἐνεργουμένῃ διὰ τοῦ πιστοῦ θεράποντος Μωσέως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔγνωμεν. καὶ Δαβὶδ ὅτι οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια εἰσὶν εἶπεν, ἐπίστασθε.

Καὶ ὁ Τρύφων πρὸς ταῦτα ἔφη· εἶπον πρός σε, ὦ ἄνθρωπε, ὅτι ἀσφαλὴς ἐν πᾶσι σπουδάζεις εἶναι ταῖς γραφαῖς προσπλεκόμενος. εἰπὲ δέ μοι, ἀληθῶς ὑμεῖς ἀνοικοδομηθῆναι τὸν τόπον Ἱερουσαλὴμ τοῦτον ὁμολογεῖτε, καὶ συναχθήσεσθαι τὸν λαὸν ὑμῶν, καὶ εὐφρανθῆναι σὺν τῷ Χριστῷ [6] ἅμα τοῖς πατριάρχαις καὶ τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου γένους, [a] ἢ καὶ τῶν προσηλύτων γενομένων πρὶν ἐλθεῖν

A na[illegible]docentes. *Propterea ecce ego adjiciam ut transferam populum iſtum; & transferam eos. Et auferam ſapientiam ſapientium ipſorum, & prudentiam prudentum abolebo.*

LXXIX. Heic Trypho ſubiraſcens quidem, ſed tamen Scripturas reveritus, ut ex ejus vultu patebat, ita dixit ad me: Sancta quidem eloquia Dei; ſed veſtræ interpretationes, ut vel ex his quæ a te expoſita ſunt, apparet, arte compoſitæ, vel potius impiæ. Angelos enim improbe ſe geſſiſſe, & a Deo defeciſſe dicis.

Tum ego remiſſiori voce, ut eum ad me audiendum præpararem, ita reſpondi: Admiror, Trypho, B tuam illam religionem, teque eodem animo affici precor in eum, cui ſcriptum eſt angelos miniſtrare; quemadmodum ait Daniel, [a] eum tamquam filium hominis ad antiquum dierum adduci, eique regnum omne dari in ſæculum ſæculi. Atque ut perſpectum habeas, Trypho, nequaquam propria nos audacia adductos eſſe, ut eam de qua quereris, interpretationem adhiberemus; teſtimonium tibi ex ipſo Eſaia proferam, qui Tanim quoque in regione Ægypti malos angelos habitaſſe ait & habitare. Sunt autem hæc verba: [b] *Væ filii deſertores, hæc dicit Dominus. Feciſtis conſilium, non per me; & pacta, non per ſpiritum meum, ut adderetis peccata peccatis; maligne agentes, ut deſcenderetis in Ægyptum;* C *(me autem non interrogaverunt) ut acciperent auxilium a Pharaone, & tegerentur umbraculo Ægyptiorum. Erit enim vobis protectio Pharaonis in confuſionem, & his qui confidunt in Ægyptiis opprobrium. Sunt enim in Tani principes, angeli maligni. Fruſtra laborabunt ad populum, qui eis non proderit ad auxilium, ſed ad confuſionem & opprobrium.* Sed & Zacharias dicit, quemadmodum ipſe commemoraſti, [c] *diabolum ſtetiſſe a dextris Jeſu ſacerdotis ut adverſaretur ei, & Dominum dixiſſe: Increpet te Dominus, qui ſuſcepit Jeruſalem.* Ac rurſum in libro Job ſcriptum eſt, ut ipſe dixiſti, [d] *angelos veniſſe ut aſſiſterent coram Domino; & diabolum una cum illis adfuiſſe.* Et D a Moſe in principio Geneſis ſcriptum habemus Evam a ſerpente deceptam fuiſſe, eumque diris devotum. Et in Ægypto magos ſcimus conatos eſſe imitari virtutem illam, quam per fidelem famulum Deus operabatur. Nec vos latet dixiſſe Davidem: [e] *Dii gentium dæmonia.*

LXXX. Ad hæc Trypho: Jam tibi, inquit, dixi, id a te in omnibus provideri, ut Scripturis implicatus in tuto verſeris. Sed age dic mihi: vere hunc vos Jeroſolymorum locum inſtauratum iri fatemini; ac populum veſtrum congregatum iri, & cum Chriſto beate victurum exſpectatis una cum Patriarchis & Prophetis, iiſque qui ex noſtro genere fuerunt, vel etiam nobis ſe adjunxerunt antequam

a Dan. VII. 13. 14. *b* Eſai. XXX. 1 — 5. *c* Zach. III. 1. 2. *d* Job. I. 6. *e* Pſalm. XCV. 5.

1. Προσάγεται.] Supple ab his qui adſtant, nempe angelis.
2. Πονηρευόμενοι.] In Bibliis πορευόμενοι.
3. Καὶ εἰπεῖν.] Subaudiendum τὸν κύριον, quæ vox non omittitur infra n. 115.
4. Ὁ ἐκδεξάμενος.] Infra n. 115. legitur ἐκλεξάμενος.
5. Μάγοι ἦσαν ἐξισοῦσθαι.] Ut corruptus hic locus ſanetur, legendum videtur ἐποίησαν. Sic enim Exod. 8. v. 18. ἐποίησαν ὡσαύτως οἱ ἐπαοιδοὶ ταῖς φαρμακείαις αὐτῶν ἐξαγαγεῖν σκνῖφα, καὶ οὐκ ἠδύναντο. Melius forte ἐπείρησαν.
6. Ἅμα τοῖς.] Cum Chriſto, ut beatæ vitæ auctore; cum Patriarchis & Prophetis, ut ſociis ejuſdem felicitatis. Interpunctio ante πρὶν ἐλθεῖν commode ſublata in edit. Londinenſi.

a Ἢ καὶ τῶν προσηλύτων — τὸν Χριστόν.] Credideram hæc verba, πρὶν ἐλθεῖν ὑμῶν τὸν Χριστὸν, de primo adventu dicta eſſe; ac proinde iſta, ἢ καὶ τῶν προσηλύτων γενομένων, intelligenda de Judæis eorumque proſelytis, qui fide ante Incarnationem ſalvi facti ſunt: ſed re accuratius conſiderata, Tryphonem loquutum eſſe puto de ſecundo adventu ac de Judaica gente, ad Chriſtum Eliæ miniſterio convertenda, & iis qui ſe ex illa gente ante generalem illam converſionem Chriſtianis adjunxerant, aut adjuncturi erant. Hæc aliaque Cl. MARANUS in præfat. part. 2. cap. XII. n. III. pag. LV.


ὑμῶν τὸν Χριστὸν προσδοκᾶτε· ἢ ἵνα δόξῃς ἐπικρατεῖν ἡμῶν ἐν ταῖς ζητήσεσι, πρὸς τὸ ταῦτα ὁμολογεῖν ἐχώρησας;

Κἀγὼ εἶπον· οὐχ οὕτω τάλας ἐγὼ, ὦ Τρύφων, ὡς ἕτερα λέγειν παρ' ἃ φρονῶ· [1] ὡμολόγησα οὖν σοι καὶ πρότερον, ὅτι ἐγὼ μὲν καὶ ἄλλοι πολλοὶ ταῦτα φρονοῦμεν, ὡς καὶ πάντως [2] ἐπίστασθε τοῦτο γενησόμενον· πολλοὺς δ' αὖ [3] καὶ τῶν τῆς καθαρᾶς καὶ εὐσεβοῦς ὄντων Χριστιανῶν γνώμης, τοῦτο μὴ γνωρίζειν ἐσήμανά σοι. τοὺς γὰρ λεγομένους μὲν Χριστιανοὺς, ὄντας δὲ ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς αἱρεσιώτας, ὅτι κατὰ πάντα βλάσφημα καὶ ἄθεα καὶ ἀνόητα διδάσκουσιν, ἐδήλωσά σοι. [4] ὅτι δ' οὐκ ἐφ' ὑμῶν μόνων τοῦτο λέγειν με ἐπίστασθε τῶν γεγενημένων ἡμῖν λόγων ἁπάντων, ὡς δύναμίς μου, σύνταξιν ποιήσομαι· ἐν B οἷς καὶ τοῦτο ὁμολογοῦντά με ὃ καὶ πρὸς ὑμᾶς ὁμολογῶ, ἐγγράψω. οὐ γὰρ ἀνθρώποις μᾶλλον ἢ ἀνθρωπίνοις διδάγμασιν αἱροῦμαι ἀκολουθεῖν, [5] ἀλλὰ Θεῷ, καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου διδάγμασιν. εἰ γὰρ καὶ συνεβάλετε ὑμεῖς τισι λεγομένοις Χριστιανοῖς, καὶ τοῦτο μὴ ὁμολογοῦσιν, ἀλλὰ καὶ βλασφημεῖν τολμῶσι τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακὼβ, οἳ καὶ λέγουσι μὴ εἶναι νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀλλὰ ἅμα τῷ ἀποθνήσκειν, [6] τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸν οὐρανὸν, μὴ ὑπολάβητε αὐτοὺς Χριστιανούς· ὥσπερ οὐδὲ Ἰουδαίους, ἄν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειεν εἶναι τοὺς Σαδδουκαίους, ἢ τὰς ὁμοίας αἱρέσεις [7] Γενιστῶν, καὶ Μεριστῶν, καὶ [8] Γαλιλαίων, καὶ Ἑλληνιανῶν, καὶ [9] Φα-

A Christus vester veniret; an ut nos videaris abundé in controversiis superare, eo confugisti ut hæc fatereris?

Tum ego: Non ita miser sum, inquam, Trypho, ut aliud dicam, aliud sentiam. Tibi igitur & antea confessus sum, me & multos alios hæc sentire, ita ut omnino perspectum habeamus sic futurum: at multos rursus, eosque ex illo Christianorum genere, quod piam & puram sequitur sententiam, id non agnoscere tibi significavi. Nam quod spectat ad eos, qui Christiani quidem dicuntur, sed athei & impii sunt hæretici, blasphema illos in omnibus & impia & insana docere tibi demonstravi. Atque ut sciatis me non apud vos solos hæc prædicare, librum pro viribus componam omnium sermonum, quos inter nos habuimus; in quibus quod apud vos profiteor, idem me profitentem describam. Neque enim hominibus potius aut humanis doctrinis adhærendum mihi esse statuo, sed Deo & iis quæ ab eo tradita sunt. Nam si etiam incidistis in nonnullos, qui Christiani quidem vocantur, hæc autem minime tenent, sed etiam Deum Abrahæ & Deum Isaac & Deum Jacob blasphemiis appetere audent, ac nullam esse mortuorum resurrectionem, sed statim atque moriantur, animas suas in cælum suscipi dicunt; cavete ne eos existimetis Christianos: quemadmodum nec Judæos, si quis recte perpendat, esse fateatur, Sadducæos & similes sectas Genistarum, Meristarum, Galilæorum, Hel-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



1. Ὡμολόγησα.] Utrum injuria temporum exciderunt quæ Justinus de Jerosolymorum instauratione disseruisse se narrat, an cum sancto Martyri Dialogum scribenti hactenus in mentem non venissent, nunc oblata occasione commemorantur? Equidem locum non video, ex quo hæc excidere potuerint; nihil enim mancum, nihil hiulcum in superiori parte Dialogi. Quamobrem multo malim ab ipso Justino, quam ab ipsis librariis prætermissa dicere. Quid enim mirum, si longa ac variis rebus implicata disputatio non eo semper ordine referatur, quo habita fuerat? Atque hujus rei exemplum non longe repetendum. Nam supra n. 79. referuntur Tryphonis de angelis dicta: sed non tam multa referuntur quam multa ille dixerat. Ille enim Zachariæ & Jobi testimonia citavit, quæ Justinus, dum illius verba refert, brevitatis causa prætermisit. Videtur Justinus de instauratione Jerosolymorum disseruisse in prima parte Dialogi n. 45. ubi de iis agit, qui ex gente Judæorum in resurrectione salvabuntur.

2. Ἐπίστασθε.] Legendum ἐπίστασθαι, ut admonuit Cl. Thirlbius, cui tamen non multum probatur hæc emendatio. Equidem ita legendo quid supersit difficultatis non video.

3. Καὶ τῶν τῆς καθαρᾶς.] Durior multo Iræneus, quod equidem miror in tam pacifico Martyre. *Quoniam autem*, inquit, l. 5. c. 31. *quidam ex his qui putantur recte credidisse, supergrediuntur ordinem promotionis justorum, & motus meditationis ad incorruptelam ignorant, hæreticos sensus in se habentes*. Et cap. 9. *Quoniam igitur transferuntur quorumdam sententiæ ab hæreticis sermonibus, & sunt ignorantes Dei & mysterium justorum resurrectionis & regni, quod est principium incorruptelæ, per quod regnum qui digni fuerint, paullatim assuescunt capere Deum, &c.* Quamvis autem heic Iræneus a sua lenitate aliquantum discedat; his tamen verbis, *hæreticos sensus in se habentes*, non hæresim existimandus est significare, sed opiniones, quæ sua sponte pietatem non lædentes, hæreticis ad impietatem usui erant, & translatæ videbantur ab hæreticis sermonibus.

4. Ὅτι δὲ .... ἐπίστασθε.] Vide annotata ad n. 127.

5. Ἀλλὰ Θεῷ καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου διδάγμασι.] Observandum est Justinum, dum tanto studio effertur, non adversus catholicos adversarios, sed adversus hæreticos efferri, nec de nuda regni mille annorum opinione, sed de toto resurrectionis dogmate loqui. Postquam enim dixit: *Neque enim hominibus .... adhærendum mihi esse statuo, sed Deo & iis quæ ab eo tradita sunt*, statim addit: *Nam si etiam incidistis in nonnullos, qui Christiani quidem vocantur &c.* Id est, si vidistis & colloquuti estis. Fama enim cogniti erant Tryphoni, n. 35.


6. Τὰς ψυχὰς αὐτῶν.] Justinus non alios heic refellit, quam nefarios hæreticos, qui suum in cælos ascensum nullis flagitiis tardari posse dicebant; deinde vero postquam semel evolassent in cælum, nullum deinceps de bonis & malis judicium, nullam fore resurrectionem. Eosdem sectarios refellunt Irenæus lib. 1. cap. 21. & Tertullianus Scorpiac. cap. 10. Quin etiam ipse Hieronymus, quem opiniones Millenariorum sequutum non esse constat, hæc opinionum portenta eodem modo ac Justinus detestatur. Sic enim in ep. 43. ad Ctesiphontem de Manichæis loquitur: *Manichæus*, inquit, *electos suos, quos inter ἁψῖδας Platonis in cælestibus collocat, dicit omni carere peccato, nec, si velint, posse peccare*. Justinus non immerito cavet, ne ejusmodi homines pro Christianis habeantur. Eorum enim vita & doctrina plurimum nocebat nomini Christiano. Celsus apud Origenem attribuit omnibus Christianis commenta Ebionitarum de Christo nato ex Joseph, l. 1. p. 54. Gnosticorum de mundi creatore, l. 6. p. 311. & l. 8. p. 387. ac ipsas etiam Ophianorum nugas, p. 297. Unde Irenæus de suis hæreticis l. 1. c. 25. n. 3. *Sed vitam quidem luxuriosam, sententiam autem impiam, ad velamen malitiæ ipsorum, nomine abutuntur*. Videtur interpres, ut sæpe alias, legisse, ἄσωτον pro ἄσωτοι & ἄθεον pro ἄθεοι. Vertere debuisset *luxuriosi & impii*.

7. Γενιστῶν καὶ Μεριστῶν.] Genistas auctor indiculi hæreseum apud Hieronym. ita dictos putat, quia e genere Abrahæ orti erant. Meristas vero, quia Scripturas separabant. Scaliger legendum putat γίνεται, ita ut iidem sint ac γενῆται. Genistas Serrarius interpretatur illustres, Meristas vero schismaticos. Sed non animadverterunt eruditi viri Genistas & Meristas inter se opponi, ut discrepantes sectas ac invicem pugnantes. Si vim utriusque nominis expendamus, alterum a genere ducitur, alterum a parte. Testatur Josephus Antiq. lib. 18. c. 2. Judæorum sectas de fato & providentia dissensisse; Pharisæis omnia quidem Deo summittentibus, sed non sine exceptione voluntatum humanarum; Essenis vero nihil prorsus excipientibus, quod non Deo subjicerent. Crediderim ergo Genistas dictos fuisse, qui mundum generatim a Deo administrari; Meristas qui fatum sive providentiam ad singulos homines pertinere censebant. Cujusmodi dissidium inter philosophos exstitit, quorum nonnulli, ut ait Justinus initio Dialogi, *persuadere conabantur Deum universi quidem ac generum & specierum curam gerere; mei autem, ac singulorum non item*.

8. Γαλιλαίων, καὶ Ἑλληνιανῶν] Primi a Juda Galilæo orti, iidemque ac Sicarii. Hellenianos Scaliger ab Hellenio duce deducit, Serrarius a Græco quodam auctore sectæ.

9. Φαρισαίων, βαπτιστῶν.] Legendum videtur καὶ βαπτιστῶν. Recensentur enim Hemero-baptistæ apud Epiphanium post Pharisæos. In hoc autem de sectis Judaicis judicio non sequitur Justinus opiniones Judæorum. Quamvis enim purior esset doctrina Pharisæorum, quam aliorum; omnes prorsus has sectas labiis Deum, non corde colere pronuntiat. In quo quidem cum metueret ne Judæis in offensam veniret, verborum duritiem sic mollire instituit: *Ne vobis ingratum sit quidquid sentiam eloquentem audire*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ελληνιστών, Φαρισαίων, βαπτιστῶν· (καὶ μὴ ἀηδῶς ἀκούσητέ μου πάντα ἃ φρονῶ λέγοντος) ἀλλὰ λεγομένους μὲν Ιουδαίους καὶ τέκνα Αβραὰμ, καὶ χείλεσιν ὁμολογοῦντας τὸν Θεὸν, ὡς αὐτὸς κέκραγεν ὁ Θεὸς, τὴν δὲ καρδίαν πόῤῥω ἔχειν ἀπ' αὐτοῦ. ἐγὼ δὲ, καὶ εἴ τινες εἰσὶν ὀρθογνώμονες κατὰ πάντα Χριστιανοὶ, καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν γενήσεσθαι ἐπιστάμεθα· [1] καὶ χίλια ἔτη ἐν Ιερουσαλὴμ οἰκοδομηθείσῃ καὶ κοσμηθείσῃ καὶ πλατυνθείσῃ, [2] οἱ προφῆται Ιεζεκιὴλ καὶ Ησαΐας, καὶ οἱ ἄλλοι ὁμολογοῦσιν.

Οὕτως γὰρ Ησαΐας περὶ τῆς χιλιονταετηρίδος ταύτης εἶπεν· ἔσται γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ ἡ γῆ καινή· καὶ οὐ μὴ μνησθῶσι τῶν προτέρων, οὐδὲ μὴ ἐπέλθῃ αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν· ἀλλ' εὐφροσύνην καὶ ἀγαλλίαμα εὑρήσουσιν ἐν αὐτῇ ὅσα ἐγὼ κτίζω. ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ Ιερουσαλὴμ ἀγαλλίαμα, καὶ τὸν λαόν μου εὐφροσύνην, καὶ ἀγαλλιάσομαι ἐπὶ Ιερουσαλὴμ, καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ λαῷ μου. καὶ οὐκ ἔτι οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν αὐτῇ φωνὴ κλαυθμοῦ, οὐδὲ φωνὴ κραυγῆς· καὶ οὐ μὴ γένηται ἔτι ἐκεῖ ἄωρος ἡμέραις, καὶ πρεσβύτης ὃς οὐκ ἐμπλήσει τὸν χρόνον αὐτοῦ. ἔσται γὰρ ὁ νέος, [3] υἱὸς ἑκατὸν ἐτῶν· ὁ δὲ ἀποθνήσκων ἁμαρτωλὸς υἱὸς ἑκατὸν ἐτῶν, καὶ ἐπικατάρατος ἔσται. καὶ οἰκοδομήσουσιν οἰκίας, καὶ αὐτοὶ ἐνοικήσουσι, καὶ καταφυτεύσουσιν ἀμπελῶνας, καὶ αὐτοὶ [4] φάγωνται τὰ γεννήματα αὐτῶν, καὶ τὸν οἶνον πίωνται· οὐ μὴ [5] οἰκοδομήσωσι, καὶ ἄλλοι κατοικήσουσι· καὶ οὐ μὴ φυτεύσωσι, καὶ ἄλλοι φάγονται. κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου ἔσονται· τὰ ἔργα τῶν πόνων αὐτῶν [6] πλεονάσουσιν. οἱ ἐκλεκτοί μου οὐ μὴ πονέσουσιν εἰς κενὸν, οὐδὲ τεκνοποιήσουσιν εἰς κατάραν· ὅτι σπέρμα δίκαιον καὶ εὐλογημένον ὑπὸ κυρίου ἔσονται, καὶ [7] ἔγγονα αὐτῶν μετ' αὐτῶν. καὶ ἔσται πρὶν ἢ κεκράξαι αὐτοὺς, ἐγὼ ἐπακούσομαι αὐτῶν· ἔτι λαλούντων αὐτῶν, ἐρῶ· τί ἐστι; τότε λύκοι καὶ ἄρνες ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ λέων ὡς βοῦς φάγεται ἄχυρα, ὄφις δὲ γῆν ὡς ἄρτον. οὐκ ἀδικήσουσιν οὐδὲ λυμανοῦνται ἐπὶ τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ, λέγει κύριος. τὸ οὖν εἰρημένον ἐν τοῖς λόγοις τούτοις, ἔφην, κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας [8] τοῦ ξύλου αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου ἔσονται, τὰ ἔργα τῶν πόνων αὐτῶν [a], νενοήκαμεν, ὅτι χίλια ἔτη ἐν μυστηρίῳ μηνύει. ὡς γὰρ τῷ Αδὰμ εἴρητο ὅτι ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἐν ἐκείνῃ ἀποθανεῖται, ἔγνωμεν αὐτὸν μὴ ἀναπληρώσαντα χίλια ἔτη. συνήκαμεν [9] καὶ τὸ εἰρημένον, ὅτι ἡμέρα κυρίου ὡς

A leniſtarum, Phariſæorum & Baptiſtarum; (ne vobis ingratum ſit quidquid ſentiam eloquentem audire) ſed nomine tenus Judæos & filios Abrahæ, ac labiis Deum colentes, quemadmodum ipſe Deus clamat [a], corde autem longe ab eo remotos. Ego autem & ſi qui recte in omnibus ſentiunt Chriſtiani, & carnis reſurrectionem futuram ſcimus, & mille annos in urbe Jeruſalem ædificata & ornata & amplificata; quemadmodum Ezechiel & Eſaias & ceteri Prophetæ promittunt.

LXXXI. Sic enim Eſaias de hoc mille annorum ſpatio loquutus eſt. [b] *Erit enim cælum novum, & terra nova: & non recordabuntur priorum: & non* B *venient ſuper cor eorum; ſed gaudium & exſultationem invenient in ipſa, quæ ego creo. Quia ecce ego facio exſultationem Jeruſalem, & populum meum lætitiam: & exſultabo ſuper Jeruſalem, & lætabor ſuper populo meo. Et non ultra audietur in ea vox fletus neque vox clamoris. Et non erit amplius ibi immatura aliquis ætate, & ſenex qui non impleat tempus ſuum. Erit enim adoleſcens filius centum annorum: moriens vero peccator filius centum annorum, etiam maledictus erit. Et ædificabunt domos, & ipſi inhabitabunt: & plantabunt vineas, & ipſi comedent genimina eorum, & vinum bibent: non ædificabunt, & alii inhabitabunt: & non plantabunt, alii vero come-* C *dent. Etenim ſecundum dies ligni vitæ erunt dies populi mei: opera laborum eorum multiplicabuntur. Electi mei non laborabunt in vanum, neque filios generabunt in maledictionem: quia ſemen juſtum & benedictum a Domino erunt, & nepotes eorum cum eis. Et erit, antequam ipſi clament, ego exaudiam: adhuc loquentibus illis, dicam: Quid eſt? Tum lupi & agni paſcentur ſimul, & leo quaſi bos comedet paleas, & ſerpens terram quaſi panem. Non nocebunt, neque corrumpent in monte ſancto, dicit Dominus.* Quod igitur his in verbis dicitur, *Nam ſecundum dies ligni, dies populi mei erunt: opera laborum eorum multiplicabuntur*, mille annos arcane deſignari in- D telligimus. Cum enim Adæ dictum fuiſset [c], quo die de ligno ediſſet, eo moriturum; mille illum annos non impleviſſe ſcimus. Illud etiam [d] *dies Domini tamquam mille anni*, eodem pertinere in-

a Eſai. XXIX. 13. b Eſai. LXV. 17. ſeqq. c Gen. II. 17. d Pſalm. LXXXIX. 4. II. Pet. III. 8.

1. Καὶ χίλια ἔτη.] Clericus excidiſſe putat has voces, εὐσεβεῖς βιώσεσθαι. Sed ſatis eſt ſupplere verba præcedentia γενήσεσθαι ἐπιστάμεθα.

2. Οἱ προφῆται.] Legendum ὡς οἱ προφῆται, ut jam multi animadverterunt. Manifeſtum eſt enim Juſtinum heic ſuo & eorum, quos recte in omnibus ſentire ait, nomine eam doctrinam profiteri, quæ & Hæreticis reſurrectionem negantibus & Catholicis regnum mille annorum rejicientibus contraria ſit. Primos oppugnat reſurrectionis profeſſio, alteros regni mille annorum exſpectatio. Præterea poſt illa verba, *& carnis reſurrectionem futuram ſcimus*, multo aptius ponitur, *& mille annos in urbe Jeruſalem, quemadmodum prophetæ promittunt*, quam ſi dicatur, *& mille annos in urbe Jeruſalem inſtaurata & exornata & amplificata, Prophetæ Ezechiel & Eſaias & alii promittunt*. His adde Juſtinum paullo ante dixiſſe, & ſibi & multis aliis de hoc regno mille annorum omnino perſuaſum eſſe. Quamvis autem ita ſentire declaret qui recte in omnibus ſentiunt; manifeſta eſt adhibita ab illo inter eos qui reſurrectionem & eos qui regnum mille annorum negabant, maxima diſtinctio. 1. Quidquid aſpere & vehementer dicit, id ad primos ſpectat. Laudem aliis piæ & puræ doctrinæ tribuit. 2. Primos toti Eccleſiæ adverſari declarat, alios vero nequaquam. 3. His verbis, *Et reſurrectionem futuram ſcimus, & mille annos quemadmodum Prophetæ promittunt*, ſatis indicat reſurrectionis doctrinam omnium Scripturarum auctoritate, & Traditione ac unanimi Eccleſiæ conſenſu niti: regni autem mille annorum opinionem ex quibuſdam teſtimoniis Scripturæ deduci, in quibus qui regnum mille annorum perſpicere ſibi videbantur, eos recte in omnibus ſentire exiſtimabat; qui autem idem non perſpiciebant, eos vituperare non audebat.

3. Υἱός.] Juſtinus in hoc Eſaiæ referendo teſtimonio non ſequitur ſeptuaginta interpretes, apud quos illud υἱὸς, quod paullo poſt a Juſtino repetitur, neutro in loco legitur. Neque etiam iidem agnoſcunt ἡμέραις poſt ἄωρος, neque illud ὅσα ἐγὼ κτίζω.

4. Φάγωνται.] Monet eruditus Londinenſis Editor legendum eſſe φάγονται τὰ γεννήματα, & mox πίονται.

5. Οἰκοδομήσωσι.] Codex regius ad marginem οἰκοδομήσουσι, & mox φυτεύσουσι.

6. Πλεονάσουσιν.] Mendoſe illud verbum pro παλαιώσουσιν poſitum eſſe Grabius & Thirlbius obſervant.

7. Ἔγγονα.] Melius ἔκγονα, ut in Bibliis Rom. & Ald. THIRLBIUS.

8. Τοῦ ξύλου.] In editionibus Græco-Latinis additur τῆς ζωῆς, quod deeſt in codicibus mſs. & apud R. Steph.

9. Καὶ τὸ εἰρημένον ὅτι.] Legendum eſſe καὶ ὅτι τὸ εἰρημένον, jam nonnulli monuerunt. Legere malim cum Thirlbio συνάγειν. Sed quod idem legit paullo ante καὶ ἔγνωμεν, id totum hunc locum perturbat.

a Αὐτῶν] Deeſt πλεονάσουσιν, vel παλαιώσουσιν. THIRLBIUS.

χίλια ἔτη, εἰς τοῦτο συνάγει. καὶ ἐπειδὴ καὶ παρ' ἡμῖν ἀνήρ τις ᾧ ὄνομα Ἰωάννης, εἷς τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, ἐν ἀποκαλύψει γενομένῃ αὐτῷ, χίλια ἔτη ποιήσειν ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς τῷ ἡμετέρῳ Χριστῷ πιστεύσαντας προεφήτευσε, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν καθολικὴν καί, συνελόντι φάναι, [a] αἰωνίαν ὁμοθυμαδὸν ἅμα πάντων ἀνάστασιν γενήσεσθαι καὶ κρίσιν. ὅπερ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν εἶπεν, ὅτι [1] οὔτε γαμήσουσιν οὔτε γαμηθήσονται, ἀλλὰ ἰσάγγελοι ἔσονται, τέκνα τοῦ Θεοῦ τῆς ἀναστάσεως ὄντες.

A telligimus. Huc accedit quod vir apud nos nomine Joannes, unus ex Christi Apostolis, in revelatione ipsi facta, mille annos Jerosolymis traducturos prædixit [a] eos, qui Christo nostro crediderint; ac postea generalem, & ut verbo dicam, æternam unanimiter simul omnium resurrectionem & judicium futurum. Quod quidem & Dominus noster pronuntiavit: [b] *Neque nubent, neque nubentur, sed æquales Angelis erunt, cum sint filii Dei resurrectionis.*

[2] Παρὰ γὰρ ἡμῖν καὶ μέχρι νῦν προφητικὰ χαρίσματά ἐστιν. ἐξ οὗ καὶ αὐτοὶ συνιέναι ὀφείλετε, ὅτι τὰ πάλαι ἐν τῷ γένει ὑμῶν ὄντα εἰς ἡμᾶς μετετέθη. ὅνπερ δὲ τρόπον καὶ ψευδοπροφῆται ἐπὶ τῶν παρ' ὑμῖν γενομένων ἁγίων προφητῶν ἦσαν, καὶ παρ' ἡμῖν νῦν πολλοί εἰσι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι· οὓς φυλάσσεσθαι προεῖπεν ἡμῖν ὁ ἡμέτερος κύριος, ὡς ἐν μηδενὶ ὑστερεῖσθαι ἡμᾶς, ἐπισταμένους ὅτι προγνώστης ἦν τῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἄνοδον τὴν εἰς οὐρανόν, μελλόντων γίνεσθαι ἡμῖν. εἶπε γὰρ ὅτι φονεύεσθαι καὶ μισεῖσθαι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μέλλομεν, καὶ ὅτι ψευδοπροφῆται καὶ ψευδόχριστοι πολλοὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ παρελεύσονται, καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν· ὅπερ καί ἐστι. πολλοὶ γὰρ ἄθεα καὶ βλάσφημα καὶ ἄδικα ἐν ὀνόματι αὐτοῦ παραχαράσσοντες ἐδίδαξαν, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος διαβόλου ἐμβαλλόμενα ταῖς διανοίαις αὐτῶν ἐδίδαξαν, καὶ διδάσκουσι μέχρι νῦν· οὓς ὁμοίως ὑμῖν μεταπείθειν μὴ πλανᾶσθαι ἀγωνιζόμεθα, εἰδότες ὅτι [3] πᾶς ὁ δυνάμενος λέγειν τὸ ἀληθὲς καὶ μὴ λέγων, κριθήσεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὡς διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ διεμαρτύρατο ὁ Θεὸς εἰπών, ὅτι σκοπόν τέθεικά σε τῷ οἴκῳ Ἰούδα. ἐὰν ἁμάρτῃ ὁ ἁμαρτωλός, καὶ μὴ διαμαρτύρῃ αὐτῷ, αὐτὸς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀπολεῖται, παρά σου δὲ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκζητήσω. ἐὰν δὲ διαμαρτύρῃ αὐτῷ, ἀθῷος ἔσῃ. διὰ δέος οὖν καὶ ἡμεῖς σπουδάζομεν ὁμιλεῖν κατὰ τὰς γραφάς, ἀλλ' οὐ διὰ φιλοχρηματίαν, ἢ φιλοδοξίαν, ἢ φιληδονίαν. ἐν οὐδενὶ γὰρ τούτων ἐλέγξαι ἡμᾶς ὄντας δύναταί τις. οὐδὲ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἄρχουσι τοῦ λαοῦ τοῦ ὑμετέρου θέλομεν ζῆν, οὓς ὀνειδίζει ὁ Θεὸς λέγων· οἱ ἄρχοντες ὑμῶν κοινωνοὶ κλεπτῶν, φιλοῦντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα. εἰ δέ τινας καὶ ἐν ἡμῖν τοιούτους γνωρίζετε, ἀλλ' οὖν γε τὰς γραφὰς καὶ τὸν Χριστὸν διὰ τοὺς τοιούτους [4] μὴ βλασφημῆτε, καὶ παρεξηγεῖσθαι σπουδάζητε.

LXXXII. Apud nos enim etiam nunc dona exstant prophetica; ex quo & ipsi intelligere debetis, quæ apud vos olim fuere, ea in nos esse translata. B Quemadmodum autem apud vos, cum sancti essent Prophetæ, falsi quoque exstiterunt; ita & nunc ejusmodi homines ac falsi doctores apud nos versantur: quos ut caveremus, præmonuit nos Dominus noster; ita ut nihil imparatis nobis eveniat, quippe cum præscium eum sciamus fuisse eorum, quæ post ipsius resurrectionem ex mortuis & ascensum in cælum eventura nobis erant. Futurum enim esse dixit [c], ut occideremur & odio haberemur propter nomen ejus, ac [d] falsi Prophetæ & falsi Christi in nomine ejus multi prodirent & plurimos seducerent; quod quidem & evenit. Multi enim impia & blasphema & iniqua in ejus nomine adulterantes tradiderunt; & quæ ab impuro spiritu diabolo sunt mentibus C suis injecta, docuerunt & etiam nunc docent. Quibus, idem quod vobis, persuadere conamur, ut ab errore discedant; quippe cum perspectum habeamus, quicumque verum possit dicere nec dicat, eum a Deo judicatum iri, quemadmodum Deus per Ezechielem testatus est his verbis: [e] *Speculatorem posui te domui Juda. Si peccaverit peccator, & non testificatus ei fueris; ipse quidem peccato suo peribit, a te autem sanguinem ejus requiram. Sin autem testificatus ei fueris, innocens eris.* Et nos igitur metu adducti, sermones secundum Scripturas conferre studemus, minime autem pecuniæ aut gloriæ cupiditate, aut amore voluptatis. Nullum enim ex his est vitiis, cujus nos quisquam arguere possit. D Neque enim similiter, ac principes populi vestri, vivere volumus, quibus Deus hoc probrum objicit: [f] *Principes vestri socii furum, diligentes dona, persequentes retributionem.* Quod si quos etiam inter nos tales noveritis; ne Scripturas idcirco & Christum blasphemiis appetatis, aut prave interpretari studeatis.

Καὶ γὰρ τό, λέγει κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου

LXXXIII. Illud enim, [g] *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimi-*

[a] Apoc. xx. [b] Luc. xx. 35. 36. [c] Matth. x. 21. 22. xxiv. 9. [d] Matth. xxiv. 5. 11. 24. [e] Ezech. III. 17. 18. 19. xxxiii. 7. 8. 9. [f] Esai. I. 23. [g] Psalm. cix. 1.

1. Οὔτε γαμήσουσιν.] Desituram liberorum procreationem dicit, postquam omnes homines resurrexerint; non quod justos in illo quod sibi fingebat, mille annorum regno liberis operam daturos suspicaretur; sed quia sanctis *omnium bonorum utique spiritualium*, ut ait Tertullianus 3. in Marc. c. 24. *copia* fruentibus, ceteros homines consuetam vitæ rationem ducturos existimabat. Nemo sane Justinum sine summa temeritate suspectum in hoc genere habere possit, qui diserte docet in Apol. 1. Christianos idcirco ad vitam profundendam paratos esse, quia τῆς παρὰ Θεῷ διαγωγῆς amatores sunt, quia αἰωνίου καὶ καθαροῦ βίου ἐπιθυμοῦσι.


2. Παρὰ γὰρ ἡμῖν.] Quia paullo ante dixerat Joannem, unum ex duodecim, Prophetæ apud Christianos munere perfunctum esse; inde nata occasio loquendi de propheticis Christianorum donis.

3. Πᾶς ὁ δυνάμενος.] Citat hanc sententiam Joannes Damascenus in Parallelis p. 754.

4. Μὴ βλασφημῆτε, καὶ παρεξηγεῖσθαι.] Distinguenda sunt quæ Justinus non distinxit, & blasphemiæ ad Christum, pravæ interpretationes ad Scripturas referendæ.

a Αἰωνίαν ὁμοθυμαδὸν ἅμα.] In *Symbolis Criticis ad Justin. M.* incommode nimis dici videtur Heumanno, *æterna resurrectio* & *æternum judicium*. Legit igitur αἰώνων, atque ita vertit: *Ac postea universalem & (ut verbo dicam) ætatum communiter omnium resurrectionem futuram esse & judicium*. Scilicet, inquit, αἰὼν hoc loco est *ætas*, hoc est humanæ vitæ spatium. Γενεὰς alias vocant Græci. Hesychius: Αἰών, ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων. ὁ τῆς ζωῆς χρόνος. Vide Sviceri *Thes. Eccl.* Addit idem Heumannus, incongruum esse ὁμοθυμαδόν, si reddatur *unanimiter*: quin & supervacare, quum ἅμα sufficiat. Observat itaque ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες pro ἅμα ἅπαντες occurrere *Act.* II. 1. & V. 12. Hinc conjicit, etiam Justinum scripsisse ὁμοθυμαδὸν πάντες; & ἅμα ad interpretandum ὁμοθυμαδὸν margini a docto quodam lectore inscriptum, in textum postea irrepsisse: nisi forte κατὰ πλεονασμὸν utrumque Justinus conjunxerit. Consule sis VVolfium in *Curis Philolog.* ad *Act.* xx. 18.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, εἰς Ἐζεκίαν εἰρῆσθαι A ἐτόλμησαν ὑμῶν οἱ διδάσκαλοι ἐξηγήσασθαι, ὡς κελευσθέντος αὐτοῦ ἐν [1] δεξιᾷ τοῦ ναοῦ καθεσθῆναι, ὅτι προσέπεμψεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἀπειλῶν, καὶ ἐσημάνθη αὐτῷ διὰ τοῦ Ἡσαΐου μὴ φοβεῖσθαι αὐτόν. καὶ ὅτι μὲν γέγονε τὰ λεχθέντα ὑπὸ Ἡσαΐου οὕτως, καὶ ἀπεστράφη ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων τοῦ μὴ πολεμῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις τοῦ Ἐζεκίου, καὶ ἄγγελος κυρίου ἀνεῖλεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ἀσσυρίων εἰς ἑκατὸν ὀγδοηκονταπέντε χιλιάδας, καὶ ἐπιστάμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν. ὅτι δὲ εἰς αὐτὸν οὐκ εἴρηται ὁ ψαλμὸς, δῆλον. ἔχει γὰρ οὕτως· λέγει κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· [2] ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ κατακυριεύσει ἐν B μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου· [3] ἐν λαμπρότητι τῶν ἁγίων πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. ὤμοσε κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. ὅτι οὖν Ἐζεκίας οὐκ ἔστιν ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, τίς οὐχ ὁμολογεῖ; καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ λυτρούμενος τὴν Ἱερουσαλὴμ, τίς οὐκ ἐπίσταται; καὶ ὅτι ῥάβδον δυνάμεως αὐτὸς οὐκ ἀπέστειλεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ κατεκυρίευσεν ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἦν ὁ ἀποστρέψας ἀπ' αὐτοῦ κλαίοντος καὶ ὀδυρομένου τοὺς πολεμίους, τίς οὐ γινώσκει; ὁ δὲ ἡμέτερος Ἰησοῦς, οὐδέπω ἐνδόξως ἐλθὼν, [4] ῥάβδον δυνάμεως εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐξαπέστειλε, τὸν λόγον τῆς C κλήσεως τῆς μετανοίας πρὸς τὰ ἔθνη ἅπαντα, ὅπου τὰ δαιμόνια ἀπεκυρίευεν αὐτῶν, ὥς φησι Δαβὶδ, οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. καὶ ἰσχυρὸς ὁ λόγος αὐτοῦ πέπεικε πολλοὺς καταλιπεῖν δαιμόνια οἷς ἐδούλευον, καὶ ἐπὶ τὸν παντοκράτορα Θεὸν δι' αὐτοῦ πιστεύειν, [5] ὅτι δαιμόνιά εἰσιν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν. καὶ τὸ, ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἁγίων, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, τῷ Χριστῷ εἴρηται, ὡς προέφημεν.

Καὶ τὸ, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, εἰς τοῦτον προείρητο. εἰ γὰρ μὴ ἐκ παρθένου οὗτος περὶ οὗ Ἡσαΐας ἔλεγεν, ἔμελλε γεννᾶσθαι, [6] εἰς ὃν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐβόα· ἰδοὺ κύ-

A *cos tuos scabellum pedum tuorum*, ita interpretari ausi sunt magistri vestri, ut in Ezechiam dictum esse contenderent; quasi is jussus sit in dextra parte templi sedere, cum ad eum misit rex Assyriorum minitans, eique per Esaiam significatum est ne hunc timeret. Atque Esaiæ quidem dicta sic evenisse, ut dicta fuerant, & regem Assyriorum aversum fuisse quominus Jerusalem in diebus Ezechiæ oppugnaret, atque ab Angelo Domini occisa in castris Assyriorum ad centum octoginta quinque hominum millia, & novimus & confitemur. Psalmum autem in eum dictum non fuisse perspicuum est. Sic enim habet: [a] *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimi-* B *cos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet super Jerusalem, & dominabitur in medio inimicorum tuorum. In splendore sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Ezechiam igitur non esse sacerdotem in æternum secundum ordinem Melchisedech, quis non fateatur? Nec eum esse Jerusalem liberatorem, quis nescit? Nec eum in urbem Jerosolymorum virgam virtutis emisisse, quæ dominata sit in medio inimicorum suorum, sed Deum esse, qui ab eo flente & plorante hostes avertit, quis non noverit? Noster autem Jesus, nondum gloriose adveniens, virgam virtutis emisit in urbem C Jerusalem, verbum vocationis & pœnitentiæ ad omnes gentes, ubi dæmonia suo eas imperio tenebant, quemadmodum ait David: [b] *Dii gentium dæmonia.* Ac præpotens illius verbum multis persuasit, ut dæmonia quibus serviebant, relinquerent, & per eum in Deum omnipotentem crederent, ac deos gentium esse dæmonia persuasum haberent. Illud autem [c] *in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te*, Christo dictum est, ut jam monuimus.

LXXXIV. Atque illud etiam: [d] *Ecce virgo in utero concipiet & pariet filium*, in eum prædictum fuerat. Nam si ille de quo loquebatur Esaias, non erat ex virgine nasciturus; quis tandem ille est de

a Psalm. CIX. 1 — 4. *b* Psalm. XCV. 5. *c* Psalm. CIX. 3. *d* Esai. VII. 14.

1. Ἐν δεξιᾷ τοῦ ναοῦ.] Hæc Tertullianus, ut Londinensis uterque Editor observavit, in libro 5. adv. Marcionem cap. 9. transtulit.

2. Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ.] Hunc locum longe aliter citat Justinus supra n. 32. & in Apol. 1. n. 45. Statuere non possum utrum hæc varietas in librarios, an ipsum in Justinum rejicienda sit. Sed nullus dubito quin in hoc Dialogi loco ita scripserit Justinus, ut in editis habetur. Probat enim hunc psalmum ad Ezechiam detorqueri non posse, quia non ipse Ezechias virgam virtutis emisit, sed Deus ab eo plorante avertit hostes. Non legebat ergo, *virgam virtutis emittet tibi Dominus*. Legimus etiam supra, καὶ κατακυριεύσει. Sed hoc loco retinendum καὶ κατακυριεύσει, nempe virga illa virtutis dominabitur, potentissimum Christi verbum, quod, ut explicat Justinus, dominatum est in medio inimicorum, scilicet in medio dæmonum, qui a gentibus colebantur. Legit pariter Tertullianus 5. in Marc. cap. 9. *& dominabitur in medio inimicorum tuorum*. Illud autem, *tuorum* non quadrat apud Justinum cum iis quæ præcedunt. Nimium enim hæc obscura & dura sunt: Virgam virtutis emittet (Christus) & (illa) dominabitur in medio inimicorum tuorum. Videtur ergo legendum ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, ut paullo post, ubi Ezechiæ hæc aptari non posse demonstrat Justinus.

3. Ἐν λαμπρότητι.] Quæ ante hæc verba & in locis supra citatis Justini & in Bibliis leguntur, ea ab ipso Justino omitti potuere. Non enim totum heic psalmum recitat. Legitur supra n. 32. & 53. & Apol. 1. n. 45. ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου.

4. Ῥάβδον δυνάμεως εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐξαπέστειλε.] Sic etiam paullo ante de Ezechia dicebat, ῥάβδον δυνάμεως αὐτὸς οὐκ ἀπέστειλεν εἰς Ἱερουσαλήμ. In ipso psalmo qualem recitat Justinus, habemus ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. Nemo est sane qui non heic facinus aliquod suspicetur librariorum. Nullum enim exstat exemplum ejusmodi lectionis non solum apud alios scriptores, sed etiam apud Justinum, qui legit supra n. 33. ἐκ Σιὼν, & in Apol. 1. n. 45. ἐξ Ἱερουσαλὴμ, & legem novam Jerosolymis progressam dicit, ut jam vidimus n. 11. & 24. Præterea durior videri possit hæc verborum constructio: εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐξαπέστειλε τὸν λόγον τῆς μετανοίας πρὸς τὰ ἔθνη ἅπαντα. Commodius & aptius diceretur verbum Evangelii Jerosolymis missum esse ad omnes gentes. Sed cum semel habeamus ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, bis eodem sensu εἰς Ἱερουσαλὴμ; non temere rejicienda tribus locis repetita scriptura. Illud πρὸς τὰ ἔθνη ἅπαντα minus durum videbitur, si referatur ad nomen κλήσεως. Sed præcipue nobis observanda ratiocinatio Justini. *Virgam virtutis* interpretatur *verbum vocationis & pœnitentiæ ad omnes gentes*, sive donum Spiritus sancti Apostolis immissum, cum omnes essent Jerosolymis in eodem loco. Quare hæc virga virtutis ante emissa est in urbem Jerosolymam, quam ex ea egrederetur. Illam autem Jerosolyma missam dicere, Justini proposito conducebat. Nam ne Judæi dicerent Ezechiam precibus suis impetrasse & emisisse ex urbe virgam virtutis, qua profligati hostes; occurrit Justinus & observat virgam virtutis non solum Jerosolymis emissam esse, sed etiam Jerosolyma, quod Ezechiæ aptari non poterat. Itaque legendo ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ non tam immutatur textus quam explicatur. Illud mirum, cur hanc explicationem Justinus in ipsum contextum adsciverit. Fortasse Justinus, qui interpretationes hebraicas interdum sectatur, præpositionem hebraicam voci *Sion* præmissam idem valere credidit ac *in*, quia nonnumquam ita accipitur.

5. Ὅτι δαιμόνια.] Hæc e margine translata conjicit eruditus Londinensis Editor.

6. Εἰς ὅν.] Legit εἰς ὃ Thirlbius.

ϰύριος αὐτὸς ὑμῖν δώσει σημεῖον· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν; εἰ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἅπασι πρωτοτόκοις καὶ οὗτος γεννᾶσθαι ἐκ συνουσίας ἔμελλε, τί καὶ ὁ Θεὸς σημεῖον ὃ μὴ πᾶσι τοῖς πρωτοτόκοις κοινόν ἐστιν, ἔλεγε ποιεῖν; ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς σημεῖον, καὶ πιστὸν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἔμελλε γίνεσθαι, τουτέστι διὰ παρθενικῆς μήτρας τὸν πρωτοτόκον τῶν πάντων ποιημάτων σαρκοποιηθέντα ἀληθῶς παιδίον γενέσθαι, προλαβὼν αὐτὸ διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, κατὰ ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον, [1] ἀνιστόρησα ὑμῖν, προεκήρυξεν, ἵνα ὅταν γένηται, δυνάμει καὶ βουλῇ τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ γενόμενον γνωσθῇ· ὡς καὶ ἀπὸ πλευρᾶς μιᾶς τοῦ Ἀδὰμ ἡ Εὔα γέγονε, καὶ ὥσπερ τἄλλα πάντα ζῶα λόγῳ Θεοῦ τὴν ἀρχὴν ἐγεννήθη. ὑμεῖς δὲ καὶ ἐν τούτοις παραγράφειν τὰς ἐξηγήσεις ἃς ἐξηγήσαντο οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖ γενομένῳ, τολμᾶτε λέγοντες μὴ ἔχειν τὴν γραφὴν ὡς ἐκεῖνοι ἐξηγήσαντο, ἀλλ', ἰδοὺ, φησὶν, ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἕξει· [2] ὡς μεγάλων πραγμάτων σημαινομένων, εἰ γυνὴ ἀπὸ συνουσίας τίκτειν ἔμελλεν· ὅπερ πᾶσαι αἱ νεάνιδες γυναῖκες ποιοῦσι πλὴν τῶν στειρῶν· ἃς καὶ αὐτὰς βουληθεὶς ὁ Θεὸς γεννᾷν ποιῆσαι δυνατός. ἡ μήτηρ γὰρ τοῦ Σαμουὴλ μὴ τίκτουσα, διὰ βουλὴν Θεοῦ τέτοκε· καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἁγίου πατριάρχου Ἀβραὰμ, καὶ Ἐλισάβετ ἡ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην τεκοῦσα, καὶ ἄλλαι τινὲς ὁμοίως. ὥστε οὐκ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν δεῖ ὑμᾶς πάντα δύνασθαι τὸν Θεὸν ὅσα βούλεται· καὶ μάλιστα ἐπειδὴ ἐπεπροφήτευτο μέλλειν γίνεσθαι, μὴ παραγράφειν ἢ παρεξηγεῖσθαι τολμᾶτε τὰς προφητείας· ἐπεὶ ἑαυτοὺς μόνους ἀδικήσετε, τὸν δὲ Θεὸν οὐ βλάψετε.

Καὶ γὰρ τὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν, ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, ὁμοίως εἰς τὸν Ἐζεκίαν τολμῶσί τινες ἐξ ὑμῶν ἐξηγεῖσθαι, ἄλλοι δὲ εἰς Σολομῶντα· οὐδὲ εἰς τοῦτον, οὐδὲ εἰς ἐκεῖνον, οὔτε εἰς ἄλλον ἁπλῶς λεγόμενον ὑμῶν βασιλέα δυνατὸν ἀποδειχθῆναι εἰρῆσθαι, εἰς δὲ μόνον τοῦτον τὸν ἡμέτερον Χριστὸν, τὸν ἀειδῆ καὶ ἄτιμον φανέντα, ὡς Ἡσαΐας ἔφη, καὶ Δαβὶδ, καὶ πᾶσαι αἱ γραφαί· ὅς ἐστι κύριος τῶν δυνάμεων διὰ τὸ θέλημα τοῦ δόντος αὐτῷ πατρός· ὃς καὶ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὸν οὐρανὸν, ὡς καὶ ὁ ψαλμὸς καὶ αἱ ἄλλαι γραφαὶ ἐδήλουν, καὶ κύριον αὐτὸν τῶν δυνάμεων κατήγγελλον, ὡς καὶ νῦν ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν γινομένων ῥᾷον ὑμᾶς πεισθῆναι, ἐὰν θέλητε. κατὰ γὰρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τούτου τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, καὶ διὰ παρθένου γεννηθέντος καὶ παθητοῦ γενομένου ἀνθρώπου, καὶ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ ἀποθανόντος, καὶ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναβάντος εἰς τὸν οὐρανὸν, πᾶν δαιμόνιον ἐξορκιζόμενον νικᾶται καὶ ὑποτάσσεται. ἐὰν δὲ [3] κατὰ παντὸς ὀνόματος τῶν παρ' ὑμῖν γεγενημένων ἢ βασιλέων, ἢ δικαίων, ἢ προφητῶν, ἢ πατριαρχῶν ἐξορκίζητε ὑμεῖς, οὐχ ὑποταγήσεται οὐδὲν τῶν δαιμονίων. ἀλλ' εἰ ἄρα ἐξορκίζοι τις ὑμῶν [4] κατὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Θεοῦ Ἰσαὰκ, καὶ Θεοῦ Ἰα-


A quo Spiritus sanctus clamabat: *Ecce Dominus ipse vobis dabit signum: Ecce virgo in utero concipiet & pariet filium*? Nam si hic quoque, perinde ac alii omnes primogeniti, ex concubitu oriturus erat, cur Deus ipse signum, quod minime omnibus primogenitis commune esset, daturum se dicebat? Sed quod vere signum est, quodque certum humano generi futurum erat, nempe ex virginali utero primogenitum omnium rerum conditarum, carnem factum, vere puerum nasci, id præoccupans per Spiritum sanctum aliis atque aliis modis, ut vobis exposui, prænuntiavit; ut cum factum esset, potestate & voluntate Creatoris universorum factum esse agnosceretur: quemadmodum ex una Adæ costa B Eva genita est, ac cetera omnia animantia verbo Dei initio generata sunt. Vos autem in his quoque interpretationes, quas seniores vestri edidere cum apud Ptolemæum Ægyptiorum regem essent, pervertere audetis, Scripturam asserentes non habere, ut illi exposuerunt, sed, *Ecce adolescentula in utero habebit*. Quasi vero res magnæ significarentur, si mulier ex concubitu paritura esset; quod juniores omnes mulieres faciunt, exceptis sterilibus; quamquam ut istæ etiam pariant, potest Deus efficere si velit. Samuelis enim mater cum non pareret, Dei voluntate peperit; sic etiam uxor Abrahæ, sancti illius Patriarchæ, & Elisabeth quæ Joannem Baptistam genuit, & quædam aliæ C similiter. Quapropter nihil omnino suspicari debetis, quod non possit Deus facere, si velit: in primis vero cum prædictum sit ita eventurum, ne prophetias adulterare aut prava interpretatione detorquere audeatis; si quidem vobis injuriam solis facietis, Deum autem nihil lædetis.

LXXXV. Atque hoc etiam vaticinium, [a] *Tollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, ut ingrediatur Rex gloriæ*, quidam ex vobis ad Ezechiam interpretando detorquere audent; alii ad Salomonem: cum nec in hunc, nec in illum, nec in ullum omnino alium ex vestris regibus dictum esse demonstrari possit, sed tantum in nostrum hunc D Christum, qui informis & inglorius apparuit, ut Esaias & David & Scripturæ omnes testantur; qui Dominus est virtutum per voluntatem Patris hoc ei dantis; qui ex mortuis etiam resurrexit & ascendit in cælum, quemadmodum & Psalmus & ceteræ Scripturæ demonstrabant, eumque Dominum virtutum prædicabant: id quod vobis etiam nunc facile est ex his quæ in omnium oculis geruntur, perspicere, si velitis. Nam per nomen ipsius illius filii Dei, & omnis creaturæ primogeniti, qui ex virgine natus est, & homo perpessionibus obnoxius factus, & sub Pontio Pilato a populo vestro crucifixus, & mortuus est, ac resurrexit ex mortuis & ascendit in cælum, dæmonium quodlibet E adjuratum vincitur & subjicitur. Si vero per nomen quodlibet eorum qui apud vos fuerunt, regum aut justorum aut Prophetarum aut Patriarcharum a vobis adjurentur, nullum subjicietur dæmonium. Si quis tamen vestrum per Deum Abrahæ & Deum Isaac & Deum Jacob adjuret, fortasse sub-

a Psalm. XXIII. 7.

1. Ἀνιστόρησα.] Præmittendum ὡς Sylburgius & alii monuerunt. Hæc pertractare præcipue incipit num. 63.
2. Ὡς μεγάλων πραγμάτων, &c.] Irenæus lib. 3. cap. 27. *Quid enim magnum aut quod signum fieret, in eo quod adolescentula concipiens ex viro peperisset, quod evenit omnibus quæ pariunt mulieribus?* THIRLBIUS.
3. Κατὰ παντὸς ὀνόματος, &c.] ὁ Σολομὼν οὐκ ἰδεσπότευσε τῶν δαιμόνων; οὐχὶ πάντας ὑφ' ἓν ὡς ἵνα συνέκλησεν; οὐχὶ μέχρι τοῦ σήμερον αὐτὸν δεδοίκασιν; Hæc Judæi apud Leontium Constantinopolitanum col. 724. tom. 1. Auctarii Novi Bibl. PP. Vide Joseph. Antiq. VIII. 2. p. 257. & Gregentii Disp. fol. 27. THIRLBIUS.
4. Κατὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ.] Idem docent citati ab erudito Thirlbio, Irenæus l. 2. c. 6. & Origenes l. 1. adv. Cels. p. 17. & l. 4. p. 184. & l. 5. p. 261. Quin etiam testatur Origenes Deum Abrahæ, Isaac & Jacob ab ipsis etiam ethnicis in incantationibus & magicis operationibus nominari, ibid. lib. 4.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



κὼβ, ἴσως ὑποταγήσεται. ἤδη μέν τοι οἱ ἐξ ὑμῶν A ἐπορκισαὶ τῇ τέχνῃ, ὥσπερ καὶ τὰ ἔθνη, χρώμενοι ἐξορκίζουσι [1] καὶ θυμιάμασι καὶ καταδέσμοις χρῶνται, εἶπον. ὅτι δὲ καὶ ἄγγελοι καὶ δυνάμεις εἰσὶν οἷς ὁ λόγος ὁ τῆς προφητείας τῆς διὰ Δαβὶδ [2] ἐπᾶραι τὰς πύλας, ἵνα εἰσέλθῃ οὗτος ὁ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς κύριος τῶν δυνάμεων κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ λόγος τοῦ Δαβὶδ ὁμοίως ἀπέδειξεν· οὗ καὶ πάλιν ἐπιμνησθήσομαι διὰ τούτους τοὺς μὴ καὶ χθὲς συνόντας ἡμῖν, δι' οὓς καὶ πολλὰ τῶν χθὲς εἰρημένων ἐπὶ κεφαλαίων λέγω. καὶ νῦν πρὸς ὑμᾶς ἐὰν τοῦτο λέγω, εἰ καὶ [3] ἐταυτολόγησα πολλάκις, οὐκ ἄτοπον εἰπεῖν ἐπίσταμαι. γελοῖον μὲν γὰρ πρᾶγμά ἐστιν ὁρᾷν τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τὰ [4] ἄλλα ἄστρα τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀεὶ, καὶ τὰς τροπὰς τῶν ὡρῶν ποιεῖ- B σθαι, καὶ τὸν ψηφιστικὸν ἄνδρα, εἰ [5] ἐξετάζοι τὸ τὰ δὶς δύο πόσα ἐστὶ, διὰ τὸ πολλάκις εἰρηκέναι ὅτι τέσσαρα, παύσεσθαι τοῦ πάλιν λέγειν ὅτι τέσσαρα, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως ὅσα παγίως ὁμολογεῖται, ἀεὶ ὡσαύτως λέγεσθαι καὶ ὁμολογεῖσθαι· τὸν δὲ ἀπὸ τῶν γραφῶν τῶν προφητικῶν ὁμιλίας ποιούμενον, ἐᾷν, καὶ μὴ τὰς αὐτὰς ἀεὶ λέγειν γραφὰς, ἀλλ' ἡγεῖσθαι ἑαυτὸν βέλτιον τῆς γραφῆς γεννήσαντα εἰπεῖν. ἔστιν οὖν ὁ λόγος δι' οὗ [6] ἐσήμανε τὸν Θεὸν δηλοῦν ὅτι καὶ ἄγγελοί εἰσιν ἐν οὐρανῷ, καὶ δυνάμεις, οὗτος· αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις· αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ.

Καὶ Μνασέας δέ τις ὀνόματι τῶν συνελθόντων αὐ- C τοῖς τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ εἶπε· καὶ ἡμεῖς χαίρομεν, πάλιν πειρωμένου σοῦ τὰ αὐτὰ λέγειν δι' ἡμᾶς.

Κἀγὼ εἶπον· ἀκούσατε, φίλοι, τίνι γραφῇ πειθόμενος ταῦτα πράττω. Ἰησοῦς ἐκέλευσε ἀγαπᾷν καὶ τοὺς ἐχθρούς· ὅπερ καὶ διὰ Ἡσαΐου ἐκεκήρυκτο διὰ πλειόνων, ἐν οἷς καὶ τὸ μυστήριον [7] πάλιν τῆς γενέσεως ἡμῶν, καὶ ἁπλῶς πάντων τῶν τὸν Χριστὸν [8] ἐν Ἱερουσαλὴμ φανήσεσθαι προσδοκώντων, καὶ δι' ἔργων εὐαρεστεῖν αὐτῷ σπουδαζόντων. εἰσὶ δὲ οἱ διὰ Ἡσαΐου λόγοι οὗτοι· ἀκούσατε τὸ ῥῆμα κυρίου οἱ τρέμοντες τὸ ῥῆμα αὐτοῦ. εἴπατε, ἀδελφοὶ ἡμῶν, τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις, τὸ ὄνομα κυρίου

A jicietur. Jam vero Exorcistas vestros dixi arte adhibita, perinde atque gentes, adjurare & suffitibus ac amuletis uti. Angelos autem & virtutes esse, quos Davidicæ prophetiæ sermo portas jubet attollere, ut introeat ille redivivus ex mortuis, Dominus virtutum secundum voluntatem Patris, Jesus Christus, verba Davidis similiter demonstrant. Quæ quidem iterum commemorabo propter eos qui heri nobiscum non erant, quorum etiam causa multa hesterno die dicta summatim refero. Ac nunc quidem si id vobis dixero, etsi sæpe eadem inculcavi, nihil tamen absurdi dicturum esse confido. Ridiculum enim fuerit, solem & lunam videre ac cæteras stellas eamdem semper viam insistere, eas- B demque tempestatum vices reducere; rationum computatorem, si rogetur bis duo quot faciant, etsi sæpe dixerit, quatuor, non tamen idcirco desinere quatuor dicere; & alia ejusmodi, quæcumque certo asseverantur, eodem semper modo dici & asseverari: eum autem qui ex Scripturis propheticis differendi rationem depromat, missas Scripturas facere, nec easdem semper referre, sed melius aliquid Scriptura pariturum se existimare. Verba autem quibus Deum declarare dixi angelos & virtutes in cælo esse, ita se habent: [a] *Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.*

C Heic unus ex his qui postridie cum eis venerant, Mnaseas nomine: Nobis, inquit, pergratum facis, quod eadem nostra causa referre instituas.

At ego: Audite, inquam, amici, quæ me Scriptura ut ita facerem induxerit. Præcepit Jesus ut etiam inimicos diligamus: quod idem & ab Esaia prædicatum fuerat pluribus verbis; in quibus etiam nostræ regenerationis mysterium continetur, ac omnium omnino qui Christum Jerosolymis visum iri exspectant, eique operibus placere student. Verba Esaiæ hujusmodi sunt: [b] *Audite verbum Domini, qui tremitis sermonem ejus: dicite, fratres nostri, iis qui oderunt vos & abominantur, ut no-*

a Psalm. CXLVIII. 1. 2 *b* Esai. LXVI. 5 — 11.

1. Καὶ θυμιάμασι καὶ καταδέσμοις.] Mericus Casaubonus Not. ad M. Anton. l. 1. sanum hunc Justini contextum depravat, legendo καταδέσμοις χρῶνται εἰπών. Inanem hanc conjecturam exagitat Thirlbius, qui tamen a Casaubono non discedit in interpretandis καταδέσμοις, quos putat *carmina fuisse, quibus dæmonium, suffimentis ex dæmoniaco fugatum, ita vinciretur, ut redire non posset*. Incantationes illæ, quæ dicuntur κατάδεσμοι, eo spectant apud Platonem 2. de Rep. p. 364. & apud alios scriptores, ut dæmones evocentur & eorum auxilio ad arbitrium magi utantur: apud Justinum autem eo tantum referuntur, ut dæmones expellantur, & ne noceant constringantur. Quare non videntur idem esse ac περιάμματα de quibus Eusebius 3. Demonstr. Evangel. p. 127. aut σκυτίδων ἐξαρτήματα apud Tatianum n. 17. hæc enim ægrotantium corporibus apponi solebant ad morbos sanandos. Sed persuadere mihi non possum καταδέσμους apud Justinum carmina esse. Nam 1. Justinus opponit θυμιάματα & καταδέσμους verbis, quibus Judæos uti solitos esse dixerat. 2. Testantur Irenæus & Origenes, Judæos per nomen Dei Abrahæ Isaac & Jacob adjurare. His ergo ethnicorum carminibus non utebantur. 3. Præter carmina adhibebantur quædam veneficia ad expellendos dæmones, ut discimus ex Justino, qui in Apol. 2. n. 6. testatur dæmoniacos ab aliis adjuratoribus, incantatoribus & veneficis non sanatos, ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν καὶ ἐπαστῶν καὶ φαρμακευτῶν μὴ ἰαθέντας, quotidie a Christianis sanari. Sic etiam in Actis S. Pionii: *Sicut in omnibus*, inquit S. Martyr, *qui Deum pura mente suspiciunt, angeli adesse festinant; ita veneficis, vel incantatoribus, vel furorem sub vaticinationis specie per devia rura vendentibus, dæmones obsequuntur*. καταδέσμους aliquam esse credo ejusmodi φαρμακείας speciem.

2. Ἐπᾶραι.] Ante hanc vocem vel post, legendum vel subaudiendum κελεύει. Sæpe a Justino prætermissa ejusmodi verba. Vide n. 89. & 90. Supra Justinus, nempe n. 36. probavit Christum esse regem gloriæ & Dominum virtutum, & cælestibus principibus præcipi ut portas suas attollant. Sed ibidem non legimus hæc verba: *Laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus*; quibus tamen Justinus mox dicet usum se fuisse, ut probaret angelos esse, quibus mandatum est ut portas attollerent. Non tamen mancus aut hiulcus ille locus est, neque alius assignari potest, in quo id præstiterit Justinus. Immerito ergo culpentur librarii, quod omiserint hæc verba: sed ipsi Justino hoc tribuendum, qui in scribendo Dialogo nonnulla interdum omittit, quæ postea opportune occurrunt, sive id arte & data opera factum, sive quod memoria nonnumquam effluat, ac postea res prætermissas revocet.

3. Ἐταυτολόγησα.] Uterque codex ms. & R. Stephanus ἐπαυτολόγησα.


4. Ἄλλα.] Hanc vocem quæ deerat in editis, suppeditavit uterque codex ms.

5. Ἐξετάζοι τό.] Legendum ἐξετάζοιτο, & mox οὐ παύσεσθαι. Ibidem statuit Cl. Thirlbius *omnino legendum* λέγεσθαι καὶ ποιεῖσθαι. Sed hunc locum minus intellexit, eumque satis refellit apposita post verbum ὁμολογεῖται distinctio.

6. Ἐσήμανε.] Legendum ἐσήμανα. Liquet enim Justinum ea repetere quæ pridie dixerat. Ita etiam emendat Cl. Thirlbius.

7. Πάλιν τῆς γενέσεως.] Legendum monuit Sylburgius τῆς πάλιν γενέσεως, vel τῆς παλιγγενεσίας.

8. Ἐν Ἱερουσαλήμ.] Illud, *Jerosolymis*, positum est, ut propria opinio Justini, nequaquam autem ut necessaria ad beatam regenerationem conditio. Quasi dicat Justinus: mysterium regenerationis nostræ ac omnium prorsus qui Christum exspectant, quem ego Jerosolyma venturum puto. Cum Justinus explicat illud, *& ipse erit exspectatio gentium*, ut n. 51. & 120. laudat omnes Catholicos a communi illa exspectatione, quamvis alii aliter exspectarent, ac plurimi de Jerosolymis minime cogitarent.



δοξασθῆναι. ὤφθη ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν, κἀκεῖνοι αἰσχυνθήσονται. φωνὴ κραυγῆς ἐκ πόλεως, [1] φωνὴ ἐκ ναοῦ, φωνὴ κυρίου ἀποδιδόντος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέτεκεν ἄρσεν. τίς ἤκουσε τοιοῦτον, καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως, εἰ ὤδινεν ἡ γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ· εἰ δὲ καὶ τέκοι ἔθνος εἰσάπαξ, ὅτι ὤδινε καὶ ἔτεκε Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς; ἐγὼ δὲ ἔδωκα τὴν προσδοκίαν ταύτην, καὶ [2] οὐ γεννώσῃ, εἶπε κύριος. ἰδοὺ ἐγὼ γεννῶσαν καὶ στεῖραν ἐποίησα, λέγει κύριος. εὐφράνθητι Ἱερουσαλὴμ, καὶ πανηγυρίσατε πάντες οἱ ἀγαπῶντες αὐτήν. χαίρετε πάντες ὅσοι πενθεῖτε ἐπ' αὐτὴν, ἵνα θηλάσητε, καὶ ἐμπλησθῆτε ἀπὸ μαστοῦ παρακλήσεως αὐτῆς, ἵνα ἐκθηλάσαντες τρυφήσητε ἀπὸ εἰσόδου B [3] δόξης αὐτοῦ.

A men Domini glorificetur. *Visus est in lætitia eorum, & illi confundentur. Vox clamoris de civitate, vox de templo, vox Domini retribuentis retributionem superbis. Antequam parturiens pariat, & antequam veniat labor parturiginum, peperit masculum. Quis audivit tale, & quis vidit sic: si parturivit terra in die una; si vero & peperit gentem nixu uno; quia parturivit, & peperit Sion parvulos suos? Ego autem dedi exspectationem hanc, & non parienti, dixit Dominus. Ecce ego parientem & sterilem feci, dicit Dominus. Lætare Jerusalem, & conventus agite omnes qui diligitis eam. Gaudete omnes quicumque lugetis super eam, ut sugatis, & impleamini ab ubere consolationis* B *ejus: ut postquam suxeritis, deliciis affluatis ab introitu gloriæ ejus.*

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, προσέθηκα· ὅτι δὲ [4] μετὰ τὸ σταυρωθῆναι τοῦτον, ὃν ἔνδοξον πάλιν παραγενήσεσθαι ἀποδεικνύουσιν αἱ γραφαὶ, σύμβολον εἶχε τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ὃ ἐν τῷ παραδείσῳ πεφυτεῦσθαι ἐλέλεκτο, καὶ τῶν γενησομένων πᾶσι τοῖς δικαίοις, ἀκούσατε. Μωσῆς μετὰ ῥάβδου ἐπὶ τὴν τοῦ λαοῦ ἀπολύτρωσιν ἐπέμφθη· καὶ ταύτην ἔχων μετὰ χεῖρας ἐν ἀρχῇ τοῦ λαοῦ διέτεμε τὴν θάλασσαν. διὰ ταύτης ἀπὸ τῆς πέτρας ὕδωρ ἀναβλύσαν ἑώρα· καὶ ξύλον βαλὼν εἰς τὸ ἐν Μεῤῥᾷ ὕδωρ, πικρὸν ὂν, γλυκὺ ἐποίησε. ῥάβδους βαλὼν Ἰακὼβ εἰς τὰς ληνοὺς τῶν ὑδάτων, ἐγκισσῆσαι τὰ πρόβατα τοῦ μητραδέλφου, ἵνα C τὰ γεννώμενα ἐξ αὐτῶν κτήσηται, ἐπέτυχεν. ἐν ῥάβδῳ αὐτοῦ διεληλυθέναι τὸν ποταμὸν ὁ αὐτὸς Ἰακὼβ καυχᾶται. κλίμακα ἔφη ἑωρᾶσθαι αὐτῷ, καὶ τὸν Θεὸν ἐπ' αὐτῆς ἐστηρίχθαι ἡ γραφὴ δεδήλωκε· καὶ ὅτι οὐχ ὁ πατὴρ ἦν, ἀπὸ τῶν γραφῶν ἀπεδείξαμεν. καὶ ἐπὶ λίθου καταχέας ἔλαιον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ Ἰακὼβ, στήλην τῷ ὀφθέντι αὐτῷ Θεῷ ἀληλειφέναι ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ Θεοῦ μαρτυρεῖται. καὶ ὅτι λίθος Χριστὸς διὰ πολλῶν γραφῶν συμβολικῶς ἐκηρύσσετο, ὁμοίως ἀπεδείξαμεν. καὶ ὅτι τὸ χρῖσμα πᾶν εἴτε ἐλαίου, εἴτε στακτῆς, εἴτε τῶν ἄλλων τῶν τῆς συνθέσεως τοῦ μύρου χρισμάτων, τούτου ἦν, ὁμοίως [5] ἀπεδείξαμεν, τοῦ λόγου λέγοντος, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. καὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς πάντες καὶ οἱ χριστοὶ ἀπὸ τούτου μετέχον καὶ βασιλεῖς καλεῖσθαι καὶ χριστοί· ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἔλαβε D [6] τὸ βασιλεὺς, καὶ Χριστὸς, καὶ ἱερεὺς, καὶ ἄγγελος, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἔχει ἢ εἶχε. ῥάβδος ἡ Ἀαρὼν βλαστὸν κομίσασα, ἀρχιερέα αὐτὸν ἀπέδειξε. ῥάβδον ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ γενήσεσθαι τὸν Χριστὸν Ἡσαΐας προεφήτευσε. καὶ Δαβὶδ, ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ [7] δώσειν ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεσθαι, φησὶν εἶναι τὸν δίκαιον· καὶ ὡς φοῖνιξ ἀνθήσειν ὁ δίκαιος εἴρηται. ἀπὸ ξύλου τῷ Ἀβραὰμ ὤφθη

LXXXVI. His recitatis adjeci: Quem autem Scripturæ rursum gloriose, postquam crucifixus fuisset, venturum demonstrant, illius symbolum fuisse tum lignum vitæ quod dictum fuerat in Paradiso plantatum fuisse, tum ea quæ omnibus justis eventura erant, audite. Moses cum virga missus est ad populum liberandum, eamque manibus gestans cum populum antecederet, mare diffecuit. Per eam ex petra aquam scaturientem vidit; ac ligno in aquam Merra injecto, dulcem ex amara effecit. Virgis Jacob in canales aquarum injectis C consequutus est, ut materni avunculi oves fœtæ fierent, quo fœtus earum ipse possideret. In virga sua transmisisse se fluvium idem Jacob gloriatur: scalam quoque a se visam esse dixit, eique Deum innixum fuisse Scriptura demonstrat. Porro Patrem non fuisse ex Scripturis demonstravimus: & cum Jacob lapidi oleum infudisset in eodem loco, testimonium accepit ab ipso illo qui ei apparuerat, Deo, quod cippum Deo sibi viso inunxisset. Christum autem lapidis nomine in testimoniis multis Scripturæ arcane designari, & quodcumque unguentum sive olei, sive stactæ, sive aliarum ex unguenti compositione unctionum, ipsius fuisse, similiter demonstravimus, Scriptura dicente, [a] *Propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exsultationis supra consortes tuos.* Nam reges & christi omnes ab eo habuerunt, ut & reges & christi vocarentur: quemadmodum & D ipse a Patre accepit, ut Rex & Christus esset & Sacerdos & Angelus, & quæcumque habet aut habuit. Aaronis virga cum fruticata esset, pontificem eum declaravit. Virgam e radice Jesse nasciturum esse Christum Esaias prædixit [b]. Et David [c], *tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium ejus non defluet*, ait *esse justum*. Dictum etiam illud est, fore ut [d] justus ut palma floreat. Ex ligno visus est Abrahæ Deus, quemad-

a Psalm. XLIV. 8. *b* Esai. XI. 1. *c* Psalm. I. 3. *d* Psalm. XCI. 13.

1. Φωνὴ ἐκ ναοῦ.] In utroque codice mſ. φωνὴ λαοῦ. Quæ quidem Scriptura etsi ab ipso fonte & a septuaginta interpretibus longe discrepat, non idcirco tamen abjudicanda erat Justino, apud quem multæ occurrunt ejusmodi varietates. Sed tamen immutare necessarium non duxi quod superiores editiones adoptaverunt.

2. Οὐ γεννώσῃ.] Magis cum Hebræo quadraret, ut observat eruditus Londinensis Editor, si legeremus οὐ γεννήσω. Sed cum multa alia hoc in loco nec cum Hebræo, nec cum septuaginta interpretibus congruant, non mutanda videtur lectio, quæ sensum commodum & Justini proposito cohærentem habet.

3. Δόξης αὐτοῦ.] Legitur αὐτῆς in Bibliis, idque ipsi fonti consentaneum: sed libenter crediderim Justinum scripsisse αὐτοῦ, quod ad Christum referri potest. Hunc enim ex hoc loco concludit visum iri Jerosolymis, idque satis congruit cum his verbis, *ab ingressu gloriæ ejus.*


4. Μετὰ τὸ σταυρωθῆναι.] Pro his vocibus legunt Sylburgius & alii καὶ τὸ σταυρωθῆναι, sed inutili prorsus opera; cum manifestum sit hæc verba referri ad ea quæ sequuntur, nempe πάλιν παραγενήσεσθαι, ut in interpretatione animadverti potest. Ad oram utriusque codicis mſ. apposita est hæc nota, quæ non videtur hominis esse hunc locum intelligentis: οἶμαι σύμβολον· ἔχοντα τὸν σταυρὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς θέλει. *Videtur mibi dicere* Christum rediturum *habentem crucem ut signum ligni vitæ.*

5. Ἀπεδείξαμεν.] Videtur hæc Justinus demonstrasse n. 63. ubi Jesum esse Christum probat his verbis, *Unxit te, Deus, Deus tuus*, & Christianos ab eo denominatos asserit.

6. Τὸ βασιλεύς.] Supple εἶναι, vel λέγεσθαι.

7. Δώσειν ... ἀποῤῥυήσεσθαι.] Nulla heic contextus corruptela: sed tantum subauditur ἔφη, atque hoc verbum satis fuit semel ponere; idque innumeris apud Græcos & Latinos scriptores exemplis comprobatum est. Mox legendum videtur ἀνθήσειν.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ὁ Θεὸς, ὡς γέγραπται, πρὸς τῇ δρυῒ [1] τῇ Μαμβρῇ. ἑβδομήκοντα ἰτέας καὶ δώδεκα πηγὰς εὗρεν ὁ λαὸς διαβὰς τὸν [2] Ἰορδάνην. ἐν ῥάβδῳ καὶ βακτηρίᾳ παρακεκλῆσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Δαβὶδ λέγει. [3] ξύλον Ἐλισσαῖος βαλὼν εἰς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, ἀνήνεγκε τὸν σίδηρον τῆς ἀξίνης, ἐν ᾗ πεπορευμένοι ἦσαν οἱ υἱοὶ τῶν προφητῶν, κόψαι ξύλα εἰς οἰκοδομὴν τοῦ οἴκου, ἐν ᾧ τὸν νόμον καὶ τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ λέγειν καὶ μελετᾶν ἐβούλοντο· ὡς καὶ ἡμᾶς βεβαπτισμένους ταῖς βαρυτάταις ἁμαρτίαις ἃς ἐπράξαμεν, διὰ τοῦ σταυρωθῆναι ἐπὶ τοῦ ξύλου καὶ δι' ὕδατος ἁγνίσαι, ὁ Χριστὸς ἡμῶν ἐλυτρώσατο, καὶ οἶκον εὐχῆς καὶ προσκυνήσεως ἐποίησε. καὶ ῥάβδος ἦν ἡ δείξασα Ἰούδαν πατέρα τῶν ἀπὸ Θάμαρ [4] διὰ μέγα μυστήριον γεννηθέντων. B

Καὶ ὁ Τρύφων, εἰπόντος μου ταῦτα, ἔφη· μή με λοιπὸν ὑπολάμβανε ἀνατρέπειν πειρώμενον τὰ ὑπό σου λεγόμενα, πυνθάνεσθαι ὅσα ἂν πυνθάνωμαι, ἀλλὰ βούλεσθαι μανθάνειν περὶ τούτων αὐτῶν ὧν ἂν ἐρωτῶ. εἰπὲ οὖν μοι, διὰ τοῦ Ἡσαΐου εἰπόντος τοῦ λόγου, ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἀναβήσεται ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· καὶ ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ. (καὶ [5] ὁμολογήσας ταῦτα πρός με, ἔλεγεν, εἰς Χριστὸν εἰρῆσθαι, καὶ Θεὸν αὐτὸν προϋπάρχοντα λέγεις, καὶ κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ σαρκοποιηθέντα αὐτὸν λέγεις C διὰ τῆς παρθένου γεγεννῆσθαι ἄνθρωπον) πῶς δύναται ἀποδειχθῆναι προϋπάρχων, ὅστις διὰ τῶν δυνάμεων τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἃς καταριθμεῖ ὁ λόγος διὰ Ἡσαΐου, πληροῦται, ὡς ἐνδεὴς τούτων ὑπάρχων;

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· νουνεχέστατα μὲν καὶ συνετώτατα ἠρώτησας· ἀληθῶς γὰρ ἀπόρημα δοκεῖ εἶναι· ἀλλ' ἵνα ἴδῃς καὶ τὸν περὶ τούτων λόγον, ἄκουε ὧν λέγω. ταύτας τὰς κατηριθμημένας τοῦ πνεύματος δυνάμεις, οὐχ ὡς ἐνδεοῦς αὐτοῦ τούτων ὄντος, φησὶν ὁ λόγος ἐπεληλυθέναι ἐπ' αὐτὸν, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἐκεῖνον ἀνάπαυσιν μελλουσῶν ποιεῖσθαι, τουτέστιν [6] ἐπ' αὐτοῦ πέρας ποιεῖσθαι, τοῦ μηκέτι ἐν τῷ γένει ὑμῶν κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος προφήτας γενήσεσθαι· ὅπερ καὶ ὄψει D ὑμῖν ἰδεῖν ἐστι· μετ' ἐκεῖνον γὰρ οὐδεὶς ὅλως προφήτης παρ' ὑμῖν γεγένηται. καὶ ὅτι οἱ παρ' ὑμῖν προφῆται ἕκαστος μίαν τινὰ ἢ καὶ δευτέραν δύναμιν παρὰ τοῦ Θεοῦ λαμβάνοντες, ταῦτα ἐποίουν καὶ ἐλάλουν, ἃ καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν ἐμάθομεν, κατανοήσατε καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενα. σοφίας μὲν γὰρ πνεῦμα Σολομὼν ἔσχε, συνέσεως δὲ καὶ βουλῆς Δανιὴλ, ἰσχύος δὲ καὶ εὐσεβείας Μωσῆς, καὶ Ἠλίας φόβου, καὶ γνώσεως Ἡσαΐας· καὶ οἱ ἄλλοι αὖ ὁμοίως, ἢ μίαν ἕκαστος, ἢ ἐναλλὰξ ἄλλην τινὰ μετ' ἄλλης δυνάμεως ἔσχον· οἷον καὶ Ἱερεμίας, καὶ οἱ δώδεκα, καὶ Δαβὶδ, καὶ οἱ ἄλλοι ἁπλῶς ὅσοι γεγόνασι παρ' ὑμῖν προφῆται. ἀνεπαύσατο οὖν, τουτέστιν ἐπαύσατο, ἐλθόντος ἐκείνου

A modum ſcriptum eſt [a], ad quercum Mambre. Septuaginta ſalices & duodecim fontes invenit populus tranſmiſſo Jordane. In virga & baculo David conſolationem ſe a Deo accepiſſe dicit [b]. Ligno Eliſæus in fluvium Jordanem miſſo, ferrum ſecuris revocavit, quacum profecti fuerant filii Prophetarum, ut ligna cæderent ad ædificandam domum, in qua legem & mandata Dei prædicare & meditari volebant: quemadmodum & nos peccatis graviſſimis quæ admiſimus, demerſos Chriſtus noſter tum per lignum in quo crucifixus eſt, tum per aquam qua expiamur, liberavit ac domum precationis & adorationis effecit. Virga etiam erat, quæ Judam eorum patrem eſſe demonſtravit, quos B ex Thamar non ſine magno myſterio genuerat.

LXXXVII. Heic Trypho, cum hæc dixiſſem, Ne me, inquit, deinceps exiſtimes evertere tentantem quæ a te dicantur, percontari quidquid percontatus fuero, ſed de his ipſis quæ percontabor, velle perdiſcere. Dic igitur mihi: cum Scriptura per Eſaiam dicat: [c] *Egredietur virga de radice Jeſſe, & flos aſcendet de radice Jeſſe, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & fortitudinis ſpiritus ſcientiæ* & *pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini*: (Hæc autem mihi, ajebat, in Chriſtum dicta eſſe confeſſus, eum tamen Deum C præexſtitiſſe dicis, & carnem factum ſecundum voluntatem Dei, ex virgine hominem genitum eſſe) quomodo præexſtitiſſe demonſtrari poteſt, qui per virtutes Spiritus ſancti quas per Eſaiam enumerat Scriptura, completur, perinde ac illis indigeat?

Tum ego: Acutiſſime, inquam, & prudentiſſime interrogaſti: vere enim videtur eſſe ambigendi locus: ſed ut horum quoque rationem perſpicias, audi quæ dicturus ſum. Has Spiritus virtutes quæ ſupra enumeratæ ſunt, non ideo Scriptura in eum delapſas dicit, quod illis indigeret, ſed quod in eo requieturæ eſſent; id eſt, finem in eo habituræ, ita ut nulli deinceps in veſtro genere prophetæ D veteri more exſtarent: quod vobis licet vel ipſis oculis cernere: poſt eum enim nullus apud vos exſtitit Propheta. Atque ut vobis pateat Prophetas, cum unam quiſque aut alteram virtutem a Deo accepiſſent, ea feciſſe & dixiſſe quæ nos quoque ex Scripturis didicimus, his etiam quæ a me dicuntur animum advertite. Sapientiæ enim ſpiritum Salomon habebat, intelligentiæ & conſilii Daniel, fortitudinis & pietatis Moſes, timoris Elias, ſcientiæ Eſaias: atque alii ſimiliter aut ſingulas quiſque virtutes, aut viciſſim cum alia quapiam conjunctas habuere; velut Jeremias & duodecim & David, & ceteri omnino quicumque apud vos exſtiterunt Prophetæ. Requievit igitur, id eſt, de-

a Gen. XVIII. 1. b Pſalm. XXII. 4. c Eſai. XI. 1 — 3.

1. Τῇ Μαμβρῇ.] Codex uterque mſ. habet ad marginem ἐν τῇ Μαμβρῇ. Sic etiam R. Steph. ad calcem.

2. Ἰορδάνην.] Mare rubrum, non Jordanem, ut obſervat Thirlbius.


3. Ξύλον Ἐλισσαῖος.] Similia habes apud Irenæum lib. 4. c. 17. & in Fragmentis pag. 347. Juſtinum etiam imitatur Tertullianus lib. adv. Jud. cap. 13. cum pluribus ligni crucis figuris recenſendis, tum maxime hoc Eliſæi miraculo. Vid. Jul. Firm. de errore profan. relig.

4. Διὰ μέγα μυστήριον.] Thirlbius loco allato ex Iren. lib. 4. cap. 25. ubi hæc de vocatione Gentium & reprobatione Judæorum intelliguntur, addit: *Neſcio an hoc ſit myſterium quod vult noſter; certe non abſimile eſt ejus myſteriis*. Sed tamen non ſoli Juſtinus & Irenæus, ſed multi alii Patres ita cenſuere, ut videre eſt apud Commentatores, quorum doctiſſimi quique ſententiam Patrum ſequuntur.

5. Ὁμολογήσας.] Fruſtra Sylburgius legendum putat ἐπεὶ ὡμολόγησας. Nihil prorſus in hoc loco viderunt, qui Juſtinum, minime vero Tryphonem, hæc pronuntiare arbitrati ſunt.

6. Ἐπ' αὐτοῦ πέρας ποιεῖσθαι.] Juſtinum imitatur Tertullianus l. 5. adv. Marc. c. 8. Quod autem ait lib. de Baptiſmo c. 10. *Ipſum quod cæleſte in Joanne fuerat, ſpiritum prophetiæ, poſt totius Spiritus in Dominum translationem uſque adeo defeciſſe, ut quem prædicaverat, quem advenientem deſignaverat, poſtmodum an ipſe eſſet miſerit ſciſcitatum*; auctorem hujus ſententiæ non videtur habuiſſe Juſtinum, qui hoc tantum dicit ſupra n. 52. Chriſtum Joannis prophetiæ & baptiſmati finem impoſuiſſe.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



μεθ' ὃν τῆς οἰκονομίας ταύτης [1] τοῖς ἐν ἀνθρώποις αὐτοῦ γενομένοις χρόνοις παύσασθαι ἔδει αὐτὰ ἀφ' ὑμῶν, καὶ ἐν τούτῳ ἀνάπαυσιν λαβόντα, πάλιν, ὡς ἐπεπροφήτευτο, γενήσεσθαι δόματα, ἃ ἀπὸ τῆς χάριτος τῆς δυνάμεως τοῦ πνεύματος ἐκείνου τοῖς ἐπ' αὐτὸν πιστεύουσι δίδωσιν, ὡς ἄξιον ἕκαστον ἐπίσταται· [2] ὅτι ἐπεπροφήτευτο τοῦτο μέλλειν γίνεσθαι ὑπ' αὐτοῦ μετὰ τὴς εἰς οὐρανὸν ἀνέλευσιν αὐτοῦ, εἶπον μὲν ἤδη, καὶ πάλιν λέγω. εἶπεν οὖν· ἀνέβη εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρόπων. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρᾳ προφητείᾳ εἴρηται· καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα, ἐκχεῶ τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ ἐπὶ τοὺς δούλους μου, καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου, καὶ προφητεύσουσι.

A fiit spiritus, postquam ille advenit; cujus susceptæ inter homines dispensationis temporibus finem apud vos habere oportebat, & in eo requiescentia, rursus, ut prædictum fuerat, effundi dona illa, quæ ex gratia virtutis Spiritus sui largitur his, qui in ipsum credunt, prout quemque dignum judicat. Quod quidem eum postquam in cælum ascendisset ita facturum, jam dixi prænuntiatum fuisse, iterumque dico. Dictum est igitur: [a] *Ascendit in altum: captivam duxit captivitatem, dedit dona filiis hominum*. Et rursus in alio vaticinio: [b] *Et erit postea; effundam spiritum meum super omnem carnem & super servos meos & super servas meas, & prophetabunt.*

B

[3] Καὶ παρ' ἡμῖν ἐστιν ἰδεῖν καὶ θηλείας καὶ ἄρσενας, χαρίσματα ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ ἔχοντας. ὥστε οὐ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐνδεῆ δυνάμεως ἐπεπροφήτευτο ἐλεύσεσθαι ἐπ' αὐτὸν τὰς δυνάμεις τὰς κατηριθμημένας ὑπὸ Ἡσαΐου, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπέκεινα μὴ μέλλειν ἔσεσθαι. μαρτύριον δὲ καὶ τοῦτο ἔστω ὑμῖν, ὃ ἔφην πρὸς ὑμᾶς γεγονέναι ὑπὸ τῶν Ἀῤῥαβίας μάγων, οἵτινες ἅμα τῷ γεννηθῆναι τὸ παιδίον, ἐλθόντες προσεκύνησαν αὐτῷ. καὶ γὰρ γεννηθεὶς, δύναμιν τὴν αὐτοῦ ἔσχε· καὶ αὐξάνων κατὰ τὸ κοινὸν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων, χρώμενος τοῖς ἁρμόζουσιν, ἑκάστῃ αὐξήσει τὸ οἰκεῖον ἀπένειμε, τρεφόμενος τὰς πάσας τροφὰς, καὶ τριάκοντα ἔτη ἢ πλείονα ἢ καὶ ἐλάσσονα μείνας, μέχρις οὗ προελήλυθεν Ἰωάννης κήρυξ αὐτοῦ τῆς παρουσίας, καὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος ὁδὸν προϊὼν, ὡς καὶ προαπέδειξα. καὶ τότε ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, ἔνθα ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζε, κατελθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸ ὕδωρ, [4] καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· καὶ ἀναδύντος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ὡς περιστερὰν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπιπτῆναι ἐπ' αὐτὸν [5] ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ τούτου τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν. καὶ οὐχ ὡς ἐνδεῆ αὐτὸν τοῦ βαπτισθῆναι, ἢ τοῦ ἐπελθόντος ἐν εἴδει περιστερᾶς πνεύματος, οἴδαμεν αὐτὸν ἐληλυθέναι ἐπὶ τὸν ποταμόν· ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεννηθῆναι αὐτὸν καὶ σταυρωθῆναι, ὡς ἐνδεὴς τούτων, ὑπέμεινεν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ γένους τοῦ τῶν ἀνθρώπων, ὃ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ὑπὸ θάνατον καὶ πλάνην τὴν τοῦ ὄφεως ἐπεπτώκει, [6] παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν ἑκάστου αὐτῶν πονηρευσαμένου. βουλόμενος γὰρ τούτους ἐν ἐλευθέρᾳ προαιρέσει, καὶ αὐτεξουσίους γενομένους, τούς τε ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὁ Θεὸς πράττειν ὅσα ἕκαστον ἐνεδυνάμωσε δύνασθαι ποιεῖν, ἐποίησεν, εἰ μὲν τὰ εὐάρεστα αὐτῷ αἱροῖντο, καὶ ἀφθάρτους, καὶ ἀτιμωρήτους αὐτοὺς τηρῆσαι· ἐὰν δὲ πονηρεύσωνται, ὡς αὐτῷ δοκεῖ ἕκαστον κολάζειν.

LXXXVIII. Atque apud nos videre est & mulieres & viros, qui dona a Spiritu Dei habent. Quare non quod virtutis esset indigus, prædictum est venturas in eum virtutes ab Esaia enumeratas, sed quod ultra futuræ non essent. Atque illud etiam vobis testimonio sit, quod vobis dixi ab Arabiæ Magis factum; qui cum statim ac Puer natus est, venissent, adoraverunt eum. Nam, ut in lucem editus est, suam virtutem habuit; ac crescens communi aliorum omnium hominum more, congruisque rebus utens, suum cuique incremento tribuebat, cibis omnibus ali solitus; sicque annos plus minus trigin- C ta permanens, donec Joannes illius adventus præco prodiret, ac viam baptismo, ut supra demonstravi, præpararet. Cumque tum Jesus ad Jordanem fluvium venisset, ubi Joannes baptizabat; descendente Jesu in aquam, etiam ignis accensus est in Jordane, eique ex aqua prodeunti Spiritum sanctum instar columbæ involasse scripserunt hujus ipsius Christi nostri Apostoli. Nec tamen quod baptismo egeret, aut delabente in columbæ specie Spiritu, idcirco eum ad fluvium venisse novimus; quemadmodum nec nasci nec crucifigi ideo sustinuit, quod his rebus indigeret, sed pro humano genere, quod ab Adamo in mortem & serpentis fraudem inciderat, unoquoque D sua culpa improbe agente. Nam cum vellet Deus angelos & homines libera eligendi potestate præditos ac sui juris, ea agere quæcumque ipsis agendi facultatem dedisset, tales eos fecit; ut si ipsi placentia eligerent, corruptionis & pœnæ expertes servaret; sin autem improbe agerent, suo arbitratu in unumquemque animadverteret.

a Psalm. LXVII. 19. *b* Joel. II. 28. 29.

1. Τοῖς ἐν ἀνθρώποις αὐτοῦ γενομένοις.] Legendum τῆς ἐν ἀνθρώποις αὐτῷ γενομένης.

2. Ὅτι ἐπεπροφήτευτο.] Legendum monet Sylburgius ὅτι δὲ ἐπεπροφήτευτο.

3. Καὶ παρ' ἡμῖν.] Vide supra n. 82. de prophetiæ dono, quem locum Eusebius lib. 4. c. 18. respicere potius videtur, quam eum qui nunc nobis ante oculos est.

4. Καὶ πῦρ ἀνήφθη.] Quod ait S. Martyr ignem exarsisse cum Christus baptizatus est, id eum Dodvvellus ex traditione existimat didicisse. Sed nihil vetat cur idem Justino factum dicamus, quod nonnullis aliis Patribus, qui libris apocryphis interdum uti non dubitant. Porro ignis accensi historia legebatur non solum in Evangelio quo utebantur Ebionitæ, ut discimus ex Epiphanio hæres. Ebion., sed etiam alio in libro, qui inscribebatur *Pauli Prædicatio*, ut testatur auctor libri de Baptismo hæreticorum apud Cyprianum. Hæretici qui hanc Pauli prædicationem finxerant, ignem in Baptismi cærimoniis arte quadam eliciebant, ac baptismum perfectum esse posse negabant, nisi *quam mox in aquam descenderunt, statim super aquam ignis appareat*. Observat Grotius ad Matth. 13. 16. ejusdem ignis mentionem fieri in liturgia Syrorum apud Severum Alex. de Rit. Baptismi. Exstat etiam ejus rei testimonium in lib. 7. Sibyll. v. 81 — 83. ubi hi versus leguntur:


Ὅς σε λόγον γέννησε πατὴρ, πατὴρ ὄρνιν ἀφῆκε,
Ὀξὺν ἀπαγγελτῆρα λόγων λόγον, ὕδασιν ἁγνοῖς,
Ῥαίνων σὸν βάπτισμα δι' οὗ πυρὸς ἐξεφαάνθης.

Legendum videtur ὅς σε λόγον γέννησε πατὴρ πνεῦμα ὄρνιν ἀφῆκε.

5. Ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι.] Hoc loco Justinus, ut observat Grabius Spicileg. tom. 1. p. 39. manifestum discrimen ponit inter ignis & columbæ historiam. Ignem accensum fuisse narrat sine ulla Scripturarum auctoritate: at scripsisse Apostolos declarat Spiritum sanctum sub specie columbæ descendisse.

6. Παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν.] Illud παρὰ non idem valet hoc loco ac *præter*, ut existimarunt Interpretes. Vertit Langus: *Ut interim propriam pro se maligne agentis cujusque culpam taceam*. Longe absurdius Gelenius: *Præter suam culpam utroque parente in peccatum prolapso*. Perionius refert ad Adamum illud πονηρευσαμένου, & sic reddit: *Sed generis hominum causa, quod Adami opera, qui præter privatam ac propriam uniuscujusque eorum culpam deliquerat, in mortem serpentisque fraudem incidisset*. Apol. 2. n. 14. illud παρὰ τὴν ἰδίαν αἰτίαν idem sonat ac *sua propria cujusque culpa*. Manifeste & peccatum hereditate acceptum, & propria cujusque peccata distinguuntur. Omnes a serpente decepti sunt: omnes in mortem & serpentis fraudem inciderunt; sed tamen propria quisque culpa improbe egit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



καὶ γὰρ οὐδὲ τὸ καθεσθέντα αὐτὸν ὄνῳ εἰσελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα, ὡς ἀπεδείξαμεν πεπροφητεῦσθαι, δύναμιν αὐτῷ ἐνεποίει εἰς τὸ Χριστὸν εἶναι, ἀλλὰ τοῖς ἀνθρώποις γνώρισμα ἔφερεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός· ὅνπερ τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰωάννου ἔδει γνώρισμα τοῖς ἀνθρώποις εἶναι, ὅπως ἐπιγνῶσι τίς ἐστιν ὁ Χριστός. Ἰωάννου γὰρ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου, καὶ κηρύσσοντος βάπτισμα μετανοίας, καὶ ζώνην δερματίνην καὶ ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου μόνον φοροῦντος, καὶ μηδὲν ἐσθίοντος πλὴν ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον, οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστόν· πρὸς οὓς καὶ αὐτὸς ἐβόα, οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ φωνὴ βοῶντος. ἥξει γὰρ ὁ ἰσχυρότερός μου· οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι. καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν, καὶ ἀειδοῦς, ὡς αἱ γραφαὶ ἐκήρυσσον, φαινομένου, καὶ [1] τέκτονος νομιζομένου, (ταῦτα γὰρ τὰ [2] τεκτονικὰ ἔργα εἰργάζετο ἐν ἀνθρώποις ὢν, ἄροτρα καὶ ζυγά· διὰ τούτων καὶ τὰ τῆς δικαιοσύνης σύμβολα διδάσκων, [3] καὶ ἀεργῆ βίον) τὸ πνεῦμα οὖν τὸ ἅγιον, καὶ διὰ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς προέφην, ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπέπτη αὐτῷ, καὶ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἅμα ἐληλύθει, ἥτις καὶ διὰ Δαβὶδ λεγομένη, [4] ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ λέγοντος ὅπερ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἔμελλε λέγεσθαι, υἱός μου εἶ σύ· [5] ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· [6] τότε γένεσιν αὐτοῦ λέγων γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἐξότου ἡ γνῶσις αὐτοῦ ἔμελλε γίνεσθαι, υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

Καὶ ὁ Τρύφων, εὖ ἴσθι, ἔφη, ὅτι καὶ πᾶν τὸ γένος ἡμῶν τὸν Χριστὸν ἐκδέχεται, καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ γραφαὶ ἃς ἔφης, εἰς αὐτὸν [7] εἴρηνται, ὁμολογοῦμεν. καὶ ὅτι τὸ Ἰησοῦς ὄνομα δεδυσώπηκέ με, τῷ τοῦ Ναυῆ υἱῷ ἐπικληθὲν, [8] ἐκδότως ἔχειν καὶ πρὸς τοῦτο, καὶ τοῦτό φημι. εἰ δὲ καὶ ἀτίμως οὕτως [9] σταυρωθῆναι τὸν Χριστὸν, ἀποροῦμεν· [10] ἐπικατάρατος γὰρ ὁ σταυρούμενος ἐν τῷ νόμῳ λέγεται εἶναι· ὥστε πρὸς τοῦτο ἀκμὴν δυσπείστως ἔχω. παθητὸν μὲν τὸν Χριστὸν ὅτι αἱ γραφαὶ κηρύσσουσι, φανερόν ἐστιν· εἰ δὲ διὰ τοῦ ἐν τῷ νόμῳ κεκατηραμένου πάθους, βουλό-

A Nam neque quod asino insidens Jerosolymam ingressus est, ut prædictum esse demonstravimus *, id virtutem ei præstabat ut Christus esset, sed hominibus indicium faciebat eum esse Christum: quemadmodum etiam Joanne baptizante indicia hominibus dare oportebat, ut quinam esset Christus, dignoscerent. Nam cum sederet ad Jordanem Joannes & baptisma pœnitentiæ prædicaret, ac tantummodo zonam pelliceam & vestem tantum ex cameli pilis contextam gestaret, nec quidquam præter locustas & mel agreste ederet; suspicabantur homines eum esse Christum. Ad quos ipse clamabat [a]: *Non ego sum Christus, sed vox clamantis. Veniet enim fortior me; cujus non sum* B *dignus ut calceamenta portem*. Et cum venisset Jesus ad Jordanem & Josephi fabri filius crederetur, ac informis, ut prædicabant Scripturæ, videretur, faberque ipse existimaretur; (hæc enim fabrilia opera faciebat, cum inter homines versaretur, aratra & juga, his rebus etiam justitiæ insignia & vitam actuosam docens) Spiritus sanctus propter homines, ut jam dixi, in specie columbæ in eum involavit, ac vox e cælo venit, quæ per Davidem dicta fuerat, tamquam ex Christi persona proferentem, quod ei Pater erat dicturus: [b] *Filius meus es tu; ego hodie genui te*: tum demum eum nasci hominibus & oriri asserens, cum eis innotesceret.

C LXXXIX. Heic Trypho: Probe scias, inquit, & Christum a nostro omni genere exspectari, & Scripturas omnes quas attulisti, nos in illum dictas confiteri. Illud etiam fateor me Jesu nomine, quo filius Navæ cognominatus fuit, commotum fuisse, ut ad manus huic quoque rei dandas inclinarem. Utrum autem inhoneste Christum crucifixum iri prædictum sit, id nobis dubium videtur. Maledictus enim in lege dicitur, [c] qui crucifigitur; quare admodum difficile sit id mihi persuadere. Passurus quidem Christus manifeste in Scripturis prædicatur; u rum autem maledictum illud in lege sup-

* Sup. n. LIII. *a* Joan. I. 20. 23. *b* Psalm. II. 7. *c* Deut. XXI. 23.

1. Τέκτονος νομιζομένου.] In nonnullis codicibus tum editis tum manu exaratis Christus vocatur ὁ τέκτων, pro eo quod habetur in aliis exemplaribus ὁ τοῦ τέκτονος, Marc. 6. 3. Videtur Justinus priorem legendi rationem sequutus esse. Contra, Origenes l. 6. adv. Cels. jocanti Celso in artem Christi fabrilem, respondet Christum in Evangeliis nusquam fabrum appellatum fuisse.

2. Τεκτονικὰ ἔργα.] Duo codices mss. habent ad marginem τεκτονικὰ ὄργανα, & sic R. Steph. ad calcem.

3. Καὶ ἀεργῆ βίον.] Vel legendum ἐνεργῆ βίον, ut habent editiones Græco-Latinæ ex conjectura Sylburgii; vel huic nomini ἀεργῆ non privandi, sed augendi vis tribuenda.

4. Ὡς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ.] David tamquam ex Christi persona protulit, id quod Pater Christo dicturus erat; quia scilicet ipse Christus dicit in psalmo: *Dominus dixit ad me*.

5. Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.] Ita Clemens Alex. Pæd. lib. 1. c. 6. Methodius Conviv. Virg. p. 112. Lactantius IV. 15. Augustinus Enchirid. ad Laurent. c. 49. Vid. eumdem de consensu Evangel. lib. 2. c. 14. Sic etiam cod. ms. Cantabrig. & Evangelium Ebionæorum apud Epiphanium Hæres. 30. n. 13. THIRLBIUS.

6. Τότε γένεσιν αὐτοῦ λέγων.] Illud λέγων refertur ad eum qui dicit ἐγὼ γεγέννηκά σε. Vid. supra n. 40. Huic Justini sententiæ simillimam profert Thirlbius ex Methodii loco modo citato, τὸ δὲ ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, ὅτι προόντα ἤδη πρὸ τῶν αἰώνων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐβουλήθην καὶ τῷ κόσμῳ γεννῆσαι, ὃ δή ἐστι, πρόσθεν ἀγνοούμενον γνωρίσαι. Superfluere videntur eadem Patris verba, quæ mox repetuntur.

7. Εἴρηνται.] R. Steph. εὕρηνται. Manifestus error sublatus in aliis editionibus.

8. Ἐκδότως ἔχειν καὶ πρὸς τοῦτο.] Qui Justinum exagitarunt, quasi hoc loco Tryphonem totius gentis nomine confitentem inducat, Scripturas de quibus hactenus disputatum fuerat, de Christo dictas esse; hi videntur aliud agentes hunc locum legisse. Tria enim in verbis Tryphonis facile est animadvertere: declarat Christum a tota gente exspectari: deinde suo & sociorum præsentium nomine fatetur Scripturas quas Justinus explicuerat, Christo congruere, quamvis Jesum esse hunc Christum nondum assentiatur. Denique suis ipse verbis fatetur se iis quæ de Jesu filio Navæ dicta fuerant, commoveri, ut ad id quoque assentiendum inclinet, nempe Jesu Nazareni figuram fuisse filium Navæ.

9. Σταυρωθῆναι.] Post hoc verbum desiderat Sylburgius ἔδει aut aliquid simile. Sed hæc loquendi ratio notissima Justino. Sic paullo post εἰ δὲ διὰ τοῦ ... πάθους. Et non procul ab his verbis, εἰ δὲ καὶ σταυρωθῆναι.

10. Ἐπικατάρατος γὰρ ὁ σταυρούμενος.] Miror omissum a Tryphone illud ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, *Maledictus a Deo*, quod apud Septuaginta Interpretes & in Hebræo legitur. Solebat enim *a Judæis pro infamia objici, quod Salvator noster & Dominus sub Dei fuerit maledicto*, ut testatur Hieronymus (lib. 2. in epistolam ad Galatas cap. 3.) qui hanc *famosissimam quæstionem* vocat. Infra Justinus, nempe n. 95. ita hunc locum profert: *Maledictus omnis qui pendet in ligno*: in quo quidem Paullum sequitur, qui, ut observat Hieronymus, detraxit illud *a Deo*, quod apud Septuaginta & in Hebræo legitur, & addidit has voces, *omnis* & *in ligno*, quæ in Hebræo desunt & apud Septuaginta reperiuntur. Tertullianus in libro adv. Jud. c. 10. & 3. in Marcion. c. 8. item lib. 5. adversus eumdem c. 3. citat hunc locum ut Apostolus, ac nihil prorsus dicit, ex quo quæstionem de hoc loco Scripturæ inter Judæos & Christianos jam tum enatam fuisse suspicemur. In libro autem adv. Jud. cap. 10. ubi totus Scripturæ locus profertur, non omittitur illud *a Deo*, sed videtur a librariis additum fuisse. S. Hieronymus ibidem plures conjecturas facit, ut Apostoli ab Hebræo discrepantiam explicet.

μεθα μαθεῖν, εἰ ἔχεις καὶ περὶ τούτου ἀποδεῖξαι.

Εἰ μὲν μὴ ἔμελλε πάσχειν ὁ Χριστὸς, φημὶ αὐτῷ ἐγὼ, μηδὲ προεῖπον οἱ προφῆται ὅτι ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ ἀχθήσεται εἰς θάνατον, καὶ ἀτιμωθήσεται, καὶ μαστιχθήσεται, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις λογισθήσεται, καὶ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀχθήσεται, οὗ τὸ γένος ἐξηγήσασθαι ἔχειν οὐδένα φησὶν ὁ προφήτης, καλῶς εἶχε θαυμάζειν. εἰ δὲ τοῦτό ἐστι τὸ χαρακτηρίζον αὐτὸν καὶ πᾶσι μηνῦον, πῶς οὐχὶ καὶ ἡμεῖς θαῤῥοῦντες πεπιστεύκαμεν εἰς αὐτόν; καὶ ὅσοι νενοήκασι τὰ τῶν προφητῶν, [1] τοῦτον φήσουσιν, οὐκ ἄλλον, εἰ μόνον ἀκούσειαν ὅτι οὗτος ἐσταυρωμένος;

A plicii genus passurus, discere volumus, si quid habes ad eam quoque rem demonstrandam.

Si quidem passurus, inquam, Christus non fuisset, nec prophetæ prædixissent fore, ut a peccatis populi ad mortem abduceretur, afficeretur ignominia, flagellis cæderetur, & inter improbos numeraretur, cujus genus a nemine enarrari posse asserit Propheta; haud abs re esset mirari. Sin autem hæc propria eum nota distinguit & omnibus manifestum facit; quomodo non & nos fidenter in eum credidissemus; & quicumque Prophetas intelligunt, hunc esse, non alium, si tantum audiant crucifixum esse, non asserent?

Καὶ ἡμᾶς οὖν, ἔφη, προβίβασον ἐκ τῶν γραφῶν, ἵνα σοὶ πεισθῶμεν καὶ ἡμεῖς. παθεῖν μὲν γὰρ, καὶ ὡς πρόβατον ἀχθήσεσθαι οἴδαμεν· εἰ δὲ καὶ σταυρωθῆναι, καὶ οὕτως αἰσχρῶς καὶ ἀτίμως ἀποθανεῖν διὰ τοῦ κεκατηραμένου ἐν τῷ νόμῳ θανάτου, ἀπόδειξον ἡμῖν. ἡμεῖς γὰρ οὐδ᾽ εἰς ἔννοιαν τούτου ἐλθεῖν δυνάμεθα.

Οἶσθα, ἔφην, ὅτι ὅσα εἶπον καὶ ἐποίησαν οἱ προφῆται, ὡς καὶ [2] ὡμολογήθη ὑμῖν, παραβολαῖς καὶ τύποις [3] ἀπεκάλυψαν, ὡς μὴ ῥᾳδίως τὰ πλεῖστα ὑπὸ πάντων νοηθῆναι, κρύπτοντες τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν, ὡς καὶ πονέσαι τοὺς ζητοῦντας εὑρεῖν καὶ μαθεῖν.

Οἱ δὲ ἔφησαν, καὶ ὡμολογήθη ἡμῖν.

B XC. Nos igitur, inquit, ex Scripturis edoce, ut ipsi quoque tibi assentiamur. Passurum enim & tamquam ovem abductum iri scimus; sed utrum etiam crucifigendus, & tam ignominiose tamque inhoneste mortem in lege maledictam obiturus, fac nobis demonstres. Id enim nos ne cogitare quidem possumus.

Nosti, inquam, Prophetas quæcumque fecerunt aut dixerunt, ea signis & imaginibus, ut inter nos convenit, involvisse, ut non facile pleraque ab omnibus intelligerentur; & veritatem his dictis & factis insitam abscondisse, ut & qui discere studerent, non sine labore id assequerentur.

Illi autem dixerunt: De hoc sane inter nos C convenit.

Ἀκούοις ἂν οὖν, φημὶ, τὸ μετὰ τοῦτο. Μωσῆς γὰρ πρῶτος ἐξέφανεν αὐτοῦ ταύτην τὴν δοκοῦσαν κατάραν, δι᾽ ὧν ἐποίησε σημείων.

Τίνων τούτων, ἔφη, λέγεις;

Ὅτε ὁ λαὸς, φημὶ, ἐπολέμει τῷ Ἀμαλὴκ, καὶ ὁ τοῦ Ναυῆ υἱὸς ὁ ἐπονομασθεὶς τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι τῆς μάχης ἦρχεν, αὐτὸς Μωσῆς ηὔχετο τῷ Θεῷ, τὰς χεῖρας [4] ἑκατέρως ἐκπετάσας· Ὢρ δὲ καὶ Ἀαρὼν ὑπεβάσταζον αὐτὰς πανήμαρ, ἵνα μὴ κοπωθέντος αὐτοῦ χαλασθῶσιν. εἰ γὰρ ἐνεδεδώκει τι τοῦ σχήματος τούτου τοῦ τὸν σταυρὸν μιμουμένου, ὡς γέγραπται ἐν ταῖς Μωσέως γραφαῖς, ὁ λαὸς ἡττᾶτο· εἰ δὲ ἐν τῇ τάξει ἔμενε ταύτῃ, Ἀμαλὴκ ἐνικᾶτο τοσοῦτον· καὶ ἰσχύων, διὰ τοῦ σταυροῦ ἴσχυεν. οὐ γὰρ ὅτι οὕτως ηὔχετο Μωσῆς, διὰ τοῦτο κρείσσων ὁ λαὸς ἐγίνετο, ἀλλ᾽ ὅτι ἐν ἀρχῇ τῆς μάχης τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ ὄντος, αὐτὸς τὸ [5] σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐποίει. τίς γὰρ οὐκ ἐπίσταται ὑμῶν, ὅτι μάλιστα μὲν ἡ μετὰ οἴκτου καὶ δακρύων εὐχὴ μειλίσσεται τὸν Θεὸν, καὶ ἡ ἐν πρηνεῖ κατακλίσει, καὶ ἐν γόνασιν ὀκλάσαντός τινος; τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἐπὶ λίθου καθεζόμενος, οὔτε αὐτὸς ηὔξατο, οὔτε ἄλλος ὕστερον. ἔχει δὲ καὶ ὁ λίθος σύμβολον, ὡς ἀπέδειξα, πρὸς τὸν Χριστόν.

Audi igitur, inquam, quid sequatur. Moses enim apparentem illam crucis detestationem primus signis, quæ ab eo expressa sunt, declaravit.

Quænam ista, inquit ille?

Cum populus, inquam, cum Amalec bellum gereret, ac Navæ filius, qui Jesus cognominatus est, primus esset in acie, Moses ipse Deum orabat, manibus utrimque extensis: Or autem & Aaron eas toto die sustinebant, ne eo lassato demitterentur. Si quid enim de hoc signo crucem imitante remiserat, populus vincebatur, ut in Mosis libris scriptum est [a]: si vero in hoc situ permanebat, tamdiu vincebatur Amalec; & qui viribus præ- D stabat, per crucem præstabat. Neque enim propterea populus vincebat, quod Moses ita precaretur; sed quia cum nomen Jesu esset in prima acie, ipse crucis signum exhibebat. Quis enim vestrum ignorat ea maxime prece Deum placari, quæ cum ejulatu & lacrimis, ac prono corpore aut flexis genibus funditur? Ad hunc autem modum in lapide sedens nec ipse postea, nec alius quisquam oravit. Habet etiam lapis significationem, ut ostendi, Christo convenientem.

Καὶ γὰρ δι᾽ ἄλλου μηνύων τὴν ἰσχὺν τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ ὁ Θεὸς διὰ Μωσέως, εἶπεν ἐν εὐλογίᾳ

XCI. Atque etiam alia Deus ratione per Mosem vim mysterii crucis indicans, dicit in benedictione,

a Exod. XVII. 11.

1. Τοῦτον φήσουσιν, οὐκ ἄλλον.] Hanc ratiocinationem transtulit, ut multas alias, Tertullianus in librum tertium adversus Marcionem. *Sufficit in meum Christum*, inquit cap. 19. *solius mortis prophetia. Ex hoc enim quod non est edita qualitas mortis, potuit & per crucem evenisse, tunc alii deputanda* (forte deputandam) *si in alium fuisset prædicatum*.

2. Ὡμολογήθη ὑμῖν.] Legendum ἡμῖν, ut paullo post in verbis Tryphonis legitur. Illud enim ὡμολογήθη ἡμῖν non idem valet ac confessi sumus. Infra n. 130. τὰ προωμολογημένα ἡμῖν, *ea de quibus inter nos convenit*.

3. Ἀπεκάλυψαν.] Legendum conjicit Thirlbius ἐπεκάλυψαν, cui equidem assentirer, si verbum ἀποκαλύπτω non idem interdum esset ac tego. Mox his verbis, τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν, *insitam illis veritatem*, intelligit, ut patet ex n. 62. & pluribus aliis locis, id quod Prophetis propositum fuit, cum Christum ac novam legem factis & dictis prænuntiarent.

4. Ἑκατέρως.] Sylburgius putat legi posse ἑκατέρας.

5. Σημεῖον τοῦ σταυροῦ.] Eadem legimus in epistola Barnabæ num. 12. Totum hunc locum transtulit Tertullianus in librum adv. Jud. cap. 10. & 3. adv. Marcion. cap. 18. Existimat etiam Gregorius Nazianzenus Carm. 53. Moysem extendisse manus in modum crucis. Sed tamen cum Moyses virgam manibus teneret, Josue cum Amalech pugnante; (dixerat enim: *Cras ego stabo in vertice collis habens virgam Dei in manu mea*) cumque Scriptura, ut observat Origenes homil. 11. in Exod. non dicat Moysem extendisse manus, sed levasse; dubium nonnullis videtur id quod Justinus & alii plures dixere, Moysem expansis manibus figuram crucis expressisse. Julius Firmicus in libro de Errore Profan. Religion. existimat crucem ex virga a Moyse factam fuisse. Ait enim: *Ut Amalech [illegible], extensis manibus Moyses hoc [illegible] est [illegible] [illegible] ex virga.* Et infra [illegible] *virgam Moyses expansis [illegible] extensis.*

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
141.



τὴν εὐλόγει τὸν Ἰωσήφ· ἀπὸ εὐλογίας κυρίου ἡ γῆ αὐτοῦ· ἀπὸ ὡρῶν οὐρανῶν, καὶ δρόσων· καὶ ἀπὸ ἀβύσσου πηγῶν κάτωθεν, [1] καὶ καθαρῶν· γενήματα ἡλίου τροπῶν· καὶ ἀπὸ συνόδων μηνῶν, καὶ ἀπὸ κορυφῆς ὀρέων ἀρχῆς, καὶ ἀπὸ κορυφῆς βουνῶν, [2] καὶ ποταμῶν ἀενάων, καὶ καρπῶν γῆς πληρώσεως· καὶ τὰ δεκτὰ τῷ ὀφθέντι ἐν τῇ βάτῳ, ἔλθοισαν ἐπὶ κεφαλὴν Ἰωσήφ, καὶ ἐπὶ κορυφῆς. δοξασθεὶς ἐν ἀδελφοῖς· [3] πρωτότοκος ταύρου τὸ κάλλος αὐτοῦ· κέρατα μονοκέρωτος τὰ κέρατα αὐτοῦ· ἐν αὐτοῖς ἔθνη κερατιεῖ ἅμα ἕως ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. μονοκέρωτος γὰρ κέρατα οὐδενὸς ἄλλου πράγματος ἢ σχήματος [4] ἔχοι ἄν τις εἰπεῖν καὶ ἀποδεῖξαι, εἰ μὴ τοῦ τύπου ὃς τὸν σταυρὸν δείκνυσιν. ὄρθιον γὰρ τὸ ἓν ἐστι ξύλον, ἀφ' οὗ ἐστι τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ὑπερηρμένον, ὅταν B τὸ ἄλλο ξύλον προσαρμοσθῇ, καὶ ἑκατέρωθεν ὡς κέρατα [5] τῷ ἑνὶ κέρατι παρεζευγμένα τὰ ἄκρα φαίνηται. καὶ τὸ ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον, ὡς κέρας καὶ αὐτὸ ἐξέχον ἐστὶν, ἐφ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι· καὶ βλέπεται ὡς κέρας καὶ αὐτὸ σὺν τοῖς ἄλλοις κέρασι συνεσχηματισμένον καὶ πεπηγμένον. καὶ τὸ, ἐν αὐτοῖς ἔθνη κερατιεῖ ἅμα ἕως ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, δηλωτικόν ἐστι τοῦ νῦν γεγενημένου πράγματος ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. κερατισθέντες γὰρ, τουτέστι κατανυγέντες, οἱ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν διὰ τούτου τοῦ μυστηρίου, εἰς τὴν θεοσέβειαν ἐτράπησαν ἀπὸ τῶν ματαίων εἰδώλων καὶ δαιμόνων. τοῖς δὲ ἀπίστοις τὸ αὐτὸ σχῆμα εἰς κατάλυσιν καὶ καταδίκην δηλοῦται· ὃν τρόπον ἐν τῷ ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθόντι λαῷ C διά τε τοῦ τύπου τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν τοῦ Μωϋσέως, καὶ τῆς τοῦ Ναυῆ υἱοῦ ἐπικλήσεως τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ, ὁ Ἀμαλὴκ μὲν ἡττᾶτο, Ἰσραὴλ δὲ ἐνίκα. καὶ διὰ τοῦ τύπου δὲ καὶ σημείου τοῦ κατὰ τῶν δακόντων [6] τῷ Ἰσραὴλ ὄφεων ἡ ἀνάθεσις φαίνεται γεγενημένη ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πιστευόντων, ὅτι διὰ τοῦ σταυροῦσθαι μέλλοντος θάνατος γενήσεσθαι ἔκτοτε προεκηρύσσετο τῷ ὄφει· σωτηρία δὲ τοῖς καταδακνομένοις ὑπ' αὐτοῦ, καὶ προσφεύγουσι τῷ τὸν ἐσταυρωμένον υἱὸν αὐτοῦ πέμψαντι εἰς τὸν κόσμον· οὐ γὰρ ἐπὶ ὄφιν ἡμᾶς πιστεύειν τὸ προφητικὸν πνεῦμα διὰ Μωσέως ἐδίδασκεν, ὁπότε καὶ [7] καταρᾶσθαι αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δηλοῖ, καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ ἀναιρεθήσεσθαι ὡς πολέμιον διὰ τῆς D μεγάλης μαχαίρας, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, σημαίνει.

A qua Josepho benedicit: [a] *A benedictione Domini terra ejus; ab horis cæli, & rore, & ab abysso fontium deorsum & aquarum purarum: germina solis conversionis: & a coitionibus mensium, & a vertice montium, & a vertice collium, & fluminum perennium, & fructuum terræ plenitudinis: & accepta ei qui visus est in rubo, veniant super caput Joseph & verticem. Gloria evectus inter fratres: primogenitus tauri, pulcritudo ejus; cornua unicornis, cornua ejus: in ipsis gentes ventilabit simul inde usque ab extremo terræ.* Unicornis enim cornua nemo dicere aut demonstrare possit in alia re aut figura inveniri, nisi in ea quæ crucem exhibet. Rectum enim unum lignum est, B a quo summa pars in cornu attollitur, cum adaptatum fuerit aliud lignum, & utrimque extrema, veluti cornua uni adjuncta cornu, apparuerint. Et illud quod in medio figitur, ut ei insideant qui crucifiguntur, ipsum etiam veluti quoddam cornu eminet, & cornu speciem exhibet cum aliis cornibus conformatum & fixum. Illud autem, *his cornibus gentes petet inde usque ab extremo terræ*, id quod hodie in omnibus gentibus factum videmus, demonstrat. Cornu enim petiti, id est, compuncti per hoc mysterium homines ex omnibus gentibus, ab inanibus simulacris & dæmonibus ad Dei cultum conversi sunt. Incredulis autem idem signum in excidium & condemnationem ostendi- C tur: quemadmodum in populo qui ex Ægypto discesserat, per illam manuum Mosis extensarum speciem, & per nomen Jesu filio Navæ impositum, Amalec quidem vincebatur, Israel autem vincebat. Atque illam etiam figuram, illudque signum, quod adversus serpentium morsus Israeli institutum est, ad eorum salutem erectum esse liquet, qui jam tum prænuntiatam fuisse credunt & mortem serpenti per eum qui crucifigendus erat, futuram, & salutem iis qui serpentis morsibus læsi ad eum a quo crucifixus ille Filius in mundum missus est, confugiunt. Neque enim nos in serpentem credere spiritus propheticus per Mosem docebat, quippe cum eum ab initio diris a Deo devotum D esse demonstret [b], & apud Esaiam [c] magno gladio (is autem Christus) tamquam hostem necatum iri significet.

Εἰ οὖν τις μὴ μετὰ μεγάλης χάριτος τῆς παρὰ Θεοῦ λάβοι νοῆσαι τὰ εἰρημένα καὶ γεγενημένα ὑπὸ τῶν προφητῶν, οὐδὲν αὐτὸν ὀνήσει τὸ τὰς ῥήσεις δοκεῖν λέγειν, ἢ τὰ γεγενημένα, εἰ μὴ λόγον ἔχει καὶ περὶ αὐτῶν ἀποδιδόναι. ἀλλὰ μήτι γε καὶ εὐκαταφρόνητα δόξει τοῖς πολλοῖς, ὑπὸ τῶν μὴ νοούντων αὐτὰ λεγό-

XCII. Si quis igitur magnam hanc a Deo gratiam non acceperit, ut Prophetarum dicta & facta intelligat, nihil ei proderit verba & gesta, quorum rationem reddere non possit, eloqui videri. Sed an non etiam contemtu digna videbuntur, si ab his qui non intelligunt proferantur? Nam si quis

a Deuter. XXXIII. 13 — 17. *b* Gen. III. 14. *c* Esai. XXVII. 1.

1. Καὶ καθαρῶν· γενήματα.] Existimat eruditus Londinensis editor legendum esse, ut in Bibliis, καὶ καθ' ὥραν γεννημάτων.

2. Καὶ ποταμῶν ἀενάων.] Illud καὶ ποταμῶν quod neque in textu neque apud Septuaginta occurrit, additum fuisse puto ob sequens adjectivum; quod cum fluminibus conveniat, aliquid deesse persuasit.

3. Πρωτότοκος ταύρου.] Tertullianus, qui incipit ab his verbis, *Tauri decor ejus*, videtur rejicere vocem *primogenitus* ad ea quæ præcedunt; ac forte ita legisse apud Justinum. Quod autem idem Tertullianus mox habet, *Nationes ventilabit pariter usque ad summum terræ*, videtur legisse ἐπ' ἄκρου τῆς γῆς.

4. Ἔχοι ἄν τις.] Sic uterque codex: editi ἔχει ἄν τις.

5. Τῷ ἑνὶ κέρατι.] His verbis loci hujus, quem nonnulli corruptum immerito crediderunt, sensus illustratur. Non enim dicit Justinus unicornis speciem cruci similem esse, neque in unicornis cornu exstantes ramulos, ut opinatus est Sylburgius, animadvertit. Sed cornibus unicornium quæ in Scriptura memorantur, crucem significari contendit, quia crux nihil aliud est, quam unum lignum erectum, sive unum cornu, cui duo extrema, veluti totidem cornua, adduntur: aliud etiam cornu inspicitur in illo ligno, quod in medio crucis fixum est, ut insideant qui crucifiguntur. Hunc locum haud aliter intellexit Tertullianus, qui in libro adv. Jud. & 3. adv. Marc. c. 18. sic loquitur: Tauri decor ejus; cornua unicornis cornua ejus, in eis nationes ventilabit pariter ad summum usque terræ. *Non utique rhinoceros destinabatur unicornis, vel minotaurus bicornis: sed Christus in illo significabatur, taurus ob utramque dispositionem, aliis ferus ut judex, aliis mansuetus ut salvator, cujus cornua essent crucis extima. Nam & in antenna navis, quæ crucis pars est, cornua extremitates vocantur: unicornis autem media stipitis palus.* Unicornis ergo cornua crucem repræsentant, quia media stipitis palus: sive unum illud lignum erectum, est unicornis quædam, cui alia cornua adduntur, dum aliud lignum adaptatur.

6. Τῷ Ἰσραήλ.] Referuntur hæc verba ad sequens participium γεγενημένη; nec necesse est aut ea post ἀνάθεσις rejicere, ut placet Sylburgio, aut legere τὸν Ἰσραήλ.

7. Καταρᾶσθαι.] Rectius κατηρᾶσθαι tempore præterito. SYLBURGIUS.

μενα; εἰ γάρ τις ἐξετάζειν βούλοιτο ὑμᾶς, ὅτι Ἐνὼχ, καὶ Νῶε ἅμα τοῖς τέκνοις, καὶ εἴ τινες ἄλλοι τοιοῦτοι γεγόνασι, μήτε ἐν περιτομῇ γενόμενοι, μήτε σαββατίσαντες, εὐηρέστησαν τῷ Θεῷ, τίς ἡ αἰτία τοῦ [1] δι' ἄλλων προστατῶν καὶ νομοθεσίας μετὰ τοσαύτας γενεὰς ἀξιοῦν τὸν Θεὸν δικαιοῦσθαι μὲν τοὺς ἀπὸ Ἀβραὰμ μέχρι Μωσέως διὰ περιτομῆς, τοὺς δὲ ἀπὸ Μωσέως καὶ διὰ περιτομῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἐντολῶν, τουτέστι σαββάτου, καὶ θυσιῶν, καὶ [2] σποδῶν, καὶ προσφορῶν, εἰ μὴ, ὡς προείρηται ὑπ' ἐμοῦ, ἀποδείξετε, ὅτι διὰ τὸ τὸν Θεὸν, προγνώστην ὄντα, ἐγνωκέναι ἄξιον γενησόμενον τὸν λαὸν ὑμῶν ἐκβληθῆναι ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ μηδένα ἐπιτρέπεσθαι εἰσελθεῖν ἐκεῖ. ([3] οὐδαμόθεν γὰρ ἀλλαχόθεν ἐστὲ γνωριζόμενοι, ὡς προέφην, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς περὶ τὴν σάρκα περιτομῆς. οὐδὲ γὰρ Ἀβραὰμ διὰ τὴν περιτομὴν δίκαιος εἶναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐμαρτυρήθη, ἀλλὰ διὰ τὴν πίστιν. πρὸ τοῦ γὰρ περιτμηθῆναι αὐτὸν, εἴρηται περὶ αὐτοῦ οὕτως, ἐπίστευσε δὲ τῷ Θεῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν πιστεύοντες τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ περιτομὴν ἔχοντες τὴν ὠφελοῦσαν ἡμᾶς τοὺς κεκτημένους, τουτέστι τῆς καρδίας, δίκαιοι καὶ εὐάρεστοι τῷ Θεῷ ἐλπίζομεν φανῆναι· ἐπειδὴ καὶ ἤδη μεμαρτυρήμεθα διὰ τῶν προφητικῶν λόγων ὑπ' αὐτοῦ.) [4] τὸ δὲ σαββατίζειν, καὶ τὰς προσφορὰς φέρειν κελευσθῆναι ὑμᾶς, καὶ τόπον εἰς ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐπικληθῆναι ἀναχέσθαι τὸν κύριον, ἵνα, ὡς εἴρηται, μὴ εἰδωλολατροῦντες καὶ ἀμνημονοῦντες τοῦ Θεοῦ, ἀσεβεῖς καὶ ἄθεοι γένησθε, ὡς ἀεὶ φαίνεσθε γεγενημένοι (καὶ ὅτι διὰ ταῦτα ἐνετέταλτο ὁ Θεὸς τὰς περὶ σαββάτων καὶ προσφορῶν ἐντολὰς, προαποδέδεικταί μοι διὰ τῶν προειρημένων· διὰ δὲ τοὺς σήμερον ἐλθόντας, καὶ τὰ αὐτὰ σχεδὸν πάντα βούλομαι ἀναλαμβάνειν· ἐπεὶ, εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, συκοφαντηθήσεται ὁ Θεὸς, ὡς μήτε πρόγνωσιν ἔχων, μήτε τὰ αὐτὰ δίκαια πάντας διδάσκων καὶ εἰδέναι, καὶ πράττειν· (πολλαὶ γὰρ γενεαὶ ἀνθρώπων πρὸ Μωσέως φαίνονται γεγενημέναι) [5] καὶ οὐκ ἔστι λόγος ὁ λέγων, ὡς οὐκ ἀληθὴς ὁ Θεὸς καὶ δίκαιος, καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κρίσεις, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. ἐπειδὴ δὲ ἀληθὴς ὁ λόγος, καὶ ὁ Θεὸς ὑμᾶς τοιούτους μὴ εἶναι ἀσυνέτους καὶ φιλαύτους ἀεὶ βούλεται, ὅπως σωθῆτε [6] μετὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ εὐαρεστοῦντος τῷ Θεῷ, καὶ μεμαρτυρημένου, ὡς προέφην, διὰ τῶν ἁγίων προφητικῶν λόγων τὴν ἀπόδειξιν ποιήσας.

A quærere ex vobis velit, cur cum Enoch & Noe cum filiis, & si qui alii ejusmodi, sine circumcisione & sabbatis placuerint Deo, per alios duces & legis institutionem tot elapsis ætatibus Deus justificari voluerit; eos quidem qui ab Abrahamo ad Mosem fuerunt, per circumcisionem; eos autem qui post Mosem, tum per circumcisionem, tum per alia præcepta, id est, sabbatum, victimas, cineres & dona: calumniis appetetur Deus, nisi, ut jam dixi, id causæ demonstretis fuisse, quod populum vestrum præscius omnium Deus meriturum cognoverit, ut Jerosolymis pelleretur, nec cuiquam eo ingredi liceret. Nulla enim re alia dignoscimini, ut jam dixi, nisi ista carnis circumcisione. Neque enim B Abrahamum Deus justum per circumcisionem fuisse testatus est, sed per fidem. Ante enim quam circumcisus esset, ita de eo dictum legimus: [a] *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad justitiam*. Et nos igitur qui in præputio carnis nostræ credimus Deo per Christum, ac circumcisionem eam habemus quæ nobis eam adeptis prodest, id est, cordis circumcisionem, futurum speramus ut justi & Deo grati reperiamur; si quidem jam etiam ab eo testimonium per propheticos sermones accepimus. Quod autem sabbata servare & munera offerre jussi estis, quodque locum de suo nomine Dominus vocari passus est, nisi id propterea factum demonstretis, ne, ut diximus, ad simulacrorum C cultum delapsi ac Dei immemores, impii & athei essetis, quales semper vos fuisse patet: (Atque hanc fuisse causam, cur Deus de sabbatis & donis leges sanciret, a me supra demonstratum est; sed propter eos qui hodie venerunt, eadem pæne omnia repetere volo.) Nisi, inquam, ita sit, calumniis appetetur Deus, quasi nec futurorum præscius sit, nec eamdem omnes justitiam noscere & observare docuerit; (multas enim generationes hominum ante Mosem fuisse liquet) nec vera sit Scriptura quæ dicit Deum esse verum & justum, & omnes vias ejus judicia, nec esse iniquitatem in eo. Sed quia vera est Scriptura; etiam Deus tales vos semper esse non vult, insipientes D & vestri amantes, ut cum Christo qui placuit Deo, & ab eo, ut ex sanctorum Prophetarum sermonibus demonstravi, testimonium accepit, salutem assequamini.


Τὰ γὰρ ἀεὶ καὶ δι' ὅλου δίκαια καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην παρέχει ἐν παντὶ γένει ἀνθρώπων· καὶ ἔστι πᾶν γένος γνωρίζον ὅτι μοιχεία κακὸν, καὶ πορνεία, καὶ [7] ἀνδροφονία, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. κἂν πάντες πράττωσιν αὐτὰ, ἀλλ' οὖν γε τοῦ ἐπίστασθαι ἀδικοῦντες ὅταν πράττωσι ταῦτα, οὐκ ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ, πλὴν ὅσοι ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπεφορημένοι, καὶ ἀνατροφῆς καὶ ἐθῶν φαύλων καὶ νόμων πονηρῶν διαφθαρέντες, τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἀπώλεσαν, μᾶλλον δὲ ἔσ-

XCIII. Nam quæ semper & ubique justa sunt, ac totam justitiam in omni hominum genere exhibet: nec ullum est genus quod ignoret adulterium esse malum & fornicationem & homicidium & quæcumque alia similia. Quæ quidem etiamsi omnes faciant, non tamen assequuntur ut, cum ea faciunt, inique a se fieri ignorent, iis exceptis quicumque impuro spiritu pleni, vel prava institutione, & malis moribus ac nefariis legibus cor-

a Gen. xv. 6.

1. Δι' ἄλλων προστατῶν] Nonnullis videtur legi posse προσταγῶν: sed eos refellit sequens vocabulum νομοθεσίας. Liquet Abraham & Mosem aptissime heic designari.
2. Σποδῶν.] Legendum σπονδῶν. THIRLBIUS.
3. Οὐδαμόθεν.] Cum sensus absolutus non sit, Langus ante hæc verba apposuit ad conclusionem superioris periodi, *Quid habebitis quod respondeatis?* Sed lucem huic loco afferre conatus sum ope parenthesis, quam tamen in Latina interpretatione servandam non duxi. Sed ut sensum absolverem, supra inserui hæc verba, *calumniis appetetur Deus*, quæ infra occurrunt.
4. Τὸ δὲ σαββατίζειν .... ἵνα.] Heic etiam aliquid deesse videbitur, nisi hæc verba referantur ad superiora εἰ μὴ ἀποδείξετε ὅτι. Atque inde patet non sine causa longam hanc parenthesim appositam fuisse.
5. Καὶ οὐκ ἔστι λόγος ὁ λέγων.] Corruptissimus locus, cujus tamen non difficilis emendatio. Legendum enim καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθὴς λόγος ὁ λέγων ὡς ἀληθὴς (vel ἀληθινὸς vel εὐθὺς) ὁ κύριος καὶ δίκαιος. Hæc variis ex psalmis desumta sunt. Illud enim, *& omnes viæ ejus judicia* ex psalmo 24. v. 10. Illud *& non est iniquitas in eo*, ex psalmo 91. decerptum. Ita etiam hunc locum CL. Thirlbius emendat.
6. Μετὰ τοῦ Χριστοῦ.] Cum Christo, ut auctore beatitudinis; quo sensu Paullus 1. Thessal. IV. 17. *& sic semper cum Domino erimus*. Sic etiam supra n. 80. ἀφανισθῆναι μετὰ τοῦ Χριστοῦ. Inutilis ergo opera CL. Thirlbii legentis, μετὰ τῶν διὰ τοῦ Χριστοῦ τούτου εὐαρεστούντων τῷ Θεῷ καὶ μεμαρτυρημένων. Christus est de quo Justinus ex tot Prophetarum testimoniis probavit, illum a Deo accepisse testimonium.
7. Ἀνδροφονία.] Uterque cod. mss. ἀνδρομανία ad marginem.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



βεται, ἢ [1] ἐπεχημένας ἔχουσιν. ἰδεῖν γάρ ἐστι καὶ [2] τοὺς τοιούτους μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν βουλομένους, ἅπερ αὐτοὶ τοὺς ἄλλους διατιθέασι, καὶ ἐν συνειδήσεσιν ἐχθραῖς ταῦτα ὀνειδίζοντας ἀλλήλοις ἅπερ ἐργάζονται. ὅθεν μοι δοκεῖ καλῶς εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν δυσὶν ἐντολαῖς πᾶσαν δικαιοσύνην καὶ εὐσέβειαν πληροῦσθαι. εἰσὶ δὲ αὗται· ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· καὶ τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. ὁ γὰρ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, πλήρης θεοσεβοῦς γνώμης ὑπάρχων, οὐδένα ἄλλον τιμήσει Θεόν· καὶ ἄγγελον ἐκεῖνον ἂν τιμήσῃ, Θεοῦ βουλομένου, τὸν ἀγαπώμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ. καὶ ὁ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπῶν, ἅπερ αὑτῷ βούλεται ἀγαθὰ, κἀκείνῳ βουλήσεται· οὐδεὶς δὲ ἑαυτῷ κακὰ βουλήσεται· ταῦτ᾽ οὖν τῷ πλησίον καὶ εὔξαιτ᾽ ἂν, καὶ ἐργάσαιτο γενέσθαι, ἅπερ καὶ ἑαυτῷ ὁ τὸν πλησίον ἀγαπῶν. πλησίον δὲ ἀνθρώπου οὐδέν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὸ ὁμοιοπαθὲς καὶ λογικὸν ζῶον, ὁ ἄνθρωπος. διχῇ οὖν τῆς πάσης δικαιοσύνης τετμημένης, πρός τε Θεὸν, καὶ ἀνθρώπους, ὅστις, φησὶν ὁ λόγος, ἀγαπᾷ κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, δίκαιος ἀληθῶς ἂν εἴη. ὑμεῖς δὲ οὔτε πρὸς Θεὸν, οὔτε πρὸς τοὺς προφήτας, οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν ἢ ἀγάπην ἔχοντες οὐδέποτε ἐδείχθητε, ἀλλ᾽ ὡς δείκνυται, καὶ εἰδωλολάτραι πάντοτε, καὶ φονεῖς τῶν δικαίων εὑρίσκεσθε, ὡς καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν ὑμᾶς, καὶ μέχρι νῦν ἐπιμένειν τῇ κακίᾳ ὑμῶν, καταρωμένους καὶ τῶν τοῦτον τὸν ἐσταυρωμένον ὑφ᾽ ὑμῶν ἀποδεικνύντων εἶναι τὸν Χριστόν. καὶ πρὸς τούτοις, ἐκεῖνον μὲν ὡς ἐχθρὸν Θεοῦ καὶ κατηραμένον ἀξιοῦτε ἀποδεικνύναι ἐσταυρῶσθαι· ὅπερ τῆς ἀλογίστου ὑμῶν γνώμης ἔργον ἐστίν. ἔχοντες γὰρ ἀφορμὰς ἀπὸ τῶν γενομένων [3] σημείων διὰ Μωσέως συνιέναι, ὅτι οὗτός ἐστιν, οὐ βούλεσθε, ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτοις ἡμᾶς ἀλογεῖν δύνασθαι ὑπολαμβάνοντες, συζητεῖτε ὅπερ ὑμῖν συμβαίνει, καὶ ὑμεῖς ἀπορεῖτε λόγων, ὅταν εὐτόνῳ τινὶ Χριστιανῷ συμβάλητε.

Εἴπατε γάρ μοι, οὐχὶ Θεὸς ἦν ὁ ἐντειλάμενος διὰ Μωσέως, μήτε εἰκόνα μήτε ὁμοίωμα, μήτε τῶν ἐν οὐρανῷ ἄνω, μήτε τῶν ἐπὶ γῆς ὅλως ποιῆσαι, καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ τοῦ Μωσέως τὸν χαλκοῦν ὄφιν ἐνήργησε, καὶ [4] ἐπὶ σημεῖον

rupti naturales notiones amiserunt, vel potius extinxerunt, aut inhibitas tenent. Videre enim est etiam ejusmodi homines eadem pati nolle, quæ ipsi aliis faciunt, ac sibi invicem inimica conscientia exprobrare quæ perpetrant. Unde mihi præclare a Domino nostro & Salvatore Jesu Christo dictum videtur, duobus præceptis justitiam omnem & pietatem adimpleri: [a] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum*. Nam qui ex toto corde & ex totis viribus diligit Deum, is cum piæ sententiæ plenus sit, nullum alium Deum colet; sed tamen Angelum etiam illum Deo jubente colet, quem ipse Dominus & Deus diligit. Et qui proximum diligit tamquam seipsum, eadem illi bona, ac ipse sibi optabit. Nemo autem sibi mala evenire vult. Igitur qui proximum diligit, eadem illi ac ipse sibi precabitur ac navabit. Proximus autem hominis non alius est, quam illud similibus perpessionibus obnoxium & ratione præditum animal, homo. Bifariam igitur distributa omni justitia, in Deum & homines; quicumque, ait Scriptura, diligit Dominum Deum ex toto corde & ex totis viribus, & proximum ut seipsum, is vere justus fuerit. Vos autem neque in Deum, neque in Prophetas, neque in vosmetipsos amorem umquam aut caritatem declarastis, sed semper, ut manifestum est, & simulacrorum cultores & justorum interfectores vos præbuistis; ita ut ipsi etiam Christo manus intuleritis, atque hactenus in vestra permaneatis nequitia, diris etiam eos agentes, qui eum quem crucifixistis, Christum esse demonstrant. Ad hæc etiam illum, ut Dei inimicum & maledictum, in crucem actum esse conamini demonstrare; quod sane alieni a ratione animi vestri opus est. Nam cum ex signis a Mose factis intelligendi copiam habeatis eum esse Christum; non modo non vultis, sed etiam in angustias nos conjici posse existimantes, quæstiones ponitis quæcumque in mentem veniunt, nec tamen ipsi habetis quod dicatis, si quem firmiorem Christianum offenderitis.

XCIV. Dicite enim mihi: nonne Deus est, qui per Mosem præcepit, ne qua imago aut simulacrum, sive eorum quæ in cælo sursum, sive eorum quæ in terris sunt deorsum, omnino effingeretur; & tamen ipse in solitudine per Mosem effecit, ut serpens æneus

a Matth. XXII. 35. 37.

1. Ἢ ἐπεχημένας ἔχουσιν.] Naturales notiones in ejusmodi hominibus suspensas magis quam penitus exstinctas putat, quia nulla est naturalis legis ignoratio, quæ non facile Christi gratia superetur. Sed, quod maxime observandum est, hanc ignorationem nequaquam a peccato excusat. Nam 1. multum discriminis ponit inter illam ignorantiam, quæ ex peccato originali, malis institutionibus & legibus venit, & eam, quam auctori naturæ acceptam referebant hæretici illius ætatis: de postremo hoc genere fatetur, nihil laudi aut vitio reliquum loci futurum, Apol. 2. num. 7. At homines qui peccato primi parentis in mortem & fraudem serpentis lapsi sunt, sua quemque culpa peccare declarat supra num. 88. Vid. Apol. 1. num. 61. Qui hac laborant ignoratione, eos miseriores putat iis, in quibus non obliterata legis divinæ cognitio. 2. Id discriminis ponit inter Mosaica præscripta & legem divinam, quod ista certis temporibus & locis adstricta sint; hæc autem omni tempori & loco & hominum generi imposita sit. 3. Cum Rabini veniam darent quatuor aut quinque uxorum ducendarum, ac eos qui ita nubebant, *nihil peccare* contenderent num. 134. & 141. Judæi ab omni prorsus scrupulo in hac Rabinorum auctoritate acquiescebant. Sed eos peccare & debitum Deo obsequium violare contendit Justinus.

2. Τοὺς τοιούτους.] Vocem τοιούτους, quæ deerat in editis, uterque codex ms. suppeditavit. Paullo ante legendum monuit Stephanus ὑπὸ φαύλης ἀνατροφῆς, vel ὑπὸ κακῆς ἀνατροφῆς.

3. Σημείων.] Nempe æneo serpente & manibus ad profligandum Amalec in crucis morem extensis. Miracula a Mose edita Interpretes heic prorsus immerito obtrudunt. Res per se manifesta confirmatur ex his quæ in eamdem sententiam leguntur n. 90.

4. Ἐπὶ σημεῖον ἔστησε.] Vertendum duxi, *signo imposuit*, id est, cruci. Nam signi nomine crucem intelligit Justinus, & serpentem æneum cruci impositum fuisse existimat, ut etiam observavi in not. ad n. 60. Apol. 1. Hoc ipso in loco idem declarat his verbis, *in eum qui per hoc signum*, id est, *per crucem erat passurus*. Eadem habet vetus Barnabæ interpres. Sic enim legimus num. 13. *Ipse Moyses, qui præceperat*, non erit vobis conflatile, neque sculptile; *ipse fecit serpentem æneum, ut figuram Jesu ostenderet: & posuit in cruce*. Legebat ergo ἐπὶ σημείου. At hodie in textu desunt hæc verba, ac tantum legimus, καὶ τίθησιν ἐνδόξως, *& gloriose collocat*. Justini opinionis adscriptorem ac verborum imitatorem habemus Tertullianum, qui in lib. adv. Judæos sic loquitur cap. 11. *Idem rursus Moyses post interdictam omnis rei similitudinem, cur æneum serpentem ligno impositum, pendentis habitu in spectaculum Israeli salutare proposuit, eo tempore quo a serpentibus post idololatriam exterminabantur? Nisi quod hic dominicam crucem intentabat qua serpens diabolus publicabatur, & læso cuique ab ejusmodi colubris, id est, angelis ejus, a delictorum peccantia ad Christi crucis sacramenta intento, salus efficiebatur? Nam qui illam tunc respiciebat, a morsu serpentium liberabatur*. Vix dubium est, quin legendum non sit *serpentem ligno impositum*, sed, ut

ἔστησε, δι' οὗ σημείου ἐσώζοντο οἱ ὀφιόδηκτοι· A καὶ ἀναίτιός ἐστιν ἀδικίας; μυστήριον γὰρ διὰ τούτου, ὡς προέφην, ἐκήρυσσε, δι' οὗ καταλύειν μὲν τὴν δύναμιν τοῦ ὄφεως τοῦ καὶ τὴν παράβασιν ὑπὸ τοῦ Ἀδὰμ γενέσθαι ἐργασαμένου, ἐκήρυσσε· σωτηρίαν δὲ τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τοῦτον τὸν διὰ τοῦ σημείου τούτου, τουτέστι τὸν σταυροῦσθαι μέλλοντα, ἀπὸ τῶν δηγμάτων τοῦ ὄφεως, ἅπερ εἰσὶν αἱ κακαὶ πράξεις, εἰδωλολατρεῖαι, καὶ ἄλλαι ἀδικίαι. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο νοηθήσεται, δότε μοι λόγον ὅτου χάριν τὸν χαλκοῦν ὄφιν Μωσῆς [1] ἐπὶ σημείου ἔστησε, καὶ [2] προσβλέπειν [3] αὐτὸν τοὺς δακνομένους ἐκέλευσε, καὶ ἐθεραπεύοντο οἱ δακνόμενοι. καὶ ταῦτα αὐτὸς κελεύσας, μηδενὸς ὅλως ὁμοίωμα ποιεῖν.

B Καὶ ὁ ἕτερος τῶν τῇ δευτέρᾳ ἀφιγμένων εἶπεν, ἀληθῶς εἶπας· οὐκ ἔχομεν λόγον διδόναι· καὶ γὰρ ἐγὼ περὶ τούτου πολλάκις τοὺς διδασκάλους ἠρώτησα, καὶ οὐδείς μοι λόγον ἀπέδωκεν· ὥστε λέγε σὺ ἃ λέγεις. προσέχομεν γάρ σοι μυστήριον ἀποκαλύπτοντι δι' ὧν καὶ τὰ τῶν προφητῶν διδάγματα συκοφαντητά ἐστι.

Κἀγὼ, ὅνπερ οὖν τρόπον τὸ σημεῖον διὰ τοῦ χαλκοῦ ὄφεως γενέσθαι ὁ Θεὸς ἐκέλευσε, καὶ ἀναίτιός ἐστιν, οὕτω δὴ καὶ ἐν τῷ νόμῳ κατάρα κεῖται κατὰ τῶν σταυρουμένων ἀνθρώπων· οὐκ ἔτι δὲ καὶ μετὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ κατάρα κεῖται, δι' οὗ σώζει πάντας τοὺς κατάρας ἄξια πράξαντας.

C Καὶ γὰρ πᾶν γένος ἀνθρώπων εὑρεθήσεται ὑπὸ κατάραν ὂν κατὰ τὸν νόμον Μωσέως· ἐπικατάρατος γὰρ εἴρηται πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. καὶ οὐδεὶς ἀκριβῶς πάντα ἐποίησεν, οὐδ' ὑμεῖς τολμήσετε ἀντειπεῖν· ἀλλ' εἰσὶν οἳ μᾶλλον καὶ ἧττον ἀλλήλων τὰ ἐντεταλμένα ἐφύλαξαν. εἰ δὲ οἱ ὑπὸ τὸν νόμον τοῦτον ὑπὸ κατάραν φαίνονται εἶναι διὰ τὸ μὴ πάντα φυλάξαι, οὐχὶ πολὺ μᾶλλον πάντα τὰ ἔθνη φανήσονται ὑπὸ κατάραν ὄντα καὶ εἰδωλολατροῦντα, καὶ παιδοφθοροῦντα, καὶ τὰ ἄλλα κακὰ ἐργαζόμενα; εἰ οὖν καὶ τὸν ἑαυτοῦ Χριστὸν ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ὁ πατὴρ τῶν ὅλων τὰς πάντων κατάρας ἀναδέξασθαι ἐβουλήθη, εἰδὼς ὅτι ἀναστήσει D αὐτὸν σταυρωθέντα καὶ ἀποθανόντα, διὰ τί ὡς κεκατηραμένου τοῦ ὑπομείναντος κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν ταῦτα παθεῖν τὸν λόγον ποιεῖτε, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἑαυτοὺς θρηνεῖτε; εἰ γὰρ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς παθεῖν ταῦτα αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἐνήργησεν, ὑμεῖς οὐχ ὡς γνώμῃ Θεοῦ ὑπηρετοῦντες τοῦτο ἐπράξατε· οὐδὲ γὰρ τοὺς προφήτας ἀναιροῦντες, εὐσέβειαν εἰργάσασθε. καὶ μή τις ὑμῶν λεγέτω, εἰ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἠθέλησε ταῦτα παθεῖν, ἵνα τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἴασις γένηται τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ἡμεῖς οὐδὲν ἠδικήσαμεν. εἰ μὲν οὖν μετανοοῦντες ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις, καὶ ἐπιγνόντες τοῦτον εἶναι τὸν Χριστὸν, καὶ φυλάσσοντες αὐτοῦ τὰς

A fieret, eumque signo imposuit, quo signo servabantur, qui a serpentibus morsi fuerant, nec ullam injustitiæ culpam sustinet? Per hanc enim rem mysterium illud prædicabat, quo serpentis quidem illius, cujus opera prævaricatio etiam sub Adamo inducta, potestatem sese dissoluturum prædicabat; credentibus autem in eum, qui per hoc signum, id est, per crucem passurus erat, salutem ex morsibus serpentis, qui nihil aliud sunt quam pravæ actiones, simulacrorum cultus & alia injusta facta, nuntiabat. Nisi enim ita res intelligatur, rationem date cur Moses serpentem æneum signo imposuerit, ac jusserit ut eum intuerentur, qui morsibus petiti fuerant, ex quo etiam illi sanabantur; idque cum ipse sanxisset, B ne ullius omnino rei simulacrum fieret.

Heic alius ex illis qui postridie venerunt, Vera inquit, dixisti: rationem afferre non possumus. Nam & ego sæpe ea de re magistros nostros interrogavi, nec quisquam mihi rationem reddidit. Quapropter perge quod dicere instituisti: tibi enim mysterium recludenti attendimus, qua de causa etiam Prophetarum oracula calumniis pateant.

Tum ego: Quemadmodum Deus signum per serpentem æneum fieri jussit, nec tamen in culpa est; sic in lege maledictio posita est in homines crucifixos, nequaquam autem in Christum Dei, per quem omnes qui res maledictione dignas gesserunt, a Deo salvantur.

C XCV. Nam omne humanum genus maledictioni obnoxium reperietur. Maledictus enim secundum legem Mosis dictus est, quisquis [a] *non permanet in eis, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.* Nemo certe omnia accurate observavit, (neque id vos negare audebitis) sed alii aliis plus aut minus præcepta observaverunt. Quod si eos qui sub hac lege sunt, sub maledictione esse patet, quod non omnia observaverint; an non multo magis patebit gentes omnes quæ simulacra colunt, pueris stupra inferunt, & alia nefarie faciunt, sub maledictione esse? Igitur si pro hominibus ex omni genere suum etiam Christum parens univer- D sorum maledictiones omnium in se suscipere voluit, cum futurum sciret, ut eum crucifixum & mortuum excitaret ad vitam; cur de eo qui secundum Patris voluntatem hæc pati non refugit, quasi is maledictus fuisset, ita loquimini, ac non potius vosmetipsos lugetis? Etsi enim ab ipso etiam illius Patre perfectum est, ut hæc pro humano genere pateretur, nequaquam vos id fecistis, ut Dei consilio inserviretis: neque enim Prophetis occidendis pietatem coluistis. Nec quisquam ex vobis dicat: Si voluit Pater hæc eum pati, ut ejus livore genus humanum sanaretur, nihil nos iniqui fecimus. Quod si hæc ita dicetis, ut vos eorum quæ peccastis pœniteat, hunc Christum esse agnoscatis,

[a] Deut. XXVII. 26.

apud Justinum, *serpentem signo impositum*. 1. Tertullianus Scripturæ verba ἐπὶ σημείου Latine reddit. Cur ergo *ligno impositum* reddidisset potius quam *signo*; cum præsertim signum, ut observavimus ad Apol. 1. sæpe crucem significet? 2. Justinus in eodem loco Apologiæ 1. ipsam crucem æream fuisse indicat. Non erat ergo, cur Tertullianus qui eum imitatur, lignum heic obtruderet.

1. Ἐπὶ σημείου.] Ita duo mss. codices. Editi ἐπὶ σημεῖον.

2. Προσβλέπειν.] R. Steph. & codices mss. προσβλέπων. Sed tamen retinui προσβλέπειν, ut habetur in editionibus Græco-Latinis, atque ut legendum esse quisque perspicit.

3. Αὐτόν.] Duo mss. codices habent αὐτῷ ad marginem. Si hanc scripturam sequamur, ita verti poterit: *Serpentem æneum Moyses signo* (id est cruci) imposuit, ac jussit ut illud respicerent qui morsi fuerant. Ita videtur legisse Tertullianus, ut patet ex his illius verbis modo citatis: *Nam qui illam aspiciebat, a morsu serpentum liberabatur.* Sed tamen nihil mutandum duxi, tum quia Justinus infra num. 112. sanatos dicit eos qui serpentem intuebantur; tum quia res eodem redit, sive ipsa crux in qua victus serpens, sive ipse in cruce triumphatus serpens aspiciatur. Etsi serpentem plerique morientis Christi & sanantis figuram fuisse dixerunt, non defuere, qui eum diaboli triumphati figuram dicerent. Tertullianus, cujus jam verba retulimus, idem docet in libro de Idololatria cap. 5. nempe *effigiem ærei serpentis, suspensi in modum, figuram designasse dominicæ crucis a serpentibus, id est, ab angelis diaboli liberaturæ nos, dum per semetipsam diabolum, id est, serpentem interfectum suspendit.* Hinc serpens non Christi τύπος, sed ἀντίτυπος apud Gregorium Naz. orat. 42. pag. 692. & Stephanum Gobarum, Phot. cod. 232. quæst. 46.

ἐντολάς, [1] ταῦτα φήσετε, ἄφεσις ὑμῖν τῶν ἁμαρτιῶν ὅτι ἔσται, προεῖπον. εἰ δὲ αὐτοῦ τε ἐκείνου, καὶ τῶν εἰς ἐκεῖνον πιστευόντων καταρᾶσθε, καὶ ὁπόταν ἐξουσίαν ἔχητε, ἀναιρεῖτε, πῶς οὐχὶ καὶ τὸ ἐκείνῳ ἐπιβεβληκέναι τὰς χεῖρας ὑμῶν, ὡς παρὰ ἀδίκων καὶ ἁμαρτωλῶν, καὶ μέχρις ὅλου σκληροκαρδίων καὶ ἀσυνέτων, ἐκζητηθήσεται;

Καὶ γὰρ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ νόμῳ, ὅτι ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ καταρωμένου τούτου τοῦ ἐσταυρωμένου, ἡμῶν τονοῖ τὴν ἐλπίδα ἐκκρεμαμένην ἀπὸ τοῦ σταυρωθέντος Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς προειπόντος τοῦ Θεοῦ [2] τὸ ὑφ' ὑμῶν πάντων καὶ τῶν ὁμοίων ὑμῖν [3] μὴ ἐπιστάμενον τοῦτον εἶναι τὸν πρὸ πάντων ὄντα, καὶ αἰώνιον τοῦ Θεοῦ ἱερέα, καὶ βασιλέα, καὶ Χριστὸν, μέλλοντα γίνεσθαι. ὅπερ καὶ ὄψει ἰδεῖν ὑμῖν ἔστι γινόμενον. ὑμεῖς γὰρ ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν καταρᾶσθε πάντων τῶν ἀπ' ἐκείνου [4] γενομένων Χριστιανῶν, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη ἃ καὶ ἐνεργῆ τὴν κατάραν ἐργάζονται, ἀναιροῦντα τοὺς μόνον ὁμολογοῦντας ἑαυτοὺς εἶναι Χριστιανούς· οἷς ἡμεῖς ἅπασι λέγομεν, ὅτι ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐστέ· ἐπίγνωτε μᾶλλον τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ. καὶ μὴ πειθομένων ἡμῖν μήτε ἐκείνων, μήτε ὑμῶν, ἀλλὰ ἀρνεῖσθαι ἡμᾶς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἀγωνιζομένων, θανατοῦσθαι μᾶλλον αἱρούμεθα καὶ ὑπομένομεν, πεπεισμένοι ὅτι πάνθ' ὅσα ὑπέσχηται ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἀγαθὰ, ἀποδώσει ἡμῖν. καὶ πρὸς τούτοις πᾶσιν, εὐχόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν, ἵνα ἐλεηθῆτε ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ. οὗτος γὰρ ἐδίδαξεν ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὔχεσθαι, εἰπὼν, γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. καὶ γὰρ τὸν παντοκράτορα Θεὸν χρηστὸν καὶ οἰκτίρμονα ὁρῶμεν, τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλοντα ἐπὶ ἀχαρίστους καὶ δικαίους, καὶ βρέχοντα ἐπὶ ὁσίους καὶ πονηρούς· οὓς πάντας ὅτι καὶ κρίνειν μέλλει, ἐδίδαξε.

Καὶ γὰρ οὐδὲ τὸ μέχρις ἑσπέρας μεῖναι τὸν προφήτην Μωσῆν, ὅτε τὰς χεῖρας αὐτοῦ ὑπεβάσταζον Ὢρ καὶ Ἀαρὼν, ἐπὶ τοῦ σχήματος τούτου, εἰκῆ γέγονε. καὶ γὰρ ὁ κύριος σχεδὸν μέχρις ἑσπέρας ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔθαψαν αὐτόν· εἶτα ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. τοῦτο διὰ Δαβὶδ οὕτως ἐκπεφώνητο· φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα· ἐξηγέρθην, ὅτι κύριος ἀντελάβετό μου. καὶ διὰ Ἠσαΐου ὁμοίως εἴρητο περὶ τούτου, δι' οὗ τρόπου ἀποθνήσκειν ἔμελλεν, οὕτως· ἐξεπέτασά μου τὰς χεῖρας ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα [5] τοῖς πορευομένοις ἐν ὁδῷ οὐ καλῇ. καὶ ὅτι ἔμελλεν ἀνίστασθαι, αὐτὸς Ἠσαΐας ἔφη· [6] ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου· καὶ δώσω τοὺς πλουσίους ἀντὶ

A ejusque mandata servetis; jam dixi * futuram vobis peccatorum remissionem. Sed si & ipsum illum & eos qui in illum credunt, diris agatis, & cum facultas aderit, occidatis; quomodo non etiam ob illatas ei manus pœnæ a vobis, ut ab injustis & peccatoribus & corde omnino obduratis & insipientibus, repetentur?

XCVI. Nam quod in lege dictum est, [a] *Maledictus omnis qui pendet in ligno*, non quod Deus maledicat huic crucifixo, spem nostram ex hoc Christo crucifixo suspensam confirmat; sed quod prædicat Deus id quod vos omnes, & qui vestri similes sunt, hunc esse qui ante omnia est, & æternus Dei sa- B cerdos & rex & Christus est, ignorantes, facturi eratis. Quod quidem licet vel ipsis oculis factum videatis. Vos enim in Synagogis vestris maledicitis omnibus, qui ab eo facti sunt Christiani: idemque faciunt ceteræ gentes, quæ ipsam maledictionem in rem conferunt, necem inferentes, si quis tantum fateatur se esse Christianum. Quibus omnibus dicimus: [b] *Fratres nostri estis*: quin potius Dei veritatem cognoscite. Cum autem nec vos nec illos flectamus, sed utrique a nobis dimicatione contendatis, ut nomen Christi negemus; mortem potius eligimus & perferimus, minime dubii quin Deus quæcumque bona per Christum promisit, ea nobis præstiturus sit. Ad hæc omnia pro vobis oramus, C ut Christus vestri misereatur. Is enim etiam pro inimicis precari docuit his verbis: [c] *Diligite inimicos vestros: estote benigni & misericordes, sicut & Pater vester cælestis*. Omnipotentem enim Deum videmus benignum esse & misericordem, solem suum super ingratos pariter & justos oriri facientem, ac super sanctos & improbos pluentem; quos omnes judicaturum quoque se esse docuit.

XCVII. Neque etiam illud temere factum est, ut Propheta Moses, sustinentibus ejus manus Or & Aaron, in hoc statu ad vesperam usque permaneret. Nam & Dominus fere usque ad vesperam in ligno mansit, & ad vesperam sepelierunt eum, D deinde resurrexit tertia die. Quod ipsum Davidis voce ita prædicatum fuerat: [d] *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo. Ego dormivi & soporatus sum: exsurrexi, quia Dominus suscepit me*. Ac per Esaiam similiter quo mortis genere obiturus esset, ita prænuntiatum: [e] *Expandi manus meas ad populum incredulum & contradicentem, ambulantem in via non bona*. Eum autem resurrecturum idem Esaias ait: [f] *Sepultura ejus sublata est e medio*: [g] *& dabo divites pro*

* Sup. n. XLVII. *a* Deut. XXI. 23. *b* Esai. LXVI. 5. *c* Matth. V. 44. 45. Luc. VI. 35. 36. *d* Psal. III. 5. 6. *e* Esai. LXV. 2. *f* Esai. LVII. 2. *g* Ibid. LIII. 9.

1. Ταῦτα φήσετε.] Nempe Deum Patrem voluisse Christum hæc pati, ut livore ejus sanaremur. At nequaquam Judæis concedit, ut se occidendo Christo nihil peccasse dicant.

2. Τὸ ὑφ' ὑμῶν &c.] Jam duas explicationes testimonii a Judæis objecti subjecerat, nunc tertiam adjungit. Contendebat primo illud, *Maledictus omnis qui pendet in ligno*, itidem ut Mosaica instituta, ita exponendum esse, ut nequaquam in sola littera hæreamus. 2. Fatetur ad Christum referri posse, quatenus in se suscepit maledictionem, in quam Judæi & gentes inciderant. 3. Nunc iisdem verbis prædictionem eorum quæ Judæi in Christianos commissuri erant, contineri demonstrat.


3. Μὴ ἐπιστάμενον.] Si sequamur vulgatam scripturam, ita reddendum erit: *Sed quod Deus prædixerit id quod a vobis omnibus & ab iis qui vobis similes sunt, ignoratur, hunc scilicet eum esse, qui ante omnia est, & æternus Dei sacerdos & rex & Christus futurus erat: quod quidem vobis etiam oculis cernere licet. Vos enim in Synagogis vestris &c.* Sed cum illud ἐπιστάμενον passive sumi non debeat; cumque præterea prædictio heic memorata nimium generalis foret & a Justini proposito remotior; nullus dubito quin legendum sit τὸ ὑφ' ὑμῶν πάντων καὶ τῶν ὁμοίων ὑμῖν μὴ ἐπισταμένων .... μέλλον γίνεσθαι. Quod quidem quam apte hæreat cum proposito S. Martyris, perspici potest ex Latina interpretatione. Ita etiam emendat CL. Thirlbius.

4. Γενομένων.] Observat Sylburgius legi posse λεγομένων. Sed nihil prorsus mutandum videtur. Sæpe Justinus hac loquendi ratione utitur. Vid. n. 123. & 138.

5. Τοῖς πορευομένοις.] Ita legitur in Bibliis & supra n. 24. & Apol. I. n. 35. & 37. Observat R. Steph. legi in exemplari πονηρευομένοις.

6. Ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται.] Biblia ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἦρται &c. Tertullianus citat hunc locum, ut Justinus, l. 3. cont. Marc. c. 19. *Et mortem autem & sepulturam & resurrectionem Christi mei, una voce Esaiæ volo ostendere, dicens:* Sepultura ejus sublata de medio est. *Nec sepultus enim esset nisi mortuus, nec sepultura ejus sublata de medio nisi per resurrectionem*. THIRLB. Hæc Esaiæ verba leguntur ut in Bibliis supra n. 16. & Apol. I. n. 48.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



τοῦ θανάτου αὐτοῦ. καὶ ἐν ἄλλοις πάλιν λόγοις Δαβὶδ A εἰς τὸ πάθος καὶ τὸν σταυρὸν ἐν παραβολῇ μυστηριώδει οὕτως εἶπεν ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ· ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου· αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με· διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. ὅτι γὰρ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, ἐμπήσσοντες τοὺς ἥλους, τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὤρυξαν· καὶ οἱ σταυρώσαντες αὐτὸν, ἐμέρισαν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἑαυτοῖς, λαχμὸν βάλλοντες ἕκαστος κατὰ τὴν τοῦ κλήρου ἐπιβολὴν, [1] ὃ ἐκλέξασθαι ἐβεβούλητο. [a] [2] καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν ψαλμὸν οὐκ εἰς τὸν Χριστὸν εἰρῆσθαι λέγετε, καὶ πάντα τυφλώττοντες, καὶ μὴ συνιέντες, ὅτι οὐδεὶς ἐν τῷ γένει ὑμῶν λεχθείς ποτε [3] βασιλεὺς Χριστὸς, πόδας καὶ χεῖρας ὠρύγη ζῶν, B καὶ διὰ τούτου τοῦ μυστηρίου ἀποθανὼν, τουτέστι τοῦ σταυρωθῆναι, εἰ μὴ μόνος οὗτος ὁ Ἰησοῦς.

morte ipsius. Rursus alibi David de passione & cruce sic per arcanam similitudinem loquutus est in psalmo vigesimo primo: [a] *Foderunt manus meas & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt & inspexerunt me: diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*. Nam cum eum crucifixerunt, fixis clavis manus ejus & pedes foderunt; & qui eum crucifixerant, diviserunt sibi vestimenta ejus, & alea jacta, quod quisque eligere voluerat, id sorti subjecerunt. Atque hunc ipsum psalmum in Christum negatis esse dictum, in omnibus cæcutientes, nec intelligentes nullum umquam in vestro genere regem aut christum appellatum fuisse, qui pedes & manus vivus persoderetur, & per hoc mysterium moreretur, id est, crucifigeretur, præter hunc solum Jesum.


Καὶ τὸν πάντα δὲ ψαλμὸν εἴποιμι ἂν, ὅπως καὶ τὸ πρὸς τὸν πατέρα εὐσεβὲς αὐτοῦ ἀκούσητε, καὶ ὡς εἰς ἐκεῖνον πάντα ἀναφέρει, ὡς αὐτὸς δι' ἐκείνου καὶ σωθῆναι ἀπὸ τοῦ θανάτου τούτου αἰτῶν, ἅμα τε δηλῶν ἐν τῷ ψαλμῷ ὁποῖοι ἦσαν οἱ ἐπισυνιστάμενοι κατ' αὐτοῦ, καὶ ἀποδεικνύων ὅτι ἀληθῶς γέγονεν ἄνθρωπος [4] ἀντιληπτικῶς παθῶν. ἔστι δὲ οὗτος· ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι· ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου, οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας πρός σε, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. C σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. ἐπί σοι ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν· ἤλπισαν, καὶ [5] ἐρύσω αὐτούς. πρός σε ἐκέκραξαν, καὶ ἐσώθησαν· ἐπί σοι ἤλπισαν, καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. πάντες οἱ θεωροῦντές με, ἐξεμυκτήρισάν με, καὶ ἐλάλησαν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν. ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρὸς, ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου· ἐπί σε ἐπερρίφην ἐκ μήτρας. ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου Θεός μου εἶ σύ. μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι θλίψις ἐγγὺς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι. περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοὶ, ταῦροι πίονες περιέσχον με. ἤνοιξαν D ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. [6] ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος, ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου, καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με· ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοὶ, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με. διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. σὺ δὲ κύριε μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀπ' ἐμοῦ· εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες. ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ E μου. σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον αἰνέσατε αὐτόν· ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ δοξάσατε αὐτόν. φοβηθήτωσαν ἀπ' αὐτοῦ ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ.

XCVIII. Ac totum quidem psalmum proferam, ut & illius in Patrem pietatem audiatis, & quomodo omnia ad eum referat, seque per eum etiam ab hac morte servari petat: simul in psalmo declarans quales essent qui in eum insurrexere, seque vere hominem factum fuisse, perpessiones sentientem, demonstrans. Sic autem se habet psalmus: [b] *Deus, Deus meus respice in me: quare dereliquisti me? Longe a salute mea verba delictorum meorum. Deus meus clamabo ad te per diem, & non exaudies; & nocte, & non ad ignorantiam mihi. Tu autem in sancto habitas, laus Israel. In te speraverunt patres nostri: speraverunt, & liberasti eos. Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: in te speraverunt, & non sunt confusi. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abjectio populi. Omnes qui conspiciebant me, subsannaverunt me, & loquuti sunt labiis, moverunt caput: speravit in Dominum; eruat eum: salvum faciat eum quoniam vult eum. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meæ: in te projectus sum ex utero. De ventre matris meæ, Deus meus es tu. Ne discedas a me: quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui me adjuvet. Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusa sunt, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum, sicut cera liquescens, in medio ventris mei. Exaruit velut testa, virtus mea: & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in pulverem mortis deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes multi: consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt, & inspexerunt me. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum a me: in defensionem meam respice. Erue a framea animam meam: & de manu canis unicam meam. Salvum me fac de ore leonis: & a cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ cantabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob glorificate eum. Timeat eum omne semen Israel.*

[a] Psalm. xxi. 17 — 19. [b] Psalm. xxi. 1. seq.

1. Ὃ ἐκλέξασθαι ἐβεβούλητο.] Legendum ἐφ' ὃ, ut in psalmo ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.
2. Καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν ψαλμόν.] Hæc imitatur Tertullianus 3. adv. Marc. cap. 19. JEBB.
3. Βασιλεὺς Χριστός.] Lege ὁ Χριστὸς vel καὶ Χριστός. THIRLBIUS.
4. Ἀντιληπτικῶς παθῶν.] Melius ἀντιληπτικός. Sed tamen ferri potest vulgata scriptura, ac eodem redit. Minime vero necesse est legere ἀντιληπτικῶς πάθων: ut conjecit R. Steph.
5. Ἐρύσω.] Legendum ἐῤῥύσω, ut infra n. 101. & in Bibliis, observavit Sylburgius.
6. Ἐγενήθη.] Legitur in utroque codice mss. ἐγεννήθη: quod quidem recte emendavit R. Stephanus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπήνεγκα· ὅλον οὖν τὸν ψαλ- A μὸν οὕτως ἀποδείξω ὑμῖν εἰς τὸν Χριστὸν εἰρημένον, πάλιν αὐτὸν δι' ὧν ἐξηγοῦμαι. ὃ οὖν εὐθὺς λέγει, ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχές μοι· ἵνα τί ἐγκατέλιπές με, τοῦτο ἄνωθεν προεῖπεν, ὅπερ ἐπὶ Χριστοῦ ἔμελλε [1] λέγεσθαι. σταυρωθεὶς γὰρ εἶπεν, ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; καὶ τὰ ἑξῆς, μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου· ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας πρός σε, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς [2] ἄνοιαν ἐμοί· ὥσπερ καὶ αὐτὰ ἃ ποιεῖν ἔμελλε, ἐλέλεκτο. τῇ γὰρ ἡμέρᾳ ἧπερ ἔμελλε σταυροῦσθαι, τρεῖς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ παραλαβὼν εἰς τὸ ὄρος τὸ λεγόμενον Ελαιὼν, παρακείμενον εὐθὺς τῷ ναῷ τῷ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ηὔχε- B το λέγων, πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. καὶ μετὰ τοῦτο εὐχόμενος λέγει, μὴ ὡς ἐγὼ βούλομαι, ἀλλ' ὡς σὺ θέλεις· δηλῶν διὰ τούτων ὅτι ἀληθῶς παθητὸς ἄνθρωπος γεγένηται. ἀλλ' ἵνα μή τις λέγῃ, ἠγνόει οὖν ὅτι μέλλει πάσχειν, ἐπάγει ἐν τῷ ψαλμῷ εὐθὺς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. ὃνπερ τρόπον οὐδὲ τῷ Θεῷ εἰς ἄνοιαν ἦν τὸ ἐρωτᾶν τὸν Αδὰμ, ποῦ ἐστιν, οὐδὲ τὸν Κάϊν, ποῦ Αβελ, ἀλλ' εἰς τὸ ἕκαστον ἐλέγξαι ὁποῖός ἐστι, καὶ εἰς ἡμᾶς τὴν γνῶσιν πάντων διὰ τοῦ ἀναγραφῆναι ἐλθεῖν· [3] καὶ οὕτως ἐσήμαινεν οὐκ εἰς ἄνοιαν τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῶν νομιζόντων μὴ εἶναι αὐτὸν Χριστὸν, ἀλλ' ἡγουμένων θανατώσειν αὐτὸν, καὶ ὡς κοινὸν ἄνθρωπον C ἐν ᾅδου [4] μένειν.

XCIX. His recitatis intuli: totum ergo psalmum A in Christum ita esse dictum, ex iis vobis demonstrabo, quæ rursus illum enarrans edisseram. Quod igitur statim dicit: *Deus, Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?* his verbis antiquitus prædicabatur id quod Christi tempore dicendum erat. Cruci enim affixus dicebat: *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Et quæ sequuntur: *Longe a salute mea verba delictorum meorum: Deus meus clamabo per diem, & non exaudies; & nocte, & non ad ignorantiam mihi*; hæc quemadmodum & ea quæ Christus erat facturus, ita dicta sunt. Quo enim die crucifigendus erat, cum tres ex discipulis in montem qui dicitur Olivarum, quique templo Jerosolymitano B ex adverso situs est, secum perduxisset, ita precabatur: *Pater si fieri potest, transeat a me calix iste.* Deinde hanc precem addidit: *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Quibus verbis declarat se vere perpessioni obnoxium hominem factum esse. Sed ne quis dicat: Ignorabat igitur se esse passurum; statim addit in psalmo: *Et non ad ignorantiam mihi.* Quemadmodum enim Deo ad ignorantiam non fuit, quod Adamum interrogavit ubinam esset, & Cainum ubinam Abel; sed ut unumquemque argueret qualis esset, & omnium cognitio ad nos scripto consignata perveniret: ita & Christus declarat non ad suam esse, sed ad eorum ignorantiam, qui eum Christum non esse, sed se necem ei illaturos, eum- C que, ut communem hominem, in inferis mansurum existimabant.

Τὸ δὲ ἀκόλουθον, σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραὴλ, ἐσήμαινεν ὅτι ἐπαίνου ἄξιον καὶ θαυμασμοῦ μέλλει ποιεῖν, μετὰ τὸ σταυρωθῆναι ἀνίστασθαι μέλλων τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν· ὃ ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ λαβὼν ἔχει. ὅτι γὰρ καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ καλεῖται ὁ Χριστὸς, ἀπέδειξα. καὶ οὐ μόνον ἐν τῇ εὐλογίᾳ καὶ Ἰωσὴφ καὶ Ἰούδα τὰ περὶ αὐτοῦ κεκηρύχθαι ἐν μυστηρίῳ ἀπέδειξα· καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δὲ γέγραπται εἰπὼν, πάντα μοι παραδέδοται ὑπὸ τοῦ πατρός· καὶ οὐδεὶς γινώσκει τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδὲ τὸν υἱὸν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ καὶ οἷς ἂν ὁ υἱὸς ἀποκαλύψῃ. ἀπεκαλύψεν οὖν ἡμῖν πάντα ὅσα καὶ ἀπὸ τῶν γραφῶν D διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ νενοήκαμεν, γνόντες αὐτὸν πρωτότοκον μὲν τοῦ Θεοῦ, καὶ πρὸ πάντων τῶν κτισμάτων, καὶ τῶν πατριαρχῶν υἱὸν, ἐπειδὴ διὰ τῆς ἀπὸ γένους αὐτῶν παρθένου σαρκοποιηθεὶς, καὶ ἄνθρωπος ἀειδὴς, ἄτιμος καὶ παθητὸς ὑπέμεινε γενέσθαι. ὅθεν καὶ ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ ἔφη, ὅτε περὶ τοῦ πάσχειν αὐτὸν μέλλειν διελέγετο, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ὑπὸ τῶν Φαρισαίων καὶ γραμματέων, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. υἱὸν οὖν ἀνθρώπου ἑαυτὸν ἔλεγεν, ἤτοι ἀπὸ τῆς γεννήσεως τῆς διὰ παρθένου, ἥτις ἦν (ὡς ἔφην) ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Αβραὰμ γένους· ἢ διὰ τὸ εἶναι [5] αὐτὸν τὸν Αβραὰμ πατέρα καὶ τούτων τῶν κατηριθμημένων, ἐξ ὧν κατάγει ἡ Μαρία τὸ γένος. καὶ γὰρ πατέρας τῶν

C. Quod autem sequitur: *Tu autem in sancto habitas, laus Israel*: declarabat eum rem laude dignam & admiratione facturum, ut qui tertio die post crucis supplicium resurrecturus esset ex mortuis; id quod a Patre suo acceptum habet. Jacob enim & Israel probavi Christum vocari: ejusque res non in sola Josephi & Judæ benedictione arcane prædicatas esse demonstravi, sed etiam in Evangelio dixisse scribitur: [a] *Omnia mihi tradita sunt a Patre: Et nemo novit Patrem nisi Filius; neque Filium nisi Pater, & cui Filius revelaverit.* No- D bis igitur revelavit omnia quæcumque etiam ex Scripturis per ejus gratiam intelleximus, eum agnoscentes primogenitum Dei esse, & ante res omnes creatas, & Patriarcharum filium; ut qui ex virgine ab eis orta caro factus, informis homo & inglorius & perpessionibus obnoxius fieri voluerit. Hinc in sermonibus suis dicebat, cum de futura sua passione dissereret: [b] *Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari a Pharisæis & Scribis, & crucifigi, & tertia die resurgere.* Filium igitur hominis seipsum dicebat, vel quia natus erat ex virgine, quæ, ut jam dixi, ex Davidis & Jacobi & Isaaci & Abrahami genere orta erat; vel quia ipsius pater exstitit Abraham & eorum quos recensui, ex quibus genus ducit Maria. Nam qui feminas genuere, eos libero-

a Matth. XI. 27. *b* Marc. VIII. 31.

1. Λέγεσθαι.] Frustra Sylburgius obtrudit γενέσθαι. Mox enim aget Justinus de iis quæ Christus facturus erat; nunc de iis quæ dicturus. Neque etiam legendum, ut idem se ab Arcerio monitum fuisse dicit, ὑπὸ Χριστοῦ ἔμελλε λέγεσθαι. Illud enim ἐπὶ Χριστοῦ tempus designat & opponitur præcedenti voci ἄνωθεν, quæ idem valet ac olim & antiquitus. Vide infra n. III. 115. & 119.

2. Ἄνοιαν.] Sylburgius legit ἄγνοιαν. Sed ipsa vox ἄνοια idem interdum valet ac ἄγνοια. Athenagoras Legat. n. 9. ait Imperatores, quos alloquitur, οὐκ ἀνοήτους, non ignaros esse scriptorum Mosis. Theodoretus, quem manifestum est legisse ἄνοιαν, ignorationis suspicionem pariter a Christo removet. Sic enim loquitur: τοῦτο γὰρ παρεδήλου, τὸ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. νενόηκα γὰρ ὡς οὐ μάτην ἀνεβάλου τὴν τῆς αἰτήσεως δόσιν, ἀλλὰ μέγα τι καὶ σωτήριον ἐκ τοῦ πάθους οἰκονομῶν. Statuit ergo Theodoretus, itidem ut Justinus, his verbis οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοὶ, significari Christum probe intellexisse, quid sibi eventurum esset. Mox scribendum esse Ἐλαιῶν, ut infra, CL. Thirlbius admonuit.

3. Καὶ οὕτως.] Cum illud καὶ idem valeat hoc loco ac *ita*, legendum videtur καὶ οὗτος.

4. Μένειν.] Rectius μενεῖν. THIRLB.

5. Αὐτὸν τὸν Αβραὰμ πατέρα.] Nulla prorsus erit sententia nisi legamus αὐτοῦ. Sed ut illustretur totus contextus, necesse est cum Thirlbio legere αὐτοῦ τὸν Αδὰμ πατέρα, *vel quia ipsius pater exstitit Adam.*

γεννωμένων ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν τέκνων, τὰς τῶν θηλειῶν γεννήτορας ἐπιςάμεθα. καὶ γὰρ υἱὸν Θεοῦ Χριςὸν κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀποκάλυψιν ἐπιγνόντα αὐτὸν ἕνα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Σίμωνα πρότερον καλούμενον, ἐπωνόμασε Πέτρον. καὶ υἱὸν Θεοῦ γεγραμμένον αὐτὸν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποςόλων αὐτοῦ ἔχοντες, καὶ υἱὸν αὐτὸν λέγοντες, νενοήκαμεν, καὶ πρὸ πάντων ποιημάτων, ἀπὸ τοῦ πατρὸς δυνάμει αὐτοῦ καὶ βουλῇ προελθόντα (ὃς καὶ σοφία, [1] καὶ ἡμέρα, καὶ ἀνατολὴ, καὶ μάχαιρα, καὶ λίθος, καὶ ῥάβδος, καὶ Ιακὼβ, καὶ Ισραὴλ, κατ᾽ ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον ἐν τοῖς τῶν προφητῶν λόγοις προσηγόρευται) καὶ διὰ τῆς παρθένου [2] ἄνθρωπος γεγονέναι, ἵνα καὶ δι᾽ ἧς ὁδοῦ ἡ ἀπὸ τοῦ ὄφεως παρακοὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, καὶ διὰ ταύτης τῆς ὁδοῦ καὶ κατάλυσιν λάβῃ. [3] παρθένος γὰρ οὖσα Εὔα καὶ ἄφθορος, τὸν λόγον τὸν ἀπὸ τοῦ ὄφεως συλλαβοῦσα, παρακοὴν καὶ θάνατον ἔτεκε· πίςιν δὲ καὶ χαρὰν λαβοῦσα Μαρία ἡ παρθένος, εὐαγγελιζομένου αὐτῇ Γαβριὴλ ἀγγέλου, ὅτι πνεῦμα κυρίου ἐπ᾽ αὐτὴν ἐπελεύσεται, καὶ δύναμις ὑψίςου ἐπισκιάσει αὐτήν· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐξ αὐτῆς ἅγιόν, ἐςιν υἱὸς Θεοῦ, ἀπεκρίνατο· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. καὶ διὰ ταύτης γεγέννηται οὗτος, περὶ οὗ τὰς τοσαύτας γραφὰς ἀπεδείξαμεν εἰρῆσθαι, δι᾽ οὗ ὁ Θεὸς τόν τε ὄφιν, καὶ τοὺς ὁμοιωθέντας ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους καταλύει· ἀπαλλαγὴν δὲ τοῦ θανάτου τοῖς μεταγινώσκουσιν ἀπὸ τῶν φαύλων, καὶ πιςεύουσιν εἰς αὐτὸν, ἐργάζεται.

A rum, quos filiæ suscipiunt, patres esse scimus. Nam & unum ex discipulis suis, qui eum revelante ipsius Patre Filium Dei Christum esse agnoverat, Petrum appellavit cum prius Simon vocaretur. Et cum eum Filium Dei esse in commentariis Apostolorum scriptum legamus, & Filium dicimus illum & esse intelligimus, ac ante omnes res creatas ex Patre, ipsius virtute & voluntate, prodiisse (qui quidem & Sapientia & Dies & Oriens & Gladius & Lapis & Virga & Jacob & Israel alio atque alio modo in Prophetarum libris appellatus est) & ex virgine hominem esse factum, ut qua via initium orta a serpente inobedientia accepit, eadem & dissolutionem B acciperet. Eva enim cum virgo esset & incorrupta, sermone serpentis concepto, inobedientiam & mortem peperit. Maria autem virgo, cum fidem & gaudium percepisset, nuntianti angelo Gabrieli lætum nuncium, nempe Spiritum Domini in eam superventurum & virtutem Altissimi ei obumbraturam, ideoque id quod nascetur ex ea sanctum, esse Filium Dei, respondit: [a] *Fiat mihi secundum verbum tuum*. Ex hac ille genitus est, de quo tot Scripturas dictas esse demonstravimus, per quem Deus serpentem, eique assimilatos angelos & homines profligat: eos autem qui prave C factorum pœnitentiam agunt & in eum credunt, a morte liberat.

Τὰ δὲ ἀκόλουθα τοῦ ψαλμοῦ ταῦτα ἐν οἷς λέγει· ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν· ἤλπισαν, καὶ ἐρρύσω αὐτούς· [4] πρός σε ἐκέκραξαν, καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουδένωμα λαοῦ, δηλωτικά ἐςι τοῦ καὶ πατέρας αὐτὸν ὁμολογεῖν τοὺς ἐλπίσαντας ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ σωθέντας ὑπ᾽ αὐτοῦ, οἵ τινες καὶ πατέρες ἦσαν τῆς παρθένου, δι᾽ ἧς ἐγεννήθη ἄνθρωπος γενόμενος· καὶ αὐτὸς σωθήσεσθαι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ μηνύων, ἀλλ᾽ οὐ τῇ αὐτοῦ βουλῇ ἢ ἰσχύϊ πράττειν τι καυχώμενος. καὶ γὰρ ἐπὶ γῆς [5] τὸ αὐτὸ ἔπραξε· λέγοντος αὐτῷ τινος, διδάσκαλε ἀγαθὲ, ἀπεκρίνατο, τί με λέγεις ἀγαθόν; εἷς ἐστιν ἀγαθὸς, ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. τὸ δὲ εἰπεῖν, ἐγώ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ, ἅπερ φαίνεται δὲ ὄντα, [6] καὶ γινόμενα αὐτῷ προέλεγεν. ὄνειδος μὲν γὰρ ἡμῖν τοῖς εἰς αὐτὸν πιςεύουσιν ἀνθρώποις, πανταχοῦ ἐστιν· ἐξουθένημα δὲ τοῦ λαοῦ, ὅτι ὑπὸ τοῦ λαοῦ ὑμῶν ἐξουθενωθεὶς καὶ ἀτιμωθεὶς, ταῦτα ἔπαθεν ἅπερ διεθήκατε αὐτόν. καὶ τὰ ἀκόλουθα, πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με, καὶ ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· ἤλπισεν ἐπὶ κύριον· ῥυσάσθω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν· τὰ αὐτὰ ὁμοίως ἐγγίνεσθαι αὐτῷ προείπεν. οἱ γὰρ θεωροῦντες αὐτὸν ἐςαυρωμένον, καὶ κεφαλὰς ἕκαςος ἐκίνουν, καὶ τὰ χείλη διέςρεφον, καὶ τοῖς μυξωτῆρσιν [7] ἐν ἀλλήλοις διερινοῦντες ἔλεγον εἰρωνευόμενοι ταῦτα, ἃ καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ γέγραπται·

CI. Quæ autem in psalmo sequuntur. [b] *In te speraverunt patres nostri, speraverunt & liberasti eos: ad te clamaverunt & non sunt confusi. Ego autem sum vermis & non homo: Opprobrium hominum & abjectio populi*: ea declarant patres ab illo agnosci eos, qui speraverunt in Deum, & ab eo salvi facti sunt, qui quidem & patres erant virginis illius, ex qua genitus est homo factus: simulque ipse demonstrat sese ab eodem Deo servatum iri, nec se voluntate sua aut viribus quidquam facere gloriatur. Nam & idem in terris fa- D ciebat: & cum ei quidam diceret, [c] *Magister bone*, respondit: *Quid me appellas bonum? Unus bonus est Pater meus qui in cælis est*. His autem verbis: *Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis*, ea prædicebantur quæ & adesse & evenire illi manifestum est. Nobis enim, hominibus in eum credentibus, opprobrium ubique est: *Abjectio enim populi*, quia a populo vestro contemtus & ignominia affectus, ea passus est quæ in eum consuluistis. Et quæ sequuntur: *Omnes videntes me, subsannaverunt me; & loquuti sunt labiis, & moverunt caput: Speravit in Domino: eripiat eum, quoniam vult eum*; pariter prædicebant, eadem hæc illi eventura. E Nam qui eum crucifixum videbant, capita quisque movebant, & labia distorquebant, ac naribus inter se certantes, ea per jocum dicebant quæ in commentariis Apostolorum scripta sunt: [d] *Fi-*

[a] Luc. I. 38. [b] Psalm. XXI. 5 — 7. [c] Matth. XIX. 16. 17. [d] Matth. XXVII. 39 — 43. Luc. XXIII. 35.

1. Καὶ ἡμέρα.] Ceteras appellationes quibus ex locis deducat Justinus non difficile est animadvertere. Quo autem in Scripturæ loco Christum appellari Diem existimaverit, non ita facile est pronuntiare. Sed tamen videtur in animo habuisse illud psalm. CXVII. 24. *Hæc est dies quam fecit Dominus*. Heic enim Christum diem appellari docet Clemens Alexandrinus Strom. 6. p. 686.

2. Ἄνθρωπος γεγονέναι.] Recte admonuit Grabius ad Iren. p. 429. legendum esse ἄνθρωπον γεγονέναι. Quod quidem ex apposita parenthesi longe commodius esse patet, quam cum Sylburgio legere γέγονε, aut subaudire προείρηται, ὑπέμεινεν, vel simile quid.

3. Παρθένος γὰρ οὖσα.] Occurrit eadem comparatio apud Irenæum lib. 3. cap. 22. Tertullianum de carne Christi cap. 17. Julium Firmic. de errore profan. relig. Cyrillum Catech. 2. Epiphan. hæres. 78. n. 18.

4. Πρός σε ἐκέκραξαν.] Heic nonnulla omissa esse a librariis observat Thirlbius.

5. Τὸ αὐτὸ ἔπραξε.] Post has voces editio Paris. anni 1636. habet καὶ quæ conjunctio minime necessaria est, ac præterea deest in 2. mss. & apud Rob. Steph. Legit Thirlbius λέγοντος γὰρ, quod non magis necessarium.

6. Καὶ γινόμενα.] Frustra heic γενόμενα obtrudit Sylburgius, cum manifeste Justinus loquatur de iis, quæ tunc Christianis eveniebant.

7. Ἐν ἀλλήλοις διερινοῦντες.] Forte legendum ἀλλήλοις. Magis placet Sylburgio διαῤῥινοῦντες, cujus verbi idem videtur esse sensus ac illius apud Tatianum n. 22. ῥινοῦσι τὰ αἰσχρά.

υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ἔλεγε· καταβὰς περιπατείτω· σωσάτω αὐτὸν ὁ Θεός.

Καὶ τὰ ἑξῆς, ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου· ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας. ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου Θεός μου εἶ σύ· [1] ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι. περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί· ταῦροι πίονες περιέσχόν με· ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου· καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου· τῶν γεγενημένων τὴν προαγγελίαν ἐποιεῖτο. τὸ γάρ, ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου. ἅμα γὰρ τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν ἐν Βηθλεέμ, ὡς προέφην, παρὰ τῶν ἀπὸ Ἀρραβίας μάγων μαθὼν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰ κατ' αὐτόν, ἐπεβούλευσεν ἀνελεῖν αὐτόν· καὶ κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ κέλευσιν Ἰωσὴφ λαβὼν αὐτὸν ἅμα τῇ Μαρίᾳ, ἀπῆλθεν εἰς Αἴγυπτον. μετὰ γὰρ τὸ κηρύξαι αὐτὸν τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον ἀνδρωθέντα ὁ πατήρ, θανατωθήσεσθαι αὐτὸν ἐκεκρίκει ὃν ἐγεγεννήκει. ἐὰν δέ τις ἡμῖν λέγῃ, μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς μᾶλλον τὸν Ἡρώδην ἀποκτεῖναι; προλαβὼν λέγω, μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ὁ Θεὸς τὴν ἀρχὴν καὶ τὸν ὄφιν ἐξᾶραι τοῦ μὴ εἶναι, καὶ μὴ εἰπεῖν, ὅτι, καὶ ἔχθραν θήσω ἀναμέσον αὐτοῦ, καὶ τῆς γυναικός, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῆς; μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο εὐθὺς πλῆθος ἀνθρώπων ποιῆσαι; ἀλλ' ὡς ἐγίνωσκε καλὸν εἶναι γενέσθαι, ἐποίησεν αὐτεξουσίους πρὸς δικαιοπραξίαν καὶ ἀγγέλους, καὶ ἀνθρώπους· καὶ χρόνους ὥριστε μέχρις οὗ ἐγίνωσκε καλὸν εἶναι τὸ αὐτεξούσιον ἔχειν αὐτούς· καὶ ὅτι καλὸν εἶναι ὁμοίως ἐγνώριζε, καὶ καθολικὰς καὶ μερικὰς κρίσεις ἐποίει, πεφυλαγμένου μέν τοι τοῦ αὐτεξουσίου. ὅθεν φησὶν ὁ λόγος καὶ ἐν τῇ ἐπὶ τοῦ πύργου καταβολῇ καὶ τῇ τῶν γλωσσῶν πολυφθογγίᾳ καὶ ἐξαλλοιώσει, ταῦτα· καὶ εἶπε κύριος, ἰδοὺ γένος ἓν καὶ χεῖλος ἓν πάντων· καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι· καὶ νῦν οὐκ ἐκλείψει ἐξ αὐτῶν πάντα ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιεῖν. καὶ τό, τε, ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου, ὁμοίως τῶν ὑπ' αὐτοῦ μελλόντων γίνεσθαι κατὰ τὸ τοῦ πατρὸς θέλημα, προαγγελία ἦν. ἡ γὰρ τοῦ ἰσχυροῦ αὐτοῦ λόγου δύναμις, δι' ἧς ἀεὶ ἤλεγχε τοὺς συζητοῦντας αὐτῷ Φαρισαίους καὶ γραμματεῖς, καὶ ἁπλῶς τοὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν διδασκάλους, ἐποχὴν ἔσχε δίκην πολυύδρου καὶ ἰσχυρᾶς πηγῆς, ἧς τὸ ὕδωρ ἀπεστράφη, [2] σιγήσαντος αὐτοῦ, καὶ μηκέτι ἐπὶ Πιλάτου ἀποκρίνασθαι μηδὲν μηδενὶ βουλομένου, ὡς ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ δεδήλωται· ὅπως καὶ τὸ διὰ Ἠσαΐου εἰρημένον καρπὸν ἐνεργῆ ἔχῃ, ὅπου εἴρηται· κύριος δίδωσί μοι γλῶσσαν τοῦ γνῶναι ἡνίκα με δεῖ εἰπεῖν λόγον. τὸ δὲ καὶ εἰπεῖν αὐτόν, Θεός μου εἶ σύ, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, διδάσκοντος ἅμα ὅτι ἐπὶ Θεὸν τὸν πάντα ποιήσαντα ἐλπίζειν δεῖ πάντας, καὶ παρ' ἐκείνου μόνου σωτηρίαν καὶ βοήθειαν ζητεῖν· ἀλλὰ μὴ ὡς τοὺς λοιποὺς τῶν ἀνθρώπων, διὰ γένος, ἢ πλοῦτον, ἢ ἰσχύν, ἢ σοφίαν νομίζειν δύνασθαι σώζεσθαι. ὁποῖον καὶ ὑμεῖς ἀεὶ ἐπράξατε, ποτὲ μὲν μοσχοποιήσαντες, ἀεὶ δὲ ἀχάριστοι, καὶ φονεῖς τῶν δικαίων, καὶ τετυφωμένοι διὰ τὸ γένος φαινόμενοι. εἰ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ φαίνεται [3] διὰ τὸ εἶναι υἱός, μήτε κατὰ τὸ εἶναι ἰσχυρός, μήτε διὰ τὸ

A *lium Dei seipsum dixit : descendat & ambulet : salvet eum Deus.*


CII. Quæ autem sequuntur : *Spes mea ab uberibus matris meæ : In te projectus sum ex utero. De ventre matris meæ Deus meus es tu : quoniam non est qui adjuvet. Circumdederunt me vituli multi : tauri pingues circumdederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusa sunt, & dissipata omnia ossa mea. Factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei. Exaruit sicut testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis* : eorum quæ evenerunt, prænuntiationem habebant :
B vel illud, *Spes mea ab uberibus matris meæ*. Statim enim atque Bethleemi natus est, rex Herodes, ut dixi, qui a Magis ex Arabia venientibus de eo didicerat, insidias ejus vitæ molitus est. Sed Joseph Dei jussu eum cum Maria assumens, in Ægyptum abiit. Statuerat enim Pater qui eum genuerat, ut non ante occideretur, quam ipsius verbum vir factus prædicasset. Si quis autem nobis dicat ; An non poterat Deus Herodem potius interficere ? Huic quæstioni sic occurram : An non poterat Deus ab initio etiam serpentem e medio tollere, nec dicere : [a] *Inimicitias ponam inter eum & mulierem, & inter semen illius, & semen hujus?* An non poterat statim multitudinem hominum crea-
C re? Sed, ut præclarum esse judicabat, liberos ad justitiæ observationem angelos & homines creavit ; ac tempora definivit, quoad bonum esse judicaret eos libero uti arbitrio : & quia pariter præclarum esse judicabat, & generalia & particularia judicia fecit, manente utique libero arbitrio. Unde Scriptura in turris exstructione & linguarum multiplici divisione ac mutatione hæc dicit : [b] *Et dixit Dominus : Ecce genus unum & labium unum omnium : Et hoc facere cœperunt ; & nunc non deficient ab eis quæcumque tentaverint facere*. Illud autem : [c] *Exaruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis*, similiter eorum quæ secundum voluntatem Patris
D facturus erat, prænuntiatio fuit. Potentis enim illius verbi vis, per quam semper Pharisæos & Scribas qui cum eo disputabant, ac omnes prorsus in genere vestro magistros arguebat, suspensa constitit instar exuberantis & validi fontis, cujus aqua aversa est, cum sileret ipse, ac nemini quidquam coram Pilato respondere vellet, quemadmodum in commentariis Apostolorum ejus demonstratum est ; ut & illius Esaiæ dicti fructus efficax exstaret : [d] *Dominus dat mihi linguam, ut norim, quando me oporteat verbum proloqui*. Quod autem dicit : [e] *Deus meus es tu ; ne discedas a me* ; simul docet in Deum qui omnia creavit, sperare omnes debere, & ab eo solo salutem & auxilium quærere ; nec ceterorum hominum more sa-
E lutem propter genus, aut robur, aut divitias, aut sapientiam, assequi se posse opinari. Quale est quod ipsi quoque semper fecistis, qui aliquando quidem vitulum conflastis, semper autem ingratos & justorum interfectores, & arrogantia ob genus vestrum inflatos vos exhibuistis. Nam si Filius Dei, nec quia Filius est, nec quia fortis,

a Gen. III. 15. b Gen. XI. 6. c Psalm. XXI. 16. d Esai. L. 4. e Psalm. XXI. 11 — 12.

1. Ὅτι οὐκ ἔστιν.] Nonnulla heic desunt. THIRLB.

2. Σιγήσαντος αὐτοῦ.] Similia habet Tertullianus lib. 5. adv. Marc. c. 42. JEBB. Paullo ante pro καὶ τό, τε Sylburgius monet legendum καὶ τό γε, vel primam aut postremam delendam esse voculam.

3. Διὰ τὸ εἶναι υἱός.] In editionibus Græco-Latinis ante has voces appositum est μήτε : quod quidem etsi necessarium esse non inficior, delevi tamen, quia nec in mss. nec apud R. Steph. reperitur. Sic etiam post σοφός, additum fuerat εἶναι, quod quidem expungere non dubitavi, ut prorsus inutile.



σοφὸς, λέγων δύνασθαι σώζεσθαι, ἀλλὰ [1] πρὸς τὸ ἀναμάρτητος εἶναι, ὡς Ησαΐας φησὶν μηδὲ μέχρι φωνῆς ἡμαρτηκέναι αὐτὸν, (ἀνομίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλον τῷ στόματι) ἄνευ τοῦ Θεοῦ σωθήσεσθαι μὴ δύνασθαι, πῶς ὑμεῖς ἢ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἄνευ τῆς ἐλπίδος ταύτης σωθήσεσθαι προσδοκῶντες, οὐχ ἑαυτοὺς ἀπατᾷν λογίζεσθε;

A nec quia sapiens, servari se posse dicit; sed ut esset impeccabilis, quemadmodum ait Esaias [a] eum nec voce tenus peccasse (iniquitatem enim non fecit nec dolum ore commisit) sine Deo servari se non posse declarat; quomodo vos & alii, qui sine illa spe salutem exspectatis, non a vobismetipsis vos decipi cogitatis?

Τὰ δὲ ἑξῆς εἰρημένα ἐν τῷ ψαλμῷ, ὅτι θλίψις ἐγγὺς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν μοι. περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοὶ, ταῦροι πίονες περιέσχόν με· ἤνοιξαν ἐπ᾽ ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου, τῶν ὁμοίως αὐτῷ συμβάντων προαγγελία ἦν. ἐκείνης γὰρ τῆς νυκτὸς ὅτε [2] ἀπὸ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν ἐπῆλθον αὐτῷ οἱ ἀπὸ λαοῦ ὑμῶν ὑπὸ τῶν Φαρισαίων καὶ γραμματέων [3] κατὰ τὴν διδασκαλίαν ἐπιπεμφθέντες, ἐκύκλωσαν αὐτὸν, οὓς μόσχους κερατιστὰς καὶ προώλεις ὁ λόγος ἔλεγε. καὶ τὸ, ταῦροι πίονες περιέσχόν με, εἰπεῖν, τοὺς καὶ αὐτοὺς μὲν τὰ ὅμοια τοῖς μόσχοις ποιήσαντας, ὅτε ἤχθη πρὸς τοὺς διδασκάλους ὑμῶν, προέλεγεν· οὓς ὡς ταύρους διὰ τοῦτο ὁ λόγος εἶπεν, ἐπειδὴ τοὺς ταύρους τοῦ εἶναι μόσχους αἰτίους οἴδαμεν. ὡς οὖν πατέρες εἰσὶ τῶν μόσχων οἱ ταῦροι, οὕτως οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν τοῖς τέκνοις αὐτῶν αἴτιοι ἦσαν τοῦ ἐξελθόντας εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν συλλαβεῖν αὐτὸν, καὶ ἄγειν ἐπ᾽ αὐτούς. καὶ τὸ εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν, δηλωτικὸν καὶ αὐτὸ τοῦ γενομένου. οὐδεὶς γὰρ οὐδὲ μέχρις ἑνὸς ἀνθρώπου βοηθεῖν αὐτῷ ὡς ἀναμαρτήτῳ βοηθὸς ὑπῆρχε. καὶ τὸ, ἤνοιξαν ἐπ᾽ ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ὠρυόμενος, δηλοῖ τὸν βασιλέα τῶν Ιουδαίων τότε ὄντα, καὶ αὐτὸν Ηρώδην λεγόμενον, διάδοχον γεγενημένον Ηρώδου τοῦ ὅτε ἐγεγέννητο, ἀνελόντος πάντας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ ἐκείνου τοῦ καιροῦ γεννηθέντας παῖδας, διὰ τὸ ὑπονοεῖν ἐν αὐτοῖς πάντως εἶναι τὸν περὶ οὗ εἰρήκεισαν αὐτῷ οἱ ἀπὸ Ἀῤῥαβίας ἐλθόντες μάγοι· μὴ ἐπιστάμενος τὴν τοῦ ἰσχυροτέρου πάντων βουλὴν, ὡς εἰς Αἴγυπτον τῷ Ιωσὴφ καὶ τῇ Μαρίᾳ ἐκεκελεύκει ἀπαλλαγῆναι λαβοῦσι τὸ παιδίον, καὶ εἶναι ἐκεῖ ἄχρις ἂν πάλιν αὐτοῖς ἀποκαλυφθῇ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. κἀκεῖ ἦσαν ἀπελθόντες ἄχρις ἂν ἀπέθανεν ὁ ἀποκτείνας τὰ ἐν Βηθλεὲμ παιδία Ηρώδης, καὶ Ἀρχέλαος αὐτὸν διεδέξατο. καὶ οὗτος ἐτελεύτα πρὶν τὸν Χριστὸν [4] τὴν οἰκονομίαν τὴν κατὰ τὸ βούλημα τοῦ πατρὸς γεγενημένην ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐπὶ τῷ σταυρωθῆναι ἐλθεῖν. Ηρώδου δὲ τὸν Ἀρχέλαον διαδεξαμένου, λαβόντος τὴν ἐξουσίαν τὴν ἀπονεμηθεῖσαν αὐτῷ, ᾧ καὶ Πιλάτος χαριζόμενος δεδεμένον τὸν Ιησοῦν ἔπεμψε. καὶ τοῦτο γενησόμενον προειδὼς ὁ Θεὸς, εἰρήκει οὕτω· καί γε αὐτὸν [5] εἰς Ασσυρίους ἀπήνεγκαν ξένια τῷ βασιλεῖ. ἢ λέοντα τὸν ὠρυόμενον ἐπ᾽ αὐτὸν, ἔλεγε τὸν διάβολον· ὃν Μωϋσῆς μὲν ὄφιν καλεῖ, ἐν δὲ τῷ Ιὼβ καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ διάβολος κέκληται, καὶ ὑπὸ τοῦ Ιησοῦ σατανᾶς προσηγόρευται, ὄνομα ἀπὸ τῆς πράξεως ἧς ἔπραξε σύνθετον κτησάμενον αὐτὸν [6] μηνύων. τὸ γὰρ σατὰν τῇ Ιουδαίων καὶ Σύ-

CIII. Quæ deinde in psalmo dicuntur: [b] *Quoniam tribulatio proxima est, quia non est qui adjuvet me. Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Velut aqua effusa sunt & dissipata omnia ossa mea:* similiter B eorum quæ illi evenerunt, vaticinium fuit. Qua enim nocte ex monte olivarum in eum irruerunt, quos ex populo vestro Pharisæi & Scribæ pro sua in docendo auctoritate summiserunt, circumdederunt eum illi, ut appellat Scriptura, vituli cornupetæ & præmature exitiosi. Illud autem, *Tauri pingues obsederunt me*, eos ipsos prænuntiabat, qui eadem ac vituli fecerunt, cum ad magistros vestros adductus est: quos quidem ut tauros Scriptura designat, quia tauros in causa esse scimus, cur existant vituli. Quemadmodum ergo tauri vitulorum patres sunt, sic magistri vestri filiis suis auctores fuerunt, ut in montem olivarum egressi eum comprehenderent & ad se adducerent. Illud etiam, *Quia* C *non est qui adjuvet:* id quod factum est demonstrat. Nam ne unus quidem ex omnibus hominibus opem illi ut innocenti tulit. Et illud: *Aperuerunt super me os suum sicut leo rugiens*, eum designat qui tum Judæorum rex erat, Herodes & ipse dictus, successor illius Herodis, qui cum Jesus natus est, omnes infantes circa illud tempus Bethleemi natos sustulit, quod suspicaretur eum in hoc numero prorsus esse, de quo ex Magis ab Arabia venientibus audierat. At consilium illius qui omnibus fortior est, ignorabat, quomodo Josepho & Mariæ præcepisset, ut in Ægyptum assumto puero abirent, ibique manerent, donec eis iterum revelaretur, ut in patriam suam redirent. Ibi commorati sunt, D donec moreretur Herodes: qui pueros circa Bethleem occidit, eique succederet Archelaus. Is autem ante mortuus est quam Christus susceptam ex Patris voluntate dispensationem in cruce adimpleret. Cum autem Herodes qui Archelao successit, potestatem quæ ipsi attributa fuerat, accepisset; Pilatus ut gratum illi faceret, vinctum Jesum ad eum misit. Quod etiam futurum prænoscens Deus sic prædicavit: [c] *Et abducent ipsum ad Assyrium hospitale munus regi.* Aut etiam leonem rugientem super eum dicebat diabolum, qui a Mose serpens, apud Job & Zachariam diabolus, a Jesu Satanas appellatus est, compositum nomen illi ab actione quam perpetravit, indictum declarante. Nam *Sata* Judæorum & Syrorum lingua idem ac desertor &

a Esai. LIII. 9. *b* Psalm. XXI. 22. seq. *c* Ose. X. 6.

1. Πρὸς τὸ ἀναμάρτητος εἶναι.] Liquet Justinum de humana Christi natura loqui. Nam antea num. 87. cum divinam respiceret, negabat eum Spiritus sancti donis opus habuisse. Quin etiam dum de divina Christi natura loquitur, illud semper instar principii certissimi statuit, Christum a Patre divinam essentiam ac omnia attributa accepisse: quominus miremur, si idem dicit de impeccantia illa, quæ ab anima cum Verbo hypostatice conjuncta separari non poterat. Vertit Langus: *Neque eo quod immunis peccato est*. Perionius: *Sed quia peccatum in eum cadere non potest*. Gelenius: *Cum tamen sit innocentissimus*.

2. Ἀπὸ τοῦ ὄρους.] Legendum ἐπὶ τοῦ ὄρους monet Thirlbius. Sed si quid mutandum esset, legi oporteret ἐπὶ τὸ ὄρος. Sic enim infra εἰς τὸ ὄρος bis repetitur. Videtur supponere Justinus Judæos ex aliqua montis parte in Christum, qui erat in valle monti subjecta, irruisse.


3. Κατὰ τὴν διδασκαλίαν.] Idem pro his vocibus legit καὶ τῶν διδασκάλων. Sic etiam paullo ante Pharisæi, Scribæ & magistri.

4. Τὴν οἰκονομίαν.] Legendum εἰς τὴν οἰκονομίαν, nec mutatis opus est his verbis, quæ mox sequuntur, ἐπὶ τῷ σταυρωθῆναι. Frustra enim placet Sylburgio ἐπὶ τὸ σταυρωθῆναι. Ibidem aptius legeretur, ut observat Sylburgius, Ηρώδου δὲ τοῦ.

5. Εἰς Ασσυρίους.] Eodem modo hunc locum Oseæ interpretatur Tertullianus lib. 4. adv. Marcionem cap. 13. JEBB. Vid. Cyrill. catech. 13. num. 14.

6. Μηνύων.] Id positum pro μηνύοντος, ut sæpe alias apud Justinum. Paullo ante occurrit eadem verborum constructio, ubi de Herode dicitur μὴ ἐπιστάμενος. Vid. infra num. 112.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ρων φωνῇ, ἀποστάτης ἐστί· [1] τὸ δὲ νᾶς ὄνομα, ἐξ οὗ A ἡ ἑρμηνεία ὄφις ἐκλήθη, ταυτόν ἐστι [2] σατᾶ τῇ Ἑβραίων ἑρμηνευθείσῃ φωνῇ· ἐξ ὧν ἀμφοτέρων τῶν εἰρημένων, ἓν ὄνομα γίνεται σατανᾶς. καὶ γὰρ οὗτος ὁ διάβολος, ἅμα τῷ ἀναβῆναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰορδάνου, τῆς φωνῆς αὐτῷ λεχθείσης, υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων γέγραπται προσελθὼν αὐτῷ, καὶ πειράζων μέχρι τοῦ εἰπεῖν αὐτῷ, προσκύνησόν μοι, καὶ ἀποκρίνασθαι αὐτῷ τὸν Χριστὸν, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ· κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. ὡς γὰρ τὸν Ἀδὰμ ἐπλάνησεν, ἔλεγε καὶ τοῦτον δυνηθῆναι ἐργάσασθαί τι. καὶ τὸ, ὡσεὶ ὕδωρ [3] ἐξεχύθη καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου· ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος B ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου, ὅπερ γέγονεν αὐτῷ ἐκείνης τῆς νυκτὸς, ὅτε ἐπ᾽ αὐτὸν ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν συλλαβεῖν αὐτὸν, προαγγελία ἦν. ἐν γὰρ τοῖς ἀπομνημονεύμασι ἅ φημι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ τῶν ἐκείνοις παρακολουθησάντων συντετάχθαι, [4] ὅτι ἱδρὼς ὡσεὶ θρόμβοι κατεχεῖτο αὐτοῦ εὐχομένου καὶ λέγοντος, παρελθέτω, εἰ δυνατὸν, τὸ ποτήριον τοῦτο, ἐντρόμου τῆς καρδίας δηλονότι οὔσης, καὶ τῶν ὀστῶν ὁμοίως, ἐοικυίας τῆς καρδίας κηρῷ τηκομένῳ εἰς τὴν κοιλίαν· ὅπως εἰδῶμεν ὅτι ὁ πατὴρ τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν καὶ ἐν τοιούτοις πάθεσιν ἀληθῶς γεγονέναι δι᾽ ἡμᾶς βεβούληται· καὶ μὴ λέγωμεν ὅτι ἐκεῖνος, τοῦ Θεοῦ υἱὸς ὢν, οὐκ ἀντελαμβάνετο τῶν γινομένων καὶ συμβαινόντων αὐτῷ. καὶ τὸ, ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς C μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου, ὅπερ προεῖπον, τῆς σιγῆς, ([5] ἐν μηδενὶ μηδὲν ἀποκρινόμενος, ὁ πάντας ἐλέγχων ἀσόφους τοὺς παρ᾽ ὑμῖν διδασκάλους,) προαγγελία ἦν.

Καὶ τὸ, εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με· ὅτι ἐκύκλωσάν με [6] κύνες πολλοί· συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. ὤρυξαν χεῖράς μου, καὶ πόδας μου· ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με. διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον· ὡς προεῖπον, προαγγελία ἦν διὰ ποίου θανάτου καταδικάζειν αὐτὸν ἔμελλεν ἡ συναγωγὴ τῶν πονηρευομένων· οὓς καὶ κύνας καλεῖ καὶ κυνηγοὺς, μηνύων ὅτι αὐ- D τοὶ οἱ κυνηγήσαντες [7] καὶ συνήχθησαν οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐπὶ τῷ [8] καταδικάσασθαι αὐτόν. ὅπερ καὶ ἐν τοῖς

A apostata; illud autem *Nas*, nomen est ex quo serpens dictus est per interpretationem, id est, si Hebræorum vocem interpreteris; quibus ex utrisque vocibus fit unum nomen Satanas. Statim enim atque Jesus ascendit e fluvio Jordane, ubi vox in eum edita est, [a] *Filius meus es tu; Ego hodie genui te*; scriptum est in commentariis Apostolorum diabolum illum ad eum accessisse, & tentasse, usque adeo ut ei diceret: [b] *Adora me*; eique respondisse Christum: *Vade retro a me Satana: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*. Quemadmodum enim Adamum decepit, sperabat se in hunc quoque aliquid moliri posse. Et illud: *Sicut aqua effusa sunt & dispersa omnia ossa mea: factum est cor meum* B *tamquam cera liquescens in medio ventris mei*, prænuntiabat quod ei illa nocte contigit, cum adversus eum in montem olivarum venerunt, ut eum comprehenderent. Nam in commentariis, quos ab ejus Apostolis eorumque discipulis scriptos dico, proditum est [c] sudorem, veluti guttas sanguinis, ex eo defluxisse, cum precaretur ac diceret: [d] *Si fieri potest, transeat calix iste*: contremiscente videlicet illius corde & ossibus similiter contremiscentibus, ac corde speciem habente liquescentis in ventrem ceræ; ut certo sciremus voluisse Patrem in ejusmodi etiam perpessionibus Filium suum vere propter nos versari: nec diceremus eum, cum Filius Dei esset, non sensisse quæ ei inflicta sunt, quæque ei accide- C runt. Illud autem: [e] *Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis*: silentium illud de quo jam dixi, prænuntiabat, cum is qui vestros omnes insipientes magistros arguere solebat, nullum omnino verbum respondit.

CIV. Et illud: [f] *In pulverem mortis deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt & inspexerunt me. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*; hæc verba, ut jam dixi, prænuntiabant quo mortis genere illum condemnatura esset improbo- D rum Synagoga; quos quidem & canes appellat & venatores, indicans ipsos canum ductores etiam congregatos fuisse, qui nihil non moliti sunt, ut eum

[a] Psalm. II. 7. [b] Matth. IV. 9. [c] Luc. XXII. 41. [d] Matth. XXVI. 39. [e] Psalm. XXI. 16. [f] Ibid. v. 16 — 19.

1. Τὸ δὲ νᾶς ὄνομα.] Justinum induxit terminatio Græca σατανᾶς, ut compositum putaret ex שט ἀποστάτης & νᾶς τοῦτ᾽ ἔστι ὄφις. Prorsus inepte; ex quo tamen hoc discimus νᾶς ἀρχαϊκῶς pro νάας, id est, נחש. Ita solitum antiquis, euphoniæ quasi gratia, abscondere litteram ח in medio. Sic reperio שׁתא pro שׁותחא apud magistros. Vide, si vacat, Davidem Camium ad Psalm. XXXV. Drus. Comm. Post. ad voces N. T. pag. 194. cap. 10. JEBB.

2. Σατᾶ τῇ &c.] Legendum τῇ ἑρμηνείᾳ, & mox τοῦτ᾽ ἐστὶ κατὰ τὴν Ἑβραίων ἑρμηνευθεῖσαν φωνήν. Sæpe librarii errarunt in hac littera ν pro ι quod olim non subscribebatur.

3. Ἐξεχύθη.] Idem verbum jam sæpe occurrit, sed tamen videtur Justinus legisse ἐξεχύθην. Illud enim verbum ita explicat, ut illud præcipue referat ad ipsum Christi cor: ἐντρόμου τῆς καρδίας δηλονότι οὔσης καὶ τῶν ὀστῶν ὁμοίως &c. Vix ergo dubium est, quin legerit, ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθην, cum hanc rationem horum verborum reddat, quod Christi cor factum fuerit contremiscens ejusque ossa similiter; immo, quod ipsum cor factum fuerit tamquam cera liquescens.

4. Ὅτι ἱδρώς.] Deest γέγραπται, aut aliquid simile.

5. Ἐν μηδενί.] Nimis operosa immutatio si legamus cum Sylburgio ἐν ᾗ μηδενὶ μηδὲν ἀπεκρίνετο. Satius est parenthesim apponere. Non enim desunt similia exempla in hoc Dialogo, in quo scribendo sæpe Justinus ardorem animi magis quam grammaticas leges sequitur. Vide supra n. 40. 89. 103. & infra n. 110. & Apol. I. n. 61.

6. Κύνες πολλοί.] Legitur in editis κύνες καὶ κυνηγοὶ πολλοὶ, sed illud, καὶ κυνηγοὶ deest in utroque cod. ms. Ad oram tamen utriusque scriptum est, ἐν ἄλλοις, κύνες καὶ κυνηγοὶ πολλοί. Id est, *In aliis exemplaribus legitur canes & venatores multi*. Non dubitavit Stephanus hanc scripturam in contextum adsciscere. Sed illum ita facturum fuisse non puto, si rem attentius considerasset. Nam Justinum legisse κύνες καὶ κυνηγοὶ πολλοὶ, nullo mihi videtur posse argumento probari. Non agnoscunt codices mss. illud καὶ κυνηγοὶ, nec notæ ad marginem appositæ tantum tribuisset Stephanus, nisi eum movisset Justini ipsius auctoritas, qui paullo post ait ἡ συναγωγὴ τῶν πονηρευομένων· οὓς καὶ κύνας καλεῖ καὶ κυνηγοὺς, μηνύων &c. Inde nata suspicio illum legisse καὶ κυνηγοί. Sed tamen illius verba sic explicari possunt, ut Sacerdotes & seniores, de quibus heic agitur, canes nominatim appellati fuisse dicantur; canum autem ductores non conceptis verbis, sed re & sensu, dum scilicet Scriptura, ut observat Justinus, indicat concilium ab illis habitum fuisse, ac Synagogæ nomine eorum auctoritatem designat.


7. Καὶ συνήχθησαν.] Displicet illud καὶ eruditis viris Sylburgio & Thirlbio, quorum posterior conjunctionem multo incommodius collocat, legendo ὅτι καὶ αὐτοί. Nullum equidem vidi scriptorem, qui hanc voculam sæpius usurparet, quam Justinus; nec semper prima intuitione perspicitur, quo consilio eam usurpet, sed meditatione & animi contentione interdum opus est. Videtur hoc loco eam adhibuisse ut indicaret Sacerdotes etiam de summo scelere perpetrando, ut in rebus ad Dei cultum & gloriam pertinentibus facere solebant, inter se consiliatos esse.

8. Καταδικάσασθαι.] Reg. ad marg. & R. Steph. ad calcem, καταδικασθῆναι.

ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ γέγραπται γενόμενον. καὶ ὅτι μετὰ τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν, ἐμερίσαντο ἑαυτοῖς οἱ σταυρώσαντες αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἐδήλωσα.

A condemnarent. Quod quidem factum fuiſſe in ejus Apoſtolorum commentariis perhibetur. Ejus autem veſtimenta, poſtquam crucifixus eſt, inter ſe diviſiſſe eos qui illum crucifixerunt, demonſtravi.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 141.



Τὰ δὲ ἀκόλουθα τοῦ ψαλμοῦ, σὺ δὲ κύριε μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν σου ἀπ' ἐμοῦ· εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες· ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς [1] τὴν μονογενῆ μου· σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου· ὁμοίως πάλιν διδασκαλία καὶ προαγγελία τῶν ὄντων αὐτῷ, καὶ συμβαίνειν μελλόντων. μονογενὴς γὰρ ὅτι ἦν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων οὗτος, ἰδίως ἐξ αὐτοῦ λόγος καὶ δύναμις γεγεννημένος, καὶ ὕστερον ἄνθρωπος διὰ τῆς παρθένου γενόμενος, ὡς ἀπὸ τῶν ἀπομνημονευμάτων ἐμάθομεν, προεδήλωσα. καὶ ὅτι σταυρωθεὶς ἀπέθανεν, ὁμοίως προεῖπε. τὸ γὰρ, ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου· ὁμοίως μηνύοντος δι' οὗ πάθους ἔμελλεν ἀποθνήσκειν, τουτέστι σταυροῦσθαι. [2] τὸ γὰρ, κεράτων μονοκερώτων, ὅτι τὸ σχῆμα τοῦ σταυροῦ ἐστι μόνου, προεξηγησάμην ὑμῖν. καὶ τὸ ἀπὸ ῥομφαίας, καὶ στόματος λέοντος, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς αἰτεῖν αὐτὸν τὴν ψυχὴν σωθῆναι, ἵνα μηδεὶς κυριεύσῃ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, αἴτησις ἦν· ἵνα, ἡνίκα ἡμεῖς πρὸς τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου γινόμεθα, τὰ αὐτὰ αἰτῶμεν τὸν Θεὸν τὸν δυνάμενον ἀποστρέψαι πάντα ἀναιδῆ, πονηρὸν ἄγγελον, μὴ λαβέσθαι ἡμῶν τῆς ψυχῆς. καὶ ὅτι μένουσιν αἱ ψυχαὶ, ἀπέδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ καὶ τὴν Σαμουὴλ ψυχὴν κληθῆναι ὑπὸ τῆς ἐγγαστριμύθου, ὡς ἠξίωσεν ὁ Σαούλ. φαίνεται δὲ καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν οὕτως δικαίων καὶ προφητῶν, ὑπὸ ἐξουσίαν ἔπιπτον τῶν τοιούτων δυνάμεων, ὁποία δὴ καὶ ἐν τῇ ἐγγαστριμύθῳ ἐκείνῃ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖται. ὅθεν καὶ οὗτος διδάσκει ἡμᾶς καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τὸ πάντως [3] ἀγωνίζεσθαι [4] δι' οὓς γίνεσθαι, καὶ πρὸς τῇ ἐξόδῳ αἰτεῖν μὴ ὑπὸ τοιαύτην τινὰ δύναμιν ὑποπεσεῖν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, φαίνεται. καὶ γὰρ ἀποδιδοὺς τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῷ σταυρῷ, εἶπε· πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου· ὡς καὶ ἐκ τῶν ἀπομνημονευμάτων καὶ τοῦτο ἔμαθον. καὶ γὰρ πρὸς τὸ ὑπερβάλλειν τὴν Φαρισσαίων πολιτείαν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ συνωθῶν· εἰ δὲ μή γε, ἐπίστασθαι ὅτι οὐ σωθήσονται· ταῦτα εἰρηκέναι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι γέγραπται· ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισσαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

CV. Quæ ſequuntur in pſalmo: *Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defenſionem meam conſpice. Libera a gladio animam meam, & de manu canis unigenitam meam. Salva me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam*: ſimiliter eorum quæ illi inſunt, & eorum quæ illi eventura erant, documentum & prænuntiatio fuit. Unigenitum enim illum Patri univerſorum eſſe, proprie Verbum & virtutem ex B eo genitum, atque poſtea hominem natum ex Virgine, ut ex commentariis didicimus, jam antea demonſtravi. Quod autem crucifixus mortem oppetiit, id ſimiliter prædictum. Illud enim, *Erue a gladio animam meam, & de manu canis unicam meam. Salva me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam*, ſimiliter denuntiantis eſt, quo ſupplicii genere moriturus eſſet, id eſt, cruce: illud enim, *a cornibus unicornium*, ſolius crucis formam exhibere, vobis antea expoſui. Quod autem precatur animam ſuam a gladio & ex ore leonis & de manu canis liberari, precatio erat, ut ne quis ipſius animæ dominaretur; ut cum nos ad exitum vitæ venimus, idem a Deo poſcamus, qui impudentem omnem & malum C angelum avertere poteſt, ne animam noſtram capiat. Atque animas quidem manere, ex eo demonſtravi, quod etiam Samuelis anima a ventriloqua Pythoniſſa, ut petierat Saul, evocata ſit. Apparet autem omnes animas ejuſmodi juſtorum & Prophetarum, ſub poteſtatem talium virtutum cecidiſſe, qualem virtutem & in ventriloqua illa fuiſſe rebus ipſis declaratur. Unde & nos etiam per Filium ſuum, propter quos hæc fieri patet, edocet Deus ut omnino contendamus, ac in exitu vitæ precemur, ne animæ noſtræ ſub aliquam ejuſmodi poteſtatem cadant. Nam cum ſpiritum in cruce redderet, dixit: [a] *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum*, ut ex Apoſtolorum commentariis id D quoque didici. Et cum hortaretur diſcipulos ſuos, ut Phariſæorum vivendi genus ſuperarent; ſin minus, ſalvos ſe non futuros ſcirent; hæc dixiſſe in commentariis narratur: [b] *Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum non intrabitis in regnum cælorum.*

Καὶ ὅτι ἠπίστατο τὸν πατέρα αὐτοῦ πάντα παρέχειν αὐτῷ, ὡς ἠξίου, καὶ [5] ἀνήγειρεν αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ πάντας τοὺς φοβουμένους τὸν Θεὸν προέτρεπεν αἰνεῖν τὸν Θεὸν διὰ τὸ ἐλεῆσαι καὶ διὰ τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυρωθέντος τούτου πᾶν γένος [6] τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων· καὶ ὅτι ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ ἔστη τῶν ἀποστόλων, (οἵτινες μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ πεισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ παθεῖν ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅτι ταῦτα αὐτὸν δεῖ παθεῖν,

CVI. Quod autem ſciebat Patrem ſuum ſibi omnia precanti traditurum, ſeque ab eo ex mortuis excitatum iri: quodque omnes Deum timentes hortatus eſt ut Deum laudent, quia etiam per hoc myſterium hujus crucifixi miſertus eſt omnis credentium hominum generis: quodque in medio fratrum ſuorum Apoſtolorum ſtetit (qui quidem poſtquam reſurrexit a mortuis, eiſque perſuaſit, id quod etiam ante paſſionem illis dixerat, oportuiſſe

a Luc. xxiii. 46. b Matth. v. 20.

1. Τὴν μονογενῆ μου.] Vix dubium quin legerit Juſtinus τὸν μονογενῆ σου. His enim pſalmi verſibus & ea quæ Chriſto inerant, & ea quæ illi evenerunt contineri declarat, id eſt, æternam generationem ex Patre & nativitatem ex Virgine. Quin etiam ideo hæc a Davide dicta exiſtimat, quia *unigenitus erat Patri univerſorum*, proprie ex eo Verbum & virtus genitus. Hæc autem ei in mentem venire non potuerunt, niſi quia legebat τὸν μονογενῆ σου, *unigenitum tuum*.

2. Τὸ γὰρ, κεράτων μονοκερώτων.] Locus hic eniteſcit ex appoſita interpunctione; ex qua patet pſalmi verba citari, quorum quidem cum cruce affinitatem demonſtrat num. 91. Vid. Cyrill. Cat. 12. num. 15. & Cat. 14. num. 19.


3. Ἀγωνίζεσθαι.] De ſtrenua adverſus diabolum per totam vitam dimicatione hæc videntur intelligenda; eoque refertur præceptum Chriſti, quod paullo poſt citatur, ut juſtitiam Phariſæorum ſuperemus. Pro καὶ οὗτος legendum καὶ ὁ Θεός.

4. Δι' οὓς γίνεσθαι.] His verbis jungendum verbum φαίνεται, quod in fine periodi perincommode, utpote loco non ſuo, legitur.

5. Ἀνήγειρεν αὐτόν.] Convenientius ἀνεγερεῖν. Sylburg.

6. Τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων.] Claræ & perſpicuæ ſententiæ neceſſe non eſt addere verbum σῶσαι, ut placet Sylburgio. Sed illud καὶ, quod legitur ante has voces διὰ τοῦ μυστηρίου idem valet ac *etiam*; & Deum etiam proprio filio non pepercisse, ſed pro nobis omnibus illum tradidiſſe ſignificat.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



[1] καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν ὅτι προεκεκήρυκτο ταῦτα, A μετινόησαν ἐπὶ τῷ ἀφίςασθαι αὐτȣ̃ ὅτε ἐςαυρώθη) καὶ μετ᾽ αὐτῶν διάγων, ὕμνησε τὸν Θεὸν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποςόλων δηλȣ̃ται γεγενημένον, τὰ λείποντα τοῦ ψαλμȣ̃ ἐδήλωσεν. ἔςι δὲ ταῦτα· διηγήσομαι τὸ ὄνομά σȣ τοῖς ἀδελφοῖς μȣ, ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. οἱ φοβȣ́μενοι τὸν κύριον, αἰνέσατε αὐτόν· ἅπαν τὸ σπέρμα Ιακὼβ δοξάσατε αὐτόν. φοβηθήτωσαν αὐτὸν ἅπαν τὸ σπέρμα Ισραήλ. καὶ τὸ εἰπεῖν μετωνομακέναι αὐτὸν Πέτρον ἕνα τῶν ἀποςόλων, καὶ γεγράφθαι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν αὐτȣ̃ γεγενημένον καὶ τȣ̃το, μετὰ τȣ̃ καὶ ἄλλȣς δύο ἀδελφȣ̀ς υἱȣ̀ς Ζεβεδαίȣ ὄντας μετωνομακέναι ὀνόματι τȣ̃ Βοανεργὲς, ὅ ἐςιν [2] υἱοὶ βροντῆς, σημαντικὸν ἦν τȣ̃ αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι, [3] διὸ καὶ τὸ ἐπώ- B νυμον Ιακὼβ τῷ Ισραὴλ ἐπικληθέντι ἐδόθη, καὶ τὸ Αὐσῆ ὄνομα Ιησοῦς ἐπεκλήθη· δι᾽ οὗ ὀνόματος καὶ εἰσήχθη εἰς τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς πατριάρχαις γῆν ὁ περιλειφθεὶς ἀπὸ τῶν ἀπ᾽ Αἰγύπτου ἐξελθόντων λαός. καὶ ὅτι [4] ὡς ἄςρον ἔμελλεν ἀνατέλλειν αὐτὸς διὰ τȣ̃ γένȣς τȣ̃ Αβραὰμ, Μωϋσῆς παρεδήλωσεν ȣ̃τως εἰπών· ἀνατελεῖ ἄςρον ἐξ Ιακὼβ, καὶ ἡγȣ́μενος ἐξ Ισραήλ. καὶ ἄλλη δὲ γραφή φησιν· ἰδȣ̀ ἀνὴρ, ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. ἀνατείλαντος ȣ̃ν [5] καὶ ἐν ȣ̓ρανῷ ἅμα τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν ἀςέρος, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν ἀποςόλων αὐτȣ̃, οἱ ἀπὸ Αῤῥαβίας μάγοι, ἐκ τȣ́τȣ ἐπιγνόντες, παρεγένοντο καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ.

A hæc eum pati, eaque a Prophetis fuisse prænuntiata, pœnitentiam egerunt, quod ab eo defecissent, cum crucifigeretur) & cum una cum eis versaretur, Deum laudavit, ut in commentariis Apostolorum declaratum est, hæc ex reliquo psalmo manifesta fiunt. Sic autem habent: [a] *Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum; universum semen Jacob glorificate eum. Metuant eum omne semen Israel.* Quod autem unum ex Apostolis mutato nomine Petrum appellasse dicitur, atque in apostolicis commentariis id quoque refertur; quodque præterea duos alios fratres, Zebedæi filios, Boanerges, id est, tonitrui filios co- B gnominavit: id argumento erat ipsum illum esse, a quo Jacobus Israelis, Auses Jesu nomine cognominatus est, per quod nomen etiam in terram Patriarchis promissam introductus est populus, ex his qui ex Ægypto profecti sunt, superstes. Eum autem tamquam astrum ex genere Abrahæ oriturum, Moses his verbis declaravit: [b] *Orietur stella ex Jacob, & dux ex Israel.* Et alia Scriptura: [c] *Ecce vir; Oriens nomen ejus.* Cum igitur exorta esset & in cælo, statim atque natus est, stella, quemadmodum scriptum est in commentariis Apostolorum ejus; ex Arabia Magi, re ex hoc signo cognita, advenerunt, eumque adoraverunt.

C

Καὶ ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἔμελλεν ἀναςήσεσθαι μετὰ τὸ ςαυρωθῆναι, γέγραπται ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν, ὅτι οἱ ἀπὸ τȣ̃ γένȣς ὑμῶν συζητοῦντες αὐτῷ ἔλεγον, ὅτι, δεῖξον ἡμῖν σημεῖον· καὶ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ· καὶ σημεῖον ȣ̓ δοθήσεται αὐτοῖς, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ιωνᾶ. καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτȣ̃ παρακεκαλυμμένα, ἦν νοεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀκȣόντων, ὅτι μετὰ τὸ ςαυρωθῆναι αὐτὸν, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναςήσεται. καὶ πονηροτέραν τὴν γενεὰν ὑμῶν καὶ μοιχαλίδα μᾶλλον τῆς Νινευϊτῶν πόλεως ἐδήλȣ, οἵτινες, τȣ̃ Ιωνᾶ κηρύξαντος αὐτοῖς, μετὰ τὸ ἐκβρασθῆναι αὐτὸν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς κοιλίας τȣ̃ ἁδρȣ̃ ἰχθύος, ὅτι μετὰ ([6] ἐν ἄλλοις τεσσαράκοντα) τρεῖς ἡμέρας παμπληθεὶ ἀπολοῦνται, νηςείαν ἁπλῶς πάντων ζώων, ἀνθρώπων τε καὶ ἀλόγων, μετὰ σακκοφορίας, καὶ ἐκτενοῦς ὀλολυγμȣ̃, καὶ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ἀληθινῆς μετανοίας D αὐτῶν, καὶ ἀποταγῆς τῆς πρὸς ἀδικίαν, ἐκήρυξαν, πιςεύσαντες ὅτι ἐλεήμων ὁ Θεὸς καὶ φιλάνθρωπός ἐςι ἐπὶ πάντας τȣ̀ς μετατιθεμένȣς ἀπὸ τῆς κακίας, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τοὺς μεγιςᾶνας ὁμοίως, σακκοφορήσαντας προσμεμενηκέναι τῇ νηςείᾳ, καὶ τῇ ἱκεσίᾳ, καὶ ἐπιτυχεῖν μὴ καταςραφῆναι τὴν πόλιν αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ τȣ̃ Ιωνᾶ ἀνιωμένȣ ἐπὶ τῷ τῇ (τεσσαρακοςῇ) τρίτῃ ἡμέρᾳ, ὡς ἐκήρυξε, μὴ καταςραφῆναι τὴν πόλιν, διὰ τῆς

CVII. Quod autem tertio die, postquam crucifixus fuisset, resurrecturus erat; scriptum est in iisdem commentariis homines vestri generis, cum disputarent cum eo, dixisse: [d] *Ostende nobis signum*: eumque respondisse: *Generatio prava & adultera signum quærit, & signum non dabitur eis nisi signum Jonæ.* Quæ cum ab eo dicerentur arcane, intelligere erat audientibus, eum postquam crucifixus fuisset, tertio die resurrecturum. Ac vestram quidem generationem nequiorem & magis adulteram civitate Ninivitarum demonstrabat, qui, cum eis Jonas e ventre magni piscis tertio die ejectus prædicasset fore, ut post (quadraginta) tres dies universi perirent; jejunium omnium prorsus animalium, hominum scilicet & pecudum, cum saccis & vehementi ejulatu, & vera D ex cordibus conversione & ab improbitate discessione promulgarunt, certo tenentes Deum misericordem & benignum esse in eos omnes qui a nequitia discedunt; ita ut ipse etiam rex civitatis illius ac magnates similiter saccis induti in jejunio & supplicatione permanerent, ac ne urbs ipsorum everteretur impetrarent. Quin etiam cum mœreret Jonas, quod die (quadragesimo) tertio, ut prædicaverat, urbs eversa non fuisset; prudenti consilio Deus hedera illi e terra proferenda, sub qua

a Psalm. XXI. 22. 23. *b* Num. XXIV. 17. *c* Zach. VI. 12. *d* Matth. XII. 38. 39.

1. Καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν.] Legendum ὑπὸ τῶν προφητῶν. Vide supra, num. 76.

2. Υἱοὶ βροντῆς.] Sic etiam Tertullianus l. 4. adv. Marc. c. 14. *Mutat & Petro nomen de Simone; quia & creator Abrahæ & Saræ & Ausæ nomina reformavit, hunc vocando Jesum, illis syllabas adjiciendo.* Sed facile non est hæc Justini de Petro & filiis Zebedæi dicta cum superioribus connectere, & ad quem Psalmi versum referantur ostendere. Equidem fateor me seriem & continuationem non animadvertere, nisi legamus τὸ ὄνομά μȣ, *Narrabo nomen meum fratribus meis*; idque fecisse Christum intelligamus, cum mutatis Petro ac Joanni ejusque fratri nominibus, eum se esse declaravit, qui Abrahæ & filio Navæ nomina mutaverat. Si minus placeat hæc conjectura; totus hic locus digressio erit ex commemoratione discipulorum nata.

3. Διὸ καὶ.] Legendum δι᾽ ȣ̃ & mox τῷ Αὐσῇ. THIRLBIUS.

4. Ὡς ἄςρον.] Respicere videtur Justinus ad illud psalmi, *Et annuntiabunt cæli justitiam ejus.* Adhuc enim versatur in ejusdem psalmi explicatione; & quamvis post hæc verba, *Timeat eum omne semen Israel*, nihil amplius recitetur ex psalmo, facile apparet reliqua a Justino brevitatis causa fuisse omissa, vel a librariis. Videtur enim Justinus promittere se reliqua psalmi recitaturum, cum ait, τὰ λείποντα τȣ̃ ψαλμȣ̃ ἐδήλωσεν. ἔςι δὲ ταῦτα.

5. Καὶ ἐν ȣ̓ρανῷ.] Etiam in cælo stella exorta, quia scilicet alia in terris longe præstantior prodierat.

6. Ἐν ἄλλοις τεσσαράκοντα.] Apud Septuaginta quos sequi solet Justinus, tres tantum dies ponuntur, quadraginta vero in Hebræo contextu, & apud Aquilam, Symmachum & Theodotionem. Quare cum Justinus tres tantum dies numeret, non mirum si hæc nota apposita fuit, ἐν ἄλλοις τεσσαράκοντα, *Alibi scribitur quadraginta.* In utroque cod. mss. aliquid spatii relictum fuerat post has voces ἐν ἄλλοις, omisso, ut probabile est, verbo γράφεται. In iisdem codicibus mss. itidem ut in editis, legitur τεσσαρακοντατρεῖς. Sed manifestum errorem relinquere nefas fuit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

οἰκονομίας τοῦ ἐκ τῆς γῆς ἀνατεῖλαι αὐτῷ σικυῶνα ὑφ' ὃν καθεζόμενος ἐσκιάζετο ἀπὸ καύματος (ἦν δὲ ὁ σικυὼν κολόκυνθα αἰφνίδιος, μήτε φυτεύσαντος τοῦ Ἰωνᾶ, μήτε ποτίσαντος, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐπανατείλας αὐτῷ σκιὰν παρέχειν) [1] κἀκ τῆς ἄλλης ξηρᾶναι αὐτὸν, ἐφ' ᾧ ἐλυπεῖτο Ἰωνᾶς, καὶ ἤλεγξεν αὐτὸν οὐ δικαίως ἀθυμοῦντα ἐπὶ τῷ μὴ κατεστράφθαι τὴν Νινευϊτῶν πόλιν, λέγων· σὺ ἐφείσω περὶ τοῦ σικυῶνος οὗ οὐκ ἐκοπίασας ἐν αὐτῷ, οὔτε ἐξέθρεψας αὐτὸν, ὃς ὑπὸ νύκτα αὐτοῦ ἦλθε, καὶ ὑπὸ νύκτα αὐτοῦ ἀπώλετο· κἀγὼ οὐ φείσομαι ὑπὲρ Νινευῒ τῆς πόλεως τῆς μεγάλης, ἐν ᾗ κατοικοῦσι πλείους ἢ δώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν, οἳ οὐκ ἔγνωσαν ἀνὰ μέσον δεξιᾶς αὐτῶν, καὶ ἀνὰ μέσον ἀριστερᾶς αὐτῶν, καὶ κτήνη πολλά;

A sedens ab æstu obumbrabatur (erat autem hedera, repentina cucurbita, nec plantata a Jona, nec irrigata, sed subito ad umbram ei ministrandam exorta) eaque rursus alio præcepto exsiccanda; qua ex re angebatur Jonas: inique eum mœrere arguit Deus, quod civitas Ninivitarum eversa non fuisset. [a] *Tu pepercisti*, inquit, *hederæ, in qua nihil fecisti operæ, neque nutrivisti eam, quæ sub noctem suam prodiit, & sub noctem suam periit: & ego non parcam super Ninive civitate magna, in qua habitant plures quam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram suam & sinistram suam, & jumenta multa?*

B

Καὶ ταῦτα οἱ ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἐπιστάμενοι ἅπαντες γεγενημένα ὑπὸ τοῦ Ἰωνᾶ, καὶ τοῦ Χριστοῦ παρ' ὑμῖν βοῶντος ὅτι τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ δώσει ὑμῖν, προτρεπόμενος ἵνα κἂν μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῶν νεκρῶν μετανοήσητε ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακοῖς, καὶ ὁμοίως Νινευΐταις προσκλαύσητε τῷ Θεῷ, ὅπως καὶ τὸ ἔθνος καὶ ἡ πόλις ὑμῶν μὴ ἁλῷ καταστραφεῖσα ὡς κατεστράφη· οὐ μόνον οὐ μετενοήσατε, μαθόντες αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, ἀλλ', ὡς προεῖπον, ἄνδρας χειροτονήσαντες ἐκλεκτοὺς, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπέμψατε, κηρύσσοντας ὅτι αἵρεσίς τις ἄθεος καὶ ἄνομος ἐγήγερται ἀπὸ Ἰησοῦ τινος Γαλιλαίου πλάνου· ὃν σταυρωσάντων ἡμῶν, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψαντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ μνήματος νυκτὸς, [2] ὁπόθεν κατετέθη ἀφηλωθεὶς ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, πλανῶσι τοὺς ἀνθρώπους λέγοντες ἐγηγέρθαι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνεληλυθέναι· κατειπόντες δεδιδαχέναι καὶ ταῦτα ἅπερ κατὰ τῶν ὁμολογούντων Χριστὸν καὶ διδάσκαλον καὶ υἱὸν Θεοῦ εἶναι, παντὶ γένει ἀνθρώπων ἄθεα καὶ ἀνόσια λέγετε. πρὸς τούτοις, καὶ ἁλούσης ὑμῶν τῆς πόλεως, καὶ τῆς γῆς ἐρημωθείσης, οὐ μετανοεῖτε, ἀλλὰ καὶ καταρᾶσθαι αὐτοῦ καὶ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν πάντων τολμᾶτε. καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς καὶ τοὺς δι' ὑμᾶς τοιαῦτα καθ' ἡμῶν ὑπειληφότας οὐ μισοῦμεν, ἀλλ' εὐχόμεθα κἂν νῦν μετανοήσαντας πάντας ἐλέους τυχεῖν παρὰ τοῦ εὐσπλάγχνου καὶ πολυελέου πατρὸς τῶν ὅλων Θεοῦ.

CVIII. Atque hæc quidem cum scirent omnes vestri generis homines a Jona facta esse, cumque Christus apud vos clamaret se signum Jonæ vobis daturum, adhortans ut saltem postquam a mortuis resurrexisset, pœnitentiam improbe factorum ageretis, & Ninivitarum exemplo lacrimis Deum flecteretis, ne gens vestra & civitas capta everteretur, quemadmodum eversa est: non modo pœnitentiam non egistis, postquam illum ex mortuis resurrexisse didicistis; sed etiam, ut jam dixi *, delectos homines constituistis, ac per eos in totum orbem terrarum missos prædicastis: impiam quamdam & exlegem sectam a plano quodam Jesu Galilæo excitatam esse; & cum illum a C nobis crucifixum discipuli ex monumento, in quo, refixus e cruce, depositus fuerat, noctu surripuerint, decipi ab illis homines, dum eum ex mortuis resurrexisse & in cælum ascendisse dictitant. Quin etiam docuisse illum addidistis impia illa & nefanda ac detestabilia facinora, quæ adversus eos qui illum Christum & doctorem & Filium Dei profitentur, apud omne hominum genus spargitis. Ad hæc, capta urbe vestra & terra vastata, pœnitentiam non agitis: sed illum etiam ac omnes qui in illum credunt, diris devovere audetis. Nos autem nec vos odimus, nec eos qui talem de nobis opinionem a vobis accepere; sed precamur ut nunc saltem pœnitentiam agentes, misericordiam omnes consequamini a perbenigno & mi- D rum in modum misericorde universorum parente Deo.

Ἀλλ' ὅτι τὰ ἔθνη [3] μετανοεῖν ἀπὸ τῆς κακίας ἐν ᾗ πλανώμενοι ἐπολιτεύοντο, ἀκούσαντα τὸν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κηρυχθέντα δι' αὐτῶν [4] παθόντα λόγον, καὶ λόγους βραχεῖς λέγοντός μου ἀπὸ προφητείας Μιχαίου, ἑνὸς τῶν δώδεκα, ἀνάσχεσθε. εἰσὶ δὲ οὗτοι· καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτου ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, ἕτοιμον [5] ἐπ' ἄκρου τῶν ὀρέων, ἐπηρμένον αὐτὸ ὑπὲρ τοὺς βουνούς· [6] καὶ ποταμὸν θήσονται ἐπ' αὐτῷ λαοὶ, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι, δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ φωτιοῦσιν ἡμᾶς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν ταῖς τρίβοις αὐτοῦ. ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλὴμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέ-

CIX. Quod autem gentes nequitiæ in qua errantes vivebant, pœnitentiam erant acturæ, postquam ex Apostolis doctrinam quam illi ab ipsis usque Jerosolymis prædicarunt, didicissent; pauca etiam verba ex Michææ, unius ex duodecim, vaticinio recitantem me perferatis velim. Ea sunt hujusmodi: [b] *Et erit in novissimis dierum manifestus mons Domini, præparatus in summo montium, sublimatus ipse super colles: & fluvium ponent in ipso populi, & ambulabunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & in domum Dei Jacob: & ostendent nobis viam ejus; & ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem, & judi-*

[a] Jon. IV. 10. 11. * Sup. num. XVII. [b] Mich. IV. 1—7.

1. Κἀκ τῆς ἄλλης.] Supple οἰκονομίας, nempe ex alio Dei præcepto sive consilio. Quemadmodum enim Deus præceperat hederæ, & ascendit super caput Jonæ; sic etiam præcepit vermi & percussit hederam & exaruit. Sylburgius pro τῆς ἄλλης proponit ἀλέης sive ἀλέας, *caloris*, nisi quis malit ἄλης. Langus & Thirlbius legunt καὶ τῆς ἄλλης, subaudiendo ἡμέρας.

2. Ὁπόθεν κατετέθη.] Illud ὁπόθεν referendum ad κλέψαντες, quasi dicamus: surripientes ex quo loco repositus fuerat. Eadem loquendi ratio, num. 132. Legendum supra κηρύσσοντας, ut num. 17.


3. Μετανοεῖν.] Supple ἔμελλον, quod quidem verbum cum antea posuerit Justinus ubi de Christi resurrectione agere cœpit, non miror hoc loco repetitum non fuisse.

4. Παθόντα.] Locus enitescet legendo μαθόντα, quæ quidem levissima immutatio, & maxime necessaria. Non enim de Verbo passo heic agitur, sed de doctrina ab Apostolis prædicata. Præcedens verbum ἀκούσαντα expungi posset; sed tamen non multum nocet, si addatur καί.

5. Ἐπ' ἄκρου.] Ita uterque codex mss. Editi ἀπ' ἄκρου.

6. Καὶ ποταμὸν θήσονται.] Pro his vocibus legitur apud Septuaginta, καὶ σπεύσουσι πρὸς αὐτὸ λαοί. Sed eumdem sensum exhibent verba Justini, quibus summa populi confluentis multitudo significatur: vel potius, ut observat Thirlbius post Capellum, magis consentiunt cum Hebræo verbo נהרו, pro quo LXX. legerunt מהרו. Ex eodem fonte desumta quæ infra leguntur, ἐν ὀνόματι θεῶν αὐτῶν.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



σον λαῶν πολλῶν, καὶ ἐλέγξει ἔθνη ἰσχυρὰ ἕως μακράν. καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐ μὴ ἄρῃ ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. καὶ καθήσεται ἀνὴρ ὑποκάτω ἀμπέλου αὐτοῦ, καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν· ὅτι στόμα κυρίου τῶν δυνάμεων ἐλάλησεν. ὅτι πάντες οἱ λαοὶ πορεύσονται ἐν ὀνόματι θεῶν αὐτῶν· ἡμεῖς δὲ πορευσόμεθα ἐν ὀνόματι κυρίου Θεοῦ ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, συνάξω τὴν ἐκτεθλιμμένην, καὶ τὴν ἐξωσμένην ἀθροίσω, καὶ ἣν ἐκάκωσα· καὶ θήσω τὴν ἐκτεθλιμμένην εἰς ὑπόλειμμα, καὶ τὴν ἐκπεπιεσμένην εἰς ἔθνος ἰσχυρόν· καὶ βασιλεύσει κύριος ἐπ' αὐτῶν ἐν τῷ ὄρει Σιὼν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

A *cabit inter populos multos, & arguet gentes fortes usque in longinquum. Et concident gladios suos in aratra, & hastas suas in falces: & non sumet gens contra gentem gladium, & non discent ultra belligerare. Et sedebit vir sub vite sua, & sub ficu sua. Et non erit qui exterreat: quia os Domini virtutum loquutum est. Quoniam omnes populi ambulabunt in nomine deorum suorum: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum. Et erit in die illa, colligam angustiis affectam, & ejectam congregabo, & eam quam afflixi: & ponam angustiis affectam in residuum; & oppressam in gentem potentem. Et regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc &* B *usque in sæculum.*

Καὶ τελέσας ταῦτα, ἐπεῖπον· καὶ ὅτι οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, τοὺς πάντας λόγους τῆς περικοπῆς ταύτης, εἰς τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν εἰρῆσθαι, ἐπίσταμαι· καὶ αὐτὸν ὅτι οὐδέπω φασὶν ἐληλυθέναι, καὶ τοῦτο γινώσκω· εἰ δὲ καὶ ἐληλυθέναι λέγουσιν, οὐ γινώσκεται ὅς ἐστιν, ἀλλ' ὅταν ἐμφανὴς καὶ ἔνδοξος γένηται, [1] τότε γνωσθήσεται ὅς ἐστι, φασί. καὶ τότε τὰ εἰρημένα ἐν τῇ περικοπῇ ταύτῃ φασὶν ἀποβήσεσθαι, ὡς μηδενὸς μηδέπω καρποῦ ἀπὸ τῶν λόγων τῆς προφητείας γενομένου· ἀλόγιστοι, μὴ συνιέντες ὅπερ διὰ πάντων τῶν λόγων ἀποδέδεικται, ὅτι δύο παρουσίαι αὐτοῦ κατηγγελμέναι εἰσί· μία μέν, ἐν ᾗ παθητὸς, καὶ ἄδοξος, καὶ ἄτιμος, καὶ σταυρούμενος κεκήρυκται· ἡ δὲ δευτέρα, ἐν ᾗ μετὰ δόξης ἀπὸ τῶν οὐρανῶν παρέσται, [a] ὅταν καὶ [2] ὁ τῆς ἀποστασίας ἄνθρωπος, ὁ καὶ εἰς τὸν ὕψιστον ἔξαλλα λαλῶν, ἐπὶ τῆς γῆς ἄνομα τολμήσῃ εἰς ἡμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς, οἵτινες ἀπὸ τοῦ νόμου καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἐξελθόντος [3] ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ διὰ τῶν τοῦ Ἰησοῦ ἀποστόλων τὴν θεοσέβειαν ἐπιγνόντες, ἐπὶ τὸν Θεὸν Ἰακὼβ καὶ Θεὸν Ἰσραὴλ καταπεφεύγαμεν· καὶ οἱ πολέμου καὶ ἀλληλοφονίας καὶ πάσης κακίας μεμεστωμένοι, ἀπὸ πάσης τῆς γῆς τὰ πολεμικὰ ὄργανα ἕκαστος, τὰς μαχαίρας εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας εἰς γεωργικὰ μετεβάλομεν, καὶ γεωργοῦμεν εὐσέβειαν, δικαιοσύνην, φιλανθρωπίαν, πίστιν, ἐλπίδα τὴν παρ' αὐτοῦ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ σταυρωθέντος, ὑπὸ τὴν ἄμπελον τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος καθεζόμενοι, τουτέστι μόνῃ τῇ γαμετῇ γυναικὶ ἕκαστος χρώμενοι. ὅτι γὰρ ὁ λόγος ὁ προφητικὸς λέγει· καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα, ἐπίστασθε. καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ἐκφοβῶν καὶ δουλαγωγῶν ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν πεπιστευκότας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, φανερόν ἐστι. κεφαλοτομούμενοι γὰρ, καὶ σταυρούμενοι, καὶ θηρίοις παραβαλλόμενοι, καὶ δεσμοῖς καὶ πυρὶ, καὶ πάσαις ταῖς ἄλλαις βασάνοις, ὅτι οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ὁμολογίας, δῆλόν ἐστιν· ἀλλ' ὅσῳπερ ἂν τοιαῦτά τινα γίνηται, τοσούτῳ μᾶλλον ἄλλοι πλείονες πιστοὶ καὶ θεοσεβεῖς διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ γίγνονται. ὁποῖον, ἐὰν ἀμπέλου τις ἐκτέμῃ τὰ καρποφορήσαντα μέρη, εἰς τὸ ἀναβλαστῆσαι ἑτέρους κλάδους καὶ εὐθαλεῖς καὶ καρποφόρους ἀναδίδωσι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐφ' ἡμῶν γίνεται. ἡ γὰρ φυτευθεῖσα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἄμπελος καὶ σωτῆρος Χριστοῦ, ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐστι. τὰ δὲ λοιπὰ τῆς προφητείας, ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἀπο-

CX. His recitatis hæc addidi: Ac vestros quidem magistros, o viri, omnia hujus loci verba in Christum dicta confiteri non ignoro: eum autem nondum venisse, id quoque ab eis asseri intelligo: aut si etiam venisse dicant, nondum cognoscitur qualis sit, inquiunt; sed cum manifestus & gloriosus fuerit, tunc cognoscetur qualis sit. Tunc etiam eventura dicunt quæ in hoc testimonio leguntur, quasi nondum ullus prophetiæ fructus exstiterit: homines ratione destituti, qui non intelligant, id quod ex omnibus Scripturis demonstratum est, duos Christi adventus esse nuntiatos: C alterum quidem, in quo perpessioni obnoxius & inglorius, & ignominia affectus, & crucifixus prædicatur: alterum vero, in quo cum gloria e cælis aderit, quando & defectionis homo grandia etiam adversus Altissimum in terris loquens, nefanda audebit in nos Christianos: qui postquam ex lege & doctrina Jerosolymis egressa rationem colendi Dei per Apostolos Jesu cognovimus, ad Deum Jacob & Deum Israel confugimus: & qui bello & mutuis cædibus & improbitate omni cumulati eramus, in toto terrarum orbe instrumenta quisque bellica, enses in vomeres, hastas in agrestia arma mutavimus, aramusque pietatem, justitiam, humanitatem, fidem, spem illam quæ est a Patre D per eum qui crucifixus est; sub sua quisque vite sedentes, id est, sola quisque legitima uxore utentes. Quod enim verbum propheticum dicit: [a] *Et uxor ejus sicut vitis abundans*, id vobis perspectum est. Neminem autem esse, qui nos in Jesum per totum orbem terrarum credentes exterreat, & in servitutem redigat, in promtu est. Dum enim gladio percutimur, dum crucifigimur, dum feris tradimur & vinculis & igni & omnibus aliis tormentis; a confessione, ut manifestum est, non discedimus: sed quanto magis magisque talia nobis infliguntur, eo plures alii per nomen Jesu fideles & pii fiunt. Quemadmodum vitis, si quis partes illas amputet quæ fructum ferunt, ita proficit, ut alios florentes & fructiferos palmites rursus E proferat; idem nobis quoque evenit. Plantata enim a Deo & Salvatore Christo vitis, populus ejus est. Reliquum autem prophetiæ in altero ejus adventu ad effectum perducetur. Illud enim, *angustiis*


a Psalm. CXXVII. 3.

1. Τότε γνωσθήσεται.] Similia jactitabat ipse Trypho num. 8.

2. Ὁ τῆς ἀποστασίας ἄνθρωπος.] Vid. n. 32.

3. Ἀπὸ Ἱερουσαλήμ.] Hunc locum S. Irenæus data opera imitatur. *Si autem libertatis lex*, inquit lib. 4. cap. 34. num. 4. *id est verbum Dei ab Apostolis, qui ab Jerusalem exierunt, annuntiatum in universam terram in tantum transmutationem fecit, ut gladios & lanceas bellatorias in aratra fabricaverit ipse & in falces, quæ donavit ad demetendum frumentum, in organa pacifica demutaverit, & jam nesciunt pugnare, sed percussi & alteram præbent maxillam; non de aliquo alio Prophetæ dixerunt hæc, sed de eo qui fecit ea*. Similia habemus apud Tertullianum lib. adv. Jud. c. 3.

a Ὅταν κ. τ. λ.] Sic etiam reddi potest hic locus: *Quando & defectionis homo grandia etiam adversus Altissimum loquens, in terris nefanda audebit in nos Christianos.* MARANUS in *emendand.* p. 606.



βήσεται. [1] τὴν γὰρ ἐκτεθλιμμένην, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ κόσμου ὅσον ἐφ' ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις, οὐ μόνον ἀπὸ τῶν κτημάτων ἰδίων, ἕκαστος τῶν Χριστιανῶν ἐκβέβληται, ἀλλὰ καὶ τοῦ κόσμου παντὸς, ζῆν μηδενὶ Χριστιανῷ [2] συγχωροῦντες. ὑμεῖς δὲ, ἐπὶ τὸν λαὸν ὑμῶν συμβεβηκέναι τοῦτο φατέ. εἰ δὲ ἐξεβλήθητε πολεμηθέντες, δικαίως μὲν ὑμεῖς ταῦτα πεπόνθατε, ὡς αἱ γραφαὶ πᾶσαι μαρτυροῦσιν· ἡμεῖς δὲ, οὐδὲν τοιοῦτον πράξαντες μετὰ τὸ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ, μαρτυρούμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, σὺν τῷ δικαιοτάτῳ καὶ μόνῳ ἀσπίλῳ καὶ ἀναμαρτήτῳ Χριστῷ, ὅτι [3] ἀπὸ γῆς αἰρόμεθα. βοᾷ γὰρ Ἡσαΐας· ἴδε ὡς ὁ δίκαιος ἀπώλετο, καὶ οὐδεὶς ἐκδέχεται τῇ καρδίᾳ· καὶ ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ.

affectam, hanc habet sententiam, quod, quantum in vobis est & ceteris omnibus hominibus, non solum ex propriis possessionibus unusquisque Christianorum expellitur, sed etiam ex toto terrarum orbe, nec ulli Christiano vitam liberam relinquitis. Vos autem in populum vestrum hæc evenisse dicitis: qui quidem si expulsi estis bello superati, merito hæc passi estis, ut Scripturæ omnes testantur. Nos autem qui nihil tale commisimus, postquam veritatem Dei cognovimus, nos, inquam, testatur Deus una cum justissimo & solo intaminato & carente peccatis Christo e medio tolli. Clamat enim Esaias: [a] *Ecce quomodo perit justus, & nemo percipit corde: & viri justi tolluntur, & nemo considerat.*

Καὶ ὅτι δύο παρουσίας συμβολικῶς γενήσεσθαι τούτου τοῦ Χριστοῦ καὶ [4] ἐπὶ Μωσέως προελέγετο, προεῖπον διὰ τοῦ συμβόλου τῶν ἐν τῇ νηστείᾳ προσφερομένων τράγων. καὶ πάλιν ἐν οἷς ἐποίησαν Μωσῆς καὶ Ἰησοῦς, τὸ αὐτὸ προκηρυσσόμενον συμβολικῶς ἦν, καὶ λεγόμενον. ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐκτείνας ἐπὶ τοῦ βουνοῦ μέχρις ἑσπέρας ἔμενεν, ὑποβασταζομένων τῶν χειρῶν· ὃ οὐδενὸς ἄλλου τύπον δείκνυσιν ἢ τοῦ σταυροῦ. ὁ δὲ τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι μετονομασθεὶς, ἦρχε τῆς μάχης, καὶ ἐνίκα Ἰσραήλ. ἦν δὲ καὶ τοῦτο ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἐκείνων, καὶ προφητῶν τοῦ Θεοῦ, νοῆσαι γεγενημένον, ὅτι ἀμφότερα τὰ μυστήρια εἷς αὐτῶν βαστάσαι οὐκ ἦν δυνατός· λέγω δὲ τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ, καὶ τὸν τύπον τῆς τοῦ ὀνόματος ἐπικλήσεως. ἑνὸς γὰρ μόνου ἡ ἰσχὺς αὕτη ἐστὶ, καὶ ἦν, καὶ ἔσται, οὗ καὶ τὸ ὄνομα [5] πᾶσα ἀρχὴ δέδιεν, ὠδίνουσα ὅτι δι' αὐτοῦ καταλύεσθαι μέλλουσιν. ὁ οὖν παθητὸς ἡμῶν καὶ σταυρωθεὶς Χριστὸς, οὐ κατηράθη ὑπὸ τοῦ νόμου, ἀλλὰ μόνος σώσειν τοὺς μὴ ἀφισταμένους [6] τῆς γῆς πέως αὐτοῦ ἐδήλου. καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ δὲ σωθέντας, ὅτε ἀπώλλυντο τὰ πρωτότοκα τῶν Αἰγυπτίων, τὸ τοῦ πάσχα ἐρρύσατο αἷμα, τὸ ἑκατέρωσε τῶν σταθμῶν καὶ τοῦ ὑπερθύρου χρισθέν. ἦν γὰρ τὸ πάσχα ὁ Χριστὸς, ὁ τυθεὶς ὕστερον, ὡς καὶ Ἡσαΐας ἔφη· αὐτὸς ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. καὶ ὅτι ἐν ἡμέρᾳ τοῦ πάσχα συνελάβετε αὐτὸν, καὶ ὁμοίως ἐν τῷ πάσχα ἐσταυρώσατε, γέγραπται. ὡς δὲ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἔσωσε τὸ αἷμα τοῦ πάσχα, οὕτως καὶ τοὺς πιστεύσαντας ῥύσεται ἐκ θανάτου τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ. ἔμελλεν οὖν ὁ Θεὸς πλανᾶσθαι, εἰ μὴ [7] τὸ σημεῖον τοῦτο ἐπὶ τῶν θυρῶν ἐγεγόνει; οὔ φημι ἐγὼ, ἀλλ' ὅτι προεκήρυσσε τὴν μέλλουσαν δι' αἵματος τοῦ Χριστοῦ γενήσεσθαι σωτηρίαν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων. καὶ γὰρ σύμβολον [8] τοῦ κοκκίνου σπαρτίου οὗ ἔδωκαν ἐν Ἱεριχῷ οἱ ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ πεμφθέντες

CXI. Ac duos quidem hujus Christi adventus arcane etiam Mosis tempore prædictos fuisse, jam ex signo hircorum in jejunio oblatorum demonstravi. Et rursum in iis quæ Jesus & Moses fecerunt, idem arcane prænuntiatum & dictum est. Alter enim expansis manibus in colle ad vesperam usque permansit, cum manus ejus sustentarentur: quod sane nullam aliam nisi crucis figuram exhibet. Alter autem Jesus nomine cognominatus, dux erat pugnæ, & Israel vincebat. Illud etiam in ambobus illis sanctis viris & Dei Prophetis factum intelligere est, nempe duo illa mysteria, neutrum illorum portare solum potuisse, id est, crucis, & cognominis impositi signum. Est enim & erat & erit unius ac solius ista vis, cujus vel nomen principatus omnis reformidat, tabescens quod per illum evertendus sit. Noster igitur passibilis & crucifixus Christus, nequaquam diris a lege devotus fuit, sed solum se eos servaturum demonstrabat qui ab ejus fide non discedunt. Ac eos qui quidem in Ægypto servati sunt, cum perirent primogenita Ægyptiorum, sanguis Paschæ liberavit, postibus utrimque & superliminari adspersus. Pascha enim erat Christus, qui postea immolatus est, quemadmodum & Esaias ait: [b] *Ipse tamquam ovis ad occisionem ductus est.* Eum autem die Paschæ a vobis comprehensum, ac similiter in Paschate crucifixum fuisse scriptum est. Quemadmodum autem eos qui in Ægypto erant, sanguis Paschæ servavit; sic & eos qui crediderint, liberabit a morte sanguis Christi. Deus ergo allucinaturus erat, nisi hoc signum super foribus exstitisset? Non sane id ego dixerim, sed prænuntiatam ab eo futuram humano generi per sanguinem Christi salutem. Nam & signum funiculi coccinei, quod Jerichunte dederunt meretrici Rahab

[a] Esai. LVII. 1. [b] Esai. LIII. 7.

1. Τὴν γὰρ ἐκτεθλιμμένην.] Heic brevitatis causa omissa sunt sequentia, καὶ ἐξωσμένην, ad quæ potissimum referuntur, quæ Justinus de Christianis toto orbe expulsis disserit.

2. Συγχωροῦντες.] Necesse non est legere συγχωροῦσι, ut Sylburgio placet, cum Justinus, ut jam sæpe monuimus, non rigidus sit ejusmodi legum observator. Supra num. 40. post πιστεύοντων legitur διαπωροῦντες. Item num. 101. αὐτῶν ὁμολογῶν; & mox αὐτῶν μηνύων. Vid. num. 103. & Apol. 1. num. 35. & 62.

3. Ἀπὸ γῆς αἰρόμεθα.] Hæc etiam imitatur Irenæus loco jam citato.

4. Ἐπὶ Μωσέως.] Necesse non est legere ὑπὸ Μωσέως. Supra Justinus dicebat num. 99. ὅπερ ἐπὶ Χριστοῦ ἔμελλε λέγεσθαι. Sic etiam num. 119. τὸ λελεγμένον ἐπὶ Μωσέως.


5. Πᾶσα ἀρχή.] His verbis Justinus non solum malorum angelorum principatus videtur designare, sed etiam terrenas potestates, id est, reges & præsides, quibus Christi nomen formidini esse docet num. 117. Justinus, ut pote regni mille annorum defensor, existimat reges cum Antichristo conjunctos a Christo profligatum iri; quod quidem Irenæus lib. 5. & Lactantius lib. 7. uberius exponunt.

6. Τῆς γῆς πέως.] Manifestus error pro τῆς πίστεως, ut observavit Sylburgius. Lex non modo non maledixit Christo, sed etiam demonstravit eum unicum esse salvatorem eorum, qui a fide non discedunt, sed ut Moses in erigendis manibus perseverant. Legi posset ἐδήλωσε: sed quia Christus auctor legis est, quatenus Verbum; nihil mutandum.

7. Τὸ σημεῖον τοῦτο.] Videtur Justinus signum crucis intelligere, quia, ut paullo ante dixit, sanguine Israelitæ & superliminare & utrimque postes illeverant. Idem videtur observasse Lactantius lib. 4. cap. 26. *Cujus rei*, inquit, *figuram Judæi etiam nunc exhibent, cum limina sua de cruore agni notant.* Hieronymus in caput 26. Esaiæ sic loquitur: *Venient autem omnes, ut videant gloriam Dei: & pones in eis signum, quod in Ezechielis principio sub THAU litteræ Hebraicæ interpretatione monstratur. Quo signo qui fuerit impressus, manus persequentis effugiet. Hoc & postes domorum in Ægypto signabantur: quando pereunte Ægypto, solus Israel mansit illæsus.*

8. Τοῦ κοκκίνου σπαρτίου.] Vide notas Cotelerii ad cap. 12. epistolæ 1. S. Clementis, ubi recensentur scriptores qui idem dixerunt de hoc funiculo coccineo.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



κατάσκοποι Ῥαὰβ τῇ πόρνῃ, εἰπόντες προσδῆσαι αὐτὸ τῇ θυρίδι δι' ἧς αὐτοὺς ἐχάλασεν ὅπως λάθωσι τοὺς πολεμίους, ὁμοίως τὸ σύμβολον τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐδήλου, δι' οὗ οἱ πάλαι πόρνοι καὶ ἄδικοι ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν σώζονται, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβόντες, καὶ μηκέτι ἁμαρτάνοντες.

exploratores a Jesu Navæ missi, fenestræ per quam eos demisit ut hostes laterent, alligari jubentes, similiter signum exhibebat sanguinis Christi, per quem ex omnibus gentibus qui olim mœchi & iniqui erant, salvantur, remissionem peccatorum adepti, nec jam amplius peccantes.

Ὑμεῖς δὲ, ταῦτα ταπεινῶς ἐξηγούμενοι, πολλὴν ἀσθένειαν καταψηφίζεσθε τοῦ Θεοῦ, εἰ ταῦτα οὕτω ψιλῶς ἀκούοιτε, καὶ μὴ τὴν δύναμιν ἐξετάζοιτε τῶν εἰρημένων. ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς οὕτω παράνομος ἂν κριθείη, [1] αὐτὸς παραγγείλας μηδενὸς ὁμοίωμα γίνεσθαι μήτε τῶν ἐπὶ τῷ οὐρανῷ, μήτε τῶν ἐπὶ γῆς ἢ θαλάσσης, ἔπειτα ὄφιν χαλκοῦν αὐτὸς ἐποίει, καὶ στήσας [2] ἐπὶ σημείου τινὸς, ἐκέλευσεν εἰς αὐτὸν ὁρᾷν τοὺς δεδηγμένους· οἱ δ' ἐσώζοντο εἰς αὐτὸν ἀποβλέποντες· ὁ ὄφις ἄρα νοηθήσεται σεσωκέναι τὸν λαὸν τότε, ὃν (προεῖπον) κατηράσατο ὁ Θεὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀνεῖλε διὰ τῆς μεγάλης μαχαίρας, ὡς Ἡσαΐας βοᾷ; καὶ οὕτως ἀφρόνως παραδεξόμεθα τὰ τοιαῦτα, ὡς οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν φασὶ, καὶ οὐ σύμβολα; οὐχὶ δὲ ἀνοίσομεν ἐπὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ τὸ σημεῖον, ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς διὰ τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν σὺν τῷ ἐπικληθέντι Ἰησοῦ ὀνόματι, καὶ νικᾷν τὸν λαὸν ὑμῶν εἰργάζοντο; οὕτω γὰρ καὶ τοῦ ἀπορεῖν περὶ ὧν ἐποίησεν ὁ νομοθέτης παυσόμεθα. οὐ γὰρ καταλιπὼν τὸν Θεὸν, ἐπὶ θηρίον δι' οὗ ἡ παράβασις καὶ παρακοὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, ἔπειθε τὸν λαὸν ἐλπίζειν. καὶ ταῦτα μετὰ πολλοῦ νοῦ καὶ μυστηρίου γέγονε καὶ ἐῤῥέθη διὰ τοῦ μακαρίου προφήτου· καὶ οὐδέν ἐστιν ὅ τις μέμψασθαι δικαίως ἔχει τῶν λελεγμένων ἢ γεγενημένων ὑπὸ πάντων ἁπλῶς τῶν προφητῶν, ἐὰν [3] τὴν γνῶσιν τὴν ἐν αὐτοῖς ἔχητε. [4] ἐὰν δὲ ὡς οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν· διὰ τί κάμηλοι μὲν θήλειαι ἐν τῷδε τῷ τόπῳ οὐ λέγονται, ἢ τί εἰσὶν αἱ λεγόμεναι κάμηλοι θήλειαι, ἢ διὰ τί σεμιδάλεως μέτρα τόσα, καὶ ἐλαίου μέτρα τόσα ἐν ταῖς προσφοραῖς, μόνα ἐξηγοῦνται ὑμῖν, καὶ ταῦτα ταπεινῶς καὶ χαμερπῶς· τὰ δὲ μεγάλα καὶ ἄξια ζητήσεως, μηδέποτε τολμῶσι λέγειν, μηδὲ ἐξηγεῖσθαι· ἢ καὶ ἡμῶν ἐξηγουμένων παραγγέλλουσιν ὑμῖν μηδὲ ὅλως ἐπαΐειν, μηδὲ εἰς κοινωνίαν λόγων ἐλθεῖν· οὐχὶ δικαίως ἀκούσονται ἅπερ πρὸς αὐτοὺς ἔφη ὁ ἡμέτερος κύριος Ἰησοῦς Χριστός· τάφοι κεκονιαμένοι, ἔξωθεν φαινόμενοι ὡραῖοι, καὶ ἔσωθεν γέμοντες ὀστέων νεκρῶν· τὸ ἡδύοσμον ἀποδεκατοῦντες [5] τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες, τυφλοὶ ὁδηγοί; ἐὰν οὖν μὴ τῶν διδαγμάτων τῶν ἑαυτοὺς ὑψούντων καὶ θελόντων Ῥαββὶ Ῥαββὶ καλεῖσθαι, καταφρονήσητε, καὶ μετὰ τοιαύτης ἐνστάσεως καὶ νοῦ τοῖς προφητικοῖς λόγοις προσέλθητε, ἵνα τὰ αὐτὰ πάθητε ὑπὸ τῶν ὑμετέρων ἀνθρώπων ἃ καὶ αὐτοὶ οἱ προφῆται ἔπαθον, οὐ δύνασθε ὅλως οὐδὲν ἀπὸ τῶν προφητικῶν ὠφέλιμον λαβεῖν.

CXII. Vos autem qui hæc humiliter interpretamini, multam infirmitatem Deo affingitis, si hæc ita jejune intelligatis, nec vim eorum quæ dicuntur, investigetis. Nam & hoc pacto Moses violatæ legis nomine arguetur; qui cum ipse sanxisset, ne qua effigies fieret, nec eorum quæ in cælo, nec eorum quæ in terra aut mari, idem postea serpentem æneum fecit, ac in eum cuidam signo impositum intueri jussit eos qui morsu petiti fuerant: in quem cum illi intuerentur, salvi fiebant. Tunc igitur populum servasse existimabitur serpens ille, quem Deus, ut jam dixi, diris ab initio devovit, & ingenti gladio, ut clamat Esaias [a], sustulit? sicque hæc insipienter, ut magistris vestris placet, non ut signa accipiemus; neque ad imaginem Jesu crucifixi referemus signum, cum & Moses per manus expansas, una cum eo qui Jesu appellatione cognominatus est, etiam victoriam populo vestro confecerit? Hoc sane modo etiam dubii de iis quæ Legislator fecit, & incerti esse desinemus: neque enim Deum relinquens, populo auctor erat, ut in fera per quam prævaricatio & inobedientia initium acceperant, spem constitueret. Sed hæc non sine multa mente ac mysterio a beato Propheta facta & dicta sunt: nec quidquam est, quod quis merito possit reprehendere in his quæ ab omnibus omnino Prophetis facta aut dicta sunt, si scientiam in illis reconditam teneatis. Sin autem ut magistri vestri, hæc tantum vobis exponunt, idque humiliter & demississime, quam ob causam cameli feminæ in hoc vel illo loco non dicantur, aut quid sint cameli quæ feminæ dicuntur, aut cur tot similæ, tot olei mensuræ in donis offerri solitæ; quæ vero magna & investigatione digna sunt, ea numquam dicere aut explicare audent, vel etiam nobis exponentibus ne præbeatis aures, aut in sermonis communionem veniatis dehortantur: nonne merito audient, quæ ad eos dixit magister Jesus: [b] *Sepulcra dealbata, extrinsecus speciosa, intrinsecus plena ossibus mortuorum: mentam decimantes, camelum autem deglutientes duces cæci?* Nisi igitur eorum doctrinam contemnatis, qui seipsos efferunt, ac Rabbi Rabbi appellari volunt, & ea animi constantia ac ea mente ad prophetica scripta accedatis, ut eadem a vestris hominibus patiamini, quæ & ipsi Prophetæ passi sunt, nullam omnino potestis ex propheticis oraculis utilitatem percipere.

Ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστιν. Ἰησοῦν, ὡς προέφην πολλάκις, Αὐσῆν καλούμενον, ἐκεῖνον τὸν μετὰ τοῦ Χαλὲβ κατάσκοπον εἰς τὴν Χαναὰν ἐπὶ τὴν γῆν ἀποσταλέντα, Ἰησοῦν Μωσῆς ἐκάλεσε. τοῦτο σὺ οὐ ζητεῖς δι' ἣν αἰτίαν ἐποίησεν, οὐκ ἀπορεῖς, οὐδὲ

CXIII. Quod autem dico istiusmodi est. Qui cum Caleb in terram Chanaan explorator missus est, hunc, ut jam sæpe dixi, cum Auses vocaretur, Jesum Moses appellavit. Hoc tu non quæris quam ob causam fecerit, non ambigis, non stu-

a Esai. XXVII. 1. *b* Matth. XXIII. 23 24 27.

1. Αὐτὸς παραγγείλας.] Legit Cl. Thirlbius αὐτὸς, ὃς παραγγείλας. Legi etiam poterit ad accuratiorem verborum constructionem αὐτός· παραγγείλας γὰρ &c. Sed utrum Justinus, qui orationem suam in hoc Dialogo ad unguem castigare non curat, ita scripserit; id valde incertum. Mox Sylburgius monet legendum ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ, & paullo post ὡς προεῖπον.

2. Ἐπὶ σημείου τινός.] Signo alicui serpentem impositum fuisse dicit, non quod crucem fuisse dubitaret; sed habita ratione Judæorum, quos certo sciebat negare non posse signo alicui impositum fuisse serpentem; at eos de cruce assentiri non ei constabat.

3. Τὴν γνῶσιν τὴν ἐν αὐτοῖς.] Eodem sensu n. 90. τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν.

4. Ἐὰν δὲ ὡς οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν.] Si cui displiceat adhibita a nobis interpunctio, legere poterit ὅσοι pro ὡς οἱ, & delere punctum, ante οὐχὶ δικαίως. Eruditus Londinensis editor pro ὡς legit οὕτως.

5. Τὴν δὲ κάμηλον.] His vocibus præmittuntur in editionibus Græco-Latinis hæc verba, καὶ διυλίζοντες τὸν κώνωπα, quæ in codd. mss. & apud R. Steph. desunt, ac forte ab ipso Justino memoriter referente omissa.

φιλοπευστεῖς. τοιγαροῦν λέληθέ σε ὁ Χριστός· καὶ ἀναγινώσκων, οὐ συνίης· οὐδὲ νῦν ἀκούων ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστὸς ἡμῶν, συλλογίζῃ οὐκ ἀργῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἐκείνῳ τεθεῖσθαι τοὔνομα. ἀλλὰ διὰ τί μὲν [1] ἓν ἄλφα πρώτῳ προσετέθη τῷ Ἀβραὰμ ὀνόματι θεολογεῖς, καὶ διὰ τί ἓν ῥῶ τῷ Σάῤῥας ὀνόματι, ὁμοίως κομπολογεῖς· διὰ τί δὲ τὸ πατρόθεν ὄνομα τῷ Αὐσῆ τῷ υἱῷ Ναυῆ ὅλον μετωνόμασται τῷ Ἰησοῦ, οὐ ζητεῖς ὁμοίως. [2] ἐπειδὴ οὐ μόνον μετωνομάσθη αὐτοῦ τὸ ὄνομα, ἀλλὰ καὶ διάδοχος γενόμενος Μωσέως, μόνος τῶν ἀπ' Αἰγύπτου ἐξελθόντων ἐν ἡλικίᾳ τοιαύτῃ ὄντων, εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν τὸν περιλειφθέντα λαόν· καὶ ὃν τρόπον ἐκεῖνος εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν τὸν λαὸν, οὐχὶ Μωσῆς, καὶ ὡς ἐκεῖνος ἐν κλήρῳ διένειμεν αὐτὴν τοῖς εἰσελθοῦσι μετ' αὐτοῦ· οὕτως καὶ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τὴν διασπορὰν τοῦ λαοῦ ἐπιστρέψει, καὶ διαμεριεῖ τὴν ἀγαθὴν γῆν ἑκάστῳ· οὐκέτι δὲ κατὰ ταὐτά. ὁ μὲν γὰρ πρόσκαιρον ἔδωκεν αὐτοῖς τὴν κληρονομίαν, ἅτε οὐ Χριστὸς ὁ Θεὸς ὢν, οὐδὲ υἱὸς Θεοῦ· ὁ δὲ, μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, αἰώνιον ἡμῖν τὴν κατάσχεσιν δώσει. τὸν ἥλιον ἔστησεν ἐκεῖνος, μετονομασθεὶς πρότερον τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, καὶ λαβὼν ἀπὸ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ [3] ἰσχύν. ὅτι γὰρ Ἰησοῦς ἦν ὁ Μωσεῖ καὶ τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἁπλῶς πατριάρχαις φανεὶς καὶ ὁμιλήσας, τῷ τοῦ πατρὸς θελήματι ὑπηρετῶν, ἀπέδειξα· ὃς καὶ ἄνθρωπος γεννηθῆναι διὰ τῆς παρθένου Μαρίας ἦλθε, καί ἐστιν ἀεὶ, [4] ἐρῶ. οὗτος γάρ ἐστιν [5] ἀφ' οὗ καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ δι' οὗ ὁ πατὴρ μέλλει καινουργεῖν· οὗτός ἐστιν ὁ ἐν Ἱερουσαλὴμ αἰώνιον φῶς λάμπειν μέλλων· οὗτός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ, καὶ αἰώνιος ἱερεὺς ὑψίστου ὑπάρχων. ἐκεῖνος λέγεται [6] δευτέραν περιτομὴν μαχαίραις πετρίναις τὸν λαὸν περιτετμηκέναι (ὅπερ κήρυγμα ἦν τῆς περιτομῆς ταύτης ἧς περιέτεμεν ἡμᾶς αὐτὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπὸ τῶν λίθων, καὶ τῶν ἄλλων εἰδώλων) καὶ θημωνιὰς ποιήσας τῶν ἀπὸ ἀκροβυστίας, τουτέστιν ἀπὸ τῆς πλάνης τοῦ κόσμου, ἐν παντὶ τόπῳ περιτμηθέντων πετρίναις μαχαίραις, τοῖς Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν λόγοις. ὅτι γὰρ λίθος καὶ πέτρα ἐν παραβολαῖς ὁ Χριστὸς διὰ τῶν προφητῶν ἐκηρύσσετο, ἀποδέδεικταί μοι. καὶ τὰς μαχαίρας οὖν τὰς πετρίνας, τοὺς λόγους αὐτοὺς ἀκουσόμεθα, δι' ὧν ἀπὸ τῆς ἀκροβυστίας οἱ πλανώμενοι τοσοῦτοι, καρδίας περιτομὴν περιετμή-

A diose percunctaris. Scilicet latet te Christus, nec legens intelligis, nec nunc, cum audias Jesum esse Christum nostrum, ratiocinando colligis nec frustra nec temere hoc isti nomen impositum fuisse. Sed cur unum Alpha primo Abrahæ nomini additum fuerit, sancte & religiose inquiris, & cur unum R Saræ nomini, similiter magno apparatu disputas: cur autem patrium nomen Ausæ filio Navæ totum Jesu cognomine permutatum fuerit, non similiter quæris. Sed quia non modo ejus nomen immutatum est, sed etiam Mosis successor factus, solus ex æqualibus ab Ægypto profectis superstitem populum in terram sanctam introduxit; quemadmodum non Moses, sed iste populum in B terram sanctam introduxit, eamque iis qui secum ingressi fuerant, sorte distribuit: sic & Jesus dispersionem populi convertet, ac terram bonam cuique dividet, non tamen eodem modo. Ille enim temporariam dedit illis hereditatem, utpote qui nec Christus Deus, nec Dei erat Filius: hic autem post sanctam resurrectionem, æternam nobis possessionem dabit. Solem ille fecit stare, cum prius Jesu appellatione cognominatus fuisset, atque ab ejus Spiritu vires accepisset. Jesum enim ipsum illum fuisse, qui Mosi & Abrahæ & aliis omnibus Patriarchis visus est, & cum eis colloquutus, cum Patris voluntati ministraret, jam a me demonstratum est; qui & advenit ut homo fieret ex virgine C Maria, ac semper est. Hic ille est post quem Pater cælum & terram & per quem renovaturus est; hic ille est qui in Jerusalem æternum lumen fulgebit: hic ille est secundum ordinem Melchisedech rex Salem, & æternus Altissimi sacerdos. Dicitur ille (Josue) secunda circumcisione populum lapideis cultris circumcidisse (quod quidem prædicatio fuit circumcisionis illius, qua nos ipse Jesus Christus a lapidibus & aliis simulacris circumcidit:) ac acervos eorum cumulasse, qui a præputio, id est, ab errore mundi in omni loco lapideis cultris, Jesu Domini nostri verbis circumcisi sunt. Lapidem enim & petram in similitudinibus Christum a Prophetis vocari, jam a me demonstratum est. Lapideos igitur cultros, verba D ejus intelligemus; per quæ tot a præputio homines qui in errore versabantur, cordis circumcisio-

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
141.

1. Ἓν ἄλφα.] Videntur Judæi, dum in ejusmodi rebus totam religionem ponunt, ac maxima quæque negligunt, ut eis exprobrat Justinus, ethnicorum jocis materiam dedisse. Quale fuit illud cujusdam impii dicterium, qui, teste Philone, in Judæorum religionem jocabatur, quod Deus in beneficii loco unum A nomini Abrahæ addidisset, & Saram una similiter littera auxisset. Addit Philo hunc hominem impietatis pœnas cito dedisse & levi de causa vitam laqueo finivisse, *de Nom. Mut.* pag. 1053. Vid. Euseb. Præp. Evang. pag. 518.

2. Ἐπειδή.] Si legamus ἐπεὶ δὴ, clara erit & aperta sententia.


3. Ἰσχύν.] Multa heic verba, nempe alterum comparationis membrum, deesse putant Sylburgius & Thirlbius. Sed non viderunt ipsam comparationem in eo institui, quod alter solem stare fecerit, alter ei potestatem tanti miraculi dederit. Pergit in eamdem comparationem Justinus, cum ait cælum & terram per Christum renovatum iri. His enim verbis indicat, quanto præstantior sit filio Navæ, qui potestatem a Christo acceptam in solem exercuit.

4. Ἐρῶ.] Legit Cl. Thirlbius *ἐν οὐρανῷ*: quam quidem conjecturam probare non possum, quia Justinus hoc loco Christum semper esse docet, ut ejus æternitatem demonstret; at in cælo semper esse dicere non potuit, quem mox Jerosolymis ait regnaturum. Crediderim ergo illud ἐρῶ, per parenthesim quamdam heic inseri, ut non multo ante; nempe n. 112. de serpente, ὃν (*πρότερον*) *κατηράσατο ὁ Θεὸς*, vel legendum καὶ ὅτι ἐστὶν ἀεὶ ἐρῶ. Vid. infra n. 135.

5. Ἀφ' οὗ.] Vertendum duxi *post quem*, non *a quo* ut Langus & Perionius. Eodem sensu Justinus de Herode Ascalonita dicebat n. 52. *ἀφ' οὗ ἔπαθεν*, *post quem passus est Christus*. Sic etiam Epiphanius ab Encratitis transiens ad Montanistas, ait: *ἀπὸ τούτων ἑτέρα πάλιν αἵρεσις ἀνακύπτει τῶν Φρυγῶν καλουμένη*. Non belle Petavius ita reddit: *Ab his alia rursus efflorescit hæresis, quæ Phrygum dicitur*. Non enim ab Encratitis orti Montanistæ, sed, ut existimat Epiphanius, post Encratitas. De Græcis hanc loquendi rationem, ut multas alias, imitatur Tertullianus, cum ait de Paracleto: *Hic solus a Christo magister & dicendus & verendus*, de Virg. vel. cap. 1. Hinc etiam Gregorius Naz. illud Paulli *ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ* idem esse putat ac maledictum pro fratribus fieri *post* Christum, Orat. 1. p. 24. Hujus loquendi rationis, *ἀφ' οὗ*, interpretatio, quam pluribus exemplis confirmavimus, optime convenit huic Justini loco. Admonet enim Judæos jam venisse Christum, eumque semper esse: post eum enim & per eum cælum & terram a Deo renovatum iri; quod quidem fieri non potuisse, nisi postquam Christus incarnatus fuisset; & cum hoc mysterium impletum sit, nihil jam ex hac parte obstare quominus mundus renovetur, ac frustra alium a Judæis Christum exspectari. Legit Cl. Thirlbius *ἀφ' οὗ καὶ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ*, vel *ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*, vel *ἀφ' οὗ οὐρανὸς φθάζεται καὶ ἡ γῆ*. Sed ejusmodi conjecturarum inutilis labor. Vertit Gelenius: *Per quem cælum terramque Pater condidit, per eumdem instauraturus*.

6. Δευτέραν περιτομήν.] Hæc Tertullianus more suo imitatur adv. Jud. cap. 9. & lib. 3. in Marcionem cap. 16. Paullo post legere possumus *θημωνιὰς ποιῆσαι*, pro *ποιήσας* quod tamen tolerari potest. At illud omnino necessarium, ut hæc verba non ad Christum, sed ad Josue referamus. Quorum enim præputia circumcidit Josue, hi dicuntur figura eorum exstitisse quos Christus ab errore circumcidit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



θηται, ἵνα περιτμηθῶσι καὶ τοὺς ἔχοντας τὴν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρχὴν λαβοῦσαν περιτομὴν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Ἰησοῦ προὔτρεπεν ἔκτοτε· καὶ τοὺς εἰσελθόντας εἰς τὴν γῆν ἐκείνην τὴν ἁγίαν, δευτέραν περιτομὴν πετρίναις μαχαίραις [1] εἶπον τὸν Ἰησοῦν περιτετμηκέναι αὐτούς.

Ἔσθ᾽ ὅτε γὰρ τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ [2] ἐναργῶς πράττεσθαί τι, ὃ τύπος τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι ἦν, ἐποίει· ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ λόγους ἐφθέγξατο περὶ τῶν ἀποβαίνειν μελλόντων, φθεγγόμενον αὐτοὺς ὡς τότε γινομένων ἢ καὶ γεγενημένων. ἣν τέχνην ἐὰν μὴ εἰδῶσιν οἱ ἐντυγχάνοντες, οὐδὲ παρακολουθῆσαι τοῖς τῶν προφητῶν λόγοις ὡς δεῖ δυνήσονται. παραδείγματος δὲ χάριν, λόγους τινὰς προφητικοὺς εἴποιμ᾽ ἄν, ὅπως παρακολουθήσητε τῷ λεγομένῳ. ὅταν λέγῃ διὰ Ἡσαΐου, αὐτὸς ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν [3] ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος· ὡς ἤδη τοῦ πάθους [4] γενομένου λέγει. καὶ ὅταν πάλιν λέγῃ· ἐγὼ ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου ἐπὶ λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, καὶ ὅταν λέγῃ· κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; ἤδη γεγενημένων πραγμάτων ἐξαγγελίαν οἱ λόγοι σημαίνοντες, λελεγμένοι εἰσί. καὶ γὰρ ἐν παραβολῇ λίθον πολλαχοῦ καλεῖν ἀπέδειξα τὸν Χριστὸν, καὶ ἐν τροπολογίᾳ, Ἰακὼβ καὶ Ἰσραήλ. καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ· ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, ἐὰν μὴ ἀκούω [5] τῶν λόγων αὐτοῦ τὴν ἐργασίαν, οὐ συνετῶς ἀκούσομαι, ὥσπερ ὑμῶν οἱ διδάσκαλοι ἀξιοῦσιν, [6] οἰόμενοι χεῖρας καὶ πόδας καὶ δακτύλους καὶ ψυχὴν ἔχειν, ὡς σύνθετον ζῶον, τὸν πατέρα τῶν ὅλων, καὶ ἀγέννητον Θεόν· οἵ τινες καὶ διὰ τοῦτο ὦφθαι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰακὼβ αὐτὸν τὸν πατέρα διδάσκουσι. μακάριοι οὖν ἡμεῖς οἱ περιτμηθέντες πετρίναις μαχαίραις τὴν δευτέραν περιτομήν. ὑμῶν μὲν γὰρ ἡ πρώτη, διὰ σιδήρου γέγονε καὶ γίνεται· σκληροκάρδιοι γὰρ μένετε· ἡμῶν δὲ ἡ περιτομὴ, ἥτις δευτέρα ἀριθμῷ, μετὰ τὴν ὑμετέραν φανερωθεῖσα, διὰ λίθων ἀκροτόμων, τουτέστι διὰ τῶν λόγων τῶν διὰ τῶν ἀποστόλων τοῦ ἀκρογωνιαίου λίθου, καὶ τοῦ ἄνευ χειρῶν τμηθέντος, περιτέμνει ἡμᾶς ἀπό τε εἰδωλολατρείας καὶ πάσης ἁπλῶς κακίας· ὧν αἱ καρδίαι οὕτως περιτετμημέναι εἰσὶν ἀπὸ τῆς πονηρίας, ὡς καὶ χαίρειν ἀποθνήσκοντας διὰ τὸ ὄνομα τὸ τῆς καλῆς πέτρας, καὶ ζῶν ὕδωρ ταῖς καρδίαις τῶν δι᾽ αὐτοῦ ἀγαπησάντων τὸν πατέρα τῶν ὅλων βρυούσης, καὶ ποτιζούσης τοὺς βουλομένους τὸ τῆς ζωῆς ὕδωρ πιεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ νοεῖτε λέγοντος· ἃ γὰρ ποιῆσαι τὸν Χριστὸν πεπροφήτευται, οὐ νενοήκατε, οὐδὲ ἡμῖν προσάγουσιν ὑμᾶς τοῖς γεγραμμένοις πιστεύετε. Ἱερεμίας μὲν γὰρ οὕτω βοᾷ· οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι ἐγκατελίπετε πηγὴν ζῶσαν, καὶ ὠρύξατε ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται συνέχειν ὕδωρ. μὴ ἔρημον ᾖ, οὗ ἐστι τὸ ὄρος Σιὼν, ὅτι Ἱερουσαλὴμ βιβλίον ἀποστασίου ἔδωκα ἔμπροσθεν ὑμῶν;

Ἀλλὰ Ζαχαρίας ἐν παραβολῇ δεικνύντι τὸ μυστή-

A ne circumcisi sunt; qua quidem ut ii etiam circumciderentur, qui circumcisionem ab Abrahamo initium ducentem habebant, jam tum Deus per Jesum hortabatur; quippe cum eos qui in sanctam illam terram ingrediebantur, a Jesu secundam circumcisionem cultris lapideis dicat accepisse.

CXIV. Interdum enim Spiritus sanctus efficiebat, ut clare aliquid & aperte fieret, quod quidem imago esset futuri: interdum autem & sermones pronuntiavit de futuris rebus, ita eos pronuntians quasi jam tum res fierent, vel etiam factæ fuissent. Quam artem nisi legentes perspiciant, prophetica verba, ut par est, assequi non poterunt. B Exempli gratia proferam verba quædam prophetica, ut quod dico assequamini. Cum dicit per Esaiam: [a] *Ipse tamquam ovis ad occisionem ductus est, & velut agnus coram tondente*, ita dicit quasi jam perageretur passio. Rursus cum ait: [b] *Expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem*; item [c]: *Domine quis credidit auditui nostro?* ita hæc dicuntur quasi res anteactas nuntient. Sic etiam demonstravi sæpe Christum ab eo in similitudine lapidem vocari, & per tropologiam Jacobum & Israelem. Rursus cum dicit: [d] *Videbo cælos, opera digitorum tuorum*; nisi verbum ejus intelligam operationem, insipienter intelligam: quemadmodum magistris vestris placet, qui C manus & pedes & digitos & animam habere instar animalis compositi, existimant parentem universorum & ingenitum Deum; & idcirco visum esse Abrahamo & Jacobo ipsum Patrem docent. Præclare ergo in nobis agitur, qui cultris lapideis circumcisi sumus secunda circumcisione. Prima enim illa vestra ferro peracta est & peragitur; duro enim corde permanetis: nostra autem circumcisio, quæ secunda numero post vestram instituta est, per lapides acutos, id est, per sermones Apostolorum summi illius angularis lapidis & sine manibus abscissi, circumcidit nos a simulacrorum cultu & ab omni prorsus pravitate. Quorum corda ita sunt pravitate circumcisa, ut læti mortem oppetamus D propter nomen præclaræ illius petræ, quæ & in eorum corda qui per ipsum diligunt Patrem universorum, aquam vivam emittit, & eos potat qui aquam vitæ sitiunt. Sed hæc aliquo dicente non intelligitis, quæ facturum esse Christum Prophetæ prædixerunt, nec nobis qui vos ad Scripturas adducimus, creditis. Jeremias enim ita clamat: [e] *Væ vobis, quia dereliquistis fontem vivum, & fodistis vobis cisternas dissipatas, quæ non poterunt continere aquam. Num solitudo erit ubi est mons Sion;* [f] *quoniam Jerusalem libellum repudii dedi in conspectu vestro?*

CXV. Sed Zachariæ Christi mysterium in para-

a Esai. LIII. 7. b Ibid. LV. 2. c Ibid. LIII. 1. d Psalm. VIII. 4. e Jerem. II. 13. f Ibid. III. 8.

1. Εἶπον.] Legendum εἶπεν. Hæc enim referuntur ad Deum, qui docendo in Scripturis Israelitas a Jesu secundam circumcisionem accepisse, hortatur ad veram circumcisionem.

2. Ἐναργῶς.] Clarom. ἐνεργῶς. Sic etiam in margine Reg. & R. Steph. ad calcem. Infra pro κείραντος legit Cl. Thirlbius κείροντος, ut in Apol. 1. n. 50. & in Dialogo n. 13.

3. Ἤχθη.] Rem præteritam hoc verbum designat. Cur ergo hoc exemplo utitur Justinus, ut rem ita narratam exhibeat, quasi jam tum agatur? Videtur præcipue respexisse ad sequentia hæc verba, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα: quæ forte a librariis omissa sunt.

4. Γενομένου.] Manifestum est legendum γινομένου, & mox ὡς ἤδη γεγενημένων.

5. Τῶν λόγων αὐτοῦ.] Legendum τὸν λόγον αὐτοῦ. Loquitur enim Justinus de unico Verbo Dei, quem cum Spiritu sancto vocat Irenæus manus Dei Patris, lib. 4. c. 20. n. 1. Neque enim Deum *indigere aliis organis ad conditionem eorum quæ fiunt; sed idoneus est & sufficiens ad formationem omnium, proprium ejus Verbum*, idem lib. 2. c. 2. In eamdem sententiam Justinus Deum non manibus & digitis operari, sed Verbum esse illius operationem, sive eum omnia per Verbum operari docet. Unde etiam Tatianus Verbum esse primogenitum opus Patris pronuntiat, num. 5. ubi vide annotationem.

6. Οἰόμενοι χεῖρας καὶ πόδας.] Stultum hunc errorem Judæis pariter attribuunt Origenes homil. 3. in Genes. Euseb. in Psalm. pag. 313. & 336. Cyrill. in Julian. III. VIII. 256. & in Esai. pag. 906. Sed observat Philo hunc errorem actionibus magis & affectibus quam verbis declarari: τὴν μὲν ἀπιστίαν τοῦ λόγου ὅτι ἀνθρωπόμορφον τὸ θεῖον ἀποδιδράσκοντες· τὴν δὲ ἐν τοῖς ἔργοις ἀσέβειαν, ὅτι ἀνθρωποπαθὲς ἐπανορθούμενοι, lib. de sacrificiis p. 146.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 141.

ϱιον τῦ Χϱιςοῦ, καὶ ἀποκεκρυμμένως κηρύσσοντι, πιςεῦσαι ὀφείλετε. ἔςι δὲ τὰ λεγόμενα ταῦτα· χαῖρε καὶ εὐφραίνε θύγατερ Σιὼν· ὅτι ἰδὲ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σȣ͂, λέγει κύϱιος. καὶ προςεθήσονται ἔθνη πολλὰ πρὸς κύϱιον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σȣ͂· καὶ γνώσονται ὅτι κύϱιος τῶν δυνάμεων ἀπέςαλκέ με πρός σε. καὶ κατακληρονομήσει κύϱιος τὸν Ἰȣ́δαν, [1] καὶ τὴν μεϱίδα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν, καὶ [2] ἐκλέξεται ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλήμ. εὐλαβείσθω πᾶσα σὰρξ ἀπὸ προσώπȣ κυϱίȣ, ὅτι ἐξεγήγερται ἐκ νεφελῶν ἁγίων αὐτȣ͂. καὶ ἔδειξέ μοι Ἰησȣ͂ν τὸν ἱερέα τὸν μέγαν ἑςῶτα πρὸ προσώπȣ ἀγγέλου· καὶ διάβολος εἱςήκει ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τȣ͂ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ. καὶ εἶπε κύϱιος πρὸς τὸν διάβολον, ἐπιτιμήσαι κύϱιος ἐν σοὶ, ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἱερουσαλήμ. ȣ̓χὶ ἰδȣ̀ [3] τȣ͂το δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός; μέλλοντί τε τῷ Τρύφωνι ἀποκϱίνεσθαι καὶ ἀντιλέγειν μοι, ἔφην, πρῶτον ἀνάμεινον καὶ ἄκουσον ἃ λέγω. οὐ γὰρ ἣν ὑπολαμβάνεις ἐξήγησιν ποιεῖσθαι μέλλω, ὡς μὴ γεγενημένȣ ἱερέως τινὸς Ἰησȣ͂ ὀνόματι ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ γῇ, ὅπȣ αἰχμάλωτος ὁ λαὸς ὑμῶν. ὅπερ εἰ καὶ ἐποίȣν, [4] ἀπέδειξα ὅτι ἦν μὲν Ἰησȣ͂ς ἱερεὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν, τȣ͂τον δὲ αὐτὸν ȣ̓κ ἐν τῇ ἀποκαλύψει αὐτοῦ ἑωράκει ὁ προφήτης, ὥσπερ οὐδὲ τὸν διάβολον καὶ τὸν τȣ͂ κυϱίȣ ἄγγελον οὐκ αὐτοψίᾳ ἐν καταστάσει ὢν ἑωράκει, ἀλλ' ἐν ἐκςάσει, ἀποκαλύψεως αὐτῷ γεγενημένης. νῦν δὲ λέγω ὅτι ὅνπερ τρόπον διὰ τȣ͂ Ἰησοῦ ὀνόματος [5] τῷ Ναυῆ υἱῷ καὶ δυνάμεις καὶ πράξεις τινὰς προκηρυσσούσας τὰ ὑπὸ τȣ͂ ἡμετέρȣ κυϱίȣ μέλλοντα γίνεσθαι πεποιηκέναι [6] ἔφη, οὕτω καὶ τὴν ἐπὶ τȣ͂ ἐν Βαβυλῶνι Ἰησοῦ ἱερέως γενομένου ἐν τῷ λαῷ ὑμῶν ἀποκάλυψιν, ἔρχομαι νῦν ἀποδεῖξαι ἀποκήρυξιν εἶναι τῶν ὑπὸ τοῦ ἡμετέρου ἱερέως, καὶ Θεοῦ, καὶ Χϱιςοῦ, υἱοῦ τȣ͂ πατρὸς τῶν ὅλων, γίνεσθαι μελλόντων. ἤδη μέν τοι ἐθαύμαζον, ἔφην, διὰ τί καὶ πρὸ μικροῦ ἡσυχίαν ἠγάγετε ἐμοῦ λέγοντος, ἢ πῶς οὐκ ἐπελάβεσθέ μου εἰπόντος ὅτι ὁ τοῦ Ναυῆ υἱὸς τῶν ἐξελθόντων ἀπ' Αἰγύπτȣ ὁμηλίκων μόνος εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν, καὶ οἱ γεγραμμένοι ἀφήλικες τῆς γενεᾶς ἐκείνης. ὥσπερ γὰρ αἱ μυῖαι, ἐπὶ τὰ ἕλκη προςρέχετε καὶ ἐφίπτασθε. κἂν γὰρ μυϱία τις εἴπῃ καλῶς, ἓν δὲ μικρὸν ὁτιȣ͂ν εἴη μὴ εὐάρεςον ὑμῖν, ἢ μὴ νοȣ́μενον, ἢ μὴ πρὸς τὸ ἀκϱιβὲς, τῶν μὲν πολλῶν καλῶν οὐ πεφροντίκατε, τȣ͂ δὲ μικρȣ͂ ῥηματίȣ ἐπιλαμβάνεσθε, καὶ κατασκελάζειν αὐτὸ ὡς ἀσέβημα καὶ ἀδίκημα σπȣδάζετε· ἵνα [7] τῇ αὐτῇ ὁμοίᾳ κϱίσει ὑπὸ τοῦ Θεȣ͂ κϱινόμενοι, πολὺ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν μεγάλων τολμημάτων, εἴτε κακῶν πράξεων, εἴτε φαύλων ἐξηγήσεων

A bola ostendenti & arcane prædicanti credere debetis. Sunt autem hæc illius verba: [a] *Gaude & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illo: & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & cognoscent, quia Dominus virtutum misit me ad te. Et possidebit Dominus Judam, & partem suam in terra sancta, & eliget adhuc Jerusalem. Timeat omnis caro a facie Domini: quoniam surrexit de nubibus sanctis suis. Et ostendit mihi Jesum sacerdotem magnum, stantem ante faciem angeli: & diabolus stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet Do-* B *minus in te, qui elegit Jerusalem. Nonne ecce hoc torris est extractus de igne?* Cum Trypho respondere & mihi contradicere pararet, fac primum, inquam, exspectes & audias quid dicam. Neque enim quam suspicaris expositionem allaturus sum, ut nullum sacerdotem Jesu nomine in terra Babylonia, ubi populus vester captivus erat, exstitisse dicam. Quod quidem si facerem, demonstrarem futurum non fuisse, si Jesus sacerdos in vestro genere fuisset, ut eum Propheta in sua revelatione videret; quemadmodum nec diabolum, nec angelum Domini ipsis oculis intra se constitutus vidit, sed in exstasi, revelatione ipsi facta. Nunc autem quod dico sic se habet. Quemadmodum Scriptura a filio C Navæ virtutes & actiones quasdam, quæ res a Domino nostro gerendas prænuntiabat, per nomen Jesu editas esse dixit; ita & hanc sub illo Jesu qui sacerdos Babylone in populo vestro fuit, revelationem nunc demonstrare aggredior eorum, quæ Sacerdos noster & Deus & Christus, Patris universorum Filius, facturus erat, prædicationem fuisse. Jam autem miratus sum, inquam, cur paullo ante dicente me quieveritis, nec reprehenderitis cum dicerem filium Navæ ex æqualibus ab Ægypto profectis solum in terram sanctam ingressum esse cum iis, qui hac ætate natu minores descripti fuerant. Nam instar muscarum ad ulcera accurritis & advolatis. Si quis enim sexcenta præclare di- D cat, unum autem quamlibet minutum vobis non placeat, aut a vobis non intelligatur, aut minus accuratum sit; de plurimis præclare dictis parum laboratis, verbulum autem arripitis, illudque in piaculi ac sceleris loco statuere conamini: ut simili modo a Deo judicati, multo magis magnorum facinorum, sive improbe factorum, sive pravarum interpretationum, quas adulterando adhibetis ra-

[a] Zach. II. 10 — III. 2.

1. Καὶ τὴν μεϱίδα.] Observat Nobilius conjunctionem a pluribus omitti, idque aptius erudito Londinensi Editori videtur.

2. Ἐκλέξεται ἐπὶ Ἱερυσαλήμ.] Biblia Rom. αἱρετιεῖ ἔτι Ἱερυσαλήμ. Observat idem Thirlbius lectionem Justini præferendam esse, ut magis consentaneam Hebræo fonti.

3. Τȣ͂το δαλός.] Ita Aquila & Hebr. & edit. Complut. Quamvis autem legatur ὡς δαλὸς, ut observat idem vir eruditus, in Bibl. Rom. & Ald. & cod. Alex. & in Constit. Apost. l. 6. c. 5. & apud Clem. Alex. p. 73. quem tamen Sylburgius licenter emendavit, & apud Hieronymum, Cyrill. Alex. & Teodoret. vix dubito, quin hanc voculam ὡς omiserit Justinus. Ait enim infra de Jesu sacerdote: καὶ δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρὸς ἐκλήθη.


4. Ἀπέδειξα &c.] Difficilis locus & variis conjecturis vexatus, quas referre longum sit; sed tamen levissima aut nulla mutatione facta illustrari potest. Legere enim possumus mutato tantum accentu, ἦν μὲν Ἰησȣ͂ς ἱερεὺς ἐν τῷ γένει ὑμῶν, supplendo ἐὰν, *Si sacerdos Jesus in genere vestro fuisset*; vel, si malis, εἰ μὲν ἦν, quod eodem redit. Negare non vult Justinus sacerdotem nomine Jesum exstitisse in terra Babylonis; sed tamen declarat probabilem materiam sibi non defuturam, si litigare velit; quia Propheta quemadmodum nec diabolum nec angelum oculis suis vidit, sed oblata revelatione; sic summum sacerdotem, si vivus is exstitisset, non in revelatione, sed coram cernere debuisset. Non deerant qui hanc revelationem ad Jesum filium Josedech referri omnino non posse contenderent. Unde Tertullianus adv. Jud. c. 14. *Nec poteritis eum Josedech filium dicere, qui nulla omnino veste sordida, sed semper sacerdotali fuit exornatus, nec umquam sacerdotali munere privatus*. Christianorum interpretum sententiam sic refert Hieronymus: *Non autem esse Jesum filium Josedech ex hoc conantur ostendere, quod non sit appositum in præsenti loco, filius Josedech: qui in aliis locis & ubi vere de Jesu dicitur filio Josedech, semper patris cognomine censeatur*. Aliam viam init Justinus: fatetur heic agi de filio Josedech; at ea quæ ad Christum spectant, significari contendit.

5. Τῷ Ναυῆ υἱῷ.] Vel legendum τὸν Ναυῆ υἱὸν, vel πεποιῆσθαι pro πεποιηκέναι.

6. Ἔφη.] Non legendum ἔφην, ut placet erudito Londinensi Editori, sed supplendum, ex more S. Martyris, Θεὸς vel λόγος, nempe Scriptura. Sic enim n. 114. ὅταν λέγῃ διὰ Ἠσαΐȣ: & paullo post, καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ: & n. 120. φησὶ γȣ͂ν καὶ ἐν τῷ Ἰȣ́δα: & n. 121. περὶ αὐτȣ͂ λέγων τȣ͂ Χϱιςȣ͂. Vide annotata ad n. 61.

7. Τῇ αὐτῇ ὁμοίᾳ.] Legendum monet Sylburgius τῇ αὐτῇ καὶ ὁμοίᾳ.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ἃς παραποιοῦντες ἐξηγεῖσθε, λόγον [1] δώσητε. ὃ γὰρ κρίμα κρίνετε, δίκαιόν ἐστιν ὑμᾶς κριθῆναι. A

tionem reddatis. Quo enim judicio judicatis, eodem vos æquum est judicari.

Ἀλλ' ἵνα τὸν λόγον τὸν περὶ τῆς ἀποκαλύψεως [2] Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἁγίου ἀποδιδῶ ὑμῖν, ἀναλαμβάνω τὸν λόγον, καί φημι κἀκείνην τὴν ἀποκάλυψιν εἰς ἡμᾶς, τοὺς ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀρχιερέα τοῦτον τὸν σταυρωθέντα πιστεύοντας, γεγενῆσθαι· οἵτινες ἐν πορνείαις καὶ ἁπλῶς πάσῃ ῥυπαρᾷ πράξει ὑπάρχοντες, διὰ τῆς παρὰ τοῦ ἡμετέρου Ἰησοῦ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ χάριτος, τὰ ῥυπαρὰ πάντα ἃ ἠμφιέσμεθα κακὰ ἀπεδυσάμεθα· οἷς ὁ διάβολος ἐφέστηκεν ἀεὶ ἀντικείμενος, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκειν πάντας βουλόμενος· καὶ ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ πεμφθεῖσα ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ B Χριστοῦ, ἐπιτιμᾷ αὐτῷ, καὶ ἀφίσταται ἀφ' ἡμῶν. καὶ ὥσπερ ἀπὸ πυρὸς ἐξεσπασμένοι ἐσμὲν, ἀπὸ μὲν τῶν ἁμαρτιῶν τῶν προτέρων καθαρισθέντες, [3] ἀπὸ δὲ τῆς θλίψεως καὶ τῆς πυρώσεως ἣν πυροῦσιν ἡμᾶς ὅ,τε διάβολος καὶ οἱ αὐτοῦ ὑπηρέται πάντες· ἐξ ὧν καὶ πάλιν [4] ἀποσπᾷ ἡμᾶς Ἰησοῦς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐνδῦσαι ἡμᾶς τὰ ἡτοιμασμένα ἐνδύματα, ἐὰν πράξωμεν αὐτοῦ τὰς ἐντολὰς, ὑπέσχετο, καὶ αἰώνιον βασιλείαν προνοῆσαι ἐπήγγελται. ὃν γὰρ τρόπον Ἰησοῦς ἐκεῖνος ὁ λεγόμενος ὑπὸ τοῦ προφήτου ἱερεὺς, ῥυπαρὰ ἱμάτια ἐφάνη φορῶν, διὰ τὸ [5] γυναῖκα πόρνην λελέχθαι εἰληφέναι αὐτὸν, καὶ δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρὸς ἐκλήθη, διὰ τὸ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰληφέναι, ἐπιτιμηθέντος καὶ τοῦ ἀντικειμένου αὐτῷ διαβόλου· οὕτως ἡμεῖς C οἱ διὰ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος, ὡς εἷς ἄνθρωπος [6] πάντες ἔσονται εἰς τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ πρωτοτόκου αὐτοῦ υἱοῦ, τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια, τουτέστι τὰς ἁμαρτίας, ἀπημφιεσμένοι, πυρωθέντες διὰ τοῦ λόγου τῆς κλήσεως αὐτοῦ, ἀρχιερατικὸν τὸ ἀληθινὸν γένος ἐσμὲν τοῦ Θεοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς μαρτυρεῖ, εἰπὼν ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ ἐν τοῖς ἔθνεσι θυσίας εὐαρέστους αὐτῷ καὶ καθαρὰς προσφέροντες. οὐ δέχεται δὲ παρ' οὐδενὸς θυσίας ὁ Θεὸς, εἰ μὴ διὰ τῶν ἱερέων αὐτοῦ.

CXVI. Sed ut vobis rationem reddam de revelatione Jesu Christi sancti, repeto sermonem ac dico, hanc quoque revelationem in nos factam esse, qui in Christum summum sacerdotem, hunc crucifixum, credimus: qui cum in stupris ac omni prorsus sordida actione versaremur, per gratiam a nostro Jesu secundum voluntatem ipsius Patris concessam, sordida omnia quibus induti eramus, mala exuimus: quibus diabolus instat semper adversans, ac omnes ad se trahere volens; sed Angelus Dei, id est, virtus Dei nobis per Jesum Christum immissa, increpat eum & a nobis discedit. Ac tamquam ex igne extracti sumus, cum prioribus peccatis expurgati, tum ex tribulatione eruendi & ex incendio nobis a diabolo ejusque omnibus ministris admoto; ex quibus nos etiam rursus se extracturum Jesus Dei Filius, ac præparatis vestibus nos induturum, si mandata ejus observemus, & regnum æternum provisurum promisit. Quemadmodum enim Jesus ille qui sacerdos a Propheta dicitur, sordida ferens indumenta visus est, quia fornicariam illum uxorem accepisse dictum est; ac torris extractus ex igne vocatus, quia remissionem peccatorum accepit, etiam increpito qui ei adversabatur, diabolo: ita nos, qui per nomen Jesu instar unius hominis omnes in creatorem universorum Deum credimus, per nomen primogeniti illius Filii sordidis vestibus, id est, peccatis exuti & per verbum illius vocationis inflammati, verum genus sacerdotale Dei sumus, ut Deus ipse testatur [a], cum sibi in omni loco in gentibus grata & pura sacrificia offerri dicit. A nemine autem Deus accipit sacrificia, nisi per ipsius sacerdotes.

[7] Πάντας οὖν οἳ διὰ τοῦ ὀνόματος τούτου θυσίας ἃς παρέδωκεν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς γίνεσθαι, τουτέστιν ἐπὶ τῇ εὐχαριστίᾳ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου τὰς ἐν παντὶ τόπῳ τῆς γῆς γινομένας ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν, προλαβὼν ὁ Θεὸς, μαρτυρεῖ εὐαρέστους ὑπάρχειν αὐτῷ· D τὰς δὲ ὑφ' ὑμῶν καὶ δι' ἐκείνων ὑμῶν τῶν ἱερέων γινομένας ἀπαναίνεται, λέγων· καὶ τὰς θυσίας ὑμῶν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου ἕως δυσμῶν, τὸ ὄνομά μου δεδόξασται, λέγει, ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. καὶ μέχρι νῦν φιλονεικοῦντες λέγετε, ὅτι τὰς μὲν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τῶν ἐκεῖ τότε οἰκούντων Ἰσραηλιτῶν καλουμένων θυσίας οὐ προσδέχεται ὁ Θεός· τὰς δὲ διὰ τῶν ἐν τῇ διασπορᾷ τότε δὴ ὄντων ἀπὸ τοῦ γένους ἐκείνου ἀνθρώπων εὐχὰς προσίεσθαι αὐτὸν εἰρηκέναι,

CXVII. Qui ergo per illius nomen sacrificia ipsi offerunt ea, quæ a Jesu Christo præscripta, id est, quæ in Eucharistia panis & calicis a Christianis in omni terrarum loco offeruntur, hos omnes in antecessum Deus gratos sibi esse testatur. Quæ vero a vobis ac per vestros illos sacerdotes offeruntur, ea respuit, cum dicit: [b] *Et sacrificia vestra non suscipiam de manibus vestris: quoniam ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatur in gentibus: Vos autem profanatis illud.* Ac vos quidem hactenus contentionis studio dicitis, Deum quidem sacrificia Jerosolymis ab his, qui tunc ibi Israelitæ dicti habitabant, oblata non accipere; eorum autem preces qui tunc ex illo genere in dispersione erant, gratas sibi esse dixisse, atque illorum

a Malach. I. 11. *b* Ibid. I. 10 — 11.

1. Δώσητε.] Clarom. δώσετε. Sylburgius mallet δῶτε vel δώητε.

2. Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἁγίου.] *Cæcus est*, inquit Thirlbius, *qui non videat hæc corrupta esse*. Legendum monet τοῦ Ζαχαρίου, vel Ἰησοῦ καὶ τοῦ ἀγγέλου, vel Ἰησοῦ τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου. Fateor mihi hanc corruptelam non apparere, nec video cur *revelatio Jesu Christi sancti* appellari non possit, id quod non multo ante appellatur *mysterium Christi arcane a Zacharia prædicatum*. Tertullianus, quicum in ipsius rei summa consentit Justinus, sic loquitur loco jam citato: *Sic & apud Zachariam, in persona ipsius, immo & in ipsius nominis sacramento, verus summus Sacerdos Patris Christus Jesus, duplici habitu in duos adventus delineatur*.

3. Ἀπὸ δὲ τῆς θλίψεως.] Hoc loco, ut in aliis multis, supplendum est aliquod verbum, quo Christianos ex persequutionibus, quas diabolus ejusque ministri excitabant, significetur aliquando liberatum iri, nempe in fine mundi. Tempus enim persequutionum aliis terminis non circumscribebat Justinus, ut vidimus n. 39.

4. Ἀποσπᾷ.] Legendum ἀποσπᾶν, & mox καὶ ἐνδῦσαι. Si quis tamen retinere velit illud ἀποσπᾷ (sæpe enim præsens pro futuro usurpat Justinus) legendum erit ὃς ἐνδῦσαι.

5. Γυναῖκα πόρνην.] Non probabile est Justinum id commisisse, quod suspicatur Londinensis editor, ut Jesum filium Josedech cum Osea propheta confunderet. Probabilior alia ejusdem conjectura fornicariam uxorem a Justino vocari eam quæ conjugio illicito ducebatur. Nam Judæi vestibus sordidis, teste Hieronymo, Jesum indutum fuisse dicebant, *vel ob conjugium illicitum, vel ob peccata populi, vel ob squalorem captivitatis*. Conjugium illicitum erat, quia alienigenam uxorem duxerat.

6. Πάντες ἔσονται.] Legendum πιστεύσαντες admonuit Thirlbius.

7. Πάντας οὖν οἱ.] Vel legendum πάσας οὖν διὰ τοῦ; vel ante, aut post τοῦ ὀνόματος, supplendum προσφέρομεν.

καὶ τὰς εὐχὰς αὐτῶν θυσίας καλεῖν. ὅτι μὲν οὖν καὶ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι ὑπὸ τῶν ἀξίων γινόμεναι, [1] τέλειαι μόναι καὶ εὐάρεστοί εἰσι τῷ Θεῷ θυσίαι, καὶ αὐτός φημι. ταῦτα γὰρ μόνα καὶ Χριστιανοὶ παρέλαβον ποιεῖν, [2] καὶ ἐπ' ἀναμνήσει δὲ τῆς τροφῆς αὐτῶν ξηρᾶς τε καὶ ὑγρᾶς, ἐν ᾗ καὶ τοῦ πάθους ὃ πέπονθε [3] δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς τοῦ Θεοῦ μέμνηται. οὗ τὸ ὄνομα βεβηλωθῆναι κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν καὶ βλασφημεῖσθαι οἱ ἀρχιερεῖς τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ διδάσκαλοι εἰργάσαντο. ἃ ῥυπαρὰ καὶ αὐτὰ [4] ἐνδύματα, περιτεθέντα ὑφ' ὑμῶν πᾶσι τοῖς ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ γενομένοις Χριστιανοῖς, δείξει αἰρόμενα ἀφ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, ὅταν πάντας ἀναστήσῃ, καὶ τοὺς μὲν ἐν αἰωνίῳ καὶ ἀλύτῳ βασιλείᾳ ἀφθάρτους καὶ ἀθανάτους καὶ ἀλύπους καταστήσῃ, τοὺς δὲ εἰς κόλασιν αἰώνιον πυρὸς παραπέμψῃ. ὅτι δὲ ἑαυτοὺς πλανᾶτε καὶ ὑμεῖς καὶ οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, ἐξηγούμενοι ὅτι περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἐν τῇ διασπορᾷ ὄντων ἔλεγεν ὁ λόγος, ὅτι τὰς εὐχὰς αὐτῶν καὶ θυσίας καθαρὰς καὶ εὐαρέστους ἐν παντὶ τόπῳ γενομένας ἔλεγεν, ἐπίγνωτε ὅτι ψεύδεσθε, καὶ ἑαυτοὺς κατὰ πάντα ἀπατᾷν πειρᾶσθε· ὅτι πρῶτον μὲν οὐδὲ νῦν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως δυσμῶν ἐστιν ὑμῶν τὸ γένος, ἀλλ' ἔστι τὰ ἔθνη ἐν οἷς οὐδέπω οὐδεὶς ὑμῶν τοῦ γένους ᾤκησεν. [5] οὐδὲ ἓν γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ γένος ἀνθρώπων, εἴτε βαρβάρων, εἴτε Ἑλλήνων, εἴτε ἁπλῶς ᾡτινιοῦν ὀνόματι προσαγορευομένων, ἢ ἁμαξοβίων ἢ ἀοίκων καλουμένων, ἢ ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων οἰκούντων, ἐν οἷς μὴ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι τῷ πατρὶ καὶ ποιητῇ τῶν

A preces sacrificia vocare. Equidem preces & gratiarum actiones quæ a dignis peraguntur, sola esse perfecta & Deo accepta sacrificia, & ipse pronuntio. Hæc enim Christiani quoque sola peragere didicerunt, etiam in recordatione alimoniæ suæ siccæ & liquidæ, in qua etiam passionis quam Filius Dei propter eos pertulit, recordantur. Hujus nomen ut profanaretur per totum orbem terrarum & blasphemiis appeteretur, principes sacerdotum populi vestri & magistri perfecerunt. Sed hæc ipsa quoque sordida indumenta, a vobis imposita iis omnibus qui ex nomine Jesu facti sunt Christiani, Deus a nobis sublata ostendet, cum omnes ad vitam revocabit, & alios quidem in æterno & indissolubili re- B gno incorruptos & immortales & doloris expertes constituet, alios autem in æternum ignis supplicium detrudet. Quod autem & ipsi vos decipitis & magistri vestri, dum Scripturam sic interpretamini, quasi de dispersis vestri generis hominibus dicat, eorum preces & sacrificia in omni loco pura & accepta esse; agnoscite vos mentiri & operam dare ut in omnibus vosmetipsos decipiatis: primum quidem quia ne nunc quidem ab ortu solis ad occasum diffusum est genus vestrum, ac gentes videre est, in quibus nondum quisquam vestrum habitavit. Nullum enim omnino genus est sive Græcorum, sive Barbarorum, sive quolibet nomine appellentur, vel Hamaxobiorum qui in plaustris degunt, vel Nomadum qui do- C mibus carent, vel Scenitarum qui pecora pascentes habitant in tentoriis; nullum, inquam, ejusmodi genus est, in quo non per nomen crucifixi Jesu

1. Τέλειαι μόναι .... θυσίαι.] Non magis negat hoc loco sacrificium & victimam a Christianis offerri solitam, quam tot aliis locis baptismum exteriorem, in quibus carnis circumcisioni successisse ait circumcisionem cordis, ac cordis conversionem solum esse verum baptisma contendit. Redundant scripta veterum his loquendi rationibus. Sic Tertullianus apud quem sacrificium mundum est *simplex oratio de conscientia pura*, lib. 4. adv. Marc. cap. 1. agnoscit exterius sacrificium apud ipsos hæreticos, aut saltem ex hoc eorum sacrificio ansam ad eos refellendos capit. Postquam enim lib. 3. cap. 22. retulit Malachiæ verba: *In omni loco sacrificium nomini meo offertur, sacrificium mundum*, statim addit: *Gloriæ scilicet relatio & benedictio & laus & hymni. Quæ omnia cum in te quoque deprehendantur, & signaculum frontium, & ecclesiarum sacramenta, & munditiæ sacrificiorum, debes jam erumpere uti dicas, spatium* (leg. spiritum) *creatoris tuo Christo prophetasse*.


2. Καὶ ἐπ' ἀναμνήσει δὲ τῆς τροφῆς.] Redundat illud δὲ ut supra n. 48. Illa autem recordatio alimoniæ siccæ & liquidæ videtur esse gratiarum actio, ut in Apol. 1. n. 65. ob acceptum a Deo panem & vinum, quibus quodammodo continetur quidquid ad hominis alimoniam, siccam scilicet & liquidam, necessarium est. Justinus enim hoc loco distinguit ab hac recordatione alimoniæ siccæ & liquidæ recordationem passionis Domini. Quomodo celebretur illa recordatio passionis Domini, non erat explicandi locus; sed id facile intelligitur ex eadem Apol. 1. ubi docet Justinus eadem omnipotentia, qua Verbum caro factum est, panem & vinum fieri Corpus & Sanguinem Christi. Hoc enim semel posito Corpus & Sanguinem Christi in altari exstare, nemo non facillime animadvertit incruentam passionis cruentæ recordationem. Quod autem spectat ad ipsas species panis & vini, videtur Justinus ab eximia quadam earum simplicitate sacrificium Christianorum laudare & commendare. Observat enim Eustathius in Iliad. a p. 133. edit. Rom. antiquos, ante usum victimarum, molas tantum & libationes obtulisse, ut his veluti primitiis totius alimoniæ humanæ, quæ sicca nimirum & liquida est, gratum animum testarentur. *διττῆς οὔσης ἐν ἡμῖν τροφῆς τῆς ἀναγκαιοτάτης, ξηρᾶς τε, ἥτις ἐν σπέρμασι θεωρεῖται, καὶ ἄλλοις καρποῖς, ἔτι δὲ καὶ τῆς ὑγρᾶς τῆς θεωρουμένης πρώτως μὲν ἐν ὕδατι, δευτέρως δὲ καὶ ἐν οἴνῳ, ἀπαρχὰς ὡσανεὶ τῆς ὅλης ζωογόνου τροφῆς εὐχαρίστως οἱ παλαιοὶ, τάς τε ὀλοχύτας ἐν ταῖς θυσίαις προεβάλλοντο ἀπὸ ξηρᾶς τινος τροφῆς, ἀλλὰ μὲν καὶ τὰς σπονδὰς ἐν ἄλλοτε ἄλλῳ ὑγρῷ πρὸς καιρούς*. Cum Justini sententia consentit hoc Irenæi testimonium: *Sed & suis discipulis*, inquit, *dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi sint nec ingrati, eum qui ex creatura panis est, accepit & gratias egit, dicens: Hoc est meum corpus. Et calicem similiter qui est ex creatura secundum nos, suum sanguinem confessus est, & novi Testamenti novam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in universo mundo offert Deo, & qui alimenta nobis præstat, primitias munerum suorum in novo Testamento*, lib. 4. cap. 17. n. 5. Sic etiam Origenes lib. 8. contra Celsum p. 399. ὁ Κέλσος μὲν, ὡς ἀγνοῶν Θεὸν, τὰ χαριστήρια δαίμοσιν ἀποδιδότω· ἡμεῖς δὲ τῷ τοῦ παντὸς δημιουργῷ εὐχαριστοῦντες, καὶ τοὺς μετ' εὐχαριστίας καὶ εὐχῆς τῆς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι προσφερομένους ἄρτους ἐσθίομεν, σῶμα γενομένους διὰ τὴν εὐχὴν ἅγιόν τι καὶ ἁγιάζον τοὺς μετὰ ὑγιοῦς προθέσεως αὐτῷ χρωμένους. *Ac Celsus quidem, ut Deum ignorans, gratias dæmonibus agat: nos autem qui gratias Deo agimus, etiam panes illos comedimus, qui cum gratiarum actione & prece ob hæc dona accepta oblati, fiunt per precem corpus quoddam sanctum & sanctificans eos, qui illo utuntur cum sano proposito*. Lucem etiam Justino afferunt hæc Liturgiæ nostræ verba, *Per quem hæc omnia Domine semper bona creas* &c. Vid. Joan. Bona Liturg. 11. 14.

3. Δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς τοῦ Θεοῦ, μέμνηται.] Manifesti librariorum errores facile tolluntur. In promtu enim est, legendum ἐν ᾗ καὶ τοῦ πάθους ὃ πέπονθε δι' αὐτοὺς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ μέμνηνται. Retinendum μέμνηται existimat. CL. Thirlbius.

4. Ἐνδύματα.] Sic etiam vocat calumnias Christianis affictas, Apol. 2. n. 13. Paullo post legit Thirlbius αἰωνίου πυρός.

5. Οὐδὲ ἓν γὰρ ὅλως ἐστὶ τό.] Aptius videtur Sylburgio ἐστί τι. Ante Justinum Hermas dixerat lib. 3. c. 9. n. 17. *Omnes nationes quæ sub cælo sunt, audierunt & crediderunt & uno nomine Filii Dei vocantur*. Testatur etiam Irenæus l. 3. c. 4. multas gentes barbarorum in Christum credidisse, *sine charta & atramento scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem*. Tertullianus cap. 7. adv. Jud. universas gentes in Christum credidisse dicit, & postquam plurimas enumeravit, alias multas addendas esse declarat, quas fatetur sibi ignotas esse & a se enumerari non posse. Lactantius in libro de Mort. Perseq. c 3. Ecclesiæ, post mortem Neronis, statum sic describit: *Manus suas in Orientem Occidentemque porrexit, ut jam nullus esset terrarum angulus tam remotus, quo non religio Dei penetrasset, nulla denique natio tam feris moribus vivens, ut non suscepto Dei cultu ad justitiæ opera mitesceret*. Sed hæc Justini & aliorum testimonia nimis præfracte sumi non debent. Nam Origenes Tract. 28. in Matth. multas esse nationes fatetur, quæ nondum Evangelii lucem receperint. Ipsos Judæos, quos Justinus in omnibus locis versari negat, Rex Agrippa apud Josephum 2. de bello Jud. ita in omnes regiones diffusos esse ait, ut nulla gens sit, in qua non aliqua pars Judæorum reperiatur. *οὐ γάρ ἐστιν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης δῆμος ὁ μὴ μοῖραν ὑμετέραν ἔχων*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ὅλων γίνωνται. [1] εἰδότες ὅτι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ὅτε ὁ προφήτης Μαλαχίας τοῦτο ἔλεγεν, οὐδέπω ἡ διασπορὰ ὑμῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐν ὅσῃ νῦν γεγόνατε, ἐγεγένητο, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν γραφῶν ἀποδείκνυται.

Ὥστε μᾶλλον παυσάμενοι τοῦ φιλεριστεῖν, μετανοήσατε πρὶν ἐλθεῖν τὴν μεγάλην ἡμέραν τῆς κρίσεως, ἐν ᾗ κόπτεσθαι μέλλουσι πάντες οἱ [2] ἀπὸ τῶν φαυλῶν ὑμῶν ἐκκεντήσαντες τοῦτον τὸν Χριστὸν, ὡς ἀπὸ γραφῆς ἀπέδειξα προειρημένον. καὶ ὅτι ὤμοσε κύριος κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, καὶ τί τὸ προειρημένον ἐστὶν, ἐξηγησάμην. καὶ ὅτι περὶ τοῦ θάπτεσθαι μέλλοντος καὶ ἀνίστασθαι Χριστοῦ ἦν ἡ προφητεία τοῦ Ἠσαΐου φήσαντος, ἡ ταφὴ αὐτοῦ ἦρται ἐκ τοῦ μέσου, B προεῖπον. καὶ ὅτι κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν ἁπάντων αὐτὸς οὗτος ὁ Χριστὸς, εἶπον ἐν πολλοῖς. καὶ Νάθαν δὲ ὁμοίως περὶ τούτου λέγων πρὸς Δαβὶδ, οὕτως ἐπήνεγκεν· ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱὸν, καὶ τὸ ἔλεός μου οὐ μὴ ἀποστήσω ἀπ' αὐτοῦ, καθὼς ἐποίησα ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· καὶ στήσω αὐτὸν ἐν τῷ οἴκῳ μου, καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἕως αἰῶνος. καὶ τὸν ἡγούμενον δὲ ἐν τῷ οἴκῳ οὐκ ἄλλον Ἰεζεκιὴλ λέγει ἢ τοῦτον αὐτόν. οὗτος γὰρ ἐξαίρετος ἱερεὺς καὶ αἰώνιος βασιλεὺς, ὁ Χριστὸς, ὡς υἱὸς Θεοῦ· οὗ ἐν τῇ πάλιν παρουσίᾳ μὴ δόξητε λέγειν Ἠσαΐαν ἢ τοὺς ἄλλους προφήτας, θυσίας ἀφ' αἱμάτων ἢ σπονδῶν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἀναφέρεσθαι, [3] ἀλλὰ ἀληθινοὺς καὶ C πνευματικοὺς, αἴνους καὶ εὐχαριστίας. καὶ οὐ μάτην ἡμεῖς εἰς τοῦτον πεπιστεύκαμεν, οὐδ' ἐπλανήθημεν ὑπὸ τῶν οὕτως διδαξάντων· ἀλλὰ καὶ θαυμαστῇ προνοίᾳ Θεοῦ τοῦτο γέγονεν, ἵνα ἡμεῖς ὑμῶν τῶν νομιζομένων, οὐκ ὄντων δὲ οὔτε φιλοθέων οὔτε συνετῶν, συνετώτεροι καὶ θεοσεβέστεροι εὑρεθῶμεν διὰ τῆς κλήσεως τῆς καινῆς καὶ αἰωνίου διαθήκης, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ. τοῦτο θαυμάζων Ἠσαΐας ἔφη· καὶ συνέξουσι βασιλεῖς τὸ στόμα αὐτῶν· ὅτι οἷς οὐκ ἀνηγγέλη [4] περὶ αὐτῶν, ὄψονται· καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. κύριε τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; καὶ ταῦτα λέγων, ἔφην, ὦ Τρύφων, ὡς ἐγχωρεῖ, διὰ τοὺς σήμερον σὺν σοὶ ἀφιγμένους ταῦτα λέγειν πειρῶμαι, βραχέως μέν D τοι καὶ περικεκομμένως.

Κἀκεῖνος, εὖ ποιεῖς, ἔφη· κἂν διὰ πλειόνων δὲ καὶ τὰ αὐτὰ πάλιν λέγῃς, χαίρειν με καὶ τοὺς συνόντας τῇ ἀκροάσει γίνωσκε.

Ἐγώ τε αὖ εἶπον, οἴεσθε ἂν ἡμᾶς ποτε, ὦ ἄνδρες, νενοηκέναι δυνηθῆναι ἐν ταῖς γραφαῖς ταῦτα, εἰ μὴ θελήματι τοῦ θελήσαντος αὐτὰ, ἐλάβομεν χάριν τοῦ νοῆσαι; ἵνα γένηται καὶ τὸ λελεγμένον ἐπὶ Μωσέως· παρώξυνάν με ἐπ' ἀλλοτρίοις, ἐν βδελύγμασιν αὐτῶν ἐξεπίκρανάν με. ἔθυσαν δαιμονίοις, οἷς οὐκ οἴδασι· καινοὶ καὶ πρόσφατοι ἥκασιν, οὓς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες αὐτῶν. Θεὸν τὸν γεννήσαντά σε ἐγκατέλιπες, καὶ ἐπελάθου Θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε. E καὶ εἶδε κύριος, καὶ ἐζήλωσε, καὶ παρωξύνθη δι' ὀργὴν υἱῶν αὐτοῦ καὶ θυγατέρων, καὶ εἶπεν, ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων· ὅτι γενεὰ ἐξεστραμμένη

A preces & gratiarum actiones Patri & creatori universorum fiant. Deinde vero quia quo tempore Propheta Malachias hæc dicebat, nondum dispersi eratis in omnes illas terræ partes in quibus nunc estis; id quod etiam ex Scriptura perspicitur.

CXVIII. Quamobrem satius est, ut contentionis studium deponentes pœnitentiam agatis, antequam veniat magnus ille judicii dies, in quo [a] *plangent* quicumque ex vestris tribubus Christum *pupugerunt*, prout prædictum a Scripturis docui *. Dominum autem jurasse [b] *secundum ordinem Melchisedech*, & quid sibi velit hæc prædictio explicui **. Atque hoc Esaiæ [c] vaticinium, *Sepultura ejus* B *e medio sublata est*, de sepeliendo & resurrecturo Christo editum jam demonstravi ***; ipsumque illum Christum vivorum & mortuorum omnium judicem esse pluribus disserui. Similiter Nathan cum de eo loqueretur ad Davidem, sic intulit: [d] *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, & misericordiam meam non removebo ab eo; sicut feci ab eis qui ante eum erant: & statuam eum in domo mea, & in regno ejus usque in sæculum.* Ducem autem in domo non alium Ezechiel [e] nisi hunc ipsum dicit. Hic enim est eximius Sacerdos & Rex æternus Christus, utpote Filius Dei; cujus in secundo adventu ne existimetis Esaiam aut ceteros Prophetas dicere, sacrificia sanguinis aut C libationum altari imponi, sed vera & spiritalia, laudes & gratiarum actiones. Nec frustra nos in eum credidimus, nec ab iis qui ita docuerunt, decepti sumus: sed & admirabili Dei providentia id contigit, ut vobis qui Dei amantes & prudentes existimamini nec estis tamen, prudentiores nos & religiosiores inveniremur per vocationem novi & æterni Testamenti, id est, Christi. Hoc ipsum admirans Esaias, dixit: [f] *Et continebunt reges os suum: quia quibus non est annuntiatum de eis, videbunt; & qui non audierunt, intelligent. Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?* Atque hæc quidem, Trypho, quantum licet, edisserens, propter eos qui D tecum hodie venerunt, eadem conor dicere, breviter tamen & concise.

At ille: Recte, inquit, facis, ac etiamsi pluribus & eadem iterum dicas, scito me & eos qui adsunt audiendo delectari.

CXIX. Tum ego: Putatis, o viri, futurum fuisse, ut hæc in Scripturis intelligere possemus, nisi voluntate ejus qui hæc voluit, intelligendi gratiam accepissemus? nimirum ut & illud fiat quod tempore Mosis dictum est: [g] *Irritaverunt me in alienis, in abominationibus suis exacerbaverunt me. Sacrificaverunt dæmoniis, quæ non noverant: novi & recentes venerunt, quos non noverunt patres eorum. Deum qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es Dei nu-* E *trientis te. Et vidit Dominus, & zelavit: & exacerbatus est propter iram filiorum suorum & filiarum: & dixit: Avertam faciem meam ab eis, & ostendam quid erit eis in novissimis: quoniam generatio*

a Zach. XII. 7. * Apol. I. n. LII. b Psalm. CIX. 4. ** Supra n. XXXIII. c Esai. LIII. 8. LVII. 1. *** Supra num. XCVII. d I. Paral. XVII. 13. 14. e Ezech. XLIV. 3. f Esai. LII. 15. LIII. 1. g Deut. XXXII. 16 — 23.


1. Εἰδότες.] Cum supra diceret Justinus ὅτι πρῶτον μὲν, promittebat se pluribus rationum momentis probaturum, absurdam esse Judæorum interpretationem. Quare si legamus ἔσται δὲ ὅτι pro εἰδότες ὅτι, habebimus alterum argumentum, & apta & nexa erit S. Martyris oratio, quam illud verbum, εἰδότες, penitus deformabat.

2. Ἀπὸ τῶν φαυλῶν.] Recte admonet Sylburgius legendum esse ἀπὸ τῶν φυλῶν, ut supra.

3. Ἀλλὰ ἀληθινοὺς καὶ πνευματικούς.] Cl. Thirlbius, legendum primo conjiciebat, ἀληθινὰς καὶ πνευματικάς; sed postea nihil mutandum duxit. Visa est mihi interpunctio necessaria, nihil amplius.

4. Περὶ αὐτῶν.] Justinus supra περὶ αὐτοῦ, sicque legitur, ut observat eruditus Londinensis editor, in Bibliis & apud scriptores Ecclesiasticos.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ἐστὶν, υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ᾽ οὐ Θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ᾽ οὐκ ἔθνει, ἐπ᾽ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς· ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, καὶ καυθήσεται ἕως ᾅδου· καταφάγεται τὴν γῆν καὶ τὰ γεννήματα αὐτῆς, φλέξει θεμέλια ὀρέων· συνάξω εἰς αὐτοὺς κακά. καὶ μετὰ τὸ ἀναιρεθῆναι τὸν δίκαιον ἐκεῖνον, ἡμεῖς λαὸς ἕτερος ἀνεθήλαμεν, καὶ ἐβλαστήσαμεν στάχυες καινοὶ καὶ εὐθαλεῖς, ὡς ἔφασαν οἱ προφῆται· καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰς λαόν, καὶ κατασκηνώσουσιν ἐν μέσῳ τῆς γῆς πάσης. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον λαός, ἀλλὰ καὶ λαὸς ἅγιός ἐσμεν, ὡς ἐδείξαμεν ἤδη· καὶ καλέσουσιν αὐτὸν λαὸν ἅγιον, λελυτρωμένον ὑπὸ κυρίου. οὐκοῦν οὐκ εὐκαταφρόνητος δῆμός ἐσμεν, οὐδὲ βάρβαρον φῦλον, οὐδὲ ὁποῖα [1] Καρῶν ἢ Φρυγῶν ἔθνη· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐξελέξατο ὁ Θεός, καὶ ἐμφανὴς ἐγενήθη τοῖς μὴ ἐπερωτῶσιν αὐτόν. [2] ἰδοὺ Θεός εἰμι, φησί, τῷ ἔθνει οἳ οὐκ ἐπεκαλέσαντο τὸ ὄνομά μου. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκεῖνο τὸ ἔθνος ὃ πάλαι τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ὑπέσχετο, καὶ πατέρα πολλῶν ἐθνῶν θήσειν ἐπηγγείλατο, οὐκ Ἀράβων, οὐδ᾽ Αἰγυπτίων, οὐδ᾽ Ἰδουμαίων λέγων· ἐπεὶ καὶ Ἰσμαὴλ μεγάλου πατὴρ ἔθνους ἐγένετο, καὶ Ἠσαῦ· καὶ Ἀμμανιτῶν ἔστι νῦν πολὺ πλῆθος. Νῶε δὲ καὶ αὐτοῦ Ἀβραὰμ πατὴρ ἦν, καὶ ἁπλῶς παντὸς ἀνθρώπων γένους· ἄλλοι δὲ ἄλλων πρόγονοι. τί οὖν πλέον ἐνθάδε ὁ Χριστὸς χαρίζεται τῷ Ἀβραάμ; ὅτι διὰ τῆς ὁμοίας κλήσεως φωνῇ ἐκάλεσεν αὐτόν, εἰπὼν ἐξελθεῖν ἀπὸ τῆς γῆς ἐν ᾗ ᾤκει, καὶ ἡμᾶς δὲ ἅπαντας δι᾽ ἐκείνης τῆς φωνῆς ἐκάλεσε, καὶ ἐξήλθομεν ἤδη ἀπὸ τῆς πολιτείας ἐν ᾗ ἐζῶμεν κατὰ τὰ κοινὰ τῶν ἄλλων τῆς γῆς οἰκητόρων κακῶς ζῶντες· καὶ σὺν τῷ Ἀβραὰμ τὴν ἁγίαν κληρονομήσομεν γῆν, εἰς τὸν ἀπέραντον αἰῶνα τὴν κληρονομίαν ληψόμενοι, τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ διὰ τὴν ὁμοίαν πίστιν ὄντες. ὃν γὰρ τρόπον ἐκεῖνος τῇ φωνῇ τοῦ Θεοῦ ἐπίστευσε, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς τῇ φωνῇ τοῦ Θεοῦ, τῇ διά τε τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ λαληθείσῃ πάλιν, καὶ τῇ διὰ τῶν προφητῶν κηρυχθείσῃ ἡμῖν πιστεύσαντες, μέχρι τοῦ ἀποθνήσκειν, πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ ἀπεταξάμεθα· ὁμοιόπιστον οὖν τὸ ἔθνος, καὶ θεοσεβές, καὶ δίκαιον, εὐφραῖνον τὸν πατέρα, ὑπισχνεῖται αὐτῷ, ἀλλ᾽ οὐχ ὑμᾶς, οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς.

A *perversa est; filii quibus non est fides in eis. Ipsi ad zelum provocaverunt me in non Deo, exacerbaverunt me in idolis suis; & ego provocabo eos ad zelum in non gente; in gente stulta irritabo illos. Quoniam ignis accensus est ex furore meo: & ardebit usque ad infernum. Devorabit terram & genimina ejus, comburet fundamenta montium: congregabo in eos mala.* Et postquam justus ille occisus est, nos populus alter refloruimus, & novæ ac florentes spicæ germinavimus, quemadmodum dixerunt Prophetæ: [a] *Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa in populum, & habitabunt in medio universæ terræ.* Nos autem non modo populus, sed etiam populus sanctus sumus, ut B jam * demonstravimus: [b] *Et vocabunt eum populum sanctum, redemtum a Domino.* Quapropter non contemnendus populus sumus, nec barbara natio, nec quales Carum aut Phrygum nationes. Sed nos quoque elegit Deus, & manifestus apparuit non interrogantibus eum: [c] *Ecce Deus sum*, inquit, *genti non invocanti nomen meum.* Hæc enim illa gens est, quam olim Deus pollicitus est Abrahæ, eumque multarum gentium patrem a se institutum iri promisit, non Arabum, nec Ægyptiorum, nec Idumæorum patrem futurum dicens. Nam & Ismael pater magnæ gentis exstitit, magnæ etiam Esau: & Ammonitarum magna nunc exstat multitudo. Noe autem ipsius etiam Abra- C hæ pater, ac totius prorsus hominum generis fuit; ac alii aliorum progenitores fuere. Quid igitur amplius heic Abrahæ gratificatur Christus? Quod eum voce per similem vocationem vocavit, cum e terra quam incolebat, exire jussit, ac nos omnes per illam voce vocavit; jamque exivimus ex illo vitæ genere, in quo prave secundum communem ceterorum terræ incolarum morem versabamur: & cum Abrahamo sanctæ terræ heredes erimus, hereditatem in infinitum ævum cernentes, quippe cum filii Abrahæ propter similem fidem simus. Quemadmodum enim ille voci Dei [d] *credidit, & reputatum est ei ad justitiam*; ita & nos postquam voci Dei tum per Apostolos Christi de- D nuo prædicatæ, tum per Prophetas nobis promulgatæ credidimus, ad mortem usque omnibus rebus quæ in mundo sunt, renuntiavimus. Gentem igitur similis fidei & Dei cultricem & justam, quæque patrem suum lætitia perfundat, at nequaquam vos ei promisit, [e] *in quibus non est fides in ipsis.*

Ὁρᾶτε μέντοι ὡς καὶ τῷ Ἰσαὰκ τὰ αὐτὰ καὶ τῷ Ἰακὼβ ὑπισχνεῖται. οὕτω γὰρ λέγει τῷ Ἰσαάκ· καὶ εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. τῷ δὲ Ἰακώβ, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου. οὐκέτι τοῦτο τῷ Ἠσαῦ, οὐδὲ τῷ Ῥουβὴμ λέγει, οὐδὲ ἄλλῳ τινί, ἀλλ᾽ ἐκείνοις ἐξ ὧν ἔμελλεν ἔσεσθαι κατὰ τὴν οἰκονομίαν τὴν διὰ τῆς παρθένου Μαρίας ὁ Χριστός. εἴγε δὲ καὶ τὴν εὐλογίαν Ἰούδα καταμάθοις, ἴδοις ἂν ὃ λέγω. μερίζεται γὰρ τὸ σπέρμα ἐξ Ἰακώβ, καὶ διὰ Ἰούδα καὶ Φαρές, καὶ Ἰεσσαὶ καὶ Δαβὶδ κατέρχεται. ταῦτα δ᾽ ἦν σύμβολα ὅτι τινὲς τοῦ γένους ὑμῶν εὑρεθήσονται τέκνα Ἀβραάμ, καὶ ἐν μερίδι τοῦ Χριστοῦ εὑρισκόμενοι, ἄλλοι δέ, τέκνα μὲν τοῦ Ἀβραάμ, ὡς ἡ ἄμμος δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ὄντες, ἥτις ἄγονός τε καὶ ἄκαρπος, πολλὴ

CXX. Videte quomodo eadem & Isaac & Jacob promittat. Ita enim dicit ad Isaac: [f] *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Et ad Jacob: [g] *Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in semine tuo.* Non id jam Esau aut Ruben dicit, aut alii cuipiam, sed iis ex quibus Christus, secundum illam ex virgine Maria dis- E pensationem, oriturus erat. Quod si & Judæ benedictionem consideres, quæ dico perspicies. Dividitur enim semen ex Jacob, & per Judam & Phares & Jesse & Davidem deducitur. Hæc autem futurum significabant, ut quidam ex vestro genere filii Abrahæ invenirentur, & in parte Christi censerentur: alii autem, filii quidem Abrahæ, sed instar arenæ in maris littore jacentis essent, quæ est infecunda & infructuosa, ac plurima quidem & in-

a Zach. II. 11. * Sup. n. CX. b Esai. LXII. 12. c Ibid. LXV. 1. d Gen. XV. 6. e Deut. XXXII. 20. f Gen. XXVI. 4. g Ibid. XXVIII. 14.

1. Καρῶν.] Allusio est ad Homericum illud Iliad. β. v. 867. — Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων. Sylburg.

2. Ἰδοὺ Θεός εἰμι.] In Bibliis legitur, εἶπα, ἰδού εἰμι τῷ ἔθνει. Ex quibus Justinus intelligi potest, si quid habeant obscuri illius verba; at minime emendandus videtur, nec in ea re assentiri possum erudito Londinensi editori. Deum enim heic loqui satis animadvertitur ex verbo φησί.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

μὲν καὶ ἀναρίθμητος ὑπάρχουσα, οὐδὲν δὲ ὅλως καρποφοροῦσα, ἀλλὰ μόνον τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης πίνουσα. ὅπερ καὶ τὸ ἐν τῷ γένει ὑμῶν πολὺ πλῆθος ἐλέγχεται, πικρίας μὲν διδάγματα καὶ ἀθεότητος συμπίνοντες, τὸν δὲ τοῦ Θεοῦ λόγον ἀποπτύοντες. φησὶ γοῦν καὶ ἐν τῷ Ἰούδᾳ· οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. καὶ τοῦτο ὅτι οὐκ εἰς Ἰούδαν ἐρρέθη, ἀλλ' εἰς τὸν Χριστὸν, φαίνεται. καὶ γὰρ Ἰούδαν πάντες οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πάντων οὐ προσδοκῶμεν, ἀλλὰ Ἰησοῦν, τὸν καὶ τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγόντα. μέχρι γὰρ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἡ προφητεία προεκήρυσσεν, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. ἐλήλυθε τοιγαροῦν, ὡς καὶ ἐν πολλοῖς ἀπεδείξαμεν, καὶ προσδοκᾶται πάλιν παρέσεσθαι ἐπάνω τῶν νεφελῶν Ἰησοῦς, οὗ τὸ ὄνομα βεβηλοῦτε ὑμεῖς, καὶ βεβηλοῦσθαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐξεργάζεσθε. δυνατὸν δὲ ἦν μοι, ἔφην, ὦ ἄνδρες, μάχεσθαι πρὸς ὑμᾶς περὶ τῆς λέξεως ἣν ὑμεῖς ἐξηγεῖσθε, λέγοντες εἰρῆσθαι, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· ἐπειδὴ οὐχ οὕτως ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομήκοντα, ἀλλ', ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται. ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀκόλουθα μηνύει ὅτι περὶ Χριστοῦ εἴρηται, (οὕτω γὰρ ἔχουσι, καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν) οὐ περὶ τοῦ λεξειδίου συζητῆσαι ὑμῖν ἔρχομαι, ὅνπερ τρόπον οὐδὲ ἀπὸ τῶν μὴ ὁμολογουμένων ὑφ' ὑμῶν γραφῶν, ὧν καὶ ἀνιστόρητα, ἀπὸ λόγων Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, καὶ Ἔσδρα, καὶ Δαβὶδ, τὴν ἀπόδειξιν τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ ποιήσασθαι ἐσπούδασα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων μέχρι νῦν ὑφ' ὑμῶν· ἃ εἰ ἐνενοήκεισαν οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν, εὖ ἴστε ὅτι [1] ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν, ὡς καὶ τὰ περὶ τὸν θάνατον Ἡσαΐου, ὃν πρίονι ξυλίνῳ ἐπρίσατε, μυστήριον καὶ αὐτὸ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ τέμνειν ὑμῶν τὸ γένος διχῆ μέλλοντος, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους σὺν τοῖς ἁγίοις πατριάρχαις καὶ προφήταις τῆς αἰωνίου βασιλείας καταξιοῦν μέλλοντος· τοὺς δὲ, ἐπὶ τὴν καταδίκην τοῦ ἀσβέστου πυρὸς σὺν τοῖς ὁμοίοις ἀπειθέσι καὶ ἀμεταθέτοις ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν πέμψειν ἤδη φήσαντος· ἥξουσι γὰρ, εἶπεν, ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἀνατολῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. [2] καὶ ταῦτα εἶπον, ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς φροντίζων, ἢ τοῦ τἀληθὲς λέγειν, λέγοιμι, οὐδένα δυσωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μελισθῆναι. οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ ἐμοῦ, λέγω δὲ [3] τῶν Σαμαρέων, τινὸς φροντίδα ποιούμενος, [4] ἐγγράφως [a] Καίσαρι προσομιλῶν, εἶπον πλανᾶσθαι αὐτοὺς πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν Θεὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι.

A numerabilis, ſed nullum omnino fructum ferens, ac tantum maris aquam ebibens. Cujus quidem rei etiam magna illa in veſtro genere multitudo arguitur, ut qui amaritudinis & impietatis doctrinas bibant, verbum autem Dei reſpuant. Ait igitur & in Juda: [a] *Non deficiet princeps ex Juda, & dux de femore ejus, donec veniant quæ repoſita ſunt ei: & ipſe erit exſpectatio gentium.* Atque hoc non in Judam, ſed in Chriſtum dictum eſſe liquet. Non enim Judam nos omnes ex omnibus gentibus exſpectamus, ſed Jeſum, qui & patres veſtros ex Ægypto eduxit. Nam uſque ad Chriſti adventum prophetia prænuntiabat: *Donec veniat cui repoſitum eſt; & ipſe erit exſpectatio* B *gentium.* Venit igitur, ut multis demonſtravimus, ac rurſus venturus exſpectatur ex altis nubibus Jeſus, cujus nomen profanatis & ut in toto orbe profanetur, operam datis. Poteram equidem, inquam, o viri, contra vos decertare de voce illa, quam ita interpretamini, ut dictum eſſe aſſeratis, *Donec veniant, quæ repoſita ſunt ei*: neque enim ita interpretati ſunt Septuaginta; ſed, *Donec veniat cui repoſitum eſt.* Sed quia hæc in Chriſtum dicta eſſe patet ex his quæ ſequuntur, (ſic enim habent: *Et ipſe erit exſpectatio gentium*) de vocula in contentionem vobiſcum non venio; quemadmodum nec ex Scripturis quas non agnoſcitis, id eſt, ex recitatis a me Jeremiæ Prophetæ, Eſdræ & Da- C vidis verbis demonſtrationem de Chriſto perficere ſtudui, ſed ex iis quæ hactenus ratæ a vobis habentur. Quas quidem ſi intellexiſſent doctores veſtri, probe ſciatis deleturos fuiſſe (quemadmodum & eas deleverunt quæ mortem Eſaiæ ſpectant, quem ſerra lignea diſſecuiſtis) Chriſti myſterium id quoque; qui genus veſtrum bifariam diviſurus eſt, & alios quidem pro meritis regno æterno cum ſanctis Patriarchis & Prophetis dignaturus eſt, alios vero in ignis inextincti condemnationem cum ſimilibus ex omni gente incredulis & immutari nolentibus, immiſſurum ſe jam pronuntiavit: [b] *Venient enim*, inquit, *ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Jacob in regno* D *cælorum: filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores.* Atque hæc quidem dixi, quia ita ſum affectus animo, ut nihil prorſus dixerim, in quo aliud curem quam ut verum dicam, neminem reveriturus etiamſi e veſtigio diſcerpi a vobis oporteat. Namque ex meo genere, id eſt, ex Samaritanis, neminem curans, cum Cæſarem oblato ad Acta ſcripto compellarem, dixi eos errore decipi, ut qui Simoni gentis ſuæ mago fidem haberent, quem Deum ſupra omnem principatum & poteſtatem & virtutem eſſe dicunt.

a Gen. XLIX. 10. b Matth. VIII. 11. 12.

1. Ἀφανῆ ἐπεποιήκεισαν.] Eadem docent Irenæus lib. 3. cap. 21. Euſebius lib. 6. Demonſtr. Evang. pag. 257. Jovius apud Photium.

2. Καὶ ταῦτα εἶπον.] Sic emendatum eſt in editionibus Græco-Latinis, pro eo quod apud R. Stephanum eſt καὶ ταῦτα εἶπεν.

3. Τῶν Σαμαρέων.] Eadem habemus de Samaritanis ſub finem Apol. 2. De Simone autem vide Apol. 1. n. 56.

4. Ἐγγράφως.] Non quodlibet ſcriptum videtur hac voce ſignificari, ſed ſcriptum ad Acta oblatum. Dux quidam, teſte Euſebio lib. 9. Hiſt. Eccleſ. c. 5. in urbe Phœnices Damaſco, cum impuras quasdam mulieres e foro rapuiſſet, miſeras coegit λέγειν ἐγγράφως ſe Chriſtianas fuiſſe, & flagitiorum quæ a Chriſtianis gererentur, conſcias. Probat Valeſius illud λέγειν ἐγγράφως reddendum eſſe, *Publice editis apud Acta teſtimoniis dicere*. Apud eumdem Euſebium lib. 7. c. 11. pag. 258. ea quæ Æmilianus Præfectus S. Dionyſio ejuſque ſociis ἀγράφως dixerat, opponuntur iis, quæ tunc in Acta referebantur. Apud Photium cod. 52. quidam Meſſaliani ἐγγράφως convicti fuiſſe dicuntur, quod ad vomitum rediiſſent. S. Baſilius de Baptiſmi promiſſis ait lib. 1. de Baptiſmo cap. 3. ὥσπερ ἔγγραφον ὁμολογίαν συνεθέμεθα, quod quidem videtur explicari poſſe ex his Optati verbis lib. 2. p. 34. *Fides credentium & profeſſio, quæ apud Acta conficitur angelorum.* Videtur ergo Juſtinus, dum ſe ἐγγράφως Cæſarem alloquutum eſſe dicit, ejuſmodi ſcriptum deſignare quod ad Acta oblatum & depoſitum fuerit. Atque id confirmat Juſtinus, qui & Apologiam ſuam Senatui etiam ac populo Romano dicavit, & ab Imperatoribus poſtulat n. 56. ut Senatum & populum Romanum ad judicium his de rebus ferendum advocent.

a Ἐγγράφως Καίσαρι προσομιλῶν] Verti etiam poſſent hæc verba, *Cæſarem ſcripto Actis conſignato compellavi*. Sed quia Juſtinus hoc loco magis videtur commemorare quid petierit, quam quid impetraverit; reddere malui, *oblato ad Acta ſcripto*, id eſt, quod petii ut in Acta reciperetur. MARANUS in *addend.* p. 606.

Καὶ ἡσυχίαν ἀγόντων αὐτῶν, [1] ἔφερον· [a] διὰ Δαβὶδ περὶ τούτου [2] λέγων τοῦ Χριστοῦ, ὦ φίλοι, οὐκέτι ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἶπεν εὐλογηθήσεσθαι τὰ ἔθνη, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ. οὕτω δὲ ἐκεῖ ἐστι· τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνατελεῖ· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη. εἰ δὲ ἐν τῷ Χριστῷ εὐλογεῖται τὰ ἔθνη πάντα, καὶ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τοῦτον πιστεύομεν, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς οἱ δι' αὐτοῦ εὐλογημένοι. [b] τὸν μὲν ἥλιον ὁ Θεὸς ἐδεδώκει πρότερον εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτὸν, ὡς γέγραπται· καὶ οὐδένα οὐδέποτε ἰδεῖν ἐστιν ὑπομείναντα διὰ τὴν πρὸς τὸν ἥλιον πίστιν ἀποθανεῖν· διὰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων καὶ ὑπομείναντας καὶ ὑπομένοντας πάντα πάσχειν ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀρνήσασθαι αὐτὸν, ἰδεῖν ἐστι. B πυρωδέστερος γὰρ αὐτοῦ ὁ τῆς ἀληθείας καὶ σοφίας λόγος, καὶ φωτεινότερος μᾶλλον ἡλίου δυνάμεών ἐστι, καὶ εἰς τὰ βάθη τῆς καρδίας καὶ τοῦ νοῦ εἰσδύων· ὅθεν καὶ ὁ λόγος ἔφη, ὑπὲρ τὸν ἥλιον ἀνατελεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ πάλιν, ἀνατολὴ ὄνομα αὐτοῦ, Ζαχαρίας φησί. καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγων εἶπεν, ὅτι κόψονται φυλὴ κατὰ φυλήν. εἰ δὲ ἐν τῇ ἀτίμῳ καὶ ἀειδεῖ καὶ ἐξουθενημένῃ πρώτῃ παρουσίᾳ αὐτοῦ τοσοῦτον ἔλαμψε καὶ ἴσχυσεν, ὡς ἐν μηδενὶ γένει ἀγνοεῖσθαι αὐτὸν, καὶ ἀπὸ παντὸς μετάνοιαν πεποιῆσθαι ἀπὸ τῆς παλαιᾶς κακῆς ἑκάστου γένους πολιτείας, [3] ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεσθαι αὐτοῦ τῷ ὀνόματι, καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς [4] καὶ τὰς βασιλείας τοῦτο τὸ ὄνομα παρὰ πάντας τοὺς ἀποθανόντας δεδοικέναι· C [5] οὓς ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τῇ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ καταλύσει πάντας τοὺς μισήσαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδίκως ἀποστάντας· τοὺς δὲ ἰδίους ἀναπαύσει, ἀποδιδοὺς αὐτοῖς τὰ προσδοκώμενα πάντα; ἡμῖν οὖν ἐδόθη καὶ ἀκοῦσαι καὶ [c] συνεῖναι καὶ σωθῆναι διὰ τούτου τοῦ Χριστοῦ, καὶ [6] τὰ τοῦ πατρὸς ἐπιγνῶναι πάντα. διὰ τοῦτο ἔλεγε πρὸς αὐτόν· μέγα σοι ἐστὶ τοῦ κληθῆναί σε παῖδά μου, τοῦ στῆσαι τὰς φυλὰς τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι. τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν αὐτῶν, ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

A CXXI. Cumque illi conticescerent, hæc adjeci: Per Davidem, amici, de hoc Christo loquens Scriptura, non jam *in semine ejus* dicit benedictum iri gentes, sed *in ipso*. Sic autem ibi est: [a] *Nomen ejus in sæculum super solem exorietur: Et benedicentur in ipso omnes gentes*. Porro si in Christo benedicuntur omnes gentes, & ex omnibus gentibus in hunc credimus; cum ipse Christus est, tum nos per eum benedicti. Solem quidem Deus dederat prius ad adorandum, quemadmodum scriptum est [b]; nec quisquam umquam exstitit, qui mortem propter fidem in solem oppeteret. At ex omni genere hominum videre est, qui propter nomen Jesu quælibet supplicia & pertulerint & perferant, ne illum negent. B Ardentior enim est illius veritatis & sapientiæ sermo, & lucidior multo solis virtutibus, & in recessus cordis & mentis penetrat. Unde & Scriptura dicit: *Super solem orietur nomen ejus*. Et rursus: [c] *Oriens nomen ejus*, inquit Zacharias, qui de eodem loquens ait: [d] *Plangent tribus secundum tribum*. Quod si in primo adventu, qui inglorius & informis & despectus fuit, tantum resplenduit ac tantum valuit, ut nulla in gente ignotus sit, sed ubique homines ex veteri cujusque gentis malo vivendi genere pœnitentiam agant; unde ipsi etiam dæmones ejus nomini subjiciuntur, ac principatus omnes & regna nomen ejus supra omnes defunctos reformidant: C nonne in glorioso adventu omnes prorsus evertet, qui eum oderint & qui ab eo inique defecerint; suos autem inducet in requiem, omnibus eos exspectatis bonis remunerans? Nobis igitur datum est & audire & intelligere & salvari per hunc Christum, & omnia a Patre revelata cognoscere. Propterea dicebat ad eum: [e] *Magnum est tibi ut voceris servus meus, ut constituas tribus Jacob, & dispersiones Israelis convertas. Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem earum usque ad extremum terræ.*

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 141.

[a] Psalm. LXXI. 17. [b] Deut. IV. 19. [c] Zach. VI. 12. [d] Ibid. XII. 10. 12. [e] Esai. XLIX. 6.


1. Ἔφερον.] Mallet Sylburgius ἐπέφερον.
2. Λέγων.] Supple γραφὴ vel Θεός.
3. Ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια.] Legit Cl. Thirlbius ὥς τε. Sed hæc satis commode referuntur ad ea, quæ proxime præcedunt. Perspicuum enim est formidinem illam, quam Christi nomen dæmonibus & potestatibus terræ incutiebat, fructum esse Evangelii in toto terrarum orbe prædicati.
4. Καὶ τὰς βασιλείας.] Sic etiam infra n. 131. prædictum esse ostendit fore, ut omnes principatus & regna Christum metuerent. Non possunt de futura regum conversione hæc intelligi, tum quia numquam illos veritatis insectandæ finem facturos declarat Justinus supra n. 39. tum quia præsentem rerum statum indicat, cum ait principatus omnes & regna nomen Christi supra omnes defunctos formidare. Sic etiam supra num. 50. de Christo: ὃν καὶ τὰ δαιμόνια φρίσσει, καὶ πᾶσαι ἁπλῶς αἱ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι τῆς γῆς. Regna & principatus & potestates his in locis, ut sæpe alias, apud Græcos & Romanos scriptores, idem sonant ac reges & præsides & magistratus. Sed quomodo hanc omnium potestatum adversus Christum reverentiam conciliabimus cum blasphemiis quas in Christum evomebant, & suppliciis quibus Christianos afficiebant? Justini testimonium multa confirmant. Non enim dubium quin Christianorum miracula, vitæ sanctitas & crescens ex persequutionibus numerus persequutores ipsos sæpe terruerint. Qui in Christianos vehementius clamabant, hi sæpe eorum in miraculis a Deo impetrandis potestatem senserant. *Hæc omnia tibi*, ait Tertullianus ad Scapulam, *& de Officio suggeri possunt, & ab iisdem Advocatis, qui & ipsi beneficia habent Christianorum, licet adclament quæ volunt*. In eodem scripto multa Tertullianus commemorat exempla divinæ ultionis in persequutores Christianorum, ac plures recenset præsides, qui aut in *fine vitæ suæ recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos*; aut eis faverunt: nec omittit Severi Imperatoris in eos æquitatem & benevolentiam. Nemo inficiari possit eadem aliis temporibus & locis contigisse. Inter ipsos Imperatores scimus Justini ætate Antoninum Christianis æquum se præbuisse, & Hadrianum templa Christo statuere voluisse. Immerito ergo Justini narratio in suspicionem vocetur, aut pravis attentetur conjecturis delendo illud τῆς γῆς n. 50. post ἐξουσίαι, ut doctissimo Thirlbio visum est.
5. Οὓς ἐκ παντὸς τρόπου.] Legendum οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου cum puncto interrogante; idque ante me admonuit Cl. Thirlbius.
6. Τὰ τοῦ πατρὸς ἐπιγνῶναι πάντα.] Vide supra n. 44.

a Διὰ Δαβ.] Planior, ut videtur, Pearsonii conjectura, legentis: Διὸ Δαβ.

b Τὸν μὲν ἥλιον — εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτόν] His consona docet S. Martyr supra n. LV. Clemens Alex. Justinum imitatur, ejusque sententiam explicat *Strom.* lib. 6. cap. 14. p. 795. edit. Oxon. Ἔδωκεν δὲ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα εἰς θρησκείαν· ἃ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῖς ἔθνεσιν, φησὶν ὁ νόμος. — ὁδὸς γὰρ ἦν αὕτη δοθεῖσα τοῖς ἔθνεσιν, ἀνακύψαι πρὸς Θεὸν διὰ τῆς τῶν ἄστρων θρησκείας. *Dedit autem solem & lunam & astra in religionem; quæ Deus fecit gentibus, inquit lex. — Hæc enim via data fuit gentibus, ut per astrorum cultum Deum suspicerent*. Respexit uterque locum *Deut.* IV. 19. Confer *Sap.* XIII. 1 — 9. & *Rom.* I. 19 — 21.

c Συνεῖναι] Conjicit Pearsonus legendum συνιέναι. Quod quidem superius semel iterumque adnotatum, numm. LV. LXIX.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
141.



A Ταῦτα ὑμεῖς μὲν ᵃ εἰς τὸν Γηόραν καὶ τοὺς προσηλύτους εἰρῆσθαι νομίζετε · τῷ ὄντι δὲ εἰς ἡμᾶς εἴρηται, τὺς διὰ Ιησοῦ πεφωτισμένυς. ἢ γὰρ ἂν κἀκείνοις ἐμαρτύρει ὁ Χριστός · νυῦ δὲ διπλότερον υἱοὶ γεέννης, ὡς αὐτὸς εἶπε, [1] γίνεσθε. οὐ πρὸς ἐκείνους οὖν οὐδὲ τὰ διὰ τῶν προφητῶν εἰρημένα λέλεκται, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς, περὶ ὧν ὁ λόγος λέγει · ἄξω ἐν ὁδῷ τυφλοὺς ἣν οὐκ ἔγνωσαν · καὶ τρίβους οὓς οὐκ ᾔδεισαν, πατήσουσι. κἀγὼ μάρτυς, λέγει κύριος ὁ Θεὸς, καὶ ὁ παῖς μου ὃν ἐξελεξάμην. τίσιν οὖν μαρτυρεῖ ὁ Χριστός; δῆλον ὡς τοῖς πεπιστευκόσιν. οἱ δὲ προσήλυτοι οὐ μόνον οὐ πιστεύουσιν, ἀλλὰ διπλότερον ὑμῶν βλασφημοῦσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἡμᾶς τὺς εἰς ἐκεῖνον πιστεύοντας καὶ φονεύειν καὶ αἰκίζειν βύλονται · κατὰ πάντα γὰρ B ὑμῖν ἐξομοιοῦσθαι σπεύδουσι. καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις βοᾷ · ἐγὼ κύριος ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός συ, ἰσχύσω σε, καὶ θήσω σε εἰς διαθήκην γένυς, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους. ἐπεὶ καὶ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, πρὸς τὸν Χριστὸν, καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν τῶν πεφωτισμένων εἴρηται · ἢ πάλιν ὑμεῖς ἐρεῖτε, πρὸς τὸν νόμον λέγει καὶ τὺς προσηλύτυς ταῦτα;

Καὶ ὥσπερ ἐν θεάτρῳ ἀνέκραγόν τινες τῶν τῇ δευτέρᾳ ἀφιγμένων · ἀλλὰ τί; ὐ πρὸς τὸν νόμον λέγει, καὶ τὺς φωτιζομένυς ὑπ' αὐτῦ; ὗτοι δέ εἰσιν οἱ προσήλυτοι.

Οὐκ, ἔφην, ἀπιδὼν πρὸς τὸν Τρύφωνα · ἐπεὶ, C εἰ νόμος εἶχε τὸ φωτίζειν τὰ ἔθνη καὶ τοὺς ἔχοντας αὐτὸν, τίς χρεία καινῆς διαθήκης; [2] ἐπειδὴ καινὴν διαθήκην, καὶ νόμον αἰώνιον καὶ πρόσταγμα ὁ Θεὸς προεκήρυσσε πέμψειν, ὐχὶ τὸν παλαιὸν νόμον ἀκουσόμεθα, καὶ τὺς προσηλύτυς αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν καὶ τοὺς προσηλύτους αὐτοῦ, ἡμᾶς τὰ ἔθνη, οὓς ἐφώτισεν, ὥς πού φησίν · ὕτω λέγει κύριος · καιρῷ δεκτῷ ἐπήκυσά συ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας [3] ἐβοήθησά σοι, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην ἐθνῶν, τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν, καὶ κληρονομίαν κληρονομῆσαι ἐρήμυς. τίς οὖν ἡ κληρονομία τοῦ Χριστοῦ; οὐχὶ τὰ ἔθνη; τίς ἡ διαθήκη τοῦ Θεοῦ; οὐχ ὁ Χριστός; ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν · υἱός μου εἶ σύ · ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. D αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σῦ, καὶ τὴν κατάσχεσίν συ τὰ πέρατα τῆς γῆς.

CXXII. Atque hæc vos quidem in Geioram & profelytos veftros dicta exiftimatis: at vere in nos dicta funt, qui per Jefum illuminati fumus. Nam profecto iftis etiam teftimonium perhibuiffet Chriftus: nunc autem duplo, ut ipfe dixit [a], filii gehennæ fitis. Non ergo ad eos Prophetarum dicta pertinent, fed ad nos, de quibus dicit Scriptura: [b] *Ducam cæcos in via quam nefciunt, & femitas quas ignoraverunt, inambulabunt.* [c] *Ego teftis, dicit Dominus Deus, & puer meus quem elegi.* Quibufnam igitur teftimonium perhibet Chriftus? Credentibus videlicet. Profelyti autem non modo non credunt, fed etiam duplo vos fuperant, blafphemiis in nomen ejus evomendis; ac nos qui in eum credimus, & occidere & excruciare volunt: in omnibus enim affimilari vobis conantur. Ac rurfus alibi clamat: [d] *Ego Dominus vocavi te in juftitia, & apprehendam manum tuam, & fortem reddam te, & ponam te in teftamentum generis, in lucem gentium, ut aperias oculos cæcorum, & educas ex vinculis compeditos.* Quoniam hæc quoque ad Chriftum & de gentibus illuminatis dicta funt; an rurfum dicetis: Ad legem & ad profelytos hæc dicit?

Heic tamquam in theatro vociferati funt nonnulli eorum, qui poftridie venerant. Quid? Nonne ad legem & ad eos qui ab ea illuminantur, hæc dicit? Hi autem funt profelyti.

Minime, inquam, Tryphonem refpiciens: nam fi lex gentes, & eos qui legem habent, illuminare poffet, quid opus effet novo teftamento? Quoniam autem novum teftamentum & æternam legem ac mandatum miffurum fe Deus prænuntiabat; non veterem illam legem ejufque profelytos intelligemus, fed Chriftum ac profelytos ipfius, nos fcilicet ex gentibus, quos illuminavit, quemadmodum alicubi ait: [e] *Sic dicit Dominus: Tempore accepto exaudivi te, & in die falutis auxiliatus fum tibi. Et dedi te in teftamentum gentium, ut conftitueres terram, & hereditatem acciperes loca deferta.* Quænam igitur hereditas Chrifti? Nonne gentes? Quodnam Dei teftamentum? nonne Chriftus? Quemadmodum etiam alibi dicit: [f] *Filius meus es tu: Ego hodie genui te. Poftula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poffeffionem tuam terminos terræ.*

Ὡς ὖν πάντα ταῦτα εἴρηται πρὸς τὸν Χριστὸν καὶ τὰ ἔθνη, οὕτως κἀκεῖνα εἰρῆσθαι νομίζετε. οὐδὲν γὰρ χρῄζουσιν οἱ προσήλυτοι διαθήκης, εἰ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς περιτεμνομένοις κειμένου νόμου, περὶ ἐκείνων οὕτως ἡ γραφὴ λέγει · καὶ προστεθήσεται καὶ ὁ Γηόρας πρὸς αὐτοὺς, καὶ προσ-

CXXIII. Quemadmodum igitur hæc omnia ad Chriftum & gentes dicta funt; ita & illa exiftimate effe dicta. Non enim indigent profelyti teftamento; fi, cum una & eadem lex omnibus circumcifis pofita fit, de illis Scriptura fic loquitur: [g] *Et apponetur etiam Geioras ad ipfos, & apponetur ad*

a Matth. XXIII. 15. *b* Efai. XLII. 16. *c* Ibid. XLIII. 10. *a* Ibid. XLII. 6. 7.
e Efai. XLIX. 8. *f* Pfalm. II. 7. 8. *g* Efai. XIV. 1.

1. Γίνεσθε.] Nimirum cum Judaica inftituta amplectimini. Quæ enim profelytis dicit, ea Judæis ipfis dici poterant quibufcum profelytos unum effe populum probat n. 123. Quare neceffe non eft cum R. Stephano legere γίνεσθαι ποιεῖτε, aut cum Thirlbio λέγονται.

2. Ἐπειδή.] Sæpe in hac voce lapfi librarii. Legendum ἐπὶ δὲ, ut monuit Cl. Thirlbius.

3. Ἐβοήθησά σοι.] Additur in Bibliis καὶ ἔπλασά σε, quæ verba etiam in cod. Alex. & apud Cyrill. & Clem. Alex. p. 762. deeffe idem vir eruditus obfervat.

a Εἰς τὸν Γηόραν] Locum tranfiliunt Thirlbius & Maranus, quem tamen in mendo cubare fufpicor. Scripfiffe autem Juftinum εἰς τὸν γειώραν, vel potius εἰς τὺς γειώρας exiftimo. Hefychius: Γειώρας. γείτονας ἐξ ἄλλυ γένυς, καλυμένυς τῷ Ἰσραὴλ προσηλύτυς. Eadem vox bis occurrit apud LXX. *Exod.* XII. 19. Πᾶς ὃς ἂν φάγῃ ζυμωτὸν, ἐξολεθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ συναγωγῆς Ἰσραὴλ, ἔν τε τοῖς γειώραις, καὶ ἐν τοῖς αὐτόχθοσι τῆς γῆς. & *Ifaiæ* XIV. 1. Ὁ γειώρας προστεθήσεται πρὸς αὐτύς. Appofite autem S. Pater fcripfit εἰς τὺς γειώρας καὶ τὺς προσηλύτυς. Duplex enim erat apud Hebræos profelytorum genus, ut norunt eruditi. Alii dicebantur profelyti *Fœderis*, alii profelyti *Portæ* feu domicilii, qui nempe intra portas Judæorum commorabantur. Priores fe adigebant univerfæ legi Mofaicæ obfervandæ: pofteriores non item. De utrifque Maimonides tract. *de Profelytis* capp. 1. & feqq. Heic itaque ad utrumque profelytorum genus refpexerit S. Martyr. Eadem vox Γηόρας mox infra occurrit n. CXXIII. fub initium. Utrobique autem Cl. Maranus, Langi verfionem fecutus, *Geioram*, *Geioras*, retinuit. His addo, apud Joannem Alberti, in notis ad *Gloffarium Græcum Nov. Teft.* p. 6. Lexicon ms. Octateuchi habere: Γίορας. φύλακας, ἢ παροίκους.

τεθήσεται πρὸς τὸν οἶκον Ἰακώβ. [1] καὶ ὅτι μὲν προσήλυτος ὁ περιτεμνόμενος [2] εἰς τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι ἐστὶν ὡς αὐτόχθων· ἡμεῖς δὲ, λαὸς κεκλῆσθαι ἠξιωμένοι, [3] ὁμοίως ἔθνος ἐσμὲν διὰ τὸ ἀπερίτμητοι εἶναι. πρὸς δὲ, καὶ γελοῖόν ἐστιν ἡγεῖσθαι ὑμᾶς, τῶν μὲν προσηλύτων αὐτῶν ἀνεῷχθαι τὰ ὄμματα, ὑμῶν δὲ οὔ· καὶ ὑμᾶς μὲν ἀκούειν τυφλοὺς καὶ κωφοὺς, ἐκείνους δὲ πεφωτισμένους. [4] καὶ ὅτι γελοιότερον ἀποβήσεται ὑμῖν τὸ πρᾶγμα, εἰ τὸν νόμον τοῖς ἔθνεσι δεδόσθαι φήσετε, ὑμεῖς οὔτε ἐκεῖνον τὸν νόμον ἔγνωτε. ηὐλαβεῖσθε γὰρ ἂν τὴν τοῦ Θεοῦ ὀργὴν, καὶ υἱοὶ ἄνομοι καὶ ῥεμβόμενοι οὐκ ἂν ἦτε, δυσωπούμενοι ἀκούειν ἑκάστοτε λέγοντος αὐτοῦ· υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. καί· τίς τυφλὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου; καὶ κωφὸς, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. [5] εἰ δέ γε πολλάκις, καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε· ἀνεῳγμένα τὰ ὦτα ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠκούσατε. εἰ καλὸς ὑμῶν ὁ ἔπαινος τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεοῦ μαρτυρία δούλοις πρέπουσα; οὐκ αἰσχύνεσθε πολλάκις ταῦτα ἀκούοντες οὐδὲ ἀπειλοῦντος τοῦ Θεοῦ φρίσσετε, ἀλλ' ἢ λαὸς μωρὸς καὶ σκληροκάρδιός ἐστε. διὰ τοῦτο ἰδοὺ προσθήσω τοῦ μεταθεῖναι τὸν λαὸν τοῦτον, λέγει κύριος· καὶ μεταθήσω αὐτοὺς, καὶ ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν κρύψω. εὐλόγως· οὐ γὰρ σοφοί ἐστε, οὐδὲ συνετοὶ, ἀλλὰ δριμεῖς καὶ πανοῦργοι· σοφοὶ εἰς τὸ κακοποιῆσαι μόνον· γνῶναι δὲ βουλὴν Θεοῦ κεκρυμμένην, ἢ διαθήκην κυρίου πιστὴν, ἢ τρίβους αἰωνίους εὑρεῖν, ἀδύνατοι. τοιγαροῦν ἐγερῶ, φησὶ, τῷ Ἰσραὴλ καὶ τῷ Ἰούδα σπέρμα ἀνθρώπων, καὶ σπέρμα κτηνῶν. καὶ διὰ Ἡσαΐου περὶ ἄλλου Ἰσραὴλ οὕτω φησί· τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται τρίτος Ἰσραὴλ ἐν τοῖς Ἀσσυρίοις καὶ Αἰγυπτίοις, εὐλογημένος ἐν τῇ γῇ ἣν εὐλόγησε κύριος σαβαὼθ λέγων, εὐλογημένος ἔσται ὁ λαός μου ὁ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ ἐν Ἀσσυρίοις, καὶ ἡ κληρονομία μου Ἰσραήλ. εὐλογοῦντος οὖν τοῦ Θεοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τοῦτον τὸν λαὸν καλοῦντος, καὶ κληρονομίαν αὐτοῦ βοῶντος εἶναι, πῶς οὐ μετανοεῖτε ἐπί τε τῷ ἑαυτοὺς ἀπατᾶν ὡς μόνοι Ἰσραὴλ ὄντες, καὶ ἐπὶ τῷ καταρᾶσθαι τὸν εὐλογημένον τοῦ Θεοῦ λαόν; καὶ γὰρ ὅτε πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὰς πέριξ αὐτῆς ἔλεγε χώρας, οὕτω πάλιν ἐπεῖπε· καὶ γεννήσω ἐφ' ὑμᾶς ἀνθρώπους, τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ, καὶ κληρονομήσουσιν ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθε αὐτοῖς εἰς κατάσχεσιν, καὶ οὐ μὴ προστεθῆτε ἔτι ἀτεκνωθῆναι ἀπ' αὐτῶν.

Τί οὖν; φησὶν ὁ Τρύφων· ὑμεῖς Ἰσραήλ ἐστε, καὶ περὶ ὑμῶν λέγει ταῦτα;

Εἰ μὲν, ἔφην αὐτῷ, μὴ περὶ τούτων καὶ πολὺν λόγον πεποιήμεθα, κἂν ἀμφέβαλλον μή τι οὐ συνιὼν τοῦτο ἐρωτᾷς· ἐπειδὴ δὲ καὶ μετὰ ἀποδείξεως καὶ συγκαταθέσεως καὶ τοῦτο συνηγάγομεν τὸ ζήτημα, οὐ νομίζω σε ἀγνοεῖν μὲν τὰ προειρημένα, οὐδὲ πάλιν φιλεριστεῖν, ἀλλὰ προκαλεῖσθαί με καὶ τούτοις τὴν αὐ-

domum Jacob. Tum etiam quia proselytus, qui circumcisus est ut ad populum accedat, est instar indigenæ: nos autem qui populi appellatione dignati sumus, gens tamen sumus, eo quod circumcisi non simus. Præterea ridiculum est, ut proselytorum quidem oculos apertos esse, vestros autem nequaquam; ac vos quidem cæcos & surdos, illos autem illuminatos dici existimetis. Res adhuc magis ridicula vobis videbitur, si legem gentibus datam dicatis, vos autem ipsam illam legem non noveritis. Nam si nossetis, iram Dei metuissetis, nec filii iniqui essetis & errore vagantes: sed cavissetis ne eum semper dicentem audiretis: [a] *Filii quibus non est fides in ipsis*. Et: [b] *Quis cæcus nisi pueri mei? Et quis surdus, nisi qui dominantur eis? & excæcati sunt servi Dei. Vidistis sæpe, & non observastis: apertæ aures vestræ, & non audistis*. Num præclara hæc laus quam Deus vobis tribuit, & & Dei testimonium servos decens? Non vos pudet eadem sæpe audire, nec Deo comminante contremiscitis; sed profecto populus estis insipiens & corde obduratus. [c] *Propterea ecce addam ut transferam populum hunc*, dicit Dominus, *& transferam eos: & perdam sapientiam sapientium, & intelligentiam intelligentium abscondam*. Merito sane; neque enim sapientes estis aut prudentes, sed astuti & versuti, in hoc tantum sapientes ut male agatis: absconditum autem Dei consilium aut fidele testamentum Domini cognoscere, aut æternas semitas invenire non potestis. Itaque [d] *excitabo*, inquit, *Israeli & Judæ semen hominum & semen pecudum*. Et per Esaiam de alio Israele sic loquitur: [e] *In die illa erit tertius Israel in Assyriis & Ægyptiis, benedictus in terra, quam benedixit Dominus Sabaoth, dicens: Benedictus erit populus meus, qui in Ægypto, & qui in Assyriis, & hereditas mea Israel*. Cum igitur Deus hunc populum benedicat & Israelem vocet, ac hereditatem suam esse clamet: quomodo pœnitentiam non agitis, & quod vos ipsi decipiatis, quasi soli Israel essetis, & quod benedictum hunc Dei populum exsecremini? Postquam enim ad Jerusalem & ad eas quæ circa illam sunt, regiones, loquutus est, sic rursum addidit: [f] *Et generabo super vos homines, populum meum Israel: & hereditate possidebunt vos, & eritis eis in possessionem: & non addetur vobis ut absque liberis vos faciant*.

Quid igitur? inquit Trypho: vos Israel estis, ac de vobis hæc dicit?

Si quidem, ajebam illi, non de his jam dissernissem, idque pluribus; dubitarem, utrum id minus intelligens interrogaveris: sed quia hanc quoque quæstionem, & cum demonstratione & cum assensione conclusimus: non te existimo ignorare quæ jam dicta sunt, aut rursus contentionis stu-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

a Deut. XXXII. 20. b Esai. XLII. 19. 20. c Esai. XXIX. 14. d Jerem. XXXI. 27. e Esai. XIX. 24. 25. f Ezech. XXXVI. 12.

1. *Καὶ ὅτι μὲν προσήλυτος*.] Nescio cur optimam lectionem Cl. Thirlbius prava emendatione attentaverit. Legit enim *καὶ ἔτι μέν*: & mox *ἐν τῷ λαῷ*, pro *εἰς τῷ λαῷ*. His verbis *καὶ ὅτι μὲν* secundam Justini rationem contineri patet ex his quæ sequuntur, *πρὸς δὲ καὶ γελοῖον*. Tres enim rationes affert, cur præclara illa testimonia ad proselytos Judæorum detorqueri non possint. Prima, quia Judæis & proselytis una & eadem lex; non ergo in proselytis promissio novæ legis impletur. Secunda, quia Judæi & proselyti unus sunt populus: unde manifesta conclusio est, proselytos non esse illam gentium hereditatem Christo promissam. Tertia denique quia absurdum foret: proselytos illuminatos dici, cæcos vero Judæos.

2. *Εἰς τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι*.] Sic legitur in codice Claromontano, excepto quod habet *τῷ καλῷ* pro *τῷ λαῷ*. Legitur etiam *προσκεχωρηκέναι* in Reg. & apud R. Steph. Sed in editiones Græco-Latinas (Londinenses tamen excipio) vitiosa Sylburgii conjectura inducit *προσκεχώρηκεν*. Multo aptior erit sententia, si monstratam in codice Claromontano viam sequentes, legamus *εἰς τὸ τῷ λαῷ προσκεχωρηκέναι*: proselytus, qui circumcisus est ut ad populum accedat. Sed subabsurda inesset dubitatio his verbis, *Proselytus circumcisus, si ad populum accedat*: quasi ex proselytis circumcisis alii adjungerentur populo, alii non.

3. *Ὁμοίως*.] Langus legit *ὅμως*, & paullo post *ὑμῶν δὲ οὔ· καὶ ὑμᾶς*. Liquet hunc esse sensum S. Martyris.

4. *Καὶ ὅτι γελοιότερον*.] Heic etiam conjicit vir eruditus legendum *καὶ ἔτι*. Probabilior sane conjectura, eique libenter assentior; quamvis illud *καὶ ὅτι* eodem sensu, ac paullo ante, intelligi possit.

5. *Εἰ δέ γε*.] Legendum esse *εἴδετε*, ut in Bibliis, observavit eruditus Thirlbius; ac Esaiæ hæc verba & sequentia restituit, quæ Justino in aliis editionibus perperam attributa fuerant.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

τὴν ἀπόδειξιν ποιήσασθαι. καὶ τῷ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν νεύματι συντιθεμένου, πάλιν, ἔλεγον ἐγὼ, ἐν τῷ Ἠσαΐᾳ, ὦσιν ἀκούοντες εἰ ἄρα ἀκούετε, περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγων ὁ Θεὸς ἐν παραβολῇ, Ἰακὼβ αὐτὸν καλεῖ καὶ Ἰσραήλ. οὕτω λέγει· Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ [1] ἐκλεκτός μου, θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. οὐκ ἐρίσει, οὔτε κράξει, οὔτε ἀκούσεταί τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ. κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ μὴ σβέσει. ἀλλὰ εἰς ἀλήθειαν [2] ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλήψει, καὶ οὐ μὴ θραυσθήσεται, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν· καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐλπιοῦσιν ἔθνη. ὡς οὖν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Ἰακὼβ ἐκείνου τοῦ καὶ Ἰσραὴλ ἐπικληθέντος, τὸ πᾶν γένος ὑμῶν προσηγόρευτο Ἰακὼβ καὶ Ἰσραήλ, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ γεννήσαντος ἡμᾶς εἰς Θεὸν Χριστοῦ, ὡς καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, καὶ Ἰούδα καὶ Ἰωσὴφ, καὶ Δαβὶδ, καὶ Θεοῦ τέκνα ἀληθινὰ καλούμεθα καὶ ἐσμὲν, οἱ τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ φυλάσσοντες.

Καὶ ἐπειδὴ εἶδον αὐτοὺς συνταραχθέντας ἐπὶ τῷ εἰπεῖν με καὶ Θεοῦ τέκνα εἶναι ἡμᾶς, προλαβὼν τὸ ἀνερωτηθῆναι, εἶπον· ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, πῶς τὸ ἅγιον πνεῦμα λέγει περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, ὅτι υἱοὶ ὑψίστου πάντες εἰσὶ, καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν παρέσται αὐτὸς οὗτος ὁ Χριστὸς, τὴν κρίσιν [3] ἀπὸ παντὸς γένους ἀνθρώπων ποιούμενος. εἴρηνται δὲ οἱ λόγοι διὰ Δαβὶδ, ὡς μὲν ὑμεῖς ἐξηγεῖσθε, οὕτως· ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει· ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε; κρίνατε ὀρφανῷ καὶ πτωχῷ, καὶ ταπεινὸν καὶ πένητα δικαιώσατε. ἐξέλεσθε πένητα, καὶ πτωχὸν ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε. οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται· σαλευθήσονται πάντα τὰ θεμέλια τῆς γῆς. ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. ὑμεῖς δὲ, ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε. ἀνάστα ὁ Θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. [4] ἐν δὲ τῇ τῶν ἑβδομήκοντα ἐξηγήσει, εἴρηται· [a] ἰδοὺ δὴ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε· ἵνα δηλώσῃ καὶ τὴν παρακοὴν τῶν ἀνθρώπων, τοῦ Ἀδὰμ λέγω καὶ τῆς Εὔας, καὶ τὴν πτῶσιν τοῦ ἑνὸς τῶν ἀρχόντων, τουτέστι τοῦ κεκλημένου ἐκείνου ὄφεως, πεσόντος πτῶσιν μεγάλην, [5] διὰ τὸ ἀποπλανῆσαι τὴν Εὔαν. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ πρὸς τοῦτό μοι νῦν ὁ λόγος λέλεκται, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀποδεῖξαι ὑμῖν ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀνειδίζει τοὺς ἀνθρώπους, τοὺς καὶ Θεῷ ὁμοίως ἀπαθεῖς καὶ ἀθανάτους, ἐὰν φυλάξωσι τὰ προστάγματα αὐτοῦ, γεγεννημένους, καὶ κατηξιωμένους ὑπ' αὐτοῦ υἱοὺς αὐτοῦ καλεῖσθαι, καὶ οὗτοι [6] ὁμοίως τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ ἐξομοιούμενοι, θάνατον ἑαυτοῖς ἐργάζονται· ἐχέτω καὶ ἡ ἑρμηνεία τοῦ ψαλμοῦ ὡς βούλεσθε, καὶ οὕτως ἀποδέδεικται, ὅτι θεοὶ κατηξίωνται γενέσθαι, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες δύνασθαι γενέσθαι κατηξίωνται, καὶ παρ' ἑαυτοὺς καὶ κρί-

dio indulgere, sed provocare ut his quoque eadem demonstrem. Tum illo oculorum nutu assentiente, Rursus, aiebam, in Esaia, si utique auribus audientes auditis, de Christo Deus in parabola loquens, Jacob illum & Israel appellat. Sic autem ait: [a] *Jacob servus meus, suscipiam eum: Israel electus meus, ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus proferet. Non contendet, neque clamabit, neque audiet quisquam in plateis vocem ejus. Calamum contritum non confringet, & linum fumigans non extinguet: sed in veritate proferet judicium: recipiet & non frangetur, donec ponat in terra judicium. Et in nomine ejus gentes sperabunt.* Quemadmodum igitur ab uno illo Jacob qui & Israel cognominatus est, omne genus vestrum Jacob & Israel vocatum est; sic & nos ab eo qui nos in Deo genuit Christo, ut Jacob & Israel, & Juda & Joseph, & David, ita etiam veri filii Dei vocamur & sumus, mandata Christi servantes.

CXXIV. Cumque eos viderem perturbatos, quia dixeram, nos etiam Dei filios esse; interrogationi eorum occurrens: Audite, inquam, o viri, quomodo Spiritus sanctus de populo isto dicat filios Altissimi omnes esse, & in eorum conventu adfuturum ipsum illum Christum, ut omne hominum genus judicet. Hæc autem verba per Davidem, ut vos quidem interpretamini, sic dicta sunt: [b] *Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos dijudicat. Usquequo judicatis iniquitatem & facies peccatorum sumitis? Judicate pupillo & egeno, & humilem & pauperem justificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi: Dii estis & filii Excelsi omnes. Vos autem sicut homines morimini, & sicut unus de principibus caditis. Exsurge Deus, judica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.* In Septuaginta autem interpretatione dictum est: *Ecce sicut homines morimini, & sicut unus de principibus caditis;* ut inobedientiam hominum declaret, id est, Adæ & Evæ, & casum unius ex principibus, id est, illius qui serpens dictus est, ac magno casu concidit, eo quod Evam decepisset. Sed quia non in hunc usum verba illa nunc profero, sed ut vobis demonstrem Spiritum sanctum exprobrare hominibus, quod cum ita facti sint, ut Deo similes ac perpessionis & mortis expertes, si mandata ejus servent, futuri sint; cumque eo honore sint dignati ut ejus filii vocentur, ipsi Adæ & Evæ assimilati mortem sibi ipsi conficiant; habeat sane, ut vultis, etiam psalmi interpretatio: sic tamen constabit omnibus concessum esse, ut dii ac filii Altissimi fieri possint, ac pro se quemque & judicandum & con-

a Esai. XLII. 1 — 4. *b* Psalm. LXXXI. 1 — 8.

1. Ἐκλεκτός μου.] Legitur in utroque codice mss. ἐκλεκτοῦ μου: quæ scriptura a Stephano immutata, eo quod cum Bibliis non quadraret.

2. Ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλήψει.] Post Grotium & Grabium monet Thirlbius legendum, ut apud LXX. ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλάμψει.

3. Ἀπὸ παντὸς γένους ἀνθρώπων.] Nequaquam legendum περὶ, ut Sylburgius & alii existimarunt; sed sic intelligendum, quasi scriptum esset ἀνθρώπων ἀπὸ παντὸς γένους vel τῶν ἀπὸ παντὸς γένους, ἀνθρώπων. Justino familiaris est, hæc loquendi ratio. Hinc num. 121. legimus ἀπὸ παντὸς μετάνοιαν πεποιῆσθαι.

4. Ἐν δὲ τῇ τῶν ἑβδομήκοντα.] Declarat profecto Justinus aliquid esse discriminis inter Hebræum & Septuaginta. Nullum tamen discrimen reliquerunt librarii. Sed tota res expedietur, si supra legamus ὡς ἄνθρωπος, ut in Hebræo. Ipse Justinus non obscure indicat discrimen in eo positum esse quod Septuaginta posuerint ὡς ἄνθρωποι. Ait enim illorum interpretationem aptam esse ad demonstrandam hominum inobedientiam, τὴν παρακοὴν τῶν ἀνθρώπων, Adami scilicet & Evæ.

5. Διὰ τὸ ἀποπλανῆσαι τὴν Εὔαν.] Vide Tatianum num. 8.

6. Ὁμοίως.] Legendum ὅμως, ut admonuit eruditus Thirlbius.

a Ἰδοὺ δὴ ὡς ἄνθρωποι ἀποθν.] Hanc LXX. lectionem quam recitat S. Martyr, accuratiori examine adhibito, velut genuinam recipit Grabius in *Prolegomenis* ad tomum IV. cap. III. §. 10, sub finem, editionis τῶν O'. Eamdem pariter pluribus tuetur Breitengerus in *Epistola de Ms. Græco Psalmorum Turicensi* p. 54.

νεσθαι καὶ καταδικάζεσθαι μέλλουσιν, ὡς καὶ Ἀδὰμ καὶ Εὔα. ὅτι δὲ καὶ Θεὸν τὸν Χριστὸν καλεῖ, ἐν πολλοῖς ἀποδέδεικται.

Ἐβουλόμην, λέγω, παρ' ὑμῶν μαθεῖν, ὦ ἄνδρες, τίς ἡ δύναμις τοῦ Ἰσραὴλ ὀνόματος. καὶ ἡσυχαζόντων αὐτῶν, ἐπήνεγκα· ἐγὼ ὃ ἐπίσταμαι ἐρῶ· οὔτε γὰρ εἰδότα μὴ λέγειν δίκαιον ἡγοῦμαι, οὔτε ὑπονοοῦντα ἐπίστασθαι ὑμᾶς, καὶ διὰ φθόνον ἢ ἀπειρίαν τὴν τοῦ βούλεσθαι, [1] ἐπίσταμαι αὐτὸς φροντίζειν ἀεὶ, ἀλλὰ πάντα ἁπλῶς καὶ ἀδόλως λέγειν, ὡς ὁ ἐμὸς κύριος εἶπεν· ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον· καὶ ὁ μὲν, ἔπεσεν εἰς τὴν ὁδόν· ὁ δὲ, εἰς τὰς ἀκάνθας· ὁ δὲ, ἐπὶ τὰ πετρώδη· ὁ δὲ, ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλήν. ἐλπίδι οὖν τοῦ εἶναί που καλὴν γῆν, λέγειν δεῖ· ἐπειδή γε ἐκεῖνος ὁ ἐμὸς κύριος, ὡς ἰσχυρὸς καὶ δυνατὸς, τὰ ἴδια παρὰ πάντων ἀπαιτήσει ἐλθὼν, καὶ τὸν οἰκονόμον ἑαυτοῦ οὐ καταδικάσει, εἰ γνωρίζοι αὐτὸν διὰ τὸ ἐπίστασθαι ὅτι δυνατός ἐστιν ὁ κύριος αὐτοῦ, καὶ ἐλθὼν ἀπαιτήσει τὰ ἴδια, ἐπὶ πᾶσαν τράπεζαν διδόντα, ἀλλ' οὐ δι' αἰτίαν οἱανδηποτοῦν κατορύξαντα. καὶ τὸ οὖν Ἰσραὴλ ὄνομα τοῦτο σημαίνει, ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν. [2] τὸ γὰρ Ἰσρα, ἄνθρωπός ἐστι· τὸ δὲ Ἠλ, δύναμις. ὅπερ καὶ διὰ τοῦ μυστηρίου τῆς πάλης ἣν ἐπάλαισεν Ἰακὼβ μετὰ [3] τοῦ φαινομένου μὲν, ἐκ τοῦ τῇ τοῦ πατρὸς βουλῇ ὑπηρετεῖν, [4] Θεοῦ δὲ, ἐκ τοῦ εἶναι τέκνον πρωτότοκον τῶν ὅλων κτισμάτων, ἐπεπροφήτευτο, οὕτως καὶ ἄνθρωπος γενόμενος ὁ Χριστὸς ποιήσειν. ὅτε γὰρ ἄνθρωπος γέγονεν, ὡς προεῖπον, προσῆλθεν αὐτῷ ὁ διάβολος, τουτέστιν ἡ δύναμις ἐκείνη ἡ καὶ ὄφις κεκλημένη καὶ Σατανᾶς, πειράζων αὐτὸν, καὶ ἀγωνιζόμενος καταβαλεῖν, διὰ τοῦ ἀξιοῦν προσκυνῆσαι αὐτόν. ὁ δὲ αὐτὸν κατέλυσε καὶ κατέβαλεν, ἐλέγξας ὅτι πονηρός ἐστι, παρὰ τὴν γραφὴν ἀξιῶν προσκυνεῖσθαι ὡς Θεὸς, ἀποστάτης τῆς τοῦ Θεοῦ γνώμης γεγενημένος. ἀποκρίνεται γὰρ αὐτῷ· γέγραπται· κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· καὶ ἡττημένος καὶ ἐληλεγμένος ἀπέστη τότε ὁ διάβολος. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ναρκᾶν ἔμελλε, τουτέστιν ἐν πόνῳ καὶ ἐν ἀντιλήψει τοῦ πάθους, ὅτε σταυροῦσθαι ἔμελλεν ὁ Χριστὸς ὁ ἡμέτερος, καὶ τούτου προκήρυξιν ἐποίησε διὰ τοῦ ἅψασθαι τοῦ μηροῦ τοῦ Ἰακὼβ, καὶ ναρκῆσαι ποιῆσαι. ὁ δὲ Ἰσραὴλ ἦν ὄνομα αὐτῷ ἄνωθεν, ὃ ἐπωνόμασε τὸν μακάριον Ἰακὼβ εὐλογῶν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι, κηρύσσων καὶ διὰ τούτου ὅτι πάντες οἱ δι' αὐτοῦ τῷ πατρὶ προσφεύγοντες, εὐλογημένος Ἰσραήλ ἐστιν. ὑμεῖς δὲ, μηδὲν τούτων νενοηκότες, μηδὲ νοεῖν παρασκευαζόμενοι, ἐπειδὴ κατὰ τὸ σαρκικὸν σπέρμα τοῦ Ἰακὼβ τέκνα ἐστὲ, πάντως σωθήσεσθαι προσδοκᾶτε. ἀλλ'

A demnandum esse, quemadmodum Adamum & Evam. Christum autem etiam Deum vocari, jam multis demonstratum est.

CXXV. Sed ex vobis scire velim, o viri, quam vim habeat illud nomen *Israel*. Cumque illi silerent, intuli: Dicam equidem quod scio. Neque enim æquum esse arbitror, ut quod scio non eloquar, aut vos scire quidem, sed invidia aut voluntaria imperitia vosmetipsos decipere suspicans, semper solicitudine distringar, sed potius ut omnia simpliciter ac sine dolo proferam, quemadmodum Dominus meus dixit: [a] *Exiit qui seminat seminare semen; & aliud cecidit in viam, aliud in spi-*
B *nas, aliud in loca saxosa, aliud in terram bonam.* In hanc ergo spem alicubi esse terram bonam, dicendum est. Meus enim ille Dominus, tamquam fortis & potens, sua veniens ab omnibus reposcet: ac dispensatorem suum non condemnabit, si illum noverit (cum probe sciret Dominum suum potentem esse, ac venientem sua repetiturum) ad omnem mensam dedisse quæ acceperat, minime vero defodisse ob ullam prorsus causam. Id igitur valet *Israelis* nomen; homo vincens virtutem. *Isra* enim est homo vincens, *El* autem virtus. Quod quidem Christum ita facturum esse, cum homo factus fuisset, per mysterium illius etiam luctationis prædictum est, qua Jacob luctatus est cum eo qui vide-
C batur quidem, eo quod Patris voluntati ministraret; Deus autem est, eo quod filius primogenitus sit omnium creaturarum. Postquam enim homo factus est, ut jam dixi, accessit ad eum diabolus, id est virtus illa, quæ serpens vocatur & satanas, tentans eum & prosternere contendens, postulando ut se adoraret. At Christus eum profligavit & prostravit, improbum esse arguens, qui contra Scripturam adorari se ut Deum postularet, a Dei voluntate factus apostata. Respondit enim illi: [b] *Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Tum fractus & convictus diabolus discessit. Sed quia futurum etiam erat ut Christus noster marcesceret, id est, in ærumna & pas-
D sionis sensu in crucem actus versaretur; hujus quoque rei prænuntiationem exhibuit, cum Jacobi femur tetigit, atque ut marcesceret effecit. Erat autem illi antiquitus nomen Israel, quo beatum Jacob cognominavit, benedicens eum suo ipsius nomine, atque hac etiam ratione prædicens, omnes qui per eum ad Patrem confugiunt, benedictum esse Israelem. Vos autem cum nihil horum intelligatis, nec ad intelligendum parati sitis; quia secundum carnale semen filii estis Jacobi, salvos omnino vos futuros exspectatis. At vos in his quoque

[a] Matth. XIII. 3 — 8. [b] Matth. IV. 10.


1. Ἐπίσταμαι αὐτός.] Pro his vocibus legendum videtur ἀπατᾶν ἑαυτούς. Sæpe alias exprobrat Judæis, quod semetipsos decipiant; cujus rei exempla habemus n. 34. & 103.

2. Τὸ γὰρ Ἰσρα.] Locus non caret vitio, ita corrigendus; τὸ γὰρ Ἰσρα ἄνθρωπός ἐστι νικῶν, τὸ δὲ Ἠλ δύναμις. Correctio certa ex ipso loco. Nam præcedit καὶ τὸ ἐν Ἰσραὴλ ὄνομα τοῦτο σημαίνει ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν. Sententia Justini: *Israel* dictus, quasi איש שרה אל, *homo vincens potentiam*. Drus. Comm. Post. ad voces N. T. pag. 190. JEBB.

3. Τοῦ φαινομένου μέν.] Pervertunt Justini sententiam qui cum Sylburgio post has voces addunt ἀνδρὸς aut ἀγγέλου. Loquitur Justinus de quocumque modo apparendi; & apte ac principiis suis consentanee Patrem numquam apparuisse nec apparere posse, Filium vero apparuisse censet; non quod eadem non sit in Patre & Filio natura, sed quia Filius a Patre mittitur, Pater vero mitti non potest.

4. Θεοῦ δὲ, ἐκ τοῦ.] Sic etiam supra n. 61. Filium ait vocari angelum & archiducem, *eo quod Patris voluntati ministret*: Deum vero & Dominum & Verbum, *eo quod voluntate ex Patre genitus sit*; quibus postremis verbis respondet quod hoc loco ait Justinus, *Deus autem est, eo quod filius primogenitus sit omnium creaturarum*. Sic etiam infra n. seq. & n. 129. *Deus esse* dicitur, ut pote unius & ingeniti & non enarrabilis Dei filius. In his omnibus locis generatio æterna intelligenda. Nam etsi generatio apud Justinum idem est nonnumquam ac progressio ad mundi creationem; at cum Dei Filius nominatur, generatio æterna intelligenda. Nam *Dei Filius, qui solus proprie filius dicitur, Verbum antequam mundus crearetur, quod & una cum eo aderat, & genitum est, cum per illud initio omnia condidit & ornavit; hic, inquam, Filius, eo quod unctus sit & per eum Deus omnia ornaverit, Christus vocatur*. Ita Justinus Apol. 2. n. 6. ubi æterna Filii generatio manifeste distinguitur a Verbi progressione. Sic etiam Dialog. n. 105. cum Christus vocatur *unigenitus Parentis universorum, proprie ex eo Verbum & virtus genitus*, non alia debet generatio, nisi æterna, intelligi. Quin etiam cum Justinus de temporaria ad mundi creationem generatione loquitur, propositum est ei, ut mox in not. ad num. 128. videbimus, æternam probare.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ὅτι καὶ ἐν τούτοις ἑαυτοὺς πλανᾶτε, ἀποδέδεικταί μοι ἐν πολλοῖς.

Τίς δ' ἐστὶν οὗτος ὃς καὶ ἄγγελος μεγάλης βουλῆς ποτε, καὶ ἀνὴρ διὰ Ἰεζεκιὴλ, καὶ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου διὰ Δανιὴλ, καὶ παιδίον διὰ Ἠσαΐου, καὶ Χριστὸς, καὶ Θεὸς προσκυνητὸς, [1] καὶ Δαβὶδ, καὶ Χριστὸς, καὶ λίθος διὰ πολλῶν, καὶ σοφία διὰ Σολομῶνος, καὶ Ἰωσὴφ καὶ Ἰούδας καὶ ἄστρον διὰ Μωϋσέως, καὶ ἀνατολὴ διὰ Ζαχαρίου, καὶ παθητὸς καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ πάλιν διὰ Ἠσαΐου, καὶ ῥάβδος καὶ ἄνθος καὶ λίθος ἀκρογωνιαῖος κέκληται, καὶ υἱὸς Θεοῦ, εἰ ἐγνώκειτε, ὦ Τρύφων, ἔφην, οὐκ ἂν ἐβλασφημεῖτε εἰς αὐτὸν ἤδη καὶ παραγενόμενον, καὶ γεννηθέντα, καὶ παθόντα, καὶ ἀναβάντα εἰς τὸν οὐρανόν· ὃς καὶ πάλιν παρέσται, καὶ τότε κόψονται ὑμῶν αἱ δώδεκα φυλαί. ἐπεὶ εἰ νενοήκατε τὰ εἰρημένα ὑπὸ τῶν προφητῶν, οὐκ ἂν ἐξηρνεῖσθε αὐτὸν εἶναι Θεὸν, τοῦ μόνου καὶ ἀγεννήτου καὶ ἀῤῥήτου Θεοῦ υἱόν. εἴρηται γάρ που καὶ διὰ Μωϋσέως ἐν τῇ Ἐξόδῳ οὕτως· ἐλάλησε δὲ κύριος πρὸς Μωσῆν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν· ἐγώ εἰμι κύριος, καὶ ὤφθην πρὸς τὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, Θεὸς αὐτῶν, [2] καὶ τὸ ὄνομά μου οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς καὶ ἔστησα τὴν διαθήκην μου πρὸς αὐτούς. καὶ οὕτω πάλιν λέγει, κατὰ Ἰακὼβ ἄνθρωπος ἐπάλαιε· καὶ Θεόν φησιν εἶναι. εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη ἡ ψυχή μου, λέγει εἰρηκέναι τὸν Ἰακώβ. καὶ ὅτι καὶ τὸν τόπον ὅπου αὐτῷ ἐπάλαισε καὶ ὤφθη καὶ εὐλόγησε, καὶ ἐκάλεσεν εἶδος Θεοῦ, ἀνέγραψε. καὶ τῷ Ἀβραὰμ ὁμοίως, Μωσῆς φησιν, ὤφθη ὁ Θεὸς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καθημένῳ ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς αὐτοῦ μεσημβρίας. εἶτα ταῦτα εἰπὼν, ἐπιφέρει· ἀναβλέψας δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδε, καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες εἱστήκεισαν ἐπάνω αὐτοῦ· καὶ ἰδὼν, συνέδραμεν εἰς συνάντησιν αὐτοῖς. μετ' ὀλίγον δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὑπισχνεῖται τῷ Ἀβραὰμ υἱόν· τί ὅτι ἐγέλασε Σάῤῥα, λέγουσα, ἆρά γε τέξομαι; ἐγὼ δὲ γεγήρακα. μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα; εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον [a] ἀποστρέψω εἰς ὥρας, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός. καὶ ἀπαλλάσσονται ἀπὸ Ἀβραάμ. καὶ οὕτω περὶ αὐτῶν πάλιν λέγει· ἐξαναστάντες δὲ ἐκεῖθεν οἱ ἄνδρες κατέβλεψαν ἐπὶ πρόσωπον Σοδόμων. εἶτα πάλιν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ [3] ὃς ἰδοὺ καὶ ἔστιν, ὡς λέγει, οὐ μὴ κρύψω ἀπὸ τοῦ παιδός μου Ἀβραὰμ ἐγὼ ἃ μέλλω ποιεῖν· καὶ τὰ ἑξῆς ἀνιστορημένα ἀπὸ τῶν τοῦ Μωϋσέως, καὶ ἐξηγημένα ὑπ' ἐμοῦ πάλιν ἔλεγον, δι' ὧν ἀποδέδεικται ὑπὸ τῷ πατρὶ καὶ κυρίῳ τεταγμένος, καὶ ὑπηρετῶν τῇ βουλῇ αὐτοῦ, οὗτος ὃς ὤφθη τῷ τε Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τοῖς ἄλλοις πατελάρχαις ἀναγεγραμμένος Θεὸς, ἔλεγον. ἐπέφερον δὲ, εἰ καὶ μὴ εἶπον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· οὕτω δὲ καὶ ὅτε κρέας ἐπεθύμησεν ὁ λαὸς φαγεῖν, καὶ [4] ἀπιστεῖ Μωσῆς τῷ λε-

A a vobismetipsis in errorem induci, pluribus a me demonstratum est.

CXXVI. Quod si nossetis quis tandem ille sit, qui & Angelus magni consilii interdum, & vir ab Ezechiele, & tamquam filius hominis a Daniele, & puerulus ab Esaia, & Christus & Deus adorandus a Davide, & Christus & lapis a multis, & Sapientia a Salomone, & Joseph & Judas & stella a Mose, & Oriens a Zacharia, & rursus ab Esaia pas-sibilis & Jacob & Israel, & virga & flos, & lapis summus angularis vocatus; hoc, inquam, si nossetis, Trypho, non eum profecto blasphemiis appeteretis, etiam postquam advenit, & natus ac

B passus est, ac in cælum ascendit; qui quidem rursus adveniet, ac [a] tunc plangent duodecim vestræ tribus: Nam si intellexissetis quæ a Prophetis dicta sunt; non eum negassetis Deum esse, solius & ingeniti & non enarrabilis Dei Filium. Dictum est enim alicubi & per Mosem in Exodo ad hunc modum: [b] *Locutus est autem Dominus ad Mosem, & dixit ad eum: Ego sum Dominus, & visus sum Abrahæ, Isaac & Jacob Deus eorum; & nomen meum non indicavi eis, & statui testamentum meum ad eos.* Sic etiam rursus ait: [c] *Cum Jacob homo luctatus est*; eumque Deum esse dicit. Nam Jacob dixisse refert: *Vidi Deum facie ad faciem: & salva facta est anima mea*. Scribit etiam, locum

C ubi cum eo luctatus est, eique apparuit & benedixit, ab eo vocatum fuisse *faciem Dei*. Et Abrahæ similiter, ut ait Moses [d], Deus ad quercum Mambræ apparuit, sedenti ad ostium tabernaculi meridie. Deinde postquam hæc dixit, adjicit: *Suspiciens autem oculis vidit, & ecce tres viri stabant supra eum: & cum vidisset, occurrit illis obviam.* Paullo post unus ex illis promittit Abrahæ filium: [e] *Quid ita risit Sara, dicens: Num igitur pariam? Ego vero consenui. An impossibile est apud Deum verbum? Tempore isto revertar in horas, & erit Saræ filius. Et discesserunt ab Abrahamo.* Deinde sic de illis rursus loquitur: *Inde autem exsurgentes viri respexerunt in faciem Sodo-*

D *morum.* Tum rursus quomodo Abrahamum is qui est & qui erat sic alloquatur: *Non celabo Abraham servum meum quæ facturus sum:* & quæ sequuntur ex Mosis scriptis jam depromta & a me exposita rursus repetii: ex quibus demonstratur, sub Patre & Domino præfectum esse, ac ejus voluntati ministrare, istum qui apparuit Abrahæ & Isaac & Jacob & aliis Patriarchis, appellaturque in Scripturis Deus. Heic illud adjeci, etsi antea non dixeram: Sic etiam & cum carnem edere populus concupivit, ac Moses ei qui illic etiam appellatur

a Zach. XII. 12. *b* Exod. VI. 2—4. *c* Gen. XXXII. 24. 30. *d* Gen. XVIII. 1. 2. *e* Ibid. ℣. 13. 14.

1. Καὶ Δαβίδ.] Sylburgius ante has voces ponit διὰ Δαβίδ, atque hæc postremo verba excidisse putat ob similitudinem cum sequentibus. Sed satius videtur pro his vocibus καὶ Δαβίδ, legere διὰ Δαβίδ. Ita etiam visum erudito editori Londinensi.


2. Καὶ τὸ ὄνομά μου.] Biblia addunt κύριος, quam quidem vocem omittit Philo lib. de Nominum mutatione pag. 1046. THIRLB. Eusebius Cæsariensis, longe omnium qui in partibus Arianis fuerunt, doctissimus, præclare vidit hanc Justini & aliorum patrum ante-Nicænorum sententiam non posse cum Ariano veneno conciliari. Pro eo enim quod Justinus Verbum Mosi apparuisse docet, eique dixisse, ut habemus n. 60. & Apol. 1. n. 63. *Ego sum exsistens ille, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob*; negat Eusebius Filium apparuisse Mosi, eique hæc verba dixisse: ipsum Patrem loquutum esse contendit, angelum autem apparuisse. Cum ergo Eusebius, qui Patrem numquam visum esse, sed Filium, Abrahæ, Isaac & Jacob apparuisse censet, ubi ad Mosem ventum est, non jam sibi in hac sententia constat, sed Patrem loquutum esse, angelum apparuisse pertendit? Non aliam sane ob causam, nisi quia videbat his verbis, *Ego sum exsistens ille*, naturam divinam ita significanter exprimi, ut eam Christo denegare non possit, si quis hæc illi verba attribuat. Suam hanc Eusebius opinionem exponit in pluribus locis l. 6. Demonstr. Evangel. præcipue vero cap. 14. Nolebat enim Christo aptari loca, in quibus nomen est quadrilaterum. Vide ejus comment. in Psalmos pag. 354. & 584.

3. Ὃς ἦν καὶ ἔστιν, ὡς λέγει.] Legendum fortasse ὃς ἦν καὶ ἔστιν οὕτω λέγει, atque ita legit Langus. Sed tamen nullam esse emendandi necessitatem perspici potest ex interpretatione.

4. Ἀπιστεῖ.] Legendum conjicit ἠπίστει Thirlbius, sed postea conjecturam suam deserit, ac nihil mutat. Ibidem observat, eum qui tunc apparuit Mosi, non Angelum vocari in Scriptura, ut opinatus est Justinus, sed Dominum.

a Ἀποστρέψω] Scripserit fortasse Justinus ἀναστρέψω, ut apud LXX. Ceterum in eadem LXX. virali versione frequenter usurpari ἀποστρέφειν pro *reverti*, viris eruditis jam observatum. Vide supra num. LVI.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



λεγμένῳ κἀκεῖ ἀγγέλῳ, ἐπαγγελλομένῳ δώσειν αὐτοῖς τὸν Θεὸν εἰς πλησμονὴν, αὐτὸς ὢν καὶ Θεὸς, καὶ ἄγγελος παρὰ τοῦ πατρὸς πεπεμμένος, ταῦτα εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι δηλοῦται. οὕτως γὰρ ἐπάγει ἡ γραφὴ λέγουσα· καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν, μὴ ἡ χεὶρ κυρίου οὐκ ἐξαρκέσει; ἤδη γνώσῃ εἰ [1] ἐπικαλύψεταί σε ὁ λόγος μου, ἢ οὔ. καὶ πάλιν ἐν ἄλλοις λόγοις οὕτω φησί. κύριος δὲ εἶπε πρός με, οὐ διαβήσῃ τὸν Ἰορδάνην τοῦτον· κύριος ὁ Θεός σου ὁ προπορευόμενος τοῦ προσώπου σου, αὐτὸς ἐξολοθρεύσει τὰ ἔθνη.

A Angelus, Deum ad satietatem illis daturum pollicenti non credidit; ipse ille qui & Deus est & Angelus a Patre missus fuerat, hæc dixisse & fecisse narratur. Sic enim ait Scriptura: [a] *Et dixit Dominus ad Mosem: An manus Domini non sufficiet? Jam cognosces an operturum te sit verbum meum, nec ne.* Et rursum alio in loco sic ait: [b] *Dominus dixit ad me: Non transibis Jordanem istum: Dominus Deus tuus qui præcedit ante faciem tuam, ipse exterminabit gentes.*

Καὶ τὰ ἄλλα δὲ τοιαῦτά ἐστιν εἰρημένα τῷ νομοθέτῃ καὶ τοῖς προφήταις· καὶ ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι ὑπολαμβάνω [2] ὅτι, ὅταν μου ὁ Θεὸς λέγῃ, ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ· ἢ, ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν· καὶ, κατέβη κύριος τὸν πύργον ἰδεῖν ὃν ᾠκοδόμησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἢ ὅτε, ἔκλεισεν ὁ Θεὸς τὴν κιβωτὸν Νῶε ἔξωθεν, μὴ ἡγεῖσθε αὐτόν τὸν ἀγέννητον Θεὸν καταβεβηκέναι ἢ ἀναβεβηκέναι ποθέν. ὁ γὰρ ἄρρητος πατὴρ καὶ κύριος τῶν πάντων, οὔτε ποι ἀφῖκται, οὔτε περιπατεῖ, οὔτε καθεύδει, οὔτε ἀνίσταται, ἀλλ' ἐν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ ὅπου ποτὲ μένει, ὀξὺ ὁρῶν, καὶ ὀξὺ ἀκούων, οὐκ ὀφθαλμοῖς οὐδὲ ὠσὶν, ἀλλὰ δυνάμει ἀλέκτῳ· καὶ πάντα ἐφορᾷ, καὶ πάντα γινώσκει, καὶ οὐδεὶς ἡμῶν λέληθεν αὐτόν· οὔτε κινούμενος, ὁ τόπῳ τε ἀχώρητος, καὶ τῷ κόσμῳ ὅλῳ, ὅς γε ἦν καὶ πρὶν τὸν κόσμον γενέσθαι. [3] πῶς ἂν οὖν οὗτος ἢ λαλήσειε πρός τινα, ἢ ὀφθείη τινὶ, ἢ ἐν ἐλαχίστῳ μέρει γῆς φανείη, ὁπότε γε οὐδὲ τὴν δόξαν τοῦ παρ' αὐτοῦ πεμφθέντος ἴσχυεν ὁ λαὸς ἰδεῖν ἐν Σινᾷ, οὐδ' αὐτὸς Μωσῆς ἴσχυσεν εἰσελθεῖν εἰς τὴν σκηνὴν ἣν ἐποίησεν, [4] εἰ μὴ ἐπληρώθη τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δόξης, οὐδὲ μὴν ὁ ἱερεὺς ὑπέμεινε κατενώπιον τοῦ ναοῦ στῆναι ὅτε τὴν κιβωτὸν Σολομὼν εἰσεκόμισεν εἰς τὸν οἶκον τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὃν αὐτὸς ὁ Σολομὼν ᾠκοδομήκει; οὔτε οὖν Ἀβραὰμ, οὔτε Ἰσαὰκ, οὔτε Ἰακὼβ, οὔτε ἄλλος ἀνθρώπων εἶδε τὸν πατέ-

CXXVII. Sunt & alia ejusmodi Legislatoris & Prophetarum dicta; & quæ dixi sufficere mihi videntur, ut, cum Deus alicubi dicit: [c] *Ascendit Deus* B *ab Abraham*; aut [d] *Locutus est Dominus ad Mosem*: & [e] *Descendit Dominus ad videndam turrim, quam ædificaverant filii hominum*: vel [f] *Clausit Deus arcam Noe extrinsecus*; non existimetis ipsum ingenitum Deum descendisse aut aliquo ex loco ascendisse. Neque enim ille non enarrabilis Pater & Dominus universorum in aliquem locum venit, neque ambulat, neque dormit: sed in regione sua, quæcumque tandem illa est, manet, acutum cernens & acutum audiens, non oculis quidem nec auribus, sed virtute non enarrabili: ac omnia videt, & omnia cognoscit; nec quisquam nostrum eum latet: nec movetur, nec loco comprehendi potest; immo ne toto quidem mundo, quippe qui erat C etiam antequam mundus fieret. Quomodo igitur ille aut quemquam alloquatur, aut cuiquam appareat, aut in angustissima terræ parte conspiciatur; cum ne illius quidem qui ab eo missus est, gloriam populus in Sina intueri potuerit; nec ipse Moses tabernaculum quod fecerat, ingredi posset, si gloria Dei impletum esset; neque etiam sacerdos pro templo stare sustinuerit, cum arcam Salomon intulit in domum Jerosolymitanam, quam ipse construxerat? Nec Abraham igitur, nec Isaac, nec

a Num. XI. 23. *b* Deut. XXXI. 2. 3. *c* Gen. XVII. 22. *d* Exod. VI. 2. 29. &c.
e Gen. XI. 5. *f* Gen. VII. 16.

1. Ἐπικαλύψεται.] Magis arridet eidem erudito editori id quod habetur in Bibliis ἐπικαταλήψεται.

2. Ὅτι ὅταν μου ὁ Θεός.] Legendum videtur ὅτι ὅταν που ὁ Θεὸς, ut paullo antea, εἴρηται γάρ που καὶ διὰ Μωσέως. Pro eo autem quod heic habemus, καὶ ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι ὑπολαμβάνω ὅτι .... μὴ ἡγεῖσθε, mallem equidem ὡς μὴ ἡγεῖσθαι. Sed cur nihil audeam mutandum proponere, detinet me similis locus n. 80. ubi Justinus sic loquitur: ὅτι δὲ οὐκ ἐφ' ὑμῶν μόνων τοῦτο λέγειν με ἐπίστασθε, τῶν γεγενημένων ἡμῖν λόγων ἁπάντων, ὡς δύναμίς μου, σύνταξιν ποιήσομαι.

3. Πῶς ἂν οὖν οὗτος.] In hoc loco & in alio simili, quem supra vidimus n. 60. quasi victores exsultant, qui de Christo Domino aut saltem de sanctis Patribus æqua non sentiunt. Contendit Justinus non Patrem apparuisse, sed Filium; quia Pater immensus & immutabilis est: Inde, inquiunt, manifesta conclusio est, dissimilem in utroque naturam a Justino admitti. Sed 1. si Justinus naturæ dissimilitudinem, non personarum distinctionem considerat, dum Filium visum esse docet, Patrem videri posse negat; cur ipsum Filium non in propria forma, sed, ut paullo post legimus, in hominis aut angeli forma aut etiam in gloria ignis visum esse declarat? 2. Has formas sumere indignum Patre, non indecorum Filio existimat; non quia dissimilis in utroque natura, sed quia Filius ministrat Patri, ac Deus est de Deo & a Patre mittitur. ἐπάλαισεν Ἰακὼβ, inquit n. 126. μετὰ τοῦ φαινομένου μὲν ἐκ τοῦ τῇ τοῦ πατρὸς βουλήσει ὑπηρετεῖν· Θεοῦ δὲ, &c. *Luctatus est Jacob cum eo qui videbatur quidem, eo quod voluntati Patris ministret: Deus autem est*, &c. Hoc ipso in loco idem repetit, ac Filium angelum esse ait, quia Patris voluntati ministrat. Supra n. 56. & seqq. demonstrat eum qui apparuit, & Deum esse & angelum vocari. 3. Justinum in hac Patris & Filii distinctione nullum prorsus naturæ discrimen spectare, illud etiam argumento est, quod Scripturæ loca, ex quibus Filium, non Patrem apparuisse colligit, certissimum & evidentissimum habeant divinæ naturæ testimonium. Quid enim his Scripturæ verbis magnificentius: *Ego sum qui sum; Dominus virtutum; Dominus fortis & potens; Dominus regnavit, etenim correxit orbem terræ; Dominus regnavit, irascantur populi*, & aliis ejusmodi quæ tam sæpe & in Apol. 1. & in hoc Dialogo ad Christum referri Justinus contendit? Si naturam idcirco diversam in Patre & Filio credidisset, quia Pater numquam apparuit, sed Filius; an hæc verba, *Exaltate Dominum Deum nostrum*, de Filio dicta esse putasset, quia is de quo dicuntur, *in columna nubis loquebatur* ad Mosem? 4. Quidquid ergo discriminis Patrem inter & Filium ponit, hoc uno nititur, quod memorati in Scripturis ascensus & descensus cum divina immensitate & immutabilitate conciliari non possint, si Patri tribuantur; secus vero, si Filio. Cur enim Pater descenderit & ascenderit, illud causæ afferri non potest, quod ab alio missus sit. Quin etiam sequeretur, ut paullo post ait Justinus, eum aliquandiu cælo abfuisse, si ad eum referrentur hæc Scripturæ loca: *Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis*; & alia ejusmodi quæ de Filio dicta facile conciliantur cum natura divina, quia Filius a Patre mittitur, & habita ratione humanitatis, aliquamdiu cælo abfuit. At in Patrem collata, non jam suppetente eadem rei explicandæ ratione, divinam essentiam læderent. 5. Eo spectat tota Justini disserendi ratio, ut Judæos fateri cogat Filium ex Patre, veluti lumen ex lumine genitum esse, nedum ei naturam divinam inviderit. 6. Judæi, ut eis exprobrat Justinus n. 114. Deum sibi, ut compositum quoddam animal, fingebant, & idcirco eum volebant apparuisse. Quid mirum ergo, si eos ad sublimiora vocat Justinus, ac Filium in variis formis, Patrem vero nequaquam in propria natura visum esse contendit?

4. Εἰ μὴ ἐπληρώθη.] Legendum εἰ μὲν ἐπληρώθη, vel εἰ ἐπληρώθη, ut Justinus cum Scriptura concilietur. Thirlb.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

ρα καὶ ἄῤῥητον κύριον τῶν πάντων ἁπλῶς, [1] καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ᾽ ἐκεῖνον τὸν [2] κατὰ βουλὴν τὴν ἐκείνου καὶ Θεὸν ὄντα υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἄγγελον ἐκ τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ· ὃν καὶ ἄνθρωπον γεννηθῆναι διὰ τῆς παρθένου βεβούληται· ὃς καὶ πῦρ ποτε γέγονε τῇ πρὸς Μωσέα ὁμιλίᾳ τῇ ἀπὸ τῆς βάτου. ἐπεὶ ἐὰν μὴ οὕτω νοήσωμεν τὰς γραφὰς, συμβήσεται τὸν πατέρα καὶ κύριον τῶν ὅλων μὴ γεγενῆσθαι τότε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτε διὰ Μωσέως λέλεκται, καὶ κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα πῦρ καὶ θεῖον παρὰ κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ πάλιν διὰ Δαβὶδ ὅτε λέλεκται οὕτως, ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης· καὶ πάλιν ὅτε φησὶ, λέγει κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

A Jacob, nec quisquam ex hominibus illum omnium omnino, ac ipsius Christi Patrem & Dominum non enarrabilem vidit; sed eum qui secundum ipsius voluntatem & Deus est ipsius Filius, & angelus ex eo quod ministret ipsius voluntati: quem & hominem nasci ex virgine voluit: qui & ignis aliquando fuit in colloquio cum Mose ex rubo. Nisi enim Scripturas ita intelligamus, eo res evadet ut Pater & Dominus universorum tunc in cælis non fuerit, cum per Mosem dictum est: [a] *Et Dominus pluit super Sodomam ignem & sulphur a Domino ex cælo*: aut cum rursus per Davidem: [b] *Tollite portas, principes, vestras; & elevamini portæ æternæ, & introibit Rex gloriæ*: aut cum idem B ait: [c] *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

Καὶ ὅτι κύριος ὢν ὁ Χριστὸς, καὶ Θεὸς Θεοῦ υἱὸς ὑπάρχων, καὶ [3] δυνάμει φαινόμενος πρότερον ὡς ἀνὴρ, καὶ ἄγγελος, καὶ ἐν πυρὸς δόξῃ, ὡς ἐν τῇ βάτῳ πέφανται, καὶ ἐπὶ τῆς κρίσεως τῆς γεγενημένης ἐπὶ Σόδομα, ἀποδέδεικται ἐν πολλοῖς τοῖς εἰρημένοις. ἀνιστόρουν δὲ πάλιν ἃ καὶ προέγραψα ἀπὸ τῆς Ἐξόδου πάντα, περί τε τῆς ὀπτασίας τῆς ἐπὶ τῆς βάτου, καὶ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος, καὶ ἐπέλεγον· καὶ μὴ νομίζητε, ὦ οὗτοι, ὅτι περιττολογῶν ταῦτα λέγω πολλάκις· ἀλλ᾽ ἐπεὶ γινώσκω καὶ τινὰς προλέγειν ταῦτα βουλομένους, καὶ φάσκειν τὴν δύναμιν τὴν παρὰ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων φανεῖσαν τῷ Μωσεῖ, ἢ τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τῷ Ἰακὼβ, ἄγγελον καλεῖσθαι ἐν τῇ πρὸς ἀνθρώπους προόδῳ, ἐπειδὴ δι᾽ αὐτῆς τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς τοῖς ἀνθρώποις ἀγγέλλεται· δόξαν δὲ, ἐπειδὴ ἐν ἀχωρήτῳ ποτὲ φαντασίᾳ φαίνεται· ἄνδρα δέ ποτε καὶ ἄνθρωπον καλεῖσθαι, ἐπειδὴ ἐν μορφαῖς τοιαύταις σχηματιζόμενος φαίνεται, αἵσπερ βούλεται ὁ πατήρ· καὶ λόγον καλοῦσιν, ἐπειδὴ καὶ τὰς παρὰ τοῦ πατρὸς ὁμιλίας φέρει τοῖς ἀνθρώποις. ἄτμητον δὲ καὶ ἀχώριστον τοῦ πατρὸς ταύτην τὴν δύναμιν ὑπάρχειν, ὅνπερ τρόπον τὸ τοῦ ἡλίου φασὶ φῶς ἐπὶ γῆς εἶναι ἄτμητον καὶ ἀχώριστον ὄντος τοῦ ἡλίου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὅταν δύσῃ, συναποφέρεται τὸ φῶς· οὕτως ὁ πατὴρ, ὅταν βούληται, λέγουσι, δύναμιν αὐτοῦ προπηδᾷν ποιεῖ· καὶ ὅταν βούληται, πάλιν ἀναστέλλει εἰς ἑαυτόν. κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τοὺς ἀγγέλους ποιεῖν αὐτὸν διδάσκουσιν. ἀλλ᾽ ὅτι μὲν οὖν εἰσὶν ἄγγελοι, καὶ ἀεὶ μένοντες, καὶ μὴ ἀναλυόμενοι εἰς ἐκεῖνο ἐξ οὗπερ γεγόνασιν, ἀποδέδεικται· καὶ ὅτι δύναμις αὕτη ἣν καὶ Θεὸν καλεῖ ὁ προφητικὸς λόγος, [4] διὰ πολλῶν ὡσαύτως ἀποδέδεικται, καὶ ἄγγελον, οὐχ ὡς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὀνόματι μόνον ἀριθμεῖται, ἀλλὰ καὶ ἀριθμῷ ἕτερόν τι ἐστὶ, καὶ ἐν τοῖς προειρημένοις διὰ βραχέων τὸν λόγον ἐξήτασα, εἰπὼν τὴν δύναμιν ταύτην [5] γεγεννῆσθαι

CXXVIII. Ac Christum quidem Dominum & Deum Dei Filium esse, & virtute prius apparuisse ut virum & angelum, & in gloria ignis, velut in rubo & in judicio de Sodomis facto, jam pluribus demonstratum est. Referebam autem iterum omnia quæ prius ex Exodo descripsi, tum de visione in rubo oblata, tum de imposita nominis Jesu appellatione; tumque hæc insuper addidi: Ne existimetis me verbis superfluentem hæc sæpius iterare; sed quia nonnullos etiam esse scio C qui hæc occupare velint, ac dicere, virtutem illam quæ a Patre universorum Mosi aut Abrahæ aut Jacob apparuit, angelum vocari cum ad homines venit, quia per eam mandata Patris hominibus nuntiantur; gloriam, quia per visa quæ sustineri non possunt, apparet interdum; virum aliquando & hominem, quia in ejusmodi formis pro voluntate Patris conspicitur; Verbum denique appellant, quia Patris sermones ad homines perferat. Hanc autem virtutem a Patre abscindi aut separari non posse, quemadmodum lux solis in terra abscindi & separari nequit a sole qui est in cælo, & cum sol occiderit, lux simul occidit: sic cum vult Pater, inquiunt, facit ut D virtus ejus prosiliat: rursus cum vult, illam ad seipsum reflectit. Eodem modo angelos etiam ab eo fieri docent. Sed angelos quidem esse ac semper manere, neque in id ex quo exstitere, dissolvi demonstratum est. Illam autem virtutem, quam & Deum sermo propheticus, ut multis similiter demonstratum est, & angelum vocat, non solo nomine, ut lucem solis, numerari, sed & numero aliud quid esse, etiam supra breviter disserui; cum virtutem illam ex Patre ge-

a Gen. XIX. 24. b Psalm. XXIII. 7. c Psalm. CIX. 1.

1. Καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ.] Quo sensu Deus Christi dicatur, explicat Justinus infra n. 129. Nimirum quatenus ejus pater est, eique præstat ut potens sit & Dominus & Deus.


2. Κατὰ βουλὴν τὴν ἐκείνου.] Hæc loquendi ratio, quæ merito suspecta esset in hominibus generationem ex substantia rejicientibus, nihil prorsus habet suspicionis in ore Justini, qui paullo post declarat Verbum ex Patris substantia genitum esse, ut lumen de lumine. Quapropter cum filium secundum voluntatem Patris filium & Deum esse dicit, non alio consilio id dicere potuit, nisi ut hanc ex substantia generationem exprimeret, ac Filium demonstraret a Patre divinam naturam accepisse, nec eo invito, ut de commentitio illo Deo, sive secundo Principio fingebant Marcionitæ, exsistere. Aliam etiam explicationem ipse paullo post subjicit Justinus. Ait enim Filium *ex Patre genitum esse, potestate & voluntate ipsius, nequaquam vero per abscissionem.*

3. Δυνάμει φαινόμενος.] Nimirum per operationem & virtutem. πρότερον, id est, ante Incarnationem.

4. Διὰ πολλῶν.] Præmittendum ὡς, quæ vocula videtur excidisse ob similem sonum syllabæ præcedentis.

5. Γεγεννῆσθαι.] Hæc de æterna Verbi generatione, simul & temporaria ad mundi creationem progressione intelligi debent. De temporaria quidem satis multa diximus ad n. 61. De æterna autem perspicuum erit, si consideremus, 1. iis Justinum hoc loco occurrere, qui Verbum negabant exstitisse antequam prodiret ad mundi creationem & ad alias perfunctiones; virtutem enim esse a Patre minime distinctam, quæ non exsistat antequam prosiliat, & ubi rediit, exsistere desinat. 2. Iidem homines, qualis sit illa virtus existimari volebant, ex modo quo progreditur. Quare quod ait Justinus ad eos refellendos, Verbum ita generatum fuisse, ut ignem ex igne accensum, eo spectat ut Verbum semper fuisse lumen de lumine, ac proinde semper æquale & consubstantiale Patri intelligamus. 3. In his rebus differendis æque Verbi ac Patris immutabilitati consulit. Contendit enim Verbum a Patre generatum fuisse, *virtute & voluntate ipsius*, ut personam divinam & immutabilem, *non vero per abscissionem*, ut efficientiam & rem inanimam. Statuit minime divisam Patris substantiam; quod quidem metuendum esset, si virtus

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



ἀπὸ τοῦ πατρὸς, δυνάμει καὶ βουλῇ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ οὐ κατὰ ἀποτομήν, ὡς ἀπομεριζομένης τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, ὁποῖα τὰ ἄλλα πάντα μεριζόμενα καὶ τεμνόμενα, οὐ τὰ αὐτά ἐστιν ἃ καὶ πρὶν τμηθῆναι· καὶ παραδείγματος χάριν παρειλήφειν τὰ ὡς ἀπὸ πυρὸς ἀναπτόμενα πυρὰ [1] ἕτερα ὁρῶμεν, οὐδὲν ἐλαττουμένου ἐκείνου ἐξ οὗ ἀναφθῆναι πολλὰ δύνανται, ἀλλὰ ταὐτοῦ μένοντος.

A nitam dicerem, virtute & voluntate ipsius, non vero per abscissionem, quasi Patris substantia divideretur; quemadmodum cetera omnia quæ dividuntur & scinduntur, non eadem sunt, ac antequam scinderentur: ac exempli causa sumsi ignes, quos ex alio igne accendi videmus, non imminuto illo, ex quo multi accendi possunt, sed eodem manente.

Καὶ νῦν δὲ ἔτι καὶ οὓς εἶπον λόγους εἰς ἀπόδειξιν τούτου ἐρῶ. Ὅταν λέγῃ, ἔβρεξε κύριος πῦρ παρὰ κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· δύο ὄντας ἀριθμῷ μηνύει ὁ λόγος ὁ προφητικός· τὸν μὲν ἐπὶ γῆς ὄντα, ὅς φησι καταβεβηκέναι ἰδεῖν τὴν κραυγὴν Σοδόμων· τὸν δὲ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπάρχοντα· ὃς καὶ τοῦ ἐπὶ γῆς κυρίου κύριός ἐστιν, ὡς πατὴρ καὶ Θεὸς, αἴτιός τε αὐτῷ τοῦ εἶναι καὶ δυνατῷ, καὶ κυρίῳ, καὶ Θεῷ. Καὶ πάλιν ὅταν λέγῃ ὁ λόγος εἰρηκέναι τὸν Θεὸν ἐν ἀρχῇ, ἰδοὺ Αδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τὸ δὲ, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, καὶ αὐτὸ ἀριθμοῦ δηλωτικόν ἐστιν· ἀλλ᾽ οὐ τροπολογίαν χωροῦσιν οἱ λόγοι, ὡς ἐξηγεῖσθαι ἐπιχειροῦσιν οἱ σοφισταὶ, καὶ μηδὲ λέγειν τὴν ἀλήθειαν, μηδὲ νοεῖν δυνάμενοι. Καὶ ἐν τῇ σοφίᾳ εἴρηται· ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ᾽ ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμῆσαι. Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν [2] ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, καὶ πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπήγαγον· νοεῖτε, ὦ ἀκροαταὶ, εἴγε καὶ τὸν νοῦν προσέχετε, καὶ ὅτι γεγεννῆσθαι ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦτο τὸ γέννημα πρὸ πάντων ἁπλῶς τῶν κτισμάτων ὁ λόγος ἐδήλου· [3] καὶ τὸ γεννώμενον τοῦ γεννῶντος ἀριθμῷ ἕτερόν ἐστι, πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσει.

CXXIX. Nunc autem & quæ ad hujus rei demonstrationem attuli testimonia repetam. Cum dicit propheticus sermo: [a] *Pluit Dominus ignem a Domino de cælo*, duos numero esse declarat; alium quidem in terra, quem descendisse dicit ut videret clamorem Sodomorum; B alium autem in cælis, qui & illius in terra apparentis Domini Dominus est, quatenus Pater & Deus, qui ei præstat, ut & potens sit & Dominus & Deus. Rursus cum refert Scriptura Deum in principio dixisse: [b] *Ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis*; id quoque *tamquam unus ex nobis*, numerum indicat: neque hæc verba tropologiam admittunt, ut interpretari conantur sophistæ, & qui veritatem nec dicere, nec intelligere possunt. Dictum est etiam in Sapientia: [c] *Si annuntiavero vobis, quæ in diem fiunt: memor ero quæ a sæculo, numerare: Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua: ante sæculum fundavit me, in principio, antequam* C *terram faceret, & antequam abyssos constitueret, priusquam prodirent fontes aquarum, antequam montes collocarentur, & ante omnes colles generat me.* Et cum hæc dixissem, addidi: Intelligitis, auditores, si quidem animum advertitis, Scripturam declarare, progeniem ex Patre ante omnes omnino res creatas genitam esse. Porro genitum a gignente alium numero esse quilibet fatebitur.

Καὶ συντιθεμένων πάντων, εἶπον· καὶ λόγους δέ τινας οὓς μὴ ἀπεμνημόνευσα πρότερον, εἴποιμ᾽ ἂν ἄρτι. Εἰσὶ δὲ εἰρημένοι ὑπὸ τοῦ πιστοῦ θεράποντος Μωσέως ἐπικεκαλυμμένως. Εἴρηται δὲ οὕτως· εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου ἐπέφερον ταῦτα, εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· ὅτι τὸ αἷμα τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐκδικεῖται, καὶ ἐκδικήσει, καὶ ἀνταποδώσει δίκην τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοῖς μισοῦσιν αὐτὸν ἀνταποδώσει, καὶ ἐκκαθαριεῖ κύριος τὴν γῆν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἡμᾶς τὰ ἔθνη λέγει εὐφραίνεσθαι μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, λέγω Αβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, [4] καὶ τοὺς προφήτας ἁπλῶς, καὶ τοὺς ἀπ᾽ ἐκείνου τοῦ λαοῦ πάντας εὐαρεστοῦντας

CXXX. Cum assentirentur omnes, dixi: Nonnulla testimonia quæ antea non memoravi, nunc proferam. Sunt autem arcane a fideli famulo Mose dicta in hunc modum: [d] *Lætamini cæli cum ipso, & adorent eum omnes angeli Dei*: & hæc quæ sequuntur D in Scriptura adjeci: *Lætamini gentes cum populo ejus, & confortentur ei omnes angeli Dei, quia sanguinem filiorum suorum ulciscitur & ulciscetur, & vindictam retribuet inimicis, & his qui oderunt eum retribuet, & expurgabit Dominus terram populi sui.* Atque his verbis declarat nos qui gentes sumus, cum ipsius populo lætari; dico autem Abraham & Isaac & Jacob, & omnes prorsus Prophetas, & quicumque ex illo populo placuerunt Deo, quemadmodum antea in-

[a] Gen. XIX. 24. [b] Gen. III. 22. [c] Prov. VIII. 22 — 25. [d] Deut. XXXII. 43.

quædam inanima & mutabilis ab ejus substantia avelleretur; at nihil ejusmodi suspicandum, ubi lumen de lumine ad mundi creationem progreditur, id est persona æque immutabilis ac ipse Pater, sive Verbum omnibus ejus ideis ac omnipotentia & omnibus attributis ab æterno donatum. Eamdem Verbi immutabilitatem adstruit, adhibitum n. 61. aliud exemplum humani λόγου, quem Justinus ait minime imminui dum profertur. 4. Ipse declarat quidquid ea de re disseruit n. 61. id se ea mente disseruisse, ut probaret *virtutem illam, quam & Deum sermo propheticus & angelum vocat, non solo nomine, ut lucem solis, numerari, sed & numero aliud quid esse*; sive, ut ait n. 62. semper cum Patre fuisse, & cum eo Patrem colloquutum, ut cum persona divina. Videndus ea de re Tatianus n. 5. ubi magistri doctrinam, si minus totidem verbis, certe totidem sententiis explanat.

1. Ἕτερα.] Postulat sensus ut legamus ἃ ἕτερα, nisi quis legere malit ὡς τὰ ἀπὸ πυρός. Mirifice congruit æternæ generationi hoc exemplum luminis de lumine accensi: nec mirum videri debet, cur Justinus, cum hoc in loco, & supra n. 61. loquatur de Verbi ad mundi creationem progressione, exemplum adhibeat generationi æternæ maxime consentaneum. Cum enim, ut jam dixi, tota illius disputatio eo spectat, ut Verbum semper fuisse cum Patre, semper lumen de lumine exstitisse demonstret; tum vero solemne est sanctis Patribus temporariam Filii missionem, iisdem exemplis ac æternam explicare. S. Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Joann. p. 413. Filium in hunc mundum a Patre missum fuisse ait, *ut verbum ex mente, ut splendorem solis ex ipso*. ἀπεστάλη δὲ οὕτως, ὡς λόγος ἐκ νοῦ, ὡς ἀπαύγασμα τὸ ἡλιακὸν ἐξ αὐτοῦ. Eadem habet Nicetas in Orationem 38. S. Gregorii Nazianzeni. Sed si quid difficultatis in hoc loco, aut in eo qui supra occurrit n. 61. residuum sit, velim illius explanatio repetatur ex Tatiano.

2. Ὁδῶν αὐτοῦ.] Clarom. ὁδὸν αὐτοῦ. Sic etiam Regius ad marginem, & R. Stephanus ad calcem.

3. Καὶ τὸ γεννώμενον.] Vel legendum καὶ ὅτι τὸ γεννώμενον, vel præmittendum ὡς, his verbis πᾶς ὁστισοῦν.

4. Καὶ τοὺς προφήτας ἁπλῶς.] Illud ἁπλῶς meliore loco existimat collocari Thirlbius legendo, καὶ ἁπλῶς τοὺς ἀπ᾽ ἐκείνου.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

τῷ Θεῷ κατὰ τὰ προωμολογημένα ἡμῖν· ἀλλ᾽ οὐ A πάντας τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἀκουσόμεθα· ἐπειδὴ ἔγνωμεν καὶ διὰ Ἠσαΐου τὰ κῶλα τῶν παραβεβηκότων ὑπὸ σκώληκος καὶ ἀπαύστου πυρὸς διαβιβρώσκεσθαι μέλλειν, ἀθάνατα μένοντα, ὥστε καὶ εἶναι εἰς ὅρασιν [1] πάσης σαρκός. ἐπειπεῖν δὲ ὑμῖν βούλομαι καὶ πρὸς τούτοις, ὦ ἄνδρες, ἔφην, καὶ ἄλλους τινὰς λόγους ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν Μωσέως λόγων· ἐξ ὧν καὶ νοῆσαι δύνασθε, ὅτι ἄνωθεν μὲν πάντας τοὺς ἀνθρώπους ὁ Θεὸς διεσκόρπισε, [2] καὶ τὰ γένη, καὶ γλώσσας· ἐκ πάντων δὲ τῶν γενῶν, γένος ἑαυτῷ λαβὼν τὸ ὑμέτερον, γένος ἄχρηστον, καὶ ἀπειθὲς, καὶ ἄπιστον, δείξας τοὺς ἀπὸ παντὸς γένους αἱρουμένους πεπεῖσθαι αὐτοῦ τῇ βουλῇ διὰ τοῦ Χριστοῦ, ὃν καὶ Ἰακὼβ καλεῖ, καὶ Ἰσραὴλ ὀνομάζει, B τούτους καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, ὡς προέφην ἐν πολλοῖς, [3] εἶναι δεῖ. Εὐφράνθητε γὰρ ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ εἰπὼν, τὴν μὲν ὁμοίαν αὐτοῖς ἀπονέμει κληρονομίαν, [4] καὶ τὴν ὁμοίαν ὀνομασίαν δίδωσιν· ἔθνη δὲ αὐτοὺς καὶ εὐφραινομένους μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ λέγων, εἰς ὄνειδος τὸ ὑμέτερον λέγει ἔθνος. ὃν γὰρ καὶ ὑμεῖς τρόπον παρωργίσατε εἰδωλολατρήσαντες, οὕτω καὶ αὐτοὺς εἰδωλολάτρας ὄντας κατηξίωσε γνῶναι τὴν βουλὴν αὐτοῦ, καὶ κληρονομῆσαι τὴν κληρονομίαν τὴν παρ᾽ αὐτῷ.

A ter nos convenit: at nequaquam omnes qui ex vestro genere sunt, intelligimus; siquidem ex Esaia [a] didicimus futurum, ut membra prævaricatorum a verme & non extinguendo igne vorentur, immortalia permanentia, ita ut spectaculo sint omni carni. Volo autem vobis, præter hæc testimonia, o viri, ajebam, alia etiam ex iisdem Mosis scriptis nonnulla proferre, ex quibus etiam intelligere potestis, Deum antiquitus dispersisse omnes homines secundum genera & linguas: cum autem ex omnibus generibus vestrum sibi genus assumserit, genus inutile & inobediens & infidele; cumque eos qui ex omni genere electi sunt, ipsius voluntati per Christum, quem & Jacob vocat & Israelem B nominat, paruisse ostenderit, nos & Jacobum & Israelem, ut jam pluribus dixi, esse debere. Dum enim ait: *Lætamini gentes cum populo ejus*, similem illis quidem tribuit hereditatem, nomen autem non simile: sed dum gentes & cum populo suo lætantes dicit, in probrum vestrum gentes appellat. Quemadmodum enim & vos ad iracundiam illum concitastis dum simulacra colitis; ita & illos, cum simulacrorum cultores essent, hac gratia dignatus est, ut cognoscerent ipsius voluntatem, & hereditatem quæ apud illum est, acciperent.

Ἐρῶ δὲ καὶ τοὺς λόγους δι᾽ ὧν δηλοῦται μερίσας πάντα τὰ ἔθνη ὁ Θεός. εἰσὶ δὲ οὗτοι· ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, C καὶ ἐροῦσί σοι. ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμοὺς υἱῶν Ἰσραήλ. καὶ ἐγενήθη μερὶς κυρίου, λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ, Ἰσραήλ. καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἐπήνεγκα λέγων ὅτι οἱ ἑβδομήκοντα ἐξηγήσαντο, ὅτι ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. ἀλλ᾽ ἐπεὶ καὶ ἐκ τούτου πάλιν οὐδέν μοι ἐλαττοῦται ὁ λόγος, τὴν ὑμετέραν ἐξήγησιν εἶπον. καὶ ὑμεῖς δ᾽ [5] εἰ βούλεσθε τὴν ἀλήθειαν ὁμολογῆσαι, ὅτι πιστότεροι πρὸς τὸν Θεὸν ἐσμὲν, οἵ τινες διὰ τοῦ ἐξουθενημένου καὶ ὀνείδους μεστοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ κληθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, (ὧν καὶ τῇ ὁμολογίᾳ, καὶ τῇ ὑπακοῇ καὶ τῇ εὐσεβείᾳ, κολάσεις μέχρι θανάτου ὑπὸ τῶν δαιμονίων καὶ τῆς στρατιᾶς τοῦ διαβόλου, D διὰ τῆς ὑφ᾽ ὑμῶν ἐκείνοις γεγενημένης ὑπηρεσίας, προστετίμηνται) πάνθ᾽ ὑπομένομεν ὑπὲρ τοῦ μηδὲ μέχρι φωνῆς ἀρνεῖσθαι τὸν Χριστὸν, δι᾽ οὗ ἐκλήθημεν εἰς σωτηρίαν τὴν προητοιμασμένην παρὰ τοῦ [6] πατρὸς ἡμῶν, τῶν ἐν βραχίονι ὑψηλῷ καὶ ἐπισκοπῇ μεγάλης δόξης λυτρωθέντων ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, θαλάσσης ὑμῖν τμηθείσης, καὶ γενομένης ὁδοῦ ξηρᾶς, ἐν ᾗ τοὺς διώκοντας ὑμᾶς μετὰ δυνάμεως πολλῆς πάνυ, καὶ ἐνδόξων ἁρμάτων, ἐπικλύσας αὐτοῖς τὴν δι᾽ ὑμᾶς ὁδοποιηθεῖσαν θάλασσαν, ἀπέκτεινεν· οἷς καὶ στῦλος φωτὸς ἔλαμπεν, ἵνα καὶ παρὰ τὸν πάντα ἄλλον λαὸν τὸν ἐν τῷ κόσμῳ, ἰδίῳ καὶ ἀνελλιπεῖ καὶ μὴ δύνοντι φωτὶ χρῆσθαι ἔχητε· οἷς ἄρτον εἰς τροφὴν [7] δι᾽ ἀγγέλων οὐρανίων, τὸ μάννα ἔβρεξεν, ἵνα μηδὲ σιτοποιΐας δεόμενοι ζητήσητε. καὶ τὸ ἐν Μερρᾷ ὕδωρ

CXXXI. Proferam autem verba, ex quibus omnes gentes a Deo divisas fuisse ostenditur. Sunt autem C ejusmodi: [b] *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: majores tuos, & dicent tibi. Quando dividebat Altissimus gentes, quando dispergebat filios Adam, constituit terminos gentium secundum numerum filiorum Israel: & facta est pars Domini, populus ejus Jacob; funiculus hereditatis ejus, Israel.* Et cum hæc dixissem, addidi: Septuaginta interpretes ita exposuerunt: *Constituit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei*. Sed vestram interpretationem retuli, quia nihil ex ea re mihi imminuitur ratiocinatio. Vos autem, si verum fateri vultis, non negabitis, nos qui per abjectum & probri plenum crucis mysterium a Deo vocati (quorum confessioni & obedientiæ & pietati supplicia ad D mortem usque a dæmonibus & exercitu diaboli per vestrum, quod illis exhibuistis, ministerium infliguntur) omnia perferimus ne Christum voce tenus negemus, per quem ad præparatam a Patre salutem vocati sumus: nos, inquam, fideliores Deo esse quam vos, qui in brachio excelso & visitatione magnæ gloriæ redemti estis ex Ægypto, cum vobis mare divisum est ac siccum iter effectum; in quo eos qui vos cum magna prorsus potestate & splendidis curribus persequebantur, occidit Deus, effuso in eos mari quod propter vos calcabile factum erat: quam vos, inquam, quibus columna luminis affulsit, ut etiam præter alium quemlibet in terrarum orbe populum, propria & defectum atque occasum nescienti luce uti possetis: quibus panem, alimoniæ causa, proprium Angelorum cælestium, manna sci-

[a] Esai. LXVI. 24. [b] Deut. XXXII. 7 — 9.

1. Πάσης σαρκός.] Legit idem vir eruditus πάσῃ σαρκὶ, ut in Bibliis & apud Justinum num. 44. & 140. Sed cum Justinus Scripturæ verba non referat hoc loco, non video cur ei non licuerit aliquid leviter immutare, & malos spectaculum omnis carnis futuros dicere.

2. Καὶ τὰ γένη.] Legendum κατὰ γένη per se patet, idque Thirlbius admonuit.

3. Εἶναι δεῖ.] Hæc verborum constructio νοῆσαι δύνασθε ὅτι ... διεσκόρπισε ... ἐκ πάντων δὲ λαβὼν .... εἶναι δεῖ, minime accurata est: sed exemplis non caret apud Justinum, ut jam non semel observavimus. Vid. Apol. 1. n. 55. & 61. & Dialog. n. 88. 101. 103. & 110. Sic etiam infra, n. 104. ἅπερ ἡμᾶς ὄντα, συνιέναι ὑμᾶς οὐ δύνασθε.

4. Καὶ τὴν ὁμοίαν ὀνομασίαν δίδωσιν.] Legendum οὐ δίδωσιν. Hinc enim tota pendet ratiocinatio Justini, quod populus & gentes nominatim distinguantur, & gentium nomen quas Deus ad pœnitentiam vocabat, in opprobrium Judaici populi quem Deus rejiciebat, usurpetur. Frustra ergo mox pro λέγει ἔθνος obtrudit λέγει ὁ Θεός eruditus Londinensis Editor.

5. Εἰ βούλεσθε.] Subaudiendum δύνασθε.

6. Πατρὸς ἡμῶν.] Melius ut admonuit Thirlbius, πατρὸς, ὑμῶν τῶν.

7. Δι᾽ ἀγγέλων οὐρανίων.] Perpaucos fore arbitror, quibus hæc arrideat sententia, panem per angelos Israelitis suppeditatum fuisse. Multo magis quadrat ut panem angelorum illis Deus pluisse dicatur. Quare legendum ἄρτον εἰς τροφὴν ἴδιον ἀγγέλων.

ἐγλυκάνθη· καὶ σημεῖον τοῦ σταυροῦσθαι μέλλοντος καὶ ἐπὶ τῶν ὄφεων τῶν [1] διδασκόντων ὑμᾶς, ὡς προεῖπον, γεγενῆσθαι (πάντα προλαμβάνοντος πρὸ τῶν ἰδίων καιρῶν τὰ μυστήρια χαρίζεσθαι ὑμῖν τοῦ Θεοῦ, πρὸς ὃν ἀχάριστοι ἐλέγχεσθε ἀεὶ γεγενημένοι) καὶ διὰ τοῦ τύπου τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν Μωϋσέως, καὶ ὡς τοῦ ἐπονομασθέντος Ἰησοῦ, πολεμούντων τὸν Ἀμαλήκ· περὶ οὗ εἶπεν ὁ Θεὸς ἀναγραφῆναι τὸ γεγενημένον, [2] φήσας καὶ εἰς τὰς ὑμῶν ἀκοὰς Ἰησοῦ παραθέσθαι τὸ ὄνομα, εἰπὼν [3] ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ μέλλων ἐξαλείφειν ἀπὸ τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ μνημόσυνον τοῦ Ἀμαλήκ. καὶ ὅτι τὸ μνημόσυνον τοῦ Ἀμαλὴκ καὶ μετὰ τὸν τοῦ Ναυῆ υἱὸν μένει, φαίνεται· διὰ δὲ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, οὗ καὶ τὰ σύμβολα ἐκεῖνα, προκηρύγματα ἦν [4] τῶν
B
κατ' αὐτοῦ ἁπάντων, ὅτι μέλλει ἐξολοθρευθήσεσθαι τὰ δαιμόνια, καὶ δεδιέναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς βασιλείας ὁμοίως ὑφορᾶσθαι αὐτὸν, καὶ ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων θεοσεβεῖς καὶ εἰρηνικοὺς δείκνυσθαι εἶναι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, φανερὸν ποιεῖ, καὶ τὰ προαπεστορημένα ὑπ' ἐμοῦ, Τρύφων, σημαίνουσι. καὶ τοσαύτη δὲ ὀρτυγομήτρα ἐδόθη ὑμῖν ἐπιθυμήσασι κρεωφαγίας, ὅση ἀνάριθμος εἰπεῖν· οἷς καὶ ἐκ πέτρας ὕδωρ ἀνέβλυσε, καὶ νεφέλη εἰς σκιὰν ἀπὸ καύματος καὶ φυλακὴν ἀπὸ κρύους εἵπετο, ἄλλου οὐρανοῦ καινοῦ [5] τρόπον καὶ προαγγελίαν ἀπαγγέλλουσα· ὧν καὶ οἱ ἱμάντες τῶν ὑποδημάτων οὐκ ἐρράγησαν, οὐδὲ αὐτὰ τὰ ὑποδήματα ἐπαλαιώθη, οὐδὲ τὰ ἐνδύματα κατετρίβη, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν νεωτέρων
C
[6] συνηύξανε.

Καὶ πρὸς τούτοις ἐμοσχοποιήσατε, καὶ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀλλογενῶν πορνεῦσαι καὶ εἰδωλολατρῆσαι ἐσπουδάσατε· καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν τῆς γῆς ὑμῖν παραδοθείσης μετὰ δυνάμεως τοσαύτης, ὡς καὶ τὸν ἥλιον θεάσασθαι ὑμᾶς προστάξει τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου τοῦ ἐπονομασθέντος τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, σταθέντα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ μὴ [7] δύναντα μέχρι ὡρῶν τριακονταέξ, καὶ τὰς ἄλλας πάσας δυνάμεις τὰς κατὰ καιρὸν γεγενημένας ὑμῖν· ὧν καὶ ἄλλην μίαν καταριθμῆσαι [8] ταπεινὸν εἶναί μοι δοκεῖ. συναίρεται γὰρ πρὸς τὸ καὶ ἐξ αὐτῆς συνιέναι ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, ὃν καὶ ἡμεῖς ἐπέγνωμεν Χριστὸν υἱὸν Θεοῦ σταυρωθέν-
D
τα, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνεληλυθότα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ πάλιν παραγενησόμενον κριτὴν πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων μέχρις αὐτοῦ Ἀδάμ. ἐπίστασθε οὖν, ἔλεγον, ὅτι τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ὑπὸ τῶν περὶ Ἄζωτον πολεμίων ἁρπαγείσης, καὶ πληγῆς αὐτοῖς γεγενημένης φοβερᾶς καὶ ἀνιάτου, ἐβουλεύσαντο ἐφ' ἁμάξης ὑφ' ἣ δαμάλεις νεοτόκους ἔζευξαν, ἐπιθεῖναι, εἰς πεῖραν τοῦ γνῶναι, εἰ δυνάμει Θεοῦ διὰ τὴν σκηνὴν πεπληγμένοι εἰσὶ, καὶ βούλεται ὁ Θεὸς ἀπενεχθῆναι αὐτὴν ὅθεν ἐλήφθη. καὶ πραξάντων τοῦτο, αἱ δαμάλεις ὑπὸ μηδενὸς ὁδηγούμεναι ἀνθρώπων, οὐκ ἦλθον μὲν εἰς τὸν τόπον ὁπόθεν εἴληπτο ἡ σκηνὴ, ἀλλ' εἰς χωρίον τινὸς ἀνδρὸς καλουμένου Αὐσῆ, ὁμωνύμου ἐκείνου τοῦ μετονομασθέντος τῷ Ἰησοῦ ὀνόματι, ὡς προλέ-
E
λεκται, ὃς καὶ εἰσήγαγε τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν, καὶ κατεκληροδότησεν αὐτοῖς αὐτήν· εἰς ὃ χωρίον ἐλθοῦσαι, μεμενήκασι· δεικνυμένου ὑμῖν καὶ διὰ τούτων, ὅτι τῷ [9] τῆς δυνάμεως ὀνόματι ὡδηγήθησαν, ὡς πρότερον ὁ περιλειφθεὶς λαὸς ἀπὸ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου

A licet, pluit, ut ne panificio quidem vobis opus esset: quibus aquæ in Mara dulces factæ sunt: quibus denique signum illius qui crucifigendus erat, ut jam dixi, exhibitum est; & cum vos morderent serpentes, (omnia in antecessum mysteria vobis ante propria tempora gratificante Deo, in quem semper ingrato fuisse animo arguimini) & cum per figuram extensionis manuum Mosis, & eum qui cognominatus est Jesus, debellaretur Amalech: qua de re præcepit Deus, ut in litteras referretur, & auribus vestris nomen Jesu mandaretur, hunc esse dicens, qui deleturus erat de terra memoriam Amalech. Porro Amalechi memoriam etiam post filium Navæ manere liquet: at futurum ut per Je-
B
sum crucifixum, cujus etiam res omnes his symbolis præsignificabantur, dæmones exterminarentur, ejusque nomen formidarent, eumque pariter omnes principatus & regna metuerent, & ex omni hominum genere pii & pacifici ostenderentur qui in illum credunt, Scriptura declarat; idque etiam demonstrant, quæ jam a me, Trypho, commemorata sunt. Vobis etiam carnes concupiscentibus tanta data est coturnicum copia quanta numerari non posset: quibus etiam aqua ex rupe scaturivit; quos nubes & ab æstu obumbrans & a frigore custodiens consequebatur, novi alius cæli speciem & præsignificationem habens; quorum nec lora calceamentorum rupta sunt, nec ipsa
C
calceamenta veterarunt, nec vestimenta contrita, sed & in junioribus simul crescebant.

CXXXII. Et post hæc vitulum conflastis, & cum filiabus alienigenarum fornicari, & simulacra colere studuistis; etiam postquam tradita vobis terra est tanta cum virtute, ut solem jussu illius viri qui Jesu appellatione cognominatus est, in cælo stantem, nec usque ad horas triginta sex occidentem, videretis, & alias omnes virtutes quæ vobis exhibitæ variis temporibus fuerunt; quarum etiam una videtur mihi hoc loco commemoranda; ad hoc enim conducit ut vel ex illa cognoscatis Jesum, quem nos Christum esse Filium Dei agno-
D
vimus, qui crucifixus est & resurrexit, & ascendit in cælos, & iterum omnium omnino hominum usque ad ipsum Adamum, judex venturus est. Scitis igitur hostes Azotios, cum tabernaculum testimonii cepissent, ac horribili & insanabili plaga percussi fuissent, hoc consilium cepisse, ut illud currui cui vaccas a partu recentes junxerant, imponerent, periculi faciendi causa, an virtute Dei propter tabernaculum percussi fuissent, illudque Deus eo reduci vellet, unde eductum fuerat. Quod cum fecissent, vaccæ, nullo hominum ducente, non in eum locum venerunt unde eductum tabernaculum fuerat, sed in agrum cujusdam hominis qui Auses vocabatur, eodem nomine,
E
ac ille qui Jesus, ut jam dictum est, cognominatus populum introduxit in terram, eamque ipsis distribuit. Quem in agrum vaccæ cum venissent, constiterunt: ex quo etiam vobis monstratur eas virtute nominis deductas fuisse; quemadmodum antea populus, ex his qui ex Ægypto profecti fu-

1. Διδασκόντων.] Legendum esse δακόντων admonuit Sylburgius, & mox γεγίνηται pro γεγενῆσθαι, & διὰ τοῦ ἐπονομασθέντος. Hujus posterioris nævi aliam emendationem proponit Thirlbius valde probabilem, nempe Αὐσῆ pro ὡς.

2. Φήσας.] Pro hac voce idem vir eruditus proponit φθάσας.

3. Ὅτι οὗτος.] Reg. ad marginem ὁ τοιοῦτος: & sic ad calcem Rob. Stephanus.

4. Τῶν κατ' αὐτοῦ.] Legendum τῶν κατ' αὐτὸν, idque Thirlbio observatum. Mox subaudiendum μέλλειν ante ὑφορᾶσθαι.

5. Τρόπον.] Thirlbio magis arridet τύπον.

6. Συνηύξανε.] De hac sancti Martyris sententia consulendi commentatores sacræ Scripturæ.

7. Δύναντα.] In δύναντα triplicis lectionis sunt vestigia, nempe δύνοντα, δύσαντα & δύντα. Nam δύναντα usu receptum non est. SYLBURG.

8. Ταπεινὸν εἶναι δοκεῖ.] Illud εἶναι tollendum, vel addendum οὐκ ἄτοπον. THIRLBIUS. Forte addendum δίκαιον, ut infra n. 137.

9. Τῷ τῆς δυνάμεως ὀνόματι.] Justinus aut scripsit aut scribere voluit τῇ τοῦ ὀνόματος δυνάμει. THIRL.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.

ἐξελθόντων, διὰ τῦ λαβόντος τὸ Ἰησῦ ὄνομα, Αὐσῆ πρότερον καλυμένυ, εἰς τὴν γῆν ὡδηγήθη.

erant residuus, per eum qui nomen Jesu accepit, cum Ause antea vocaretur, in terram inductus est.

Καὶ τύτων καὶ πάντων τῶν τοιύτων παραδόξων καὶ θαυμαστῶν ὑμῖν γενομένων τε καὶ ὁρωμένων κατὰ καιρὺς, ἐλέγχεσθε [1] καὶ διὰ τῶν προφητῶν, μέχρι τοῦ καὶ τὰ ἑαυτῶν τέκνα τεθυκέναι τοῖς δαμονίοις· καὶ ἐπὶ τύτοις πᾶσι τοιαῦτα τετολμηκέναι εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ ἔτι τολμᾶν· ἐφ᾽ οἷς πᾶσι γένοιτο ὑμῖν, ἔλεος παρὰ τῦ Θεῦ καὶ τῦ Χριστοῦ αὐτοῦ λαβοῦσι, σωθῆναι. διὰ γὰρ τῦ προφήτυ Ἡσαΐυ προεπιστάμενος ὁ Θεὸς ταῦτα μέλλειν ὑμᾶς ποιεῖν, κατηράσατο οὕτως· οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν· βεβύλευνται βυλὴν πονηρὰν καθ᾽ ἑαυτῶν, εἰπόντες· δήσωμεν τὸν δίκαιον ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι. τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ· πονηρὰ, κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῦ, συμβήσεται αὐτῷ. λαός μου, οἱ πράκτορες ὑμῶν καλαμῶνται ὑμᾶς, καὶ οἱ ἀπαιτοῦντες κυριεύσουσιν ὑμῶν. λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς, πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν [2] τρίβον τῶν ὁδῶν ὑμῶν ταράσσυσιν. ἀλλὰ νῦν [3] καταστήσεται εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς κύριος εἰς κρίσιν ἥξει μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ· ὑμεῖς δὲ, τί ἐνεπυρίσατε τὸν ἀμπελῶνά μυ, καὶ ἡ ἁρπαγὴ τῦ πτωχοῦ ἐν τοῖς οἴκοις ὑμῶν; ὑμεῖς τί ἀδικεῖτε τὸν λαόν μυ, καὶ τὸ πρόσωπον τῶν ταπεινῶν καταισχύνετε; καὶ ἐν ἑτέροις πάλιν λόγοις ὁ αὐτὸς προφήτης εἰς τὸ αὐτὸ εἶπεν· οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ὡς ἐν σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας· οἱ λέγοντες, τὸ τάχος αὐτῦ ἐγγισάτω, καὶ ἐλθέτω ἡ βυλὴ τῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γνῶμεν. οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· οἱ τιθέντες τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς· οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες. οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν, οἱ τὸν οἶνον πίνοντες, καὶ οἱ δυνάσται, καὶ οἱ κιρνῶντες τὸ σίκερα· οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τῦ δικαίυ αἴροντες. διὰ τῦτο ὃν τρόπον καυθήσεται καλάμη ὑπὸ ἄνθρακος πυρὸς, καὶ συγκαυθήσεται ὑπὸ φλογὸς [4] καιομένης, ἡ ῥίζα ὡς χνοῦς ἔσται, καὶ τὸ ἄνθος αὐτῶν ὡς κονιορτὸς ἀναβήσεται. οὐ γὰρ ἠθέλησαν τὸν νόμον κυρίυ σαβαὼθ, ἀλλὰ τὸ λόγιον κυρίυ τῦ ἁγίυ Ἰσραὴλ παρώξυναν. καὶ ἐθυμώθη ὀργῇ κύριος σαβαὼθ, καὶ ἐπέβαλε τὰς χεῖρας ἐπ᾽ αὐτὺς, καὶ ἐπάταξεν αὐτὺς, καὶ παρωξύνθη ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ ἐγενήθη τὰ θνησιμαῖα αὐτῶν ἐν μέσῳ ὡς κοπρία ὁδοῦ. καὶ ἐν πᾶσι τούτοις [5] ὐκ ἀπεστράφησαν, ἀλλ᾽ ἔτι ἡ χεὶρ αὐτῶν ὑψηλή. ἔτι γὰρ ἀληθῶς ἡ χεὶρ ὑμῶν πρὸς κακοποιΐαν ὑψηλὴ, ὅτι καὶ τὸν Χριστὸν ἀποκτείναντες, οὐδ᾽ οὕτως μετανοεῖτε, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς πιστεύσαντας δι᾽ αὐτοῦ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων μισεῖτε καὶ φονεύετε, ὁσάκις ἂν λάβητε ἐξυσίαν· ἀδιαλείπτως δὲ καταρᾶσθε αὐτῷ τε ἐκείνῳ, καὶ τοῖς ἀπ᾽ αὐτοῦ, πάντων ἡμῶν εὐχομένων ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων, ὡς ὑπὸ τοῦ Χριστῦ ἡμῶν καὶ κυρίυ ποιεῖν ἐδιδάχθημεν, παραγγείλαντος ἡμῖν εὔχεσθαι καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἀγαπᾶν τοὺς μισοῦντας, καὶ εὐλογεῖν τοὺς καταρωμένυς.

CXXXIII. Et cum hæc & alia ejusmodi miracula habueritis & diversis temporibus videritis; arguunt vos etiam Prophetæ, quod vestros etiam filios dæmoniis immolaveritis, & his sceleribus adjeceritis, quæ in Christum ausi estis, & etiamnum audetis; de quibus omnibus utinam, concessa vobis a Deo & Christo ejus misericordia, salvemini. Nam per Prophetam Esaiam Deus, cum præsciret vos hæc facturos, ita vos exsecratus est: [a] *Væ animæ ipsorum, quoniam consiliati sunt consilium pessimum contra semetipsos, dicentes; Alligemus justum, quoniam incommodus est nobis. Itaque fructus operum suorum comedent. Væ iniquo: mala secundum opera manuum ejus accident ei. Popule meus, exactores vestri spoliant vos, & exigentes dominabuntur vobis. Popule meus, qui beatos vos dicunt, decipiunt vos, & semitam viarum vestrarum turbant. Sed nunc sistet in judicio populum suum: & ipse Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi, & cum principibus ejus. Vos autem quare incendistis vineam meam, & rapina pauperis in domibus vestris? Quare vos injuriis afficitis populum meum, & faciem humilium confunditis?* Et alio item loco idem Propheta in eamdem sententiam dixit: [b] *Væ, qui trahunt peccata sua quasi funiculo longo, & quasi jugi corrigia vitulæ, iniquitates: qui dicunt: Celeritas ejus appropinquet, & veniat consilium sancti Israel ut cognoscamus. Væ, qui dicunt bonum malum, & malum bonum; qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem; qui ponunt amarum dulce, & dulce amarum. Væ, qui sunt arguti in semetipsis, & coram semetipsis scientes. Væ, valentes vestri, qui bibunt vinum, & potentes, & qui miscent siceram; qui justificant impium propter munera, & jus justi tollunt. Propter hoc, sicut uretur stipula a carbone ignis, simul quoque comburetur a flamma ardente; radix quasi lanugo erit, & flos eorum quasi pulvis ascendet. Non enim voluerunt legem Domini Sabaoth, sed eloquium Domini sancti Israel irritaverunt. Et indignatus est ira Dominus Sabaoth, & immisit manus super eos, & percussit eos, & concitatus est in montes: & facta sunt morticina eorum in medio, quasi stercus viæ. Et in omnibus his non sunt aversi, sed adhuc manus eorum excelsa.* Vere enim adhuc manus vestra ad male agendum extenta est; quippe qui cum Christum occideritis, ne sic quidem pœnitentiam agitis, sed nos etiam qui per eum Deo & Patri universorum credidimus, odistis, & quoties facultas datur, occiditis; illumque indesinenter & eos qui ab illo orti sunt, exsecramini; cum nos omnes pro vobis precemur, ac pro omnibus omnino hominibus, quemadmodum a Christo nostro & Domino facere edocti sumus; qui præcepit [c], ut etiam pro inimicis precemur, & eos diligamus qui nos oderunt & maledicentibus benedicamus.

Εἰ ὖν καὶ ὑμᾶς δυσωπεῖ τά τε τῶν προφητῶν διδάγματα, καὶ τὰ ἐκείνυ αὐτοῦ, βέλτιόν ἐστιν ὑμᾶς

CXXXIV. Igitur si vos quoque & Prophetarum & ipsius illius doctrina commovet; satius est ut

[a] Esai. III. 9—15. [b] Esai. V. 18—25. [c] Matth. v. 44. Luc. VI. 27.

1. Καὶ διὰ τῶν προφητῶν.] Illud καὶ hanc videtur habere sententiam, Israelitas etiam a Prophetis reprehensos fuisse, cum idem illis persæpe a Mose accidisset.

2. Τρίβον τῶν ὁδῶν] Biblia & Patres habent τῶν ποδῶν. Justinus ut in Hebræo. THIRLBIUS.

3. Καταστήσεται εἰς κρίσιν.] Justinum Thirlbius scripsisse putat, ut in Bibliis, καταστήσεται εἰς κρίσιν κύριος, καὶ στήσει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτῦ.

4. Καιομένης.] Justinum scripsisse putat Thirlbius ἀνειμένης, ut in Bibliis. Sed tamen S. Joannes Chrysostomus habet ἀνημμένης, eodem sensu ac Justinus, nec aliter S. Hieronymus, qui ita vertit: *Sicut calor flammæ exurit.*

5. Οὐκ ἀπεστράφησαν.] Habent Biblia ὐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς αὐτῦ, ἀλλ᾽ ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή. Justinum ita scripsisse, ut in hoc Dialogo legimus, perspici potest ex his quæ sequuntur. Legit eodem modo Cyprianus, ut CL. Thirlbius admonuit.

τῷ Θεῷ ἕπεσθαι ἢ τοῖς ἀσυνέτοις καὶ τυφλοῖς διδασκάλοις ὑμῶν· οἵ τινες καὶ μέχρι νῦν καὶ τέσσαρας καὶ πέντε ἔχειν ὑμᾶς γυναῖκας ἕκαστον συγχωροῦσι, [1] καὶ ἐὰν εὔμορφόν τις ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ αὐτῆς· τὰς Ἰακὼβ τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν πράξεις ἀνιστοροῦντες, καὶ μηδὲν ἀδικεῖν λέγοντες τοὺς τὰ ὅμοια πράττοντας· τάλανες καὶ ἀνόητοι καὶ κατὰ τοῦτο ὄντες. ὡς προέφην γὰρ, οἰκονομίαι τινὲς μεγάλων μυστηρίων ἐν ἑκάστῃ τινὶ τοιαύτῃ πράξει ἀπετελοῦντο. ἐν γὰρ τοῖς γάμοις τοῦ Ἰακὼβ, τίς οἰκονομία καὶ προκήρυξις ἀπετελεῖτο, ἐρῶ· ὅπως καὶ ἐν τούτοις ἐπιγνῶτε ὅτι οὐδὲν πρὸς τὸ θειωδέστερον δι' ὃ ἑκάστη πρᾶξις γέγονεν, ἀπεῖδον ὑμῶν ἀεὶ οἱ διδάσκαλοι, ἀλλὰ πρὸς τὰ χαμαιπετῆ, καὶ τὰ διαφθορᾶς μᾶλλον πάθη. προσέχετε τοιγαροῦν οἷς λέγω. τῆς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ μελλούσης ἀπαρτίζεσθαι πράξεως τύποι ἦσαν οἱ γάμοι τοῦ Ἰακώβ. δύο γὰρ ἀδελφὰς κατὰ τὸ αὐτὸ οὐ θεμιτὸν γαμῆσαι τὸν Ἰακώβ. καὶ δουλεύει δὲ τῷ Λάβαν [2] ὑπὲρ τῶν θυγατέρων· καὶ ψευσθεὶς ἐπὶ τῇ νεωτέρᾳ, πάλιν ἐδούλευσεν ἑπτὰ ἔτη. ἀλλὰ Λεία μὲν, ὁ λαὸς ὑμῶν καὶ συναγωγή· Ῥαχὴλ δὲ, ἡ ἐκκλησία ἡμῶν. καὶ ὑπὲρ τούτων δουλεύει μέχρι νῦν ὁ Χριστὸς, καὶ τῶν ἐν ἀμφοτέραις δούλων. ἐπεὶ γὰρ τοῖς δυσὶν υἱοῖς τὸ τρίτου σπέρμα εἰς δουλείαν ὁ Νῶε ἔδωκε, νῦν πάλιν εἰς ἀποκατάστασιν ἀμφοτέρων τε τῶν ἐλευθέρων τέκνων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δούλων, Χριστὸς ἐλήλυθε, τῶν αὐτῶν πάντας καταξιῶν τοὺς φυλάσσοντας τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· ὃν τρόπον καὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἐλευθέρων, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν δούλων γενόμενοι τῷ Ἰακὼβ, πάντες υἱοὶ καὶ ὁμότιμοι γεγόνασι· κατὰ δὲ τὴν τάξιν, καὶ κατὰ τὴν πρόγνωσιν, ὁποῖος ἕκαστος ἔσται προλέλεκται. ἐδούλευσεν Ἰακὼβ τῷ Λάβαν ὑπὲρ τῶν ῥαντῶν καὶ πολυμόρφων θρεμμάτων· ἐδούλευσε καὶ τὴν μέχρι σταυροῦ δουλείαν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ποικίλων καὶ πολυειδῶν ἀνθρώπων, δι' αἵματος καὶ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ κτησάμενος αὐτούς. Λείας ἀσθενεῖς ἦσαν οἱ ὀφθαλμοί· καὶ γὰρ ὑμῶν σφόδρα οἱ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοί. ἔκλεψε Ῥαχὴλ τοὺς θεοὺς Λάβαν, καὶ κατέκρυψεν αὐτοὺς ἕως τὴν σήμερον ἡμέρας· καὶ ἡμῖν ἀπολώλασιν οἱ πατρικοὶ καὶ ὑλικοὶ θεοί. τὸν χρόνον πάντα ἐμισεῖτο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ ὁ Ἰακώβ· καὶ ἡμεῖς νῦν, καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν, μισεῖται ὑφ' ὑμῶν, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἁπλῶς ἀνθρώπων, ὄντων πάντων τῇ φύσει ἀδελφῶν. Ἰσραὴλ ἐπεκλήθη Ἰακώβ· καὶ Ἰσραὴλ καὶ ὁ Χριστὸς ἀποδέδεικται, ὁ ὢν καὶ καλούμενος Ἰησοῦς.

Καὶ ὅταν ἡ γραφὴ λέγῃ· ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὁ ἅγιος Ἰσραὴλ, ὁ καταδείξας Ἰσραὴλ βασιλέα ὑμῶν, οὐχὶ ἀληθῶς τὸν Χριστὸν τὸν αἰώνιον βασιλέα ἀκούσεσθε; καὶ Ἰακὼβ γὰρ ὁ τοῦ Ἰσαὰκ υἱὸς, ὅτι οὐδέποτε βασιλεὺς γέγονεν, ἐπίστασθε. καὶ διὰ τοῦτο ἡ γραφὴ πάλιν ἐξηγουμένη ἡμῖν τίνα λέγει βασιλέα Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, οὕτως ἔφη· Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· καὶ Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσδέξεται αὐτὸν ἡ ψυχή μου. δέδωκα τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν· καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. οὐ κεκράξεται, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ. κάλαμον τεθραυσμένον οὐ συντρίψει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, [3] ἕως οὗ νῖκος ἐξοίσει· κρίσιν ἀναλήψει, καὶ οὐ θραυσθήσεται, ἕως ἂν θῇ τῆς γῆς κρίσιν· καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐλπιοῦσιν ἔθνη. μήτι οὖν ἐπὶ τὸν Ἰακὼβ τὸν πατριάρχην οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐλπίζουσιν, ἀλλ'

Deum sequamini, quam imprudentes & cæcos magistros vestros qui etiamnum quatuor aut quinque uxores habere unicuique permittunt; & si quis venustam inspiciens concupiverit; Jacobi qui Israel dictus est, & aliorum patriarcharum facta commemorantes, ac negantes peccare, si quis similia faciat; miseri hac etiam in re & insipientes. Nam, ut jam dixi, dispensationes magnorum mysteriorum in unaquaque ejusmodi actionum peragebantur. Dicam autem quænam dispensatio & præsignificatio in nuptiis Jacob peracta fuerit; ut in his quoque agnoscatis vestros semper magistros, non ad diviniorem cujusque facti causam, sed potius ad humi repentes & corruptionis plenas actiones respexisse. Animum igitur his quæ dico advertite. Nuptiæ Jacob id quod Christus erat facturus prænuntiabant. Duas enim sorores simul uxores ducere Jacobo fas non erat. Is servit Laban pro filiabus, ac deceptus in juniore, iterum servit ann' septem. Lia quidem populus vester & Synagoga: Rachel vero Ecclesia nostra. Pro his servit hactenus Christus, & pro servis qui in utraque sunt. Nam cum Noe duobus filiis semen tertii in servitutem tradiderit; nunc contra & ad amborum qui liberi erant, filiorum, & ad servorum qui inter eos sunt, restitutionem advenit Christus, eandem omnibus dignitatem attribuens, qui ejus mandata servant: quemadmodum & quos ex liberis uxoribus & quos ex ancillis Jacob filios susceperat, filii omnes fuere ac eadem dignitate. Qualis autem quisque futurus esset secundum ordinem & secundum præscientiam prædictum est. Servivit Jacob Labano pro maculosis & variis pecoribus: servitutem Christus etiam usque ad crucem pro variis ex omni genere & multiformibus hominibus servivit, sanguine suo & mysterio crucis eos acquirens. Liæ infirmi erant oculi: valde enim infirmi vestræ mentis oculi. Furata est Rachel deos Labani, & abscondit eos usque in hodiernum diem: nobis quoque periere patrii & materiales dii. Omni tempore Jacob odio habebatur a fratre: nos quoque ac ipse Dominus noster odio habemur a vobis & ab omnibus prorsus hominibus; cum omnes natura fratres simus. Israel cognominatus est Jacob: Israelem quoque Christum esse demonstratum est, qui est & vocatur Jesus.

CXXXV. Et cum ait Scriptura: [a] *Ego Dominus Deus sanctus Israel, qui ostendi Israelem Regem vestrum*: an non vere Christum sempiternum regem intelligetis? Nam Jacob filium Isaac numquam regem fuisse scitis; quocirca Scriptura rursum explicans nobis quemnam regem Jacob & Israel designet, sic ait: [b] *Jacob puer meus; assumam eum: & Israel electus meus; suscipiet eum anima mea. Dedi spiritum meum super eum: & judicium gentibus proferet. Non clamabit, neque audietur foris vox ejus. Calamum fractum non conteret, & linum fumigans non exstinguet: donec victoriam proferat. Judicium recipit, & non comminuetur, donec ponat super terram judicium. Et in nomine ejus gentes sperabunt.* Num igitur qui ex gentibus sunt, ac vosmetipsi, in Jacobum patriarcham


[a] Esai. XLIII. 15. [b] Esai. XLII. 1 — 4.

1. Καὶ ἐὰν εὐμορφόν.] Id est, quatuor aut quinque uxoribus aliam addi posse docent, si quis in speciosa muliere aliqua commotus fuerit. Infra enim Justinus n. 141. hanc licentiam latissime vagari, & quocumque terrarum veniant aut mittantur Judæi, ibi mulieres, matrimonii nomine, ab eis duci testatur.

2. Ὑπὲρ τῶν θυγατέρων.] Legendum conjicit Thirlbius ὑπὲρ τῆς νεωτέρας τῶν θυγατέρων. Sed non vidit verba sequentia, καὶ ψευσθεὶς &c. explicationem esse servitutis, quam Jacob pro filiabus Laban servivit. De his connubiis Jacob, de ejus servitute, & Esau in illum odio eadem habemus apud S. Irenæum lib. 4. cap. 21. ut observavit Samuel JEBB.

3. Ἕως οὗ νῖκος ἐξοίσει.] Legit Thirlbius, ἕως οὗ εἰς νῖκος ἐξοίσει κρίσιν, ἀναλήψει.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



οὐκ ἐπὶ τὸν Χριστὸν, καὶ ὑμεῖς δὲ αὐτοί; ὡς οὖν Ισραὴλ τὸν Χριστὸν, καὶ Ιακὼβ [1] οὕτως λέγει· καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ Χριστοῦ λατομηθέντες, Ισραηλιτικὸν τὸ ἀληθινόν ἐσμεν γένος. αὐτῷ δὲ μᾶλλον τῷ ῥητῷ προσέχωμεν· καὶ ἐξαγάγω, φησὶ, τὸ ἐξ Ιακὼβ σπέρμα καὶ ἐξ Ιούδα· καὶ κληρονομήσει τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, καὶ κληρονομήσουσιν οἱ ἐκλεκτοί μου καὶ οἱ δοῦλοί μου, καὶ κατοικήσουσιν ἐκεῖ· καὶ ἔσονται ἐν τῷ δρυμῷ ἐπαύλεις ποιμνίων, καὶ φάραγξ Αχὼρ εἰς ἀνάπαυσιν βουκολίων τῷ λαῷ οἵ ἐζήτησάν με. ὑμεῖς δὲ οἱ ἐγκαταλείποντές με, καὶ ἐπιλανθανόμενοι τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, καὶ ἑτοιμάζοντες τοῖς δαιμονίοις τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῷ δαίμονι κέρασμα· ἐγὼ παραδώσω ὑμᾶς εἰς μάχαιραν· πάντες σφαγῇ πεσεῖσθε, ὅτι ἐκάλεσα ὑμᾶς, [2] καὶ οὐχ ὑπηκούσατε, καὶ ἐποιήσατε τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν μου, καὶ ἃ οὐκ ἐβουλόμην ἐξελέξασθε. καὶ τὰ μὲν τῆς γραφῆς ταῦτα· συννοεῖτε δὲ καὶ αὐτοὶ, ὅτι ἄλλό τι ἐστὶ τὸ ἐξ Ιακὼβ σπέρμα νῦν λεγόμενον, οὐχ ὡς οἰηθείη τις ἂν περὶ τοῦ λαοῦ λέγεσθαι. οὐ γὰρ ἐνδέχεται τοῖς ἐξ Ιακὼβ γεγεννημένοις ἀπολιπεῖν ἐπεισαξιν τοὺς ἐξ Ιακὼβ σπαρέντας, οὐδὲ ὀνειδίζοντα τῷ λαῷ, ὡς μὴ ἀξίῳ τῆς κληρονομίας, πάλιν ὡς ὑπολαβόμενος τοῖς αὐτοῖς ὑπισχνεῖσθαι· ἀλλ' ὅνπερ τρόπον ἐκεῖ φησιν ὁ προφήτης, καὶ νῦν σὺ οἶκος τοῦ Ιακὼβ, δεῦρο καὶ πορευθῶμεν ἐν φωτὶ κυρίου· ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ τὸν οἶκον Ιακὼβ, ὅτι ἐπλήσθη ἡ χώρα αὐτῶν, ὡς τὸ ἀπαρχῆς, μαντειῶν καὶ κληδονισμῶν· οὕτω καὶ ἐνθάδε δεῖ νοεῖν ἡμᾶς δύο σπέρματα Ιούδα, καὶ δύο γένη, ὡς δύο οἴκους Ιακώβ· τὸν μὲν ἐξ αἵματος καὶ σαρκός· τὸν δὲ ἐκ πίστεως καὶ πνεύματος γεγεννημένον.

Ὁρᾶτε γὰρ ὡς πρὸς τὸν λαὸν νῦν λέγει. ἀνώτερω εἰπών· ὃν τρόπον εὑρεθήσεται ῥὰξ ἐν βότρυϊ, καὶ ἐροῦσι, μὴ λυμανῇ αὐτὸν, ὅτι εὐλογία ἐν αὐτῷ ἐστιν· οὕτω ποιήσω ἕνεκεν τοῦ δουλεύοντός μοι· τούτου ἕνεκεν οὐ μὴ ἀπολέσω πάντας. καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιφέρει· καὶ ἐξάξω τὸ ἐξ Ιακὼβ καὶ ἐξ Ιούδα. [3] δῆλον οὖν, εἰ ἐκείνοις οὕτως ὀργίζεται, καὶ ὀλιγοστοὺς καταλείψειν ἀπειλεῖ, ἄλλους τινὰς ἐξάξειν ἐπαγγέλλεται, οἳ κατοικήσουσιν ἐν τῷ ὄρει αὐτοῦ. οὗτοι δέ εἰσιν οὓς εἶπε σπερεῖν καὶ γεννήσειν. ὑμεῖς γὰρ οὔτε καλοῦντος αὐτοῦ ἀνέχεσθε, οὔτε λαλοῦντος ἀκούετε, ἀλλὰ καὶ τὸ πονηρὸν ἐποιήσατε ἐνώπιον κυρίου. τὸ δὲ ὑπερβάλλον ὑμῶν τῆς κακίας τὸ καὶ μισεῖν, [4] ἐφονεύσατε δίκαιον, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ λαβόντας εἶναι ὅπερ εἰσὶν, εὐσεβεῖς καὶ δίκαιοι, καὶ φιλάνθρωποι. τοιγαροῦν, οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, λέγει κύριος· διὸ βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες, ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. οὐ γὰρ καὶ ὑμεῖς τῇ Βάαλ ἐθύετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, οὐδὲ ἐν συσκίοις ἢ μετεώροις τόποις πέμματα ἐποιεῖτε τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐδέξασθε τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. ὁ γὰρ τοῦτον ἀγνοῶν, ἀγνοεῖ καὶ τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ. καὶ ὁ τοῦτον ὑβρίζων καὶ μισῶν, καὶ τὸν πέμψαντα δηλονότι καὶ μισεῖ καὶ ὑβρίζει· καὶ εἰ οὐ πιστεύει τις εἰς αὐτὸν, οὐ πιστεύει τοῖς τῶν προφητῶν κηρύγμασι τοῖς αὐτὸν εὐαγγελισαμένοις, καὶ κηρύξασιν εἰς πάντας.

Μὴ δὴ, ὦ ἀδελφοί, κακόν τι εἴπητε εἰς ἐκεῖνον τὸν ἐσταυρωμένον, μηδὲ χλευάσητε αὐτοῦ τοὺς μώλωπας οἷς ἰαθῆναι πᾶσι δυνατόν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἰάθη-

speratis ac non in Christum? Quemadmodum igitur Israelem Christum & Jacobum sic appellat; ita & nos ex Christi utero recisi, verum sumus Israeliticum genus. Sed ad ipsum potius Scripturæ locum animum advertamus; [a] *Et educam illud de Jacob semen & de Juda: & hereditabit montem sanctum meum: & hereditabunt electi mei & servi mei, & habitabunt ibi: & erunt in saltu ovilia gregum: & vallis Achor in requiem armentorum populo, qui requisierunt me. Vos autem qui derelinquitis me, & obliviscimini montis sancti mei, & paratis dæmoniis mensam, & impletis dæmoni temperationem; ego tradam vos in gladium: omnes in mactatione cadetis: quoniam vocavi vos, & non obedistis, & fecistis malum in conspectu meo, & quæ nolebam elegistis.* Verba quidem Scripturæ sic habent: intelligitis autem & ipsi aliud quoddam esse Jacob semen, de quo nunc Scriptura loquitur, nec de populo vestro, ut forte aliquis existimaverit, id dici. Repugnat enim ut his qui ex Jacob geniti sunt, subintroeundi locum relinquant qui ex Jacobo sati sunt; & qui populo exprobrat quod hereditate indignus sit, rursus quasi eundem probet, hereditatem ei polliceatur. Sed quo modo Propheta illic ait [b]: *Et nunc tu domus Jacob, venite & ambulemus in luce Domini; dimisit enim populum suum, domum Jacob: quia repleta est, ut ab initio, terra eorum divinationibus & vaticiniis:* ita & hoc loco duo nobis intelligenda sunt Judæ semina & duo genera, quemadmodum duæ domus Jacob; alterum ex sanguine & carne, alterum ex fide & spiritu natum.


CXXXVI. Videte enim quomodo nunc populum alloquatur. Postquam superius dixit: [c] *Quomodo invenietur acinus uvæ in botro, & dicent, Ne læseris illum, quia benedictio est in eo; sic faciam, propter servientem mihi: propter hunc non disperdam omnes.* Deinde infert hoc: *Et educam illud de Jacob semen & de Juda.* Manifesta ergo res est, si istis ita irascitur & paucissimos relicturum minatur, alios quosdam adducturum se pollicetur, qui habitaturi sint in monte sancto ejus. Hi autem non alii sunt, quam quos saturum se & generaturum dixit. Vos enim nec vocantem eum perfertis, nec loquentem auditis, sed & malum fecistis coram Domino. In hoc autem maxime exuberat nequitia vestra, quod etiam oderitis justum, quem occidistis, & eos qui ab eo accepere ut sint id quod sunt, pii, justi & humani. Itaque *Væ animæ ipsorum*, dicit Dominus [d], *eo quod consilium ceperunt adversus seipsos dicentes: Tollamus justum, quoniam inutilis est nobis.* Neque enim & vos Baali sacrificastis, ut patres vestri, nec in lucis & in excelsis locis bellaria obtulistis militiæ cæli; sed non suscepistis Christum Dei. Nam qui hunc ignorat, consilium Dei ignorat; & qui hunc injuria afficit eumque odit, eum videlicet a quo missus est, odit & injuria afficit. Et si quis non credit in eum, non credit Prophetarum vaticiniis illum prænuntiantibus & apud omnes prædicantibus.

CXXXVII. Ne quid mali, fratres, in hunc crucifixum dicatis, nec vibices ejus rideatis, quibus licet omnibus sanari, quemadmodum & nos sana-

a Esai. LXV. 9 — 12. *b* Esai. II. 5. 6. *c* Esai. LXV. 8. *d* Esai. III. 9. 10.

1. Οὕτως λέγει.] Mallet Thirlbius, ὅπως καὶ ἡμᾶς.
2. Καὶ οὐχ ὑπηκούσατε.] Omissa a librariis quæ sequuntur apud Esaiam, ἐλάλησα καὶ παρηκούσατε. Ad hæc enim verba respicit paullo post Justinus, eum ait: ὑμεῖς γὰρ οὔτε καλοῦντος αὐτοῦ ἀνέχεσθε, οὔτε λαλοῦντος ἀκούετε. THIRLB.
3. Δῆλον οὖν.] Addi posset ὅτι: sed sic hunc locum scripsimus & interpretati sumus, nt necesse non sit hanc vocem addere.
4. Ἐφονεύσατε.] Vel legendum καὶ φονεῦσαι; vel, quod simplicius & aptius mihi videtur, ὃν ἐφονεύσατε. Utraque emendandi ratio proposita ab erudito Londinensi Editore.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 141.



μεν. καλὸν γὰρ, ἣν πεισθέντες τοῖς λόγοις περιτμηθῆτε τὴν σκληροκαρδίαν,[1] ἣν οὐχὶ δι' ὑμῶν ἐγγινομένην γνώμην ἔχετε· ἐπειδὴ εἰς σημεῖον ἣν δεδομένη, ἀλλ' οὐκ εἰς δικαιοπραξίας ἔργον, οἱ λόγοι ἀναγκάζουσι. συμφάμενοι οὖν μὴ λοιδορῆτε ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, μηδὲ Φαρισαίοις πειθόμενοι διδασκάλοις, τὸν βασιλέα τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισκώψητέ ποτε· ὁποῖα διδάσκουσιν οἱ ἀρχισυνάγωγοι ὑμῶν [2] μετὰ τὴν προσευχήν· εἰ γὰρ ὁ ἁπτόμενος [3] τῶν μὴ εὐαρέστων τῷ Θεῷ, ὡς ὁ ἁπτόμενος κόρης τοῦ Θεοῦ, πολὺ μᾶλλον ὁ τοῦ ἠγαπημένου καθαπτόμενος. ὅτι δὲ οὗτος αὐτός ἐστι, καὶ ἱκανῶς ἀποδέδεικται. καὶ σιγώντων αὐτῶν, εἶπον· ἐγὼ, ὦ φίλοι, καὶ τὰς γραφὰς λέγω νῦν ὡς ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομήκοντα· εἰπὼν γὰρ αὐτὰς πρότερον ὡς ὑμεῖς αὐτὰς ἔχετε, πεῖραν ὑμῶν ἐποιούμην, πῶς διάκεισθε ἤδη τὴν γνώμην. λέγων γὰρ τὴν γραφὴν ἣ λέγει, οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες, ὡς ἐξηγήσαντο οἱ ἑβδομήκοντα, ἐπήνεγκα, [4] ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν, ἐμοῦ ἐν ἀρχῇ τῆς ὁμιλίας καὶ εἰπόντος ὅπερ ὑμεῖς εἰρῆσθαι βούλεσθε, εἰπόντες, δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. ἄλλα δέ τινα ἐπράξατε, [5] καὶ οὐ δοκεῖτέ μοι ἀνηκόως τῶν λόγων ἐπακηκοέναι. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ νῦν ἤδη ἡ ἡμέρα πέρας ποιεῖσθαι μέλλει· πρὸς δυσμὰς γὰρ ἤδη ὁ ἥλιός ἐστι· καὶ ἕν τι προσθεὶς τοῖς εἰρημένοις, παύσομαι. τοῦτο δ' αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς εἰρημένοις μοι ἐρρήθη, ἀλλὰ πάλιν [6] αὐτῷ ἐπεξεργάσασθαι ἂν δίκαιον εἶναί μοι δοκεῖ.

A ti sumus. Præclarum enim fuerit, si Scripturis assentientes, duri cordis circumcisionem accipiatis; non illam, quam ob insitas vobis opiniones habetis. Hanc enim in signum institutam fuisse, non ad opus justitiæ, Scripturæ necessario demonstrant. Assentite igitur, nec convicium faciatis Filio Dei; nec Pharisæis magistris morem gerentes, Regem Israel cachinnis exagitetis, quales a Synagogæ vestræ principibus post preces docentur. Nam si is qui homines Deo non placentes tangit [a], pupillam Dei tangit quodammodo, quanto magis qui dilectum tangit? Hunc autem ipsum esse satis multis demonstratum. Tacentibus illis, equidem, inquam, amici, Scripturas nunc refero, ut interpretati sunt
B Septuaginta. Nam cum eas antea retulissem, ut apud vos habentur, nunc animi vestri sententiam periclitari volui. Recitans enim Scripturam quæ dicit; *Væ ipsis quia consilium malum ceperunt adversus seipsos*, *dicentes*, addidi, ut interpretati sunt Septuaginta, *Tollamus justum quia inutilis est nobis*; cum initio colloquii retulissem id quod vos dici vultis, *dicentes vinciamus justum*, *quia incommodus est nobis*. Sed vos alias res egistis, mihique videmini quid dicerem audiendo non animadvertisse. Sed quia jam dies decedit, ad occasum enim sol est; postquam supradictis unum aliquid addidero, desinam. Atque id quidem jam protuli; sed iterum aliquid operæ in illud impendere æquum
C mihi videtur.

Γινώσκετε οὖν, ὦ ἄνδρες, ἔφην, ὅτι ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ λέλεκται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὅτι [a] ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε ἔσωσά σε. τοῦτο δέ ἐστιν ὃ ἔλεγεν ὁ Θεὸς, ὅτι τὸ μυστήριον τῶν σωζομένων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ γέγονεν. ὁ δίκαιος γὰρ Νῶε μετὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, τουτέστι τῆς τε γυναικὸς τῆς αὐτοῦ, καὶ τῶν τριῶν τέκνων

CXXXVIII. Nostis igitur, o viri, in Esaia dictum esse a Deo ad Jerusalem: *In diluvio Noe servavi te*. Quod autem dixit Deus, illud est, mysterium hominum salvandorum in diluvio fuisse. Justus enim Noe cum aliis hominibus, id est, cum uxore & tribus filiis & filiorum uxoribus, qui numero octo erant, signum habuerunt diei,

a Zach. II. 8.

1. Ἦν οὐχί.] Legendo οὐχ ἦν, clara & expedita fiet ex corrupta & obscura hæc verborum complexio. Mox tamen legendum ὡς οἱ λόγοι, ut admonuit Sylburgius.

2. Μετὰ τὴν προσευχήν.] Supra n. 16. & pluribus aliis in locis quæ recensere longius foret, exprobrat Judæis, quod in Synagogis suis Christianos diris agant. Justini testimonio videtur dissentire Epiphanius, qui diras illas preces non in Christianos, sed in hæreticos illos qui Nazaræi dicebantur, effundi testatur. Sic enim de illis hæreticis loquitur p. 124. πάνυ δὲ οὗτοι ἐχθροὶ τοῖς Ἰουδαίοις ὑπάρχουσιν. οὐ μόνον γὰρ οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες πρὸς τούτους κέκτηνται μῖσος, ἀλλὰ ἀνιστάμενοι ἔσωθεν (ἕωθεν) καὶ μέσης ἡμέρας καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν, τρὶς τῆς ἡμέρας, ὅτε τὰς εὐχὰς ἐπιτελοῦσιν ἐν ταῖς αὐτῶν συναγωγαῖς, ἐπαρῶνται αὐτοῖς καὶ ἀναθεματίζουσι φάσκοντες· ὅτι ἐπικαταράσαι ὁ Θεὸς τοὺς Ναζωραίους. *Omnino autem isti invisi sunt Judæis. Non solum enim filii Judæorum illos odio prosequuntur, sed etiam surgente mane, meridie & ad vesperam, ter de die, cum preces absolvunt in Synagogis suis, exsecrantur illos & anathematizant, dicentes: Exsecretur Deus Nazaræos*. Justinum errasse non puto: videtur potius Epiphanius, nominis errore deceptus, hæreticorum Nazaræorum sectam sumsisse pro Christianis, quos ipse in primordiis Nazaræos vocatos fuisse ibidem testatur. Hoc Nazaræorum nomine Christianos Judæi appellare non desierunt, ut ex his Tertulliani verbis discimus. *Nazaræus vocari*, inquit l. 4. in Marc. c. 8. *habebat secundum prophetiam Christus creatoris: unde & ipso nomine nos Judæi Nazaræos appellant per eum*. Hieronym. controversiam dirimit inter Justinum & Epiphanium. Ait enim de Judæis l. 14. in Esai. col. 377. *Sub nomine, ut sæpe dixi, Nazarenorum ter in die in Christianos congerunt maledicta*. Blasphemiarum quas Judæi in Synagogis adversus Jesum evomebant, testis est etiam Origenes in Jer. p. 111. & 176.

3. Τῶν μὴ εὐαρέστων.] Negationem recidendam existimavit Sylburgius, nec eam in interpretando Langus servavit. At eis non assentitur Thirlbius, & merito quidem: nam apud Zachariam II. 8. Judæis, quos Justinus Deo semper displicuisse contendit, hæc dicuntur, ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν, ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ. Cum ergo hæc dicta sint ad ejusmodi homines, quos non videtur Justinus Deo gratos & acceptos existimasse, inde colligit vir eruditus non delendam esse in Justini testimonio negationem.


4. Ἄρωμεν τὸν δίκαιον.] Ita legunt, ut observat Thirlbius, Tertullianus 3. adv. Marc. c. 22. Clem. Alex. p. 713. Hegesipp. apud Euseb. Hist. 2. cap. 23. Scaliger in Euseb. Chron. p. 194. existimat in hunc Esaiæ locum, qui aliter in Hebræo ac apud LXX. legitur, translata fuisse hæc libri Sapientiæ cap. 2. v. 12. verba: ἐνεδρεύσωμεν δίκαιον, ἐπεὶ δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. Verbum ἄρωμεν Thirlbius desumtum putat ex Esaiæ cap. 57. v. 1. & 2.

5. Καὶ οὐ δοκεῖτέ μοι.] In verbis quæ proxime antecedunt, visi sunt sibi Langus & uterque Anglicanus Editor reprehensionem facinorum a Judæis admissorum animadvertere; in istis autem, καὶ οὐ δοκεῖτέ μοι &c. laudem & gratiarum actionem, quod Justino patientes aures accommodassent. Sed liquet his verbis, ἄλλα δέ τινα ἐπράξατε, id significari, Judæos alias res egisse, cum Justinus Scripturam, ut apud Septuaginta, proferret, eosque ita se gessisse quasi hanc Scripturæ citandæ rationem non animadvertissent, & idcirco minime reclamasse. Quare omnino legendum καὶ δοκεῖτέ μοι ἀνηκόως.

6. Αὐτῷ ἐπεξεργάσασθαι.] Idem videtur esse ἐπ' αὐτῷ ἐξεργάσασθαι, nec necesse est cum Sylburgio legere αὐτό. Idem monet legendum paullo ante ἐρρέθη, id enim Grammaticæ regulis magis consonum esse.

a Ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε ἔσωσά σε] Hoc neque in Esaia, neque in toto sacro codice usquam dicitur, ut adnotat heic Thirlbius. Esaias quidem LIV. 8. 9. apud LXX. hæc habet: Καὶ ἐν ἐλέει αἰωνίῳ ἐλεήσω σε, εἶπεν ὁ ῥυσάμενός σε Κύριος. Ἀπὸ τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπὶ Νῶε τοῦτό μοι ἐστί. Hinc fortasse Justinus, ultima verba commatis prioris & prima posterioris memoriter conjungens, sententiam istam efformavit: ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε ἔσωσά σε.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 141.



αὐτῶν, καὶ τῶν γυναικῶν τῶν υἱῶν αὐτοῦ· [1] οἵ τινες ἀριθμῷ ὄντες ὀκτὼ, σύμβολον εἶχον τῆς ἀριθμῷ μὲν ὀγδόης ἡμέρας, ἐν ᾗ ἐφάνη ὁ Χριστὸς ἡμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἀναστὰς, δυνάμει δ' ἀεὶ πρώτης ὑπαρχούσης. ὁ γὰρ Χριστὸς, πρωτότοκος πάσης κτίσεως ὢν, καὶ ἀρχὴ πάλιν ἄλλου γένους γέγονεν τοῦ ἀναγεννηθέντος ὑπ' αὐτοῦ δι' ὕδατος καὶ πίστεως, καὶ ξύλου τοῦ τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ ἔχοντος· ὃν τρόπον καὶ ὁ Νῶε ἐν ξύλῳ διεσώθη ἐποχούμενος τοῖς ὕδασι μετὰ τῶν ἰδίων. ὅταν οὖν εἴπῃ ὁ προφήτης, [2] ἐπὶ Νῶε ἔσωσά σε, προέφην, τῷ ὁμοίως πιστῷ λαῷ [3] πρὸς Θεὸν ὄντι, καὶ τὰ σύμβολα ταῦτα ἔχοντα λέγει. καὶ γὰρ ῥάβδον ἔχων ὁ Μωσῆς [4] μετὰ χεῖρα, διὰ τῆς θαλάσσης διήγαγεν ὑμῶν τὸν λαόν. ὑμεῖς δὲ ὑπολαμβάνετε ὅτι τῷ γένει ὑμῶν μόνων ἔλεγεν, ἢ τῇ γῇ. [5] ὅτι γὰρ πᾶσα ἡ γῆ, ὡς ἡ γραφὴ λέγει, κατεκλύσθη, καὶ ὑψώθη τὸ ὕδωρ ἐπάνω πάντων ὀρέων πήχεις δεκαπέντε· ὥστε οὐ τῇ γῇ φαίνεται εἰρηκὼς, ἀλλὰ τῷ λαῷ τῷ πειθομένῳ αὐτῷ· ᾧ καὶ [6] ἀνάπαυσιν προητοίμασεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὡς προαποδέδεικται διὰ πάντων τῶν ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ συμβόλων· εἶπον δὲ, δι' ὕδατος, καὶ πίστεως, καὶ ξύλου οἱ προπαρασκευαζόμενοι, καὶ μετανοοῦντες ἐφ' οἷς ἥμαρτον, ἐκφεύξονται τὴν μέλλουσαν ἐπέρχεσθαι τοῦ Θεοῦ κρίσιν.

A numero quidem octavi, in quo Christus noster ex mortuis redivivus apparuit, potestate autem semper primi. Christus enim, cum primogenitus esset omnis creaturæ, rursus etiam factus est principium alterius generis ab ipso regenerati per aquam & fidem & lignum, quo mysterium crucis continetur: quemadmodum & Noe in ligno salvatus est aquis invectus una cum suis. Cum ergo dicit Propheta, *Tempore Noe servavi te*, ut jam dixi; hæc ad populum Deo pariter fidelem, eademque signa habentem dicit. Nam Moyses virgam manibus gerens populum vestrum per mare traduxit. Vos autem vestro tantum generi aut terræ hæc eum dixisse opinamini. Sed cum B universa terra, ut ait Scriptura [a], inundata sit, & aqua altior fuerit, quam montes omnes, quindecim cubitis; liquet Deum hæc terræ non dixisse, sed populo qui ei obsequitur, cuique etiam requiem Jerosolymis præparavit, ut per signa omnia in diluvio edita præmonstratum est: id est, per aquam & fidem & lignum, qui præparati sunt, & peccatorum pœnitentiam agunt, venturum Dei judicium effugient.

Καὶ γὰρ ἄλλο μυστήριον ἐπὶ τοῦ Νῶε προεφητεύθη τελούμενον, ὃ οὐκ ἐπίστασθε. ἔστι δὲ τοῦτο. ἐν ταῖς εὐλογίαις αἷς εὐλόγει ὁ Νῶε τοὺς δύο υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καταρᾶται. τὸν γὰρ υἱὸν συνευλογηθέντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὸ προφητικὸν πνεῦμα καταρᾶσθαι οὐκ ἔμελλεν. ἀλλ' ἐπεὶ δι' ὅλου τοῦ γένους τοῦ ἐπιγελάσαντος [a] τῇ γυμνώσει υἱοῦ αὐτοῦ, ἡ προστίμησις τοῦ ἁμαρτήματος εἶναι ἔμελλεν, [b] ἀπὸ τοῦ υἱοῦ τὴν κατάραν πεποίηται. ἐν δὲ οἷς εἶπε, προέλεγεν ὅτι καὶ [7] οἱ ἀπὸ Σὴθ γενησόμενοι, διακαθέξουσι τὰς κτήσεις καὶ οἰκήσεις τοῦ Χαναάν· καὶ πάλιν οἱ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ αὐτὰς, ἃς διακατέσχον παρὰ τῶν τοῦ Χαναὰν οἱ ἀπὸ Σὴμ, παραλαβόντες [8] καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ διακαθέξουσιν, ἀφελόμενοι τοὺς ἀπὸ Σὴμ γενομένους, ὃν τρόπον, ἀφαιρεθέντων αὐτὰ τῶν υἱῶν Χαναὰν, αὐτοὶ διακατέσχον. καὶ ὅτι οὕτω γέγονεν ἀκούσατε. ὑμεῖς γὰρ οἱ ἀπὸ τοῦ Σὴμ κατάγοντες τὸ γένος, ἐπήλθετε κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βουλὴν τῇ γῇ τῶν υἱῶν Χαναὰν, καὶ διακατέσχετε αὐτήν. καὶ ὅτι οἱ υἱοὶ Ἰάφεθ, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν ἐπελθόντες καὶ αὐτοὶ ὑμῖν, ἀφείλοντο ὑμῶν τὴν γῆν, καὶ διακατέχουσιν αὐτήν, φαίνεται. εἴρηται δὲ ταῦτα οὕτως· ἐξένηψε δὲ Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου, καὶ ἔγνω ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ νεώτερος· καὶ εἶπεν, ἐπικατάρατος Χαναάν· παῖς οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. καὶ εἶπεν, εὐλογητὸς κύριος ὁ Θεὸς Σὴμ, καὶ ἔσται Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. πλατύναι κύριος τῷ Ἰάφεθ, καὶ κατοικησάτω ἐν τοῖς οἴκοις Σὴμ, καὶ γενηθήτω Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. δύο οὖν λαῶν εὐλογηθέντων, τῶν ἀπὸ τοῦ Σὴμ καὶ τοῦ Ἰάφεθ· καὶ πρώτων κατασχεῖν τοὺς οἴκους τοῦ Χαναὰν ἐγνωσμένων τῶν ἀπὸ Σὴμ, καὶ πάλιν διαδέξασθαι παρ' αὐτῶν τὰς αὐτὰς

CXXXIX. Nam & aliud mysterium tempore Noe prædicebatur, quod vos nescitis. Sic autem se habet. In benedictionibus quibus Noe filios suos impertit, nepoti suo maledicit. Nam filio qui C simul cum fratribus a Deo benedictus fuerat [a], propheticus spiritus non erat maledicturus. Sed quia futurum erat ut ad universum genus illius qui nudum patrem irriserat, pœna peccati pertineret; ab ejus filio initium fecit maledicendi. In his autem quæ dixit, futurum prædicebat, ut Semi posteri possessiones & domicilia Chanaan detinerent; & rursus qui ex Japhet, ea detinerent quæ posteri Semi ademta posteris Chanaan detinebant, & Semi posteros spoliarent, quemadmodum isti posteros Chanaan spoliaverunt. Atque hoc ita factum esse audite. Vos enim qui ex Semo genus ducitis, in terram filiorum Chanaan secundum Dei voluntatem invasistis, eamque tenui- D stis. Non minus constat filios Japhet secundum Dei judicium in vos invasisse, & terram quam vobis abstulerunt, tenuisse. Hæc autem dicta sunt in hunc modum: [c] *Sobrius vero factus est Noe a vino: & cognovit omnia quæ fecit ei filius ejus junior, & dixit: Maledictus Chanaan puer: famulus erit fratribus suis. Et dixit: Benedictus Dominus Deus Sem: & erit Chanaan servus ejus. Dilatet Dominus Japhet: & habitet in domibus Sem, & fiat Chanaan servus ejus.* Itaque cum duo populi benedicti essent, qui ex Sem, & qui ex Japhet: cumque ut posteri Sem domos Chanaan primi tenerent, decretum esset; ac prædictum, rursus ab eis easdem possessiones posteros

a Gen. VII. 19, 20. *b* Gen. IX. 1. *c* Gen. IX. 24 — 27.

1. Οἵ τινες.] Magis placet Thirlbio ut legamus πάντες, quod mihi quidem minime necessarium videtur.

2. Ἐπὶ Νῶε ἔσωσά σε, προέφην.] Melius ὡς προέφην: quamquam non desunt apud Justinum exempla ejusmodi, in quibus, verbo parenthesi quadam incluso, particula ὡς omittitur. Vid. num. 113. In his autem verbis ἐπὶ Νῶε ἔσωσά σε, vel ut paullo ante, ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε, videtur Justinus legisse in Hebræo, *in diluvio*, unius litteræ permutatione.

3. Πρὸς Θεὸν ὄντι.] Mox ergo legendum σύμβολα ταῦτα ἔχοντι, ut observavit Sylburgius.

4. Μετὰ χεῖρα.] Legit Thirlbius μετὰ χεῖρας, ut supra num. 86.

5. Ὅτι γάρ ... ὥστε.] Jam non semel in stilo Justini similes nævos observavimus, qui quidem non videntur in librarios rejiciendi.

6. Ἀνάπαυσιν προητοίμασεν ἐν Ἱερουσαλήμ.] Libenter crederem hæc de cælesti Jerusalem intelligenda esse; sed retinet me S. Irenæus, qui de terrena eodem modo loquitur lib. 5. c. 30. n. 4.

7. Οἱ ἀπὸ Σήθ.] Manifestus error pro οἱ ἀπὸ Σήμ.

8. Καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ.] Inutilis prorsus repetitio. Legendum putat eruditus Londinensis Editor, οἱ ἀπὸ τοῦ Ἰάφεθ.

a Τῇ γυμν. τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ] Alii fortasse legent, τῇ γυμν. τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, vel τῇ γυμνώσει αὐτοῦ υἱοῦ. Nos nihil mutamus. THIRLBIUS.

b Ἀπὸ τοῦ υἱοῦ] Justinus neque scripsit υἱοῦ, neque scribere potuit: sed legendum est υἱωνοῦ, vel tota natione librariorum repugnante. THIRLBIUS.



κτήσεις τῶν ἀπὸ Ἰάφεθ προειρημένων, καὶ τοῖς δυσὶ λαοῖς τοῦ ἑνὸς λαοῦ τοῦ ἀπὸ Χαναὰν εἰς δουλείαν παραδοθέντος, ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τοῦ παντοκράτορος πατρὸς δύναμιν δοθεῖσαν αὐτῷ παρεγένετο, εἰς φιλίαν καὶ εὐλογίαν καὶ μετάνοιαν καὶ συνοικίαν καλῶν, τὴν ἐν τῇ αὐτῇ γῇ τῶν ἁγίων πάντων μέλλουσαν γίνεσθαι, ὡς προαποδέδεικται, διακατάσχεσιν ἐπήγγελται. ὅθεν οἱ πάντοθεν ἄνθρωποι, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι, πιστεύοντες ἐπὶ τὸν Χριστὸν, καὶ ἐγνωκότες τὴν ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ καὶ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἀλήθειαν, ἐπίστανται ἅμα αὐτῷ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ γενησόμενοι, καὶ τὰ αἰώνια καὶ ἄφθαρτα κληρονομήσειν.

Ὅθεν καὶ Ἰακὼβ, ὡς προεῖπον, τύπος ὢν καὶ αὐτὸς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰς δύο δούλας τῶν δύο ἐλευθέρων αὐτοῦ γυναικῶν ἐγεγαμήκει, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐτέκνωσεν υἱοὺς, εἰς τὸ προμηνυθῆναι ὅτι ὁ Χριστὸς προσλήψεται καὶ τοὺς ἐν γένει τοῦ Ἰάφεθ, [1] ὄντας ἀπὸ τοῦ Χαναὰν πάντας, ὁμοίως τοῖς ἐλευθέροις, καὶ τέκνα συγκληρονόμα ἕξει· ἅπερ ἡμεῖς ὄντες, συνιέναι ὑμεῖς οὐ δύνασθε, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ζώσης πηγῆς πιεῖν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν συντετριμμένων λάκκων, καὶ ὕδωρ μὴ δυναμένων συνέχειν, ὡς ἡ γραφὴ λέγει. εἰσὶ δὲ λάκκοι συντετριμμένοι, καὶ ὕδωρ μὴ συνέχοντες, οὓς ὤρυξαν ὑμῖν οἱ διδάσκαλοι ὑμῶν αὐτῶν, ὡς καὶ ἡ γραφὴ διαῤῥήδην λέγει, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. καὶ πρὸς τούτοις ἑαυτοὺς καὶ ὑμᾶς βουκολοῦσιν, ὑπολαμβάνοντες ὅτι πάντως τοῖς ἀπὸ τῆς σπορᾶς τῆς κατὰ σάρκα τοῦ Ἀβραὰμ οὖσι, κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι καὶ ἄπιστοι καὶ ἀπειθεῖς πρὸς τὸν Θεὸν, ἡ βασιλεία ἡ αἰώνιος δοθήσεται· ἅπερ ἀπέδειξαν αἱ γραφαὶ οὐκ ὄντα. ἢ γὰρ τοῦτο οὐκ ἂν εἶπεν Ἠσαΐας· καὶ εἰ μὴ κύριος σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν καὶ Γόμοῤῥα ἐγενήθημεν. καὶ Ἰεζεκιὴλ, ὅτι, κἂν Νῶε καὶ Ἰακὼβ καὶ Δανιὴλ ἐξαιτήσωνται υἱοὺς ἢ θυγατέρας, οὐ μὴ δοθῇ αὐτοῖς. ἀλλ᾽ οὔτε πατὴρ ὑπὲρ υἱοῦ, οὔτε υἱὸς ὑπὲρ πατρὸς, ἀλλ᾽ ἕκαστος τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ἀπολεῖται. καὶ ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ δικαιοπραξίᾳ σωθήσεται· καὶ πάλιν Ἠσαΐας, ὄψονται τὰ κῶλα τῶν παραβεβηκότων· ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ παύσεται, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί. καὶ ὁ κύριος ἡμῶν κατὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν πατρὸς, καὶ δεσπότου τῶν ὅλων, οὐκ ἂν εἶπεν· ἥξουσιν ἀπὸ δυσμῶν καὶ ἀνατολῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. ἀλλὰ καὶ ὅτι οὐκ αἰτίᾳ τοῦ Θεοῦ, οἱ προγινωσκόμενοι καὶ γενησόμενοι ἄδικοι, εἴτε ἄγγελοι, εἴτε ἄνθρωποι, γίνονται φαῦλοι, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος αἰτίᾳ τοιοῦτοί εἰσιν ὁποῖος ἕκαστος φανήσεται, ἀπέδειξα καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν.

Ἵνα δὲ μὴ πρόφασιν ἔχητε λέγειν ὅτι ἔδει τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι, ἢ καὶ ἐν τῷ γένει ὑμῶν εἶναι τοὺς παραβαίνοντας, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως ἐδύνατο γενέσθαι, φθάσας διὰ βραχέων εἶπον, ὅτι βουλόμενος τοὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἕπεσθαι τῇ βουλῇ αὐτοῦ ὁ Θεὸς, ἐβουλήθη ποιῆσαι τούτους αὐτεξουσίους πρὸς δικαιοπραξίαν, μετὰ λόγου τοῦ ἐπίστασθαι αὐτοὺς ὑφ᾽ οὗ γεγόνασι, καὶ δι᾽ ὃν εἰσὶ πρότερον οὐκ ὄντες, καὶ μετὰ νόμου τοῦ ὑπ᾽ αὐτοῦ κρίνεσθαι, ἐὰν παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττωσι· καὶ δι᾽ ἑαυτοὺς ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι, καὶ οἱ ἄγγελοι, ἐλεγχθησόμεθα πονηρευσάμενοι, ἐὰν

A Japhet accepturos; cumque duobus populis unus populus ex Chanaan ortus in servitutem traditus fuisset: Christus secundum omnipotentis Patris virtutem ipsi traditam advenit, ac in amicitiam & benedictionem & pœnitentiam & convictum vocans, futuram in eadem terra sanctorum omnium possessionem, ut jam demonstratum est, promisit. Unde quacumque ex regione, sive servi sive liberi, credentes in Christum, & eorum quæ tum ab ipso tum a Prophetis tradita sunt, veritatem agnoscentes, sciunt se una cum eo in illa terra futuros & æterna ac incorrupta bona hereditate accepturos.


B CXL. Hinc etiam Jacob, ut jam dixi *, cum ipse etiam esset Christi figura, duas ancillas duarum liberarum conjugum suarum duxerat, & ex illis filios suscepit; ut prænuntiaretur Christum eos qui in Japhet genere, omnes ex Chanaan orti, versantur, pariter ac liberos suscepturum, & in filiorum coheredum loco habiturum. Atque hi quidem nos sumus; sed intelligere non potestis, quia ex vivo Dei fonte non potestis bibere, sed ex confractis cisternis nec aquam continere valentibus, ut ait Scriptura [a]. Confractæ autem cisternæ, nec aquam continentes, eæ sunt quas vobis foderunt magistri vestri, ut nominatim declarat Scriptura [b], *docentes doctrinas, mandata hominum*. Præterea & C vos & seipsos ludificantur, dum existimant omnibus ex semine Abrahæ secundum carnem editis, etiam si peccatores & increduli & in Deum contumaces fuerint, regnum æternum datum iri; quod aliter se habere demonstrat Scriptura. Numquam enim profecto dixisset Esaias: [c] *Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma & Gomorra facti essemus*. Et Ezechiel: [d] *Etiamsi Noe, & Jacob, & Daniel deposcerent filios aut filias, non dabuntur tamen eis*. Sed [e] *nec pater pro filio, nec filius pro patre, sed unusquisque proprio peccato interibit*, & *unusquisque propriis justitiæ operibus salvabitur*. Et rursus Esaias: [f] *Videbunt cadavera eorum, qui prævaricati sunt: vermis eorum non* D *quiescet, & ignis eorum non extinguetur; & erunt in visionem omni carni*. Neque etiam noster secundum voluntatem Patris a quo missus est, & dominatoris omnium Dominus dixisset: [g] *Venient ab occidente & oriente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Jacob in regno cælorum: filii vero regni ejicientur in tenebras exteriores*. Quod autem qui futuri iniqui prænoscebantur, sive Angeli, sive homines, non Dei culpa improbi fiunt, sed suo quisque vitio tales sunt, qualis quisque apparebit, id etiam supra demonstravi **.

CXLI. Sed ne vobis dicendi locus relinquatur, oportuisse ut Christus crucifigeretur, ac in vestro E genere essent qui prævaricarentur, neque aliter evenire potuisse; paucis antevertens dixi: Deum, cum Angelos & homines suæ voluntati parere vellet, liberos ad justitiæ observationem creare voluisse, indita eis ratione qua cognoscerent a quo creati sint, & per quem exsistant, cum antea non essent; imposita etiam hac lege, ut ab eo judicarentur, si præter rectam rationem facerent. Quamobrem per nos ipsi, homines & Angeli, impro-

* Sup. num. CXXXIV. [a] Jerem. II. 13. [b] Esai. XXIX. 13. Matth. XV. 9. [c] Esai. I. 9. [d] Ezech. XIV. 13. seqq. 20, [e] Deut. XXIV. 16. [f] Esai. LXVI. 24. [g] Matth. VIII. 11. 12. ** Supra n. LXXXVIII. & CII.

1. Ὄντας ἀπὸ τοῦ Χαναὰν πάντας.] Interpunctio, quam & in interpretando sum sequutus, comprobatur his verbis, ἅπερ ἡμεῖς ὄντες, ex quibus patet Gentiles coheredes esse illos filios, quos Christus una cum Israelitis credentibus asseruit in libertatem, cum antea *ex genere Chanaan omnes* essent, non origine quidem, sed servitute.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 141.



μὴ φθάσαντες μεταθώμεθα. εἰ δὲ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ προμηνύει πάντως τινὰς καὶ ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους κολασθήσεσθαι μέλλοντας, διότι προεγίνωσκεν αὐτοὺς [1] ἀμεταβλήτους γενησομένους πονηροὺς, προεῖπε ταῦτα, ἀλλ' οὐχ ὅτι αὐτοὺς ὁ Θεὸς τοιούτους ἐποίησεν. ὥστε ἐὰν μετανοήσωσι, πάντες βουλόμενοι τυχεῖν τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐλέους δύνανται, καὶ μακαρίους αὐτοὺς ὁ λόγος προλέγει εἰπὼν, μακάριος ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν. [2] τοῦτο δέ ἐστιν, ὡς μετανοήσας ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, τῶν ἁμαρτημάτων παρὰ τοῦ Θεοῦ λάβῃ ἄφεσιν· ἀλλ' οὐχ ὡς ὑμεῖς ἀπατᾶτε ἑαυτοὺς, καὶ ἄλλοι τινὲς ὑμῖν ὅμοιοι κατὰ τοῦτο, οἳ λέγουσιν ὅτι κἂν ἁμαρτωλοὶ ὦσι, Θεὸν δὲ γινώσκουσιν, οὐ μὴ λογίσηται αὐτοῖς κύριος ἁμαρτίαν. μαρτύριον δὲ τούτου, τὴν μίαν τοῦ Δαβὶδ, διὰ τὴν καύχησιν αὐτοῦ γενομένην παράπτωσιν ἔχομεν· ἥτις τότε ἀφείθη, ὅτε οὕτως ἔκλαυσε καὶ ἐθρήνησεν ὡς γέγραπται. εἰ δὲ τῷ τοιούτῳ ἄφεσις πρὶν μετανοῆσαι οὐκ ἐδόθη, ἀλλ' ὅτε τοιαῦτα ἔκλαυσε καὶ ἔπραξεν ὁ μέγας οὗτος βασιλεὺς καὶ χριστὸς καὶ προφήτης, πῶς οἱ ἀκάθαρτοι, καὶ πάντα ἀπονενοημένοι, ἐὰν μὴ θρηνήσωσι, καὶ κόψονται, καὶ μετανοήσωσιν, ἐλπίδα ἔχειν δύνανται, ὅτι οὐ μὴ λογίσηται αὐτοῖς κύριος ἁμαρτίαν; καὶ ἡ μία δὲ αὕτη τῆς παραπτώσεως τοῦ Δαβὶδ πρὸς τὴν τοῦ Οὐρίου γυναῖκα πρᾶξις, ὦ ἄνδρες, ἔφην, δείκνυσιν ὅτι οὐχ ὡς πορνεύοντες πολλὰς ἔσχον γυναῖκας οἱ πατριάρχαι, ἀλλ' οἰκονομία τις καὶ μυστήρια πάντα δι' αὐτῶν ἀπετελεῖτο. ἐπεὶ, εἰ συνεχωρεῖτο ἣν βούλεταί τις, καὶ ὡς βούλεται, καὶ ὅσας βούλεται λαμβάνειν γυναῖκας, ὁποῖον πράττουσιν οἱ ἀπὸ τοῦ γένους ὑμῶν ἄνθρωποι, κατὰ πᾶσαν γῆν ἔνθα ἂν ἐπιδημήσωσιν ἢ προσπεμφθῶσιν, ἀγόμενοι ὀνόματι γάμου γυναῖκας, πολὺ μᾶλλον [3] ἂν τῷ Δαβὶδ τοῦτο συνεχωρεῖτο πράξειν. ταῦτα εἰπὼν, ὦ φίλτατε Μάρκε Πομπήιε, ἐπαυσάμην.

Ἐπὶ ποσὸν δὲ ὁ Τρύφων ἐπισχὼν, ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι οὐκ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεως γέγονεν ἐν τούτοις ἡμᾶς συμβαλεῖν· καὶ ὅτι ἐξαιρέτως ἥσθην τῇ συνουσίᾳ, ὁμολογῶ· καὶ τούτους δὲ οἶμαι ὁμοίως ἐμοὶ διατεθεῖσθαι. πλέον γὰρ εὕρομεν ἢ προσεδοκῶμεν, καὶ προσδοκηθῆναι ποτὲ δυνατὸν ἦν. εἰ δὲ συνεχέστερον ἦν τοῦτο ποιεῖν ἡμᾶς, μᾶλλον ἂν ὠφεληθείημεν, ἐξετάζοντες αὐτοὺς τοὺς λόγους· ἀλλ' ἐπειδὴ, [4] φημὶ, πρὸς τῇ ἀναγωγῇ εἶ, καὶ καθ' ἡμέραν [5] τί λογιεῖσθαι προσδοκᾷς, μὴ ὄκνει ὡς φίλων ἡμῶν μεμνῆσθαι ἐὰν ἀπαλλαγῇς.

Ἐμοῦ δὲ χάριν, ἔφην, εἰ ἐπέμενον, καθ' ἡμέραν ἐβουλόμην ταὐτὸ γίνεσθαι. ἀναχθήσεσθαι δὲ ἤδη προσδοκῶν, ἐπιτρέποντος τοῦ Θεοῦ καὶ συνεργοῦντος, ὑμᾶς προτρέπομαι ἐνστησαμένους ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας μέγιστον τοῦτον ἀγῶνα, τῶν διδασκάλων ὑμῶν σπουδάσαι προτιμῆσαι μᾶλλον τὸν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ Χριστόν. μεθ' ἃ ἀπῄεσαν λοιπὸν, εὐχόμενοί τέ μοι σωτηρίαν καὶ ἀπὸ τοῦ πλοῦ, καὶ ἀπὸ πάσης κακίας. ἐγώ τε ὑπὲρ αὐτῶν εὐχόμενος, ἔφην, οὐδὲν ἄλλο μεῖζον ὑμῖν εὔχεσθαι δύναμαι, ὦ ἄνδρες, ἢ ἵνα ἐπιγνόντες διὰ ταύτης τῆς ὁδοῦ δίδοσθαι [6] παντὶ ἀνθρώπινον νοῦν, πάντως καὶ αὐτοὶ ἡμῖν ὅμοια ποιήσητε, τὸ ἡμῶν εἶναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

bitatis arguemur, nisi pœnitentiam occupemus. Quod si verbum Dei prædicit omnino quosdam Angelos & homines punitum iri, idcirco hæc prædicit, quod eos citra ullam immutationem improbos futuros prænosceret, nequaquam autem quod eos Deus tales fecerit. Quapropter si pœnitentiam agant, licet omnibus, quicumque voluerint, misericordiam a Deo consequi; eosque beatos Scriptura prædicat his verbis: [a] *Beatus cui non imputavit Dominus peccatum.* Id autem hanc vim habet ut, peccatorum pœnitentiam agendo, peccatorum a Deo remissionem accipiat; nequaquam autem, ut vosmetipsos decipitis, & alii quidam vobis hac in re similes, qui dicunt etiamsi peccatores sint, Deum tamen, modo eum cognoscant, non imputaturum illis peccatum. Hujus rei testimonium habemus, unum Davidis lapsum propter ipsius gloriationem: quod peccatum ei tum demum remissum est, cum sic flevit & lamentatus est, ut Scriptura testatur. Quod si tali viro remissio non ante concessa est, quam pœnitentiam ageret, sed demum cum sic flevit, seque ita gessit magnus ille rex & unctus & Propheta; quomodo impuri ac prorsus complorati, nisi lamententur & plangant, spem habere possint non imputaturum eis Dominum peccatum? Atque alterum etiam illud Davidis in Uriæ conjugem peccatum argumento est, o viri, ajebam, Patriarchas non ut mœcharentur plures uxores habuisse, sed dispensationem quamdam & mysteria omnia per eos fuisse peracta. Nam si liceret quam quisque voluerit, & quo voluerit modo & quot voluerit uxores assumere (quale est quod faciunt vestri generis homines, qui in toto orbe terrarum, quocumque venerint aut mittantur, mulieres ducunt nomine matrimonii;) quanto magis id Davidi facere licuisset? Hæc cum dixissem, amicissime Marce Pompei, finem feci.

CXLII. Tryphon autem cum aliquamdiu sese tenuisset, Vides, inquit, non data opera contigisse ut his de rebus colloqueremur. Equidem me congressu majorem in modum delectatum esse fateor: atque hos eodem ac me animo affectos esse arbitror. Plus enim invenimus, quam exspectabamus, aut quam exspectari umquam possit. Quod si id nobis sæpius facere liceret, majorem sane utilitatem perciperemus, dum ipsas Scripturas expendimus. Sed quia, ut dixisti, in procinctu es, & quotidie navigationem futuram exspectas; ne pigreris nostri, ut amicorum, si discesseris, meminisse.

Quod ad me spectat, inquam, si remanerem, quotidie idem fieri vellem. Sed cum me soluturum exspectem concedente & adjuvante Deo, adhortor vos ut in hoc maximum pro salute vestra certamen incumbentes, magistris vestris Christum omnipotentis Dei anteponere studeatis. Post hæc ita discessere, ut mihi a navigatione & ab omni malo salutem precarentur. Ego autem pro eis orans, Nihil majus, ajebam, vobis precari possum, o viri, quam ut hac via mentem omni homini dari agnoscentes, ipsi quoque idem omnino ac nos sentiatis, Jesum esse Christum Dei.

a Psalm. xxxi. 2.

1. Ἀμεταβλήτους.] Sylburgius conjicit legendum ἀμεταβλήτως.

2. Τοῦτο δέ ἐστιν, ὡς.] *Pro ὡς legi etiam posset ὅς*, inquit Sylburgius. Sed ejus timiditatem sic castigat Thirlbius: *Quasi etiam legi posset ὡς. Apage intempestivam verecundiam. Certa res est.* Sed quod erudito viro tam certum & exploratum videtur, id vereor ut nullam in aliis dubitationem inveniat, cum vulgata scriptura non careat præclaro sensu.

3. Ἂν τῷ Δαβίδ.] Ita codex Claromontanus, melius quam editi ἐν τῷ Δαβίδ.

4. Φημί.] Legit Thirlbius φησί.

5. Τί λογιεῖσθαι.] Idem proponit ναυτιλεῦσθαι. Legendum crediderim πλοῦν γενέσθαι.


6. Παντὶ ἀνθρώπινον νοῦν.] Legendum videtur παντὶ ἀνθρώπῳ τὸν νοῦν. Mox vel legendum πιστεύσητε, vel ὅμοιον ποιήσητε supplendo νοῦν. Dicit Justinus initio Dialogi num. 8. βουλοίμην δ' ἂν καὶ πάντας ἴσον ἐμοὶ θυμὸν ποιησαμένους μὴ ἀφίστασθαι τῶν τοῦ σωτῆρος λόγων. Denique pro τὸ ἡμῶν lego τὸν Ἰησοῦν.

FRAGMENTA II.

DEPERDITÆ PARTIS

DIALOGI CUM TRYPHONE JUDÆO.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
141.



I.

Ex Cod. Baracc. 223. *qui est Catena in Psalmos, ad ista Psalmi* II. 3. *verba:* Dirumpamus vincula eorum.

Apud GRABIUM, Spicileg. *tom.* 2. *pag.* 174.

[a] Οὐ περὶ ἐθνῶν ἀλλοφύλων φησὶν, ἀλλὰ περὶ τοῦ συμφωνοῦντος τοῖς ἔθνεσιν κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Ἰερεμίȣ· πικρόν σοι τὸ καταλιπεῖν ἐμὲ, λέγει κύριος ὁ Θεός σȣ, ὅτι ἀπ' αἰῶνος συνέτριψας ζυγόν σȣ, καὶ διέῤῥηξας τοὺς δεσμούς σȣ, καὶ εἶπας· οὐ δουλεύσω σοι, ἀλλὰ πορεύσομαι ἐπὶ πᾶν ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ὑποκάτω παντὸς ξύλȣ, καὶ ἐκεῖ διαλυθήσομαι ἐν τῇ πορνείᾳ μȣ.

Non de ethnicis alienigenis, sed de (populo) cum gentibus conspirante loquitur, juxta dictum Jeremiæ (II. 19.) *Amarum tibi, quod dereliqueris me, dicit Dominus Deus tuus, quia a sæculo confregisti jugum tuum, & dirupisti vincula tua, & dixisti: Non serviam tibi, sed ibo ad omnem montem excelsum & subter omne lignum, & ibi diffundar in fornicatione mea.*

II.

Ex Cod. Baracc. 143. *fol.* 253. & S. JOANNIS DAMASCENI Parallel. *pag.* 357.

Apud GRABIUM, Spicileg. *tom.* 2. *pag.* 175.

Οὔτε τὸ φῶς ἔσται σκότος ποτὲ, ἕως ἂν ᾖ φῶς· οὔτε ἡ τῶν παρ' ἡμῖν πραγμάτων διελεγχθήσεται ἀλήθεια. ἀλήθεια γάρ ἐςι ταύτης ἰσχυρότερον οὐδέν. [b] πᾶς ὁ δυνάμενος λέγειν τὴν ἀλήθειαν, καὶ μὴ λέγων, κριθήσεται ὑπὸ τȣ Θεοῦ.

Nec lux umquam caligo erit, quamdiu lux fuerit; nec rerum nostrarum veritas usquam falsi convincetur. Veritas est, qua nihil fortius esse potest. Quisquis cum veritatem dicere queat, non dicit, a Deo condemnabitur.

a Οὐ περὶ ἐθνῶν] Hæc quum Judæos aperte feriant, in Dialogo cum Tryphone, ista quæ periit parte, a Justino prolata esse merito creditur. GRABIUS. — Vide sis supra, n. LXXIV.

b Πᾶς ὁ δυνάμενος.] Heic incipit aliud fragmentum apud S. Joannem Damascenum, quod quidem legitur in Dialogo num. 82. At superiora nusquam reperiuntur apud Justinum; nec, si sunt Justini, videntur eidem Dialogi loco convenire. MARANUS. — Quum ultima periodus exstet in Dialogo cum Tryphone l. c., priora quoque ex priore istius Dialogi parte deperdita (n. LXXIV.) Damascenum desumsisse, & posterioribus junxisse autumo. Continua enim serie in dicto Codice leguntur; nec nomen JUSTINI ad marginem, sed ante initium horum verborum scriptum est: adeo ut priora perinde ut posteriora, ipsius Justini esse vix ullum sit dubium. GRABIUS.



INDEX CAPITUM
DIALOGI CUM TRYPHONE
S. JUSTINI MARTYRIS.

DIALOGI OCCASIO.

PARS I.

In quâ S. Martyr præjudicatas Judæorum de Lege opiniones refellit.

PARS II.

In qua verum & æternum Filium a Deo genitum, eumque nostra caussa incarnatum & passum esse, Justinus demonstrat.

P A R S III.

In qua vocationem gentium, & Ecclesiam quæ a Christo constituta est, Prophetarum oraculis ac veteris Testamenti figuris fuisse prædictam, S. Pater evincit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ
ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ϗ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΔΕΥΤΕΡΑ
ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ
ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΣΥΓΚΛΗΤΟΝ.

EJUSDEM
S. JUSTINI
PHILOSOPHI & MARTYRIS
APOLOGIA SECUNDA
PRO CHRISTIANIS
AD SENATUM ROMANUM.

ΚΑι τὰ χθὲς δὲ καὶ πρώην ἐν τῇ πόλει ὑμῶν γενόμενα ἐπὶ Οὐρβίκου, ὦ Ρωμαῖοι, καὶ τὰ πανταχοῦ ὁμοίως ὑπὸ τῶν ἡγουμένων ἀλόγως πραττόμενα, ἐξηνάγκασέ με [1] ὑπὲρ ὑμῶν ὁμοιοπαθῶν ὄντων, [2] καὶ ἀδελφῶν, κἂν ἀγνοῆτε, ϗ μὴ θέλητε διὰ τὴν δόξαν τῶν νομιζομένων ἀξιωμάτων, τὴν τῶν δε τῶν λόγων [3] σύναξιν ποιήσασθαι. πανταχοῦ γὰρ, ὃς ἂν σωφρονίζηται ὑπὸ πατρὸς, ἢ γείτονος, ἢ τέκνου, ἢ φίλου, ἢ ἀδελφοῦ, ἢ ἀνδρὸς, ἢ γυναικὸς κατ᾽ ἔλλειψιν, χωρὶς τῶν πεισθέντων τοὺς ἀδίκους ϗ ἀκολάστους ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κολασθήσεσθαι, τοὺς δ᾽ ἐναρέτους, καὶ ὁμοίως Χριστῷ βιώσαντας, ἐν ἀπαθείᾳ [4] συγγενέσθαι τῷ Θεῷ (λέγομεν δὲ τῶν γενομένων Χριστιανῶν) διὰ τὸ δυσμετάθετον καὶ φιλήδονον, B καὶ δυσκίνητον πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῆσαι [5] καὶ [a] οἱ φαῦλοι δαίμονες ἐχθραίνοντες ἡμῖν, ϗ τοὺς [6] τοιούτους δικαστὰς ἔχοντες ὑποχειρίους καὶ λατρεύοντας, ὡς οὖν ἄρχοντας δαιμονιῶντας, φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν. ὅπως δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῦ παντὸς γενομένου ἐπὶ Οὐρβίκου φανερὰ ὑμῖν γενήται, τὰ πεπραγμένα ἀπαγγελῶ.

Γυνή τις [7] συνεβίου ἀνδρὶ ἀκολασταίνοντι, ἀκολα-

A I. ET quæ in urbe veſtra, Romani, ſub Urbico heri & nudius tertius geſta ſunt, & quæ ſimiliter ubique a præſidibus præter rationem fiunt, coegerunt me pro vobis, qui ejuſdem ac nos naturæ, atque etiam ſi ignoretis ac nolitis propter opinatarum dignitatum ſplendorem, fratres noſtri eſtis, hanc orationem componere. Ubique enim, exceptis iis, qui improbos & libidinoſos æterno igne excruciatum iri, virtutis autem cultores, quique ſimiliter ac Chriſtus vixerint, extra perpeſſionem omnem cum Deo victuros perſuaſum habent (eos dicimus qui Chriſtiani facti ſunt;) his, inquam, exceptis, ſi quis a patre, vel vicino, vel filio, vel amico, vel fratre, vel viro, vel uxore ob delictum caſtigetur; cum is propter obſirmatam voluntatem & amorem voluptatis, ac minime flexilem ad virtutem animum, tum etiam pravi dæmones, qui nobis infenſi ſunt, ac ejuſmodi judices in ſua poteſtate & cultui ſuo addictos habent, eos, utpote dæmoniis agitatos magiſtratus, ad necem nobis inferendam incitant. Ut autem totius rei ſub Urbico geſtæ perſpectam cauſam habeatis, quid actum ſit exponam.

II. Mulier quædam cum viro degebat intempe-

1. Ὑπὲρ ὑμῶν.] Sic mſs. codices & R. Steph. melius multo quam aliæ editiones ὑπὲρ ἡμῶν, *pro nobis qui ejuſdem ac vos naturæ & fratres veſtri ſumus*. Non ſcribebat Juſtinus pro Chriſtianis quia fratres erant ethnicorum, ſed ethnicos ad veritatem adducere cupiebat, quia fratres erant Chriſtianorum. Declarat ſub finem Apologiæ hoc unum ſibi in ſcribendo propoſitum fuiſſe, ut ethnicos ab errore revocaret. Vide Apol. 1. n. 7. Similiter Tertullianus ad Scapulam cap. 1. *Magiſque damnati quam abſoluti gaudemus. Itaque hunc libellum non nobis timentes miſimus, ſed vobis & omnibus inimicis noſtris.*

2. Καὶ ἀδελφῶν.] Sic Tertullianus Apologet. cap. 39. *Fratres autem etiam veſtri ſumus, jure naturæ matris unius, etſi vos parum homines, quia mali fratres.*

3. Συνάξιν.] Legendum eſſe σύνταξιν per ſe patet. Sic infra num. 15. τοὺς δὲ τοὺς λόγους συνετάξαμεν. Vide Dialog. num. 81. GRABIUS.

4. Συγγενέσθαι.] Maluit Perionius συγγενήσεσθαι, ſed alibi aoriſtum pro futuro uſurpat noſter. SYLBURGIUS.


5. Καὶ οἱ φαῦλοι.] Ante hæc verba lacunam interpoſuerunt librarii, non quod quidquam deſit ad ſententiæ juncturam, ſed quod deeſſe aliquid illis videretur. Aptiſſimum enim eſt hoc exordium & nexum cum iis, quæ deinceps narraturus eſt. Nam cum ei propoſitum ſit demonſtrare perſequutiones ab improbis hominibus & a malis dæmonibus in Chriſtianos excitari; cumque mox narraturus ſit hiſtoriam mulieris a marito, cujus flagitia reprehendebat, in capitis periculum adductæ; quid mirum, ſi in orationis primordio declarat, & eos qui a patre Chriſtiano aut uxore aut vicino aut amico ob delictum caſtigantur; & pravos dæmones operam dare ut Chriſtianos occidant? Illud ergo φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν referri debet tam ad malos homines, quam ad dæmones, ut n. 11. *Nec potentiores nobis eſſent iniqui homines & dæmones*. Si quis tamen aliquid deeſſe contendat, is addat, *ad tribunalia non trahis*, ante has voces *tum etiam pravi dæmones*.

6. Τοιούτους.] Qualis ſcilicet Urbicus, quem jam nominavit.

7. Συνεβίου.] Hanc hiſtoriam Euſebius ex Juſtino excerptam lib. 4. Hiſt. Eccl. cap. 17. intexuit. In editione Valeſii legitur συνεβίου. At Chriſtophorſ. habet συνεβίω; cui lectioni ſuffragantur duo codices antiquiſſimi Euſebii e bibliotheca Colbertina, & alius e Regia. Mox ante

a Καὶ οἱ φαῦλοι δαίμ.] Neque Pearſonus ullum heic agnoſcit hiatum.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



στάινουσα καὶ αὐτὴ πρότερον. ἐπεὶ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα [1] ἔγνω αὐτὴ, ἐσωφρονίσθη, καὶ τὸν ἄνδρα ὁμοίως σωφρονεῖν πείθειν ἐπειρᾶτο, διδάγματα ἀναφέρουσα, τήν τε μέλλουσαν τοῖς οὐ σωφρόνως καὶ μετὰ λόγου ὀρθοῦ βιοῦσιν ἔσεσθαι ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν ἀπαγγέλλουσα. ὁ δὲ ταῖς αὐταῖς ἀσελγείαις ἐπιμένων, ἀλλοτρίαν διὰ τῶν πράξεων ἐποιεῖτο τὴν γαμετήν. ἀσεβὲς γὰρ ἡγουμένη τὸ λοιπὸν ἡ γυνὴ συγκατακλίνεσθαι ἀνδρὶ παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ παρὰ τὸ δίκαιον, πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένῳ ποιεῖσθαι, τῆς συζυγίας χωρισθῆναι ἐβουλήθη. καὶ ἐπεὶ ἐξεδυσωπεῖτο ὑπὸ τῶν αὐτῆς, ἔτι προσμένειν συμβουλευόντων, ὡς εἰς [2] ἐλπίδας μεταβολῆς ἥξοντός ποτε τοῦ ἀνδρὸς, βιαζομένη ἑαυτὴν ἐπέμενεν. ἐπειδὴ δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευθεὶς, χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, [3] ὅπως μὴ κοινωνὸς τῶν ἀδικημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται, μένουσα ἐν τῇ συζυγίᾳ, καὶ ὁμοδίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γινομένη, τὸ λεγόμενον [4] παρ' ὑμῖν ῥεπούδιον δοῦσα ἐχωρίσθη. ὁ δὲ καλὸς κἀγαθὸς ταύτης ἀνὴρ, δέον αὐτὸν χαίρειν ὅτι ἃ πάλαι μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ τῶν μισθοφόρων εὐχερῶς ἔπραττε, μέθαις χαίρουσα καὶ κακίᾳ πάσῃ, τούτων μὲν τῶν πράξεων πέπαυτο, καὶ αὐτὸν τὰ αὐτὰ παύσασθαι πράττοντα ἐβούλετο· [5] μὴ βουλομένου ἀπαλλαγείσης κατηγορίαν πεποίηται, λέγων αὐτὴν Χριστιανὴν εἶναι. καὶ ἡ μὲν βιβλίδιόν σοι τῷ αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε, πρότερον συγχωρηθῆναι αὐτῇ διοικήσασθαι τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῦσα· ἔπειτα ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ κατηγορήματος μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς [6] διοίκησιν. καὶ συνεχώρησας τοῦτο. ὁ δὲ ταύτης ποτὲ ἀνὴρ, πρὸς ἐκείνην μὲν μὴ δυνάμενος ταννῦν ἔτι [7] λέγειν, πρὸς Πτολεμαῖόν τινα, [8] ὃν Οὔρβικος ἐκολάσατο, διδάσκαλον [9] ἐκείνης τῶν Χριστιανῶν μαθημάτων γενόμενον, ἐτράπετο διὰ τοῦδε τοῦ τρόπου. ἑκατόνταρχον εἰς δεσμὰ ἐμβαλόντα τὸν Πτολεμαῖον, φίλον αὐτῷ ὑπάρχοντα, ἔπεισε λαβέσθαι τοῦ Πτολεμαίου, καὶ ἀνερωτῆσαι εἰ αὐτὸ τοῦτο μόνον Χριστιανός ἐστι. καὶ τὸν Πτολεμαῖον, φιλαλήθη, ἀλλ' οὐκ ἀπατηλὸν οὐδὲ ψευδολόγον τὴν γνώμην ὄντα, ὁμολογήσαντα ἑαυτὸν εἶναι Χριστιανὸν, ἐν δεσμοῖς γενέσθαι ὁ ἑκατόνταρχος πεποίηκε, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐκολάσατο. τελευταῖον δὲ, ὅτε ἐπὶ Οὔρβικον [a] ἤλθεν ὁ ἄνθρωπος, ὁμοίως αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ εἴη Χριστιανός. καὶ πάλιν τὰ καλὰ ἑαυτῷ συνεπιστάμενος διὰ τὴν

A ranti, intemperans & ipsa prius; sed postquam Christi doctrinam cognovit ipsa, ad meliorem frugem se recepit, ac viro ut similiter sese colligeret persuadere conata est, Christianam illi doctrinam exponens, & futura his qui libidinose ac præter rectam rationem vixerint, in æterno igne supplicia denuntians. Verum ille in iisdem flagitiis permanens, factis suis alienavit a se uxoris animum. Impium enim esse mulier existimans cum eo deinceps viro, qui præter naturæ legem, præterque jus undecumque voluptatis vias exquireret, tori consortio jungi, discedere a conjugio voluit. Sed suorum auctoritatem reverita, qui suadebant ut adhuc maneret, ac maritum tandem aliquando spem B mutationis allaturum dicebant; vim fecit ipsa sibi ut maneret. At postquam illius vir Alexandriam profectus, pejora facere nuntiatus est; verita illa ne inique & impie factorum particeps fieret, si in conjugio maneret, victusque ac tori consors esset, misso eo, quod vocatis, repudio discessit. Tum præclarus & bonus ille vir, cum gaudere deberet, quod quæ olim uxor cum servis & mercenariis in vinum atque omne vitiorum genus effusa licenter perpetrabat, ab his jam faciendis deterrita fuisset, ac ipsum etiam ab iisdem flagitiis deterrere studeret; repudium non obsequenti nuntiantem accusat, quod esset Christiana. Atque illa quidem libello tibi, Imperator, oblato postulavit, ut C prius sibi domui suæ prospicere liceret; deinde domesticis rebus compositis responsuram se accusationi. Atque id quidem annuisti. At illius quondam maritus, qui tum adversus eam non jam dicere poterat, in Ptolemæum quemdam quem Urbicus supplicio affecit, quique mulieris in re christiana magister fuerat, impetum suum vertit hoc modo. Centurioni cuidam amico suo persuasit, ut Ptolemæum in carcerem conjecturus apprehenderet, idque tantum interrogaret, an esset Christianus. Tum Ptolemæus, ut erat veritatis cultor & animo a fraude & mendacio alienus, cum se Christianum esse confessus esset, in vincula conjectus est a Centurione, diuque ab eo in carcere afflictus. Postremo coram Urbico adductus, similiter id unum interrogatus est, an esset Christianus; ac præclare sibi ob traditam a Christo doctrinam con-

hanc vocem διδάγματα, quæ bis cum articulo legitur apud Eusebium, iidem mss. codices neutro in loco articulum agnoscunt. Ibidem Euseb. ἐπειδὴ δέ.

1. Ἔγνω αὐτη.] Quidquid intra has voces & istas ὀνόματός δὲ Χριστιανοῦ interjectum est, id deest in codicibus Regio & Claromontano, ac desumtum est ex Eusebio, qui lacunam opportune explet. Monuit Thirlbius legendum ἔγνω, αὐτή. Deest apud Eusebium postrema vox.

2. Ἐλπίδας.] Sic cum editis nostris duo codd. antiquissimi Colb. & Reg. & Rob. Steph. At Valesius habet ἐλπίδα.

3. Ὅπως μὴ κοινωνός.] Multi ex antiquis scriptoribus idem existimarunt, non licere cum viro adultero aut cum uxore adultera manere, sic tamen ut aliud matrimonium minime concederent. Vide Cotelerium in librum 2. Hermæ.

4. Παρ' ὑμῖν.] Male in editionibus Euseb. legitur παρ' ἡμῖν. Lectionem nostram confirmant tres codices antiquissimi, duo Colbertini & unus ex Regiis. Facile perspicitur cur Justinus latinam vocem usurpans dixerit, *misso eo quod vocatis repudio*. Mox deest πάσῃ post κακίᾳ in eodem Reg. & duobus Colbertinis antiquioribus. Magna sane auctoritas contra vocem sua sponte non necessariam.

5. Μὴ βουλομένου.] Non leguntur hæc verba in tribus codicibus valde antiquis, nempe duobus Colbertinis & uno Regio. Neque etiam ea agnoscit Nicephorus, sed tamen legisse Rufinus videtur. Mox tres codices recentiores habent ἀνέδωκε.

6. Διοίκησιν.] Legebatur in editis nostris & in Eusebiana R. Steph. editione μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς διοίκησιν ὑπέσχετο. Sed postremum verbum exemplo Valesii sustuli, quod nec Rufino, nec Nicephoro cognitum, in uno tantum Regio codice recentiore invenitur. Sic enim reddit Rufinus: *Et illa quidem libellum tibi obtulit, Imperator, ut primo permitteretur ei rem familiarem ordinare; tum deinde responderet objectis*. Habet alius codex e Colbertina Bibliotheca, itidem recens, ὑποσχομένη.

7. Λέγειν.] Verbum forensibus negotiis aptum, ac de iis solitum usurpari, qui litem persequuntur, ut observatum est ad epist. 33. S. Basilii.

8. Ὃν Οὔρβικος.] Legitur in omnibus Eusebii codicibus mss. & editis Οὐρβίκιος. Sed cum a Justino vocetur Urbicus semel & iterum initio orationis, atque etiam infra ὦ Οὔρβικε, satius videtur in his etiam quæ ex Eusebio desumta sunt, eamdem scripturam sequi. Id enim consentit, ut observat Valesius, & cum veteri inscriptione in qua vocatur Q. Lollius Urbicus, & cum Apulejo qui in sua Defensione non procul ab initio, Præfecturæ Urbanæ quam idem gessit Urbicus, non obscure meminit. Hæc autem verba ὃν Οὔρβικος ἐκολάσατο leguntur in omnibus Eusebii mss. codicibus, sed apud Nicephorum desunt. Rufinus videtur illa in interpretando neglexisse, quod quidem & Valesio accidit.

9. Ἐκείνης.] H. St. legit ἐκείνη, & paullo post αὐτὸ τοῦτο μόνον εἰ Χριστιανός ἐστι. Sed frustra in S. Justino emendetur quidquid minus ornatum Grammaticis videtur.

a Ἦλθεν] Valesio magis placet lectio codd. Medic. & Fuket. ἤχθη: quod etiam Pearsono probatur. Nicephorus item habet προσήχθη.

ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ διδαχὴν τὸ [1] διδασκάλιον τῆς θείας A ἀρετῆς ὡμολόγησεν. ὁ γὰρ ἀρνούμενος [2] ὁτιοῦν, ἢ κατεγνωκὼς τοῦ πράγματος, ἔξαρνος γίνεται, ἢ ἑαυτὸν ἀνάξιον ἐπιστάμενος καὶ ἀλλότριον τοῦ πράγματος, τὴν ὁμολογίαν φεύγει· ὧν οὐδὲν πρόσεστι τῷ ἀληθινῷ Χριστιανῷ. καὶ τοῦ Οὐρβίκου κελεύσαντος αὐτὸν ἀπαχθῆναι, Λούκιός τις, καὶ αὐτὸς ὢν Χριστιανὸς, ὁρῶν τὴν ἀλόγως οὕτως γενομένην κρίσιν, πρὸς τὸν Οὔρβικον ἔφη· [3] τίς ἡ αἰτία τοῦ μήτε μοιχὸν, μήτε πόρνον, μήτε ἀνδροφόνον, μήτε λωποδύτην, μήτε ἅρπαγα, μήτε ἁπλῶς ἀδίκημά τι πράξαντα ἐλεγχόμενον, [4] ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον [5] ἐκολάσω; οὐ πρέποντα [6] Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ [7] φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδὶ, οὐδὲ [8] τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ κρίνεις, ὦ B Οὔρβικε. καὶ ὃς, οὐδὲν ἄλλο ἀποκρινάμενος, καὶ πρὸς τὸν Λούκιον ἔφη, δοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι τοιοῦτος. καὶ τοῦ Λουκίου φήσαντος, μάλιστα, πάλιν καὶ αὐτὸν ἀπαχθῆναι ἐκέλευσεν. ὁ δὲ [9] καὶ χάριν εἰδέναι ὡμολόγει, [10] πονηρῶν δεσποτῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι [11] γινώσκων, καὶ [12] πρὸς τὸν πατέρα καὶ βασιλέα τῶν οὐρανῶν πορεύεσθαι. καὶ ἄλλος δὲ τρίτος ἐπελθὼν, κολασθῆναι [13] προσετιμήθη.

A scius, institutionem divinæ virtutis iterum confessus est. Nam qui negat quidpiam, vel ideo negat, quod rem ipsam condemnet; vel se ipse indignum illa & alienum judicans, confessionem fugit; quorum neutrum inest vero Christiano. Cum igitur Urbicus ad supplicium abduci Ptolemæum jussisset; Lucius quidam, qui & ipse Christianus erat, tam alienum a ratione judicium videns, sic Urbicum compellavit: *Quid causæ est, cur huic homini nec adulterii nec stupri reo, nec homicidæ, nec furi, nec raptori, nec ullius maleficii convicto, sed tantum Christiani nominis appellationem confitenti, pœnam irrogaveris? Non ut decet Pium Imperatorem, nec ut philosophum Cæsaris filium, nec* B *ut sacrosanctum senatum, judicas, Urbice.* Tum ille nihil aliud respondens, sic Lucium alloquitur: *Tu quoque ex hoc hominum genere esse mihi videris.* Cum Lucius respondisset, *Maxime*, jussit eum Urbicus pariter abripi. At ille gratias etiam agebat; cum se ab improbis ejusmodi dominis liberari, & ad Patrem ac Regem cælorum proficisci cognosceret. Tertius alius superveniens eodem supplicio damnatus est.

[14] Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος [15] τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι, [16] καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, [17] ἢ κἂν ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ [18] φιλοψόφου καὶ φιλοκόμπου. οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν

III. Ego etiam exspecto ut ab eorum, quos dixi, aliquo insidiis appetar, & ad stipitem affigar, aut certe ab illo strepitus & ostentationis amatore Crescente. Neque enim philosophi appellatione dignus est;

1. Διδασκάλιον.] Melius forte διδασκαλεῖον, ut in duobus Colbertinis antiquioribus, & duobus Regiis quorum unus valde antiquus.

2. Ὁτιοῦν.] Ita tres Colbertini codices & alius inter Regios valde antiquus. Sic etiam & Nicephorus, melius profecto, quam ut in editis Justini & Eusebii ὅτι οὐκ εἴη. Videtur Rufinus legisse ὁτιοῦν ᾖ. Reddit enim; *qui negat quod est, sine dubio culpabile judicat esse quod negat.*

3. Τίς ἡ αἰτία.] Tres iidem codices τίς αἰτία.

4. Ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ.] Pro his vocibus legitur in Clarom. & Reg. & R. Steph. παθήματος δὲ Χριστοῦ, quæ quidem, omissis iis, quæ ex Eusebio desumta diximus, conjunguntur cum his superioribus verbis ἔγνω αὐτῃ, pro quibus tamen habet Clarom. ἐγνωκαν οὗτοι, & Reg. ἔγνωσαν οὗτοι.

5. Ἐκολάσω.] Legendum putat H. Steph. σὲ κολάσαι, vel saltem post has voces τίς ἡ αἰτία addendum δι' ἣν. Legit Thirlbius τίνι αἰτίᾳ τόν. Vide Dialog. n. 20.

6. Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι.] Multa heic ambiguntur, quis sit ille *Pius Imperator*, quis Cæsaris filius & utrum philosophus an philosophi filius dicendus sit. Sed de his aptior erit dicendi locus in Præfationis parte tertia.

7. Φιλοσόφῳ.] Ita apud Eusebium legitur. Justini autem editi & mss. codices φιλοσόφου. Eusebii codices, tres Colbertini & duo Regii, habent φιλοσόφῳ. Sic Nicephorus & Rufinus qui ita reddit: *Non sunt hæc digna Pio Imperatore, nec sapientissimo puero filio ejus.* Vox ergo φιλοσόφου non reperitur nisi in uno ex Regiis. Jam ad initium Apol. 1. observavimus Lucium philosophum potius dici debuisse, quam philosophi filium.

8. Τῇ ἱερᾷ.] Deest articulus apud Eusebium: & mox ante Λουκίου ex Eusebio inseruit Sylburgius.

9. Καὶ χάριν.] Deest conjunctio apud Eusebium.

10. Πονηρῶν.] Euseb. πονηρῶν γὰρ δεσποτῶν τῶν τοιούτων. Deest illud τῶν in Eusebiana R. Stephani editione & in tribus antiquioribus codicibus jam sæpe memoratis, nempe duobus Colbertinis & uno Regio. Quare visum est expungendum.

11. Γινώσκων.] Euseb. ἐπεὶ.

12. Πρὸς τὸν πατέρα.] Euseb. παρὰ ἀγαθὸν πατέρα καὶ βασιλέα τὸν Θεὸν πορεύεσθαι. Satis familiaris est Martyribus excelsa hæc & plena pietatis sententia. In Actis S. Polycarpi Germanicus martyr *bestiam ultro se attraxit, cupiens velocius ex injusta & iniqua eorum hominum vita effugere.* Vide Apol. 1. n. 7. & Clem. Alex. Strom. 4. p. 505.

13. Προσετιμήθη.] Minus belle προσετιμήθη apud Valesium contra fidem codicum mss. S. Ptolemæum Alexandriæ cum sociis passum esse Usuardi & Adonis Martyrologia testantur; sed manifesto errore, cum supra diserte declaret Justinus id Romæ ante paucos dies contigisse. Ibidem Regius codex & R. Steph. ἀπελθών.

14. Κἀγὼ οὖν.] Totum hunc locum usque ad hæc verba πλὴν ἀδιαφορίας huc transtuli, & cum Martyrum historia necessariis de causis conjungendum duxi. 1. Eusebius hunc ordinem perspexit in codicibus, quibus utebatur. Postquam enim S. Ptolemæi ejusque sociorum martyrium narravit, sic ait: αὐτοῖς ὁ Ἰουστῖνος εἰκότως καὶ ἀκολούθως ἃς προεμνημονεύσαμεν αὐτοῦ φωνὰς ἐπάγει λέγων· κἀγὼ οὖν, &c. *His Justinus apte & consequenter ea verba subjungit, quæ supra memoravimus. Ego etiam, inquit*, &c. Unde etiam sic Rufinus: *Post hæc illa Justinus annexuit ex ordine quæ paullo ante retulimus. Et ego inquit*, &c. 2. Totus hic de Crescente locus, cum percommode cum Martyrum historia connectitur; tum vero positus, ut antea, inter hæc verba n. 8. ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε, ubi Justinus de æterno igne differit, & ista nunc proxime sequentia, n. 9. ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ, ubi philosophorum adversus ignem æternum cavillationes refellit, sententiæ seriem, ut quisque facile perspicit, mirum in modum turbaret.

15. Τῶν ὠνομασμένων.] Hæc verba sic reddit Rufinus: *Ab aliquo horum quibus pro veritate obsisto.* Valesius. *Ab aliquo eorum qui philosophi appellantur.* Sed meminisse debemus Justinum initio orationis dixisse Christianos ab iis, quibuscum arctissima necessitudine conjuncti sunt, a patre, a filio, a vicino, ab amico, a fratre, ab uxore, a viro prodi & in judicium vocari solere. Ait igitur S. Martyr exspectare se, ut ab eorum, quos recensuit, aliquo, id est, a vicino, aut amico aut cognato insidiis appetatur, vel certe ab inimico Crescente.

16. Καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι.] Eusebius & Nicephorus habent κἂν ξύλῳ ἐντιναγῆναι, atque ita videtur legisse Rufinus, qui vertit, *baculo & clava feriendum*. Reddit Valesius *in nervum compingi*. Quamvis autem plerique Eusebii mss. codices habeant ἐντιναγῆναι, præferenda tamen videtur vulgata Justini scriptura. 1. Non solum in mss. Justini codicibus ita legitur, sed etiam, teste Valesio, olim ita legebatur, in codice Medicæo, Eusebii historiam continente, in quo hodie legitur ἐν ξύλῳ ἐντιναγῆναι. 2. Videtur sensus postulare ut ita legamus. Nam cum Justinus, post enarratum trium Martyrum supplicium, ait: *Ego etiam exspecto* &c. declarat profecto se martyrium exspectare. Ipse Eusebius testatur eum, *sicut ipse prædixerat, Crescentis insidiis martyrio coronatum esse*. Videtur autem gravissimum illud supplicium designare, quod tunc in Christianos valde usitatum fuisse discimus ex his Tertulllani verbis: *Licet nunc Sarmenticios*, inquit Apol. cap. ult. & *Semaxios appelletis, quia ad stipitem dimidii axis revincti sarmentorum ambitu exurimur. Hic est habitus victoriæ nostræ: hæc palmata vestis: tali curru triumphamus.* Hac fretus auctoritate reddendum putavi, *ad stipitem affigar*. Vide acta S. Polycarpi. Minus apte Scaliger, *patibulo affigi*. De his iterum agemus in Præfat. parte 3.

17. Ἢ κἂν ὑπό] Consentit hæc scriptura cum tribus codicibus Eusebii, sed iis recentioribus. Alii cum editis & Nicephoro habent, ἢ καὶ ὑπό.

18. Φιλοσόφου.] Eusebius ἀφιλοσόφου.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.

ἄξιον τὸν ἄνδρα [1] ὅς γε περὶ ἡμῶν ἃ μὴ ἐπίσταται, δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ, ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων, πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν τῶν [2] πεπλανημένων ταῦτα πράττων. εἴτε γὰρ μὴ ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι, κατατρέχει ἡμῶν, παμπόνηρός ἐστι, καὶ ἰδιωτῶν [3] πολλῷ χείρων, οἳ φυλάττονται πολλάκις περὶ ὧν οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι καὶ ψευδομαρτυρεῖν· ἢ εἰ ἐντυχὼν, [4] μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον· ἢ συνεὶς, πρὸς τὸ μὴ ὑποπτευθῆναι τοιοῦτος ταῦτα ποιεῖ, πολὺ μᾶλλον ἀγεννὴς καὶ παμπόνηρος, ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων ὤν. καὶ γὰρ [5] προθέντα με καὶ ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς τοιαύτας, καὶ [6] μαθεῖν, καὶ ἐλέγξαι ὅτι ἀληθῶς μηδὲν ἐπίσταται, B εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι. καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος καὶ ἐφ' ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν. βασιλικὸν δ' ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ὑμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου, καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις, φανερὸν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι οὐδὲν [7] τῶν ἡμετέρων ἐπίσταται· [8] ἢ, εἰ καὶ ἐπίσταται, διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οὐ τολμᾷ λέγειν ὁμοίως Σωκράτει, ὡς προέφην, οὐ φιλόσοφος, ἀλλὰ [9] φιλόδοξος ἀνὴρ δείκνυται· [10] ὅς γε μὴ τὸ Σωκρατικὸν, [a] ἀξιέραστον ὂν, τιμᾷ, ἀλλ' οὔτι γε πρὸ τῆς ἀληθείας τιμητέος ἀνήρ. ἀδύνατον δὲ Κυνικῷ, ἀδιάφορον τὸ τέλος προεμένῳ, τὸ ἀγαθὸν εἰδέναι πλὴν ἀδιαφορίας. C

A quippe qui de nobis ea publice testetur, quæ prorsus ignorat: atheos & impios esse Christianos, ad gratiam & voluptatem deceptæ plebeculæ asseverans. Nam si, cum doctrinam Christi non legerit, nos tamen exagitat; nequissimus profecto est ac multo deterior hominibus imperitis, qui sæpe cavent, ne de rebus quas ignorant, loquantur & falsum testimonium dicant. Sin autem legit, non intellexit hujus doctrinæ majestatem: aut si intellexit; ne Christianum esse illum homines suspicentur, ita se gerit, ac multo magis ignavus est & pessimus, ut qui populari & a ratione aliena opinione ac metu superetur. Illud enim scire vos velim me, cum nonnullas ei interrogationes ejusmodi proposuissem, didicisse & deprehendisse illum revera nihil scire. Atque ut verum a me dici pateat, paratus sum, si disputationes illæ ad vos perlatæ non sunt, coram vobis interrogationes iterum proponere. Regium sane hoc etiam opus fuerit. Si vero ad aures vestras interrogationes meæ, illiusque responsa pervenerunt; liquet vobis nihil eum scire rerum nostrarum; aut si scit ille quidem, sed audientium metu non audet ad exemplum Socratis eloqui; non philosophum, ut jam dixi, sed opinionum amatorem deprehendi: quippe qui pulcherrimum illud Socratis dictum parvi faciat, *Sed plus honoris non est habendum homini, quam veritati.* Verum integrum Cynico non est, finem ultimum in indifferentia constituenti, aliud bonum præter hanc indifferentiam existimare.

[11] Ὅπως δὲ μή τις εἴπῃ, πάντες οὖν ἑαυτοὺς φονεύσαντες πορεύεσθε ἤδη παρὰ τὸν Θεὸν, καὶ ἡμῖν πράγματα μὴ παρέχετε· ἐρῶ δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο οὐ πράττομεν, καὶ δι' ἣν ἐξεταζόμενοι ἀφόβως ὁμολογοῦμεν. οὐκ εἰκῇ τὸν κόσμον πεποιηκέναι τὸν Θεὸν δεδιδάγμεθα, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ἀνθρώπειον γένος· χαίρειν τε τοῖς τὰ προσόντα αὐτῷ μιμουμένοις [b] προέφημεν, ἀπαρέσκεσθαι δὲ τοῖς τὰ φαῦλα ἀσπαζομένοις, ἢ λόγῳ, ἢ ἔργῳ. εἰ οὖν πάντες ἑαυτοὺς φονεύσωμεν, [12] τοῦ καὶ γεννηθῆναί τινα, καὶ μαθητευθῆναι εἰς τὰ θεῖα διδάγματα, ἢ καὶ μὴ εἶναι τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, αἴτιοι ἐσόμεθα, ἐναντίοι τῇ τοῦ Θεοῦ βου-

IV. Sed ne quis ita dicat: *Omnes igitur morte vobis ipsis illata jam nunc abite ad Deum, nec nobis negotia facessite:* dicam quid causæ est, cur id non faciamus, & cur interrogati impavide confiteamur. Non frustra mundum a Deo conditum esse didicimus, sed propter humanum genus: placere autem illi jam diximus eos, qui illum imitantur; contra, displicere qui deteriora vel dicto vel facto amplectuntur. Igitur si omnes nobis ipsi manus afferamus, quominus quisquam gignatur, aut divina doctrina imbuatur, aut etiam quominus exstet humanum genus; in causa, quantum in nobis est, erimus, ipsi quoque contra Dei consilium venien-

1. Ὅσ γε περὶ ἡμῶν] Non recte Valesius ὥσγε. Nicephorus enim & R. Steph. & codices mss., uno excepto recentiore, habent ut Justinus. Deest illud περὶ ἡμῶν apud Eusebium qui sic habet: περὶ ὧν μὴ ἐπίσταται.

2. Πεπλανημένων.] Sic etiam Rufinus & Nicephorus & tres antiquiores mss. codices. Sed tamen Valesius retinet πεπλανημένως, atque ita legendum esse contendit.

3. Πολλῷ χείρων.] Ita editiones Eusebii & codex vetustissimus Colb. cui consentit alius ex Regiis valde antiquus, excepto quod habet χεῖρον. Codices recentiores & Nicephorus habent, ut editi nostri, πολύ. Infra vetustissimus codex Colbertinus habet ὢν ἐλάττω, alius itidem Colb. valde antiquus ὢν ἐλάττων. Ita & Robertus Stephanus. Regius valde antiquus ὢν ἐλάσσω.

4. Μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον.] Eusebio debetur hujus loci emendatio. Habebant enim editi nostri, ἢ εἰ ἐντυχὼν τῷ ἐν αὐτοῖς μεγαλείῳ, ἢ συνεὶς, quod quidem postremum verbum necessitatem imponit legendi antea μὴ συνῆκε. Post ἐντυχὼν, virgulam apposui, subaudiendo id quod antea dixit Justinus κατατρέχει ἡμῶν. Sequentia autem sic interpretatus sum, ut contextum nullo prorsus in verbo immutarem. Nimirum, cum Crescens in responsionibus suis summam ignorationem rerum Christianarum significasset; alterutrum ex duobus necessarium esse colligitur, ut Christianorum libros legendo non intellexerit, vel intellexisse se dissimulet. Rufinus, quem sequitur Valesius, ita reddit: *Si vero legit quæ apud nos scripta sunt; & aut non intellexit eorum virtutem, aut intellexit quidem, sed dissimulat ... multo nequior & detestabilior judicandus est.* Sequi nolui hanc interpretationem, quia æquum non videtur ut Crescens multo magis ignavus & improbus dicatur, eo quod librorum quos legerat, intelligentiam assequutus non fuisset. Thirlbius, ut hoc effugiat incommodum, legit, ἢ εἰ συνεὶς, & distinguit post ἐντυχών. Male Eusebius καὶ εἰ ἐντυχών. Habet Nicephorus, ut Justini editiones.

5. Προθέντα] Ita Euseb. melius quam editi nostri προταθέντα.

6. Μαθεῖν.] Deest conjunctio apud Eusebium.

7. Τῶν ἡμετέρων.] Hæc addidit ex Eusebio Sylburgius. Sic etiam legit Rufinus.

8. Ἢ, εἰ καὶ ἐπίσταται.] Deest καὶ apud Eusebium.

9. Φιλόδοξος.] Notatur hac voce non tam gloriæ quam opinionis & mendacii amor. Idcirco enim φιλόδοξος vocatur Crescens, quia veritatem prædicare non audet, ac plus hominibus tribuit quam veritati. Paullo ante dicebatur ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων. In eamdem sententiam videtur strepitus & ostentationis vocari amator, nempe mendacii & falsarum opinionum. Philosophi κόμπους num. 9. appellant doctrinam de igne æterno. Vide Apol. 1. n. 57.

10. Ὅς γε μὴ τό.] Ita R. Stephani Eusebiana editio & tres vetustiores mss. quorum duo non agnoscunt sequens verbum ὄν, quod etiam a R. Stephano expunctum fuit. Editi nostri ὅσγε μηδὲ τό.

11. Ὅπως δὲ μή τις εἴπῃ.] Dicterium illud, cui occurrit Justinus, sæpe in ore erat ethnicis: *Arrius Antoninus*, inquit Tertullianus lib. ad Scap. cap. 4. *in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia ejus se manu facta obtulerunt: cum ille, paucis duci jussis, reliquis ait*, ὦ δειλοὶ, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνοὺς ἢ βρόχους ἔχετε.

12. Τοῦ καὶ γεννηθῆναι.] Legendum μὴ γεννηθῆναι monuere Perionius & Sylburgius.

a Ἀξιέραστον κ. τ. λ.] Plato 10. de Rep. p. 595. MARAN.

b Προέφημεν] Apol. I. n. x. MARAN.

λῇ καὶ αὐτοὶ ποιοῦντες, ἐὰν τοῦτο πράξωμεν. ἐξεταζόμενοι δὲ οὐκ ἀρνούμεθα, διὰ τὸ συνεπίστασθαι ἑαυτοῖς μηδὲν φαῦλον, ἀσεβὲς δὲ ἡγούμενοι μὴ κατὰ πάντα ἀληθεύειν, ὃ καὶ φίλον τῷ Θεῷ γινώσκομεν· ὑμᾶς δὲ καὶ τῆς ἀδίκου προλήψεως ἀπαλλάξαι νῦν σπεύδοντες.

A tes, si ita faciamus. Interrogati autem non negamus, tum quod nullius mali nobis conscii simus, tum quod impium existimemus veritatem in omnibus non dicere, cum id Deo gratum esse sciamus; tum etiam quod vos opinione inique anticipata nunc liberare studeamus.

[1] Εἰ δέ τινα ὑπέλθοι καὶ ἡ ἔννοια αὕτη, ὅτι εἰ Θεὸν ὡμολογοῦμεν βοηθὸν, οὐκ ἂν, ὡς λέγομεν, ὑπὸ ἀδίκων ἐκρατούμεθα καὶ ἐτιμωρούμεθα, καὶ τοῦτο διαλύσω. ὁ Θεὸς τὸν πάντα κόσμον ποιήσας, καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ὑποτάξας, καὶ τὰ οὐράνια στοιχεῖα εἰς αὔξησιν καρπῶν, καὶ ὡρῶν [2] μεταβολαῖς κοσμήσας, καὶ θεῖον τοῦτον νόμον τάξας, ἃ καὶ αὐτὰ δι' ἀνθρώπους φαίνεται πεποιηκὼς, τὴν μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πρόνοιαν ἀγγέλοις, οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε, παρέδωκεν. οἱ δ' ἄγγελοι, παραβάντες τήνδε τὴν τάξιν, [3] γυναικῶν μίξεσιν ἡττήθησαν, καὶ παῖδας ἐτέκνωσαν, οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμονες· καὶ προσέτι λοιπὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδούλωσαν· τὰ μὲν [4] διὰ μαγικῶν γραφῶν, τὰ δὲ διὰ φόβων καὶ τιμωριῶν ἐπέφερον, τὰ δὲ διὰ διδαχῆς θυμάτων καὶ θυμιαμάτων καὶ σπονδῶν, ὧν ἐνδεεῖς γεγόνασι μετὰ τὸ πάθεσιν ἐπιθυμιῶν δουλωθῆναι· καὶ εἰς ἀνθρώπους φόνους, πολέμους, μοιχείας, ἀκολασίας, καὶ πᾶσαν κακίαν ἔσπειραν. ὅθεν καὶ ποιηταὶ καὶ μυθολόγοι, ἀγνοοῦντες τοὺς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν [5] γεννηθέντας δαίμονας, ταῦτα πρᾶξαι εἰς ἄρρενας καὶ θηλείας, καὶ πόλεις καὶ ἔθνη, ἅπερ συνέγραψαν, εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν, καὶ τοὺς ὡς ἀπ' αὐτοῦ σπορᾷ γενομένους υἱοὺς, καὶ [6] τῶν λεχθέντων ἐκείνου ἀδελφῶν, καὶ τέκνων ὁμοίως τῶν ἀπ' ἐκείνων, Ποσειδῶνος καὶ Πλούτωνος, ἀνήνεγκαν. ὀνόματι γὰρ ἕκαστον, [7] ὅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ τῶν ἀγγέλων καὶ τοῖς τέκνοις ἔθετο, προσηγόρευσαν.

V. Si quem autem hæc cogitatio subeat, minime eventurum, si Deum adjutorem profiteremur, ut iniqui, quemadmodum dicimus, dominatu suo nos premerent ac suppliciis afficerent; id quoque a me dissolvetur. Deus qui mundum universum creavit, cum terrena hominibus subjecisset, ac cælestia elementa quæ & ipsa hominis causa ab eo creata B esse liquet, ad frugum proventum & temporum conversiones adornasset, atque hanc divinam legem sanxisset, hominum ac rerum sub cælo positarum curam angelis quos huic præfecit muneri, commisit. Angeli autem ordinem institutum prætergressi in stupra cum mulieribus prolapsi sunt, ac filios susceperunt eos, qui dæmones appellati; atque etiam postea genus humanum sibi in servitutem addixerunt, partim scriptis magicis, partim terroribus & suppliciis inferendis, partim sacrificiis, suffimentis & libaminibus edocendis; quibus rebus egere cœperunt, ex quo cupiditatum morbis emancipati sunt: denique in humanum genus cædes, bella, adulteria, flagitia atque omne vitiorum genus pro- C seminarunt. Hinc poetæ & fabularum scriptores, cum angelos ignorarent progenitosque ex illis dæmones ea in masculos & feminas, in urbes & nationes perpetrasse, quæ litteris mandabant; in ipsum Deum, ac in eos qui tum ipsius satu geniti, tum ex ejus fratribus Neptuno & Plutone, eorumque filiis procreati ferebantur, ea transtulere. Quod enim nomen unusquisque angelorum sibi & filiis suis imposuerat, eo quemque appellaverunt.

Ονομα δὲ τῷ πάντων πατρὶ θετὸν, ἀγεννήτῳ ὄντι, οὐκ ἔστιν. [8] ᾧ [a] γὰρ ἂν καὶ ὀνόματι προσαγορεύηται, πρεσβύτερον ἔχει τὸν θέμενον τὸ ὄνομα. τὸ δὲ πατὴρ, καὶ Θεὸς, καὶ κτιστὴς, καὶ κύριος, καὶ δεσπότης, οὐκ ὀνόματά ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῶν εὐποιϊῶν καὶ τῶν ἔργων προσρήσεις. ὁ δὲ υἱὸς ἐκείνου, ὁ μόνος λεγόμενος κυρίως υἱὸς, ὁ λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων, καὶ συνὼν [9] καὶ γεννώμενος, ὅτε τὴν ἀρχὴν δι' αὐτοῦ

VI. Nomen autem universorum Parenti, eo quod ingenitus sit, nullum prorsus inditum est. Quocumque enim nomine appelletur, antiquiorem habet eum qui nomen imposuit. Hæc autem, Pater, Deus, D Conditor, Dominus, Herus non sunt nomina, sed ex beneficiis & operibus appellationes. Ejus autem Filius, qui solus proprie Filius dicitur, Verbum antequam mundus crearetur, quod & una cum

1. Εἰ δέ τινα ὑπέλθοι.] Id solitos esse objicere ethnicos testatur Clemens Alexandrinus, qui eorum dicta sic refert Strom. 4. pag. 505. *Διὰ τί δὲ οὐ βοηθεῖσθε διωκόμενοι; φασί. Cur autem auxilium vobis non fertur, cum persequutio in vos movetur? inquiunt.*

2. Μεταβολαῖς.] Legendum esse *μεταβολὰς* observat Thirlbius, & *στοιχεῖα* esse solem & lunam & alia sidera demonstrat ex Justini Dialogo n. 23. & 85. Vide Theophil. lib. 1. n. 4. Valde mihi arridet ejusdem viri eruditi alia observatio, qui legendum putat *καὶ θεῖον τούτοις νόμον τάξας*.

3. Γυναικῶν μίξεσιν.] Eadem habemus in Apol. 1. n. 5. Hæc de angelis sententia a Philone Judæo lib. de Gigant. & a Josepho 1. Antiq. ad scriptores nostros pervenit, quorum pluribus eo magis arrisit, quod ipsi philosophi deos nidorum esse avidos faterentur. Vide Lucianum lib. de Sacrificiis, Plutarchum lib. de Iside, non longe ab initio, Porphyrium de Abstin. animal. n. 42. Mox forte *τὸ λοιπὸν ἀνθρώπων*.

4. *Διὰ μαγικῶν γραφῶν*.] Legitur in Apol. 1. num. 14. *διὰ μαγικῶν στροφῶν*, ut idem Thirlbius observat. Mox etiam legendum esse *ὧν ἐπέφερον* admonet.

5. Γεννηθέντας δαίμονας.] Sic etiam Tertullianus a Thirlbio citatus Apol. cap. 22. *Sed quomodo de angelis quibusdam sua sponte corruptis corruptior gens dæmonum evaserit damnata a Deo cum generis auctoribus & cum eo, quem diximus, principe, apud litteras sanctas cognoscitur.* Alii, ut Athenagoras Legat. n. 25. Gigantes ex angelis genitos dixere.

6. Τῶν λεχθέντων.] Hæc quoque mihi videntur peracute illustrari ab eodem doctissimo editore. Legit enim *καὶ τοὺς λεχθέντας ἐκείνου ἀδελφοὺς καὶ τέκνα ὁμοίως τὰ ἀπ' ἐκείνων*. Sed tamen hæc generationum series, Neptunus & Pluto, eorumque filii & nepotes, respondere Angelis, dæmonibus & heroibus videtur.


7. Ὅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ.] Eadem habemus Apol. 1. num. 5. Athenag. Legat. num. 26. apud Lactantium lib. 4. c. 27. & Euseb. lib. 4. cap. 5. Præpar. Evangel. ex Plutarcho.

8. *ᾧ γὰρ ἂν καὶ ὀνόματι*.] Simillimam sententiam citat S. Joannes Damascenus ex *Narratione martyrii S. Babylæ*: *πᾶν γὰρ τὸ ὀνομαζόμενον ὑπὸ τοῦ κρείττονος ὀνομάζεται, ἵνα τὸ μὲν καλῇ, τὸ δὲ ὑπακούῃ ... Θεὸς οὐκ ὄνομα, ἀλλὰ δόξα περὶ Θεοῦ*, Parallel. p. 784.

9. *Καὶ γεννώμενος*.] Clarom. *γενόμενος*. Sic etiam legendum putat Scaliger Not. in Euseb. Chron. Sed nec ipse nec Bullus & Grabius qui eum refellunt, animadverterunt illud *ὅτε*, & ita interpretati sunt quasi scriptum esset *ὅτι*. Justinus de Filii generatione ad mundi creationem idem sentit ac multi alii scriptores, idque hoc loco conceptis verbis declarat. Sed hanc generationem nihil detrahere de Filii æternitate perspicitur, siquidem erat una cum Patre antequam prodiret ad mundi creationem. Erunt fortasse qui legendum putent, *ὁ λόγος πρὸ τῶν ποιημάτων συνὼν*, *Verbum quod erat cum Patre ante res creatas*; sed vulgatæ scripturæ sensus æque praeclarus est, modo ante hæc verba *καὶ συνὼν*, interpungatur. Mox legitur in Regio codice *ἐκόσμησε καὶ ἔκτισε*.

a *ᾧ γὰρ ἂν*] Si nominativo casu legas *ὃ γὰρ ἂν*, extenderetur oratio ad rem quamcumque. SYLBURG. — Omnino legendum *ὃ γὰρ ἂν*, ut attendenti fiet manifestum, statuit DAVISIUS ad Minucium cap. XVIII. pag. 50. edit. 2.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



πάντα ἔκτισε καὶ ἐκόσμησε· Χριστὸς μὲν, [1] κατὰ A [a] τὸ κεχρῖσθαι, καὶ κοσμῆσαι τὰ πάντα δι' αὐτοῦ τὸν Θεὸν, λέγεται· ὄνομα καὶ αὐτὸ περιέχον ἄγνωστον σημασίαν· ὃν τρόπον καὶ τὸ Θεὸς προσαγόρευμα οὐκ ὄνομά ἐστιν, ἀλλὰ πράγματος δυσεξηγήτου ἔμφυτος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων δόξα. Ἰησοῦς δὲ [2] καὶ ἀνθρώπου καὶ σωτῆρος ὄνομα καὶ σημασίαν ἔχει. καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπος, [b] ὡς προέφημεν, γέγονε, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς βουλὴν ἀποκυηθεὶς ὑπὲρ τῶν πιστευόντων ἀνθρώπων, καὶ [3] καταλύσει τῶν δαιμόνων. καὶ νῦν ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν γινομένων μαθεῖν δύνασθε. δαιμονιολήπτους γὰρ πολλοὺς κατὰ πάντα τὸν κόσμον; καὶ [4] ἐν τῇ ὑμετέρᾳ πόλει, πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀνθρώπων τῶν Χριστιανῶν, ἐπορκίζοντες κατὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, B ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων ἐπορκιστῶν καὶ ἐπαστῶν καὶ [c] φαρμακευτῶν μὴ ἰαθέντας ἰάσαντο, καὶ ἔτι νῦν ἰῶνται, καταργοῦντες καὶ ἐκδιώκοντες τοὺς [5] κατέχοντας τοὺς ἀνθρώπους δαίμονας.

A eo aderat, & genitum est; per illud initio omnia condidit & creavit; hic, inquam, Filius, eo quod unctus sit & per eum Deus omnia ornaverit, Christus vocatur; quo quidem & ipso nomine res significatur indeprehensa: quemadmodum Dei appellatio non nomen est, sed rei non enarrabilis insita naturæ hominum opinio. Jesus autem & hominis & salvatoris nomen & significationem habet. Nam & homo factus est, ut antea diximus, de Dei & Patris voluntate partu editus pro credentibus hominibus & ad dæmonum eversionem. Id profecto ex his quæ in omnium oculis geruntur, perspicere potestis. Plurimos enim dæmoniis agitatos in toto orbe & in urbe vestra, multi ex nostris Chri- B stianis, cum per nomen Jesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi adjurarent, ab omnibus aliis adjuratoribus, incantatoribus & veneficis non sanatos sanaverunt, atque etiamnum sanant, fractis & ejectis dæmonibus homines detinentibus.

Ὅθεν καὶ ἐπιμένει ὁ Θεὸς τὴν σύγχυσιν καὶ κατάλυσιν τοῦ παντὸς κόσμου μὴ ποιῆσαι, ἵνα καὶ οἱ φαῦλοι ἄγγελοι, καὶ δαίμονες, καὶ ἄνθρωποι μηκέτι ὦσι, διὰ τὸ σπέρμα τῶν Χριστιανῶν, ὃ γινώσκει ἐν [6] τῇ φύσει ὅτι αἴτιόν ἐστιν. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν οὐδὲ ὑμῖν ταῦτα ἔτι ποιεῖν καὶ ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων δυνατὸν ἦν, ἀλλὰ τὸ πῦρ τὸ τῆς κρίσεως κατελθὸν, ἀνέδην πάντα διέκρινεν, ὡς καὶ πρότερον ὁ κατακλυσμὸς μηδένα λιπὼν, ἀλλ' ἢ τὸν μόνον σὺν τοῖς ἰδίοις παρ' ἡμῖν καλούμενον C Νῶε, παρ' ὑμῖν δὲ Δευκαλίωνα, ἐξ οὗ πάλιν οἱ τοσοῦτοι γεγόνασιν, ὧν οἱ μὲν φαῦλοι, οἱ δὲ σπουδαῖοι. οὕτω γὰρ ἡμεῖς τὴν ἐκπύρωσιν φαμὲν γενήσεσθαι, ἀλλ' οὐχ ὡς οἱ Στωϊκοὶ, κατὰ τὸν τῆς εἰς ἄλληλα πάντων μεταβολῆς λόγον· ὃ αἴσχιστον ἐφάνη. ἀλλ' οὐδὲ καθ' εἱμαρμένην πράττειν τοὺς ἀνθρώπους ἢ πάσχειν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ κατὰ μὲν τὴν προαίρεσιν ἕκαστον κατορθοῦν ἢ ἁμαρτάνειν· καὶ κατὰ τὴν τῶν φαύλων δαιμόνων ἐνέργειαν τοὺς σπουδαίους, οἷον Σωκράτην καὶ τοὺς ὁμοίους, διώκεσθαι, καὶ ἐν δεσμοῖς εἶναι· Σαρδανάπαλον δὲ, καὶ Ἐπίκουρον, καὶ τοὺς ὁμοίους, ἐν

VII. Quapropter Deus propter Christianorum semen, quod in causa esse novit cur rerum natura conservetur, tenet se ne confusionem inducat, & dissolutionem totius mundi, ita ut nulli jam improbi exstent angeli & dæmones & homines. Nam nisi ita esset, non jam vobis hæc facere & a pravis dæmonibus incitari liceret; sed ignis judicii delapsus, nullo discrimine omnia dissolveret, quemad- C modum olim diluvium, quod neminem reliquum fecit, præter unum cum suis apud nos vocatum Noe, apud vos Deucalionem; ex quo rursus tanta hominum multitudo propagata est, partim improborum, partim bonorum. Sic enim nos conflagrationem dicimus futuram, sed non ut Stoici, secundum omnium rerum mutuæ in se invicem conversionis rationem; quod turpissimum videtur. Neque etiam fato homines agere aut ea quæ eveniunt pati, sed libero quemque arbitrio præclare agere aut peccare; bonos autem malorum dæmonum operatione, veluti Socratem & alios similes, vexari & in vinculis esse: contra, Sardanapalum, Epicurum & alios

1. Κατὰ τὸ κεχρῖσθαι.] Scaliger loco mox citato legit χρῖσαι: sed Grabius & alii verbo passivo activam significationem attribuunt, ita ut Christus dicatur Verbum, quia per illud Deus omnia inunxit & ornavit. Solus Gelenius reddidit, *eo quod unctus sit*. Verbum Justinus unctum fuisse dicit, quia splendor est paternæ gloriæ & lumen de lumine. Hoc verbum χρῖσθαι satis aptum videtur ad significandum splendorem. Sic enim Theophilus Antiochenus lib. 1. num. 12. ait nullum opus ornatum esse posse, *nisi ungatur, & ad splendorem expoliatur*, ἐὰν μὴ χρισθῇ καὶ στιλβωθῇ. Ait ibidem aerem quodam modo luce inungi, τρόπῳ τινὶ χρίεται φωτί. Valentiniani inter alia nomina, quæ Verbo mundum creanti tribuebant, Christum illud appellabant; & Christum dicebant esse lumen illud, quo recedente Achamoth perturbata fuerat, Iren. lib. 4. n. 1. & 5. S. Ambrosius in libro de Fuga sæculi cap. 13. de Verbo sic loquitur: *Unctus naturaliter legitur a Deo Patre, quia lumen est verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

2. Καὶ ἀνθρώπου καὶ σωτῆρος.] Nomine Jesu hominem simul & Salvatorem designari ait, quia illud Verbo incarnato sciebat convenire. Hoc enim discrimen inter Christi & Jesu nomen a Justino ponitur, quod primum Verbo ante Incarnationem competere crederet, alterum post Incarnationem.

3. Καταλύσει.] Legendum ἐπὶ καταλύσει, ut Perionius & Sylburgius viderunt. Legendum etiam ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν πιστευόντων conjicit Thirlbius.

4. Ἐν τῇ ὑμετέρᾳ.] R. Steph. habet ἡμετέρᾳ.

5. Κατέχοντας.] Clarom. κατεχόντας, & ad marginem κατέχοντας.

6. Τῇ φύσει ὅτι αἴτιον.] Mundi dissolutionem propter Christianos differri docet Justinus aliis in locis, Apol. I. n. 28. & 45. & Dialog. n. 39. Sic etiam Hermas lib. 1. cap. 2. num. 4. *Ecclesia omnium prima creata est, ideo anus, & propter illam mundus factus est.* Et Auctor epistolæ ad Diognetum supra num. 6. *Quod est anima in corpore*, inquit, *hoc sunt in mundo Christiani ... Inclusa quidem est anima corpore, sed ipsa corpus conservat: sic & Christiani detinentur quidem in mundo, tamquam in custodia, sed ipsi mundum conservant.* Christianos exagitat Celsus, quasi dictitarent: ὅτι Θεός ἐστιν, εἶτα μετ' ἐκεῖνον ἡμεῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγονότες πάντῃ ὅμοιοι τῷ Θεῷ· καὶ ἡμῖν πάντα ὑποβέβληται, γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ, καὶ ἄστρα, καὶ ἡμῶν ἕνεκα πάντα, καὶ ἡμῖν δουλεύειν τέτακται. *Deus est & nos post eum, ab eo facti omnino similes Deo. Nobis omnia subjecta sunt, terra, aqua, aer, astra; propter nos omnia, & ut nobis serviant ordinata*, apud Origen. lib. 5. p. 175. Negat Origenes hæc a Christianis dici solere: fatetur angelos hominibus præstantiores esse: negat astra illis esse subjecta; animata enim illa esse credebat. Sed tamen idem in lib. 8. p. 424. declarat *constitutionem terreni mundi ab hominibus Dei conservari*. Vide Clem. Alexand. in lib. *Quis dives salvetur?* p. 36.

a Κατὰ τὸ κεχρῖσθαι] Quod ait Justinus Verbum ab æterno unctum fuisse, atque inde deductam Christi appellationem, id videtur deduxisse ex verbis Scripturæ, *Prov.* VIII. 23. ubi Sapientia, pro his verbis quæ habentur in Vulgata, *Ab æterno ordinata sum*, dicitur in Hebr. *ab æterno inuncta*; quia nimirum splendor est majestatis. Ungi enim idem est ac splendescere, ut ex superiori annotatione intelligi potest. MARANUS in *Addend.* ad hunc locum pag. 603.

b Ὡς προέφημεν] Apol. I. n. XXIII. & XXXIII. MARAN.

c Φαρμακευτῶν] φαρμακευτὰς interpretor *veneficos*, quia sic vocari solebant, qui magicis remediis sanare conabantur. Observat S. Ambrosius in *Psalm.* 118. Christianos, etsi in solo Christi nomine morbos curabant, *veneficos* tamen appellari solitos fuisse ab ethnicis, qui hæc miracula magicæ arti attribuebant: *Impugnatur quasi veneficus, qui in nomine Domini gloriatur.* MARAN. in *Addend.* pag. 604.

ἀφθονίᾳ καὶ δόξῃ δοκεῖν εὐδαιμονεῖν. ἃ μὴ νοήσαντες οἱ Στωϊκοὶ, καθ' εἱμαρμένης ἀνάγκην πάντα γίνεσθαι ἀπεφήναντο. ἀλλ' ὅτι αὐτεξούσιον τό τε τῶν ἀγγέλων γένος καὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, δικαίως ὑπὲρ ὧν ἂν πλημμελήσωσι, τὴν τιμωρίαν ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κομίσονται. γεννητοῦ δὲ παντὸς ἥδε ἡ φύσις, κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐπαινετὸν οὐδὲν αὐτῶν, [1] εἰ οὐκ ἦν ἐπ' ἀμφότερα τρέπεσθαι καὶ δύναμιν εἶχε. δεικνύουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ πανταχοῦ κατὰ λόγον τὸν ὀρθὸν νομοθετήσαντες καὶ φιλοσοφήσαντες ἄνθρωποι, ἐκ τοῦ ὑπαγορεύειν τόδε μὲν πράττειν, τῶνδε δὲ ἀπέχεσθαι. καὶ οἱ Στωϊκοὶ φιλόσοφοι, ἐν τῷ περὶ ἠθῶν λόγῳ, τὰ αὐτὰ τιμῶσι καρτερῶς· ὡς δηλοῦσθαι ἐν τῷ περὶ ἀρχῶν καὶ ἀσωμάτων λόγῳ οὐκ εὐοδοῦν αὐτούς. εἴτε γὰρ καθ' εἱμαρμένην φήσουσι τὰ γινόμενα πρὸς ἀνθρώπων γίνεσθαι, ἢ μηδὲν εἶναι Θεὸν [2] παρατρεπόμενα, καὶ ἀλλοιούμενα, καὶ ἀναλυόμενα εἰς τὰ αὐτὰ ἀεὶ, φθαρτῶν μόνων φανήσονται κατάληψιν ἐσχηκέναι, καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν διά τε τῶν μερῶν καὶ διὰ τοῦ ὅλου ἐν πάσῃ κακίᾳ γινόμενον· ἢ μηδὲν εἶναι κακίαν, μηδ' ἀρετὴν, ὅπερ καὶ παρὰ πᾶσαν σώφρονα ἔννοιαν, καὶ λόγον, καὶ νοῦν ἐστί.

Καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν Στωϊκῶν δὲ δογμάτων, ἐπειδὴ [3] κἂν τὸν ἠθικὸν λόγον κόσμιοι γεγόνασιν, ὡς καὶ ἔν τισιν οἱ ποιηταὶ διὰ τὸ ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τοῦ λόγου, μεμισῆσθαι καὶ πεφονεῦσθαι οἴδαμεν· Ἡράκλειτον μὲν, [a] ὡς προέφημεν, καὶ Μουσώνιον δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ ἄλλους οἴδαμεν. ὡς γὰρ ἐσημήναμεν, πάντας τοὺς κἂν ὁπωσδήποτε κατὰ λόγον βιοῦν σπουδάζοντας, καὶ κακίαν φεύγειν, μισεῖσθαι ἀεὶ ἐνήργησαν οἱ δαίμονες. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ τοὺς [4] κατὰ σπερματικοῦ λόγου μέρος, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγου, ὅ ἐστι Χριστοῦ, γνῶσιν καὶ θεωρίαν, πολὺ μᾶλλον μισεῖσθαι οἱ δαίμονες ἐλεγχόμενοι ἐνεργοῦσιν· οἳ τὴν ἀξίαν κόλασιν καὶ τιμωρίαν κομίσονται, ἐν αἰωνίῳ πυρὶ ἐγκλεισθέντες. εἰ γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἤδη διὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡττῶνται, [5] δίδαγμά [b] ἐστι τῆς καὶ [6] μελλούσης αὐτοῖς καὶ τοῖς λατρεύουσιν αὐτοῖς ἐσομένης ἐν πυρὶ αἰωνίῳ κολάσεως. οὕτως γὰρ καὶ οἱ προφῆται πάντες προεκήρυξαν γενήσεσθαι, καὶ Ἰησοῦς ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος ἐδίδαξε.

ejusmodi in rerum omnium copia & splendore beatos videri. Quod cum Stoici minus intelligerent, fati necessitate omnia fieri decreverunt. Quoniam autem Deus ab initio liberum angelorum & hominum genus creavit, merito eorum quæ peccaverint, supplicia in æterno igne persolvent. Creatæ autem cujuslibet rei hæc natura est, ut virtutis & vitii sit capax: neque enim quidquam laudabile faceret, nisi sese in utramque partem vertendi facultatem haberet. Atque id etiam declarant qui in qualibet regione apte ad rectam rationem leges tulere aut philosophati sunt, ex eo quod alia fieri præscribant, alia vitari. Hæc eadem constanter probant Stoici, cum de moribus disputant; ut facile pateat in principiis & rebus incorporeis pertractandis non rectam eos viam insistere. Nam si fato fieri dicent, quæ ab hominibus fiunt: vel Deum nihil aliud esse statuent præter ea, quæ vertuntur & immutantur & in eadem semper resolvuntur; sicque nullius rei, quæ quidem corruptioni non sit obnoxia, notionem habere, ac Deum ipsum tum per partes, tum per universum in omni miseria & nequitia constituere videbuntur: vel nihil esse vitium, neque virtutem; quod ab omni sana notione & ratione & mente alienum est.

VIII. Quia tamen Stoici in his saltem quæ de moribus dixerunt, præclare sese habuerunt, id quod poetis interdum contigit propter insitum omni hominum generi rationis semen; eos qui ab hac disciplina profecti sunt, odiis flagrasse & occisos esse scimus. Heraclitum quidem, ut antea diximus, & Musonium in his qui nostra ætate floruerunt, & alios novimus. Fecere enim semper atque effecere dæmones, quemadmodum demonstravimus, ut qui quovis modo secundum rationem vivere & vitium fugere studerent, ii omnes odio haberentur. Minime autem mirum si, qui non ad partem aliquam rationis disseminatæ vitam instituere student, sed ad totius Verbi, id est Christi, cognitionem & contemplationem, in eos multo majora convicti dæmones odia concitant; qui quidem debitas pœnas ac supplicia in æterno igne inclusi persolvent. Nam si jam ab hominibus per nomen Jesu Christi superantur, documentum est futuri illis & eorum cultoribus in æterno igne supplicii. Ita enim & Prophetæ omnes prænuntiaverunt futurum, & magister noster Jesus edocuit.

1. *Εἰ οὐκ ἦν.*] Legit Thirlbius *εἰ οὐ καὶ* (aut *οὐκ ἂν*) *ἐπ' ἀμφότερα τρέπεσθαι δύναμιν εἶχε*. Mox idem legit *τάδε μέν*.

2. *Παρατρεπόμενα.*] Locum perobscurum apposita interpretatione perspicuum esse spero. Legendum videtur, *παρὰ τρεπόμενα* pro *παρατρεπόμενα*, & *καὶ* addendum ante *φθαρτῶν*, & post *Θεὸν* supplendum est *φήσουσι*. Verbum *ἐσχηκέναι* videtur referri posse ad has voces *καὶ αὐτὸν τὸν Θεόν*. Allata interpretatio confirmatur ex gemello Apologiæ I. loco n. 28. ubi pariter Justinus ex Stoicorum de fato sententia hæc incommoda consequi pronuntiat, ut vel Dei natura evertatur, vel virtutem ac vitium nihil prorsus esse statuatur. Vide infra n. seq.

3. *Κἂν τὸν ἠθικὸν λόγον.*] Quidam legendum conjiciunt *κατὰ τὸν ἠθικὸν λόγον*. Sed inutilis prorsus conjectura in contextu minime corrupto.

4. *Κατὰ σπερματικοῦ.*] Præmittenda particula *οὐ*, ut integra sit sententia. Mox autem post *λόγου μέρος* subaudiendum est *βιοῦν σπουδάζοντας*, quas voces paullo ante positas non necesse fuit repetere. Non hoc solum discrimen inter ethnicos & Christianos ponit Justinus, quod primi particulam veritatis cognoverint, Christiani vero totum Verbum incarnatum complectantur; sed etiam quod Christiani ab hoc Verbo incarnato sanati fuerint, n. 13. ac sua ipsius potestate Christus præstiterit, ut homines etiam imperiti & operarii gloriam & metum & mortem contemnerent. Sæpe observat Clemens Alexandrinus, ut Strom. 1. p. 288. & 298. ethnicos philosophos particulam aliquam veritatis arripuisse. Sic loquitur Strom. 6. p. 674. *ἡ ὄντως ἀλήθεια παρ' ἡμῖν δείκνυται μόνοις· ἐπεὶ πρόσωπον μὲν τῆς δεικνυμένης ἀληθείας ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· τὸ πρᾶγμα δὲ ἡ δύναμις τῆς πίστεως, ἡ καὶ παντὸς ὄντος ἂν ἐναντιουμένου, καὶ αὐτοῦ ὅλου ἐνισταμένου τοῦ κόσμου πλεονάζουσα. Quæ vere est veritas, apud nos solos ostenditur. Nam veritatis quæ ostenditur, persona quidem est Filius Dei: res vero virtus fidei, quæ quodcumque ei adversatur, ac ipsum etiam totum mundum repugnantem superat.* Vide Protrept. p. 69.


5. *Δίδαγμά ἐστι.*] Hæc dæmonum pellendorum potestas æterno eos igne damnatum iri probat, non solum quia Christianæ doctrinæ quæ id docet, veritas hoc miraculo confirmatur, sed etiam quia Christiani cum dæmones expellerent, æternum illis ignem minitabantur. Hinc Tertullianus Apologet. cap. 23. *Omnis hæc nostra, inquit, in illos dominatio & potestas de nominatione Christi valet & de commemoratione eorum, quæ sibi a Deo per arbitrum Christum imminentia exspectant. Christum timentes in Deo & Deum in Christo subjiciuntur servis Dei & Christi. Ita de contextu, deque afflatu nostro, contemplatione & repræsentatione ignis illius correpti, etiam de corporibus nostro imperio excedunt inviti & dolentes & vobis præsentibus erubescentes.*

6. *Μελλούσης ... ἐσομένης.*] Commodius, ut jam nonnulli observarunt, legeretur *μελλούσης ... ἔσεσθαι*.

a *Ὡς προέφημεν*] Apol. I. n. XLIX. MARAN.

b *Δίδαγμά ἐστι*] Præter rationes quæ in observatione ad hunc locum afferuntur, cur Christianorum in expellendis dæmonibus potestas, argumentum sit destinati malis illis spiritibus supplicii; hæc etiam afferri potest, quod dæmones torquerentur, dum eos Christiani adjurarent. Vid. Præf. part. 2. cap. XI. num. 5. MARAN. in *Addend.* pag. 604.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



Ἵνα δὲ μή τις εἴπῃ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν νομιζομένων φιλοσόφων, ὅτι κόμποι καὶ φόβητρά ἐστι τὰ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν, ὅτι κολάζονται ἐν αἰωνίῳ πυρὶ οἱ ἄδικοι, καὶ διὰ φόβον, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ καλὸν εἶναι καὶ ἀρεστὸν, ἐναρέτως βιοῦν τοὺς ἀνθρώπους ἀξιοῦμεν· βραχυεπῶς πρὸς τοῦτο ἀποκρινοῦμαι, ὅτι εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, οὔτε ἐστὶ Θεὸς, ἢ εἰ ἔστιν, οὐ μέλει αὐτῷ τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐδέν ἐστιν ἀρετὴ, οὐδὲ κακία, καὶ ὡς προέφημεν, ἀδίκως τιμωροῦσιν οἱ νομοθέται τοὺς παραβαίνοντας τὰ διατεταγμένα καλά. ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἄδικοι ἐκεῖνοι, καὶ [1] ὁ αὐτῶν πατὴρ τὰ αὐτὰ αὐτῷ πράττειν διὰ τοῦ λόγου διδάσκων, οἱ τούτοις συντιθέμενοι, [2] οὐκ ἄδικοι. ἐὰν δέ τις τοὺς διαφόρους νόμους τῶν ἀνθρώπων προβάλληται, λέγων ὅτι παρ' οἷς μὲν ἀνθρώποις τάδε καλὰ, τὰ δὲ αἰσχρὰ νενόμισται, παρ' ἄλλοις δὲ τὰ παρ' ἐκείνοις αἰσχρὰ καλὰ, καὶ τὰ καλὰ αἰσχρὰ νομίζεται, ἀκουέτω καὶ τῶν εἰς τοῦτο λεγομένων. καὶ νόμους διατάξασθαι τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ ὁμοίους τοὺς πονηροὺς ἀγγέλους ἐπιστάμεθα, οἷς χαίρουσιν οἱ ὅμοιοι γενόμενοι ἄνθρωποι· καὶ ὀρθὸς [3] λόγος παρελθὼν, οὐ πάσας δόξας, οὐδὲ πάντα δόγματα καλὰ ἀποδείκνυσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν φαῦλα, τὰ δὲ ἀγαθά· ὥστε μοι καὶ πρὸς τοὺς τοιούτους τὰ αὐτὰ καὶ τὰ ὅμοια εἰρήσεται, καὶ λεχθήσεται διὰ πλειόνων ἐὰν χρεία ᾖ. τανῦν δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀνέρχομαι.

IX. Sed ne quis forte idem dicat, quod ii qui existimantur philosophi, strepitus inanes esse ac terricula, quæ de improborum in igne æterno cruciatibus dicimus, ac nostram eo spectare sententiam, ut virtutem homines metu conducti colant, non propter ipsius pulcritudinem, nec quia illis placet; paucis respondebo, nisi ita se res habeat, vel Deum non esse, vel, si sit, nullam hominum curam gerere, nec quidquam esse virtutem & vitium, ac inique a legum latoribus puniri, qui præclara instituta transgrediuntur. Sed quia iniqui non sunt, eorumque parens eadem quæ ipse facit, facere per Verbum præcipit; iniqui sunt, qui eis non obsequuntur. Si quis autem varias hominum leges objiciat, & apud alios quidem præclara quædam & quædam turpia censeri dicat; sed quæ apud istos turpia, apud alios præclara; & quæ præclara, turpia existimari: is audiat quid ea quoque de re dicamus. Cum leges ab improbis angelis accommodate ad eorum nequitiam institutas scimus, quibus similes eorum homines delectantur: tum vero recta Ratio adveniens, non omnes opiniones, nec decreta omnia præclara esse demonstrat, sed quædam mala, quædam bona. Quare ejusmodi hominibus eadem dicam & similia, & uberius, si opus erit, disseram. Nunc ad propositum redeo.

Μεγαλειότερα μὲν οὖν πάσης ἀνθρωπείου διδασκαλίας φαίνεται τὰ ἡμέτερα· [4] διὰ [a] τοῦτο λογικὸν τὸ ὅλον τὸν φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι, καὶ σῶμα, καὶ λόγον, καὶ ψυχήν. ὅσα γὰρ καλῶς ἀεὶ ἐφθέγξαντο καὶ εὗρον οἱ φιλοσοφήσαντες ἢ νομοθετήσαντες, κατὰ λόγου μέρος εὑρέσεως καὶ θεωρίας ἐστὶ πονηθέντα αὐτοῖς. ἐπειδὴ δὲ οὐ πάντα τὰ τοῦ λόγου ἐγνώρισαν, ὅς ἐστι Χριστὸς, καὶ ἐναντία ἑαυτοῖς πολλάκις εἶπον. καὶ [5] οἱ προγεγραμμένοι τοῦ Χριστοῦ [6] κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, λόγῳ πειραθέντες τὰ πράγματα θεωρῆσαι καὶ ἐλέγξαι, ὡς ἀσεβεῖς καὶ περίεργοι εἰς δικαστήρια ἤχθησαν. ὁ πάντων δὲ αὐτῶν εὐτονώτερος πρὸς τοῦτο γενόμενος Σωκράτης, τὰ αὐτὰ ἡμῖν ἐνεκλήθη. καὶ γὰρ ἔφασαν αὐτὸν [7] καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν, καὶ οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, μὴ ἡγεῖσθαι αὐτόν. [8] ὁ δὲ δαίμονας μὲν τοὺς φαύλους, καὶ τοὺς πράξαντας ἃ ἔφασαν οἱ ποιηταὶ, ἐκβαλὼν τῆς πολιτείας, καὶ Ὅμηρον καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς, παραιτεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδαξε· πρὸς Θεοῦ δὲ τοῦ [9] ἀγνώστου αὐτοῖς, διὰ λόγου ζητήσεως, ἐπίγνωσιν προὐτρέπετο εἰπών· τὸν δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν πάντων οὔθ' εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔθ' εὑρόντα εἰς

X. Liquet ergo res nostras esse omni humana doctrina sublimiores; quia quidquid ad Verbum pertinet, id exstitit Christus qui pro nobis apparuit, nempe corpus & Verbum & anima. Quæcumque enim præclare umquam dixere aut excogitavere philosophi aut legum latores, hæc invento & considerato aliqua ex parte Verbo elaborarunt. Sed quia non omnia quæ sunt Verbi, id est, Christi, cognoverunt, persæpe secum ipsis pugnantia dixerunt. Et qui Christo secundum humanam naturam antiquiores unamquamque rem ratione investigare aut refellere aggressi sunt, ii ut impii & curiosi in judicium abducti fuere. Quorum omnium longe firmissimus hac in re Socrates, in eadem ac nos crimina vocatus est. Nova enim dixerunt ab eo dæmonia induci, & quos civitas existimat deos, ab eo non existimari. Atque hic quidem cum & Homerum ac ceteros poetas ejiceret civitate, auctor erat hominibus, ut pravos dæmones a quibus ea perpetrata quæ poetæ scripserunt, aversarentur: Deum autem quem ignorabant, ut rationis investigatione cognoscerent, his eos verbis hortabatur: *Parentem & opificem universorum neque invenire facile, nec si invene-*

1. Ὁ αὐτῶν πατήρ.] Similia loquitur Philo lib. de Sacrif. Abel. pag. 153. *νομοθέτης γὰρ καὶ πηγὴ νόμων αὐτὸς, ὑφ' οὗ πάντες οἱ κατὰ μέρος νομοθέται. Est enim legislator & fons legum ipse, sub quo omnes particulares legislatores.* Et Tertullianus Apol. 41. *Dum tamen sciatis*, inquit, *ipsas leges quoque vestras, quæ videntur ad innocentiam pergere, de divina lege, ut antiquiore formam mutuatas.* Vid. Aug. 1. de lib. arbitr. n. 15.

2. Οὐκ ἄδικοι.] Legendum οἱ τούτοις οὐ συντιθέμενοι, ἄδικοι, aut quis sensus ex hac periodo erui possit, non video. Necesse non est cum Sylburgio legere τὰ αὐτὰ αὐτοῖς. Hæc enim est sententia: Cum legislatores alia facere præcipiant, ac ipse Deus legem nobis imposuerit; inde sequitur hominem libero arbitrio non carere, ac proinde iniquos esse qui legislatoribus non obsequuntur. Videtur autem Justinus locum Evangelii indicare, ubi jubet Christus ut imitemur Patrem cælestem, Luc. VI. 35. Matt. V. 45.

3. Λόγος παρελθών.] Hæc de Verbo incarnato, non de humana ratione accipi debere patet ex his quæ sequuntur, tum etiam ex Apol. 1. n. 5. & 10. Quare paullo post ait Justinus se eadem adversus ejusmodi homines dicturum, eadem nempe ac ea quæ Verbum docuerat.

4. Διὰ τοῦτο.] Legendum διὰ τὸ, & observandum vocem λογικὸν singulari sensu heic usurpari. Non enim significat id quod rationis est particeps, sed quidquid ad Verbum pertinet, seu totam Verbi personam & utramque naturam. Sic paullo ante n. 8. κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγου γνῶσιν, Hæc illustrari possunt ex his verbis S. Augustini serm. 214. num. 7. *Totus Filius Dei Verbum & homo, atque ut expressius dicam, Verbum anima & caro.*

5. Οἱ προγεγραμμένοι.] Legendum προγεγενημένοι, ut in Apol. 1. n. 45. THIRLBIUS.

6. Κατὰ τὸ ἀνθρώπινον.] Malim hæc referre ad Christi humanitatem, secundum quam antiquiores fuere philosophi, quam cum aliis interpretibus reddere, *pro captu humano.*

7. Καινὰ δαιμόνια.] Plato Apol. Socr. p. 24. Xenoph. ἀπομνημ. 1. p. 412. THIRLBIUS.

8. Ὁ δὲ δαίμονας —— καὶ τοὺς πράξ.] Delendum videtur illud καὶ ante τοὺς πράξαντας, vel legendum καὶ πράξαντας. Plato lib. X. de Rep. duo retinet poesis genera, *hymnos in deos, & bonorum ac illustrium virorum laudationes.*


9. Ἀγνώστου.] Ignotum Athenis Deum indicari putat Grabius.

a Διὰ τοῦτο] An διὰ τοῦ τό. PEARSON.

πάντως εἰπεῖν [1] ἀσφαλές. ἃ ὁ ἡμέτερος Χριστὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔπραξε. Σωκράτει μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐπιστεύθη, ὑπὲρ τούτου τοῦ δόγματος ἀποθνήσκειν· Χριστῷ δὲ, τῷ καὶ ὑπὸ Σωκράτους ἀπὸ μέρους γνωσθέντι, (λόγος γὰρ ἦν καὶ ἔστιν ὁ ἐν παντὶ ὢν, καὶ διὰ τῶν προφητῶν προειπὼν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ δι' ἑαυτοῦ ὁμοιοπαθοῦς γενομένου καὶ διδάξαντος ταῦτα) οὐ φιλόσοφοι οὐδὲ φιλολόγοι μόνον ἐπείσθησαν, ἀλλὰ καὶ χειροτέχναι, καὶ παντελῶς ἰδιῶται, καὶ δόξης καὶ φόβου καὶ θανάτου καταφρονήσαντες· ἐπειδὴ [2] δύναμίς ἐστι τοῦ ἀῤῥήτου πατρὸς, καὶ οὐχὶ ἀνθρωπείου λόγου τὰ σκεύη.

A *ris, apud omnes prædicare tutum est*. Hæc autem Christus noster sua ipsius potestate præstitit. Socrati enim nemo tantum habuit fidei, ut pro hac sententia mortem oppeteret: Christo autem quem Socrates aliqua ex parte cognovit (erat enim & est Verbum illud omnia pervadens, quod & per Prophetas futura prædixit, & per seipsum, cum natura nostra suscepta hæc doceret) Christo, inquam, non philosophi solum & litterati homines credidere, sed operarii etiam & omnino imperiti, qui & gloriam & metum & mortem contemserunt: quandoquidem hæc virtus inenarrabilis Patris efficit, non humanæ rationis instrumenta.

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
150.



Οὐκ ἂν δὲ οὐδὲ ἐφονευόμεθα, οὐδὲ δυνατώτεροι ἡμῶν ἦσαν οἵ τε ἄδικοι ἄνθρωποι καὶ δαίμονες, εἰ μὴ πάντως παντὶ γεννωμένῳ ἀνθρώπῳ καὶ θανεῖν ὠφείλετο· ὅθεν καὶ τὸ ὄφλημα ἀποδιδόντες, εὐχαριστοῦμεν. καίτοι γε καὶ τὸ Ξενοφώντειον ἐκεῖνο νῦν πρός τε Κρίσκεντα, καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ ἀφραίνοντας, καλὸν καὶ εὔκαιρον εἰπεῖν ἡγούμεθα. τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τρίοδόν τινα ἔφη ὁ Ξενοφῶν βαδίζοντα, εὑρεῖν τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν, ἐν γυναικῶν μορφαῖς φαινομένας· καὶ τὴν μὲν κακίαν, ἁβρᾷ ἐσθῆτι, καὶ [3] ἐρωτοπεποιημένῳ, καὶ ἀνθοῦντι ἐκ τῶν τοιούτων προσώπῳ, θελκτικὴν τε εὐθὺς [4] πρὸς τὰς ὄψεις οὖσαν, εἰπεῖν πρὸς τὸν Ἡρακλέα, ὅτι ἢν αὐτῇ ἕπηται, ἡδόμενόν τε καὶ κεκοσμημένον τῷ λαμπροτάτῳ καὶ ὁμοίῳ τῷ περὶ αὐτὴν κόσμῳ διαιτήσειν ἀεὶ ποιήσει· καὶ τὴν ἀρετὴν ἐν αὐχμηρῷ μὲν τῷ προσώπῳ καὶ τῇ περιβολῇ οὖσαν εἰπεῖν, ἀλλ' ἢν ἐμοὶ πείθῃ, οὐ κόσμῳ, οὐδὲ κάλλει τῷ ῥέοντι καὶ φθειρομένῳ ἑαυτὸν κοσμήσεις, ἀλλὰ τοῖς ἀϊδίοις καὶ καλοῖς κόσμοις. καὶ πάνθ' ὁντινοῦν πεπείσμεθα, φεύγοντα τὰ δοκοῦντα καλὰ, τὰ δὲ νομιζόμενα σκληρὰ καὶ [a] ἄλογα μετερχόμενον, εὐδαιμονίαν ἐκδέχεσθαι. [5] ἡ γὰρ κακία, πρόβλημα ἑαυτῆς τῶν πράξεων τὰ προσόντα τῇ ἀρετῇ καὶ ὄντως ὄντα καλὰ, [6] διὰ μιμήσεως φθαρτῶν περιβαλλομένη, (ἄφθαρτον γὰρ οὐδὲν ἔχει, οὐδὲ ποιῆσαι δύναται) δουλαγωγεῖ τοὺς χαμαιπετεῖς τῶν ἀνθρώπων, τὰ προσόντα αὐτῇ φαῦλα τῇ ἀρετῇ περιθεῖσα. [b] οἱ δὲ νενοηκότες [7] τὰ προσόντα τῷ ὄντι καλὰ, καὶ ἄφθαρτοι τῇ ἀρετῇ. [c] ὃ καὶ περὶ Χριστιανῶν, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν τοιαῦτα πραξάντων ὁποῖα ἔφθασαν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν, ὑπολαβεῖν δεῖ [8] πάντα οὖν ἔχει, ἐκ τοῦ καὶ φευκτοῦ καταφρονεῖν ἡμᾶς θανάτου, λογισμὸν ἕλκοντα.

B XI. Nec vero occideremur nec potentiores nobis essent iniqui homines & dæmones, nisi omnino cuilibet homini genito etiam mori constitutum esset. Hinc cum debitum persolvimus, gratias agimus. Nunc autem in Crescentem & eos qui eadem ac ille insaniunt, præclarum & opportunum esse arbitror Xenophontis illud proferre. Herculem enim scribit Xenophon in quodam trivio ambulantem incidisse in virtutem & vitiositatem, quæ ei specie muliebri visæ sunt; ac istam quidem molli & ad amores apto vestitu, & florescenti ex his ornamentis vultu, ac oculis ad demulcendum promtis, ita eum alloquutam: si se sequeretur, facturam ut splendidissimo cultu, qua- C lem gerebat ipsa, lætus & decorus perpetuo degeret. Virtutem autem squallenti vultu ac veste ita dixisse: *Si mihi obsequaris, non te caduco & perituro cultu ac decore exornabis, sed æternis & præclaris ornamentis*. Quisquis igitur ea fugit quæ videntur pulcra, ea autem persequitur quæ dura & a ratione aliena existimantur, hunc pro certo tenemus beatam vitam adepturum. Vitium enim, postquam actionibus suis, veluti quoddam integumentum, ea quæ insunt virtuti ac vere bona sunt, imitatione rerum incorruptibilium obtendit (nihil enim incorruptibile habere aut facere potest) in servitutem redigit homines humi affixos, mala sibi inhærentia virtuti affigens. Qui autem vera bona ac minime fucata internoscunt, D ii virtutis beneficio incorrupti. Quod quidem & de Christianis ac de athletis iisque qui res ejusmodi gessere, quales poetæ de celebratis hominum opinione diis scripsere, non insulsissimus quisque existimare debet, hoc ductus argumento, quod mortem, quæ videtur fugienda, contemnamus.

1. Ἀσφαλές.] Observat Thirlbius apud Platonem & alios scriptores, qui hoc testimonium citarunt, legi ἀδύνατον.

2. Δύναμις.] Subauditur ἡ ταῦτα πράττουσα. Vid. paullo ante.

3. Ἐρωτοπεποιημένῳ.] Habet Xenophon ἐσθῆτα δὲ ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα διαλάμποι, lib. 2. Memorab. cap. 21.

4. Πρὸς τὰς ὄψεις.] Apud Xenophontem ὄμματα ἀναπεπταμένα. Quare melius multo legeretur θελκτικὴν τε εὐθὺς τὰς ὄψεις οὖσαν.

5. Ἡ γὰρ κακία.] Similis sententia apud Joan. Damascenum orat. in Sabbatum S. p. 817. tribuitur ad marginem Greg. Nyss. & Naz. πέφυκε γάρ πως ἡ κακία τῷ τοῦ καλοῦ προσχήματι ἐγκαλύπτεσθαι. καὶ γὰρ τὰ οἰκεῖα αἴσχη τῇ ἀρετῇ ἐπιτρίβεται. Vide Prologum S. Irenæi n. 1.

6. Διὰ μιμήσεως φθαρτῶν.] Legendum ἀφθάρτων. Non enim corruptibilia, sed incorruptibilia imitando, vitiositas sub virtutis ornamentis delitescit.

7. Τὰ προσόντα τῷ ὄντι.] Nihil heic corrupti, sed vera & solida ornamenta, quæque vere exsistunt, umbris & falsis imaginibus opponuntur.


8. Πάντα οὖν ἔχει.] Hujus loci, qui interpretes mirum in modum torsit, vitium sanari potest, si una addita litterula legamus πάντα συνεχῆ. In codice Claromontano legitur πάντα λογισμὸν ἕλκοντα, ceteris in textu omissis, sed tamen ad marginem ab alia manu restitutis. Legit etiam Thirlbius συνεχῆ, & paullo ante cum Perionio ἔφασαν pro ἔφθασαν.

a Ἄλογα] Forte ἄκοσμα. Pearson.

b Οἱ δὲ νενοηκότες κ. τ. λ.] Proxime antea dixerat Justinus, pravos homines consectari τὰ δοκοῦντα καλὰ, virtutis cultores τὰ ὄντως ὄντα καλά. Nunc ita pergit: Οἱ δὲ νενοηκότες τὰ ὄντως ὄντα καλὰ, ἄφθαρτοι (subaudi εἰσὶ) τῇ ἀρετῇ: *Qui nihil aliud animo spectant quam vera bona, illi sunt per virtutem incorruptibiles & immortales*. Jam quia in proxime præcedenti linea exstat τὰ προσόντα, facile apparet errore oculi id verbi repetiisse librarium. Heumannus, in *Symb. Crit.* ad Justin. M. pag. 226.

c Ὃ καὶ περὶ Χριστιανῶν κ. τ. λ.] Nondum persanatus est totus hic locus; quem ego quidem sic refingendum existimo: Ὃ καὶ περὶ Χριστιανῶν, τῶν ἀπλουστάτων ἀνθρώπων, καὶ μὴ τοιαῦτα πραξάντων, ὁποῖα ἔφασαν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν, ὑπολαβεῖν δεῖ πάντα συνεχῆ, ἐκ τοῦ καὶ αὐτοὺς καταφρονεῖν θανάτου λογισμὸν ἕλκοντα: *Quod etiam de Christianis, hominum genere simplicissimo*, (hoc est, moribus prædito incorruptis) *nec ea facientibus quæ de commentitiis diis narrant poetæ, existimare* [illegible] *sapientes omnes, argumento inde ducto, quod et ipsi mortem contemnunt*. Quod pro τῶν τοιαῦτα πραξάντων rescripsi μὴ τοιαῦτα πραξάντων, id in caussa fuit quod & alibi locorum narrationes poetarum de flagitiis ac sceleribus deorum Justinus eodem instituto commemoravit: & quidem *Apol.* I. n. IV. XXI. & *Apol.* II. n. X. XII. & XIV. quo postremo loco etiam dicuntur οἱ τοιαῦτα πράξαντες θεοί. Heumannus ibid.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανούς, ὁρῶν δὲ [1] ἀφόβους πρὸς θάνατον καὶ πάντα τὰ ἄλλα νομιζόμενα φοβερὰ, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. τίς γὰρ φιλήδονος, ἢ ἀκρατὴς, καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰν ἀγαθὸν ἡγούμενος, δύναιτο ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως [2] τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ· ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν μὲν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν, καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειρᾶτο, οὐχ ὅτι γε ἑαυτὸν [3] κατήγγειλε φονευθησόμενον; ἤδη καὶ τοῦτο ἐνήργησαν οἱ φαῦλοι δαίμονες διά τινων πονηρῶν ἀνθρώπων πραχθῆναι. φονεύοντες γὰρ αὐτοί τινας ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς, καὶ εἰς βασάνους εἵλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων, ἢ παῖδας, ἢ γύναια, καὶ δι' αἰκισμῶν φοβερῶν ἐξαναγκάζουσι κατειπεῖν ταῦτα τὰ μυθολογούμενα, ἃ αὐτοὶ φανερῶς πράττουσιν· ὧν ἐπειδὴ οὐδὲν πρόσεστιν ἡμῖν, οὐ φροντίζομεν, Θεὸν τὸν ἀγέννητον καὶ ἄῤῥητον μάρτυρα ἔχοντες τῶν τε λογισμῶν καὶ τῶν πράξεων. τίνος γὰρ χάριν οὐχὶ καὶ ταῦτα δημοσίᾳ ὡμολογοῦμεν ἀγαθὰ, καὶ φιλοσοφίαν θείαν αὐτὰ ἀπεδείκνυμεν, φάσκοντες, Κρόνου μὲν μυστήρια τελεῖν ἐν τῷ ἀνδροφονεῖν, καὶ ἐν τῷ αἵματος ἐμπίπλασθαι, ὡς λέγεται, τὰ ἴσα [4] τῷ παρ' ὑμῖν τιμωμένῳ εἰδώλῳ, ᾧ οὐ μόνον ἀλόγων ζώων αἵματα προσραίνεται, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπεια, διὰ τοῦ παρ' ὑμῖν ἐπισημοτάτου καὶ εὐγενεστάτου ἀνδρὸς τὴν πρόχυσιν τοῦ τῶν φονευθέντων αἵματος [5] ποιούμενοι· Διὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν μιμηταὶ γενόμενοι ἐν τῷ ἀνδροβατεῖν καὶ γυναιξὶν ἀδεῶς μίγνυσθαι, Ἐπικούρου μὲν καὶ τὰ τῶν ποιητῶν συγγράμματα ἀπολογίαν φέροντες; ἐπειδὴ δὲ ταῦτα τὰ μαθήματα, καὶ τοὺς ταῦτα πράξαντας καὶ μιμουμένους φεύγειν πείθομεν, ὡς καὶ νῦν διὰ τῶνδε τῶν λόγων ἠγωνίσμεθα, ποικίλως πολεμούμεθα. ἀλλ' οὐ φροντίζομεν, ἐπεὶ Θεὸν τῶν πάντων ἐπόπτην δίκαιον οἴδαμεν. [6] εἰ δὲ καὶ νῦν τις ἦν, τραγικῇ φωνῇ ἀνεβόησεν ἐπί τι βῆμα ὑψηλὸν ἀναβὰς, αἰδέσθητε, αἰδέσθητε ἃ φανερῶς πράττετε εἰς ἀναιτίους ἀναφέροντες, καὶ τὰ προσόντα καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ὑμετέροις θεοῖς, περιβάλλοντες τούτοις, ὧν οὐδὲν οὐδ' ἐπὶ ποσὸν μετουσία ἐστί. μετάθεσθε, σωφρονίσθητε.

Καὶ γὰρ ἐγὼ μαθὼν περίβλημα πονηρὸν, εἰς ἀποστροφὴν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, περιτεθειμένον ὑπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων τοῖς Χριστιανῶν θείοις διδάγμασι, καὶ [7] ψευδολογούμενον ταῦτα, καὶ τοῦ περιβλήματος κατεγέλασα, καὶ τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξης, Χριστιανὸς εὑρεθῆναι καὶ εὐχόμενος καὶ παμμάχως ἀγωνιζόμενος ὁμολογῶ· οὐχ ὅτι ἀλλότριά ἐστι τὰ Πλάτωνος διδάγματα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔστι πάντη ὅμοια, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων, Στωϊκῶν τε, καὶ ποιητῶν, καὶ συγγραφέων· ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερματι-

XII. Nam & ipse ego, cum Platonis doctrina delectarer, ac de criminibus in Christianos conjectis audirem, eos autem ad mortem & ad alia omnia quæ videntur metuenda, impavidos cernerem; fieri non posse intelligebam, ut in nequitia & in voluptatum amore viverent. Quis enim libidinosus, & intemperans, ac humanæ carnis epulas in bonis numerans, mortem amplecti possit, ut bonis suis careat, ac non potius omnino in hac vita semper versari, & magistratus latere conetur, nedum seipsum deferat morte damnandum? Ac pravorum quidem dæmonum impulsu jam nefarii quidam homines hoc facinus edidere. Cum enim nonnullos occiderent ob afficta illa nobis crimina, rapuerunt etiam ad tormenta nostrorum servos, partim pueros, partim mulierculas, ac horrendis cruciatibus fabulosa illa facinora, quæ palam & aperte ipsi perpetrant, proferre coegerunt: quæ quidem quia a nobis aliena sunt, parum laboramus; cum ingenitum ac non enarrabilem Deum cogitationum & actionum testem habeamus. Quid enim caussæ est, cur non etiam publice profiteamur hæc recte fieri, ac divinam philosophiam esse demonstremus; Saturni mysteria a nobis peragi dicentes, cum hominem necamus: ac dum sanguine, ut vulgo dicunt, implemur, cæremoniam esse similem vestræ in illud simulacrum religioni, quod non pecudum solum, sed hominum etiam sanguine proluitis, hominum occisorum sanguinem clarissimo apud vos & nobilissimo viro libante: Jovis autem & aliorum imitatores esse, dum in puerorum stupris & promiscuo cum mulieribus concubitu volutamur; ex Epicuri etiam & poetarum scriptis patrocinium petentes? Sed quia & ab his institutis & ab ejusmodi facinorum auctoribus & imitatoribus refugiendum suademus, id quod etiamnum hac in oratione contendimus, propterea variis modis oppugnamur. At parvi pendimus, quia Deum justum esse omnium inspectorem scimus. Utinam autem nunc aliquis voce tragica e loco superiore clamaret: *Pudeat vos, pudeat, quæ palam facitis, ea in homines innocentes conferre, & quæ vobis ac diis vestris inhærent, istis affingere, quos ne minima quidem ex parte contingunt. Immutamini, resipiscite.*

XIII. Nam & ego cum nefarium integumentum a pravis dæmonibus, ad deterrendos alios homines, divinæ Christianorum doctrinæ injectum viderem; & ejusmodi mendaciorum auctores, & ipsum integumentum & popularem opinionem irrisi; meque profiteor laudi ducere, ac dimicatione omni contendere, ut Christianus reperiar: non quod aliena sint a Christo instituta Platonis, sed quod non omnino similia, ut nec etiam aliorum, Stoicorum videlicet, poetarum & historicorum. Ut quisque enim disseminatæ rationis divinæ partem aliquam sibi cognatam

1. Ἀφόβους.] Legitur καὶ ἀφόβους apud Eusebium qui hunc Justini locum inseruit libro quarto Hist. c. 8. Mox ἄλλα deest apud eumdem scriptorem, apud quem etiam legitur ἀνθρωπείων.

2. Τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ.] Euseb. τῶν ἑαυτοῦ στερηθείη ἐπιθυμιῶν. Mox idem ζῆν ἀεὶ & οὐχ ὅτι ἑαυτόν. H. Stephanus dum Justini verba ad grammaticas regulas revocat, legendum putat πειρῷτο & εἰδὼς φονευθησόμενον.

3. Κατήγγειλε.] Sylburgius posuit κατήγγελλε, quia eodem modo legitur apud Eusebium. Sed nihil vetat quominus aoristum retineamus. Paullo post legit Thirlbius εἵλκυσαν.

4. Τῷ παρ' ὑμῖν τιμωμένῳ εἰδώλῳ.] Sæpe alii scriptores hanc superstitionem ethnicis objecere; sed præcipue Tertullianus Justinum imitari videtur Apologet. c. 8. Vide de Spectac. c. 6. Citat eruditus Londinensis editor alios scriptores, qui idem dixere: Tatianum n. 26. Theophil. Antioch. l 3. n. 7. Minucium c. 21. Lactantium l. 1. c. 21. & 30. Athanas. contr. Gent. p. 24. Firmicum de prof. rel. p. 456. Epiphanium Anc. p. 108. Prudentium l. 1. adv. Symmach. v. 380. & seqq. Deinde in utramque partem disputat, ac primo quidem Patrum auctoritatem elevat, quia altum ea de re apud profanos scriptores silentium, excepto tamen Porphyrio lib. 2. de Abstin. p. 226. tum Patrum testimonia a mendacii & erroris suspicione vendicat.

5. Ποιούμενοι.] Ut accuratior sit oratio, legendum monet Thirlbius ποιουμένου, vel supra προσραίνοντα. Vid. Apol. 1. n. 61.


6. Εἰ δὲ καὶ νῦν τις ἦν.] Legendum videtur εἴθε καὶ νῦν τις ἄν. Paullo post mallet Sylburgius οἷς τούτων. Sed minime necessaria hæc immutatio. Non video cur pro τις legi posse conjiciat Thirlbius Σωκράτης vel Κράτης.

7. Ψευδολογούμενον.] Legendum ψευδολογουμένων, ut huic verborum complexioni lux affundatur. Mox etiam legendum καὶ Χριστιανός. Monet Thirlbius legere Joannem Clericum τὸν τοῦ Χριστοῦ; quod quidem non valde necessarium videtur.

κοῦ θείου λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν καλῶς ἐφθέγξατο· οἱ δὲ τἀναντία αὐτοῖς ἐν κυριωτέροις εἰρηκότες, οὐχ ἐπιστήμην τὴν [1] ἄποπτον, καὶ γνῶσιν τὴν ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχηκέναι. ὅσα οὖν παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται, ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ἐστί. τὸν γὰρ ἀπὸ ἀγεννήτου καὶ ἀῤῥήτου Θεοῦ λόγον [2] μετὰ τὸν Θεὸν προσκυνοῦμεν καὶ ἀγαπῶμεν, ἐπειδὴ καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γέγονεν, ὅπως καὶ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων συμμέτοχος γενόμενος, καὶ ἴασιν ποιήσηται. οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες, διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς, ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾷν τὰ ὄντα. [a] ἕτερον γάρ ἐστι σπέρμα τινὸς καὶ μίμημα κατὰ δύναμιν δοθὲν, καὶ ἕτερον αὐτὸ οὗ κατὰ χάριν τὴν ἀπ' ἐκείνου ἡ μετουσία καὶ μίμησις γίνεται.

A videbat, præclare loquutus eſt. Qui autem ſecum ipſi in rebus longe graviſſimis pugnarunt, ii nec ſcientiam ſublimiorem, nec cognitionem quæ refelli non poſſit, aſſequuti videntur. Quæcumque igitur apud alios omnes præclare dicta, ea noſtra ſunt Chriſtianorum. Natum enim ex ingenito & non enarrabili Deo Verbum ſecundum Deum adoramus & amamus; quandoquidem propter nos homo factum eſt, ut perpeſſionum noſtrarum particeps factum, medicinam illis faceret. Omnes enim ſcriptores per inſitum rationis ſemen potuere illi quidem verum videre, ſed ſubobſcure. Aliud enim eſt ſemen alicujus & imitatio pro viribus conceſſa; aliud ipſum illud, cujus communicatio & imitatio ſecundum ipſius gratiam
B conceditur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



Καὶ ὑμᾶς οὖν ἀξιοῦμεν ὑπογράψαντας τὸ ὑμῖν δοκοῦν, προθεῖναι τουτὶ τὸ βιβλίδιον, ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ ἡμέτερα γνωσθῇ, καὶ δύνωνται τῆς ψευδοδοξίας καὶ ἀγνοίας τῶν καλῶν ἀπαλλαγῆναι, οἳ [3] παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν ὑπεύθυνοι ταῖς τιμωρίαις γίνονται, εἰς τὸ γνωσθῆναι τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα. [4] διὸ ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων εἶναι [5] τὸ γνωριστὸν καλοῦ καὶ αἰσχροῦ· καὶ διὰ τὸ ἡμῶν, οὓς οὐκ ἐπίστανται, τοιαῦτα ὁποῖα λέγουσιν αἰσχρὰ καταψηφιζομένους, καὶ διὰ τὰ χαίρειν τοιαῦτα πράξασι θεοῖς καὶ ἔτι νῦν ἀπαιτοῦσι παρὰ ἀνθρώπων τὰ ὅμοια, ἐκ τοῦ καὶ ἡμῖν, ὡς τοιαῦτα πράττουσι, θάνατον ἢ δεσμὰ ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον [6] πρόστιμον, ἑαυτοὺς κατακρίνειν, ὡς μὴ δέεσθαι ἄλλων δικαστῶν.

XIV. Vos autem hac prece oramus, ut hunc libellum, ſcribentes quod vobis placet, promulgetis, ut ceteris noſtræ res innoteſcant, ac homines ad harum rerum cognitionem perveniant, & erroribus & optimarum rerum ignoratione levari poſſint: qui quidem ſe ſuppliciis culpa ſua obnoxios præbent, quia ineſt naturæ hominum facultas cognoſcendi honeſti atque turpis; tum etiam quia dum nos qui noti illis non ſumus, turpium illorum quæ dictitant, criminum nomine condemnant, & tamen diis gaudent qui ſimilia perpetrarunt & etiamum ab hominibus repoſcunt, ex eo quod nobis, quaſi ejuſmodi facino-
C rum rei ſimus, mortem aut vincula aut aliam ejuſmodi pœnam infligunt, ſententiam in ſeipſos dicunt, ita ut alii judices minime ſint requirendi.

Καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα. ἐὰν δὲ ὑμεῖς τοῦτο προγράψητε, ἡμεῖς τοῖς πᾶσι φανερὸν ποιήσαιμεν, ἵνα εἰ δύναιντο μεταθῶνται· τούτου γε μόνου χάριν τούσδε τοὺς λόγους συνετάξαμεν. οὐκ ἔστι δὲ ἡμῶν τὰ διδάγματα κατὰ κρίσιν σώφρονα αἰσχρὰ, ἀλλὰ πάσης μὲν φιλοσοφίας ἀνθρω-

XV. Contemſi etiam impiam illam apud meos Samaritanos & erroris plenam Simonis doctrinam. Quod ſi & veſtra ad hunc libellum accedat auctoritas, omnium illum oculis exponemus ut, ſi fieri poſſit, immutentur: quod quidem unice nobis hanc orationem ſcribentibus propoſitum fuit. Sunt autem inſtituta noſtra recte judicanti minime turpia,

1. Ἄποπτον.] Legitur apud Rob. Stephanum ἄπωπτον, ex quo poteſt confirmari conjectura Langi, qui legit ἄπτωτον. Vulgatam lectionem non carere commodo ſenſu exiſtimat Sylburgius, ſi nimirum ſcientiam ἄποπτον intelligamus ſcientiam non facile parabilem & a communi captu & intelligentia remotam. Grabius reddendum eodem ſenſu putat, *ſcientiam ſublimiorem*.

2. Μετὰ τὸν Θεόν.] Sæpe occurrit apud Juſtinum hæc loquendi ratio, ſed de Filii æqualitate nihil detrahit. Nam 1. Sic Filium ſecundo loco & Spiritum ſanctum tertio collocat Juſtinus, ut eos cum rebus creatis minime conjungat, ſed cum Patre, ut videre eſt n. 6. & 13. Apol. 1. Hinc etiam declarat magnum ineſſe huic doctrinæ myſterium, quod ethnicis incredibile & inſanum videbatur. 2. Apud ipſos ſcriptores profanos ſæpe locus ſecundus cum æqualitate conjungitur. Sic Themiſtius etſi primas veteri Romæ, ſecundas Conſtantinopoli defert pluribus locis, in primis orat. 3. pag. 42. æquale tamen imperium utrique attribuit. Sic enim loquitur de vetere Roma, orat. 23. p. 290. ἣ τῶν μὲν ἄλλων πόλεων βασιλεύει, τῇ δὲ ὑμετέρᾳ συμβασιλεύει. *Quæ ceteris quidem civitatibus imperat, ſed ſimul cum veſtra imperat*. 3. Cum æqualitas in perſonis divinis in unius ſubſtantiæ conſortio poſita ſit; generationem ex ſubſtantia Patris mirifice expoſitam videbimus in Dialogo n. 61. & 128. ſed interim obſervare juvat quam conſtanter hoc dogma ethnicis prædicet. Ait ſub finem Cohort. Chriſtum eſſe *Verbum Dei, virtute ab eo inſeparabile*. In Apol. 1. n. 46. & ſæpius in ſecunda, eſſe λόγον cujus omnes homines participes ſunt. Deum illum vocat, eique Dei naturam attribuit n. 12. Apol. 1. Solum proprie genitum, non creatum, ibid. n. 22. & 23. Refert ad eum præclariſſima Scripturæ teſtimonia, in quibus appellatur Nobiſcum Deus, n. 33. Dominus qui regnavit a ligno & firmavit orbem terræ, n. 41. Dominus ſedens a dextris Domini, n. 45. Dominus fortis & potens, n. 51. Vid. num. 63.

3. Παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν.] Hæc verba minus recte intellecta totum hunc locum tenebris impleverunt. Ipſe Clericus vertit, ut alii, *præter ſuam culpam*, Hiſt. Eccleſ. ad an. 162. atque hæc refert ad Chriſtianos ita vertendo: *Ut & ab aliis noſtra noſcantur, poſſintque falſa opinione liberari, & bonos viros noſſe* (Chriſtianos) *qui præter ſuam culpam pœnis obnoxii fiunt*. Reddendum putat Thirlbius, *veſtra ipſorum culpa*. Solus Perionius, *ſua culpa*. Pluribus exemplis probari poſſet illud παρὰ his in locis idem valere ac *per*. Irenæus in Prologo: ἵνα ἂν μὴ παρὰ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν συναρπάζωνταί τινες. Et lib. 5. cap. 39. num. 3. τὰ ἂν ἀποστάντα τοῦ πατρικοῦ φωτὸς, καὶ παραβάντα τὸν θεσμὸν τῆς ἐλευθερίας, παρὰ τὴν αὐτῶν ἀπέστησαν αἰτίαν, ἐλεύθερα καὶ αὐτεξούσια τὴν γνώμην γεγονότα.

4. Διὸ ἐν τῇ φύσει.] Legendum διὰ τὸ ἐν τῇ φύσει. Nimirum ſua ipſorum culpa ſuppliciis traduntur, quia ineſt naturæ humanæ vis cognoſcendi boni & mali. Illud εἰς τὸ γνωσθῆναι τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα eodem ſenſu paullo ante occurrit & ſatis incommode hoc loco poſitum videtur. Quare perſpicuitatis cauſa vel omittendum fuit in interpretando, vel, ut faciendum duxi, aptius collocandum.

5. Τὸ γνωριστόν.] Legendum γνωριστικὸν, ut jam multi obſervaverunt.

6. Πρόστιμον.] Si legamus προστιμᾶν obſcuro & difficili loco non parum lucis accedet. Sic etiam legendum cenſet eruditus Londinenſis editor.

a Ἕτερον γάρ ἐστι κ. τ. λ.] Velim expendantur hæc verba, ut confirmetur quidquid in Præfat. part. 2. cap. VII. n. 6. de Juſtini doctrina diſſerui. Hoc diſcrimen inter Gentiles & Chriſtianos ponit. Præſtantiſſimi quique Gentiles, ut Socrates & Heraclitus, veritatis particulam, illuſtrante illorum animos Verbo, cognoverunt & aliquo virtutis ſimulacro imitati ſunt. Atque id quidem illis a Deo pro viribus liberi arbitrii nondum ſanati, conceſſum fuit. At Chriſtiani Verbum incarnatum non ſolum cognoſcunt, ſed etiam illis communicatum fuit, inhabitando in eis per Spiritum ſanctum, ſuamque imaginem in illis imprimendo: quod quidem gratuitum omnino Dei donum eſt. MARANUS in *Addend.* pag. 604.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.

πείου ὑπέρτερα. εἰ δὲ μὴ, κἂν Σωταδείοις καὶ Φιλαινιδείοις καὶ ὀρχηστικοῖς καὶ Ἐπικουρείοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ποιητικοῖς διδάγμασιν οὐχ ὅμοια, οἷς ἐντυγχάνειν πᾶσι, καὶ [1] γενομένοις καὶ γεγραμμένοις, συγκεχώρηται. καὶ παυσόμεθα λοιπὸν ὅσον ἐφ' ἡμῖν ἦν πράξαντες, καὶ προσεπευξάμενοι τῆς ἀληθείας καταξιωθῆναι τοὺς πάντῃ πάντας ἀνθρώπους. εἴη οὖν καὶ ὑμᾶς ἀξίως εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ δίκαια ὑπὲρ ἑαυτῶν κρῖναι.


A sed humana omni philosophia sublimiora. Sin minus: certe Sotadeis, Philænideis, saltatoriis, & Epicureis, & aliis ejusmodi poeticis institutionibus absimilia; quæ tamen & in scenam producta spectare & scripta legere omnibus licet. Jam vero iis quæ in nobis sita erant, absolutis desinimus; illud etiam precantes, ut omnes ubique homines veritatis cognitione dignentur. Utinam & vos, ut pietatem & philosophiam decet, æquum vestra ipsorum causa judicium feratis.

1. Γενομένοις.] Recte observat clarissimus Thirlbius hanc vocem, cujus sensum non assequuti erant interpretes, de scena accipi debere.



FRAGMENTA II. APOLOGIÆ II. S. JUSTINI MARTYRIS

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



I.

Ex Parallelis S. JOANNIS DAMASCENI, *pag.* 600. & ANTONII Meliſſa, *lib.* I. *cap.* XIX.

Apud GRABIUM, Spicileg. *tom.* 2. *pag.* 173.

Δυσαναβίβαστος [1] ἡ ψυχὴ ἐπὶ ταῦτα, ἀφ' ὧν ὠλίσθησε καλῶν· δυσεκβίβαστός τε τούτων, ὧν συνειθίσθη κακῶν.

Difficile eſt animam ad bona quibus excidit, revocare; & a malis quibus aſſuevit, retrahere.

II.

Ex Parallelis S. JOANNIS DAMASCENI *pag.* 369.

Apud GRABIUM *ibidem*.

Ὥσπερ [2] πᾶσι τοῖς γενομένοις σώμασιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συνυπάρχει καὶ τὸ σκιὰν ἔχειν· οὕτως τῷ Θεῷ δικαίῳ ὄντι, τοῖς τὰ καλὰ ἑλομένοις, καὶ τοῖς τὰ κακὰ προτιμήσασιν, ἀκόλουθόν ἐστι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονεῖμαι.

Quemadmodum corporibus omnibus a Deo procreatis hoc inſitum eſt, ut umbram habeant: ſic Deum quoque, qui juſtus eſt, tum iis qui bona elegerint, tum iis qui vitium amplexari maluerint, pro cujuſque merito præmia pœnaſque tribuere conſentaneum eſt.

1. Δυσαναβ.] Hoc fragmentum in Latina Damaſceni editione & Græca Antonii, ut Juſtini Martyris dictum citatur, non appoſito libro ex quo depromtum ſit. Et nuſquam quidem in editis Juſtini ſcriptis id inveni: inveni autem locum, quo eſt referendum. Occurrit namque in principio Apologiæ II. lacuna, ante quam præciſe hæc leguntur verba: *διὰ τὸ δυσμετάθετον καὶ φιλήδονον, καὶ δυσκίνητον πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῆσαι: propter animorum pertinaciam & voluptatis ſtudium, & quod ad honeſtatem conſectandam difficulter moveri queant*. Cum quibus ſupra recitata verba ita apte & neceſſario cohærent, ut de proprio eorum loco nullus dubitandi locus relictus videatur. GRABIUS. — Exiſtimavit Grabius hoc fragmento expleri poſſe quæ initio Apologiæ II. S. Juſtini deeſſe opinabatur. Sed quiſquis locum Apologiæ conſiderabit attentius, facile animadvertet hoc fragmento currentem ſententiam impediri, non hiulcam expleri. MARANUS.

2. Ὥσπερ κ. τ. λ.] In Latino Damaſceni nudum Juſtini nomen eſt appoſitum; in Græco Codice autem ita citatur: *τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος ἐκ τῆς α'. ἀπολογίας αὐτοῦ*. Cum autem in neutra Apologiarum verba iſta reperirim, ea in vacuum de quo modo dixi, locum, præter quem nullæ ibi lacunæ dantur, reponenda eſſe conjicio: hancque conjecturam confirmat, quod in ultima quæ hanc lacunam præcedit, periodo mentio fiat divinæ Juſtitiæ, malis pœnam, bonis præmium decernentis. Ait enim Chriſtianos perſuaſos eſſe, *τοὺς ἀδίκους καὶ ἀκολάστους ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κολασθήσεσθαι· τοὺς δὲ ἐναρέτους καὶ ὁμοίως Χριστῷ βιώσαντας, ἐν ἀπαθείᾳ συγγενέσθαι τῷ Θεῷ. Injuſtos & incontinentes in igne æterno excruciatum iri: qui vero in virtute & ad exemplum Chriſti vitam duxerint, extra omnem dolorem cum Deo futuros eſſe*. Quam Dei juſtitiam apta ſimilitudine inde illuſtravit Juſtinus. Ceterum hujus Apologiam poſteriorem dum ſub titulo prioris citavit Damaſcenus, jam ejus ætate iſtam ordinis permutationem quæ in noſtris editionibus ab eruditis animadverſa eſt, obtinuiſſe colligo. GRABIUS. — Similes ſententiæ occurrunt ſæpe apud Juſtinum, ubi de libero arbitrio loquitur: at nullibi legitur totidem verbis hoc fragmentum. Initium Apologiæ II. in quo Juſtinus magno animi ardore fertur, retardaretur & impediretur, ſi eo infererentur, ut placuit erudito Grabio, hujus fragmenti verba. MARANUS.



INDEX CAPITUM
APOLOGIÆ II.
S. JUSTINI MARTYRIS.



ECCLESIÆ SMYRNENSIS
DE MARTYRIO
S. POLYCARPI
EPISTOLA CIRCULARIS.



ACCESSERUNT

ACTA MARTYRII

S. JUSTINI PHILOSOPHI,

ET

SOCIORUM EJUS.

VETERUM TESTIMONIA DE S. POLYCARPI MARTYRIO ET EPISTOLA SMYRNÆORUM.

I.

IRENÆUS adverſus Hæreſes , *lib.* III. *cap.* III.

RUFINUS *Euſebii Interpres.*

Diu etenim permanſit in vita, & longæva ætate perdurans , nobilis vivendo , ſed & moriendo nobilior exſtitit; quippe qui vitam martyrio conſummavit.

Apud EUSEB. Hiſt. Eccleſ. *lib.* IV. *cap.* XIV.

Ἐπὶ πολὺ γὰρ παρέμεινε · καὶ πάνυ γηραλέος , ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας , ἐξῆλθε τοῦ βίου . Vid. Niceph. lib. III. cap. XXX.

Vetus Irenæi Interpres .

Multum enim perſeveravit: & valde ſenex glorioſiſſime & nobiliſſime martyrium faciens, exivit de hac vita.

Lege AGOBARDUM de Judaicis ſuperſtitionibus *cap.* IX. De Imaginibus *cap.* XVIII. & RABANUM *vel alium* contra Judæos *cap.* V.

II.

EUSEBIUS Hiſt. Eccleſ. *lib.* IV. *cap.* XV.

Ex verſione RUFINI.

Quo in tempore *Polycarpus*, maximis perſecutionibus Aſiam quatientibus , vitam martyrio finivit . De quo plane neceſſarium duximus memoriæ tradere ; maxime quum ſcripta exſtet Epiſtola ex perſona Eccleſiæ Smyrnæorum ad Ponti Eccleſias data, quæ de martyrii ejus beato fine deſignat : cujus exemplum infra ſcriptum eſt .

Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Πολύκαρπος , μεγίστων τὴν Ἀσίαν ἀναθορυβησάντων διωγμῶν , μαρτυρίῳ τελειοῦται . ἀναγκαιότατον δὲ αὐτοῦ τὸ τέλος ἐγγράφως ἔτι φερόμενον , ἡγοῦμαι δεῖν μνήμῃ τῆς ἱστορίας τῆσδε καταθέσθαι . Ἔστι δὲ ἡ γραφὴ ἐκ προσώπου ἧς αὐτὸς ἐκκλησίας ἡγεῖτο , ταῖς κατὰ Πόντον παροικίαις τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἀποσημαίνουσα διὰ τούτων. Vid. Niceph. lib. III. cap. XXXIV.

Verſ. VALESII.

Qua tempeſtate,quum graviſſimi perſecutionum motus Aſiam concuſſiſſent, *Polycarpus* vitam martyrio terminavit. Cujus exitum, prout litterarum monumentis proditus hodieque circumfertur, huic hiſtoriæ neceſſario inſerendum putavi. Eſt autem Epiſtola, Eccleſiæ illius quam *Polycarpus* regebat nomine , ad Eccleſias Ponti ſcripta , quæcumque *Polycarpo* acciderant exponens his verbis.

IBIDEM , *poſtquam* EUSEBIUS *multa protulit ex ea Epiſtola , concludit his verbis , quæ a* RUFINO *ſunt præterita : interprete* COTELERIO .

Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν θαυμάσιον καὶ ἀποστολικὸν Πολύκαρπον, τοιούτου κατηξίωτο τέλους, τῶν κατὰ τὴν Σμυρναίων ἐκκλησίαν ἀδελφῶν, τὴν ἱστορίαν ἐν ᾗ δεδηλώκαμεν αὐτῶν ἐπιστολῇ καταπεθειμένων. Vid. Niceph. III. 35.

Quæ ergo circa admirandum illum & Apoſtolicum *Polycarpum* geſta ſunt , hunc exitum habuerunt ; uti Eccleſiæ Smyrnenſis fratres in prædicta ſua Epiſtola retulerunt.

Ex EUSEBII *Chronicis.*

Πολύκαρπος ὁ ἱερώτατος Σμύρνης ἐπίσκοπος τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ ἐτελειώθη , διωγμοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν γεγονότος .

In Hiſtoriarum Collectione pag. 391. Πολύκαρπος , μεγίστων τὴν Ἀσίαν ἀναθορυβησάντων διωγμῶν , μαρτυρίῳ τελειοῦται · καὶ ὁ Πιόνιος, τῶν τότε περιβόητος μάρτυς. ὧν τὸ τέλος ἔτι ἐγγράφως φέρεται .

HIERONYMUS : Perſecutione orta in Aſia , Polycarpus & Pionius fecere martyrium : quorum ſcriptæ quoque Paſſiones feruntur . *Vide ceteros Chronographos .*

III.

HIERONYMUS *lib.* de Viris illuſtr. *cap.* XVII. cum Vetere INTERPRETE GRÆCO.

Poſtea vero, regnante M. Antonino & L. Aurelio Commodo , quarta poſt Neronem perſecutione, Smyrnæ , ſedente Proconſule , & univerſo populo in amphitheatro adverſus eum perſonante, igni traditus eſt .

Μετὰ ταῦτα, βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου καὶ Λουκίου Αὐρηλίου Κομόδου, τετάρτου μετὰ Νέρωνα διωγμοῦ κινηθέντος, ἐν Σμύρνῃ, θεωροῦντος τοῦ ἀνθυπάτου, καὶ παντὸς τοῦ δήμου ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ κατ᾽ αὐτοῦ βοῶντος, πυρὶ παρεδόθη.

FRECULFUS *tom.* II. *lib.* II. *cap.* XV. ADO *in* Martyrologio, *& in lib.* de Festivitatibus, *ad* VII. *Kal. Feb.* HAYMO, *Hist.* IV. 20.

IV.

GILDAS, *cognomine* SAPIENS, *in* Castigatione Cleri Britanniæ. *Ex edit. Bibliotb. PP. Paris. tom.* V. *pag.* 410. C

Quis ex vobis, ut Smyrnensis Ecclesiæ pastor egregius *Polycarpus*, Christi testis, qui mensam humane hospitibus ad ignem eum avide trahentibus apposuit; & objectus flammis pro Christi caritate dixit: *Qui dedit mibi ignis ferre supplicium, dabit ut sine clavorum confixione flammas immobiliter perferam.* Verba RUFINI in *Hist.*

V.

Auctor CHRONICI PASCHALIS *pag.* 257. *edit. Paris.* 1688.

σλέ. Ὀλυμπ. δ'. Ἰνδ. α'. Ὑπ. Αἰλιανοῦ καὶ Πάστωρος. Ἔτους ρλγ'. τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου, μεγίστων τὴν Ἀσίαν ἀναθορυβησάντων διωγμῶν, πολλοὶ ἐμαρτύρησαν· ἐν οἷς Πολύκαρπος Σμύρνης ἐπίσκοπος, καὶ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθητὴς, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κατασταθεὶς ἐπίσκοπος, συλληφθεὶς ἐπὶ ἀνθυπάτου Τατίου Κοδράτου, ὑπὸ Ἡρώδου Εἰρηνάρχου, υἱοῦ ὄντος Νικήτου, καὶ πολλὰ ὑπομείνας διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, τῇ πρὸ ζ'. καλανδῶν Ἀπριλλίων, τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ, ὥρᾳ η'. τοῦ κεντυρίωνος τὴν τῶν ἐπισυναχθέντων Ἰουδαίων καὶ ἐθνικῶν φιλονεικίαν θεασαμένου, τεθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἐν μέσῳ, ἐκάη ζῶν, ὢν ἐτῶν πϛ'. οὕτω γὰρ καὶ ἀπεκαλύφθη αὐτῷ, πλιοῦσθαι αὐτὸν ζῶντα καιόμενον. Περὶ δὲ τῶν ἐτῶν αὐτοῦ εἶπε τῷ ἀνθυπάτῳ εἰπόντι αὐτῷ, Βλασφήμησον τὸν Χριστόν· ὁ δὲ εἶπεν· πϛ'. ἔτη δουλεύω τῷ Χριστῷ, ὃς οὐδέν με ἠδίκησε· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν σώσαντά με βασιλέα; Τούτῳ δὲ καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐδόθη, ἐν τῷ σταδίῳ Σμυρναίων εἰσιόντι· Ἴσχυε, Πολύκαρπε, ἀνδρίζου. Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα οὐδεὶς τῶν ἄλλων ἴδε· τὴν δὲ φωνὴν πολλοὶ καὶ τῶν ἡμετέρων ἤκουσαν. Σὺν τῷ ἁγίῳ δὲ Πολυκάρπῳ καὶ ἄλλοι θ'. ἀπὸ Φιλαδελφίας μαρτυροῦσιν ἐν Σμύρνῃ· καὶ ἐν Περγάμῳ δὲ ἕτεροι, ἐν οἷς ἦν καὶ Παπίας, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, ὧν καὶ ἔγγραφα φέρονται τὰ μαρτύρια.

Olymp. CCXXXV. IV. Ind. I. Æliano & Pastore Coss. Anno CXXXIII. post Domini in cælos assumtionem, maximis Asiam turbantibus persecutionibus, multi martyrio finierunt: in quibus exstitit *Polycarpus* Smyrnæ Episcopus, Apostoli Joannis discipulus, & ab eo constitutus Episcopus: qui comprehensus sub Tatio Quadrato Proconsule & Herode Irenarcha Nicetæ filio, multaque passus propter fidem in Christum, ex a. d. VII. Kal. Apriles, magno Sabbato, hora VIII. coactorum Judæorum & Gentilium pertinaciam spectante Centurione, in medio ab iis constitutus, vivus exustus est, annum agens LXXXVI. quum illi revelatum fuisset fore ut vivus igne absumeretur. De annis vero illius Proconsuli sibi dicenti, *Maledic Christo*, respondit: *Sextum supra octogesimum annum Christo servio, nec umquam is ulla me injuria affecit. Quomodo ergo maledicere queam Regi, cui salutem meam debeo?* Eunti porro ad Smyrnense stadium, vox de cælo edita est in hæcce verba: *Firma animum, Polycarpe, & viriliter age.* Et qui hæc dixerit nemo alius vidit: vocem autem multi e nostris audierunt. Cum sancto autem *Polycarpo* alii novem ex Philadelphia Smyrnæ martyrium subiere: Pergami vero alii, in quibus fuit Papias, aliique multi, quorum martyria scriptis commendata exstant.

VI.

VETUS MARTYROLOGIUM *a* Rosvveydo *publicatum*; *ad* 26. *Januarii.*

Sancti *Polycarpi*, discipuli sancti Joannis Apostoli, apud Smyrnam passi. *Consulenda sunt alia* Martyrologia, *atque etiam* Menæa Græcorum.

VII.

GREGORIUS TURONENSIS, *lib.* I. de Gloria Martyrum, *cap.* LXXXVI. *Ex edit. Paris.* 1699. *pag.* 818.

Dies Passionis erat *Polycarpi* Martyris magni; & in Ricomagensi vico civitatis Arvernæ ejus sollennia celebrabantur. Lecta igitur *Passione*, cum reliquis Lectionibus quas Canon sacerdotalis invexit, tempus ad sacrificium offerendum advenit, &c.

IDEM *lib.* I. Hist. Francor. *cap.* XXVI. *Ibid. pag.* 22.

In Asia orta persecutione, beatissimus POLYCARPUS, Joannis Apostoli & Evangelistæ discipulus, octogesimo ætatis suæ anno, velut holocaustum purissimum, per ignem Domino consecratur: sed & in Galliis multi pro Christi nomine sunt per martyrium gemmis cælestibus coronati: quorum passionum historiæ apud nos fideliter usque hodie retinentur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 147.

ΤΗΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΠΕΡΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΕΓΚΥΚΛΙΟΣ.

ECCLESIÆ SMYRNENSIS DE MARTYRIO S. POLYCARPI EPISTOLA CIRCULARIS.

VETUS INTERPRES.

A *Ecclesia Dei, quæ est apud Smyrnam, Ecclesiis Dei salutem, Philomeliæ & universis quæ in locis sunt catholicis, civitatibus, misericordia & pax & amor Dei Patris ac Domini nostri Jesu Christi cum omnibus abundet in sæculo.*

A Ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλαδελφίᾳ, καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις, ἔλεος, εἰρήνη, καὶ ἀγάπη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

VERSIO J. B. COTELERII.

Ecclesia Dei quæ habitat Smyrnam, Ecclesiæ Dei quæ apud Philadelphiam diversatur, & omnibus ubique terrarum sanctæ & catholicæ Ecclesiæ paræciis, misericordia, pax & caritas a Deo Patre & Domino nostro Jesu Christo multipliciter.

CAPUT I.

SCripsimus vobis, fratres, de MARTYRIBUS & de beato POLYCARPO, qui [2] velut signaculum fidei persecutionem sedavit inimici. Omnia enim quæ transacta sunt, Domino auctore prædicta sunt, secundum Evangelium: in quo quid sequi deberemus ostendit. In quo se & tradi passus est & [4] crucifigi, per quem nos liberaremur, [5] affixi. Æmulos nos ergo sibi esse voluit; ac primus, virtute cælesti, injustorum justus obtemperavit [6] imperio: dans scilicet secuturis viam, ut pius Dominus exemplum famulis se præbendo, ne onerosus præceptor a quoquam putaretur. Pertulit ante illa, quæ aliis perferenda mandavit: quo omnes ita formavit & docuit, ut non solum nos ipsos, sed etiam per nos fratres singulos salvaremus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

ΕΓράψαμεν ὑμῖν, ἀδελφοί, [1] τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας, καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὅς τις ὥσπερ ἐπισφραγίσας [3] τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέπαυσε τὸν διωγμόν. Σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ Κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον μαρτύριον. περιέμενεν γὰρ ἵνα παραδοθῇ, ὡς καὶ ὁ Κύριος, ἵνα μιμηταὶ καὶ ἡμεῖς αὐτοῦ γενώμεθα· μὴ μόνον σκοποῦντες τὸ καθ' ἑαυτούς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ [7] τοῦ πέλας· ἀγάπης γὰρ ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἐστὶν, μὴ μόνον ἑαυτὸν θέλειν σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς.

CAPUT I.

SCripsimus vobis, fratres, de MARTYRIBUS; & de beato POLYCARPO, qui velut signaculo posito, martyrio suo persecutioni finem imposuit. Fere namque cuncta quæ præcesserunt, ideo gesta sunt, ut nobis Dominus desuper ostenderet evangelicum martyrium. Exspectavit enim, dum traderetur; sicut & Dominus, ut nos etiam ipsius essemus imitatores: non solum nostra considerantes, sed & ea quæ ad proximos pertinent. Caritatis quippe veræ ac solidæ est, non modo seipsum velle salvari, sed etiam omnes fratres.

CAPUT II.

BEatæ enim passiones cælestia tolerantibus regna parturiunt: & post contemta hæc omnia, opes, honores, parentes, coronæ consummatio plena martyrium est. Quid enim dignum tam pio Domino famulorum reddat obsequium; si majora constat pro servis Dominum, quam servos pertulisse pro Domi-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

ΜΑκαρία μὲν οὖν καὶ γενναῖα τὰ μαρτύρια πάντα τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γεγονότα. καὶ γὰρ εὐλαβεστέρους ἡμᾶς ὑπάρχοντας, τῷ Θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν [8] ἀνατεθῆναι. τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν, καὶ ὑπομονητικὸν, καὶ φιλοδέσποτον, τίς οὐκ ἂν θαυ-

CAPUT II.

BEata quidem & generosa fuerunt cuncta martyria, utpote quæ juxta voluntatem Dei facta fuerint. Nos enim qui religiosi sumus, oportet Deo rerum omnium potestatem committere. Nam eorum strenuitatem ac tolerantiam, & erga Dominum caritatem quis non

1. Deest καὶ in MS. sed exstat in codice Viennensi.
2. *Per* Colb.
3. Euseb. διὰ τῆς μαρτυρίας.
4. *Cruci*, simpliciter.
5. L. *affigi*.
6. *Arbitrio* Colb.
7. Τοὺς Uss.
8. Ἀναπιθέναι vel ἀνατιθέναι Cot.

SÆC. II. CIRCA ANN. CHR. 147.

VETUS INTERPRES.

no? Unde oportet doctiores nos redditos omnia cum timore narrare, & singulorum militum Christi fidelia devotionum tropæa, ut gesta constat, exponere quo amore circa Deum fuerint, qua patientia cuncta pertulerint. Quis enim non tanta admiratione teneatur; dulcia fuisse singulis dirorum verbera flagellorum, craticulas, eculeos, flammas, ferientis [2] amabile gaudium, & initia crepitantia tormenta flammarum? quum fluente utriusque lateris cruore, patefactis vitalibus omnia apparerent interna membrorum: ut ipsa etiam corona popularis viso fleret tantæ crudelitatis horrore, nec sine lacrimis posset aspicere quod fieri [3] ipse voluisset. Nullus tamen erat patientium martyrum gemitus, aut ejulatio aliqua vi doloris [4] exorta: [5] ut libenter suscipiebantur singula, ita fortiter tolerabantur accepta. Præsens enim Dominus,[6] susceptam fidelium oblationem servorum respiciens non solum æternam vitam & illa quæ solet devotis [7] præstare, sed etiam doloris illius violentiam temperabat: scilicet ne potentiam cruciatus corporis frangerent animi. Loquebatur enim cum illis Dominus, & [8] exspectator ac roborator animorum; & præsentia [9] medebatur mala, & coronæ illis cælestia, si perdurassent, promittebat imperia. Inde jud.cis ille contemtus; inde gloriosa patientia. Exui enim hac luce cupiebant; ut ad illa clara atque æterna salutis habitacula, Domino jubente, transirent. Præponebant vera falsis, terrenis sempiterna: morituris enim parabatur unius horæ exitio gaudium nulla vetustate periturum.

μάσειεν; οἳ μάστιξι μὲν καταξανθέντες, ὥστε μέχρι τῶν ἔσω φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι, ὑπέμειναν· ὡς καὶ τοὺς περιεστῶτας ἐλεεῖν καὶ ὀδύρεσθαι. [1] Τοῦ δὲ καὶ εἰς τοσοῦτον γενναιότητος ἐλθεῖν, ὥστε μήτε βρύξαι μήτε στενάξαι τινὰ ἑαυτῶν· ἐπιδεικνυμένους ἅπασιν ἡμῖν, ὅτι ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι τῆς σαρκὸς ἀπεδήμουν οἱ μάρτυρες Χριστοῦ· μᾶλλον δὲ ὅτι παρεστὼς ὁ Κύριος ὡμίλει αὐτοῖς· καὶ προσέχοντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, τῶν κοσμικῶν κατεφρόνουν βασάνων, διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κόλασιν ἐξαγοραζόμενοι, καὶ τὸ πῦρ ἦν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τῶν ἀπηνῶν βασανιστῶν. Πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σβεννύμενον; καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρούμενα τοῖς ὑπομείνασιν ἀγαθά, ἃ οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ὀφθαλμὸς ἴδεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο ὑπὸ τοῦ Κυρίου· οἵπερ μηκέτι ἄνθρωποι, ἀλλ' ἤδη ἄγγελοι ἦσαν. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὰ θηρία κριθέντες [10] χρόνον δεινὰς κολάσεις, κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι, καὶ ἄλλαις ποικίλαις βασάνοις κολαφιζόμενοι, ἵνα, εἰ δυνηθείη, ὁ τύραννος διὰ τῆς ἐπιμόνου κολάσεως εἰς ἄρνησιν αὐτοὺς τρέψῃ.

VERSIO J. B. COTELERII.

admiretur? qui flagris quidem adeo lacerati, ut ad intimas usque venas ac arterias, corporis compago spectaretur; tamen sustinuerunt: ita ut etiam qui aderant, miserarentur ac plangerent: ipsi vero eo fortitudinis venerant, ut nemo illorum vel strideret vel ingemisceret; omnibus nobis ostendentes, Martyres Christi, se tunc dum torquerentur, a carne peregrinatos fuisse; aut potius Dominum ipsis adstitisse & cum ipsis esse versatum. Atque ad Christi gratiam attendentes, mundana tormenta spernebant; unius horæ spatio se ab æterna pœna redimentes. Frigidus ipsis videbatur immanium carnificum ignis. Ob oculos quippe habebant, illum effugere qui æternus est, numquamque exstinguitur: ac oculis cordis respiciebant ad ea bona quæ tolerantibus reservantur; [a] *quæ nec auris audivit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascenderunt*; ipsis autem a Domino monstrabantur, utpote qui non homines amplius, sed jam Angeli essent. Simili etiam modo qui ad bestias erant condemnati, graves cruciatus diu pertulerunt, super murices prostrati, variisque aliis tormentis excruciati; ut, si fieri posset, tyrannus assiduitate suppliciorum eos ad negationem adduceret.

CAPUT III.

Diabolus tamen multa machinatus est. Sed gratia Domino nostro Jesu Christo: qui contra omnes fidus servorum suorum defensor adsistit. Nam fortissimus GERMANICUS, & omni Deo mente devotus incredulorum animos potentia suæ virtutis exstinxit. Hic feris traditus, quum Proconsulis in se miserationem cerneret, & ab eo persuaderetur, ut saltem vel ætatem suam cogitaret, si alia forte in se contemneret omnia; dolentem in se inimicum aspernatus est, & dedignatus est veniam, quam suaderet injustus. Quare ipse ad se feram bestiam vocabat: festinans mature mundi hujus labe exui, vel iniquitate privari. His visis vulgus universum, stupore confectum, Christianorum animum mirabatur intentius; & clamatum est: Torqueantur [13] innocentes: quæratur Polycarpus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Πολλὰ γὰρ ἐμηχανᾶτο κατ' αὐτῶν ὁ διάβολος, ἀλλὰ χάρις τῷ Θεῷ· κατὰ πάντων γὰρ οὐκ ἴσχυσεν. Ὁ γὰρ γενναιότατος Γερμανικὸς [11] ἐπεῤῥώννυεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς· ὃς καὶ ἐπισήμως ἐθηριομάχησεν. Βουλομένου γὰρ τοῦ ἀνθυπάτου πείθειν αὐτὸν, καὶ [12] λέγειν τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ κατοικτεῖραι, ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο τὸ θηρίον, προσβιασάμενος, τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος. Ἐκ τούτου οὖν πᾶν τὸ πλῆθος, θαυμάσαν τὴν γενναιότητα τοῦ θεοφιλοῦς καὶ θεοσεβοῦς γένους τῶν Χριστιανῶν, ἐπεβόησεν· Αἶρε τοὺς ἀθέους, ζητείσθω Πολύκαρπος.

CAPUT III.

Multa siquidem adversus illos machinatus est diabolus. Sed gratia Deo: nam contra omnes non prævaluit. Fortissimus enim GERMANICUS eorum timiditatem tolerantia sua corroboravit: qui quidem splendide pugnavit adversus bestias. Nam cum Proconsul flectere eum vellet, diceretque ut suam ipse ætatem miseraretur; ille bestiam ultro ad se attraxit, eique vim intulit, cupiens velocius ex injusta & iniqua eorum hominum vita effugere. Exinde igitur universa multitudo, admirata fortitudinem pii ac religiosi generis Christianorum, exclamavit: Tolle impios: Polycarpus requiratur.

a I. Cor. II. 9.

1. Τοὺς Uss.
2. Amabilem gladium.
3. *Ipsa* Colb.
4. *Extorta* Colb.
5. *Sed ut* Colb.
6. Suscepta oblatione.
7. Usser. *præstitit*.
8. Spectator.
9. *Moderabatur* Colb.
10. Junius substituit ἔπαθον.
11. Hæc non intellexit, vel potius pervertit V. Interpres.
12. Junius λέγοντος.
13. Usser. *nocentes*.

CAPUT IV.

TUnc unus, [1] incognitus nomine, Phrygius, superveniens forte de patria, pronus ad patiendum, voluntate festinans, cruento judici se securus objecit. Sed voluntatem vicit infirmitas. Missis namque ad se feris, his aspectis timore perculsus, cœpit velle quod noluisset; & conversa ad diabolum voluntate, probare illud ad quod venerat destruendum. Hunc itaque Proconsul multis pellectionibus sacrificare persuasit. Ideo non eos, fratres, laudare debemus qui se ultro offerunt, sed eos qui inventi latentes in passione potius perseverant. Sic nos namque evangelicus sermo confirmat, & hoc hortatur exemplo, quo cessisse videmus ultroneum, & vicisse compulsum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δʹ.

ΕἿς δὲ ὀνόματι Κόϊντος Φρὺξ, προσφάτως ἐλελυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ἰδὼν τὰ θηρία ἐδειλίασεν. Οὗτος δὲ ἦν ὁ παραβιασάμενος ἑαυτόν τε καὶ τινας προσελθεῖν ἑκόντας. Τοῦτον ὁ ἀνθύπατος πολλὰ ἐκλιπαρήσας, ἔπεισεν ὀμόσαι καὶ ἐπιθῦσαι. Διὰ τοῦτο οὖν, ἀδελφοὶ, οὐκ B ἐπαινοῦμεν τοὺς προσιόντας ἑαυτοῖς. Ἐπειδὴ οὐχ οὕτως διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον.

CAPUT IV.

QUidam vero, nomine Quintus, natione Phryx, qui nuper ex Phrygia advenerat, cum vidisset bestias, timore perculsus est. Hic porro erat qui seipsum & alios quosdam impulerat, ut ultro accederent. Huic Proconsul multis obsecrationibus persuasit jurare ac sacrificare. Propter hoc igitur, B fratres, non probamus eos qui sponte sese offerunt. Quandoquidem non ita docet Evangelium.

CAPUT V.

UNde POLYCARPUS, vir eximiæ prudentiæ robustique consilii, his auditis latebram petiit. Nec tamen mente turbatus fugiebat hæc, sed potius differebat: qui per singulas civitates ambulans [2] hortantes, ut celerius exiret, ac se quærentibus aliqua ratione subtraheret, aspernatus, diutius morabatur. Tandem in agrum civitati proximum secedendum putavit. Ibi diebus ac noctibus sine intermissione orationi impendendo operam, Dei implorabat auxilium, quo fortior esset in pœna. Signum tamen, ante triduum quam comprehenderetur, revelationis accepit. Intuebatur cervicalem capitis sui flamma ambiente circumdari. Expergefactus itaque sanctissimus senex, vix adhuc stratis gravia membra subtraxerat, & ait his qui cum eo erant, ignibus se cremandum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Εʹ.

Ο Δὲ θαυμασιώτατος Πολύκαρπος, τὸ μὲν πρῶτον ἀκούσας οὐκ ἐταράχθη, ἀλλ' ἐβούλετο C κατὰ πόλιν μένειν· οἱ δὲ πλείους ἔπειθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν· καὶ ὑπεξῆλθεν εἰς ἀγρίδιον, οὐ μακρὰν ἀπέχον ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ ἔτριβε μετ' [3] ὀλίγων, νύκτα καὶ ἡμέραν οὐδὲν ἕτερον ποιῶν, ἢ προσευχόμενος περὶ πάντων καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν· ὅπερ ἦν σύνηθες αὐτῷ. Καὶ προσευχόμενος ἐν ὀπτασίᾳ γέγονε πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ συλληφθῆναι αὐτόν· καὶ εἶδεν προσκεφάλαιον αὐτοῦ ὑπὸ πυρὸς κατα- D καιόμενον· καὶ στραφεὶς εἶπεν πρὸς τοὺς συνόντας αὐτῷ προφητικῶς· δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι.

CAPUT V.

POLYCARPUS autem, vir maxime admirabilis, primum quidem re audita, turbatus non C est; sed volebat in urbe permanere. Plures tamen ei persuaserunt, ut secederet. Et secessit in agellum non multum dissitum a civitate; ubi cum paucis mansit, diu noctuque nihil aliud agens, nisi quod orabat pro universis, & pro omnibus per orbem Ecclesiis: quod ipsi erat sollemne. Et cum oraret, triduo ante quam comprehenderetur, visio ei oblata est; viditque cervical suum incendio con- D flagrare. Tum conversus ad comites suos, prophetice dixit: *Oportet me vivum comburi.*

CAPUT VI.

ECce in alium agrum forte concesserat: statim quærentes eum adfuerunt custodes. Sed quum ab his ille investigari non posset, uno ex his etiam verberato, latebram confessione infans aperuit. Nec enim ipse celari poterat, quem passio ipsa poscebat. Proditores ejus domestici. Irenarcha & Herodes festinabant in arenam eum citius exhibere: ut & ille Christi, finita passione, sit socius; & proditores, exemplo Judæ, pœnam quam merentur, accipiant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

ΚΑὶ [4] ἐπιμενόντων τῶν ζητούντων αὐτὸν, μετέβη εἰς ἕτερον ἀγρίδιον, καὶ εὐθέως ἐπέστησαν οἱ ζητοῦντες αὐτόν· καὶ μὴ εὑρόντες, συνελάβοντο παιδάρια δύο, E ὧν τὸ ἕτερον βασανιζόμενον ὡμολόγησεν. Ἦν γὰρ καὶ ἀδύνατον λαθεῖν αὐτὸν, ἐπεὶ καὶ οἱ προδιδόντες αὐτὸν οἰκεῖοι ὑπῆρχον. Καὶ ὁ εἰρήναρχος, ὁ καὶ κληρονόμος τὸ αὐτὸ ὄνομα, Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος, ἔσπευδεν εἰς τὸ στάδιον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν· ἵνα ἐκεῖνος μὲν τὸν ἴδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ, Χριστοῦ κοινωνὸς γενόμενος· οἱ δὲ προδόντες αὐτὸν, τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα ὑπόσχοιεν τιμωρίαν.

CAPUT VI.

INstantibus autem qui quærebant eum, migravit in aliam villam; quo statim supervenerunt inquisitores: cumque illum non reperissent, duos servulos comprehende- E runt; quorum alter tormentis subditus, confessus est. Impossibile siquidem erat latere ipsum, quandoquidem qui prodiderunt illum, domestici erant. Irenarcha vero, qui & Cleronomus ipso nomine, dictus Herodes, properabat in stadium eum introducere: quo hic quidem propriam sortem impleret, consors Christi factus; proditores autem illius, Judæ ipsius pœnas subirent.

CAPUT VII.

HAbentes itaque infantulum, ante sabbatum hora ipsius cœnæ, egressi sunt, Polycarpum perqui-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζʹ.


ἘΧοντες οὖν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ δείπνου ὥραν, ἐξῆλθον διωγμῖται καὶ ἱππεῖς,

CAPUT VII.

HAbentes ergo puerulum, feria sexta sub horam cœnæ egressi sunt Diogmitæ &

1. *Cointus*, i. e. *Quintus*.
2. Sic emendandum & distinguendum ex Codice Colbertino. Non, ut in editione Usseriana, *hortabatur ne* &c. *subtraheret*. *Aspernatus* &c. quasi ab *aspernatus* vocabulo sententia proxima incepisset.
3. Ὀλίγων Usser. Eus. σὺν ὀλίγοις.
4. Ἐπιχειμένων Euseb.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 147.



VETUS INTERPRES.

rentes, cum equorum magna copia vel armorum: quasi vero non servum Christi comprehenderent, sed latronem. Invenerunt eum nocte in tegulis se prementem. Fuerat quidem transgrediendi in alium agrum facultas: sed jam fessus ostendere se maluit quam celare, dicens: *Compleatur voluntas Dei*: quamdiu voluit ille, distuli; & quando jussit, optavi. Visis itaque illis, descendit: habuitque sermonem, qualem aut [2] illa ætas potuerat, aut [3] Spiritus gratiæ cælestis infuderat. Quum mirarentur in his annis tantam velocitatem pedum, tantam habitudinem esse membrorum, ad cujus investigationem vix summa celeritate pervenerint: nihil stupentibus ille respondit, sed statim his alimenta cibi præbuit, & mensam jussit adponi. Nec hoc sine divini magisterii mandato faciens: quum scriptum sit, inimicos nostros potu & cibo debere satiari. Tunc deprecatus est, ut ei horam concederent qua posset orare & omnipotenti Deo debita precum vota persolvere. Præbentibus facultatem, [6] stans petebat donum Dei præceptumque compleri. Jugiter autem per duas fere horas oratio illa duravit: stupefactis audientibus, &, quod majoris palmæ [7] videretur, inimicis.

μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ὅπλων, ὡς ἐπὶ λῃστὴν τρέχοντες. Καὶ ὀψὲ τῆς ὥρας [1] συνεπελθόντες, ἐκεῖνον μὲν εὗρον ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον ὑπερῴῳ· κἀκεῖθεν ἠδύνατο εἰς ἕτερον χωρίον ἀπελθεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐβουλήθη, εἰπών· τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω. Ἀκούσας οὖν τοὺς παρόντας, καὶ καταβὰς, διελέχθη αὐτοῖς. Θαυμαζόντων δὲ τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθὲς, τινὲς ἔλεγον· [4] ἢ τοσαύτη σπουδὴ, ἡ τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα ἦν; Εὐθέως οὖν αὐτοῖς ἐκέλευσεν παρατεθῆναι φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ὅσον ἂν βούλωνται. ἐξῃτήσατο δὲ αὐτοὺς, ἵνα δῶσιν αὐτῷ ὥραν προσεύξασθαι ἀδεῶς. Τῶν δὲ ἐπιτρεψάντων, σταθεὶς προσηύξατο, πλήρης ὢν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, οὕτως ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι, καὶ ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλούς τε μετανοεῖν ἐπὶ [5] τὸ ἐληλυθέναι ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ πρεσβύτην.

VERSIO J. B. COTELERII.

Equites, cum consuetis armis, [a] tamquam ad latronem currentes. Et sub vespertinum tempus supervenientes, ipsum repererunt in quodam superiore cubiculo discumbentem. Unde poterat quidem in aliud prædium abire; sed noluit, dicens: *Fiat voluntas Domini*. Cum ergo adstantes audivisset, & descendisset, collocutus est cum eis. Mirantibus autem illis ipsius ætatem atque constantiam, quidam ex eis dicebat: Tantumne adhibendum erat studium, ut hujusmodi vir senex comprehenderetur? Statim igitur jussit ipsis tunc apponi cibum ac potum, quantum vellent. Petiit autem ab illis, uti darent ei horæ spatium, quo libere precaretur. Quod cum concessissent, stans orabat plenus gratia Dei; adeo ut per duas horas tacere non posset, ac obstupescerent auditores, multique eorum pœnitentia ducerentur, quod adversus tam divinum senem venissent.

CAPUT VIII.

ORationis postmodum voce completa; facta in precibus omnium mentione, notorum ignotorumque, bonorum ac malorum, & catholicorum omnium, qui per singula loca Ecclesiæ colliguntur: tandem hora illius advenit, qua [10] custodiendæ acciperet coronam justitiæ. Impositus itaque asino, quum appropinquaret civitati majori Sabbato, obvius Irenarchæ Herodi & patri ejus [11] Niceteri, vehiculoque susceptus; ut vel obsequio vinceretur, qui vinci pœnæ dolore non poterat. Quum ergo subdolo crebroque sermone profanum aliquid ab illo exigerent adsidentes, dicerentque; Quid mali est dicere, Domine, & sacrificare? & reliqua quæ solent diabolo instigante narrari: frenato paullisper ore, omnibus patienter auditis, tandem iratus annuntiat; ad hoc se numquam posse perduci, non igne, non ferro, non arctorum doloribus vinculorum, non fame, non exsilio, non flagellis. Commoti tunc illi, vehiculo summa velocitate currente, Polycarpum perturbarunt; ita ut suras aliqua ex parte quassaret. Tanta tamen per arenam velocitate cur-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

ΩΣ δὲ κατέπαυσε τὴν προσευχὴν, μνημονεύσας ἁπάντων καὶ τῶν [8] ποτὲ [9] συμβεβηκότων αὐτῷ, μικρῶν τε καὶ μεγάλων, ἐνδόξων τε καὶ ἀδόξων, καὶ ἁπάσης τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ὥρας ἐλθούσης τοῦ ἐξιέναι, ἐν ὄνῳ καθίσαντες αὐτὸν, ἦγον εἰς τὴν πόλιν, ὄντος Σαββάτου μεγάλου· καὶ ὑπήντα αὐτῷ ὁ εἰρήναρχος Ἡρώδης καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Νικήτης [ἐπὶ τὸ ὄχημα,] οἳ καὶ μεταθέντες αὐτὸν ἐπὶ τὴν καροῦχαν, ἔπειθον παρακαθεζόμενοι, καὶ λέγοντες· Τί γὰρ κακόν ἐστιν εἰπεῖν, Κύριε Καῖσαρ, καὶ ἐπιθῦσαι, ([12] καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα,) καὶ διασώζεσθαι; Ὁ δὲ, τὰ μὲν πρῶτα οὐκ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς. ἐπιμενόντων δὲ αὐτῶν, ἔφη· οὐ μέλλω ποιεῖν ὃ συμβουλεύετέ μοι. Οἱ δὲ ἀποτυχόντες τοῦ πεῖσαι αὐτὸν, δεινὰ ῥήματα ἔλεγον αὐτῷ, καὶ μετὰ σπουδῆς καθῄρουν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὀχήματος, ὡς καὶ κατιόντα ἀπὸ τῆς καρούχας ἀποσυρῆναι τὸ ἀντικνήμιον. Καὶ μὴ ἐπιστραφεὶς, ὡς οὐδὲν πεπονθὼς, προθύμως μετὰ σπουδῆς ἐπορεύετο, ἀγόμενος εἰς τὸ στάδιον. Θορύβου τη-

CAPUT VIII.

UT vero precationem finiit, in qua mentionem fecerat omnium qui aliquando cum ipso congressi fuerant, parvorum juxta & magnorum, clarorum & obscurorum, totiusque quæ per orbem terrarum catholicæ Ecclesiæ; cum hora proficiscendi venisset, asino eum imponentes in civitatem duxerunt die magni Sabbati. Et occurrit ei Irenarcha Herodes, ac pater ejus Nicetes. Qui & eum in vehiculum suum transtulerunt, assidentesque hortabantur illum his verbis & aliis similibus: Quid enim mali est dicere, Domine Cæsar, & sacrificare, atque ita salvum evadere? Ille autem primum quidem eis non respondit. Sed cum instarent: *Non sum*, inquit, *facturus quod suadetis mihi*. Tum illi, frustrati spe flectendi eum, contumeliosa ei verba dixerunt; & cum impetu deturbarunt illum, adeo ut e vehiculo descendens tibiam distraheret. Verum nequaquam commotus, ac si nihil mali passus esset, alacriter & propere pergebat, ductus ad stadium. Tantus vero erat tumul-

a Vid. Matth. xxvi. 55.

1. Ἐπελθόντες Euseb. Recte ergo συνεπελθόντες legit Usser.
2. *Nulla* Colb. 3. S. Spiritus gratia.
4. Eus. εἰ. 5. Τῷ. 6. *Instanter* Colb.
7. *Videtur* Colb. 8. Euseb. πώποτε.
9. Συμβεβληκότων Euseb. 10. *Custoditæ* Colb.
11. *Nicetæ* (ut postea.)
12. Parenthesi inclusa desunt in Eusebio.

VETUS INTERPRES.

rebat, ut [1] nullius corporis damna sentiret.

λικοῦτου ὄντος ἐν τῷ σταδίῳ, ὡς μηδὲ [2] ἀκουσθῆναί τινα δύνασθαι.

VERSIO J. B. COTELERII.

tus in stadio, ut nemo posset audiri.

CAPUT IX.

SEd quum arenam fuisset ingressus, e cælo statim missa vox sonuit, clamans: *Polycarpe, habeto virtutem.* Hanc vocem qui in arena erant audierunt; ex aliis autem nullus audivit. Quum igitur Proconsuli fuisset oblatus, Deum toto corde confessus, imperia judicis cruenta contemsit. Quumque ab eo ad blasphemum quodcumque cogeretur, diceretque ei Proconsul: Vel ætatem hanc cogita, si alia in te forte contemnis: non poterit hæc senectus juvenibus etiam expavescenda sufferre. Debes jurare per Cæsarem Cæsarisque fortunam: præterea habere pœnitentiam, & dicere; Impios tolle. Tunc Polycarpus ore semicluso, [6] & qui non suo sed alieno sermone loqueretur, clausis pæne faucibus, populum qui in arena erat respexit universum impium & profanum: tractoque ex intimo corde suspirio, majestatem cæli intuens, ait: *Tolle impios.* Et quum assiduus præceptor assisteret, enuntians: Jura, & poteris relaxari, Christumque contemne: tunc ait Polycarpus: *Octogesimum jam & sextum annum ætatis ingredior, nomini ejus probatus & serviens semper, numquam ab eo læsus, semperque servatus: quo modo possum eum odisse quem colui, quem probavi, quem semper auctorem optavi, imperatorem meum, salvatorem salutis & gloriæ, persecutorem malorum, ultoremque justorum?*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Τῷ δὲ Πολυκάρπῳ, εἰσιόντι εἰς τὸ στάδιον, φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐγένετο· Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου, Πολύκαρπε. Καὶ τὸν μὲν εἰπόντα οὐδεὶς εἶδε, τὴν δὲ φωνὴν τῶν ἡμετέρων οἱ [3] παρόντες ἤκουσαν. Καὶ προσαχθέντος αὐτοῦ, θόρυβος ἦν μέγας ἀκουσάντων, ὅτι Πολύκαρπος συνείληπται. [4] Λοιπὸν προσαχθέντα αὐτὸν ἀνηρώτα ὁ ἀνθύπατος, εἰ αὐτὸς εἴη Πολύκαρπος. Τοῦ δὲ ὁμολογοῦντος, ἔπειθεν ἀρνεῖσθαι, λέγων· Αἰδέσθητί σου τὴν ἡλικίαν· καὶ ἕτερα τούτοις ἀκόλουθα, [5] ὡς ἔθος αὐτοῖς, λέγων· Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, μετανόησον· εἰπὲ, Αἶρε τοὺς ἀθέους. Ὁ δὲ Πολύκαρπος ἐμβριθεῖ τῷ προσώπῳ εἰς πάντα τὸν ὄχλον τῶν ἐν [7] σταδίῳ ἀνόμων ἐθνῶν ἐμβλέψας, καὶ ἐπισείσας αὐτοῖς τὴν χεῖρα, στενάξας τε καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· Αἶρε τοὺς ἀθέους. Ἐγκειμένου δὲ τοῦ ἀνθυπάτου καὶ λέγοντος, Ὄμοσον, καὶ ἀπολύω σε, λοιδόρησον τὸν Χριστόν· ὁ Πολύκαρπος ἔφη· Ογδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη [8] ἔχω δουλεύων αὐτῷ, καὶ οὐδέν με ἠδίκησεν· καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου, τὸν σώσαντά με;

CAPUT IX.

POrro Polycarpo intranti in stadium, vox e cælo facta est: [a] *Fortis esto & viriliter age, Polycarpe.* Et eum quidem qui vocem emisit vidit nemo, vocem autem qui ex nostris præsentes erant audierunt. Introducto autem illo, magnus erat tumultus audientium comprehensum esse Polycarpum. De cetero adductum eum interrogavit Proconsul, an ipse esset Polycarpus. Cumque fateretur, hortabatur ille ut negaret, dicens: Reverere ætatem tuam; aliaque his similia, ut illi solent, proferens: Jura per genium Cæsaris; resipisce; dic: Tolle impios. Tunc Polycarpus gravi ac severo vultu turbam omnem sceleratorum qui in stadio erant, Gentilium contuens, manumque in eos intentans, simulque gemens ac cælum suspiciens, dixit: *Tolle impios.* Insistente vero Proconsule, atque ajente: Jura, & dimitto te; convicium fac Christo: Polycarpus respondit: *Octoginta & sex anni sunt ex quo servio ei, nec me ulla affecit injuria: & quo modo possum convicia dicere adversus regem meum, qui salvum me fecit?*

CAPUT X.

QUum ille diceret, per Cæsaris jurandum esse fortunam; ait: *Quid me cogis jurare per Cæsarem? aut professionem meam fortasse non nosti? Palam me Christianum dico: & quo magis irasceris, ego gaudeo. Tu si vis legis hujus scire rationem; diem da, a quo incipies audire vel discere.* Respondit ei Proconsul: Satisfac populo. Polycarpus ait: *Tibi dignissimum reor satisfacere probatus, &* [11] *obaudientes esse quæ jusseris: tantum ne injuste secteris. Docti enim sumus potestatibus, qui Deo ordinante procedunt,* [12] *morem gerere, mandatisque servire. Illos vero indignos judico, nec ad satisfaciendum idoneos puto: proinde judici me æquum est parere, non populo.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ἐπιμένοντος δὲ πάλιν αὐτοῦ καὶ λέγοντος, Ὄμοσον τὴν Καίσαρος τύχην, ἀπεκρίνατο· Εἰ [9] κενοδοξεῖς ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, (ὡς σὺ λέγεις) [10] προσποιεῖς δὲ ἀγνοεῖν με, τίς εἰμι· μετὰ παῤῥησίας ἄκουε, Χριστιανός εἰμι. Εἰ δὲ μαθεῖν θέλεις τὸν τοῦ Χριστιανισμοῦ λόγον, δὸς ἡμέραν καὶ ἄκουσον. Ὁ ἀνθύπατος ἔφη, Πεῖσον τὸν δῆμον. Ὁ δὲ Πολύκαρπος εἶπεν· Σὲ μὲν καὶ λόγου ἠξίωσα. Δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις [13] ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον, τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς, ἀπονέμειν· ἐκείνους δὲ οὐχ ἡγοῦμαι ἀξίους, τοῦ ἀπολογεῖσθαι αὐτοῖς.


CAPUT X.

URgente rursus illo & inquiente: Jura per genium Cæsaris; respondit: *Si ambitiose contendis, ut jurem per Cæsaris, ut tu vocas, genium; simulas autem te ignorare quis sim; palam audi: Christianus sum. Si vero cupis Christianæ religionis rationem discere; da diei spatium, & audi.* Proconsul dixit: Persuade populo. Polycarpus respondit: *Te quidem sermone ac ratione dignatus sum. Edocti namque sumus,* [b] *principibus & potestatibus a Deo ordinatis honorem, prout decet, qui nobis non officiat, dare. Illos vero indignos sentio, quibus rationem reddam.*

a Leg. Deut. XXXI. 7. 23. *b* Rom. XIII. 1. Tit. III. 1.

1. *Nulla* Colb.
2. Euseb. πολλοῖς ἀκουσθῆναι.
3. Eus. πολλοί.
4. Λοιπὸν οὖν προσελθόντα Eus. & quidem rectius.
5. Eus. ὡς συνηθὲς αὐτοῖς ἐστι λέγειν. recte.
6. *Ut* Usser.
7. Eus. τῶν ἐν τῷ σταδίῳ tantum.
8. Eus. δουλεύω.
9. Εκεῖνο δέξαι Ms. ex inscitia Librarii.
10. Euseb. προσποιούμενος.
11. *Obaudiens eis esse* Usser.
12. Honorem.
13. Eus. ἀπό.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 147.



VETUS INTERPRES. A

CAPUT XI.

RESpondit Proconsul: Feras atroces habeo: his te tradam per frusta lacerandum, si pœnitentiam habere contemseris. Respondit ille: *In me leonum rabies cruenta desæviat, & quidquid gravius judex durus inveneris: gloriabor in pœna, tripudiabo lætus in vulnere, & merita mea doloris æstimatione pensabo. Quanto graviora pertulero,* B *tanto præmia majora percipiam. Est mihi paratus ad superiora animus: ex humilioribus enim ad summa procedimus.* Respondit Proconsul: Si ferarum morsus nova præsumtione contemnis, ignibus te cremabo. Tunc Polycarpus respondit: *Ignem mihi minaris,* inquit, *qui unius horæ spatio æstuat, & post frigescit; ignorans futuri judicii & æterni ignis impiis tormenta perpetua. Sed quid voluntatem tuam longa oratione suspendimus? Fac ex me illa quæ cogitas: & quodcumque aliud pœnæ genus casus obtulerit,* [2] *accelera.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ο' δὲ ἀνθύπατος πρὸς αὐτὸν εἶπε· Θηρία ἔχω, τούτοις σε παραβαλῶ, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Ο' δὲ εἶπεν· Κάλει, ἀμετάθετος γὰρ ἡμῖν ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μετάνοια. Καλὸν δὲ [1] μεταθέσθαι με ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια. Ο' δὲ πάλιν πρὸς αὐτόν· B Πυρί σε ποιῶ δαπανηθῆναι (εἰ τῶν θηρίων καταφρονεῖς) ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Ο' δὲ Πολύκαρπος· πῦρ ἀπειλεῖς τὸ πρὸς ὥραν καιόμενον καὶ μετ' ὀλίγον σβεννύμενον. Ἀγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ αἰωνίου κολάσεως τοῖς ἀσεβέσι τηρούμενον πῦρ. Ἀλλὰ τί βραδύνεις; φέρε ὃ βούλει.

A VERSIO J. B. COTELERII.

CAPUT XI.

AT Proconsul ad ipsum dixit: Bestias habeo; his te objiciam, nisi resipueris. Ipse vero: *Eas,* inquit, *arcesse. Neque enim resipiscere solemus ea resipiscentia, quæ a melioribus ad deteriora mutatio fit. Bonum autem est, me a malis ad justa transire.* Rursus ad Polycarpum B Proconsul: Quandoquidem bestias spernis, efficiam ut igne consumaris, nisi sententiam mutes. Cui Polycarpus: *Ignem minaris qui ad horæ spatium ardet, ac paullo post exstinguitur. Ignoras enim illum futuri judicii & æternæ pœnæ ignem, qui impiis reservatur. Verum quid moraris? profer quodcumque volueris.*

C

CAPUT XII.

HÆc forte dum loquitur; vultum ejus [3] vel sensum gratiæ cælestis splendor intravit, ut ipse etiam Proconsul terreretur. Tunc voce præconis in arena media ter clamatum est: Polycarpus Christianum se semper esse confessus est. Universus itaque populus Judæorum & gentium qui Smyrnam colebat, ira commotus exclamat: Hic est Asiæ D magister, Christianorum pater, nostrorum deorum destructor pertinax, violatorque templorum; qui dicebat non sacrificandum, nec deorum adoranda esse simulacra: tandem quod peccarat inveniat. Petebant Asiarcham Philippum, ut ei leonem iratus immitteret: qui sibi non licere respondit, tempore jam muneris exsoluto. Tunc placuit illis omnibus, æquo unoque consensu, ut vivum Polycarpum ignis exure- E ret. Oportuerat enim id fieri, quod ille ante prædixerat. Orans itaque omnipotentem Deum, venerabilem ad suos vultum retorquens ait: *Videtis eam esse, per quam prophetaveram, passionem.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

ΤΑῦτα δὲ ϗ ἄλλα πλείονα λέγων, θάρσους καὶ χαρᾶς ἐνεπίμπλατο, ϗ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ χάριτος ἐπληροῦτο, ὥστε οὐ μόνον μὴ συμπεσεῖν ταραχθέντα ὑπὸ τῶν λεγομένων πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ τοὐναντίον τὸν ἀνθύπατον ἐκστῆναι· πέμψαι τε τὸν ἑαυτοῦ κήρυκα ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κηρῦξαι [4] τρίτον, Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστια- D νὸν εἶναι. Τούτου λεχθέντος ὑπὸ τοῦ κήρυκος, ἅπαν τὸ πλῆθος ἐθνῶν τε ϗ Ἰουδαίων τῶν τὴν Σμύρναν κατοικούντων, ἀκατασχέτῳ θυμῷ ϗ μεγάλῃ φωνῇ ἐπεβόα· Οὗτός ἐστιν ὁ τῆς [5] ἀσεβείας διδάσκαλος, ὁ πατὴρ τῶν Χριστιανῶν, ὁ τῶν ἡμετέρων θεῶν καθαιρέτης, ὁ πολλοὺς διδάσκων μὴ θύειν μηδὲ προσκυνεῖν τοῖς θεοῖς. Ταῦτα λέγοντες, ἐπεβόων ϗ ἠρώτων τὸν Ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα. Ο' δὲ Φίλιππος ἔφη, μὴ εἶναι ἐξὸν αὐ- E τῷ, ἐπειδὴ [6] ἐπληρώκει τὰ κυνηγέσια. Τότε ἔδοξεν αὐτοῖς ὁμοθυμαδὸν ἐπιβοῆσαι, ὥστε τὸν Πολύκαρπον κατακαυθῆναι. Ἔδει γὰρ τὸ τῆς φανερωθείσης ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαίου ὀπτασίας πληρωθῆναι, ὅτε ἰδὼν αὐτὸ καιόμενον, προσευχόμενος, εἶπεν ἐπιστραφεὶς τοῖς σὺν αὐτῷ πιστοῖς προφητικῶς, Δεῖ με ζῶντα κατακαυθῆναι.

C

CAPUT XII.

HÆc vero atque alia plura cum diceret, fiducia & gaudio replebatur, illiusque vultus plenus gratiæ erat: adeo ut non solum iis quæ ipsi dicebantur turbatus non concideret; sed contra Proconsul stuperet, suumque mitteret præconem, ter in medio stadio proclamaturum: Polycarpus confessus est Christianum se esse. Quod ubi pro- D nuntiasset præco, universa multitudo Gentilium ac Judæorum qui Smyrnam incolebant, effrenata ira & magna voce conclamabat: Hic est Asiæ magister, pater Christianorum; nostrorum deorum eversor; qui multos docet ne sacrificent, neve deos adorent. Ista inquientes, acclamabant, rogabantque Asiarcham Philippum, ut leonem adversus Polycarpum emitteret. At Philippus negavit id sibi licere, quia venationes seu gladiatoria spectacula jam E expleverat. Tunc placuit illis uno consensu inclamare, ut Polycarpus vivus combureretur. Necesse enim erat ut visio illa de cervicali quæ ei ostensa fuerat, impleretur; quando inter orandum videns illud ardere, conversus ad fideles qui cum eo erant, prophetice dixit: *Oportet me vivum comburi.*

CAPUT XIII.

TUnc populus ad balneum, & ad [8] artisteria convolavit, ligna & malleola perquirentes, præcipue Judæi. Per hæc igitur

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.


ΤΑῦτα οὖν μετὰ τοσούτου τάχους [7] ἐγίνετο, θᾶττον τοῦ λεχθῆναι· τῶν ὄχλων παραχρῆμα συναγαγόντων ἔκ τε τῶν ἐργαστηρίων

CAPUT XIII.

HÆc igitur citius peracta sunt quam pronuntiata; cuncta plebe confestim ex officinis ac balneis ligna & sarmenta congregan-

1. Μεταπίθεσθαι ἀπὸ Euseb.
2. *Aucupare* Colb.
3. Forte, *in tantum* Uff. Codex vero Colbertinus habet *ac sensum*.
4. Τρὶς Euf. ut *ter* apud V. I. 5 Ἀσίας.
6. Euseb. πεπληρώκει. & sic habet Ms.
7. Εγίνετο Ms.
8. Lege ex Græco *ergasteria*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 147.



VETUS INTERPRES.

ministeria quum flamma fuisset adlata, Polycarpus cingulum solvit, vestemque deposuit; vincula etiam parabat exuere, quæ facere non solebat; quia singuli fideles viri nuda ejus tangere vel osculari membra cupiebant. Plenitudine enim bonæ conscientiæ redundabat, etiam antequam ad martyrii certamen accederet.[1] Potius ergo in medium his quæ ex more parabantur arsuro. Quum [ergo] eum ferro vincire cuperent, consuetudinem legemque servantes; *Permittite me sic*, inquit. *Qui enim mihi dedit velle, largietur & posse; atque ipsum tolerabilem faciet voluntati ignem ardentem.*

A ϗ βαλανείων ξύλα ϗ φρύγανα· μάλιστα Ἰουδαίων προθύμως, ὡς ἔθος αὐτοῖς, εἰς ταῦτα ὑπουργούντων. Ὅτε δὲ ἡ πυρκαϊὰ ἡτοιμάσθη, ἀποθέμενος ἑαυτῷ πάντα τὰ ἱμάτια, ϗ λύσας τὴν ζώνην αὐτοῦ, ἐπειρᾶτο ϗ ὑπολύειν ἑαυτόν· μὴ πρότερον τοῦτο ποιῶν, διὰ τὸ ἀεὶ ἕκαστον τῶν πιστῶν σπουδάζειν ὅς τις τάχιον τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ἅψηται.[2] [ἐν] παντὶ γὰρ καλῷ, ἀγαθῆς ἕνεκεν [3] πολιτείας, ϗ πρὸ τῆς μαρτυρίας ἐκεκόσμητο. B Εὐθέως οὖν αὐτῷ περιετίθετο τὰ πρὸς τὴν πυρὰν ἡρμοσμένα ὄργανα. Μελλόντων δὲ αὐτῶν ϗ [4] προσηλοῦν, εἶπεν· Ἄφετέ με οὕτως. Ὁ γὰρ δοὺς μοι ὑπομεῖναι τὸ πῦρ, δώσει ϗ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας [5] ἀσάλευτον ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ.

A VERSIO J. B. COTELERII.

te; præcipue Judæis, alacri animo, ut solent, ad ista juvantibus. Quando autem rogus apparatus est, Polycarpus sibi detractis omnibus vestimentis & cingulo soluto, conabatur etiam se excalceare: quod prius non faciebat, quoniam semper singuli fidelium contendebant, quisnam celerius corpus ejus tangeret. Omni siquidem bono propter sanctos mores, etiam ante martyrium honestabatur. Illico igitur B ei circumposita sunt quæ ad rogum coagmentata fuerant instrumenta. Cum vero etiam clavis ab illis affigendus esset, dixit: *Sinite me sic. Qui enim mihi dat ignem pati; dabit & sine vestra ex clavis cautione, immotum in pyra permanere.*

CAPUT XIV.

Itaque ferro illum nemo vinxit: sed post tergum ligatis manibus, ut devotus [ad] altaria, C præsentis passionis limen ingressus est. Tunc sidera cælumque respiciens dixit: *Deus angelorum, Deus archangelorum, resurrectio nostra solutioque peccati, rector elementorum omnium & totius habitaculi, omne justorum genus qui in conspectu tuo vivunt protegens: te benedico, tibi serviens, qui me dignum hac passione duxisti, ut percipiam partem coronamque martyrii, initium calicis, per Jesum Christum in unitate Spiritus san-* D *cti; ut, completo sacrificio istius diei, promissa tuæ veritatis accipiam. Ob hanc rem te benedico in omnibus, & glorior, per æternum Pontificem omnipotentem Jesum Christum: per quem tibi, & cum ipso, & cum Spiritu sancto, gloria nunc & in futurum in sæcula sæculorum. Amen.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔʹ.

Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν μὲν, ἔδησαν δὲ αὐτόν. Ὁ δὲ ὀπίσω τὰς χεῖρας ποιήσας, ϗ προσδεθεὶς, C ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος ἐκ μεγάλου ποιμνίου εἰς προσφορὰν, [6] ὁλοκάρπωμα δεκτὸν τῷ Θεῷ ἡτοιμασμένον, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπε· Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ ϗ εὐλογητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ πατὴρ, δι' οὗ τὴν [7] περὶ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, ὁ Θεὸς ἀγγέλων ϗ δυνάμεων, ϗ πάσης τῆς κτίσεως, ϗ παντὸς τοῦ γένους τῶν δικαίων, οἳ ζῶσιν ἐνώπιόν σου· εὐλογῶ σε, ὅτι ἠξίωσάς με τῆς ἡμέρας ϗ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν με μέρος ἐν ἀριθμῷ D τῶν μαρτύρων σου, ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ σου, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου, ψυχῆς τε ϗ σώματος, ἐν ἀφθαρσίᾳ Πνεύματος ἁγίου· ἐν οἷς προσδεχθείην ἐνώπιόν σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πίονι ϗ προσδεκτῇ, καθὼς προητοίμασας [8] ϗ προεφανέρωσας ϗ ἐπλήρωσας, ὁ ἀψευδὴς ϗ ἀληθινὸς Θεός· Διὰ τοῦτο ϗ περὶ πάντων αἰνῶ σε, εὐλογῶ σε, δοξάζω σε, [9] σὺν τῷ αἰωνίῳ ϗ ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἀγαπητῷ σου παιδί· μεθ' οὗ σοι καὶ Πνεύματι ἁγίῳ ἡ δόξα, ϗ νῦν ϗ εἰς E τοὺς μέλλοντας αἰῶνας. Ἀμήν.

CAPUT XIV.

Illi ergo non quidem clavis defixerunt, sed ligaverunt eum. Hic vero manibus post tergum positis, ac C revinctus tamquam aries insignis ex magno grege ad oblationem, holocaustum acceptabile Deo præparatum, cælum contuitus, dixit: *Domine Deus omnipotens, Pater dilecti ac benedicti Filii tui Jesu Christi, per quem tui notitiam accepimus; Deus angelorum & virtutum, ac universæ creaturæ, totiusque justorum generis qui vivunt in conspectu tuo: benedico te, quoniam me hac die atque hac hora dignatus es, ut partem caperem in numero Martyrum* D *tuorum, in calice Christi tui, ad resurrectionem vitæ æternæ, animæ & corporis, in incorruptione Spiritus sancti: inter quos utinam suscipiar hodie coram te, in sacrificio pingui & accepto, quemadmodum præparasti & præmonstrasti & adimplevisti, mendacii nescius ac verax Deus. Quapropter de omnibus laudo te, benedico te, glorifico te, cum sempiterno & cælesti Jesu Christo, dilecto tuo Filio; cum quo tibi & Spiritui sancto gloria, & nunc & in futura* E *sæcula. Amen.*

CAPUT XV.

Completa itaque oratione, flammaque supposita, quum usque ad cælum tolleretur incendium, miraculi novitas repentina processit: illis videntibus quos videre jusserat cæleste mandatum, ut possint ceteris ostensa narrare. Curvus namque in littora arcus apparuit, in aliquantam latitudinem cornua utraque flectendo, velum navis imitatus: qui martyris corpus molli velabat amplexu, ne aliquid

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕʹ.

Ἀναπέμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν, καὶ πληρώσαντος τὴν εὐχὴν, οἱ τοῦ πυρὸς ἄνθρωποι ἐξῆψαν τὸ πῦρ. Μεγάλης δὲ ἐκλαμψάσης φλογὸς, θαῦμα μέγα εἴδομεν οἷς ἰδεῖν ἐδόθη· οἳ καὶ [10] ἐτηρήθημεν, εἰς τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. Τὸ γὰρ πῦρ καμάρας εἶδος ποιῆσαν, ὥσπερ ὀθόνη πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένη, κύκλῳ περιετείχισε τὸ σῶμα τοῦ μάρτυ-

CAPUT XV.

Et postquam *Amen* emisisset, precationemque complesset; homines seu ministri ignis, ignem accenderunt. Cum vero ingens flamma emicasset, grande miraculum vidimus, quibus spectare concessum fuit; qui & ideo reservati sumus, ut aliis quæ contigerunt annuntiaremus. Ignis enim fornicis speciem præbens, tamquam navis velum a vento repletum atque sinuatum, undique circum-

1. Forte, *positis*.
2. Deest ἐν in Ms.
3. Πολιᾶς Euseb.
4. Euseb. προσηλοῦν αὐτόν.
5. Euseb. ἀσκύλτως.
6. Euseb. ὁλοκαύτωμα.
7. Περί τε Euseb.
8. Euseb. προφανερώσας καὶ πληρώσας.
9. Euseb. διὰ τοῦ αἰωνίου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ (uti habet V. I.) τοῦ ἀγαπητοῦ σου παιδός.
10. Ἐτηρήθησαν.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 147.

VETUS INTERPRES.

A

ex sanctis artubus flamma vastaret. Ipsum autem corpus, ut panis grata decoctio vel argenti & auri, qui conflato pulcro colore resplendens singulorum juvabat aspectum. Odor etiam thuris aut myrrhæ, aut pretiosi alicujus unguenti, tractum nidorem totius fugabat incendii.

ρος. Καὶ ἦν μέσον οὐχ ὡς σὰρξ καιομένη, ἀλλ' ὡς ἄρτος ὀπτώμενος, ἢ ὡς χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν καμίνῳ πυρούμενος· καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης ἀντελαβόμεθα, ὡς λιβανωτοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων.

A

VERSIO J. B. COTELERII.

dedit martyris corpus; quod quidem in medio positum, non ut caro assa videbatur, sed veluti panis coctus, vel sicut aurum & argentum in fornace candens. Tantam quippe fragrantiam odorabamur, ac si thus aut aliud quoddam pretiosorum aromatum oluisset.

CAPUT XVI.

Quum hoc itaque peccatoribus fuisset ostensum, ut intelligerent eum non posse comburi: præceperunt congestorem ignis accingi, gladiunculum sancto corpori injicere, illis etiam sancto probato. Quumque hoc ita fuisset effectum, ecce subito fluente sanguinis copia, columba processit de corpore; statim sopitum cruore cessit incendium. Tunc populus totus obstupuit; atque omnibus inter justos & injustos quanta esset probata discretio est: & quid esset [1] præcipuum: etiamsi non est secutum vulgus, quod certum tamen constat, agnovit. Tali itaque Polycarpus, sanctæ Smyrnensium magister ecclesiæ, passionis munus implevit: semper quæcumque ei revelata fuisse constat, impleta sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛ'.

B Πέρας οὖν ἰδόντες οἱ ἄνομοι, οὐ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα παραβῦσαι ξιφίδιον. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλῆθος αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ, καὶ θαυμάσαι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορὰ μεταξὺ τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν· ὧν εἷς καὶ οὗτος γέγονεν ὁ θαυμασιώτατος μάρτυς Πολύκαρπος, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις διδάσ- C καλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς γενόμενος, ἐπίσκοπός τε τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς ἐκκλησίας. Πᾶν γὰρ ῥῆμα ὃ ἐξαφῆκεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐτελειώθη, καὶ τελειωθήσεται.

CAPUT XVI.

B Tandem igitur cernentes improbi, corpus ipsius ab igne non posse consumi, jusserunt confectorem propius accedere, pugionemque capulo tenus abdere. Quod cum ille fecisset, egressa est columba; item tanta vis sanguinis, ut ignem exstingueret, utque universa plebs miraretur tantum esse discrimen inter infideles ac electos. Quorum unus hic fuit, maxime admirandus martyr Polycarpus, qui nostris temporibus apostolicus & C propheticus doctor exstitit, atque catholicæ Smyrnensis ecclesiæ Episcopus. Omne siquidem verbum quod ore suo emisit, aut impletum est, aut implebitur.

CAPUT XVII.

Diabolus tamen qui justorum semper inimicus est, quum perspexisset & vim martyris, & magnitudinem passionis impletam, inreprehensibilem omnem vitam & meritum majus in morte; hoc excogitavit, ut corpus ejus a nostris non possit auferri: quamvis multi essent qui sanctis ejus optarent communicare [3] generibus. Summisit namque Nicetem patrem Herodis, fratrem vero Alces, interpellare Rectorem, ut reliquiæ ejus negarentur omnibus Christianis: adserens quod, relictis omnibus, huic fundenda esset oratio singulorum: itaque summittentibus Judæis, quum voluissent auferre eum de flamma. Ignorantes, quia numquam Christum relinquere possumus Christiani, qui pro peccatis nostris pati tanta dignatus est, neque alteri cuiquam precem orationis impendere. Hunc namque Dei filium adoramus & colimus: ejus tamen Martyres, ut discipulos fideles & devotos milites, honorifice ac libenter amplexamur: oramus etiam, ut nos socii ipsorum & condiscipuli esse mereamur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ὁ δὲ ἀντίζηλος καὶ βάσκανος καὶ πονηρὸς ὁ ἀντικείμενος τῷ γένει τῶν δικαίων, ἰδὼν τό τε μέγεθος αὐτοῦ τῆς μαρτυρίας, καὶ τὴν ἀπ' ἀρ- D χῆς ἀνεπίληπτον πολιτείαν, ἐστεφανωμένον τε τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ, καὶ βραβεῖον ἀναντίρρητον ἀπενηνεγμένον, ἐπετήδευσεν ὡς μηδὲ τὸ λείψανον αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν [2] ληφθείη, καίπερ πολλῶν ἐπιθυμούντων τοῦτο ποιῆσαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ. [4] Ὑπέβαλε γοῦν Νικήτην τὸν τοῦ Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Ἄλκης, ἐντυχεῖν τῷ [5] ἄρχοντι, ὥστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα ταφῇ· μή, φησίν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβεσθαι. E Καὶ ταῦτα [6] εἶπον, ὑποβαλλόντων καὶ ἐνισχυόντων Ἰουδαίων, οἳ καὶ ἐτήρησαν μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς [7] λαμβάνειν· ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, [8] [ἄμωμον ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν,] οὔτε ἕτερόν τινα [9] σέβεσθαι. Τοῦτον μὲν γάρ, [10] υἱὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ, προσκυνοῦμεν· τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς καὶ μιμητὰς τοῦ Κυρίου, ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς κοινωνούς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι.

CAPUT XVII.

Sed cum æmulus ille ac invidus & malus, justorumque generi adversus, cerneret insigne illius martyrium, moresque ab ineunte D ætate irreprehensos, & illum immortalitatis corona redimitum, præmiumque controversiæ expers reportasse; operam dedit ne reliquiæ ejus a nobis auferrentur: quamvis multi id facere cuperent, & sancto illius corpori communicare. Suggessit ergo Nicetæ Herodis patri, fratri autem Alces, adire Proconsulem, ne corpus illius ad sepeliendum traderet; ne, inquit, relicto Crucifixo hunc colere incipiant. Atque hæc ajebant, sugge- E rentibus & instantibus Judæis, qui etiam nos observaverant, eum ex igne extracturos. Ignari quod nec Christum umquam derelinquere poterimus, qui pro salute omnium qui in toto mundo salvi fient, passus est; inculpatus, pro peccatoribus; nec alium quemquam colere. Illum siquidem, utpote Filium Dei, adoramus: Martyres vero tamquam Domini discipulos & imitatores, merito diligimus, propter illorum erga suum regem ac magistrum benevolentiam eximiam: quorum utinam & nos fiamus consortes ac condiscipuli.

1. Forsan: *præcipuum, etiamsi non est secutum, vulgus*, &c.
2. Ληφθῆναι. Ms. 3. L. *cineribus*.
4. Ὑπέβαλον γοῦν τινὲς Euseb. 5. Euseb. ἡγεμόνι.
6. L. εἰπών. 7. Euseb. λαμβάνειν αὐτόν.
8. Non habetur apud Eusebium, nec legebat V. I.
9. Euseb. σέβειν. 10. Υἱὸν ἀληθινὸν ὄντα Cod. Vien.

Vetus Interpres. A | A Versio J. B. Cotelerii.

CAPUT XVIII.

Contentione itaque nostra & Judæorum, Centurio posuit corpus in medium. Nos collegimus, ut aurum gemmamque pretiosam, & sepulturæ ossa mandavimus. Conventus itaque alacriter factus, ut præcepit Dominus, ad diem natalemque martyrii.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ἰδὼν οὖν ὁ ἑκατόνταρχος ([1] κεντυρίων) [2] τῶν Ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς ἔκαυσεν. Οὕτω τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστᾶ αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν. ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ, B παρέξει ὁ Κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἴς τε τὴν τῶν [3] ἠθληκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν.

CAPUT XVIII.

Videns autem Centurio a Judæis ortam contentionem, corpus in medio ignis positum exussit. Atque ita nos postea ossa illius gemmis pretiosissimis exquisitiora & super aurum probatiora tollentes, ubi decebat deposuimus. Quo etiam loci nobis ut fieri poterit congregatis, in exsultatione ac gaudio, B præbebit Dominus natalem martyrii ejus diem celebrare, tum in memoriam eorum qui certamina pertulerunt, tum in venturorum hominum exercitationem & alacritatem.

CAPUT XIX.

Talia circa beatum Polycarpum acta sunt; cum his qui ex Philadelphia fuerunt duodecim, martyrium [5] Smyrna videtur implesse. Solus tamen inter ceteros culturæ meruit principatum. Martyrium ergo excelsum sustinet, & Magister adhuc vocatur a populo. Hunc omnes optemus, secundum exemplum Domini nostri Jesu Christi, qui persecutionem vicit rectoris injusti, & incorruptionis coronam fugata peccatorum nostrorum morte suscepit. Cum Apostolis & omnibus justis alacriter benedicamus Deum & Patrem omnipotentem, & Dominum nostrum Jesum Christum, salvatorem animæ nostræ, gubernatorem corporum, & pastorem catholicæ totius Ecclesiæ, & Spiritum sanctum per quem cuncta cognoscimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Τοιαῦτα τὰ κατὰ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, ὃς σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφίας [4] δωδέκατος ἐν Σμύρνῃ μαρτυρήσας, μόνος ὑπὸ πάντων [[6] μᾶλλον] C μνημονεύεται, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἐν παντὶ τόπῳ λαλεῖσθαι [7]. οὐ [8] μόνος διδάσκαλος γενόμενος ἐπίσημος, ἀλλὰ καὶ [9] μάρτυς ἔξοχος· οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. Διὰ τῆς ὑπομονῆς γὰρ καταγωνισάμενος τὸν ἄδικον ἄρχοντα, καὶ οὕτως τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον ἀπολαβὼν, σὺν τοῖς Ἀποστόλοις καὶ πᾶσι δικαίοις ἀγαλλιώμενος, δοξάζει τὸν Θεὸν καὶ D Πατέρα, καὶ εὐλογεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν, καὶ κυβερνήτην τῶν σωμάτων ἡμῶν, καὶ ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας.

CAPUT XIX.

Hæc de beato Polycarpo; qui cum iis qui ex Philadelphia, duodecimus, Smyrnæ martyrium passus, solus ab omnibus præcipue celebratur, ita ut C a Gentilibus quoque in omni loco memoretur. Qui non solum doctor insignis exstitit, verum etiam martyr eximius: cujus martyrium, quod scilicet peractum est juxta Evangelium Christi, omnes imitari desiderant. Nam per tolerantiam devicto injusto præside, sicque immortalitatis corona recepta, cum Apostolis omnibusque justis exsultans, Deum ac Patrem glorificat, atque benedicit Dominum D nostrum, gubernatorem (animorum &) corporum nostrorum, nec non pastorem œcumenicæ & catholicæ Ecclesiæ.

CAPUT XX.

Vos frequenter petieratis, ut quæ gesta fuerant, nuntiarem de beato Polycarpo: quæ omnia [10] nuntiavit per fratrem Martianum. Vos jam quia scitis, omnibus per epistolas nuntiate: ut ubique benedicatur Dominus bonorum electione servorum. Potens est enim & nos salvare per Dominum nostrum Jesum Christum salvatorem: per quem ipse est, & cum ipso gloria, honor, potentia, magnitudo, in sæcula sæculorum. Amen. Salutate omnes sanctos. Hi qui nobiscum sunt omnes salutant; Evaristus, qui scripsit, cum omni domo sua.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.


Ὑμεῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα. Ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπὶ κεφαλαίῳ μεμηνύκαμεν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Μάρκου. Μαθόντες οὖν ταῦτα, καὶ τοῖς ἐπέκεινα E ἀδελφοῖς τὴν ἐπιστολὴν [11] διαπέμψασθε· ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δοξάζωσι τὸν Κύριον, τὸν ἐκλογὰς ποιοῦντα ἀπὸ τῶν ἰδίων δούλων, [12] τῷ δυναμένῳ πάντας ἡμᾶς εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ δωρεᾷ εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ βασιλείαν, διὰ παιδὸς αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη, εἰς αἰῶνας. Ἀμήν. Προσαγορεύετε πάντας τοὺς ἁγίους. Ὑμᾶς οἱ σὺν ἡμῖν προσαγορεύουσιν· καὶ Εὐάρεστος, ὁ γράψας, πανοικεί.

CAPUT XX.

Ac vos quidem petieratis, ut cuncta quæ gesta sunt, fusius vobis exponerentur. Nos vero impræsentiarum summatim indicavimus per fratrem nostrum Marcum. Quæ quidem cum didiceritis, E epistolam fratribus ulterius positis transmittite: ut & illi glorificent Dominum, qui ex suis famulis delectum facit, potestque omnes nos gratia atque indulgentia sua in regnum suum æternum inducere, per Filium suum unigenitum Jesum Christum: cui gloria, honor, imperium, majestas in sæcula. Amen. Salutate omnes sanctos. Vos qui nobiscum sunt salutant; & qui scripsit Evarestus, cum omni domo sua.

1. Redundat: ex margine in textum assumtum.
2. L. τὴν τῶν.
3. Euseb. προηθληκότων.
4. Euseb. δώδεκα.
5. L. *in Smyrna*.
6. Ex Eus. additum. *Uss.* Deest autem in codice Viennensi.
7. Heic desinit Euseb. nec ultra perrexit.
8. Οὐ μόνον, ut in codice Vienn. cui additur γάρ.
9. Cod. Vien. μάρτυς ἄριστος καὶ ἐξοχώτατος.
10. Nuntiavimus.
11. Lege διαπέμψατε.
12. Τὸν δυνάμενον Uss.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 147.



VETUS INTERPRES. A

CAPUT XXI.

Martyrium sancti Polycarpi mense Aprilio, VII. Kalend. Maji, majore Sabbato, hora octava. Captus est ab Herode, Pontifice Philippo [1] Trajano, Proconsule Statii Quadrati. Gratias Domino nostro Jesu Christo: cui gloria, honor, magnitudo, thronus sempiternus a generatione in generationem. B Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαΐων, σαββάτῳ μεγάλῳ, ὥρᾳ ὀγδόῃ. Συνελήφθη ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ, ἀνθυπατεύοντος Στρατίου [2] Κοράτου, βασιλεύοντος δὲ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, τιμή, μεγαλοσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Ἀμήν.

A VERSIO J. B. COTELERII.

CAPUT XXI.

Martyrium autem passus est beatus Polycarpus Xanthici mensis ineuntis die secundo, ante septimum Kalendas Maias, magno Sabbato, hora octava. Captus est ab Herode, sub Pontifice Philippo Tralliano; Proconsule Statio Quadrato; regnante vero in sæcula Jesu Christo: cui gloria, honor, majeB stas, thronus sempiternus, a generatione in generationem. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα, ἀδελφοί, στοιχοῦντας τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον λόγῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ δόξα τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τῶν ἁγίων ἐκλεκτῶν· καθὼς ἐμαρτύρησεν ὁ μακάριος Πολύκαρπος, οὗ γένοιτο ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι ἡμᾶς.

CAPUT XXII.

Valere vos optamus, fratres; ac incedere in evangelico sermone Jesu Christi; cum quo gloria Deo & Patri & Spiritui sancto, ob sanctorum electorum salutem: quemadmodum martyrium pertulit beatus Polycarpus; ad cujus vestigia contingat ut in regno Jesu Christi inveniamur.

Exemplaria hæc ex Irenæi, discipuli Polycarpi, doctrina scri- C psit Gajus, qui conversatus est una cum Irenæo: ego autem hæc Socrates ex Gaji exemplaribus scripsi.

Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος, C ἐκ τῶν Εἰρηναίου μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ. Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων ἔγραψα. Ἡ χάρις μετὰ πάντων.

Atque hæc ex codice Irenæi, C discipuli Polycarpi, descripsit Caius, qui etiam cum Irenæo versatus est. Ego vero Socrates Corinthi ex Caii exemplari scripsi. Gratia sit cum omnibus.

Ego Pionius memorata exemplaria investigavi & scripsi, ex revelatione quæ mihi patefacta est de beato Polycarpo; [3] sicut enuntiavi in conventu reliquis ex tempore quo laboravit, cum electis, & ut me colligat Do- D minus Jesus Christus in regno cælorum, cum Patre & Filio & Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.


Ἐγὸ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραψα, ἀναζητήσας αὐτά, κατὰ ἀποκάλυψιν φανερώσαντός μοι Πολυκάρπου· καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς· συναγαγὼν αὐτὰ ἤδη σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκ- D μηκότα· ἵνα κἀμὲ συναγάγῃ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, ᾧ ἡ δόξα, σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Et posthæc ego Pionius ex suprascripto exaravi; cum exemplaria perquisivissem, & illa mihi per revelationem manifestasset Polycarpus, ut in sequentibus declarabo; eaque jam propemodum ex tempo- D ris diuturnitate fatiscentia collegissem; ut me quoque cum electis suis colligat Dominus Jesus Christus, cui gloria, cum Patre & sancto Spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

1. Lege *Tralliano*. 2. Lege Κοδράτου. 3. Hæc pessime vertuntur.

INDEX CAPITUM
EPISTOLÆ CIRCULARIS
ECCLESIÆ SMYRNENSIS,
DE MARTYRIO
S. POLYCARPI.






ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

Ι Ο Υ Σ Τ Ι Ν Ο Υ,

ΧΑΡΙΤΩΝΟΣ, ΧΑΡΙΤΟΥΣ, ΠΑΙΩΝΟΣ καὶ ΛΙΒΕΡΙΑΝΟΥ, μαρτυρησάντων ἐν Ρώμῃ.



MARTYRIUM SANCTORUM MARTYRUM

J U S T I N I,

CHARITONIS, CHARITUS, PÆONIS & LIBERIANI, qui paſſi ſunt Romæ.

ΕΝ [1] τῷ καιρῷ τῶν ἀνόμων ὑπερμάχων τῆς εἰδωλολατρείας προστάγματα ἀσεβῆ κατὰ τῶν εὐσεβούντων Χριστιανῶν κατὰ πόλιν καὶ χώραν ἐξετίθετο, ὥστε αὐτοὺς ἀναγκάζεσθαι σπένδειν τοῖς ματαίοις εἰδώλοις· [a] συλληφθέντες οὖν οἱ ἅγιοι ἄνδρες, εἰσήχθησαν [b] πρὸς τὸν τῆς Ρώμης ἔπαρχον ὀνόματι Ρουστικόν. ὧν εἰσαχθέντων πρὸ τοῦ βήματος, Ρουστικὸς ὁ ἔπαρχος εἶπε πρὸς Ἰουστῖνον· [2] πρῶτον πείσθητι τοῖς θεοῖς, καὶ ὑπάκουσον τοῖς βασιλεῦσιν. Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἀμέμπτον καὶ ἀκατάγνωστον, τὸ πείθεσθαι τοῖς προσταχθεῖσιν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· ποίους λόγους μεταχειρίζεις; Ἰουστῖνος εἶπε· [c] Πάντας μὲν λόγους ἐπειράθην μαθεῖν· συνεθέμην δὲ τοῖς ἀληθέσι λόγοις, τοῖς τῶν Χριστιανῶν, κἂν μὴ ἀρέσκωσι τοῖς ψευδοδόξοις. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· ἐκεῖνοί σε ἀρέσκουσιν οἱ λόγοι, πανάθλιε; Ἰουστῖνος εἶπε· ναί· ἐπειδὴ μετὰ δόγματος ὀρθοῦ ἕπομαι [3] αὐτούς. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· ποῖόν ἐστι δόγμα; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ὅπερ εὐσεβοῦμεν εἰς τὸν τῶν Χριστιανῶν Θεόν, ὃν ἡγούμεθα ἕνα τοῦτον ἐξ ἀρχῆς ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τῆς πάσης κτίσεως, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου· καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν παῖδα Θεοῦ, ὃς καὶ προκεκήρυκται ὑπὸ τῶν προφητῶν μέλλων παραγίνεσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, σωτηρίας κῆρυξ καὶ διδάσκαλος καλῶν μαθητῶν. κἀγὼ ἄνθρωπος ὤν, [4] μικρὰ νομίζω λέγειν πρὸς τὴν αὐτοῦ ἄπειρον θεότητα, προφητικήν τινα δύναμιν ὁμολογῶν. [5] ἐπὶ προκεκήρυκται περὶ τούτου, ὃν ἔφην νῦν Θεοῦ υἱὸν ὄντα. ἴσημι γὰρ ὅτι ἄνωθεν προεῖπον οἱ προφῆται περὶ τῆς τούτου παρουσίας γενομένης ἐν ἀνθρώποις.

A I. QUo tempore nefarii ſuperſtitionis idolorum repugnatores impia contra pietatem ac religionem ſervantes Chriſtianos per ſingulas urbes ac regiones edicta propoſuerunt, ut quicumque Chriſtiani deprehenſi eſſent, idolis ſacrificare cogerentur: comprehenſi Justinus, & qui cum illo erant, adducti ſunt ad Romæ Præſidem, Ruſticum nomine. Quibus ante tribunal conſtitutis, Ruſticus Præſes dixit Juſtino: Age, eſto diis ipſis obediens, & Imperatoris edictis. Illi autem Juſtinus reſpondit: *Nemo umquam reprehendi aut condemnari poterit, qui Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti præceptis obedierit.* Tum Ruſticus Præfectus: In cujuſnam, inquit, eruditionis ac diſciplinarum genere verſaris? Cui Juſtinus: *Omnium* B *diſciplinarum genus diſcere conatus ſum, omnemque eruditionem expertus. Poſtremo veræ Chriſtianorum diſciplinæ adhæſi, quamvis illa non placeat his, qui falſæ opinionis errore ducuntur.* Tum Ruſticus dixit: Illane, miſerrime, eruditione delectaris? *Maxime*, inquit Juſtinus; *quoniam recto cum dogmate Chriſtianos ipſos ſequor.* At Præfectus: Qualenam eſt iſtud dogma? Reſpondit Juſtinus: *Rectum dogma, quod Chriſtiani homines cum pietate ſervamus, hoc eſt: ut Deum unum exiſtimemus, factorem atque creatorem omnium quæ videntur, quæque corporeis oculis non cernuntur; & dominum Jeſum Chriſtum, Dei filium confiteamur, olim a Prophetis prænuntiatum, qui & humani generis judex venturus eſt, ſalutis præco & magiſter iis* C *qui ab illo bene didicerint. Ego quidem, ut homo, imbecillis ſum & longe minor, quam ut de infinita illius deitate aliquid magnum dicere poſſim: Prophetarum munus hoc eſſe fateor. Illi enim hujus ipſius, quem Dei filium eſſe dixi, in orbem terrarum adventum, multis antea ſæculis divinitus prædixerunt.*

Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· [d] ποῦ συνέρχεσθε; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἔνθα ἑκάστῳ [6] προαίρεσις καὶ δύναμίς ἐστι. πάντως γὰρ νομίζεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ

II. Quæſivit Præfectus, quem in locum Chriſtiani convenirent. Cui reſpondit Juſtinus, *eo unumquemque convenire quo vellet ac poſſet. An*, in-

1. Ἐν τῷ καιρῷ.] Vel legendum ἐν ᾧ καιρῷ, vel ita vertendum: *Tempore impiorum idololatriæ defenſorum*. Videntur Acta ſic incepiſſe: συλληφθέντες οἱ ἅγιοι. Quæ præcedunt ſuperaddita ſunt.

2. Πρῶτον πείσθητι.] *Primo diis crede, & Imperatoribus obſequere.*

3. Αὐτούς] Latinus interpres id refert ad ipſos Chriſtianos; ſed ad Chriſtianorum doctrinam, ſive diſciplinam referendum eſt, & ſic reddendum: *Quoniam recto cum dogmate ipſam ſequor.* Sanctus Martyr, cujus in refellendis hæreticis nobilitata fuerat opera, ſciſcitante Præfecto quodnam eſſet illud rectum dogma quod ſe profiteri dicebat, ſic fidem exponit, ut pleraſque illius ætatis hæreſes notet, quæ Chriſtum creatoris filium eſſe, & a prophetis prænuntiatum negabant. Mox vertendum: *Qui prænuntiatus eſt a prophetis venturus humano generi ſalutis præco.* Leg. αὐτοῖς.

4. Μικρὰ —— πρὸς τὴν αὐτοῦ ἄπ. θεότ.] *Minuta præ infinita illius deitate.*

5. Ἐπί.] Leg. ἐπεί.

6. Προαίρεσις καὶ δύναμις.] Mirum id videri non debet ſæviente perſequutione.

a Συλληφθέντες κ. τ. λ.] Heic ſane incipiunt Acta apud Baronium ad an. 165. n. II. ut advertit Ruinartus.

b Πρὸς τὸν τῆς Ρώμης ἔπαρχον] Baronius: *ad Urbis Præfectum*. Et hunc quidem verum eſſe titulum, contendit Papebrochius ad *Acta Sanctor.* Jun. tom. I. p 21. quem conſule.

c Πάντας μὲν λόγους κ. τ. λ.] Idipſum fuſius exponit ipſe Juſtinus initio Dialogi cum Tryphone Judæo. Unde maxime confirmatur horum Actorum ſinceritas. Ruinart.

d Ποῦ συνέρχεσθε;] Heic mihi videor ſubodorari occultas machinationes Creſcentis, quibus Chriſtianos eorumque doctorem Juſtinum inſimulaverit apud Præfectum, tamquam clandeſtinos cœtus quietique urbis periculoſos, agere ſolitum. Papebroch. —— Hinc collige hæc Acta non convenire Juſtino cuidam, qui recens Romam advenerat, ut vult Papebrochius: nam alias, quid eum Præfectus de loco quo Chriſtiani conveniebant interrogaret? Nota etiam, Juſtinum heic memoratum non ita ignotum Præfecto fuiſſe; quandoquidem ſciebat eum Romæ diſcipulos habere. Certe eum Romæ docuiſſe, patet ex *Evelpiſti* reſponſione infra. Ruinart.

συνέρχεσθαι ἡμᾶς πάντας ; οὐχ οὕτως δέ . διότι ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν τόπῳ οὐ περιγράφεται , ἀλλὰ ἀόρατος ὤν , τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληροῖ , καὶ πανταχοῦ ὑπὸ τῶν πιστῶν προσκυνεῖται καὶ δοξάζεται . Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν · εἶπε ποῦ συνέρχεσθε , ἢ εἰς ποῖον τόπον ἀθροίζεις τοὺς μαθητάς σου ; Ἰουστῖνος εἶπεν · Ἐγὼ ἐπάνω μένω τινὸς Μαρτίνου τοῦ [a] Τιμιοτίνου βαλανείου . καὶ παρὰ πάντα τὸν χρόνον τοῦτον [ἐπεδήμησα δὲ τῇ Ρωμαίων πόλει τοῦτο δεύτερον] [1] καὶ οὐ γινώσκω ἄλλην τινὰ συνέλευσιν , εἰ μὴ τὴν ἐκείνου . καὶ εἴ τις ἐβούλετο ἀφικνεῖσθαι παρ' ἐμοὶ , ἐκοινώνουν αὐτῷ τῶν τῆς ἀληθείας λόγων · Ρουστικὸς εἶπεν · οὐκοῦν λοιπὸν Χριστιανὸς εἶ ; Ἰουστῖνος εἶπεν · ναὶ , Χριστιανός εἰμι.

A quit , *existimas omnes nos in eumdem locum convenire solitos ? Minime res ita se habet ; quoniam Christianorum Deus loco non circumscribitur ; sed cum invisibilis sit , cælum & terram implet , atque ubique a fidelibus adoratur , & ejus gloria collaudatur* . Tunc Præfectus : Age , inquit , dicas , quem in locum conveniatis , & discipulos tuos congreges . Respondit Justinus : *Ego prope domum Martini cujusdam , ad Balneum cognomento Timiotinum , hactenus mansi . Veni autem in urbem Romam secundo , neque alium quempiam locum , nisi quem dixi , cognosco . Ac si quis ad me venire voluit , communicavi cum illo veritatis doctrinam* . Ergo Christianus es tu ? inquit Rusticus . At Justinus : B *Maxime , Christianus ego sum* .

Ρουστικὸς ἔπαρχος τῷ Χαρίτωνι εἶπεν · ἔτι εἰπὲ Χαρίτων , καὶ σὺ Χριστιανὸς εἶ ; Χαρίτων εἶπε · Χριστιανός εἰμι [2] Θεοῦ κελεύσει . Ρουστικὸς ἔπαρχος πρὸς [b] τὴν Χαριτὼ , εἶπε · σὺ τί λέγεις [3] Χαριτώ ; Χαριτὼ εἶπε · Χριστιανός εἰμι τῇ τοῦ Θεοῦ δωρεᾷ . Ρουστικὸς εἶπε τῷ Εὐελπίστῳ · σὺ δὲ τίς εἶ ; Εὐελπίστος [4] δοῦλος Καίσαρος ἀπεκρίνατο · κἀγὼ Χριστιανός εἰμι ἐλευθερωθεὶς ὑπὸ Χριστοῦ , καὶ τῆς αὐτῆς ἐλπίδος μετέχω χάριτι Χριστοῦ . Ρουστικὸς ἔπαρχος τῷ Ἱέρακι εἶπε · [5] καὶ σὺ Χριστιανὸς εἶ ; Ἱέραξ εἶπεν · ναὶ , Χριστιανός εἰμι , τὸν γὰρ αὐτὸν Θεὸν σέβομαι καὶ προσκυνῶ . Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν · Ἰουστῖνος ὑμᾶς ἐποίησε Χριστιανούς ; Ἱέραξ εἶπεν · Ἤμην Χριστιανὸς καὶ ἔσομαι . [c] Πέων δὲ ἑστὼς εἶπε · Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι . Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε · τίς ὁ διδάξας σε ; Πέων εἶπεν · ἀπὸ τῶν γονέων παρειλήφαμεν τὴν καλὴν ταύτην ὁμολογίαν . Εὐέλπιστος εἶπεν · Ἰουστίνου μὲν ἡδέως ἤκουον τῶν λόγων · παρὰ τῶν γονέων δὲ κἀγὼ παρείληφα Χριστιανὸς εἶναι . Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε · ποῦ εἰσιν οἱ γονεῖς σου ; Εὐέλπιστος εἶπεν · ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ . Ρουστικὸς τῷ Ἱέρακι λέγει · οἱ σοὶ γονεῖς ποῦ εἰσιν ; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο λέγων · Ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν πατήρ ἐστιν ὁ Χριστὸς , καὶ μητὴρ ἡ εἰς αὐτὸν πίστις . οἱ δὲ ἐπίγειοι μοῦ γονεῖς ἐτελεύτησαν · καὶ ἐγὼ [d] ἀπὸ Ἰκονίου τῆς Φρυγίας ἀποσπασθεὶς ἐνθάδε ἐλήλυθα . Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε [e] Λιβεριανῷ · τί καὶ σὺ λέγεις , Χριστιανὸς εἶ ; οὐδὲ σὺ εὐσεβεῖς ; Λιβεριανὸς εἶπε · Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι , εὐσεβῶ γὰρ καὶ προσκυνῶ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν .

III. Tunc Præfectus dixit CHARITONI : An & tu Christianus es? Cui Chariton: *Christianus ego sum, Deo ipso juvante* . Quæsivit Rusticus a CHARITANA muliere , num & ipsa Christi fidem sequeretur ; cui respondit illa , *se quoque , Deo dante , Christianam esse* . Tunc Rusticus dixit EVELPISTO : Tu vero quisnam es ? Qui respondit : *Servus quidem Cæsaris sum; sed Christianus a Christo ipso libertate donatus , & illius beneficio atque gratia , ejusdem spei , cujus & isti quos vides , particeps factus* . Post hæc Præfectus quæsivit ab HIERACE , num & ipse Christianus esset . Cui Hierax dixit: *Certe Christianus & ego sum, eum-* C *dem enim Deum colo atque adoro* . An , inquit Præfectus , Christianos vos fecit Justinus ? *Ego* , inquit Hierax , *& fui , & ero Christianus* . Stans autem & PÆON dixit : *Ego quoque sum Christianus* . Et quisnam , inquit Præfectus , te docuit ? Respondit ille : *A parentibus bonam hanc confessionem accepi* . Post hunc EVELPISTUS dixit : *Et ego Justini quidem sermones magna cum voluptate audiebam ; sed a parentibus tamen & ipse Christianus esse didici* . Tunc Præfectus : Et ubinam parentes tui sunt ? *In Cappadocia* , inquit Evelpistus . Quæsivit Præfectus & ab Hierace , ubinam gentium essent ejus parentes . Cui respondit Hierax : *Verus Pater noster Christus est ; & mater , fides qua in ipsum credimus : terreni ve-* D *ro parentes mei mortui sunt . Ceterum ego ab Iconio Phrygiæ abstractus huc veni* . Quæsivit Præfectus a LIBERIANO , quidnam & ipse diceret , num & Christianus esset , atque in deos impius . *Et ego* , inquit , *Christianus sum ; colo enim & adoro solum Deum verum* .

Ὁ ἔπαρχος λέγει πρὸς Ἰουστῖνον · ἄκουε [f] ὁ λεγόμενος λόγιος , καὶ νομίζων ἀληθινοὺς εἰδέναι

IV. Tunc Præfectus conversus ad Justinum dixit : Audi tu , qui eloquens esse diceris , & putas te veram

1. Καὶ οὐ γινώσκω .] Delenda videtur prima vocula ; & græca sic vertenda : *Ego maneo prope domum Martini cujusdam ad balneum cognomento Timiotinum , ac per totum tempus (veni autem Romanorum urbem nunc iterum) nullum aliud conventus locum cognosco* . Legitur τῶν τιμωτίνων apud Papebrochium .

2. Θεοῦ κελεύσει .] *Dei jussu* , sive *hortatu* .

3. Χαριτώ .] *Rusticus Præfectus dixit ad Charitum ; Tu quid dicis , Charito ? Charito dixit : Christiana sum Dei dono* . Hæc mulier vocatur *Charitina* apud Baronium ad an. 165.

4. Δοῦλος Καίσαρος .] *Evelpistus servus Cæsaris respondit : Ego quoque Christianus sum , liberatus a Christo , ac ejusdem spei particeps sum gratia Christi* .

5. Καὶ σύ .] *Num & tu Christianus es* ? Sic etiam infra in Græcis Actis ipsius Præfecti Liberianum interrogantis verba referuntur : *Quid & tu dicis ? Num Christianus quoque es , nec pius* ?

a Τιμιοτίνου] Apud Baronium , *balneum Timothinum* ; de quo ipse plura ad an. 165. num. III.

b Τὴν Χαριτὼ] Græce Χαριτὼ , οῦς : ut *Dido us* . Ideo non placet , quod Sirletus , expressius sexum notaturus , *Charitinam* vocaverit . PAPEBROCH. —— Hinc ipsemet Papebrochius vertit : *Quæsivit Rusticus a Charito muliere* .


c Πέων] Sic & apud Papebrochium : qui tamen in nota hæc habet : Παίων , *etiam penultima longa* , Παίωνος *inflectitur* . In fronte sane horum Actorum scribitur Παίωνος . Et heic , itaque Παίων rescribendum .

d Ἀπὸ Ἰκονίου τῆς Φρυγίας] Hactenus quidem unicam hujus nominis civitatem , Lycaoniæ caput , in Cappadocia novimus . Et peregrino alicui ignosci posset , *Phrygiæ* nomen usurpanti pro tota minori Asia : sed Iconiensi alicui , qualem se dicit *Hierax* , non quadrat ejusmodi abusus nominis . Quare vehementer impellor ut credam , in ipsamet proprie dicta Phrygia , aliud fuisse *Iconium* dictum *Phrygiæ* , ut a celebriori altero distingueretur . Sicuum aliam *Antiochiam* , quam celeberrimam Syriæ civitatem , volunt scriptores designare , dicunt *Antiochiam Pisidiæ* , *Ciliciæ* &c. PAPEBROCHIUS . —— In alio cod. habetur *Iconii Pisidiæ* : (sic & apud Baronium .) Iconium urbs est celebris Lycaoniæ metropolitana : sed nec in Pisidia , nec in Phrygia exstat . Fortassis pro *Iconii* : legendum est *Lycaoniæ* : quæ urbs est Phrygiæ minoris , teste Hieronymo *de locis Hebraicis* . RUINART .

e Λιβεριανῷ] *Valerianum* Menæa nuncupant . PAPEBROCH.

f Ὁ λεγόμενος λόγιος] Malim reddere , *qui doctus diceris* . MARANUS in præfat. part. III. p. XCVII.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



λόγους· [1] ἐὰν μαστιγωθεὶς ἀποκεφαλισθῇς, [a] πέπεισαι ὅτι μέλλεις ἀναβαίνειν εἰς τὸν οὐρανόν; Ἰουστῖνος εἶπεν· ἐλπίζω ἕξειν αὐτοῦ τὰ [2] δόγματα ἐὰν ὑπομείνω ταῦτα. οἶδα γὰρ πᾶσι τοῖς οὕτω βιώσασι παραμένειν τὸ θεῖον χάρισμα, μέχρι τῆς ἐκπληρώσεως τοῦ παντὸς κόσμου. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· σὺ οὖν ὑπονοεῖς, ὅτι ἀναβήσῃ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀμοιβάς τινας ἀποληψόμενος; Ἰουστῖνος εἶπεν· οὐχ ὑπονοῶ, ἀλλ' ἐπίσταμαι καὶ πεπληροφόρημαι. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· τὸ λοιπὸν ἔλθωμεν εἰς τὸ προκείμενον καὶ κατεπεῖγον πρᾶγμα. συνελθόντες οὖν ὁμοθυμαδὸν θύσατε τοῖς θεοῖς. Ἰουστῖνος εἶπεν· οὐδεὶς [3] εὐφρονῶν ἀπὸ εὐσεβείας ἀσέβειαν ἐκπίπτει. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· εἰ μὴ πείθεσθε τιμωρηθήσεσθε ἀνηλεῶς. Ἰουστῖνος εἶπε· δι' εὐχῆς ἔχομεν διὰ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν [4] τιμωρηθέντες σωθῆναι, ὅτι τοῦτο ἡμῖν σωτηρία καὶ παῤῥησία γενήσεται ἐπὶ τοῦ φοβερωτέρου καὶ παγκοσμίου βήματος τοῦ δεσπότου ἡμῶν καὶ σωτῆρος. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ μάρτυρες εἶπον· ποίει ὃ θέλεις· ἡμεῖς γὰρ Χριστιανοί ἐσμεν, καὶ εἰδώλοις οὐ θύομεν.

disciplinam tenere: si a capite per totum corpus flagellis cæsus fueris, persuasum ne habes, fore ut in cælum ascendas? Cui Justinus: *Spero*, inquit, *me habiturum quod habent qui Christi dogmata servaverint, si hæc ipsa quæ dicis, perpessus fuero. Scio enim omnibus qui sic vixerint divinam gratiam conservari, quoad totus mundus consummetur.* Ad hæc Præfectus Rusticus: Ergo futurum opinaris, ut in cælos ascendas, mercedem aliquam recepturus? *Non opinor*, inquit Justinus, *sed scio, & hoc tam certum habeo, ut nihil dubitem*. Rusticus dixit: Veniamus deinceps ad id quod propositum est, & nos urget. Convenite simul, & uno eodemque animo diis sacrificate. Ad hæc Justinus: *Nemo*, inquit, *qui recte sentiat, pietatem deserit, ut in errorem atque impietatem delabatur*. Præfectus Rusticus dixit: Nisi jussis nostris parere volueritis, cruciatus sine ulla misericordia patiemini. Justinus autem: *Maxime nos in votis habemus, propter Dominum nostrum Jesum Christum cruciatus perpeti, ac salvari. Hoc enim nobis salutem & fiduciam conciliabit ante ejusdem Domini & Salvatoris nostri terribile illud tribunal, cui totus mundus divino jussu assistet*. Idem & reliqui omnes Martyres dixerunt, hoc addentes: *Fac cito quod vis; nos enim Christiani sumus, & idolis non sacrificamus*.

Ῥουστικὸς ἔπαρχος ἀπεφήνατο λέγων· οἱ μὴ βουληθέντες θῦσαι τοῖς θεοῖς, καὶ εἶξαι τῷ τοῦ αὐτοκράτορος προστάγματι, [b] μαστιγωθέντες ἀπαχθήτωσαν κεφαλικὴν ἀποτιννύντες δίκην, κατὰ τὴν τῶν νόμων ἀκολουθίαν. [c] οἱ ἅγιοι μάρτυρες δοξάζοντες τὸν Θεὸν, ἐξελθόντες ἐπὶ τὸν συνήθη τόπον ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐτελείωσαν αὐτῶν τὴν μαρτυρίαν, ἐν τῇ τοῦ σωτῆρος ὁμολογίᾳ. τινὲς δὲ τῶν πιστῶν λαθραίως αὐτῶν τὰ σώματα λαβόντες, κατέθεντο ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ, συνεργασάσης αὐτοῖς τῆς χάριτος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

V. Hæc audiens Præfectus, talem sententiam pronuntiavit: Qui diis sacrificare, & Imperatoris edicto parere noluerunt, flagello cæsi, ad capitalem pœnam abducantur, quemadmodum leges præcipiunt. Itaque sancti Martyres Deum collaudantes, ad consuetum locum perducti, post verbera securi percussi sunt, & in Salvatoris confessione martyrium consummarunt. Post hæc quidam Fideles clam illorum corpora sustulerunt, & in loco idoneo illa condiderunt, cooperante gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

1. Ἐὰν μαστιγωθεὶς ἀποκεφαλισθῇς.] *Si verberibus cæsus capite plectaris*. Mendosus admodum hoc loco interpres.

2. Δόγματα.] Si legamus δόματα, *spero me habiturum illius dona*, locus enitescet, nec necesse erit quidquam supplere. Huic voci, δόματα, egregie respondet τὸ θεῖον χάρισμα, quod mox sequitur.

3. Εὐφρονῶν.] Similis est hæc Justini responsio pluribus aliis Martyrum Christo confidentium responsis. Dicebat judici beata Symphorosa: *Tu existimas quod possit animus meus aliquo terrore mutari, cum ego desiderem cum viro meo Getulio, quem pro Christi nomine interfecisti, requiescere*. Act. Mart. p. 24. Sic etiam sancta Felicitas p. 26. *Nec blandimentis tuis resolvi potero, nec terroribus tuis frangi*. Et unus ex ejus filiis, nomine Felix: *Immineant verbera: stent cruenta consilia: fides nostra nec vinci potest, nec mutari*. Cyprianus Paterno proconsuli: *Bona voluntas quæ Deum novit, immutari non potest*. Testatur Plinius in epistola ad Trajanum, lib. 10. ep. 97. dimissos a se nonnullos, qui accusati quod essent Christiani deos appellaverant, imagini Imperatoris & deorum simulacris thure & vino supplicaverant, ac Christo maledixerant; *quorum*, inquit, *nihil cogi posse dicuntur, qui sunt revera Christiani: ergo dimittendos putavi*.

4. Τιμωρηθέντες σωθῆναι.] *Cruciatus perpetiendo salvari. Hoc enim nobis salus & fiducia erit ante terribile illud, cuique totus mundus assistet, Domini nostri & Salvatoris tribunal. Similiter & reliqui Martyres dixerunt: Fac quod vis: nos enim Christiani sumus, nec idolis sacrificamus*.

a Πέπεισαι — εἰς τὸν οὐρανόν;] Apud Papebrochium, πείσῃ — εἰς τοὺς οὐρανούς; Sic & paullo post, ἀναβ. εἰς τοὺς οὐρανούς. Mox ibid. ὑπομείνω.

b Μαστιγωθέντες κ. τ. λ.] Consueto Romanis supplicii genere, ut decollationi præmitterentur virgæ; quarum fasces ideo Magistratibus supremis una cum securibus præferebantur, jam inde ab Urbe condita. PAPEBROCHIUS.

c Οἱ ἅγιοι κ. τ. λ.] Quæ sequuntur, verba sunt ejus qui originariis Actis judicii, initium ac finem addidit. Auctor non præsumsit de suo diem addere; uti plerique illi fecerunt, qui diu post scripserunt Acta Sanctorum, publico cultu pridem celebrium: quod non parum facit ad commendationem sinceritatis. PAPEBROCHIUS.

INDEX CAPITUM
ACTORUM MARTYRII
S. JUSTINI PHILOSOPHI,
ET SOCIORUM EJUS.

TATIANI

ORATIO

ADVERSUS GRÆCOS.

VETERUM TESTIMONIA DE TATIANO, EJUSQUE SCRIPTIS.

I.

S. Irenæus, adv. Hæreses *lib.* I. *cap.* xxx. & xxxi.

Vetus Interpres.

Contradicunt [Encratitæ] ejus saluti, qui primus plasmatus erat, & hoc nunc adinventum est apud eos, *Tatiano* quodam primo hanc introducente blasphemiam; qui cum esset Justini auditor, in quantum quidem apud eum erat, nihil enarravit tale: post vero illius martyrium absistens ab Ecclesia, & præsumtione magisterii elatus & inflatus, quasi præ ceteris esset, proprium characterem doctrinæ constituit. [Æonas quosdam invisibiles] similiter atque hi qui a Valentino sunt, velut fabulam enarrans: nuptias autem, corruptelas & fornicationes similiter ut Marcion & Saturninus dicens: Adæ autem saluti ex se contradictionem faciens.

***Apud* Eusebium Hist. Eccl. *lib.* IV. *cap.* XXIX.**

Ἀντιλέγουσι τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ· καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ᾽ αὐτοῖς, Τατιανοῦ τινος πρώτως ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν· ὃς Ἰουστίνου ἀκροατὴς γεγονὼς, ἐφόσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἐξέφηνε τοιοῦτον. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο, αἰῶνάς τινας ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας· τὸν γάμον τε, φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας· τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ᾽ ἑαυτοῦ τὴν ἀντιλογίαν ποιησάμενος.

Interprete H. Valesio.

Negant primi hominis salutem, *Tatiano* quodam omnium primo hujus impietatis auctore. Qui Justini auditor, quamdiu quidem cum illo versatus est, nihil ejusmodi protulit. Post martyrium autem illius, ab Ecclesia se abrumpens, doctoris arrogantia elatus ac tumidus, tamquam præstantior ceteris, novam quamdam formam doctrinæ conflavit; Æonas invisibiles commentus, perinde ac Valentinus: asserens quoque cum Saturnino & Marcione, matrimonium nihil aliud esse quam corruptionem ac stuprum: nova præterea argumenta ad subvertendam Adami salutem excogitans.

Idem, *lib.* III. *cap.* xxxix.

Mentiuntur ergo omnes qui contradicunt ejus [Adæ] saluti, semper seipsos excludentes a vita, [in] eo quod non credant inventam ovem quæ perierat. Si autem illa non est inventa, adhuc possidetur in perditione omnis hominis generatio: mendax ergo is qui prior hanc sententiam, immo hanc ignorantiam & cæcitatem induxit, *Tatianus*: connexio quidem factus omnium hæreticorum, quemadmodum ostendimus. Hoc autem a semetipso adinvenit, uti novum aliquid præter reliquos inferens, vacuum loquens, vacuos a fide auditores sibi præpararet, affectans magister haberi, tentans & subinde uti hujusmodi a Paullo assidue dictis: *Quoniam in Adam omnes morimur*; ignorans autem, *quoniam ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia.*

II.

Rhodon, *apud* Eusebium Hist. Eccl. *lib.* v. *cap.* xiii.

Ἐν τῷ αὐτῷ δὲ συγγράμματι Καλλιστίωνι προσφωνῶν, ὁ αὐτὸς [Ῥόδων] μεμαθητεῦσθαι ἐπὶ Ῥώμης Τατιανῷ ἑαυτὸν ὁμολογεῖ. φησὶ δὲ καὶ ἐσπουδάσθαι τῷ Τατιανῷ προβλημάτων βιβλίον· δι᾽ ὧν τὸ ἀσαφὲς καὶ ἐπικεκρυμμένον τῶν θείων γραφῶν παραστήσειν ὑποσχομένου τοῦ Τατιανοῦ, αὐτὸς ὁ Ῥόδων ἐν ἰδίῳ συγγράμματι τὰς τῶν ἐκείνου προβλημάτων ἐπιλύσεις ἐκθήσεσθαι ἐπαγγέλλεται.

Ceterum [Rhodon] in eodem libro (adversus Marcionis hæresim conscripto) quem Callistioni nuncupavit, Romæ a *Tatiano* se eruditum esse testatur. Refert etiam a *Tatiano* elucubratum esse Quæstionum librum: in quo quum Tatianus obscuros atque involutos sacræ Scripturæ locos se expositurum esse promisisset, ipse Rhodon solutiones Quæstionum *Tatiani* peculiari opere editurum se esse profitetur.

III.

Clemens Alex. Strom. *lib.* I. *cap.* xxi. *p.* 378. *edit. Oxon.*

Δι᾽ ὧν δειχθήσεται ἀναμφιλέκτως, πάσης σοφίας ἀρχαιοτάτη ἡ κατὰ Ἑβραίους φιλοσοφία. εἴρηται μὲν οὖν περὶ τούτων ἀκριβῶς Τατιανῷ ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας.

Unde patebit citra ullam controversiam, Hebræorum philosophiam esse quavis philosophia longe antiquiorem. Ac de iis quidem accurate dictum est a *Tatiano* in Oratione adversus Græcos.

Idem *ibid. p.* 379.

Τούτων δὲ τεσσαράκοντα μὲν γενεαῖς νεώτερα τὰ Ἀττικὰ, τὰ ἀπὸ Κέκροπος τοῦ διφυοῦς δὴ καὶ αὐτόχθονος, ὥς φησι κατὰ λέξιν ὁ Τατιανός.

His autem [rebus Argolicis] quatuor generationibus sunt res Atticæ recentiores, quæ ducunt originem a Cecrope diphye & indigena, ut iisdem verbis dicit *Tatianus*. Num. XXXIX.

Idem, *ibid. lib.* III. *cap.* XII. *p.* 547.

Οὐ γὰρ, ὥς τινες ἐξηγήσαντο, δέσιν γυναικὸς πρὸς ἄνδρα, τὴν σαρκὸς πρὸς τὴν φθορὰν ἐπιπλοκὴν, μηνύεσθαι ὑποτοπητέον. τῶν γὰρ ἄντικρυς διαβόλῳ προσαπτόντων τὴν τοῦ γάμου εὕρεσιν ἀθέων ἀνθρώπων ἐπίνοιαν κατηγορεῖ, καὶ κινδυνεύει βλασφημεῖσθαι ὁ νομοθέτης. Τατιανὸν οἶμαι τὸν Σύρον τὰ τοιαῦτα τολμᾷν δογματίζειν. γράφει γοῦν κατὰ λέξιν ἐν τῷ Περὶ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα καταρτισμοῦ· [1] Συμφωνίαν μὲν οὖν ἁρμόζει προσευχῇ· [2] κοινωνία δὲ φθορᾶς λύει τὴν ἔντευξιν. πάνυ γοῦν δυσωπητικῶς διὰ τῆς συγχωρήσεως εἴργει. πάλιν γὰρ ἐπὶ ταὐτὸ συγχωρήσας γενέσθαι [3] διὰ τὸν Σατανᾶν καὶ τὴν ἀκρασίαν, τὸν πειθησόμενον, δυσὶ κυρίοις μέλλειν δουλεύειν ἀπεφήνατο· διὰ μὲν συμφωνίας, Θεῷ· διὰ δὲ τῆς ἀσυμφωνίας, ἀκρασίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ διαβόλῳ.

Non enim, ut quidam existimarunt, mulieris cum viro alligationem, carnis cum interitu connexionem, significari putandum est. Impiorum enim hominum qui matrimonii inventionem diabolo aperte tribuunt, opinionem reprehendit; ex qua in periculum venit Legislator, ne incessatur maledictis. *Tatianum* arbitror Syrum talia audere dogmata tradere. His verbis quidem certe scribit in libro *De perfectione secundum Salvatorem*: „ Consensum quidem conjungit cum „ precatione: conjunctio autem corruptelæ solvit „ orationem. Omnino sane concessa ab eo licentia, „ prohibitio est pudorem incutiens. Nam dum con- „ cedit ut revertantur in idipsum propter Satanam „ & intemperantiam, eum qui parebit, *duobus domi-* „ *nis serviturum* declaravit: Deo quidem, per con- „ sensum: intemperantiæ autem & fornicationi & „ diabolo, dum consentire desinit. „

Idem, *ibid. paullo infra, pag.* 548.

Χωρίζει δὲ καὶ τὸν παλαιὸν ἄνδρα καὶ τὸν καινὸν ὁ Τατιανός· ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς φαμέν· παλαιὸν μὲν ἄνδρα, τὸν νόμον· καινὸν δὲ, τὸ Εὐαγγέλιον. συμφωνοῦμεν αὐτῷ καὶ αὐτοὶ λέγοντες, πλὴν οὐχ ᾗ βούλεται ἐκεῖνος, καταλύων τὸν νόμον ὡς ἄλλου Θεοῦ.

Separat autem veterem hominem & novum *Tatianus*; sed non, ut nos dicimus: veterem quidem hominem intelligens Legem; novum autem, Evangelium. Assentimur ei nos quoque ac eadem dicimus, sed non eo sensu quem ille sequitur, Legem dissolvens ut alterius Dei.

Idem, *ibid. cap.* XIII. *p.* 553.

Τὰ παραπλήσια τῷ Τατιανῷ κατὰ τοῦτο δογματίζων· ὁ δ' ἐκ τῆς Οὐαλεντίνου ἐξεφοίτησε σχολῆς.

In hoc eadem decernens (Cassianus) cum *Tatiano*: hic autem prodiit e schola Valentini.

Idem, *in* Eclogis ex Scripturis propheticis, *num.* XXXVIII. XXXIX. *pag.* 999.

Πρὸς δὲ Τατιανὸν, λέγοντα εὐκτικὸν εἶναι τὸ, γενηθήτω φῶς, λεκτέον· εἰ τοίνυν εὐχόμενος ἤδη τὸν ὑπερκείμενον Θεὸν, πῶς λέγει· ἐγὼ Θεὸς, καὶ πλὴν ἐμοῦ ἄλλος οὐδείς; [4] εἴπομεν ὡς κολάσεις εἰσὶ βλασφημιῶν, φλυαρίας, ἀκολάστων ῥημάτων, λόγῳ κολαζομένων καὶ παιδευομένων. ἔφασκεν δὲ καὶ διὰ τὰς τρίχας κολάζεσθαι καὶ τὸν κόσμον τὰς γυναῖκας ὑπὸ δυνάμεως τῆς ἐπὶ τούτοις τεταγμένης, ἣ καὶ τῷ Σαμψὼν δύναμιν παρεῖχε ταῖς θριξὶν, ἥτις κολάζει τὰς διὰ κόσμου τριχῶν ἐπὶ πορνείαν ὁρμώσας.

Adversus *Tatianum*, qui dicit precantis esse illud, *Fiat lux*, dicendum: Si Deum superiorem precatur; quomodo dicit: *Ego Deus, & præter me nullus alius*? Dicebat pœnas infligi blasphemiis, nugis & lascivis verbis, quæ ratione puniuntur & castigantur. Dicebat etiam ob capillos & ornamenta mulieres puniri a Virtute his rebus præposita, quæ & Samsoni robur præbuit per capillos, & eas punit quæ per capillorum ornamenta in fornicationem feruntur.

1. *Συμφωνίαν μὲν ἁρμόζει.*] Legendum videtur *συμφωνία μὲν ἁρμόζει προσευχὴν*, *Consensus præparat precationem*: id enim respondebit sequentibus, *communicatio autem corruptelæ solvit orationem*. Ad hæresim suam trahit Tatianus consilium a Paullo conjugatis datum: consensum vocat, continentiam ad tempus ex mutuo consensu servatam, ut vacent orationi; communionem vero corruptelæ, si, ut concedit Apostolus, in idipsum revertantur: atque inde concludit continentiam aptos & habiles ad precandum efficere; usum matrimonii ab oratione deterrere. Maranus.

2. Κοινωνία.] Contrita vox hæreticorum usu. *οἱ δὲ καὶ τὴν ὁποίαν δήποτ' ἂν ἀφροδισίων συμπλοκὴν, κοινωνίαν ἀσεβῶς κεκλήκασιν. Illi autem quamlibet veneream conjunctionem impie communionem vocaverunt*, inquit Clemens, Strom. 3. p. 437. Et paullo post: *οἵγε τρισάθλιοι τήν τε σαρκικὴν καὶ συνουσιαστικὴν κοινωνίαν ἱεροφαντοῦσι. Homines scelestissimi, qui carnalem copulam vocant sacram communionem*. Mysticam enim communionem nonnulli promiscuos concubitus appellabant, ut paullo ante dixit Clemens. Maranus.

3. *Διὰ τὸν Σατανᾶν.*] Insignis fuit Valentinianorum in Scripturis ad nugas suas detorquendis temeritas; sed haud scio an omnes in hoc genere Tatianus superaverit. Quod Paullus permittit & probat, id eum prohibere dicit: quod permittit & probat ob eam causam, ne detur ansa diabolo ad tentandum, id negat posse observari, quin diabolo serviatur. Non solum enim sententiam Apostoli pervertit, sed ipsa etiam verba: quod quidem sæpe alias ausum esse Tatianum discimus ex Eusebio Hist. l. 4. c. 29. Pro eo enim quod est apud Paullum, *ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν*: *Ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram*, legebat Tatianus *διὰ τὸν Σατανᾶν καὶ τὴν ἀκρασίαν*, *propter Satanam & incontinentiam*. Ex hoc corrupto contextu concludit, Apostolum, dum matrimonii usum probat & permittit ut diabolo & intemperantiæ serviatur, re vera id prohibere: quod non sine manifesta ironia concedit. Maranus.

4. Εἴπομεν] Leg. *εἶπε μέν*. Maranus.

IV.

TERTULLIANUS, *lib.* de Præfcription. *cap.* LII.

His hæreticis omnibus accedit *Tatianus* quidam, alter hæreticus. Hic Juftini martyris difcipulus uit: poft hunc divifa fentire cœpit. Totus enim fecundum Valentinum fapit, adjiciens illud, Adam nec falutem confequi poffe; quafi non, fi rami falvi fiunt, & radix falva fit.

V.

ORIGENES, *lib.* I. contra Celfum, *num.* XVI.

Καὶ Τατιανοῦ δὲ νεωτέρου φέρεται ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος, πολυμαθέστατα ἐκτιθεμένου τοὺς ἱστορήσαντας περὶ τῆς Ἰουδαίων καὶ Μωσέως ἀρχαιότητος.

Sed & *Tatiani* [Jofepho] junioris circumfertur ad Græcos Oratio, qua eruditiffime allegat eos, qui in fuis hiftoriis mentionem fecerunt de Judæorum & Mofis antiquitate.

IDEM, *lib.* de Oratione *num.* XXIV. *edit. Oxon. p.* 77.

Μὴ συνιδὼν δὲ ὁ Τατιανὸς [1] τὸ, γενηθήτω, οὐ πάντοτε συμβαίνειν τὸ εὐκτικὸν, ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅπου καὶ προστακτικὸν, ἀσεβέστατα ὑπείληφε περὶ τοῦ εἰπόντος, γενηθήτω φῶς, Θεοῦ ὡς εὐξαμένου μᾶλλον ἤπερ προστάξαντος γενηθῆναι τὸ φῶς, ἐπεὶ, ὥς φησιν ἐκεῖνος ἀθέως νοῶν, ἐν σκότῳ ἦν ὁ Θεός. —— Ἀναγκαίως δέ μοι ἔδοξεν ἐν ταῖς προστακτικαῖς φωναῖς εἰρημένης εὐχῆς, ὑπομνησθῆναι τῶν παρεκδοχῶν αὐτοῦ διὰ τοὺς ἠπατημένους, καὶ παραδεξαμένους τὴν ἀσεβῆ διδασκαλίαν αὐτοῦ, ὧν καὶ ἡμεῖς ποτε πεπειράμεθα.

Tatianus autem non intelligens illud, *Fiat*, non femper precantis effe, fed interdum etiam imperantis, impiiffime fenfit de eo, qui dixit, *Fiat lux*, Deo, eum precatum magis effe, quam juffiffe lucem fieri; fi quidem, inquit ille impie cogitans, in tenebris erat Deus. —— Neceffarium autem mihi vifum eft, cum vocibus imperativis concipiatur oratio [dominica], *Tatiani* interpretamenta prava ac falfas illationes adnotare, propter complures, ut experti fumus ipfi, in impiorum ejus dogmatum profeffionem feductos.

VI.

EUSEBIUS, Hift. Eccl. *lib.* IV. *cap.* XVI.

Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἰουστῖνος, ὅτι δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόῤῥησιν πρὸς τοῦ Κρήσκεντος συσκευασθεὶς ἐτελειώθη, Τατιανὸς ἀνὴρ τὸν πρῶτον αὐτοῦ βίον σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασι, καὶ δόξαν οὐ σμικρὰν ἐν αὐτοῖς ἀπενηνεγμένος· πλεῖστά τε ἐν συγγράμμασιν αὐτοῦ καταλιπὼν μνημεῖα, ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας ἱστορεῖ λέγων ὧδέ πως· καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν, ἐοικέναι τοὺς προειρημένους λῃσταῖς. εἶτ᾽ ἐπειπὼν τινα περὶ τῶν φιλοσόφων, ἐπιλέγει ταῦτα· [2] Κρήσκης γοῦν κ. τ. λ.

Hactenus Juftinus. Quem quidem, ficut ipfe prædixerat, ftructis a Crefcente infidiis, martyrio effe coronatum *Tatianus* vir qui primo ætatis fuæ tempore Rhetoricam docens, in Gentilium difciplinis fumma cum laude verfatus eft, & qui plurima ingenii fui monumenta pofteris reliquit, in libro adverfus Gentes teftatur his verbis: Et recte Juftinus vir omnium admiratione digniffimus eos latronibus fimiles effe dixit. Pauca deinde interlocutus de philofophis, hæc fubjungit: Crefcens quidem &c.

IDEM, *ibid. lib.* IV. *cap.* XXVIII.

Ἧς παρεκτροπῆς ἀρχηγὸν καταστῆναι Τατιανὸν λόγος ἔχει.

Hujus fectæ [Encratitarum] auctorem fuiffe perhibent *Tatianum*.

IDEM, *ibid. lib.* IV. *cap.* XXIX.

Ὁ μέντοι γε πρότερος αὐτῶν ἀρχηγὸς ὁ Τατιανὸς, συνάφειάν τινα καὶ συναγωγὴν οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τῶν Εὐαγγελίων συνθεὶς, τὸ διὰ τεσσάρων τοῦτο προσωνόμασεν. ὃ καὶ παρά τισιν εἰσέτι νῦν φέρεται. τοῦ δὲ Ἀποστόλου φασὶ τολμῆσαί τινας αὐτὸν μεταφράσαι φωνὰς, ὡς ἐπιδιορθούμενον αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν. Καταλέλοιπε δὲ οὗτος πολύ τι πλῆθος συγγραμμάτων, ὧν μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος, ὁ πρὸς Ἕλληνας. ἐν ᾧ καὶ τῶν ἀνέκαθεν χρόνων μνημονεύσας, τῶν παρ᾽ Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἁπάντων προγενέστερον Μωϋσέα τε καὶ τοὺς Ἑβραίων προφήτας ἀπέφηνεν· ὃς δὴ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων ἁπάντων αὐτοῦ κάλλιστός τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν.

Ceterum primus eorum auctor atque inftitutor *Tatianus*, catenam & collectionem nefcio quam Evangeliorum contexuit, quam διὰ τεσσάρων, hoc eft Evangelium ex quatuor Evangeliis compofitum nominavit: quod opus a quibufdam etiamnum habetur. Ajunt etiam nonnulli aufum illum effe dicta Paulli Apoftoli elegantioribus verbis exprimere, utpote qui compofitionem verborum illius corrigere ftuderet. Maximum certè librorum numerum ab eo relictum effe conftat; ex quibus præcipue multorum teftimonio laudatur infignis ille adverfus Gentiles liber: in quo repetitis prioris ævi temporibus, Mofem & ceteros Hebræorum prophetas, omnibus qui apud Græcos celeberrimi exftiterunt, vetuftiores fuiffe convincit. Qui quidem liber, omnium quos ille fcripfit elegantiffimus fimul atque utiliffimus videtur.

1. Τὸ, γενηθήτω.] Leg. τῷ, γενηθήτω. MARANUS.

2. Vide Tatianum, num. XVIII. XIX.

IDEM, *in* Canonis *præfatione.*

Apud SYNCELLUM, Chronograph. *pag.*65.

Μωϋσέα [1] γένος Ἑβραίων προφητῶν ἁπάντων πρῶτον, ἀμφὶ τοὺς, πρὸ ἐξ ἡμῶν, λέγω δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφί τε τῆς τῶν ἐθνῶν δι' αὐτοῦ θεογνωσίας χρησμοὺς, καὶ λόγια θείᾳ γραφῇ παραδεδωκότας, τοῖς χρόνοις ἀκμάσαι κατὰ Ἴναχον, εἰρήκασιν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Κλήμης, Ἀφρικανὸς, Τατιανὸς, τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου· τῶν τ' ἐκ περιτομῆς Ἰώσηππος καὶ Ἰοῦστος ἰδίως ἕκαστος τὴν ἀπόδειξιν ἐκ παλαιᾶς ὑποσχὼν ἱστορίας.

S. HIERONYMO *interprete.*

Moſem gentis Hebraicæ, qui primus omnium Prophetarum ante adventum domini Salvatoris divinas leges ſacris litteris explicavit, Inachi fuiſſe temporibus eruditiſſimi viri tradiderunt: Ex noſtris, Clemens, & Africanus, & *Tatianus*; ex Judæis, Joſephus & Juſtus, veteris hiſtoriæ monimenta replicantes.

VII.

EUSTATHIUS ANTIOCHENUS, *Comment. in* Hexaemeron, *init. pag.* 1.

Κλήμης μὲν οὖν, καὶ Ἀφρικανὸς, καὶ πρὸς τούτοις Τατιανὸς, τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηππος καὶ Ἰοῦστος, κατὰ Ἴναχον ἀκμάσαι τὸν θεσπέσιον Μωϋσέα ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκαστος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας ὑποσχὼν τὴν ἀπόδειξιν.

Clemens & Africanus, & præter hos *Tatianus*; ex Judæis, Joſephus & Juſtus, proprio quiſque modo, ex antiquis hiſtoriis ad id probandum hauſtis argumentis, divinum Moyſem temporibus Inachi floruiſſe litteris prodidere.

VIII.

EPIPHANIUS, Hæreſi XLVI. *numm.* I. *& ſeqq.*

Τατιανός τις ἀνέστη τούτους διαδεξάμενος, ἤτοι κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους ὢν, ἢ μετ' αὐτοὺς, πάλιν τὴν ἑαυτοῦ τῆς κενοφωνίας διδασκαλίαν προστησάμενος, καὶ τὰ μὲν πρῶτα οἷα δὴ ἀπὸ Ἑλλήνων παιδείας ὑπάρχων, συνακμάζει Ἰουστίνῳ τῷ φιλοσόφῳ. —— Τὰ πρῶτα καλῶς φερόμενος, καὶ τῇ πίστει ἐῤῥωμένος ἐτύγχανεν, ὅσον ἦν σὺν τῷ ἁγίῳ Ἰουστίνῳ τῷ μάρτυρι. ὅτε δὲ ἐτελεύτα Ἰουστῖνος ὁ ἅγιος, ὥσπερ τυφλὸς χειραγωγούμενος ὑπὸ τοῦ χειραγωγοῦ καταλειφθείη, καὶ καταλειφθεὶς ἐπὶ κρημνὸν ἑαυτὸν ἐκδοὺς διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ τύφλωσιν, καταφέρεται ἀνεπισχέτως, ἕως εἰς θάνατον κατενεχθείη, οὕτω καὶ αὐτός. Καὶ ἦν μὲν Σύρος τὸ γένος, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα γνῶσις περιέχει. τὸ δὲ αὐτοῦ διδασκαλεῖον προεστήσατο ἀπ' ἀρχῆς μὲν ἐν τῇ Μέσῃ τῶν ποταμῶν, ὡς περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς Καίσαρος ἐπικληθέντος. Ἀπὸ Ῥώμης γὰρ μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου τελείωσιν διελθὼν ἐπὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη, καὶ ἐκεῖσε διατρίβων, κακῇ διανοίᾳ περιπεσὼν, αἰῶνάς τινας κατὰ τοὺς μύθους Οὐαλεντίνου, καὶ ἀρχάς τινας, καὶ προβολὰς καὶ αὐτὸς εἰσηγήσατο. τὸ δὲ πλεῖστον τοῦ αὐτοῦ κηρύγματος ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς πρὸς Δάφνην, καὶ ἐπὶ τὰ τῶν Κιλίκων μέρη, ἐπὶ πλεῖον δὲ ἐν τῇ Πισιδίᾳ ἐκράτυνεν. ἀπὸ τούτου γὰρ κατὰ διαδοχὴν οἱ Ἐγκρατῖται λεγόμενοι, τοῦ ἰοῦ μετεσχηκότες ὑπάρχουσι. λέγεται δὲ τὸ, διὰ τεσσάρων Εὐαγγελίων (l. Εὐαγγέλιον) ὑπ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι, ὅπερ κατὰ Ἑβραίους τινὲς καλοῦσι. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῖς παλαιαῖς αἱρέσεσι καὶ οὗτος δογματίζει. καὶ πρῶτον μὲν φάσκει μὴ σώζεσθαι τὸν Ἀδάμ. ἐγκράτειαν δὲ οὗτος κηρύττει. τὸν δὲ γάμον πορνείαν καὶ φθορὰν ἡγεῖται, φάσκων μηδὲν διαλάττειν πορνείας τὸν γάμον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ εἶναι. —— Μυστηρίοις δὲ ὡσαύτως κέχρηται, κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς μυστηρίοις. πεσεῖται δὲ καὶ οὗτος κατὰ πάντα τρόπον, ἀσύστατον ἔχων τὸ κήρυγμα. Ἤδη δὲ καὶ οὗτος κατασβεσθεὶς οἶμαι, ἔληξε καὶ τὸ τούτου διδασκαλεῖον.

Tatianus quidam poſt illos [Severianos] exſtitit: qui ſive eodem penitus tempore, ſive paullo poſt emerſerit, novam vaniſſimæ doctrinæ ſcholam inſtituit. Is primum, utpote Græcis eruditus artibus, Juſtini Philoſophi conſuetudine uſus eſt. —— Quamdiu cum ſancto Martyre vixit, cum ceteris in rebus honeſtiſſime ſe geſſit, tum egregia fuit ac conſtanti fide præditus. Sed illo mortuo, perinde ac ſi cæcus ab altero deductus a ductore deſtituatur, in præceps ſeſe committens, præ cæcitate deorſum ita fertur, ut cohibere lapſum nequeat, donec in exitium ruat: ita Tatiano contigit. Erat autem hic, quemadmodum accepimus, natione Syrus. Qui primùm in Meſopotamia novam ſectam condere aggreſſus eſt, circa annum duodecimum Imperatoris Antonini cognomento Pii. Quippe poſt ſancti Juſtini martyrium Roma profectus in Orientem, & ibidem habitans, in abſurdas opiniones incidit, ac neſcio quos Æonas e Valentinianis fabulis, & principia quædam ac propagationes commentus eſt. Sed Antiochia præſertim quæ ad Daphnen eſt, illius dogma derivatum, in Cilicia ac Piſidia cum primis coaluit. Hinc enim Encratitarum orta ſucceſſio eſt, quibus venenum illud aſperſum. Ferunt opus illud quod ex IV. Evangeliis contextum eſt, quodque ſecundum Hebræos nonnulli vocant, ab eo eſſe conſcriptum. Ceterum eadem fere cum antiquis hæreſibus defendit. Ac primum, Adamum negat eſſe ſalvum. Deinde continentiam cælibemque vitam prædicat. Nuptias adulterium eſſe merum ac corruptelam exiſtimat; nec ab illa diſcrepare penitus, ſed idem & unum eſſe. —— Similiter & myſteria quædam ad Eccleſiæ ſanctæ imitationem inſtituit, ſed ad ea tamen nihil præter aquam adhibuit. Verum ne ille quidem poterit ratione ulla conſiſtere, cujus tam imbecillum minimeque cohærens eſt dogma. Ac niſi fallor, hoc tempore cum omni ſchola ſua extinctus intercidit.

IX.

HIERONYMUS, *lib.* de Viris illuſtrib. *cap.* XXIX. *cum vetere Interprete Græco.*

Tatianus, qui primum Oratoriam docens, non parvam ſibi ex arte rhetorica gloriam comparaverat, Juſtini martyris ſectator fuit, florens in

Τατιανὸς ὃς πρώην τὴν ῥητορικὴν διδάσκων, οὐκ ἐλαχίστην ἐκ τῆς ῥητορικῆς ἐπιστήμης δόξαν ὠνήσατο, Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος σπουδαστὴς γέγονεν, διαπρέπων ἐν

1. Κατὰ γένος Ἑβραῖον.

Eccleſia, quamdiu ab ejus latere non diſceſſit. Poſtea vero inflatus eloquentiæ tumore, novam condidit hæreſim, quæ Encratitarum dicitur; quam poſtea Severus auxit, a quo ejuſdem partis hæretici, Severiani uſque hodie appellantur. Porro *Tatianus* infinita ſcripſit volumina, e quibus unus contra Gentes florentiſſimus exſtat liber, qui inter omnia opera ejus fertur inſignis. Et hic ſub Imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit.

τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ὅσῳ τῆς τούτου πλευρᾶς οὐκ ἀπέστη. Ὕστερον δὲ τῷ ὄγκῳ τῆς παιδεύσεως ἐπαρθεὶς, καινὴν συνεστήσατο αἵρεσιν, λέγω δὴ τῶν Ἐγκρατιτῶν, ἣν μετέπειτα Σεβῆρος ἐπηύξησεν, ἀφ᾽ οὗ ἄχρι τοῦ παρόντος οἱ τούτου τοῦ μέρους αἱρετικοὶ, Σεβηριανισταὶ ὀνομάζονται. Ὁ δὲ προειρημένος Τατιανὸς πάμπολλα συνεγράψατο τεύχη, ἀφ᾽ ὧν ἐστι κατὰ τῶν ἐθνῶν λόγος εἰς πάνυ θαυμαστὸς, ὃς μεταξὺ πάντων αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων ἐπίσημός ἐστι. Καὶ οὗτος, βασιλεύοντος Μάρκου Ἀντωνίνου Βήρου, καὶ Αὐρηλίου Κομόδου, ἤνθησεν.

IDEM, *Comment. in* Amos *cap.* II.

De hoc loco hæreſim ſuam *Tatianus* Encratitarum princeps ſtruere nititur, vinum aſſerens non bibendum, cum & lege præceptum ſit, ne Nazaræi bibant vinum, & nunc accuſentur a propheta, qui propinant Nazaræis vinum.

IDEM, *procem. Commentar. in* Epiſtolam ad Titum.

Sed *Tatianus* Encratitarum patriarches, qui & ipſe nonnullas Paulli Epiſtolas repudiavit, hanc vel maxime, hoc eſt, ad Titum, Apoſtoli pronuntiandam credidit, parvi pendens Marcionis & aliorum, qui cum eo in hac parte conſentiunt, aſſertionem.

X.

PHILASTRIUS, *de* Hæreſib. *cap.* XLVIII.

Poſt Decii autem perſecutionem fuit *Tatianus* quidam, diſcipulus ſancti Juſtini martyris, qui receſſit a veritate poſt paſſionem ipſius: doctrinamque tanti ac tam beati martyris & magiſtri contemſit in omnibus, dicens Æonas quoſdam de cælo fuiſſe prolatos. Addens etiam hoc: Adam patrem noſtrum protoplaſtum non ſalvari. Æonas autem nuntians, ſicut Marcion deliravit. Qui etiam generationem hominum exſecratur, & jus nuptiarum legitimum abjicit, idque juris a Deo ſtatutum non confitetur.

XI.

AUGUSTINUS, Hæreſi XXV.

Tatiani a *Tatiano* quodam inſtituti, qui & Encratitæ appellati ſunt, nuptias damnant, atque omnino pares eas fornicationibus aliiſque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in ſuorum numerum conjugio utentem, ſive marem, ſive feminam. Non veſcuntur carnibus, eaſque omnes abominantur. Prolationes quaſdam fabuloſas ſæculorum etiam ipſi ſapiunt. Saluti primi hominis contradicunt. Epiphanius Tatianos & Encratitas ita diſcernit, ut Encratitas Tatiani ſchiſmaticos dicat.

XII.

THEODORITUS, Hæret. Fabul. *lib.* I. *cap.* XX.

Τατιανὸς δὲ ὁ Σύρος, σοφιστὴς ἐγεγόνει τὸ πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τοῦ θεσπεσίου Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος ἐγένετο φοιτητής. μετὰ δὲ τὴν τοῦ διδασκάλου τελείωσιν, ἐπόθησε γενέσθαι προστάτης αἱρέσεως. ἠρανίσατο δὲ τὰς τοῦ πλάσματος ἀφορμὰς, ἀπὸ μὲν Βαλεντίνου, τῶν αἰώνων τὰς προβολὰς, ἀπὸ δὲ Σατορνίλου καὶ Μαρκίωνος, τὸ τὸν γάμον βδελύττεσθαι, καὶ τὴν τῶν ἐμψύχων, καὶ τὴν τοῦ οἴνου μετάληψιν. τοῦτον ἔχουσιν ἀρχηγὸν οἱ λεγόμενοι Ὑδροπαραστάται καὶ Ἐγκρατῖται. Ὑδροπαραστάται δὲ ὀνομάζονται, ὡς ὕδωρ ἀντὶ οἴνου προσφέροντες· Ἐγκρατῖται δὲ, ὡς μήτε οἶνον πίνοντες, μήτε τῶν ἐμψύχων μεταλαμβάνοντες. ἀπέχονται δὲ τούτων, ὡς πονηρὸν μυσαττόμενοι. καὶ τὴν ἀγαμίαν δὲ μετίασι, πορνείαν τὸν γάμον προσαγορεύοντες, καὶ τὴν ἔννομον κοινωνίαν διαβολικὴν ὀνομάζοντες. οὗτος καὶ τὸ διὰ τεσσάρων καλούμενον συντέθεικεν Εὐαγγέλιον, τάς τε γενεαλογίας περικόψας, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένον τὸν Κύριον δείκνυσιν. ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ, οὐ μόνοι οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι δόγμασι· τὴν τῆς συνθήκης κακουργίαν οὐκ ἐγνωκότες, ἀλλ᾽ ἁπλούστερον ὡς συντόμῳ τῷ βιβλίῳ χρησάμενοι. εὗρον δὲ κἀγὼ πλείους ἢ διακοσίας βίβλους τοιαύτας ἐν ταῖς παρ᾽ ἡμῖν ἐκκλησίαις τετιμημένας, καὶ πάσας συναγαγὼν ἀπεθέμην, καὶ τὰ τῶν τεττάρων Εὐαγγελιστῶν ἀντεισήγαγον Εὐαγγέλια.

Tatianus vero Syrus, ſophiſta primum fuit, poſtea divini quoque Juſtini martyris diſcipulus. Poſt magiſtri vero mortem, hæreſis princeps fieri voluit. Figmenti porro materiam emendicavit, a Valentino quidem Æonum productiones, a Saturnilo autem & Marcione, quod nuptias reſpuat, & animantium vinique uſum. Hunc habent ducem qui Hydroparaſtatæ & Encratitæ dicuntur. Hydroparaſtatæ autem vocantur, quod aquam pro vino offerant: Encratitæ, quod nec vinum bibant, nec animatis veſcantur. Ab his autem abſtinent, tamquam malum abhorrentes. Cælibatum quoque obſervant, nuptias ſcortationem appellantes, & legitimam conjunctionem diabolicam vocantes. Hic Evangelium, quod diateſſaron dicitur, compoſuit, amputatis genealogiis, & aliis omnibus, quæ Dominum ex ſemine David ſecundum carnem natum oſtendunt. Eoque uſi ſunt, non modo qui ejus erant ſectæ, ſed ii etiam qui Apoſtolica dogmata ſequebantur, compoſitionis fraudem non cognoſcentes, ſed ſimplicius tamquam compendiario libro utentes. Nactus ſum etiam ipſe libros hujuſmodi ſupra ducentos in honore habitos in Eccleſiis noſtris, quos omnes in unum congeſtos ſepoſui, & pro his quatuor Evangeliſtarum Evangelia introduxi.

XIII.

VICTOR CAPUANUS, *præfat. in* Ammonii Harmon. Evang.

Tatianus contra Gentes magnificos libros edidiſſe narratur.

XIV.

JOANNES MALALA *in* Chronograph. *pag.* 312.

Ὁ δὲ ἅγιος Παῦλος μετὰ ταῦτα ἐλθὼν ἐν Αντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, καὶ μαθὼν ταῦτα περὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου, πανταχοῦ τὸ σκάνδαλον περιεῖλε, καὶ πάντας ἴσως ἐδέξατο, καὶ ἠγάπα, προτρεπόμενος ἅπαντας· καθὼς συνεγράψαντο ταῦτα οἱ σοφώτατοι, Κλήμης καὶ Τατιανὸς, οἱ χρονογράφοι.

Sanctus autem Paullus Antiochiam magnam reverſus, & de his quæ ad Petrum attinent certior factus; ſcandalum hoc ubique de medio ſuſtulit, omnesque ſine diſcrimine amplexus, ad salutem perducere conatus eſt: uti hæc Clemens, & *Tatianus*, ſapientiſſimi Chronographi litteris prodiderunt.

XV.

JOANNES DAMASCENUS, *lib.* de Hæreſib. *pag.* 86. *tom.* 1. *edit.* LEQUIENII Pariſ.

Τατιανὸς οὗτος συνήκμασεν Ἰουστίνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ μάρτυρι καὶ φιλοσόφῳ. μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν προσεφθάρη τοῖς τοῦ Μαρκίωνος δόγμασιν, καὶ ἴσα αὐτῷ ἐδογμάτισεν, προσθεὶς καὶ ἕτερα παρ' ἐκεῖνον. ἐλέγετο δὲ ἀπὸ Μεσοποταμίας ὁρμᾶσθαι.

Iſte *Tatianus* floruit cum Juſtino ſanctiſſimo martyre ac philoſopho. Poſt cujus obitum, ad pernicioſa Marcionis dogmata acceſſit, ſimiliaque docuit, additis tamen aliis. E Meſopotamia autem ortum duxiſſe traditur.

XVI.

TIMOTHEUS Presbyter CP. *apud* COTELERIUM *in* Monument. Eccleſ. Græc. *tom.* III. *pag.* 379.

Ὑδροπαραστάται ἀρχηγὸν τῆς αἱρέσεως ἔσχον ἕνα τῶν μαθητῶν Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου καὶ μάρτυρος. φασὶ δὲ, ὅτι μετὰ τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας, ἐφεῦρε ταύτην τὴν αἵρεσιν.

Hydroparaſtatæ auctorem hæreſis ſuæ habuerunt unum e diſcipulis Juſtini philoſophi & martyris. Ajuntque illum poſt ſancti Juſtini martyrium abſceſſiſſe ab Eccleſia, atque excogitaſſe hanc hæreſim.

XVII.

Chronicon Alexandrinum, *pag.* 91. *edit. Pariſ.*

Τυρίων ἐβασίλευσε Θείραμος, οὗ τὴν θυγατέρα ἔγημε Σολομών· καθὼς ἱστορεῖ Τατιανός.

Tyriis imperavit Thiramus, cujus filiam duxit Solomon, ut narrat *Tatianus*.

Ibidem pag. 232.

Τούτῳ τῷ πέμπτῳ ἔτει Κλαυδίου, προχειροτονηθεὶς Παῦλος εἰσῆλθεν εἰς Αντιόχειαν τὴν μεγάλην, καὶ μαθὼν περὶ τοῦ ἁγίου Πέτρου, πανταχοῦ τὸ σκάνδαλον περιεῖλεν, καὶ πάντας ἐδέξατο καὶ ἠγάπα, προτρεψάμενος πάντας, καθὼς συνεγράψατο τὰ περὶ τούτου Κλήμης, καὶ Τατιανὸς οἱ χρονογράφοι.

Quinto hoc anno Claudii, Paullus, qui antea ordinatus fuerat Apoſtolus, ingreſſus eſt Antiochiam magnam, & cum didiciſſet quæ Petrus egerat, ubique ſcandalum ſuſtulit; omnesque admiſit, eos complexus ac adhortatus, quemadmodum de illo ſcribunt Clemens, & *Tatianus* Chronographi.

Ibidem pag. 260.

Ἡ τῶν Εγκρατιτῶν αἵρεσις ἀντιφυεῖσα, ξένην καὶ φθοροποιὸν ψευδοδοξίαν εἰσάγουσα ἐν βίῳ, Τατιανὸν ἀρχηγὸν ἔσχεν. οὗτος δὲ τῶν μαθητῶν Ἰουστίνου γεγονὼς, ἕως μὲν ἔζη ὁ Ἰουστῖνος, οὐδ' ὅλως ἐτόλμα ἐνδείξασθαι παραφθορὰν τῆς ὑγειοῦς κατὰ Χριστὸν πίστεως. Ἀποθανόντος δὲ αὐτοῦ, ἤρξατο κενοῖς λόγοις καταποθεὶς δογματίζειν ἀγαμίαν, ὡς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ Σατουρνῖνος καὶ Μαρκίων ἠρέμα σὺν αὐτοῖς· ἀθετῶν τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατηγορῶν, τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκότος. καὶ τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσατο, ἀχαριστοῦντες τῷ τὰ πάντα πεποιηκότι Θεῷ. Αντιλέγουσι δὲ τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ, καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ' αὐτοῖς. τούτου Τατιανὸς πρῶτος ταύτην εἰσηνέγκατο τὴν βλασφημίαν· καὶ αἰῶνάς τι-

Encratitarum hæreſis exorta, quæ peregrinam & exitialem in mundo induxit opinionem, *Tatianum* habuit auctorem. Is ex Juſtini auditoribus, quoad ille vixit, non omnino auſus eſt intemeratæ Chriſti fidei corruptionem prodere. Juſtino vero extincto, vanis cœpit illatis ſermonibus, velut mente captus ac ebrius, cælibatum prædicare, quemadmodum Saturninus & Marcion ante ipſum fecerant, & eorum aſſeclæ; abrogato ac damnato antiquo Dei opere, qui marem & feminam ad hominum generationem condidit. Sed & eorum quæ anima prædita appellant, abſtinentiam induxit, ingrati mortales erga omnium conditorem Deum. Quin etiam primi hominis Adam ſalutem negant, idque tum primum ab iis adinventum: primus enim *Tatianus* hanc impietatem excogitavit: ſed & Æonas quoſdam indefinitos idem in-

τας ἀορίστους ὁ αὐτὸς εἰσάγει, ὁμοίως τοῖς ὑπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας· γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας· καθ' ὧν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἔγραψαν, ἱκανὰ δὲ καὶ Μουσανός.

ducit, iis quæ a Valentino prodita fuerant, fabulas intermiſcens. Connubium etiam, ſecundum fere Marcionis ac Saturnini ſententiam, corruptionem ac ſtuprum eſſe dictitans: quos contra ſcripſere multi alii, in iis vero ſat multa Muſanus.

XVIII.

JOSEPH *in* Hypomneſtico *lib.* V. *cap.* CXL. *n.* 27. *ex edit.* Fabric. *Hamb.* 1723.

ΚΖ'. Τατιανοί. Τατιανὸς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ γεγόνει (lege ἐγεγόνει) τὴν τῶν ἐγκρατιτῶν αἵρεσιν συνιστάμενος· ἣν ἴσασιν οἱ πολλοί.

XXVII. *Tatiani*. Tatianus Encratitarum hæreſim in Meſopotamia inſtituebat: quam hæreſim norunt permulti.

XIX.

GEORGIUS SYNCELLUS *in* Chronograph. *pag.* 63.

Ἀφρικανὸν δὲ καὶ Κλήμεντα τὸν Στρωματέα, καὶ Τατιανὸν, τοὺς καθ' ἡμᾶς λόγου ἄνδρας, ἐν παιδεύσει γνωρίμους πάντας, (φάναι) κατὰ Ἴναχον καὶ Φορωνέα τὸν Ἰνάχου, πρώτους Ἀργείων βασιλεῖς, γενέσθαι Μωσέα.

Africanum quoque, & Clementem a Stromatibus celebrem, & *Tatianum* concordis nobis fidei viros, eruditione præſtantes cunctos, (dicere) Inachi Phoroneique ejus filii primorum regum Argivorum ætate Moyſen vixiſſe.

IDEM, *ibidem pag.* 121.

Τατιανός τε καὶ Ἀφρικανὸς συνομολογοῦσι κατὰ Ἴναχον γεννηθῆναι Μωσέα.

Tatianus & Africanus conſentiunt Moſem exſtitiſſe tempore Inachi.

XX.

ADO Viennenſis *in* Chronicis.

M. Antonino Imperatore claruit *Tatianus* hæreſiarcha Encratitarum: qui quamdiu a Juſtini martyris latere non diſceſſit, floruit in Eccleſia. Hujus errorem Severianus auxit, a quo Severiani.

XXI.

GEORGIUS CEDRENUS, *in* Hiſt. compend. *pag.* 250.

Ὥς φησι δὲ Κλήμης, ὅτι ἐπὶ αὐτοῦ Οὐαλεντῖνος καὶ Κέρδων, καὶ Μαρκίων ἐν Ῥώμῃ αἱρεσιάρχαι ἐγνωρίζοντο, καὶ Τατιανὸς καὶ Βαρδισάνης· καὶ Πρίσκιλλα καὶ Μαξιμίλλα αἱ ψευδοπροφήτιδες τῶν κατὰ Φρύγας ἐγνωρίζοντο.

Scribit Clemens, ejus (Antonini Pii) tempore Romæ nobiles fuiſſe ſectarum principes, Valentinum, Cerdonem, & Marcionem, & *Tatianum*, & Bardeſanem: ac apud Phryges Priſcillam & Maximillam falſas vates.

XXII.

HONORIUS Auguſtodunenſis, *lib.* de Scriptor. Eccl. *cap.* XXX.

Tatianus hæreſiarcha infinita ſcripſit volumina. Hic Juſtini Philoſophi diſcipulus fuit; in rhetorica quam maxime floruit; novam hæreſim condidit.

XXIII.

ZACHARIAS Chryſopolitanus, *præfat. in* AMMONII Μονοτέσσαρον.

Tatianus vir eruditiſſimus, & eleganti eloquentia præditus, unum ex quatuor compaginavit Evangelium, & magnificos contra Gentes libros edidit.

XXIV.

NICEPHORUS, Hiſt. Eccl. *lib.* III. *cap.* XXXII.

Ἀπόχρη καὶ Τατιανῷ ταῦτα μαρτυρεῖν· ἀνδρὶ, τὸν μὲν πρῶτον αὐτοῦ βίον, ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων μαθήμασι σοφιστεύσαντι, καὶ βαθεῖαν ἐσχηκότι δόξαν ἐν τούτοις· οὐκ ἐλάχιστα δὲ καὶ μνήμης ἄξια διὰ λόγων ἡμῖν καταλελοιπότι.

Tatianus ſatis teſtatur, vir egregius, qui primam ætatem Græcorum diſciplinis docendis conſumſit, magnamque in eis laudem eſt conſequutus, quique non pauca memoria digna nobis etiam ſcripta reliquit.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 151.

ΤΑΤΙΑΝΟΥ
[1] ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ.

TATIANI
ORATIO
ADVERSUS GRÆCOS.

A I. ΜΗ πάνυ φιλέχθρως διατίθεσθε πρὸς τοὺς βαρβάρους, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, μηδὲ φθονήσητε τοῖς τούτων δόγμασι. ποῖον γὰρ ἐπιτήδευμα παρ' ὑμῖν τὴν σύστασιν οὐκ ἀπὸ βαρβάρων ἐκτήσατο; [2] Τελμισσέων μὲν γὰρ οἱ δοκιμώτατοι, τὴν δι' ὀνείρων ἐξεῦρον μαντικήν· Κᾶρες, τὴν διὰ τῶν ἄστρων πρόγνωσιν· πτήσεις ὀρνίθων, Φρύγες καὶ Ἰσαύρων οἱ παλαιότατοι· [3] Κύπριοι θυτικήν, [4] ἀστρονομεῖν Βαβυλώνιοι, μαγεύειν Πέρσαι, γεωμετρεῖν Αἰγύπτιοι· τὴν διὰ γραμμάτων παιδείαν Φοίνικες. ὅθεν παύσασθε τὰς μιμήσεις, εὑρέσεις ἀποκαλοῦντες. ποίησιν μὲν γὰρ ἀσκεῖν καὶ ᾄδειν Ὀρφεὺς ὑμᾶς ἐδίδαξεν· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ μυεῖσθαι· Τουσκανοὶ πλάττειν· ἱστορίας συντάττειν αἱ παρ' Αἰγυπτίοις τῶν χρόνων ἀναγραφαί. Μαρσύου δὲ καὶ Ὀλύμπου τὴν αὐ- B λητικὴν ἀπηνέγκασθε· [5] Φρύγες δὲ οἱ ἀμφότεροι, τὴν διὰ σύριγγος ἁρμονίαν ἄγροικοι συνεστήσαντο. Τυῤῥηνοὶ σάλπιγγα, χαλκεύειν Κύκλωπες, καὶ [a] ἐπιστολὰς συντάσσειν ἡ Περσῶν ποτὲ ἡγησαμένη γυνή· (καθάπερ φησὶν Ἑλλανικὸς) Ἄτοσσα δὲ ὄνομα αὐτῇ ἦν. καταβάλλετε τοιγαροῦν τοῦτον τὸν τῦφον, μηδὲ προβάλλεσθε ῥημάτων εὐπρέπειαν. οἵ τινες [6] ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν ἐπαινούμενοι, συνηγόρους τοὺς οἴκοι κέκτησθε. χρὴ δὲ τὸν νοῦν ἔχοντα τὴν ἀφ' ἑτέ-

A I. NE infensum omnino in barbaros animum, o Græci, gerite, nec eorum invidete placitis. Quod enim apud vos institutum non a barbaris originem accepit? Nam Telmessensium spectatissimi divinandi ex somniis artem invenerunt: prænoscendi ex astris Cares: Phryges & Isaurorum antiquissimi auspicia: haruspicinam Cyprii: astronomiam Babylonii: magiam Persæ: geometriam Ægyptii: litterarum elementa Phœnices. Quapropter desinite inventa dicere quæ imitatione expressa sunt. Poesim enim excolere & cantare docuit vos Orpheus; idem & initiari: plasticen Tuscani: historias adornare commentarii temporum apud Ægyptios. Marsyæ autem & Olympi tibiarum modulationem adsci- B vistis: ambo Phryges, ambo homines agrestes, fistulæ concentum invenerunt: tubam Tyrrheni: fabricam ærariam Cyclopes: epistolas scribere mulier, Persarum, ut ait Hellanicus, olim regina, cui nomen erat Atossæ. Deponite igitur hunc fastum, nec verborum elegantiam ostentate; qui dum vosmetipsos laudatis, domesticos adhibetis patronos. Oportet autem ut qui hanc laudem sibi arrogant, ii, si sapiant, aliorum testimonium exspectent, ac in ipsa sermonis pronuntiatione inter se consentiant. Nunc au-

1. Πρὸς Ἕλληνας.] Additur in editis ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων, οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται, Ἑλληνικόν· ἀλλ' ἐκ βαρβάρων τὴν εὕρεσιν ἐσχηκός. *Quod nullum ex institutis quibus Græci gloriantur, græcum est, sed a barbaris inventum.* Sed hæc pro titulo apponi non debent; non enim argumentum hujus Orationis comprehendunt, ac instar scholii habentur in Regio primo. Legitur initio μὴ πάντως in Reg. 2.

2. Τελμισσέων.] Uterque Regius cod. Τελμισέων. Sic etiam Clemens Strom. 1. p. 307. At Eusebius Præp. lib. 10. c. 5. & Gregorius Nazianz. orat. 3. p. 101. habent ut editi nostri.

3. Κύπριοι θυτικήν.] Hinc forte Cyprii Jovem εἰλαπιναστὴν καὶ σπλαγχνότομον, *convivatorem & viscerum sectorem* colebant, teste Eustathio p. 1413. Ex hoc autem Tatiani loco non pauca Clemens Alexandrinus in primum Stromatum librum p. 307. & Gregorius Naz. in tertiam orationem p. 100. transtulerunt. Illam θυτικὴν videtur Gregorius non haruspicinam, sed victimarum immolationem intelligere. Ait enim: τὸ θύειν δὲ οὐ παρὰ Χαλδαίων, εἴτ' οὖν Κυπρίων; *sacrificare autem nonne a Chaldæis, sive a Cypriis?* Sed leve est hoc discrimen; sive enim sacrificia in quibus exta inspiciuntur, sive ipsa inspiciendorum ars extorum tribuatur Cypriis, perinde est. At illud mirum est, quod Gregorius Chaldæos heic obtrudat. Hi enim secernuntur ab haruspicibus, ut patet ex his Plutarchi verbis in Mario p. 430. Ὀκτάβιον δὲ Χαλδαῖοι καὶ θύταί τινες καὶ Σιβυλλισταὶ πείσαντες ἐν Ῥώμῃ κατέχον. *Octavium autem Chaldæi & haruspices quidam & Sibyllistæ Romæ detinuerunt.* Chaldæis præcipue Astrologia tribuitur: hinc ibidem Plutarchus tabulam Chaldaicam in sinu Octavii interemti repertam fuisse narrat. Clemens nec Cypriis, nec Chaldæis inventæ haruspicinæ dedecus adjudicat; sed, ut alii fere omnes scriptores, Hetruscis, qui hujus disciplinæ Tagetem monstratorem ferebantur habuisse. Hinc Tagetici libri apud Ammianum lib. 17. Ex quo emendari potest quod legitur in epistola inter Augustinianas 234. de *præceptis Orpheicis, Ageticis & Trismegisticis.* Legendum *Tageticis.*


4. Ἀστρονομεῖν.] Deest in utroque codice Regio & Anglicano. Sed necessarium est illud verbum ad sententiæ seriem; atque ita legerunt Clemens & Gregorius, qui Babylonios astronomiæ inventores fuisse dicunt. Iisdem astronomiam attribuit Clemens in alio opere, nempe Protrept. p. 148. Theodoretus lib. 1. adv. Græc. astronomiam adscribit Ægyptiis, ἀστρολογίαν & γενεθλιαλογίαν Chaldæis, pag. 467.

5. Φρύγες.] Frustra Gesnerus & Worthius ad majorem & minorem Phrygiam confugiunt, ut Tatianum explicent. Loquitur de Marsya & Olympo, ambobus Phrygibus & agrestibus. Clemens Alexandrinus Strom. p. 306. Τυῤῥηνοὶ σάλπιγγα ἐπενόησαν, καὶ Φρύγες αὐλόν. Φρύγες γὰρ ἤστην Ὄλυμπός τε καὶ Μαρσύας. *Tyrrheni tubam, Phryges tibiam excogitavere. Phryges enim erant Olympus & Marsyas.*

6. Ὑφ' ὑμῶν.] Sic codex Anglicanus & Fronto Ducæus in Bibliotheca Patrum, melius quam alii codices mss. & editi ὑφ' ἡμῶν. Mox codex Joannis Frisii qui primus Tatianum græce edidit, ad marginem habebat κέχρησθε pro κέκτησθε.

a Ἐπιστολὰς συντάσσειν κ. τ. λ.] *Atossæ feminæ quæ Persis olim imperavit, epistolarum compositio debetur.* Non quod illa, ut plerumque existimabant viri eruditi, epistolas scribendi modum prima tradiderit, utpote qui multo illa regina sit antiquior; sed quod certam tabularum epistolicarum formam docuerit. Confer Dodvvellum præfat. ad libellum *de ætate Phalaridis & Pythagoræ.* Hæc Potterus ad Clementem Alex. *Strom.* lib. 1. pag. 364. ubi ab eo hic Tatiani locus exscriptus. Nec aliter nuper Pouchardus, qui verba hæc accipit de apta & eleganti ratione epistolas jam scriptas in parvum volumen complicandi & obsignandi; cujusmodi elegantia nobilis feminæ ingenio neque indigna sit, neque aliena. Vide sis eruditum ejus opusculum Gallice inscriptum: *Essai sur les Hieroglyphes des Ægyptiens.*

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 151.



ρων περιμένειν μαρτυρίαν, [1] συνᾴδειν τε καὶ ἐν τῇ τοῦ λόγου προφορᾷ. νῦν δὲ μόνοις ὑμῖν ἀποβέβηκε, μηδὲ ἐν ταῖς ὁμιλίαις ὁμοφωνεῖν. Δωριέων μὲν γὰρ οὐχ ἡ αὐτὴ λέξις τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς· Αἰολεῖς τε οὐχ ὁμοίως τοῖς Ἴωσι φθέγγονται. στάσεως δὲ οὔσης τοσαύτης παρ' οἷς οὐκ ἐχρῆν, ἀπορῶ τίνα με δεῖ καλεῖν Ἕλληνα. καὶ γὰρ [2] τὸ πάντων ἀτοπώτατον, τὰς μὴ συγγενεῖς ὑμῶν ἑρμηνείας τετιμήκατε, βαρβαρικαῖς τε φωναῖς ἔσθ' ὅτε καταχρώμενοι, [3] συμφύρδην ὑμῶν πεποιήκατε τὴν διάλεκτον. τούτου χάριν ἀπεταξάμεθα τῇ παρ' ὑμῖν σοφίᾳ, κἂν εἰ πάνυ σεμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ. κατὰ γὰρ τὸν Κωμικὸν,

Ταῦτ' ἐστιν [4] Ἐπιφυλλίδες, καὶ στωμύλματα,
Χελιδόνων μουσεῖα· λωβηταὶ, τέχνης
Λαρυγγιῶσι τε οἱ ταύτης ἐφιέμενοι,
Καὶ κοράκων [5] ἀφίενται φωνήν.

Ῥητορικὴν μὲν γὰρ ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ συκοφαντίᾳ συνεστήσασθε, μισθοῦ πιπράσκοντες τῶν λόγων ὑμῶν τὸ αὐτεξούσιον· καὶ πολλάκις τὸ νῦν δίκαιον, αὖθις οὐκ ἀγαθὸν παριστῶντες. ποιητικὴν δὲ, μάχας ἵνα συντάσσητε, καὶ θεῶν ἔρωτας, καὶ ψυχῆς διαφθοράν.

[6] Τί γὰρ σεμνὸν φιλοσοφοῦντες ἐξηνέγκατε; τίς δὲ τῶν πάνυ σπουδαίων ἀλαζονείας ἔξω καθέστηκεν; Διογένης πιθάκνης καυχήματι τὴν αὐτάρκειαν σεμνυνόμενος, [7] πολύποδος ὠμοβορίᾳ, πάθει συσχεθεὶς εἰλεῷ, διὰ τὴν ἀκρασίαν ἀποτέθνηκεν. Ἀρίστιππος ἐν πορφυρίδι περιπατῶν [8] ἀξιοπίστως ἠσωτεύσατο. Πλάτων φιλοσοφῶν, ὑπὸ Διονυσίου [9] διὰ γαστριμαργίαν ἐπιπράσκετο. καὶ Ἀριστοτέ-

A tem vobis solis contigit, ne in colloquiis quidem similes sonos edere. Neque enim Doricorum eadem dictio est ac Atticorum: nec Æoles similiter ut Jones loquuntur. Cum ergo tantum sit inter eos dissidium inter quos minime oportebat, statuere non possum, quem a me Græcum oporteat appellari. Nam quod omnium absurdissimum est, dictiones quæ vobis affines non sunt, in pretio habetis, & barbaris interdum vocibus abutentes, sartaginem loquendi linguam vestram effecistis. Quamobrem sapientiæ vestræ valediximus, quamvis in hoc genere præclarus omnino & spectatus aliquis esset. Nam, ut ait Comicus:

Infructuosi hæc sunt pampini & loquacitas,
Musea hirundinum: inferunt damnum haud leve,
B *Et turpe clamant hujus artis aucupes,*
Corvique ructantur sonos.

Rhetoricam enim ad injustitiam & calumniam instituistis, pretio addicentes sermonum vestrorum libertatem; & sæpe id quod nunc justum, alias haud bonum afferentes. Poeticam vero, ut pugnas describeretis, & deorum amores & animæ corruptelam.

II. Quid enim egregii philosophando protulistis? aut quis ex iis qui præstantissimi fuerunt, extra arrogantiam constitutus fuit? Diogenes qui dolii ostentatione de frugalitate gloriabatur, cum polypum crudum vorasset, morbo intestinorum correptus propter intemperantiam periit. Aristippus in veste purpurea ambulans gratuito nepos erat. Dum Plato philosophatur, a Dionysio propter gulam ven-

1. Συνᾴδειν τε.] Frustra Tatiani interpretes addendum putant, τοὺς μάρτυρας; unde Gesnerus sic vertit, *& testes ipsos inter se consentire*. Non testium in dicendo testimonio, sed loquentium in sermonis pronuntiatione consensum requirit Tatianus. Hunc enim consensum opponit variis pronuntiandi modis inter Græcos vigentibus. Quamobrem negat eos jure sermonis elegantiam sibi vendicare: primo quidem quia aliorum exspectandum esset testimonium; deinde vero, quia eadem pronuntiandi ratio inter Græcos adhibenda esset; aliis enim aliter pronuntiantibus, jam statui non posse quinam sint Græci.

2. Τὸ πάντων.] Ita editiones Paris. ex conjectura Gesneri. Legitur τὸ πᾶν in Tigur. & tribus mss. His autem verbis insignis quædam & absurda inconstantia notatur. Quare monuit me vir peracutus & eruditus, D. D. de Monsoury, Abbas Orbacensis, legendum esse ἠτιμήκατε. *Dictiones vobis non affines spernitis & barbaris interdum vocibus utentes* &c. Quæ quidem legendi ratio non videtur vituperari posse. Sed tamen necessariam illam esse non puto, quia jam satis Tatianus exprobravit Græcis contemtum barbarorum, ut ea res legentium menti hæreat, ac Græcos absurdissime facere intelligant, qui non solum inter se variis dialectis discrepant, sed etiam a barbaris quos spernunt, vocabula mutuantur. Illud ergo absurdissimum videtur Tatiano, quod non solum se a suis dirimant Græci, sed etiam cum barbaris conjungant.

3. Συμφύρδην.] Sic uterque codex Reg. cum Anglicano & editionibus Tigur. & Front. Duc. Aliæ editiones συμφέρδην. Hanc autem vocem aptius vertere non potui, quam imitando illud Persii, Sat. 1. *Unde hæc sartago loquendi venerit in linguas*. Melius συμφύρτην. Mox editi παρ' ἡμῖν. Reg. 2. Angl. & Ducæus ut in textu. Ibidem recentior codex Reg. & Angl. cum edit. Tigur. & Front. ἦν ἐν αὐτῇ. Deerat ἦν in aliis.

4. Ἐπιφυλλίδες.] Duo primi versus desumti sunt ex Ranis Aristophanis, Act. 1. scen. 2. v. 55 sequentia unde hausta sint nescio. Tatiani orationem esse, non versus, existimat eruditus editor Oxoniensis. Quod autem de absurdis poetis dicit Aristophanes, eos esse infructuosos pampinos &c. id Tatianus de ipsa græcorum dicendi arte usurpat, ita ut hæc esse debeat illius verborum constructio: λωβηταί εἰσι, λαρυγγιῶσί τε οἱ τέχνης ταύτης ἐφιέμενοι.

5. Ἀφίενται.] Uterque Reg. & Angl. ἐφίενται.


6. Τί γὰρ σεμνόν.] Reg. secundus τί γὰρ σοφόν.

7. Πολύποδος ὠμοβορίᾳ.] *De morte Diogenis*, inquit Laertius lib. 6. *varia feruntur. Alii eum cum polypodem crudum comedisset, bili accensa correptum interiisse; alii cum animam continuisset*. Ad hanc postremam opinionem accedit quod ait Hieronymus lib. 2. in Jovin. eum *eliso per noctem gutture* interiisse, cum *non tam mori se* diceret, *quam febrem morte excludere*. Julianus factum Diogenis pluribus defendit in quinta Oratione, eumque ob voratum polypodem crudum immerito exagitari contendit. Videtur Gregorius Nazianzenus ad hanc historiam respicere, cum Diogeni ὀψοφαγίαν, sive obsoniorum aviditatem exprobrat Orat. 23. p. 414. Eum inter celebres ὀψοφάγους, sive obsonii voratores, recenset Athenæus lib. 8. cap. 5. ob hunc polypodem voratum.

8. Ἀξιοπίστως ἠσωτεύσατο.] Videtur Tertullianus hæc Tatiani verba interpretari voluisse, cum diceret Apolog. c. 46. *Aristippus in purpura sub magna gravitatis specie nepotatur*. Sed valde dubito an Tatiani mentem assequutus sit. Neque enim Aristippus tristis quidam libidinosus fuit; nec gravitatem inter voluptates, sed jocum potius & lusum adhibebat, ut ex multis ejus dicteriis apud antiquos memoratis perspicitur. Vid. Clementem Alex. Pædag. p. 177. & 179. Refert Lactantius l. 3. Institut. c. 14. illud Aristippi dictum, ad quod respexisse Tatianum existimo: *Illud inter me*, aiebat Aristippus, *& nepotes interest, quod isti percaro, ego gratis voluptates consequar*. Videtur ἀξιοπίστως idem valere apud Tatianum ac gratis apud Lactantium. Significat enim Aristippum, cum voluptatibus se daret, coactum non fuisse pecuniam statim numerare; sed idem ei honoris habitum fuisse ac divitibus, quibus facile creditur, quia bonum nomen existimari solent. Illud enim ἀξιοπίστως in hanc sententiam Tatianus accipere solet. Opponit n. 13. ἀξιοπιστίαν paupertatis & indigentiæ opinioni; & n. 11. divitibus ἀξιοπιστίαν attribuit; quia videlicet bona nomina existimantur, nec numerata pecunia, si quid emere velint, aut pignora, si pecuniam mutuentur, exigi ab illis soleant. Jocatur ergo in Aristippum Tatianus, eumque libidines gratuito satiasse indicat, cum illum ἀξιοπίστως luxuriatum, id est pretii statim solvendi lege, veluti bonum aliquod nomen, immunem fuisse dicit.

9. Διὰ γαστριμαργίαν ἐπιπράσκετο.] Platonis famæ nocuerunt Siculæ dapes. Hinc eum Xenophon non obscure vellicat in quadam ad Æschinem epistola. Tertullianus loco supra citato, *Plato*, inquit, *a Dionysio ventris gratia venditatur*. Carpit etiam Gregorius Nazianzenus Orat. 3. *Siculam Platonis voracitatem, ob quam etiam ipse venditur, ac ne ab ullo quidem discipulorum, immo nec ab homine græco redimitur*. Ter profectus est in Siciliam Plato, semel quidem sub Dionysio seniore, bis sub juniore, ut Plutarchus in Dionis vita, Diogenes Laertius lib. 3. Aristides apud Photium testantur. Utrique Tyranno in offensam venit: senior eum Pollidi Lacedæmonio tradidit, a quo venditus est Æginæ: sub juniore in periculum adductus est, ut Dionis ad liberandam insulam hortator. Probabilius hæc postrema molestia in amorem Siculæ mensæ reji-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.



λης ἀμαθῶς ὅρον τῇ προνοίᾳ θεὶς, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν οἷς ἠρέσκετο περιγράψας λίαν ἀπαιδεύτως, [1] Ἀλέξανδρόν τε μεμνημένος μειράκιον ἐκολάκευεν· ὅστις Ἀριστοτελικῶς πάνυ, τὸν ἑαυτοῦ φίλον διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτὸν προσκυνεῖν, καθείρξας, ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν, περιέφερε. πάνυ γοῦν ἐπείθετο τοῖς τοῦ διδασκάλου δόγμασι, τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν ἀρετὴν συμποσίοις ἐπιδεικνύμενος, καὶ τὸν οἰκεῖον καὶ πάνυ φίλτατον διαπείρων τῷ δόρατι, καὶ πάλιν κλαίων καὶ ἀποκαρτερῶν προφάσει λύπης, ἵνα ὑπὸ τῶν οἰκείων μὴ μισηθῇ. γελάσαιμι δ' ἂν καὶ τοὺς μέχρι νῦν τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ καταχρωμένους· οἳ τὰ μετὰ σελήνην ἀπρονόητα λέγοντες εἶναι, προσγειότεροι παρὰ τὴν σελήνην ὑπάρχοντες, καὶ κατώτεροι τοῦ ταύτης δρόμου, προνοοῦσι τῶν ἀπρονοήτων. παρ' οἷς δὲ οὐκ ἔστι κάλλος, οὐ πλοῦτος, οὐ ῥώμη σώματος, οὐκ εὐγένεια, παρὰ τούτοις οὐκ ἔστι [2] παρὰ τὸν Ἀριστοτέλην τὸ εὔδαιμον. καὶ οἱ [3] τοιοῦτοι φιλοσοφείτωσαν.

ditus est. Aristoteles, qui fines providentiæ imperite posuit, & felicitatem iis rebus quibus delectabatur, admodum inscite circumscripsit, Alexandro assentabatur, adolescentem illum esse oblitus. Qui quidem amicum suum prorsus Aristotelice, quod adorare se nollet, instar ursi aut pardi inclusum circumferebat. Omnino igitur parebat magistri decretis, fortitudinem in conviviis & virtutem demonstrans, & amicum in primis carum hastili transfigens, ac postea plorans, seque per causam doloris inedia, ne in odium suorum incurreret, macerans. Rideo equidem illius etiamnum opinionum sectatores: qui cum sublunaria negent providentia regi, ipsi viciniores terræ quam luna, ejusque orbe inferiores, rebus a providentia desertis provident. Quibus autem non adest pulcritudo, non divitiæ, non robur corporis, non nobilitas, ab iis abest secundum Aristotelem felicitas. Ac tales quidem homines philosophentur.

Τὸν γὰρ Ἡράκλειτον οὐκ ἂν ἀποδεξαίμην, [4] ἐμαυτὸν ἐδιδαξάμην, εἰπόντα, διὰ τὸ αὐτοδίδακτον εἶναι καὶ ὑπερήφανον. οὔτ' ἂν ἐπαινέσαιμι κατακρύψαντα τὴν ποίησιν ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ναῷ, μυστηριωδῶς ὅπως ὕστερον ἡ ταύτης ἔκδοσις [5] γένηται. καὶ γὰρ οἷς μέλον ἐστὶ περὶ τούτων, φασὶν Εὐριπίδην τὸν τραγῳδοποιὸν καπόντα, καὶ ἀναγινώσκοντα, διὰ μνήμης κατ' ὀλίγον [6] τὸ Ἡρακλείτου σκότος σπουδαίως παραδεδωκέναι. τούτου μὲν οὖν τὴν ἀμαθίαν ὁ θάνατος διήλεγξεν. ὕδρωπι γὰρ συσχεθεὶς, καὶ τὴν [7] ἰατρικὴν ὡς φιλοσοφίαν ἐπιτηδεύσας, βολβίτοις τε περιπλάσας ἑαυτὸν, τῆς κόπρου κρατυνθείσης, συνολκάς τε τοῦ παντὸς ἀπεργασαμένης σώματος, [8] σπασθεὶς ἐτελεύτησε. τὸν γὰρ Ζήνωνα διὰ τῆς ἐκπυρώσεως ἀποφαινόμενον ἀνίστασθαι πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπὶ

III. Heraclitum enim minime probaverim, qui cum esset a seipso doctus & arrogans, dicebat: Ego ipse me investigavi. Nec laudaverim quod carmen in templo Dianæ occultaverit, ut postea instar mysterii ederetur. Nam quibus ista curæ sunt, ii Euripidem tragicum dicunt, cum eo ventitaret & legeret, memoriæ paullatim Heracliti tenebras diligenter tradidisse. Hujus autem imperitiam mors redarguit. Aqua enim intercute correptus, cum medicinam eodem modo ac philosophiam pertractasset, seque stercoribus boum circumlevisset, fimo indurato ac totum corpus convellente, dilaceratus interiit. Neque etiam audiendus Zeno, qui per conflagrationem pronuntiat eosdem rursus homines ad eadem resurgere, id est, Anytum & Melitum

citur: nam Dionysii junioris invitatu Siciliam venit, nec ingustatis aulæ deliciis abiit. Sed aliud illud periculum, quod Pollidi traditus subiit, in eamdem causam conferri non potest. Nam eo consilio sub tyranno seniore in Siciliam navigavit Plato, ut insulam viseret, nec se in Tyranni familiaritatem insinuavit; sed ad ejus colloquium opera Dionis admissus, sic illius animum dicendi libertate commovit, ut statim de illo necando aut saltem vendendo mandata Pollidi data sint, ut narrat Plutarchus in vita Dionis. Erravit ergo temporibus Tatianus. Multo minus consentit cum Plutarcho S. Cyrillus, qui in libro 2. adv. Jul. p. 50. ait de Platone: *οὐ γὰρ ἀρεσθέντα ταῖς παρ' αὐτοῦ θωπείαις τὸν Διονύσιον ἀποδόσθαι φασὶν αὐτόν. Venditus enim fertur a Dionysio, illius assentationibus offenso.*

1. *Ἀλέξανδρόν τε μεμνημένος.*] Legitur ad marginem in cod. Reg. 2. *Ἀλεξάνδρῳ τετιμημένος*. Vox illa *μεμνημένος* deest in codice Anglicano. Cotelerius tom. 3. Monum. Eccl. Græc. p. 657. legendum censet *μεμηνημένον μειράκιον*, *adolescenti furioso assentabatur*. At multo aptior emendatio, si legamus. *μὴ μεμνημένος*, *adolescentem esse oblitus*. Facile potuit excidere illud *μὴ* ob similitudinem syllabæ sequentis. Nullus dubito sic legisse Tertullianum: sic enim reddit hunc locum Tatiani: *Aristoteles*, inquit Apolog. p. 46. *tam turpiter Alexandro, regendo potius, adulatur*. Nemo non videt quam apte respondeat illud Tertulliani, *regendo potius*, his Tatiani verbis, *μὴ μεμνημένος*, *adolescentem esse oblitus*.

2. *Παρὰ τὸν Ἀριστοτέλην.*] Ita Regii codices cum Anglicano & editione Tigurina. Aliæ *κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην*.

3. *Τοιοῦτοι.*] Addit *μὲν* ad marginem Reg. 2. & mox pro *τὸν γὰρ* habet in margine *τὸν δέ*.

4. *Ἐμαυτὸν ἐδιδαξάμην.*] Legendum crediderim, *ἐδιζησάμην*; tum quia insulsa prorsus esset & Tatiani salibus indigna hæc *ταυτολογία*, *Heraclitum non probaverim dicentem, Ego meipsum docui, quia a seipso doctus erat & superbus*; tum quia memorabile est in primis illud Heracliti dictum, quod refertur a Juliano Orat. 6. *ἐδιζησάμην ἐμαυτὸν*, *Ego meipsum investigavi*. Confirmant emendationem nostram hæc Laertii de Heraclito verba, lib. 9. *ἤκουσέ τε οὐδενὸς, ἀλλ' αὑτὸν ἔφη διζήσεσθαι καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ. Neminem audivit, sed se investigasse seipsum dicebat, & a se ipso omnia didicisse.*


5. *Γένηται.*] Sic legitur hic locus in margine Regii secundi, *γένηται. καὶ γὰρ ἔτεσι τριάκοντα περὶ τούτων.*

6. *Τὸ Ἡρακλείτου σκότος.*] Editio Tigurina *τὸ Ἡρακλείτειον σκότος*. Reg. 1. & Angl. *Ἡράκλειτον*. Nemo nescit Heraclitum apud antiquos *σκοτεινὸν* appellatum fuisse. *Tenebrosum* appellat Tertullianus lib. de anima. Unus ex legatis Philippi Macedonum regis ad Hannibalem Heraclitus Scotinus vocabatur, nomen & cognomen Heracliti Ephesii referens. Emendandus Cyrillus Alexandrinus in lib. 1. adv. Jul. pag. 13. ubi legitur septuagesima Olympiade floruisse Democritum & Anaxagoram philosophos physicos simul & Heraclidem cognomine *σκοτεινόν*. Nemo non videt legendum esse Heraclitum. Lepide jocatur in has Heracliti tenebras Plato, cum ait lib. 6. de Rep. p. 498. studium philosophiæ in plerisque citius extingui quam solem Heracliti; quia videlicet clare interdum & splendide differebat Heraclitus, ut testatur Laertius, sed cito tenebris suis immergebatur.

7. *Ἰατρικὴν ὡς φιλοσοφίαν.*] Medicinam eodem modo ac philosophiam pertractasse dicitur Heraclitus, quia ab illis tenebris quibus philosophiam demerserat, ne hydropicus quidem factus in consulendis medicis discedere voluit. Nam, ut ait Laertius, *τῶν ἰατρῶν αἰνιγματωδῶς ἐπυνθάνετο εἰ δύναιντο ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν ποιῆσαι. Quærebat a medicis per ænigma, an ex imbre siccitatem possent efficere.*

8. *Σπασθείς.*] Existimavit Auctor editionis Oxoniensis sic interpretandum esse, *dilaceratus a canibus interiit*. At nequaquam Tatianus dilaceratum a canibus Heraclitum dicit, sed ab illo bovis stercore, quod totum corpus convellebat & dilacerabat. Sic etiam apud Tertullianum Heraclitus *se bubulo stercore oblitum exussisse dicitur*. Idem testatur Hermippus apud Laertium lib. 9. nempe Heraclitum, cum pueris jussisset ut se bovis stercore oblinerent, *κατατεινόμενον δευτεραῖον τελευτῆσαι, καὶ ταφῆναι ἐν τῇ ἀγορᾷ, obriguisse ac postridie interiisse ac sepultum fuisse in foro.* Fucum fecit erudito Anglo quod ait ibidem Neanthes Cyzicenus, Heraclitum *μὴ δυνηθέντα αὑτὸν ἀποσπάσαι τὰ βόλιτα μεῖναι, τὸ διὰ τὴν μεταβολὴν ἀγνοηθέντα, κυνόβρωτον γενέσθαι, cum non potuisset stercus avellere, ibidem mansisse, & cum ob immutationem agnitus non fuisset, canibus escam fuisse.* Sed hoc Neanthis testimonium pugnat illud quidem cum Hermippo de Heracliti sepultura, nequaquam autem de mortis genere; si quidem uterque Heraclitum bovis stercore oblitum periisse memorat: verum alter postridie sepultum dicit, alter a canibus voratum propterea quod ab hominibus agnitus non fuisset.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 151.



A τοῖς αὐτοῖς, λέγω δὲ Ανυτον καὶ [1] Μέλιτον ἐπὶ τῷ κατηγορεῖν, Βϐσιρλν δὲ ἐπὶ τῷ ξενοκτονεῖν, καὶ Ηρακλέα πάλιν ἐπὶ τῷ ἀθλεῖν, παραιτητέον· ὅςις [2] ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ πλείονας τοὺς μοχθηροὺς τῶν δικαίων εἰσηγεῖται, Σωκράτους ἑνὸς καὶ Ηρακλέους, καὶ τινῶν [3] ἄλλων τοιούτων γεγονότων ὀλίγων, καὶ οὐ πολλῶν· οἱ γὰρ κακοὶ πάνυ πλείους εὑρεθήσονται τῶν ἀγαθῶν. καὶ ὁ Θεὸς κακῶν ἀποδειχθήσεται κατ' αὐτὸν ποιητὴς, ἐν ἀμάραις τε καὶ σκώληξι, καὶ ἀῤῥητουργοῖς καταγινόμενος. Εμπεδοκλέους γὰρ τὸ ἀλαζονικὸν αἱ κατὰ τὴν Σικελίαν τοῦ πυρὸς ἀναφυσήσεις ἀπέδειξαν· ὅτι μὴ Θεὸς ὢν [4] τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν εἶναι κατεψεύδετο. γελῶ καὶ τὴν Φερεκύδους [5] γραολογίαν, καὶ τοῦ Πυθαγόρου τὴν περὶ τὸ δόγμα κληρονομίαν, καὶ τὴν τοῦ Πλάτωνος, κἂν τινες μὴ θέλωσι, B περὶ τούτου μίμησιν· τίς γὰρ ἂν ἐπιμαρτυρήσαι [6] τῇ Κράτητος κοινογαμίᾳ, [7] καὶ οὐ μᾶλλον παραιτησάμενος τὴν ἔντυφον τῶν ὁμοίων αὐτῷ γλωσσομανίαν, ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὸ κατ' ἀλήθειαν σπουδαῖον τρέψεται; διόπερ μὴ παρασυρέτωσαν ὑμᾶς αἱ τῶν [8] φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων πανηγύρεις, οἵτινες ἐναντία μὲν ἑαυτοῖς δογματίζουσιν· κατὰ δὲ τὸ ἐπελθὸν ἕκαστος [9] ἐκπεφώνηκε. πολλὰ δὲ καὶ παρ' αὐτοῖς ἐστι προσκρούματα· μισεῖ μὲν γὰρ ἕτερος τὸν ἕτερον· ἀντιδοξοῦσιν δὲ [10] ἑαυτοῖς, διὰ τὴν ἀλαζονείαν τόπους ἐπιλεγόμενοι τοὺς προὔχοντας. ἐχρῆν δὲ μήτε [11] βασιλείας [12] προλήμματι θεραπεύειν, ἢ κολακεύειν τοὺς ἡγουμένους· περιμένειν δὲ μέχρις ἂν πρὸς αὐτοὺς οἱ μεγιστᾶνες ἀφίκωνται. C

ad accusandum, Busirim ad hospites necandos, Herculem ad repetendos certaminum labores. Qui quidem in hac conflagrationis ratione plures inducit improbos quam justos, cum unus tantum Socrates fuerit, unus Hercules, & alii ejusmodi non multi exstiterint, sed pauci: mali enim omnino plures invenientur, quam boni. Deus quoque malorum secundum illum auctor esse deprehendetur; & in cloacis & vermibus & nefanda patrantibus versari. Empedoclis autem arrogantiam ignis in Sicilia eruptiones coarguerunt; quia cum Deus non esset, parum absuit, quin se Deum esse mentiretur. Rideo etiam Pherecydis aniles fabulas, & ejus decretorum Pythagoram heredem, & Platonem, etiamsi id negent nonnulli, imitatorem. Quis autem caninas Cratetis nuptias testimonio suo comprobaverit; ac non potius rejecta ejus similium arroganti linguæ insania, ad id quod vere bonum est inquirendum sese convertat? Quare non vos abripiant philosophorum, qui philosophi non sunt, solemnes conventus: qui secum ipsi pugnant, & ut quæque res in mentem venerit, ita eam quisque effutiunt. Multæ autem etiam apud eos offensiones: odit enim alter alterum: æmulis inter se opinionibus certant, præstantiora loca ob arrogantiam eligunt. Oportebat autem, ut nec imperia anticipatis officiis colerent, nec principibus assentarentur, sed exspectarent, dum magni ad eos veniant.

Διὰ τί γὰρ, ἄνδρες Ελληνες, ὥσπερ ἐν πυγμῇ συγκρούειν βούλεσθε τὰς πολιτείας [13] καθ' ἡμῶν; καὶ εἰ μὴ τοῖς τινῶν νομίμοις συγχρῆσθαι βούλομαι, τίνος χάριν καθάπερ μιαρώτατος μεμίσημαι; προστάττει φόρους τελεῖν ὁ βασιλεύς; ἕτοιμος παρέ-

IV. Quid est igitur, o Græci, cur tamquam in pugilatu aliorum instituta incitare in nos velitis! Ac si nonnullorum institutis uti nolo, cur tamquam scelestissimus odio habeor? Jubet Rex tributa pendere? Paratus sum solvere. Servire & mini-

1. Μέλιτον.] Reg. 2. Μέλητον.

2. Εν τῷ κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν λόγῳ.] Nullus hic liber Zenonis de conflagratione aut de universo citatur; sed quod ex illius de conflagratione sententia consequebatur, id refellit Tatianus.

3. Αλλων.] Deest in Reg. secundo. Mox lego πάνυ πλείους, ut in Reg. 1. & Angl. Reg. 2. ad marg. πολὺ πλείους. Editi πάλιν πλείους. Doctus Abbas in superiore pagina laudatus existimat Heraclitum heic pro Hercule reponendum, ut apud Justinum Apol. 1. n. 46.

4. Τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν.] Claudicat heic Tatiani sententia, sed emendari potest levissima immutatione, si pro τοῦθ' ὅπερ ἔλεγεν, legamus τοῦτο παρ' ὀλίγον. Non enim dicebat Empedocles se Deum esse, sed astu consequi voluit ut Deus haberetur, ac ea mente in ardentem Ætnam desiluit. Quare nihil propius factum est quam ut evanuisse & in cælum translatus esse crederetur. Sed illius commentum nudaverunt crepidæ, quas ignis erumpens rejecit.

5. Γραολογίαν.] Pherecydes anilium fabularum auctor hoc loco dicitur, non ob descriptam deorum genealogiam, ut eruditi viri Gesnerus & Worthius censuerunt, sed ob inventam Metempsychosim. Aniles fabulas vocat Tatianus hoc dogma, quod a Pherecyde Pythagoram accepisse, Platonem imitatione expressisse pronuntiat. Addit de Platone nonnullis videri secus. Revera sic elaboravit Plato in hac illustranda sententia, ut illius parens & architectus habitus sit. Hinc Irenæus sic de Metempsychosi ac de Platone loquitur lib 2. c. 33. *Ad hæc Plato, vetus ille Atheniensis, qui & primus sententiam hanc introduxit, cum excusare non posset, oblivionis induxit poculum.* De eodem Platone Tertullianus lib. de Anima c. 23. *Novum*, inquit, *elaboravit argumentum*, μαθήσεις ἀναμνήσεις, id est, *discentias, reminiscentias esse*. Sustulimus ope codicis Anglicani τὴν ante has voces περὶ τούτου.

6. Τῇ Κράτητος κοινογαμίᾳ.] Legendum monet κυνογαμίᾳ Auctor editionis Oxoniensis. Quam lectionem duplici ratione confirmat. Primo quidem quia communes nuptias nusquam Crates approbasse, meretrices nonnumquam insectatus esse dicitur. Deinde vero quia apud Clementem Alexandrinum Strom. 4. p. 523. apud Theodoretum adv. Græc. p. 672. & apud Suidam Crates dicitur κυνογαμίαν, sive caninas nuptias aperto & publico concubitu in porticu celebrasse. Assentiri non possum erudito viro communitatem mulierum Crateti probatam non fuisse. Certe Diogenes illius præceptor hoc inter alia impudenter astumabat, teste Laertio, communes mulieres esse oportere, ne verbo quidem nuptias appellans. Ipse Crates filiam suam discipulis fertur tradidisse. Quod autem meretricibus convicium fecisse dicitur; id minime mirum de homine omnibus conviciari solito. Magis arridet altera doctissimi editoris ratio, ex Clementis, Theodoreti & Suidæ testimoniis petita. Celebriores enim Cynici ob caninos, sive publicos concubitus, quam ob mulierum communitatem. Gregorius Naz. Orat. 25. p. 10. κοινογαμίαν, ut Tatianus, exprobrat Crateti. Sed Elias Cretensis videtur legisse κυνογαμίαν. Hanc enim potissimum causam affert, cur Crates ita notetur, *quod in publica schola corpus cum uxore miscuerit*.

7. Καὶ οὐ μᾶλλον.] Reg. 2. cum Angl. καὶ μᾶλλον. Mox Reg. 2. ἐπιζητεῖν ἐπὶ τῷ & ad marg. τό. Angl. ἐπὶ τὸ ζητεῖν (ἐπὶ) τό. Sic etiam Tigur.

8. Φιλοσόφων καὶ οὐ φιλοσόφων.] Delendum videtur illud καὶ, quod hujus griphi elegantiam deformat. Erit enim elegantius si legas, ut apud Clementem Alex. ἄκυε μῦθον, οὐ μῦθον lib. *Quis dives &c.* & ἄνδρες, οὐκ ἄνδρες, initio Exhort. Vel forte legendum, ut apud Justinum in minor. Apol. n. 3. φιλοψόφων καὶ οὐ φιλοσόφων. *Strepitus, non sapientiæ amatorum.*

9. Εκπεφώνηκε.] Edit. Tigur. ἐκπεφρόνηκε. Parif. anni 1615. ἐκπεφρώνηκε. Mox Reg. 2. ἐπιπροσκρούματα.


10. Εαυτοῖς.] Ita Reg. 1. cum Anglicano & Front. Duc. editi αὐτοῖς.

11. Βασιλείας προλήμματι.] Ita Reg. uterque cum Anglicano: editi excepto Tigur. habent βασιλέας, ex conjectura prorsus inutili. Putarunt enim eruditi viri, hanc vocem, βασιλείας esse in singulari gignendi casu; hinc auctor editionis Oxon. sic interpretandum putat, si legatur βασιλείας, regiæ majestatis prætextu. At facilis & usitata est hæc loquendi ratio, βασιλείας προλήμματι imperia sive Imperantes anticipatis officiis colere. Nam ut ἀρχὴ non solum imperium designat, sed eos etiam qui imperant, sic etiam βασιλεία. Hinc illud Gregorii Naz. Orat. p. 66. in philosophos dictum, τὰς σεμνὰς τυραννίδας μόνον οὐ προσκυνοῦσι, *splendidas tyrannides tantum non adorant.*

12. Προλήμματι.] Reg. 1. προσλήμματι. 2. προλήματι. Ita etiam editio Parif. anni 1615. & Oxon. Habent προλήμματι cod. Angl. & Ducæus.

13. Καθ' ἡμῶν.] Ita Reg. uterque cum Anglic. editi καθ' ἡμᾶς. Mox iidem codices cum editione Tigurina τοῖς τινῶν. Aliæ editiones τοῖς ὑμῶν.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 151.



χειν. δουλεύειν ὁ δεσπότης καὶ ὑπηρετεῖν; τὴν δουλείαν [1] γινώσκων. τὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον ἀνθρωπίνως τιμητέον· φοβητέον δὲ μόνον τὸν Θεόν· ὅστις ἀνθρωπίνοις οὐκ ἔστιν ὁρατὸς ὀφθαλμοῖς, οὐ τέχνῃ περιληπτός. τοῦτον μόνον ἀρνεῖσθαι κελευόμενος, οὐ πεισθήσομαι, τεθνήξομαι δὲ μᾶλλον, ἵνα μὴ ψεύστης καὶ ἀχάριστος ἀποδειχθῶ. Θεὸς ὁ καθ᾽ ἡμᾶς οὐκ ἔχει σύστασιν ἐν χρόνῳ, μόνος ἄναρχος ὤν, καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τῶν ὅλων ἀρχή. πνεῦμα ὁ Θεός, οὐ [2] διῆκον διὰ τῆς ὕλης, πνευμάτων δὲ ὑλικῶν καὶ τῶν ἐν αὐτῇ σχημάτων κατασκευαστής· ἀόρατός τε καὶ ἀναφής, αἰσθητῶν καὶ ἀοράτων αὐτὸς γεγονὼς πατήρ. τοῦτον διὰ τῆς ποιήσεως αὐτοῦ ἴσμεν, καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὸ ἀόρατον τοῖς ποιήμασι καταλαμβανόμεθα. δημιουργίαν τὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγενημένην χάριν ἡμῶν προσκυνεῖν οὐ θέλω. γέγονεν ἥλιος καὶ σελήνη δι᾽ ἡμᾶς, εἶτα πῶς [3] τοὺς ἐμοὺς ὑπηρέτας προσκυνήσω; πῶς δὲ ξύλα καὶ λίθους θεοὺς ἀποφανοῦμαι; πνεῦμα γὰρ τὸ διὰ τῆς ὕλης διῆκον, ἔλαττον ὑπάρχει τοῦ θειοτέρου πνεύματος· [4] ὅπερ δὲ ψυχῇ παρωμοιωμένον, οὐ τιμητέον ἐπίσης τῷ τελείῳ Θεῷ. ἀλλ᾽ [a] οὐδὲ τὸν ἀνωνόμαστον Θεὸν δωροδοκητέον. ὁ γὰρ πάντων ἀνενδεής, οὐ διαβλητέος [5] ὑφ᾽ ἡμῶν ὡς ἐνδεής. φανερώτερον δὲ ἐκθήσομαι τὰ ἡμέτερα.

Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ· τὴν δὲ ἀρχὴν λόγου δύναμιν παρειλήφαμεν. ὁ γὰρ δεσπότης τῶν ὅλων αὐτὸς ὑπάρχων τοῦ παντὸς ἡ ὑπόστασις, κατὰ μὲν τὴν μηδέπω γεγενημένην ποίησιν μόνος ἦν. καθὸ δὲ πᾶσα δύναμις, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, σὺν αὐτῷ τὰ πάντα (σὺν αὐτῷ γὰρ) διὰ λογικῆς δυνάμεως, αὐτὸς καὶ ὁ λόγος ὃς ἦν ἐν αὐτῷ [6] ὑπέστησε. θελήματι δὲ τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ προπηδᾷ λόγος· ὁ δὲ λόγος [7] οὐ κατὰ κενοῦ χωρήσας, [8] ἔργον πρωτότοκον τοῦ πα-

A ſtrare Dominus? Servitutem agnoſco. Homo enim, ut hominem decet, colendus eſt: ſolus autem Deus metuendus, qui nec oculis humanis cerni poteſt, nec arte comprehendi. Hunc negare ſi jubear, hac tantum in re non parebo, moriarque potius, ne mendax & ingratus arguar. Deus noſter non eſſe cœpit in tempore, cum ſolus ſine principio, ipſe omnium ſit principium. Spiritus Deus, non tamen materiam permeans ſpiritus, ſed materialium ſpirituum & figurarum quæ in materia ſunt, opifex: & viſu & tactu indeprehenſus, quippe cum ipſe ſenſibilium & inviſibilium exſtiterit parens. Hunc ex his quæ creavit cognoſcimus, & potentiam ejus inviſibilem ex operibus apprehendimus.
B Opus ab eo noſtra cauſa conditum adorare nolo. Sol & luna propter nos creata ſunt: quomodo ergo miniſtros meos adorem? Quomodo ligna & lapides pronuntiem deos? Eſt enim Spiritu diviniore inferior ille ſpiritus, qui materiam pervadit: qui quidem cum animæ aſſimilatus ſit, non eodem ac perfectus Deus honore colendus eſt. Neque etiam illum non enarrabilem Deum munerari debemus. Nam qui nullius rei indigus eſt, is ut indigere exiſtimetur minime a nobis committendum eſt. Apertius autem noſtra exponam.

V. Deus erat in principio: principium autem Verbi potentiam eſſe accepimus. Univerſorum e-
C nim dominus; quatenus quidem mundus nondum erat creatus, ſolus erat; quatenus autem ipſe potentia omnis, & eorum quæ videntur & non videntur hypoſtaſis ſive ſuſtentatio erat; omnia cum eo per rationalem potentiam ſuſtentabat ipſum etiam illud Verbum, quod erat in eo. Voluntate autem ſimplicitatis ejus proſilit Verbum: Verbum autem, non in vacuum progreſſum, fit opus primo-

1. Γινώσκων.] Reg. ſecundus ad marg. & Joannis Friſii codex pariter ad marg. & Fronto Ducæus habent γινώσκω. Aliæ editiones γινώσκων.

2. Διῆκον.] Reg. uterque & Fronto Ducæus διήκων.

3. Τὰς ἐμάς.] Poſtrema vox percommode reperta eſt in Reg. primo: deerat in aliis mſs. & editis excepta editione Frontonis Ducæi.

4. Ὅπερ δέ.] Reg. 2. & Angl. cum editione Tigur. ὥσπερ δέ.

5. Ὑφ᾽ ὑμῶν.] Codex mſs. Angl. ὑφ᾽ ἡμῖν, Editio Oxon. & Pariſ. an. 1615. ὑφ᾽ ὑμῶν.

6. Ὑπέστησε.] Hoc verbum prave redditum, in ſententiam Tatiani tenebras injecit. Sic enim habet interpretatio Geſneri: *Si vero reſpicias potentiam ejus, in qua viſibilia & inviſibilia cuncta conſiſtunt, omnia cum ipſo erant. In ipſo enim per potentiam Verbi, tum ipſe, tum Verbum quod in eo erat, exſtitit.* Inde accuſatus Tatianus quod Verbum ante mundi creationem non actu, ut perſonam, ſed potentia tantum crediderit in Patre cum aliis rebus exſtitiſſe. Iniquam criminationem nova interpretatio refellit. Hæc autem verba σὺν αὐτῷ γὰρ uncinis incluſi nec in interpretando latine reddidi, quia ab aliquo librario addita videntur. Nam 1. illud γὰρ deeſt in Regiis codicibus & Anglicano & Tigurina editione. Quod ſi hæc vocula a librariis addita; idem dicendum erit de his vocibus σὺν αὐτῷ quæ cum ea neceſſario conjuncta ſunt. 2. Repugnat ut Deus dicatur ſolus non fuiſſe, quia omnia in eo poteſtate exſiſtebant. 3. Non aliter legit hunc locum Tertullianus, qui Tatianum ſic imitatur: *Ante omnia enim*, inquit cap. 5. adv. Prax. *Deus erat ſolus, ipſe ſibi & mundus & locus & omnia. Solus autem; quia nihil extrinſecus præter illum. Ceterum, ne tunc quidem ſolus; habebat enim ſecum, quam habebat in ſemetipſo, rationem ſuam ſcilicet.* Deum ergo Tertullianus ſolum non fuiſſe exiſtimat ante mundi creationem, quia Verbum illius cum eo exſiſtebat, minime vero propter creaturas potentia in ipſo exſiſtentes.

7. Οὐ κατὰ κενοῦ χωρήσας.] Verbum non progreſſum eſt in vacuum & inane, quia ſtatim atque progreſſum eſt, mundus e nihilo eductus. In quo quidem ſignificat Tatianus Verbum non eſſe rem inanimam, ſive ſonum inanem, ſed perſonam omnibus Patris ideis, ejuſque potentia & omnibus attributis inſtructam; quo progrediente non potuit effectio non conſequi. Tatiani ſenſum egregie explicat Tertullianus ibidem cap. 7. dum ait: *Quid eſt enim, dices, ſermo, niſi vox & ſonus oris, &, ſicut Grammatici tradunt, aer offenſus, intelligibilis auditu, ceterum vacuum neſcio quid & inane & incorporale? At ego nihil dico de Deo inane & vacuum prodire potuiſſe, ut non de inani & vacuo prolatum, nec carere ſubſtantia quod de tanta ſubſtantia proceſſit, & tantas ſubſtantias fecit: fecit enim & ipſe quæ facta ſunt per illum. Quale eſt, ut nihil ſit ipſe, ſine quo nihil factum eſt? ut inanis ſolida, & vacuus plena, & incorporalis corporalia ſit operatus?*

8. Ἔργον πρωτότοκον τοῦ πατρός.] Sic Regius primus: editi τοῦ πνεύματος, excepta tamen editione Frontonis Ducæi. Non verendum eſt ne Filium Dei in rebus creatis numeret Tatianus. Satis ejus æternitati conſulit, dum illud omnia ab æterno ſuſtentaſſe dicit, atque hanc generationem ad mundi creationem nihil aliud eſſe quam *voluntariam adminiſtrationem*. Æqualitatem & ſubſtantiæ unitatem non minus aperte declarat, cum Verbum ait eſſe lumen de lumine accenſum; ita tamen ut a Patre ſeparari non poſſit. Verbum ergo vocatur opus, quia *non in vacuum progreſſum eſt*, ſed ſtatim atque prodiit, effectus conſequutus eſt. Unde Philo lib. de ſacrificiis Abel & Cain p. 140. ὁ γὰρ Θεὸς λέγων ἅμα ἐποίει, μηδὲν μεταξὺ ἀμφοῖν τιθείς. εἰ δὲ χρὴ δόγμα κινεῖν ἀληθέστερον, ὁ λόγος ἔργον αὐτοῦ. *Deus enim ſimul dicendo faciebat, nihil inter utrumque ſpatii interponens; vel ſi verior ſententia proferenda, Verbum eſt opus ejus.* Juſtinus Dialog. n. 114. contendit his in verbis, *Videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum*, non aliam operationem intelligendam eſſe quam Verbum Dei. Sic etiam Tertullianus adv. Hermogen. c. 20. Sa-

a Οὐδὲ τὸν —— δωροδοκητέον] Si quis illud δωροδοκητέον, idem eſſe non putet ac *munerari*, & hæc verba ita reddenda exiſtimet, ut reddidit Geſnerus, *Non exiſtimandum eſt Deum innominatum muneribus affici*, haud equidem repugnabo. Hujus verbi is videtur ſenſus eſſe maxime accuratus: munera in mentem venire non debent, ubi de Deo qui nomine caret, agitur. Loquitur manifeſte Tatianus de victimis & nidoribus, quibus ethnici deos ſuos colebant. Infra num. XVI. deos vocat δωρολήπτας. Maranus in *addendis* p. 605.

πρὸς γίνεται. τοῦτον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν. A γέγονε δὲ κατὰ μερισμὸν, οὐ κατὰ ἀποκοπήν. τὸ γὰρ ἀποτμηθὲν τοῦ πρώτου κεχώρισται· [1] τὸ δὲ μερισθὲν οἰκονομίας τὴν αἵρεσιν προσλαβὸν [2] οὐκ ἐνδεᾶ τὸν ὅθεν εἴληπται πεποίηκεν· ὥσπερ γὰρ ἀπὸ μιᾶς δαδὸς ἀνάπτεται μὲν πυρὰ πολλὰ, τῆς δὲ πρώτης δαδὸς διὰ τὴν ἔξαψιν τῶν πολλῶν δαδῶν οὐκ ἐλαττοῦται τὸ φῶς· οὕτω καὶ ὁ λόγος προελθὼν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς δυνάμεως, οὐκ ἄλογον πεποίηκε τὸν γεγεννηκότα. καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ λαλῶ, καὶ ὑμεῖς ἀκούετε, καὶ οὐ δήπου διὰ τῆς μεταβάσεως τοῦ λόγου κενὸς ὁ προσομιλῶν λόγου γίνομαι· προβαλλόμενος δὲ τὴν ἐμαυτοῦ φωνὴν, διακοσμεῖν τὴν ἐν ὑμῖν ἀκόσμητον ὕλην προῄρημαι. καὶ καθάπερ ὁ λόγος ἐν ἀρχῇ γεννηθεὶς, [3] ἀντεγέννησε τὴν καθ' ἡ- B μᾶς ποίησιν, αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ὕλην δημιουργήσας· οὕτω κἀγὼ τὴν τοῦ λόγου μίμησιν ἀναγεννηθεὶς, καὶ τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατάληψιν πεποιημένος, [4] μεταρυθμίζω τῆς συγγενοῦς ὕλης τὴν σύγχυσιν. οὔτε γὰρ ἄναρχος ἡ ὕλη καθάπερ [5] ὁ Θεὸς, οὐδὲ διὰ τὸ ἄναρχον καὶ αὐτὴ ἰσοδύναμος τῷ Θεῷ· γεννητὴ δὲ καὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ ἄλλου γεγονυῖα, μόνου δὲ ὑπὸ τοῦ πάντων δημιουργοῦ προβεβλημένη.

Καὶ [6] διὰ τοῦτο καὶ σωμάτων ἀνάστασιν ἔσεσθαι πεπιστεύκαμεν, μετὰ τὴν τῶν ὅλων συντέ-

A genitum Patris. Hoc scimus esse mundi principium. Natum est autem per communicationem, non per abscissionem. Nam quod abscissum est, a primo separatur. Quod autem per communicationem progreditur voluntariam administrationem suscipiens, id eum non imminuit ex quo desumtum est. Quemadmodum enim ex una face multi ignes accenduntur, nec tamen primæ facis, ob plures accensas faces, lux imminuitur: sic Verbum ex Patris potentia prodiens, genitorem Verbi expertem non fecit. Nam & ego loquor, & vos auditis: nec propter transmissionem sermonis ego qui alloquor, sermone vacuus fio; sed vocem meam proferens, materiam in vobis inornatam ornare instituo. Et quem- B admodum Verbum in principio genitum, vicissim mundum nostrum genuit, cum ipsum sibi materiam produxisset; sic ego quoque ad imitationem Verbi regeneratus, & veritatis illustratus cognitione, materiæ mihi cognatæ confusionem emendo. Non enim caret initio materia, quemadmodum Deus: nec Deo, ut principii expers, parem habet potestatem; verum creata est, nec ab alio facta, sed a solo universorum opifice producta.

VI. Propterea etiam corporum resurrectionem futuram credimus, cum omnia fuerint absoluta: non,

pientiam fuisse initium viarum, *quia cogitatio & dispositio prima Sophiæ fit operatio, de cogitatu viam operibus instituens.* In quo quidem observandum est Verbum appellari opus, non solum quia Deus instrumentis non indiget ac dicendo operatur, sed etiam maxime quia per consubstantialem personam operatur, non per sonum evanescentem aut inanimam efficientiam. Hinc etiam vocatur opus primogenitum, quod de re inanima dici non posset, cui nec ideæ mundi inessent, nec omnipotentia ad mundum creandum. Sed cum ideæ quæ, ut pote æternæ, antiquiores sunt mundo, traditæ Verbo fuerint; cumque exemplar mundi in hoc Verbo omnia sustentante descriptum fuerit: Verbum appellatur opus primogenitum Patris. Tota res illustratur his Philonis verbis ex libro de mundi opificio: *οὐδ' ὁ ἐκ τῶν ἰδεῶν κόσμος ἄλλον ἂν ἔχει τόπον ἢ τὸν θεῖον λόγον τὸν ταῦτα διακοσμήσαντα ..... εἰ δέ τις ἐθελήσειε γυμνοτέροις χρήσασθαι τοῖς ὀνόμασιν, οὐδὲν ἂν ἕτερον εἴποι τὸν νοητὸν εἶναι κόσμον ἢ Θεοῦ λόγον ἤδη κοσμοποιοῦντος. Neque ille ex ideis mundus alium habuerit locum, quam divinum Verbum, quod adornavit hæc omnia .... Quod si cui libeat apertioribus uti vocabulis, nihil aliud dixerit esse mundum intelligibilem, quam Verbum Dei mundum jam condentis.*

1. Τὸ δὲ *μερισθὲν οἰκονομίας αἵρεσιν προσλαβόν.*] Non probat Justinus hanc loquendi rationem: ait enim Dialog. num. 61. ea quæ dividuntur & scinduntur *τὰ μεριζόμενα καὶ τεμνόμενα*, non eadem permanere. Sed quod in hac voce displicet Justino, id corrigit Tatianus, dum ait, *Quod autem voluntariam administrationem suscipiens per communicationem progreditur.* His enim verbis declaratur Verbum non, ut efficientiam a Patre abscissam, nec ut sonum qui in auras evanescat, sed ut Filium Patri æqualem, ejusque ideis & omnibus attributis ab æterno donatum prodiisse; nec creatum fuisse sic progrediendo aut mutatum, sed voluntariam administrationem suscepisse. Sed si hæc Verbi progressio nihil aliud est quam voluntariæ administrationis susceptio, cur Verbum *μερισθὲν* sive per communicationem progressum aut natum dicitur? Cur Tatianus utitur facis ex alia face accensæ exemplo, quod generationi æternæ explicandæ aptum & appositum videtur? Ad hujus rei explanationem adjuvat Tertullianus, cum ait: *Tunc igitur etiam ipse sermo speciem & ornatum suum sumit, sonum & vocem, cum dicit Deus*: Fiat lux: adv. Prax. c. VII. Idem paullo ante dicebat, nempe cap. 5. *Rationalis enim Deus, & ratio in ipso prius: & ita ab ipso omnia. Quæ ratio sensus ipsius est: hanc Græci λόγον dicunt, quo vocabulo etiam sermonem appellamus. Ideoque jam in usu est nostrorum per simplicitatem interpretationis, sermonem dicere in primordio apud Deum fuisse; cum magis rationem competat antiquiorem haberi, quia non sermonalis a principio, sed rationalis Deus etiam ante principium; & quia ipse sermo ratione consistens, priorem eam ut substantiam suam ostendit. Tamen & sic nihil interest. Nam etsi Deus sermonem suum nondum miserat, proinde eum cum ipsa & in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacite cogitando & disponendo secum, quæ per sermonem mox erat facturus.* Subtilis illa ejusdem personæ sub duobus nominibus consideratio non displicuit Augustino, qui in libro Quæstionum octoginta trium explicans illud Joannis, *In principio erat Verbum*, quæst. 63. sic loquitur: *Hoc loco melius Verbum interpretamur, ut significetur non solum ad Patrem respectus, sed ad illa etiam quæ per Verbum facta sunt, operativa potentia. Ratio autem, etsi per eam nihil fiat, recte ratio dicitur.* Huc ergo redit id quod Filio ad mundi creationem progredienti communicatum fuit a Patre, nempe species & ornatus, sonus & vox, ut ait Tertullianus: cujus verbis respondet apud Tatianum, voluntariæ administrationis susceptio. Subtili distinctione eadem persona nunc Ratio, nunc Verbum dicitur: sed non magis in Filio suspicanda mutatio, quam in ipso Patre, qui *non sermonalis a principio, sed rationalis etiam ante principium*. Sed cur Tatianus, itidem ut Justinus, exemplo utitur facis de alia face accensæ? Nonne id aptius quadraret cum æterna generatione, in qua Deus totam suam Filio substantiam ita tradidit, ut ipse eam non amitteret, quemadmodum fax ex qua aliæ accenduntur, minime minuitur? 1. Jam observavimus ad Justini Dialog. n. 128. æternam generationem & processionem ex temporaria progressione dijudicari. 2. Exemplum facis de alia accensæ non idcirco adhibent Justinus & Tatianus, quod Filium Dei tunc lumen de lumine esse cœpisse crediderint: sed in hoc tantum consistit comparatio, quod quemadmodum fax ex qua aliæ accenduntur, minime imminuitur; ita Patris substantia, Filio progrediente, minime divisa est, nec *Verbum progrediens ex Patris potentia genitorem Verbi expertem fecit*. Idem autem manifestum est, quam certa & explorata Justino & Tatiano fuerit, unitas numerica substantiæ in Patre & Filio. Nam cum lumen de alio lumine accensum separatim exsistat primo minime imminuto; cur Filius qui lumen est de lumine, separari a Patre non posset quin divideretur & minueretur Patris substantia; cur istud, inquam, nisi quia una prorsus & singularis in Patre & Filio substantia? Eadem substantiæ singularitas confirmatur exemplo humani λόγου, quo Justinus & Tatianus utuntur.

2. Οὐκ *ἐνδεᾶ*.] Reg. 2. *ἐνδεῆ*.

3. Ἀντεγέννησε.] Ex his confirmatur & explicatur quidquid antiqui scriptores de Verbi ad mundi creationem generatione dixerunt. Cum Filius omnes ideas Patris ac omnia attributa possideat, cumque mundi exemplar in Verbo descriptum fuerit: inter Verbi generationem illam, sive progressionem, & mundi creationem necessaria intercessit connexio.

4. Μεταρυθμίζω.] Reg. 2. Angl. & Tigur. *μεταρυθμίζων*.

5. Ὁ Θεός.] Reg. 1. *καὶ ὁ Θεός*. Mox Ducæus *καὶ ὑπὸ τοῦ ἄλλου*.

6. *Διὰ τοῦτο καὶ σωμάτων.*] Non immerito Tatianus corporum resurrectionem ex materiæ creatione consequi existimat. Nefarii enim hæretici, qui mundum a vero Deo creatum negabant, nihil etiam loci relinquebant corporum resurrectioni. At semel posito materiam a vero Deo creatam esse; non jam metuendum est ne corpus humanum restituere non possit. Gesnerus omissa præpositione legendum censet *μόνων τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀνάστασιν ἔσεσθαι*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.

λειαν, οὐχ ὡς οἱ Στωϊκοὶ δογματίζουσι, κατά τινας κύκλων περιόδους, γινομένων ἀεὶ καὶ ἀπογινομένων τῶν αὐτῶν, οὐκ ἐπί τι χρήσιμον· ἅπαξ δὲ, τῶν καθ' ἡμᾶς αἰώνων πεπερασμένων, καὶ εἰς τὸ παντελὲς, διὰ μόνων τῶν ἀνθρώπων τὴν σύστασιν ἔσεσθαι, [1] χάριν κρίσεως. δικάζουσι δὲ ἡμῖν, οὐ Μίνως, οὐδὲ [2] Ῥαδάμανθυς, ὧν πρὸ τῆς τελευτῆς οὐδεμία τῶν ψυχῶν, ὡς μυθολογοῦσιν, ἐκρίνετο· δοκιμαστὴς δὲ αὐτὸς ὁ ποιητὴς Θεὸς γίνεται. κἂν γὰρ πάνυ φλυάρους καὶ σπερμολόγους ἡμᾶς νομίσητε, μέλον οὐκ ἔστιν ἡμῖν, ἐπεὶ τούτῳ λόγῳ πεπιστεύκαμεν. ὥσπερ γὰρ οὐκ ὢν [3] πρὶν ἢ γενέσθαι τίς ἤμην οὐκ ἐγίνωσκον, μόνον δὲ ἐν ὑποστάσει τῆς σαρκικῆς ὕλης ὑπῆρχον· γεγονὼς δὲ ὁ [4] μὴ πάλαι, διὰ τῆς γενέσεως τὸ εἶναι πεπίστευκα· τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ γενόμενος, καὶ διὰ θανάτου μηκέτι ὢν, αὖθις τε μηκέθ' ὁρώμενος, ἔσομαι πάλιν, ὥσπερ μὴ πάλαι γεγονὼς εἶτα γεννηθείς. [5] κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ μου τὸ σαρκίον, ἐξατμισθεῖσαν τὴν ὕλην ὁ κόσμος κεχώρηκεν· κἂν ἐν ποταμοῖς, κἂν ἐν θαλάσσαις ἐκδαπανηθῶ, κἂν ὑπὸ θηρίων διασπασθῶ, ταμείοις ἐναπόκειμαι πλουσίου δεσπότου. καὶ ὁ μὲν πτωχὸς καὶ ἄθεος οὐκ οἶδε τὰ ἀποκείμενα· Θεὸς δὲ ὁ βασιλεύων, ὅτε βούλεται, τὴν ὁρατὴν αὐτῷ μόνῳ ὑπόστασιν ἀποκαταστήσει πρὸς τὸ ἀρχαῖον.

A ut Stoici decernunt, secundum quosdam orbium circuitus iisdem semper nascentibus & pereuntibus, nullam ob rem utilem; sed semel, sæculis nostris absolutis, & in perpetuum, propter hominum solorum constitutionem, judicii causa. Judicium autem de nobis nec Minos nec Rhadamanthus faciunt, quorum ante mortem nulla prorsus, ut fabulantur, anima judicabatur; sed arbiter est ipse creator Deus. Etiamsi enim vobis omnino nugatores & blaterones videamur, parvi pendimus; cum hac ratione adducti crediderimus. Quemadmodum enim cum non essem antequam nascerer, ignorabam qui essem ac tantum in substantia carneæ materiæ exsistebam; genitus autem qui olim non eram, ex B generatione consequutus sum, ut me exsistere non dubitem: eodem modo genitus ac per mortem esse ac videri desinens, denuo exsistam; quemadmodum olim cum non essem, postea genitus sum. Etiamsi mea caro igne evanescat; diffusam instar vaporis materiam mundus excepit. Etiamsi in fluminibus, etiamsi in mari absumar, etiamsi a feris dilanier; thesauris recondor divitis Domini. Ac inopem quidem & atheum latent quæ recondita sunt: regnator autem Deus conspicuam sibi substantiam, ubi volet, in pristinum statum revocabit.

Λόγος γὰρ ὁ ἐπουράνιος, πνεῦμα γεγονὼς ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ [6] λόγος ἐκ τῆς λογικῆς δυνάμεως, κατὰ τὴν τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν [7] πατρὸς μίμησιν, [8] εἰκόνα τῆς ἀθανασίας τὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν· ἵνα ὥσπερ ἡ ἀφθαρσία παρὰ τῷ Θεῷ, τὸν αὐτὸν τρόπον [9] Θεοῦ μοῖραν ἄνθρωπος μεταλαβὼν, ἔχῃ καὶ τὸ ἀθάνατον. ὁ μὲν οὖν λόγος πρὸ τῆς τῶν ἀνδρῶν κατασκευῆς ἀγγέλων δημιουργὸς γίνεται. τὸ δὲ ἑκάτερον τῆς ποιήσεως εἶδος, αὐτεξούσιον γέγονε, τἀγαθοῦ φύσιν μὴ ἔχον· [10] ὃ πλὴν μόνον παρὰ τῷ Θεῷ, τῇ δὲ ἐλευθερίᾳ τῆς προαιρέσεως ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκτελειούμενον· ὅπως ὁ μὲν φαῦλος δικαίως κολάζηται δι' αὐτὸν γεγονὼς μοχθηρός· ὁ δὲ δίκαιος χάριν τῶν ἀνδραγαθημάτων ἀξίως ἐπαινῆται, κατὰ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ Θεοῦ μὴ παραβὰς τὸ βούλημα. καὶ τὰ μὲν περὶ τοὺς ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ἡ δὲ τοῦ λόγου δύναμις ἔχουσα παρ' ἑαυτῇ προγνωστικὸν [11] τὸ μέλλον ἀποβαίνειν, οὐ καθ' εἱμαρμένην, τῇ δὲ τῶν αἱρουμένων αὐτεξουσίων γνώμῃ, τῶν μελλόντων προύλεγε τὰς ἀποβάσεις· καὶ τῆς μὲν πονηρίας κωλυτὴς ἐγίνετο δι' ἀπαγορεύσεων, τῶν δὲ μενόντων ἀγαθῶν ἐγκωμιαστής. καὶ ἐπειδή τινι φρονι-

VII. Verbum enim illud cæleste, Spiritus a Pa- C tre genitus, & Verbum ex Rationali Potentia, ad imitationem Patris a quo genitum est, imaginem immortalitatis hominem fecit: ut quemadmodum immortalitas est apud Deum; sic homo, Dei portioni particeps factus, immortalitatem etiam habeat. Verbum quidem ante homines creatos Angelorum fit opifex. Utraque autem opificii species libera creata est, non habens naturam boni; id enim soli Deo inest, ab hominibus autem libera animi inductione perficitur; ut malus merito puniatur per se improbus factus: justus autem ob recte facta jure laudetur, ut qui libero utens arbitrio voluntatem Dei transgressus non sit. Atque ita quidem se habent quæ Ange- D los & homines spectant. Verbi autem potentia, cum in se prævideret quid esset, non illud quidem fato sed libera eligentium voluntate eventurum, futurarum rerum eventus prædicebat, ac nequitiam interdictis prohibebat, eos autem laudabat qui boni permanerent. Postquam autem homines unum aliquem præter ceteros, propterea

1. Χάριν κρίσεως.] Tertullianus Apolog. cap. 48. *Certe quia ratio restitutionis destinatio judicii est, necessario idem ipse qui fuerat exhibebitur, ut boni seu contrarii meriti judicium a Deo referat. Ideoque repræsentabuntur & corpora.* Vid. Athenag. de Resurrect.

2. Ῥαδάμανθυς.] Sic omnes codices mss. & editi. Legitur Ῥαδάμανθος in editione Oxoniensi.

3. Πρὶν ἢ γενέσθαι.] Reg. 2. πρὶν γενέσθαι. Totum hoc argumentum mutuatus est Tatianus a magistro suo Justino, Apolog. 1. Sic etiam Tertullianus loco modo laudato: *Considera teipsum, o homo, & fidem rei invenies. Recogita quid fueris, antequam esses; utique nihil. Meminisses enim, si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras priusquam esses, idem nihil factus cum esse desieris, cur non possis rursus esse de nihilo, ejusdem ipsius auctoris voluntate qui te voluit esse de nihilo? Quid novi tibi eveniet? Qui non eras, factus es; cum iterum non eris, fies. Redde si potes rationem qua factus es, & tunc require qua fies.*

4. Μὴ πάλαι.] Anglic. & Tigur. μὴ πάλιν.

5. Κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ μου τὸ σαρκίον.] Sic Reg. 1. & Anglic. Editi ἐξαφανίσῃ πᾶν τὸ σαρκίον.

6. Λόγος ἐκ τῆς λογικῆς δυνάμεως.] Potentia rationalis hoc loco non est vis productiva Verbi, ut editor Oxoniensis existimat: multo minus potestas creandi, ut placuit Petavio: sed idem est prorsus ac ipsum Verbum, quod Tatianus pro varia considerandi ratione nunc Verbum appellat, nunc λόγου δύναμιν & λογικὴν δύναμιν, *Verbi*, sive *Rationis Potentiam* & *Rationalem Potentiam*. Dicebat antea n. 5. *Deus erat in principio. Principium autem* λόγου δύναμιν, *Verbi potentiam, esse accepimus*. Deus apte & recte dicitur esse in Filio, sive in Verbo suo. Nequaquam dicatur esse in vi productiva Verbi, aut in potentia creandi. Hoc ipso in loco, vel saltem non multo post, ipsa Verbi persona bis appellatur λόγου δύναμις. Sic etiam infra n. 18. Non aliud ergo discrimen inter Verbum & Rationalem Potentiam admittit Tatianus, quam inter Verbum & Rationem Tertullianus & Augustinus, quorum testimonia modo retulimus.

7. Πατρός.] Deest in Reg. 2.

8. Εἰκόνα τῆς ἀθανασίας.] S. Clemens Strom. *6.* p. *663.* Tatianum, ut sæpe alias, imitatur. Ait enim: ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. Legendum ἀϊδιότητος.

9. Θεοῦ μοῖραν.] Reg. 2. Θεοῦ μοίρας. Dei portionem Tatianus non animam humanam appellat, ut sibi editor Oxoniensis finxit, sed Spiritum sanctum, a quo animam accipere immortalitatem declarat. Eodem sensu Filius apud Tertullianum adv. Prax. c. 9. dicitur *derivatio totius & portio.*

10. Ὃ πλὴν μόνον παρὰ τῷ Θεῷ.] Ita 1. Reg. & Ducæus. At Reg. 2. Angl. & Tigur. habent ὅπλην. Deest ὃ in editt. Paris. Legitur ad marginem Regii secundi ὅπερ μόνῳ πάρεστι τῷ Θεῷ, quod idem valet.

11. Τὸ μέλλον.] Melius τοῦ μέλλοντος, ut observat Anglus editor. Mox legendum videtur αὐτεξουσίῳ γνώμῃ.

μωτέρῳ παρὰ τοὺς λοιποὺς ὄντι διὰ [1] τὸ πρωτόγονον συνεξηκολούθησαν, [2] καὶ θεὸν ἀνέδειξαν οἱ ἄνθρωποι [3] καὶ τὸν ἐπανιστάμενον τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, τότε ἡ τοῦ λόγου δύναμις, τόν τε ἄρξαντα τῆς ἀπονοίας, καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας τούτῳ, τῆς σὺν αὐτῷ διαίτης παρῃτήσατο. καὶ ὁ μὲν κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ γεγονὼς, χωρισθέντος ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πνεύματος τοῦ δυνατωτέρου, θνητὸς γίνεται· διὰ δὲ τὴν παράβασιν καὶ τὴν ἄγνοιαν ὁ πρωτόγονος δαίμων ἀποδείκνυται, [4] καὶ οἱ μιμησάμενοι τούτου τὰ φαντάσματα δαιμόνων στρατόπεδον ἀποβεβήκασι, καὶ διὰ τὸ αὐτεξούσιον τῇ σφῶν ἀβελτηρίᾳ παρεδόθησαν.

A quod primogenitus erat, callidiorem affectati sunt, ac eum etsi legi Dei obluctabatur, pro Deo habuere; tum Verbi potentia & incœptorem profligatæ temeritatis, & ejus sectatores a sua consuetudine exclusit. Atque is quidem, qui ad imaginem Dei factus erat, discedente ab eo potentiore Spiritu, fit mortalis: ille autem primogenitus propter transgressionem & ignorationem dæmon esse incœpit; & qui inania illius visa fuerant imitati, dæmonum exercitus evaserunt, ac propter arbitrii libertatem suæ stultitiæ traditi sunt.

Ὑπόθεσις [5] δὲ αὐτοῖς τῆς ἀποστασίας, οἱ ἄνθρωποι γίνονται. διάγραμμα γὰρ αὐτοῖς [6] ἀστροθεσίας ἀναδείξαντες, ὥσπερ οἱ τοῖς κύβοις παίζοντες, τὴν εἱμαρμένην εἰσηγήσαντο λίαν ἄδικον. ὅ, τε γὰρ κρίνων καὶ ὁ κρινόμενος καθ' εἱμαρμένην εἰσὶ γεγονότες, καὶ οἱ φονεύοντες καὶ οἱ φονευόμενοι, καὶ οἱ πλουτοῦντες καὶ οἱ πενόμενοι, τῆς αὐτῆς εἱμαρμένης ὑπάρχουσιν ἀπογεννήματα· [7] πᾶσά τε γένεσις [8] ὥσπερ ἐν θεάτρῳ, τερπωλὴν παρέχει [9] τούτοις, παρ' οἷς, ὥς φησιν Ὅμηρος.

Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν.

οἱ γὰρ τοὺς μονομαχοῦντας βλέποντες, καὶ θάτερος θατέρῳ σπουδάζων, καὶ [10] ὁ γαμῶν καὶ παιδοφθορῶν, καὶ μοιχεύων, γελῶν τε καὶ ὀργιζόμενος, φεύγων τε καὶ τιτρωσκόμενος, [11] πῶς οὐχὶ θνητὸς εἶναι νομισθήσεται; δι' ὧν περ γὰρ ἑαυτοὺς ὁποῖοί τινες πεφύκασι, τοῖς ἀνθρώποις πεφανερώκασι, διὰ τούτων τοὺς ἀκούοντας ἐπὶ τὰ ὅμοια προετρέψαντο· καὶ μή τι γε οἱ δαίμονες αὐτοὶ μετὰ τοῦ ἡγουμένου αὐτῶν Διὸς ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην πεπτώ-

VIII. Materia autem defectionis homines illis B fuerunt. Nam cum eis tabulam positionis siderum ostendissent, velut qui tesseris ludunt; fatum induxerunt, rem valde injustam. Nam qui judicat & qui judicatur, tales secundum fatum facti sunt; & qui occidunt & qui occiduntur, divites & pauperes, ejusdem sunt fati effectus: ac tota illis genitura, tamquam in theatro, oblectamentum præbet, apud quos, ut ait Homerus,

Inextinctus risus exortus est beatis diis.

Nam qui singulare certamen spectant & alter alteri certantium favent: qui nubit & pueros stuprat & mœchatur, qui ridet & irascitur, qui fugit & vulneratur, quomodo mortalis non existimetur? Per quæ enim se ipsi hominibus qua-C les essent aperuerunt, per ea audientes ad similia facinora hortati sunt. Atque an non ipsi dæmones cum duce illorum Jove sub fatum cecidere, iisdem ac homines, cupiditatibus superati?

1. *Διὰ τὸ πρωτόγονον.*] Ad verbum, *ob primogenituram*: Gesnerus, *ut pote provectiorem ætate*. Manifestum est Tatianum de eo loqui, quem mox primogenitum appellat, nempe de diabolo. Non ideo tamen ita appellat, ut nonnulli opinati sunt, quod angelos ante homines creatos crederet, sed respicit ad hæc verba Scripturæ, quæ de diabolo antiqui scriptores intelligunt, *τοῦτ' ἐστιν ἀρχὴ πλάσματος κυρίου*, Job XL. 14.

2. *Καὶ θεὸν ἀνέδειξαν.*] De Adamo & Eva hæc intelligenda non puto, qui serpentem quidem sequuti sunt, sed eum tamen pro Deo non habuerunt. At utrumque convenit, ut observavimus ad Cohort. Justini n. 21. iis, qui deorum cultum primi induxerunt. Hi enim non solum primogenitum illum angelum pro Deo habuere; sed etiam, ob acceptam ab Adamo & Eva hereditatem peccati, non immerito dici possunt & a serpente decepti fuisse & a Verbo ejecti paradiso. Unde Tatianus de omnibus hominibus ait num. 11. *Non facti sumus ut moreremur: sed nostra culpa morimur. Perdidit nos libera voluntas: servi facti sumus qui liberi.*

3. *Καὶ τὸν ἐπανιστάμενον.*] Deest καὶ in cod. Anglicano.

4. *Καὶ οἱ μιμησάμενοι.*] Corruptus hic locus in tribus mss. & edit. Tigur. ubi sic legitur. καὶ τούτων (Angl. Tigur. τούτων) οἱ μιμησάμενοι τούτου τὰ &c. Paullo ante mallem legere καὶ ἀπόνοιαν.

5. *Ὑπόθεσις.*] Eadem habes apud Justinum Dialog. n. 124. Sic etiam Irenæus lib. 3. c. 33. n. 8. *Serpens initium & materiam apostasiæ suæ habens hominem*: & lib. 5. c. 4. *Invidens homini, apostata a divina factus est lege.* Idem docent Tertullianus lib. de Patient. c. 5. & Cyprianus in libro de zelo & livore, ac alii plures. Non invidiam hoc loco commemorat Tatianus, sed, quod ex invidiæ fonte profluxit, astrologiæ inventionem ad hominum videlicet perniciem. Superbiam & affectatam divinitatem eis exprobrat n. 9. & 12. In quo quidem observandum est, peccatis malorum angelorum, quæ antiqui scriptores cum hominibus aut in homines commissa enumerant, videri præivisse peccatum superbiæ. Nam Tatianus, qui homines materiam fuisse defectionis angelorum asseverat, paullo ante dicebat: *Postquam autem homines unum aliquem præter ceteros, propterea quod primogenitus erat, astutiorem affectati sunt &c.* Non videtur hæc astutia nisi spiritui perverso & a prima sanctitate in vitium delapso congruere. Sic etiam Basilius, qui diabolum invidia lapsum esse docet in Orationibus de invidia & de humilitate, non solum in Oratione habita in Lacizis, quæ ob stili dissimilitudinem dubia est, invidiæ superbiam præivisse docet; sed etiam in commentario in Esaiam prophetam, quem Basilii esse multis rationibus probavimus in Vit. Basil. ait: *Fortasse, antequam homo crearetur, loci aliquid etiam diaboli pœnitentiæ relictum fuisse.* τάχα γὰρ πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν ἄνθρωπον τόπος τῆς μετανοίας καὶ τῷ διαβόλῳ ὑπολείπετο. Minus sane probabilis hæc conjectura, sed tamen eam Cassianus ascivit in Collationem 8. c. 10.

6. *Τῆς ἀστροθεσίας.*] Astrologiam homines a dæmonibus edoctos fuisse declarat Tertullianus de Idololatria cap. 9.

7. *Πᾶσά τε γένεσις.*] Hac voce non designatur *mundi inferioris natura*, sed tota illa, ut vocant astrologi, genitura, quæ ex tabula positionis siderum constituitur. Hinc ait Tatianus num. 9. iracundum & laboriosum, temperantem & intemperantem, *ab iisdem genituræ gubernatoribus tales exstitisse*. Et n. 11. πῶς δὲ γένεσιν τὴν καθ' εἱμαρμένην ἀποδέξομαι;


8. *Ὥσπερ ἐν θεάτρῳ.*] Clemens Alexandrinus eos, qui *deorum nuptias & liberorum procreationes & adulteria & convivia & risus* induxerunt, sic compellat; οἴμοι τῆς ἀθεότητος! σκηνὴν πεποιήκατε τὸν οὐρανόν. *O impietatem! scenam fecistis cælum*, Protrept.

9. *Τούτοις.*] Cod. Fris. τοῖς τοιούτοις.

10. *Ὁ γαμῶν.*] Existimat vir doctissimus (not. in S. Joan. Damasc. lib. de hæres.) matrimonium a Tatiano vituperari, eumque jam tum ad hæresim inclinasse, cum hæc scriberet. Sed si Tatianus matrimonium in diis exagitat, num idcirco illud in hominibus exagitasse & impermissum dixisse videbitur? Imitatur hunc locum Clemens Alexandrinus, ut in nota præcedenti vidimus, nec veretur matrimonium in diis eodem modo ac Tatianus explodere. Idem in alio ejusdem operis loco sic loquitur p. 23. ἀνάγκη τοίνυν θεραπείας καὶ τροφὰς παρεισάμενος αὐτοῖς, ὧν εἰσιν ἐνδεεῖς. διὸ τράπεζαι καὶ μέθαι καὶ γέλωτες καὶ συνουσίαι· οὐκ ἂν ἀφροδισίοις χρωμένων ἀνθρώπων, οὐδὲ παιδοποιουμένων, οὐδὲ μὴν ὑπνωσσόντων, εἰ ἀθάνατοι καὶ ἀνενδεεῖς καὶ ἀγήρως ὑπῆρχον. Legendum videtur πορίσασθαι pro παρεισάμενος. Sic autem locum ab interpretibus deformatum interpretabor: *Necesse est ergo ut curationes & alimenta quibus indigent, sibi comparent. Unde etiam mensæ, & ebrietates, & risus & concubitus; cum tamen homines nec rebus venereis uterentur, nec liberis operam darent, nec dormirent, si immortales, ac nullius rei egeni & senii expertes essent.*

11. *Πῶς οὐχὶ θνητός.*] De dæmonibus, qui sub deorum nominibus colebantur, quærit Tatianus, quomodo non existimentur mortales; non quod eos mortales crederet, sed quia illos *per totam vitam mori*, ut ait n. 14. *ac toties mori* putabat, *quoties sectatores suos ad peccandum erudiunt.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.



κασι, τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄνθρωποι, κρατηθέντες; καὶ ἄλλως δὲ πῶς τιμητέον τούτους παρ' οἷς δογμάτων ἐναντιότης ἐστὶ πολλή; [1] Ῥέαν μὲν γὰρ, ἣν οἱ ἀπὸ τῶν Φρυγίων ὀρῶν Κυβέλην, φασὶν ἀποτμήσεις αἰδοίων νενομοθετηκέναι διὰ τὸν ἐρώμενον [2] ταύτης Ἄττιν. Ἀφροδίτη δὲ γάμου πλοκαῖς ἥδεται, μάγος ἐστὶν Ἄρτεμις, θεραπεύει ὁ Ἀπόλλων. καὶ μετὰ τὴν Γοργοῦς καρατομίαν, τῆς Ποσειδῶνος ἐρωμένης, ἀφ' ἧς Πήγασος ὁ ἵππος, καὶ ὁ Χρυσάωρ ἀνέθορε, τὰς σταγόνας τῶν αἱμάτων ἡ Ἀθηνᾶ καὶ Ἀσκληπιὸς διενείμαντο· καὶ ὁ μὲν ἀπ' αὐτῶν ἔσωζεν· ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ὁμοίων λύθρων ἀνθρωποκτόνος καὶ πολεμοποιὸς ἐγίνετο. [3] ταύτην μοι δοκοῦσιν Ἀθηναῖοι μὴ βουληθέντες διαβάλλειν, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς Ἡφαίστου μίξεως γινόμενον τῇ γῇ προσάπτειν, ἵνα μὴ νομίζηται
B καθάπερ ἡ Ἀταλάντη διὰ τὸν Μελέαγρον, οὕτω καὶ ἡ Ἀθηνᾶ διὰ τὸν Ἥφαιστον [4] τῆς ἀνδρείας ἐστερῆσθαι. ὁ γὰρ ἀμφιγυήεις, ὡς εἰκὸς, ὁ πόρπας καὶ [5] γναμπτὰς ἕλικας δημιουργῶν, τοῖς κοροκοσμίοις ἠπάτησε τὴν ἀμήτορα παῖδα καὶ ὀρφανήν. Ποσειδῶν ναυτίλλεται, πολέμοις Ἄρης ἥδεται, κιθαρῳδός ἐστιν ὁ Ἀπόλλων, Θηβαίοις Διόνυσος τυραννεῖ, Κρόνος [6] τυραννοκτονεῖ. Ζεὺς καὶ θυγατρὶ συγγίνεται, καὶ ἡ θυγάτηρ ἀπ' αὐτοῦ κύει. μαρτυρήσει μοι νῦν Ἐλευσὶς, καὶ Δράκων ὁ μυστικὸς, καὶ Ὀρφεὺς ὁ

Θύρας δ' ἐπίθεσθε [7] βεβήλοις,

λέγων. Ἀϊδωνεὺς ἁρπάζει τὴν Κόρην, καὶ αἱ πράξεις αὐτοῦ γεγόνασι μυστήρια. κλαίει Δημήτηρ τὴν θυγατέρα, καί τινες ἀπατῶνται [8] διὰ τοὺς Ἀθηναί-
C ους. ἐν τῷ τεμένει τοῦ Λητοΐδου καλεῖταί τις [9] Ὀμφαλός· ὁ δὲ Ὀμφαλὸς, τάφος ἐστὶν Διονύσου. ἐπαινῶ σε νῦν, ὦ Δάφνη, τὴν ἀκρασίαν τοῦ Ἀπόλλωνος νικήσασα, ἤλεγξας αὐτοῦ τὴν μαντικήν, ὅτι μὴ προγνοὺς τὰ περί σε, τῆς αὐτοῦ τέχνης οὐκ ὤνατο. λεγέτω μοι νῦν ὁ ἑκατηβόλος, πῶς Ὑάκινθον διεχρήσατο Ζέφυρος; Ζέφυρος αὐτὸν νενίκηκε· καὶ τοῦ τραγῳδοποιοῦ λέγοντος,

Αὔρα θεῶν ὄχημα τιμιώτατον,

ὑπὸ βραχείας αὔρας νικηθεὶς, ἀπώλεσε τὸν ἐρώμενον.

Τοιοῦτοί τινές εἰσιν οἱ δαίμονες· οὗτοι οἳ τὴν εἱμαρμένην ὥρισαν· στοιχείωσις δὲ αὐτοῖς ἡ ζώωσις ἦν. τὰ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς ἑρπετὰ, καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕδασι νη-
D κτὰ, καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς ὄρεσι τετράποδα, μεθ' ὧν ἐποιοῦντο τὴν δίαιταν, ἔκβλητοι τῆς ἐν οὐρανῷ διαίτης γεγενημένοι, ταῦτα τῆς ἐπουρανίου τιμῆς ἠξίωσαν, ἵνα

A Præterea quomodo colendi, apud quos plurima opinionum dissensio? Nam Rheam quam Cybelem vocant Phrygiorum montium incolæ, pudendorum exsectiones ajunt propter Atyn quem amabat, lege sancivisse. Venus conjugii complexibus delectatur: magus est Diana, medicus Apollo. Et post abscissum Gorgonis Neptuni amicæ caput, unde Pegasus equus & Chrysaor prosiluerunt, sanguinis guttas Minerva & Æsculapius partiti sunt: atque ex iis quidem iste salutem afferebat, illa autem ex simili cruore homicida & bellorum auctor exstitit. Videntur mihi Athenienses, cum de ejus fama detrahere nollent, filium ex Vulcani consuetudine genitum e-
B tiam terræ attribuisse; ne, ut Atalantae a Meleagro, ita Minervæ a Vulcano virilitas erepta videretur. Hic enim utrimque claudus, fibularum & flexarum inaurium opifex his, ut verisimile est, puellarum ornamentis orbatam matre & pupillam infantem decepit. Neptunus navigat: Mars delectatur bellis: citharœdus est Apollo: Tyrannus Thebarum Bacchus: Saturnus tyrannicida. Juppiter cum filia miscetur, & ex eo filia concipit. Testes mihi nunc erunt Eleusis & Draco mysticus & Orpheus qui dicit:

Portas obserate profanis.

Pluto rapit Proserpinam, ejusque facinora fiunt mysteria. Ceres filiam luget, & quidam per A-
C thenienses decipiuntur. In templo Apollinis est locus qui Omphalus dicitur: Bacchi autem sepulcrum Omphalus. Laudo te nunc, o Daphne, quæ victa Apollinis intemperantia illius divinationem conviceris; quippe cum nihil sua illum ars juverit, ut res tuas prænosceret. Dicat nunc mihi jaculator Apollo, quomodo Hyacinthum Zephyrus occiderit. Zephyrus eum vicit; & cum tragicus poeta dicat,

Aura deum cursus pretiosior,

ipse ab exigua victus aura perdidit amasium.

IX. Tales sunt dæmones: hi sunt qui fatum definierunt. Elementum autem illis fuit animalium in cælo collocatio. Nam animalia, quibuscum
D cælo ejecti degebant, sive in terris repentia, sive in aquis natantia, sive in montibus quadrupedes, cælesti honore dignati sunt, ut ipsi in

1. Ῥέαν μὲν γὰρ νενομοθετηκέναι.] Hunc locum repræsentandum duxi, ut habetur in codicibus mss. & edit. Tigurina, excepto tamen quod interpunctionem mutaverim & Verbum φασὶν referam ad Ῥέαν, cum antea referretur ad Κυβήλην. Facilius est supplere verbum καλοῦσι. Editiones Parisienses & Oxon. habent Ῥέαν νενομοθέτηκε, Ducæus Ῥέα.

2. Ταύτης Ἄττιν.] Frisii codex ad marg. αὐτῆς, Gesnerus legendum conjicit Ἄτυν.

3. Ταύτην μοι.) Sic Reg. 2. Sic etiam ad marginem Anglic. & Reg. 2. qui cum Tigur. habent in textu ταύτην μή. Editi ταύτην ἤ.

4. Τῆς ἀνδρείας.] Legendum ἀγνείας suspicatur Auctor editionis Oxon. At ea vox omnino retinenda. Proprium enim est Minervæ τὸ ἀνδρικὸν, ut ait Justinus in Orat. adv. Græc. n. 2. ut quæ nihil prorsus muliebre perageret. Quamobrem si ei Vulcanus virginitatem eripuisset, simul eam virilitate illa spoliasset.

5. Γναμπτάς.] Regii & Angl. γνάπτας. Sic habet Homeri versus Il. Σ. v. 401. πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας κάλυκάς τε καὶ ὅρμους. Hunc puellarem mundum Vulcanus Iliad. 18. per novem annos apud Eurynomen nympham & Thetin fabricasse se dicit. *Gesner.*

6. Τυραννοκτονεῖ.] Frustra eruditi viri illud τυραννοκτονεῖ idem esse putant ac *Tyrannice occidit*, ob filios videlicet a Saturno immaniter voratos. Cum enim hanc interpretationem vox græca non patitur; tum vero quid vetat Saturnum tyrannicidam dici ob patrem solio deturbatum virilibus exsectis? Auctorem hujus interpretationis habeo Greg. Naz. qui Jovem exemplo patris tyrannicidam esse pronuntiat, quia quemadmodum patrem Saturnus, ait Saturnum Juppiter regno dejecit. Locus exstat Orat. 3. p. 107. ubi sic loquitur Gregorius: πῶς δὲ οὐ πείσει Κρόνος οὐρανὸν ἐκτεμὼν, ἵνα ἄγονος ᾖ θεῶν, καὶ δῷ κύμασιν ἀποτελέσαι θεὸν ἀφροῦ γέννημα, καὶ Κρόνῳ Ζεὺς ἐπανιστάμενος κατὰ μίμησιν τοῦ πατρὸς, ὁ γλυκὺς λίθος τὸ πικρὸς τυραννοκτόνος; *Quidni autem hoc persuadeat* (reverentiam erga parentes) *Saturnus cælo genitales partes amputans, ne deos gignat, verum hoc fluctibus det, ut deam spumæ fœtum efficiant; & Juppiter adversus Saturnum patris exemplo insurgens, dulcis, inquam, ille lapis & sævus tyrannicida?*

7. Βεβήλοις.] Sic uterque Regius & Anglicanus cum Tigurina editione. Aliæ editiones βέβηλοι, quam scripturam vitio non carere probavimus Cohort. S. Justini num. 14.

8. Διὰ τοὺς Ἀθηναίους.] Ducæus vertendum existimavit, *propter Athenienses*. Sed minus animadvertit stilum Tatiani, qui paullo ante dicebat, διὰ τὸν Ἥφαιστον, *per Vulcanum*. Difficilis locus mutata interpunctione enitescit. Antea scriptum erat, διὰ τοὺς Ἀθηναίους ἐν τῷ τεμένει τοῦ Λητοΐδου. καλεῖται &c. Ex quo tenebræ & iis quæ præcedunt, & iis quæ sequuntur injectæ. Nunc utraque facilius explicabimus. Ait Tatianus, *Ceres filiam luget, & nonnulli per Athenienses decipiuntur*: quia videlicet ex illo Cereris luctu originem mysteriorum repetebant; & quos his mysteriis initiabant, iis multa quidem bona &, ut ait Cicero 2. de legibus, num. 14. spem meliorem moriendi promittebant: sed eos decipi pronuntiat Tatianus, quibus inanissimæ illæ spes illudebant.

9. Ὀμφαλός.] Non Delphos ita appellat Tatianus, sed locum in Apollinis templo ubi sepultus erat Bacchus.

τε νομισθῶσιν αὐτοὶ διατρίβειν ἐν οὐρανῷ, [1] καὶ τὴν ἄλογον ἐπὶ γῆς πολιτείαν εὔλογον διὰ τῆς ἀστροθεσίας ἀποδείξωσιν. ὥστε ὁ θυμικὸς, καὶ ὁ ἐπίμοχθος, καὶ ὁ ἐγκρατευόμενος, καὶ ὁ ἀκρατὴς, καὶ ὁ πτωχεύων, [2] ἀπ' αὐτῶν ἐστι τῶν νομοθετησάντων τὴν γένεσιν. ἡ γὰρ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου γραφὴ, θεῶν ἐστι ποίημα. καὶ τὸ ἐπικρατῆσαν, ὥς φασιν, ἑνὸς αὐτῶν φῶς, τοὺς πλείονας παραβραβεύει, καὶ ὁ νικώμενος εἰσαῦθις, νῦν ἐπικρατεῖν εἴωθεν. εὐαρεστοῦσι δὲ αὐτοῖς οἱ ἑπτὰ πλανῆται, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς πεσσοῖς ἀθύροντες. ἡμεῖς δὲ καὶ εἱμαρμένης ἐσμὲν ἀνώτεροι, καὶ ἀντὶ πλανητῶν δαιμόνων, ἕνα τὸν ἀπλανῆ δεσπότην μεμαθήκαμεν, καὶ οὐ καθ' εἱμαρμένην ἀγόμενοι, τοὺς ταύτης νομοθέτας παρῃτήμεθα. λέγε μοι πρὸς τοῦ Θεοῦ, [a] Τριπτόλεμος ἔσπειρε τοὺς πυροὺς, καὶ μετὰ τὸ πένθος εὐεργετεῖ τοὺς Ἀθηναίους; διὰ τί δὲ ἡ Δημήτηρ, τῆς θυγατρὸς μὴ ἀπολωλυίας, τῶν ἀνθρώπων εὐεργέτις οὐκ ἐγένετο; κύων ὁ τῆς Ἠριγόνης ἐν οὐρανῷ δείκνυται, καὶ σκορπίος ὁ τῆς Ἀρτέμιδος βοηθὸς, καὶ Χείρων ὁ Κένταυρος, ἡ ἡμίτομος Ἀργὼ, καὶ ἡ Καλλιστοῦς ἄρκτος· εἶτα πῶς πρὶν τούτους περὶ τὰς προειρημένας πράξεις γενέσθαι, ἀκόσμητος ἦν ὁ οὐρανός; τίνι δὲ οὐ γελοῖον [3] εἶναι δόξει, τὸ μετὰ μέν τινας διὰ τὴν Σικελίαν [4] ἀστροθετούμενον Δελτωτὸν, κατ' ἐνίους δὲ τῆς τοῦ Διὸς προσωνυμίας προτότυπον στοιχεῖον; διὰ τί γὰρ οὐχὶ καὶ ἡ Σαρδὼ, καὶ ἡ Κύπρος, ἐν οὐρανῷ τετίμηνται; τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ καὶ τῶν τοῦ Διὸς ἀδελφῶν, οἳ διενείμαντο τὰς [5] βασιλείας, γραμμάτων [6] χηματουργίᾳ κατεστερίχθησαν; πῶς τε ὁ πεδηθεὶς Κρόνος καὶ τῆς βασιλείας ἔκβλητος γενόμενος, τῆς εἱμαρμένης οἰκονόμος καθίσταται; πῶς τε βασιλείας ὁ μηκέτι βασιλεύων δίδωσι; καταβάλλετε τοιγαροῦν τὸν λῆρον, καὶ μὴ διὰ τὸ μισεῖν ἡμᾶς ἀδίκως, [7] παρανομήσητε.

A cælo versari existimarentur, & vitam in terris a ratione alienam, rationi consentaneam esse per siderum positionem persuaderent. Quapropter iracundus & patiens, & temperans & intemperans, & pauper ab iisdem geniture legislatoribus tales exstitere. Nam Zodiaci circuli descriptio deorum est opus. Quod si lux eorum unius dominetur (ita enim ipsi loquuntur) ceteris honorem præripit: & qui nunc vincitur, rursus vincere solet. Delectantur autem septem planetis, velut qui tesseris ludunt. Nos autem & fato superiores sumus, & pro errantibus dæmonibus unum Dominum non errantem didicimus; & cum fato non regamur, ejus legislatores rejicimus. Dic, age, B per Deum, fruges sevit Triptolemus, & post luctum beneficium in Athenienses contulit? Sed cur Ceres, antequam filiam amitteret, bene de hominibus non merebatur? Canis Erigones in cælo monstratur, & Scorpius Dianæ auxiliator, & Chiron Centaurus, & Argo dimidiata, & Callistus ursa. Quomodo igitur antequam isti prædicta facinora ederent, inornatum erat cælum? Quis autem non rideat Deltotum illud propter Siciliam, ut nonnullis placet, vel, ut aliis, propter primam Jovis appellationis litteram, inter astra consecratum? Cur enim non Sardiniæ quoque & Cypro cælum concessum? Aut quam ob causam Jovis fratrum qui regna partiti sunt, non C ipsæ etiam litterarum figuræ inter astra sunt relatæ? Quomodo vinctus Saturnus & regno ejectus, fati moderator constituitur? Aut quomodo regna donat qui non jam regnat? Projicite igitur has nugas, nec injusto in nos odio fas & jura violate.

Μεταμόρφωσις ἀνθρώποις μεμυθολόγηται· μεταμορφοῦνται δὲ παρ' ὑμῖν καὶ οἱ θεοί. δένδρον ἡ Ῥέα γίνεται, δράκων δὲ ὁ Ζεὺς διὰ τὴν Φερσέφασσαν. αἴγειροι, αἱ τοῦ Φαέθοντος ἀδελφαί· καὶ ἡ Λητὼ, ζῶον εὐτελὲς, δι' ἣν Ὀρτυγία Δῆλος ἡ νῦν κέκληται. Θεὸς εἰπέ μοι, κύκνος γίνεται, καὶ τὴν ἀετοῦ μορφὴν ἀναλαμβάνει, καὶ δι' οἰνοχοΐαν τοῦ Γανυμήδους τῇ παιδεραστίᾳ σεμνύνεται; τί μοι σέβειν θεοὺς δωρολήπτας, καὶ ὀργιζομένους [8] ἂν μὴ λάβωσιν; ἐχέτωσαν οὗτοι τὴν εἱμαρμένην· τοὺς πλανήτας προσκυνεῖν οὐ βούλομαι. τίς ἐστιν ὁ Βερενίκης πλόκαμος; ποῦ δὲ οἱ ἀστέρες αὐτῆς πρὶν τὴν προειρημένην ἀποθανεῖν; πῶς δὲ ὁ τεθνεὼς Ἀντίνοος, μειράκιον ἐν τῇ σελήνῃ ὡραῖον καθίδρυται; τίς ὁ ἀναβιβάσας αὐτόν; [9] εἰ μή τι καὶ τοῦτον (ὡς τοὺς βασιλέας, [10] μισθοῦ δι' ἐπιορκίας τις, τοὺς θεοὺς καταγελῶν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνε-

X. Narratur fabulosa hominum transformatio: transformantur apud vos & dii. Rhea fit arbor: Juppiter draco propter Proserpinam: populi Phaetontis sorores: Latona vile animal, propter quam Ortygia vocata quæ nunc Delus est. Deus, dic, age, fit olor, & aquilæ formam capit, & dum Ganymedem a poculis habet, de turpi puerorum amore glo- D riatur? Quid attinet deos colere munerum aucupes, ac nisi acceperint, irascentes? Habeant illi fatum: ego stellas errantes adorare nolo. Quis est ille Berenices capillus? Aut ubi stellæ ejus, antequam ipsa moreretur? Quomodo mortuus Antinous, formosus in luna adolescens consecratus? Aut quis illum eo evexit? Nisi forte (quemadmodum fidem invenit, si quis Reges mercede conductus in cælum ascendisse non sine perjurio ac deorum irrisione affirmet)

1. *Καὶ τὴν ἄλογον.*] Non id dicit Tatianus, quod eum dixisse existimarunt interpretes, vitæ deteriori laudem conciliari, dum cælo consecrantur qui male vixerunt. Sed dæmones *per siderum positionem* perfecisse dicit, ut vita a ratione aliena, rationi consentanea videretur; quia scilicet per tabulam positionis siderum fatum induxerunt; & sive quis virtutem colat, sive vitiosus sit, *ab iisdem geniture gubernatoribus* talis exstitit, non propria voluntate. Similia habemus paullo ante n. 8. Supra legendum videtur *ἢ τὴν ἀκρασίαν τοῦ* Ἀπόλ.

2. *Ἀπ' αὐτῶν.*] Sic Reg. 1. Editi *ὑπ' αὐτῶν*. Mox Reg. 2. & Angl. cum Tigur. *ὀνομαθετησάντων τὴν γένεσιν*. Gesnerus addendum putat *καὶ ὁ πλουτῶν*. Paullo post lege *ὁ νικώμενος νῦν, εἰσαῦθις*.

3. *Εἶναι.*] Deest in Reg. 2. & Angl.

4. *Ἀστροθετούμενον.*] Reg. 2. *ἀστροθετευόμενον*. Ad hunc locum exstat hoc scholium in marg. Reg. 2. *τινὲς δὲ διὰ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον Δέλτα φασίν· ὃ* (legit ὃ Editor Oxon.) *ποιοῦσιν ἄνωθεν μὲν ὁ Νεῖλος διϊστάμενος ἀφ' ἑνὸς τοῦ ἑαυτοῦ ῥεύματος εἰς δύο· κάτωθεν δὲ ἡ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν θάλασσα, εἰς ἣν τὰ στόματα τοῦ Νείλου ἐκδίδοι.*

5. *Βασιλείας.*] Hunc locum illustrat Gesnerus petita ex nugis astrologorum observatione. *Si genituræ gubernaculum accipienti Saturno*, inquit Pontanus lib. 8. cap. 2. de rebus cælestibus, *opportunoque in loco collocato, opportuno etiam ac felici e loco beneficæ stellæ suffragium contulerint, sitque diurna genitura; natus ille futurus est nobilis, præclarisque in actionibus ac negotiis versabitur, honores, dignitates, magistratusque eos consecuturus, quos signa, loca, signorumque ipsorum domini, eorumque configurationes pollicebuntur.*

6. *Σχηματουργίᾳ.*] Legendum *σχηματουργίαι*.

7. *Παρανομήσητε.*] Reg. 1. & Angl. *παρανομίσητε*.


8. *Ἂν μὴ λάβωσιν.*] Reg. 1. *ἂν λάβωσιν*, & supra lineam *μή*.

9. *Εἰ μή τι.*] Ita Reg. uterque, Angl. Tigur. & Fronto Ducæus. Sed legendum videtur *εἰ μή τις*. Aliæ editiones *εἰ μὴ καί*.

10. *Μισθοῦ δι' ἐπιορκίας.*] Sic Reg. uterque cum Anglicano. Editi *μισθοῦ ἢ δι' ἐπιορκίας*. Ope parenthesis spero me lucem loco difficillimo attulisse. Ibidem Grabius Not. in Apol. Justini num. 21. legendum putat *θεοὺς καταγγέλλων*.

a *Τριπτόλεμος.*] In nupera editione Parisiensi, & in ejus Indice, legitur *Neoptolemus*. De *Triptolemi* agricultura iterum Tatianus infra, num. XXXIX. *Neoptolemi* vero mentio semel tantum recurrit, num. XXXII.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.



ληλυθέναι φήσας, πεπίστευται) κατὰ τὸν ὅμοιον A [1] θεολογήσας τιμῆς καὶ δωρεᾶς ἠξίωται. [a] τί μοι τὸν Θεὸν σεσυλήκατε; τί δὲ αὐτοῦ τὴν ποίησιν ἀτιμάζετε; θύεις πρόβατον, τὸ δ' αὐτὸ [2] προσκυνεῖς. ταῦρός ἐστιν ἐν οὐρανῷ, καὶ τὴν εἰκόνα σφάττεις αὐτοῦ. ζῶον πονηρὸν ὁ [3] Ἐγγόνασι ἐκθλίβει. καὶ τὴν ἀνθρωποποιὸν Προμηθέα καταφαγὼν ἀετὸς, τετίμηται. καλὸς ὁ κύκνος, ὅτι μοιχὸς ἦν. καλοὶ δὲ καὶ οἱ ἑτερονήμεροι Διόσκουροι τῶν Λευκιππίδων οἱ ἁρπασταί. κρείττων ἡ Ἑλένη, τὸν μὲν καρήξανθον Μενέλαον καταλιποῦσα, τῷ δὲ μιτρηφόρῳ καὶ πολυχρύσῳ Πάριδι κατακολουθοῦσα. [4] δίκαιος καὶ Σώφρων ὁ τὴν ἐκπορνεύσασαν εἰς Ἠλύσια πεδία μετατεθεικώς. ἀλλ' οὐδὲ ἡ Τυνδαρὶς ἀπηθανάτισται· καὶ σοφῶς ὁ Εὐριπίδης [5] ὑπὸ Ὀρέστου τῆς προειρημένης γυναικὸς τὴν B ἀναίρεσιν παρεισήγαγε.

ita etiam hunc aliquis in deos simili ratione referens, præmiis & muneribus ornatus est. Cur in Deum estis sacrilegi? Cur ejusdem opus dedecoratis? Mactas ovem, & eamdem adoras: taurus est in cælo, & ejus imaginem trucidas. Is quem vocant Engonasin premit animal noxium: honore afficitur aquila, opificem hominis Prometheum peredens. Præclarus sane Cycnus, quoniam adulter erat. Egregii illi alternis diebus viventes filii Jovis, filiarum Leucippi raptores. Præstantior his Helena, quæ relicto flavicomo Menelao, mitrigerum & abundantem auro Paridem sequuta est. Æquus etiam exstitit Sophron, qui hanc meretricem in campos Elysios transtulit. Sed neque Tyndaris immortalitate donata est; ac sapienter Euripides eam ab Oreste occisam tradit.

Πῶς οὖν γένεσιν τὴν καθ' εἱμαρμένην ἀποδέξομαι, τοιούτους αὐτῆς τοὺς οἰκονόμους θεωρῶν; βασιλεύειν οὐ θέλω, πλουτεῖν οὐ βούλομαι, τὴν στρατηγίαν παρῄτημαι, πορνείαν μεμίσηκα, ναυτίλλεσθαι διὰ τὴν ἀπληστίαν οὐκ ἐπιτηδεύω, στεφάνους ἔχειν οὐκ ἀγωνίζομαι, [6] δοξομανίας ἀπήλλαγμαι, θανάτου καταφρονῶ, νόσου παντοδαπῆς ἀνώτερος γίνομαι, λύπη μου τὴν ψυχὴν οὐκ ἀναλίσκει. δοῦλος ἐὰν ὦ, δουλείαν ὑπομένω· κἂν ἐλεύθερος ὑπάρχω, τὴν εὐγένειαν οὐ σεμνύνομαι· τὸν ἥλιον ὁρῶ πάντων τὸν αὐτὸν, ἕνα δὲ κατὰ πάντων τὸν θάνατον δι' ἡδονῆς καὶ ἐλαττώματος. ὁ πλούσιος σπείρει, καὶ ὁ πένης τῆς αὐτῆς σπορᾶς μεταλαμβάνει· C τελευτῶσιν οἱ πλουσιώτατοι, καὶ οἱ μεταιτοῦντες τὴν αὐτὴν ἔχουσι τοῦ βίου περιγραφήν. πλειόνων χρήζουσιν οἱ πλουτοῦντες, [7] καὶ δι' ἀξιοπιστίας μετὰ τῆς δόξης γίνονται. πένης δὲ καὶ ὁ μετριώτατος, τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐφιέμενος εὐμαρέστερον περιγίνεται. [8] τί μοι καθ' εἱμαρμένην ἀγρυπνεῖς διὰ φιλαργυρίαν, τί δέ μοι καθ' εἱμαρμένην πολλάκις ὀρεγόμενος, πολλάκις ἀποθνήσκεις; ἀπόθνησκε τῷ κόσμῳ, παραιτούμενος τὴν ἐν αὐτῷ μανίαν. ζῆθι τῷ Θεῷ, [9] διὰ τῆς ἑαυτοῦ καταλήψεως τὴν παλαιὰν γένεσιν παραιτούμενος. οὐκ ἐγενόμεθα πρὸς τὸ ἀποθνήσκειν, ἀποθνήσκομεν δὲ δι' ἑαυτούς. ἀπώλεσεν ἡμᾶς τὸ αὐτεξούσιον· δοῦλοι γεγόναμεν οἱ ἐλεύθεροι· διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπράθημεν. οὐδὲν φαῦλον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεποίηται· τὴν πονηρίαν ἡμεῖς ἀνεδείξαμεν· D οἱ δὲ ἀναδείξαντες, δυνατοὶ πάλιν παραιτήσασθαι.

XI. Quomodo igitur illam ex fato genituram probem, cum tales ejus moderatores videam? Regnare nolo: ditescere non libet: præturam recuso, scortationem odi: navigare ob insatiabilem avaritiam non cupio: de coronis consequendis non dimico: liber sum ab insana gloriæ cupiditate: mortem contemno: quovis morbi genere superior sum: mœror animum non peredit. Si servus sum, servitutem sustineo: si liber, ingenuitatem non ostento. Solem video omnium eumdem, unam omnium mortem, sive in voluptate vivas, sive inopia labores. Dives seminat, & pauper eadem semente perfruitur. Moriuntur ditissimi: eumdem vitæ exitum habent mendici. Pluribus rebus indigent divites, quamvis fides illis & honos habeatur. Pauper autem & moderatissimus quisque, id quod sibi satis est desiderans, facilius consequitur. Quid est quod ex fato præ avaritia vigilas? Cur ex fato sæpe appetens, sæpe moreris? Mundo morere, ejus insaniam rejiciens: vive Deo, per ipsius cognitionem veterem generationem repudians. Non facti sumus ut moreremur, sed nostra culpa morimur. Perdidit nos libera voluntas: servi facti sumus, qui liberi eramus: per peccatum venditi sumus. Nihil mali factum est a Deo: nos ipsi improbitatem produximus. Eam vero qui produxerunt, denuo repudiare possunt.

Δύο [10] πνευμάτων διαφορὰς ἴσμεν ἡμεῖς, ὧν τὸ μὲν καλεῖται ψυχή· τὸ δὲ, μεῖζον μὲν τῆς ψυχῆς, Θεοῦ

XII. Duo spirituum discrimina novimus: quorum alter anima vocatur; alter anima præstantior, Dei

1. Θεολογήσας.] Sic Reg. uterque: editi θεολογῆσαι. Fronto Ducæus τὸν Ὅμηρον θεολογῆσαι. Legendum videtur κατὰ τὸ ὅμοιον.

2. Προσκυνεῖς.] Fronto Ducæus καὶ προσκυνεῖς. Vid. Apol. 1. Justini n. 24. Præclare S. Clemens Strom. p. 635. καὶ τὰ ἴδια βρώματα βροτοῖς, θύματα θύουσι καὶ νεκρὰ νεκροῖς προσφέροντες ὡς θεοῖς, ἀχαριστοῦσι τῷ Θεῷ. Legendum videtur βρώματα βρώτοις, θύματα θύμασι vel θύεσι, *cibos cibis, victimas victimis offerentes*.

3. Ἐγγόνασι.] Fronto ἐγγόνασις. Ibidem Reg. 2. & Anglic. θλίβει. Engonasin signum in cælo est, quod latine Ingeniculus vocatur: & est Hercules, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. GESNERUS.

4. Δίκαιος καὶ Σώφρων.] Hæc de Sophrone accipio, insigni scriptore & statuario, non de probo & honesto viro.

5. Ὑπὸ Ὀρέστου.] Angl. ἀπὸ Ὀρέστου. Non de Helena hæc dicta, sed de Clytemnestra Editor Oxoniensis existimavit.

6. Δοξομανίας.] Sic mss. codd. & Fronto Ducæus. Aliæ editiones δοξημανίας.


7. Καὶ δι' ἀξιοπιστίας .... γίνονται.] Legendum videtur κἂν δι' ἀξιοπιστίας .... γίνωνται.

8. Τί μοι ... τί δή μοι.] Sic tres mss. codices & editio Tigurina. Parisienses τί μὴ ... τί δὲ μή.

9. Διὰ τῆς ἑαυτοῦ καταλήψεως.] Si hæc scriptura servetur, sic erit interpretandum: *Per tuam ipsius comprehensionem*, sive cognitionem, *veterem generationem repudians*. Sed longe melior sententia exstabit, si legamus αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ: *Vive Deo, per cognitionem ipsius veterem generationem repudians*. Satis perspicitur nihil vitii inesse huic sententiæ. *Agnitio enim Dei*, inquit Irenæus lib. 5. c. 12. n. 4. *renovat hominem*. Infra n. 20. Tatianus Christianam doctrinam vocat τὴν περὶ Θεοῦ κατάληψιν. Et n. 13. docet animam quæ Dei cognitione instructa est, immortalem fieri. Cum autem animæ immortalitatem repetat ex conjunctione cum Spiritu sancto; liquet eum Dei cognitione non nudam cognitionem intelligere, sed amorem etiam hac voce & conjunctionem cum Spiritu sancto complecti. Unde non mirum si per hanc cognitionem renovari hominem docet.

10. Δύο πνευμάτων διαφοράς.] Ingreditur Tatianus prolixam disputationem de animæ imbecillitate, nisi a Spiritu sancto ad consequendam immortalitatem adjuvetur. Huic sententiæ non parum lucis affert Irenæus, qui Tatiani vestigiis Spiritum sanctum immortalitatis auctorem esse demonstrans, similiter monet eum a spiritu illo universum mundum permeante distinguendum esse. Sic loquitur S. Martyr lib. 5. cap. 12. n. 2. *Aliud est enim afflatus vitæ, qui & animalem efficit hominem: & aliud Spiritus vivificans, qui & spiritalem efficit eum. Aliud autem est quod factum est ab eo qui fecit. Afflatus igitur temporalis, Spiritus autem sempiternus*. Supra Tatianus n. 4. Spiritum divinum, quem perfectum Deum vocat, ab inferiore spiritu distingui monet.

a Τί μοι τὸν Θεὸν σεσυλήκατε;] Nempe illius nomen & cultum in res creatas transferendo. Infra num. XII. dæmones vocantur λῃσταὶ θεότητος, *latrones divinitatis*. MARANUS in *addendis* p. 605.



δὲ εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις. ἑκάτερα δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πρώτοις ὑπῆρχεν, ἵνα τὸ μέν τι ὦσιν ὑλικοί, τὸ δὲ ἀνώτεροι τῆς ὕλης. ἔχει δὲ οὕτω. πᾶσάν ἐστιν ἰδεῖν τοῦ κόσμου τὴν κατασκευήν, σύμπασάν τε τὴν ποίησιν, [1] γεγονυῖαν ἐξ ὕλης, καὶ τὴν ὕλην δὲ αὐτὴν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ προβεβλημένην, ἵνα τὸ μέν τι αὐτῆς ἄπορον καὶ ἀσχημάτιστον νοῆται πρὸ τῆς διακρίσεως λαβεῖν· τὸ δὲ κεκοσμημένον καὶ εὔτακτον, μετὰ τὴν ἐν αὐτῇ διαίρεσιν. ἔστιν οὖν ἐν αὐτῇ ὁ οὐρανὸς ἐξ ὕλης, καὶ τὰ ἄστρα τὰ ἐν αὐτῷ· καὶ ἡ γῆ δὲ, καὶ πᾶν τὸ ἀπ᾽ αὐτῆς νοούμενον, τὴν ὁμοίαν ἔχει σύστασιν, ὡς εἶναι κοινὴν πάντων γένεσιν. τούτων δὲ οὕτως ὑπαρχόντων, διαφοραί τινες τῶν ἐξ ὕλης εἰσὶν, ὡς εἶναι τὸ μέν τι κάλλιον, τὸ δὲ καὶ αὐτὸ μὲν καλὸν, πλὴν ὑπό τινος κρείττονος ἐλαττούμενον. ὥσπερ γὰρ ἡ μὲν τοῦ σώματος σύστασις μιᾶς ἐστιν οἰκονομίας, περὶ δὲ αὐτό ἐστι τοῦ γεγενῆσθαι τὸ αἴτιον· καὶ τούτων οὕτως ὄντων, διαφοραί τινές εἰσι δόξης ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ μὲν ὀφθαλμός τίς ἐστιν, τὸ δὲ οὖς, τὸ δὲ τριχῶν διακόσμησις, καὶ ἐντοσθίων οἰκονομία μυελῶν τε, καὶ ὀστέων καὶ νεύρων σύμπηξις· θάτερον δὲ θατέρου ὂν διάφορον, κατ᾽ οἰκονομίαν συμφωνίας ἐστὶν ἁρμονία· παραπλησίως καὶ ὁ κόσμος, κατὰ τὴν τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν δύναμιν, [2] τὰ μέν τοι φαιδρότερα, τὰ δέ τινα τούτοις ἀνόμοια κεκτημένος, θελήματι τοῦ δημιουργήσαντος, [3] πνεύματος μετείληφεν ὑλικοῦ. τὰ [4] δὲ καθ᾽ ἕκαστα δυνατὸν κατανοῆσαι, τῷ μὴ κενοδόξως ἀποσκορακίζοντι τὰς θειοτάτας ἑρμηνείας, αἳ κατὰ χρόνον διὰ γραφῆς ἐξειλεγμέναι πάνυ θεοφιλεῖς τοὺς προσέχοντας αὐταῖς πεποιήκασιν. ὅμως δὲ οὖν καὶ [a] οἱ δαίμονες, (οὓς ὑμεῖς οὕτω φατὲ) σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες, κτησάμενοί τε πνεῦμα [5] τὸ ἀπ᾽ αὐτῆς, ἄσωτοι καὶ λίχνοι γεγόνασιν· οἱ μέν τινες αὐτῶν ἐπὶ τὸ καθαρώτερον τραπέντες, [6] οἱ δὲ τῆς ὕλης ἐπιλεξάμενοι τὸ ἔλαττον, καὶ κατὰ τὸ ὅμοιον αὐτῇ πολιτευόμενοι. τούτους δὲ ἄνδρες Ἕλληνες προσκυνεῖτε, γεγονότας μὲν ἐξ ὕλης, μακρὰν δὲ τῆς εὐταξίας εὑρεθέντας. οἱ γὰρ προειρημένοι, τῇ σφῶν ἀβελτηρίᾳ πρὸς τὸ κενοδοξεῖν τραπέντες, καὶ ἀφηνιάσαντες, λησταὶ θεότητος γενέσθαι προεθυμήθησαν. ὁ δὲ τῶν ὅλων δεσπότης ἐντρυφᾶν αὐτοὺς εἴασε, μέχρις ἂν ὁ κόσμος πέρας λαβὼν ἀναλυθῇ, καὶ ὁ δικαστὴς παραγένηται, καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι, διὰ τῆς τῶν δαιμόνων ἐπαναστάσεως, ἐφιέμενοι τῆς τοῦ τελείου Θεοῦ γνώσεως, τελειοτέραν διὰ τῶν ἀγώνων ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τὴν μαρτυρίαν λάβωσιν. ἔστιν οὖν πνεῦμα ἐν φωστῆρσι, πνεῦμα ἐν ἀγγέλοις, πνεῦμα ἐν φυτοῖς καὶ ὕδασι, πνεῦμα ἐν ἀνθρώποις, πνεῦμα ἐν ζώοις· ἓν δὲ ὑπάρχον καὶ ταὐτὸν, διαφορὰς ἐν αὐτῷ κέκτηται. ταῦτα δὲ ἡμῶν λεγόντων, οὐκ ἀπὸ γλώττης, οὐδὲ ἀπὸ τῶν εἰκότων ἐννοιῶν, συντάξεώς τε σοφιστικῆς, θειοτέρας δέ τινος ἐκφωνήσεως [7] λόγοις καταχρωμένων, οἱ βουλόμενοι μανθάνειν σπεύσατε· καὶ οἱ τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν μὴ [8] ἀποσκορακίζοντες, καὶ νῦν μὴ [9] ἀξιοπαθήσητε παρὰ τοῖς βαρβαρικῇ νομοθεσίᾳ παρακολουθοῦσι παιδεύεσθαι. χρήσασθε τοῖς δόγμασιν ἡμῶν, κἂν ὡς τῇ κατὰ Βαβυλω-

A imago & similitudo. Uterque primis hominibus inerat, ut partim ex materia constarent, partim materia præstantiores essent. Sic autem se res habet. Universam videre est mundi constructionem, ac universum opus ex materia perfectum, ipsam autem materiam a Deo creatam; ita ut partim rudis & informis intelligatur, antequam divisionem acciperet, partim ornata & digesta post peractam in ea divisionem. Cælum igitur & quæ in eo stellæ, ex materia constant; & terra ac quidquid in ea continetur, similem habet constitutionem, ita ut eadem sit communis omnium generatio. Quamvis autem hæc ita se habeant, sunt tamen quædam eorum quæ ex materia constant, discrimina; ita ut aliud pul- B crius sit, aliud vero pulcrum illud quidem, sed tamen ab alio pulcriore superatum. Quemadmodum enim corporis constitutio unius est descriptionis, & circa illud versatur nascendi causa; sed tamen quamvis hæc ita se habeant, sunt quædam in eo dignitatis discrimina; atque aliud est oculus, aliud est auris, aliud capillorum ornatus & intestinorum medullarumque distributio, ac ossium & nervorum compages; & cum aliud ab alio differat, summus est in communi distributione concentus: similiter mundus secundum auctoris sui potestatem quædam splendidiora, quædam his dissimilia continens, materialem spiritum, ita volente opifice, accepit. Hæc autem singulatim perspicere C potest qui non superbe despuit in divina oracula, quæ variis temporibus consignata litteris, studiosos sui amicos Deo prorsus faciunt. Dæmones igitur (ita enim appellatis) cum ex materia compacti fuissent; & spiritum ex ea traxissent, intemperantes & gulosi evaserunt; alii quidem ad puriorem materiam conversi, alii autem viliorem eligentes, & ad illius similitudinem vitam instituentes. Istos adoratis, o Græci, factos quidem ex materia, longe autem a recto ordine remotos. Sua enim ipsorum stultitia ad inanem gloriam conversi, frenisque excussis, latrones divinitatis fieri conati sunt. Universorum autem dominus tamdiu illudere eos sivit, dum mundus ad finem perductus dis- D solvatur, ac judex adveniat, & quicumque perfecti Dei cognitionem, licet a dæmonibus oppugnati, concupiverint, perfectius propter certamina testimonium in die judicii consequantur. Spiritus igitur est in stellis, spiritus in angelis, spiritus in plantis, spiritus in hominibus, spiritus in animalibus; & quamvis unus & idem sit, habet tamen in se discrimina. Atque hæc quidem nobis, non lingua nec probabili ratione nec sophistarum apparatu disserentibus, sed divinioris cujusdam vocis sermone utentibus, qui discere vultis, festinate: & qui in Scytham Anacharsim non despuitis, neque etiam nunc indignum vobis ducite, ab his qui barbaricam disciplinam sequuntur, erudiri. Dogmata nostra saltem ut illam Babyloniorum divinationem

1. Γεγονυῖαν.] Sic Reg. 1. & Front. melius quam editi καὶ γεγονυῖαν.

2. Τὰ μέν τοι.] Ita Reg. uterque. Editi τὰ μέν τι.

3. Πνεύματος.] In Reg. 1. habemus hoc scholion: δαίμονες σύνθετοι ἐξ ὕλης καὶ εἴδους.

4. Τὰ δὲ καθ᾽ ἕκαστα.] Sic Reg. 1. Editi τὸ δὲ καθ᾽ ἕκαστα. Mox editi διαγραφῆς. Scripsimus ut in mss. & apud Ducæum.

5. Τὸ ἀπ᾽ αὐτῆς.] Sic Reg. 1. & Angl. & Fronto Duc. Editi τὸ ὑπ᾽ αὐτῆς.

6. Οἱ δὲ τῆς.] Scholion ad hæc verba exhibet Reg. 1. quod sic habet: τοῦτο Πλατωνικὸν, εἰς δύο διαιρῶν εἴδη τοὺς δαίμονας, ἀϋλοτέρους καὶ ὑλικωτέρους, καὶ τοὺς μὲν ἀϋλοτέρους, ἀγαθοὺς εἶναι, τοὺς δὲ ὑλικωτέρους, πονηροὺς καὶ κακοποιούς.

7. Λόγοις.] Ita Reg. 1. & Angl. & codex, ex quo Tigurina editio: legitur λόγῳ in aliis. Mox Reg. 2. Anglic. & Tigur. οὓς οἱ, forte pro ὅσοι.

8. Ἀποσκορακίζοντες.] Clemens Alex. 2. Pædag. cap. 12. p. 208. τὰ κόσμια, ὥσπερ κοροκόσμια ἀποσκορακιστέον.

9. Ἀξιοπαθήσητε.] Editor Oxoniensis legendum putat ἀναξιοπαθήσητε. Sed hoc verbum non videtur cum Græcæ linguæ ingenio conciliari posse. Melius profecto ἀξιοπαθεῖν, quod idem videtur esse, ac propriæ dignitatis opinione aliquid aspernari & fugere. Mox Reg. 2. Anglic. & Tigur. κἂν μὴ ὡς τῇ. Reg. 1. μὴ supra lineam.

a Οἱ δαίμονες κ. τ. λ.] Videtur dæmonum nomine angelos bonos & malos designare. Nam si malos tantum, non diceret Gentilibus, *dæmones quos ita appellatis*: quippe cum Christianorum proprium esset, dæmonum nomen malis angelis tribuere. MARANUS in *addend.* p. 605.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.

νίους προγνωστικῇ· κατακέκατε λεγόντων ἡμῶν, κἂν ὡς δρυὸς μαντευομένης. καὶ τὰ μὲν προειρημένα παραφόρων δαιμόνων ἐστὶν ἀντισοφιστεύματα, τὰ δὲ τῆς ἡμετέρας παιδείας ἐστὶν ἀνωτέρω τῆς κοσμικῆς καταλήψεως.

Οὐκ [1] ἔστιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἕλληνες, ἡ ψυχὴ [2] καθ' ἑαυτὴν, θνητὴ δέ. ἀλλὰ δύναται ἡ αὐτὴ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν. θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τοῦ σώματος, μὴ γινώσκουσα τὴν ἀλήθειαν, [3] ἀνίσταται δὲ εἰς ὕστερον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου σὺν τῷ σώματι, θάνατον διὰ τιμωρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμβάνουσα. πάλιν τε οὐ θνήσκει, κἂν πρὸς καιρὸν λυθῇ, τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ πεποιημένη. καθ' ἑαυτὴν γὰρ σκότος ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ φωτεινὸν, καὶ τοῦτό ἐστιν ἄρα τὸ εἰρημένον· ἡ σκοτία τὸ φῶς οὐ καταλαμβάνει. [4] ψυχὴ γὰρ οὐκ αὐτὴ τὸ πνεῦμα ἔσωσεν, ἐσώθη δὲ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὸ φῶς τὴν σκοτίαν κατέλαβεν. [5] ὁ λόγος μέν ἐστι τὸ τοῦ Θεοῦ φῶς, σκότος δὲ ἡ ἀνεπιστήμων ψυχή. διὰ τοῦτο μόνη μὲν διαιτωμένη, πρὸς τὴν ὕλην νεύει κάτω, συναποθνήσκουσα τῇ σαρκί· συζυγίαν δὲ κεκτημένη τὴν τοῦ θείου πνεύματος, οὐκ ἔστιν ἀβοήθητος· ἀνέρχεται δὲ πρὸς ἅπερ αὐτὴν ὁδηγεῖ χωρία τὸ πνεῦμα. [6] τοῦ μὲν γάρ ἐστιν ἄνω τὸ οἰκητήριον, τῆς δὲ κάτωθέν ἐστιν ἡ γένεσις. γέγονε μὲν οὖν σύνδιαιτον ἀρχῆθεν τὸ πνεῦμα τῇ ψυχῇ· τὸ δὲ πνεῦμα ταύτην [7] ἕπεσθαι μὴ βουλομένην αὐτῷ καταλέλοιπεν. ἡ δὲ ὥσπερ ἔναυσμα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ κεκτημένη, καὶ διὰ τὸν χωρισμὸν τὰ [8] τέλεια καθορᾷν μὴ δυναμένη, ζητοῦσα τὸν Θεὸν, κατὰ πλάνην πολλοὺς θεοὺς ἀνετύπωσε, τοῖς [9] ἀντισοφιστεύουσι δαίμοσι [10] κατακολουθήσασα. πνεῦμα δὲ τοῦ Θεοῦ παρὰ πᾶσιν μὲν οὐκ ἔστι· παρὰ δέ τισι τοῖς [11] δικαίως πολιτευομένοις καταγόμενον, καὶ [12] συμπλεκόμενον τῇ ψυχῇ, διὰ προαγορεύσεων ταῖς λοιπαῖς ψυχαῖς τὸ κεκρυμμένον ἀνήγγειλε. καὶ αἱ μὲν πειθόμεναι σοφίᾳ, σφίσιν αὐταῖς ἐφείλκοντο πνεῦμα συγγενές· αἱ δὲ μὴ πειθόμεναι, καὶ [13] τὸν διά-

A adſciſcite: aurem nobis dicentibus, ſaltem ut quercui vaticinanti, accommodate. Sunt hæc quidem quæ recenſuimus, dæmonum furentium ſtratagemata: noſtra autem doctrina ſublimior, quam ut eam mundus poſſit comprehendere.

XIII. Non eſt immortalis per ſe ipſa, o Græci, anima, ſed mortalis. Poteſt tamen eadem non mori. Moritur enim & diſſolvitur cum corpore, ſi veritatem ignoret: poſtea autem reſurgit in fine mundi una cum corpore, mortem per ſupplicia in immortalitate accipiens. Rurſus autem non moritur, etiamſi ſolvatur ad tempus, ſi Dei cognitione inſtructa ſit. Per ſe enim ni- B hil aliud eſt quam tenebræ, nec quidquam in ea luminoſum. Atque id ipſum eſt quod dicitur: [a] *Tenebræ lucem non comprehendunt*. Neque enim anima ſpiritum ſervavit, ſed ab eo ſervata eſt, & lux tenebras apprehendit. Eſt autem Verbum divina lux; tenebræ vero imperita anima. Quapropter ſi degat ſolitaria, deorſum ad materiam vergit, una cum carne moriens. Cum divino autem Spiritu copulata, non caret auxilio, ſed eo aſcendit, quo deducitur a Spiritu. Hujus enim ſedes in ſupernis: iſtius vero generatio in inferioribus locis. Ac initio quidem Spiritus animæ convictor erat; ſed eam ſequi nolentem deſeruit. Illa autem cum C ejus virtutis quaſdam veluti ſcintillulas retineret, ſed ab eo ſeparata intueri res ſublimiores non poſſet; dum Deum quærit, opinionis errore multos deos effinxit, doli artifices dæmones ſequens. Porro Spiritus Dei non omnibus ineſt, ſed in quibuſdam juſte viventibus reſidens & cum eorum animo complicatus, per prædictiones ceteris animabus res abſconditas nuntiavit. Atque illæ quidem quæ Sapientiæ paruerunt, cognatum ſibi Spiritum attraxere: quæ vero non paruerunt & miniſtrum Dei paſſi rejecerunt, cum

[a] Joan. I. 5.

1. Οὐκ ἔστιν ἀθάνατος.] Videtur prima ſpecie ineſſe his verbis, nec ineſt tamen, deterior ſententia. Multi immortalitatem animæ a Tatiano everti exiſtimant, velut auctor diſſertationis, quæ poſt Tatiani Orationem exſtat ad calcem editionis Oxonienſis. Sed illius ſenſum in Præfatione ſatis probatum ac purgatum fuiſſe ſpero. Conſuli etiam poſſunt quæ initio Dialogi cum Tryphone notavimus. Nunc ſatis erit obſervare Tatianum non eam animæ immortalitatem denegare, quæ ex Dei voluntate & omnipotentia pendeat, ſed quæ ipſius animæ viribus & naturæ tribuatur. Quid enim aliud ſibi volunt hæc illius verba: *Non eſt immortalis per ſe ipſa*: & paullo poſt: *Per ſe enim nihil aliud eſt quam tenebræ*? Sic etiam animæ mortem interpretatur, non diſſolutionem & deſtructionem, ſed peccatum & vitioſum rerum corporearum amorem; id quod ſatis declarat his verbis: *Deorſum ad materiam vergit, una cum carne moriens*. Illud, θνήσκει μὲν γὰρ καὶ λύεται, non poteſt de deſtructione intelligi, cum eam ſolutionem attribuat Tatianus animæ quæ non moritur: πάλιν τε οὐ θνήσκει, κἂν πρὸς καιρὸν λυθῇ.

2. Καθ' ἑαυτήν.] Hæc deſunt in Reg. 2. & Anglic. ac ſuſpecta ſunt editori Oxonienſi, ſed prorſus immerito.

3. Ἀνίσταται.] Quo ſenſu animam antiqui dixerint cum corpore reſurgere, ex iis perſpici poteſt, quæ obſervabimus ad Theophili lib. 1.

4. Ψυχὴ γάρ.] Non abſimiliter Irenæus lib. 5. cap. 9. n. 4. *Non poſſidet, ſed poſſidetur caro*. Et paullo poſt: *Caro hæc ſecundum ſeipſam, id eſt, ſola regnum Dei hereditate poſſidere non poteſt: hereditatem autem poſſideri in regno a Spiritu poteſt. Hereditate enim poſſidet qui vivit, ea quæ ſunt mortui .... Ille enim dominatur & præeſt & diſponit ea quæ hereditate poſſidet, quemadmodum ipſe velit; illa vero ſubjecta ſunt & dominantur ab eo & ſub dominatu ſunt ejus qui poſſidet.*

5. Ὁ λόγος.] Reg. uterque ἢ λόγος. Verbum non confundit cum Spiritu ſancto, quamvis utrumque lucem appellet. Sed cum Joannes de Verbo dixerit, *Lux in tenebris lucet*, his verbis utitur Tatianus, ut lucem etiam eſſe prohibet illius Spiritum, per quem inhabitat in nobis, ac ſine hac luce animam noſtram tenebras eſſe. Propter illam identitatem ſubſtantiæ in Verbo & Spiritu ſancto, quos Verbum a ſua conſuetudine excludit, ab iis diſcedit potentior Spiritus, ut ait Tatianus n. 7.

6. Τοῦ μέν.] Reg. 2. τούτου μέν.

7. Ἕπεσθαι.] Reg. 2. & Anglic. cum edit. Tigur. ἔσεσθαι. Ibidem deeſt negatio in editione Tigurina ante βουλομένην. Quod autem vocat Spiritum animæ σύνδιαιτον, in hoc aſſentientem habet Clementem Alexandrinum, qui ſic loquitur Protrept. p. 40. ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ περιφέροντες ἐν τῷ ζῶντι καὶ κινουμένῳ τούτῳ ἀγάλματι, τῷ ἀνθρώπῳ, σύνοικον εἰκόνα, σύμβουλον, συνόμιλον, συνέστιον, συμπαθῆ, ἀνάθημα γεγόναμεν τῷ Θεῷ ὑπὲρ Χριστοῦ.

8. Τέλεια.] Reg. τελεστὰ & ad marg. τελευταῖα.

9. Ἀντισοφιστεύουσι.] Sic etiam paullo ante artes dæmonum vocabat ἀντισοφιστεύματα.

10. Κατακολουθήσασα.] Codex Joan. Friſ. ad marg. κατακολουθοῦσα.

11. Δικαίως.] Ita Fronto Ducæus, quem ſequi non dubitavi, quamvis in aliis editis legatur δικαίοις.

12. Συμπλεκόμενον.] Sic etiam Irenæus de Spiritu ſancto lib. 5. c. 12. n. 2. τὸ δὲ περιλαβὸν ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν τὸν ἄνθρωπον. *Spiritus circumdans intus & foris hominem.*

13. Τὸν διάκονον τοῦ πεπονθότος Θεοῦ.] Præclare hoc de Filio dictum, quem alibi n. 20. Tatianus vocat Deum in forma hominis natum. Sic etiam Clemens Alex. Protrept. p. 66. πίστευσον, ἄνθρωπε, ἀνθρώπῳ καὶ Θεῷ· πίστευσον, ἄνθρωπε, τῷ παθόντι καὶ προσκυνουμένῳ Θεῷ ζῶντι. *Crede, homo, homini & Deo: crede, homo, paſſo & adorato Deo viventi.* Neque etiam de ſancto Spiritu exiliter aut impie ſenſit. Miniſtrum illum quidem vocat, ſed eum ita vocat, quia Pater & Filius per Spiritum in nobis tamquam in templis habitant, n. 15. ac per eumdem Spiritum corpora & animæ noſtræ vivificantur numm. 7. 13. 15. Elucet divinitas & omnipotentia Spiritus ſancti in hoc miniſterio, nec magis Deo indignum eſt, quam ſuſcepta a Filio

A πονον τῦ πεπονθότος Θεῦ παραιτέμεναι, θεόμαχοι μᾶλλον, ἤπερ θεοσεβεῖς ἀνεφαίνοντο.

Deo potius deprehensæ ſunt pugnare, quam eum colere.

Τοιῦτοί τινές ἐςι καὶ ὑμεῖς, ὦ Ἕλληνες, ῥήμασι μὲν ςωμύλοι, γνώμην δὲ ἔχοντες ἀλλόκοτον, καὶ τὴν πολυκοιρανίην μᾶλλον, ἤπερ τὴν μοναρχίαν ἐξησκήσατε, καθάπερ ἰσχυροῖς νομίζοντες δαίμοσι κατακολουθεῖν. ὥσπερ γὰρ ὁ λῃστὴς ἀπάνθρωπος ὤν, διὰ τόλμης τῶν ὁμοίων ἐπικρατεῖν εἴωθεν· οὕτω καὶ οἱ δαίμονες εἰς πολλὴν κακίαν ἐξοκείλαντες, τὰς [1] μεμονωμένας παρ' ὑμῖν ψυχὰς, δι' ἀγνοιῶν καὶ φαντασιῶν ἐξηπατήκασιν. οἳ θνήσκουσι μὲν οὐ ῥᾳδίως, σαρκὸς γὰρ ἀμοιροῦσι· ζῶντες δὲ θανάτου πράττουσιν ἐπιτηδεύματα, τοσαυτάκις καὶ αὐτοὶ θνήσκοντες, ὁσάκις ἂν τοὺς ἑπομένους αὐτοῖς τὰς ἁμαρτίας [2] ἐκπαιδεύσωσιν. ὥσθ' ὅπερ ἐστὶν αὐτοῖς περιττὸν ἐν τῷ νῦν, μὴ ὁμοίως τοῖς ἀνθρώποις ἀποθνήσκειν, τοῦθ' ὁπότ' ἂν μέλλωσι κολάζεσθαι παρὸν αὐτοῖς, οὐ μεθέξουσιν ἀϊδίου ζωῆς, [3] ἀντὶ θανάτου ἐν ἀθανάτῳ μεταλαμβάνοντες. ὥσπερ δὲ ἡμεῖς, οἷς τὸ θνήσκειν [4] ῥᾳδίως ἀποβαίνει νῦν, εἰσαῦθις μετὰ ἀπολαύσεως ἢ τὸ ἀθάνατον, ἢ τὸ λυπηρὸν μετὰ [5] ἀθανασίας προσλαμβάνομεν· οὕτω καὶ οἱ δαίμονες τῇ νῦν ζωῇ πρὸς τὸ πλημμελεῖν καταχρώμενοι, [6] διὰ παντὸς καὶ διὰ τοῦ ζῆν ἀποθνήσκοντες, εἰσαῦθις ἕξουσιν [7] τὴν ἀθανασίαν ὁμοίαν τῆς παρ' ὃν ἔζων χρόνον, [8] κατὰ δὲ τὴν σύςασιν ὁμοίαν ἀνθρώποις τοῖς κατὰ γνώμην διαπραξαμένοις, ἅπερ αὐτοῖς παρ' ὃν ἔζων χρόνον νενομοθετήκασι. καὶ μή τι γε τοῖς μὲν ἀνθρώποις ἐλάττονα τῆς ἁμαρτίας ἐξανθοῦσι τὰ εἴδη, διὰ τὸ μὴ πολυχρονίως βιοῦν, τοῖς δὲ προειρημένοις δαίμοσι, τὸ πλημμελεῖν μειζόνως ἀποβέβηκε, διὰ τὸ ἄπειρον τῆς βιότητος;

XIV. Tales & vos eſtis, o Greci, lingua quidem expoliti, mente autem abſurdi; ac multorum principatum potius quam unius profeſſi eſtis, dum dæmones, quaſi præpotentes eſſent, ſtatuitis affectari. Quemadmodum enim latro, cum inhumanus ſit, audacia ſolet ſimiles ſui domare; ſic dæmones ad ſummam improbitatem progreſſi, ſolitarias apud vos animas ignoratione & inanibus viſis deceperunt. Qui quidem non facile moriuntur, ſunt enim carnis expertes; ſed viventes mortis inſtituta profitentur, toties nimirum & ipſi B morientes, quoties ad peccandum ſectatores ſuos erudiunt. Itaque quod nunc præcipuum illis eſt, ut ſimiliter ac homines non moriantur, id eis adfuturum eſt, quando ſuppliciis tradentur; neque tunc vitæ eternæ participes erunt, ſed mortem quamdam in immortalitate ſortientur. Quemadmodum enim nos quibus nunc facile mori contingit, poſtea cum voluptate immortalitatem, vel dolorem cum immortalitate percipimus; ſic & dæmones, qui præſenti vita ad peccandum abutuntur, ac per totam vitam moriuntur, rurſus immortalitatem habebunt, eamdem quidem ac dum viverent, ſtatu autem ſimilem illorum hominum, qui ex animi ſui ſententia geſſere quidquid viventibus dæmones præſcripſerunt. An non C enim hominibus pauciores peccatorum ſpecies ob vitæ brevitatem effloreſcunt; prædictis autem dæmonibus ob infinitum ævum magis peccare contingit?

Καὶ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς ὅπερ ἔχοντες ἀπολωλέκαμεν, τοῦτο νῦν ἀναζητεῖν, ζευγνῦναί τε τὴν ψυχὴν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, καὶ τὴν κατὰ Θεὸν συζυγίαν πραγματεύεσθαι. ψυχὴ μὲν οὖν ἡ τῶν ἀνθρώπων πολυμερής ἐστι, καὶ οὐ μονομερής. [9] συνθετὴ γάρ ἐστιν, ὡς εἶναι φανερὰν αὐτὴν διὰ σώματος. οὔτε γὰρ ἂν αὐτὴ φανείη ποτὲ χωρὶς σώματος, οὔτε ἀνίςαται ἡ σὰρξ χωρὶς ψυχῆς. [10] ἔστι

XV. Jam vero oportet, ut quod habentes amiſimus, id nunc quæramus, & animam cum Spiritu ſancto copulemus & ad conjunctionem cum Deo enitamur. Non igitur ſimplex eſt hominum anima, ſed ex multis partibus conſtat. Eſt enim compoſita, ita ut per corpus manifeſta fiat. Neque enim umquam ipſa ſine corpore apparuerit; nec caro reſurgit ſine anima. Eſt enim ho-

administratio ad mundi creationem. Spiritus ſanctus apud Tertullianum, *Præſcript.* c. 28. vocatur *Dei villicus*, *Chriſti vicarius*. Suſpecta eſſe non debet Tatiani ſententia de ſancto Spiritu, quem hoc ipſo in loco Sapientiam vocat, & n. 4. Deum perfectum.

1. Μεμονωμένας.] Ita Reg. uterque & Angl. melius multo quam editi *μέμωρωμένας*.

2. Ἐκπαιδεύσωσιν.] Reg. 2. & Angl. *ἐκπαιδεύουσι*.

3. Ἀντὶ θανάτου.] Videtur legendum una voce *ἀντιθανάτου*, ut antea *ἀντισοφιστεύματα*, *ἀντισοφιστεύουσι*.

4. Ῥᾳδίως.] Anglic. *ῥᾴδιον*.

5. Ἀθανασίας.] Sic Reg. uterque & Ducæus. Editi *ἀθανασίης*.

6. Διὰ παντὸς καὶ διὰ του ζῆν.] Melius forte *διὰ παντὸς τοῦ ζῆν*.

7. Τὴν ἀθανασίαν.] Reg. uterque & Anglic. *τὴν αὐτὴν ἀθανασίαν*.

8. Κατὰ δὲ τὴν.] Reg. 2. & Anglic. *κατὰ μὲν τὴν*. Sic interpretatur Geſnerus quaſi legendum eſſet *κατὰ μὲν τὴν σύστασιν, κατὰ δὲ τὴν κόλασιν*. Sed nihil mihi videtur mutandum. Nam vox illa *σύςασις*, quæ apud Tatianum ſæpe eſſentiam & naturam ſignificat, ſæpe etiam ſtatum ſignificat. Legimus enim n. ſeq. *τῆς συςάσεως τὸ εἶδος*: & paullo poſt, *θανάτου τὴν σύςασιν*.

9. Συνθετή.] Male in edit. Pariſ. *συνετή*. Huc pertinet quod paullo ante dicebat, ſpiritum & animam primis hominibus fuiſſe conceſſa, *ut partim ex materia conſtarent, partim materia præſtantiores eſſent*. An ergo corpoream & compoſitam animam exiſtimavit Tatianus? Non immorabor in hac illuſtranda quæſtione; ſiquidem antequam ſtatuatur, utrum animam Tatianus corpoream necne exiſtimaverit, excutiendum erit quid corporis nomine intelligat quam diſceptationem Auguſtinus inutilem judicat. *[illegible]*, inquit lib. 2. de Anima num. 7. *[illegible] eſſe, ſed corpus. Non quidem magnum [illegible] ipſa neſcire* : [illegible] *rum generibus ſubtiliter diſputetur, hoc majore difficultate quam utilitate perdiſcitur*. Sententiam Tatiani illuſtrare poteſt Methodius, qui apud Photium cod. 234. ſub fin. negat animam eſſe incorpoream; quia ſi incorporea ſit, impaſſibilem eſſe neceſſe ſit, nec cum corpore dolente & patiente mutari. Unde ſic concludit p. 932. *εἰ δὲ συμπάσχοι τῷ σώματι, καθάπερ καὶ διὰ τῆς ἐπιμαρτυρήσεως τῶν φαινομένων ἐπιδέδεικνυται, ἀσώματος εἶναι οὐ δύναται. ἤγουν ἀγέννητος καὶ ἀνενδεὴς καὶ ἀκάματος φύσις, ὁ Θεὸς μόνος ᾄδεται ἀσώματος ὤν, διὸ καὶ ἀόρατος. Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακεν· αἱ δὲ ψυχαὶ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ καὶ πατρὸς τῶν ὅλων, σώματα νοερὰ ὑπάρχουσαι, εἰς λόγῳ θεωρητὰ μέλη διακεκόσμηνται.* Sic etiam S. Baſilius Ep. 8. negat angelos eſſe naturæ ſimplicis, atque id ſolius Dei proprium eſſe ſtatuit.

10. Ἔςι γὰρ ἄνθρωπος &c.] Hominem ſuum vocabant Gnoſtici ſubſtantiam illam, quam ab Achamoth, ſive a Spiritu ſancto accepiſſe ſe fingebant: corpus & animam ſpernebant, ut peritura & ab inferiore Deo creata: ſed ob acceptam a Spiritu ſancto particulam immortales ſibi & Deo conſubſtantiales videbantur. Ab his longe diſcrepat Tatianus; qui non particulam Spiritus ſancti ſubſtantiæ in nos derivari exiſtimat, ſed ipſum in nobis tamquam in templis habitare. Quamobrem cum eum hominem ſolum eſſe contendit, in quo Spiritus ſanctus habitat; ſecus vero, negat a belluis diſtare: Spiritus ſancti gratiam commendat, hominis imbecillitatem agnoſcit, qui niſi adjuvetur a Spiritu ſancto, in vitium flectitur. Quam quidem Tatiani ſententiam ſic imitatur Irenæus, ut ſimul explicet & illuſtret. *Sunt tria*, inquit, *ex quibus perfectus homo conſtat, carne, anima & ſpiritu: & altero quidem ſalvante & figurante, qui eſt Spiritus; altero quod unitur & formatur, quod eſt caro: id vero quod inter hæc eſt duo, quod eſt anima.... Quotquot autem timent Deum & credunt in ad-* [illegible] *& ... Dei* [illegible] . De his ...

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.

γὰρ ἄνθρωπος, οὐχ ὥσπερ οἱ κορακόφωνοι δογματίζουσιν, ζῶον λογικὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. δειχθήσεται γὰρ κατ' αὐτοὺς καὶ τὰ ἄλογα, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικά. μόνος δὲ ἄνθρωπος, εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις τοῦ Θεοῦ. λέγω δὲ ἄνθρωπον, οὐχὶ τὸν ὅμοια τοῖς ζώοις πράττοντα, ἀλλὰ τὸν πόρρω μὲν ἀνθρωπότητος, πρὸς αὐτὸν δὲ τὸν Θεὸν κεχωρηκότα. καὶ περὶ μὲν τούτου ἐν τῷ περὶ ζώων ἀκριβέστερον ἡμῖν συντέτακται. τὸ δὲ νῦν συνέχον, ῥητέον ποταπή τις ἐστὶν ἡ κατὰ Θεὸν εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις. τὸ μὲν ἀσύγκριτον, οὐδέν ἐστιν ἕτερον ἢ αὐτὸ τὸ ὄν· τὸ δὲ συγκρινόμενον [1] οὔτι ἕτερον ἢ αὐτὸ τὸ παρόμοιον. ἄσαρκος μὲν οὖν ὁ τέλειος Θεὸς, ἄνθρωπος δὲ σάρξ, δεσμὸς δὲ τῆς σαρκὸς ψυχὴ, σχετικὴ δὲ τῆς ψυχῆς ἡ σάρξ. τὸ δὲ τοιοῦτον τῆς συστάσεως εἶδος, εἰ μὲν ὡς ναὸς ᾖ, κατοικεῖν ἐν αὐτῷ βούλεται Θεὸς διὰ τοῦ πρεσβεύοντος πνεύματος. τοιούτου δὲ μὴ ὄντος τοῦ σκηνώματος, προὔχει τῶν θηρίων ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὴν ἔναρθρον φωνὴν μόνον, τὰ δὲ λοιπὰ τῆς αὐτῆς ἐκείνοις διαίτης ἐστὶν, οὐκ ὢν ὁμοίωσις τοῦ Θεοῦ. δαίμονες δὲ πάντες σαρκίον μὲν οὐ κέκτηνται, πνευματικὴ δέ ἐστιν αὐτοῖς ἡ σύμπηξις ὡς πυρὸς, ὡς ἀέρος. μόνοις δὲ τοῖς πνεύματι Θεοῦ φρουρουμένοις εὐσύνοπτα καὶ τὰ τῶν δαιμόνων ἐστὶ [2] σώματος· τοῖς λοιποῖς δὲ οὐδαμοῦ, λέγω δὲ [3] τοῖς ψυχικοῖς. τὸ γὰρ ἔλαττον, κατάληψιν οὐκ ἰσχύει ποιεῖσθαι τοῦ κρείττονος. διὰ τοῦτο γοῦν ἡ τῶν δαιμόνων ὑπόστασις οὐκ ἔχει μετανοίας τόπον. τῆς γὰρ ὕλης καὶ τῆς πονηρίας εἰσὶν ἀπαυγάσματα. ὕλη δὲ τῆς ψυχῆς κατεξουσιάζειν ἠθέλησεν· καὶ [4] κατὰ τὸ αὐτεξούσιον οἱ μὲν θανάτου νόμους τοῖς ἀνθρώποις παραδεδώκασιν· οἱ δὲ ἄνθρωποι μετὰ [5] τὴν τῆς ἀθανασίας ἀποβολὴν, θανάτῳ τῷ διὰ πίστεως τὸν θάνατον νενικήκασι, καὶ διὰ μετανοίας κλῆσις αὐτοῖς δεδώρηται, [6] κατὰ τὸν εἰπόντα λόγον· ἐπειδὴ βραχύ τι παρὰ ἀγγέλους ἠλαττώθησαν. δυνατὸν δὲ παντὶ τῷ νενικημένῳ, πάλιν νικᾶν, τοῦ θανάτου τὴν σύστασιν παραιτούμενον. τίς δὲ αὕτη, εὐσύνοπτον ἔσται τοῖς βουλομένοις ἀνθρώποις τὸ ἀθάνατον.

Δαίμονες δὲ οἱ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτάττοντες, οὐκ εἰσὶν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαί. πῶς γὰρ ἂν γένοιντο δραστικαὶ, καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν; [7] χωρὶς εἰ μὴ ὁ ζῶν μὲν ἄνθρωπος, ἀνόητος καὶ ἀδύνατος γένοιτο· νεκρὸς δὲ γενόμενος, λοιπὸν δραστικωτέρας πιστεύοιτο μεταλαμβάνειν δυνάμεως. ἀλλ' οὔτε τοῦθ' οὕτως ἐστὶν, ὡς ἐν ἄλλοις ἀπεδείξαμεν· καὶ

mo, non ut quidam inſtar corvorum crocitantes decernunt, animal ratione utens, mentis & ſcientiæ capax: nam ipſæ ſecundum illos belluæ mentis & ſcientiæ capaces oſtendentur. Solus autem homo, imago & ſimilitudo Dei. Hominem autem dico, non eum qui ſimilia belluis faciat, ſed qui procul ab humanitate conſtitutus ad Deum pervenerit. Atque id equidem in libro de animalibus accuratius diſſerui. Nunc autem id quod inſtat differendum: qualis ſit illa ſecundum Deum imago & ſimilitudo. Quod comparari non poteſt, nihil aliud eſt quam ipſum ens: quod autem comparatur, nihil aliud quam quod ſimile eſt. Carnis quidem expers perfectus Deus: homo autem caro. Vinculum eſt carnis anima: animam caro continet. Ac talis quidem naturæ ſpecies, ſi ſe inſtar templi habeat, libenter illud incolit Deus per legatum Spiritum. Si vero tale non fuerit tabernaculum; præſtat homo belluis ſola voce articulata; cetera vero ejuſdem eſt ac illæ vivendi rationis, ut qui non ſit ſimilitudo Dei. Porro dæmones omnes nullam habent carnem, ſed ſpiritalis eſt eis compages, ut ignis & aeris. Iis autem ſolis qui ſpiritu Dei communiti ſunt, facile videri poſſunt etiam dæmonum corpora; ceteris vero nequaquam, id eſt, pſychicis. Nam præſtantius ab inferiore comprehendi non poteſt. Propterea ergo dæmonum natura pœnitentiæ locum non habet. Sunt enim materiæ & nequitiæ quidam ſplendores. Materia autem animam in ſervitutem redigere voluit: ac ſecundum liberum arbitrium, iſti quidem leges mortis hominibus tradiderunt: homines vero poſt immortalitatis jacturam morte per fidem obeunda mortem ſuperaverunt, ac per pœnitentiam vocatio eis conceſſa ſecundum hunc ſermonem: [a] *Quoniam paullo minus ab angelis imminuti ſunt*. Poteſt autem quiſquis victus eſt rurſus vincere, ſi mortis cauſam repudiet. Quænam autem illa ſit, facile perſpicere poſſunt qui immortalitatem concupiſcunt.

XVI. Dæmones autem qui hominibus imperant, non ſunt hominum animæ. Quo enim pacto efficaces etiam poſt mortem fuerint? Niſi forte homo quamdiu vivit, inſipiens & invalidus eſt: mortuus efficaciore creditur præditus poteſtate. Sed res ita ſe non habet, ut alibi demonſtravimus; ac perdifficile eſt exiſtima-

a Pſalm. VIII. 4.

tem qui non habent Spiritum ſanctum ſic loquitur cap. 8. *Eos autem qui abjiciunt quidem Spiritus conſilium, carnis autem voluptatibus ſerviunt, & ineffrenati dejiciuntur in ſua deſideria, quippe nullam habentes adſpirationem divini Spiritus, ſed porcorum & canum more vivunt; hos juſte Apoſtolus carnales vocat, quoniam nihil aliud quam carnalia ſentiunt. Et Prophetæ autem propter hanc eamdem cauſam irrationalibus animalibus aſſimilant eos* &c.

1. Οὔτι ἕτερον.] Ita Reg. 1. & Angl. & Reg. 2. ad marg. Sic etiam editio Tigurina, excepto quod habet ὄντι, pro οὔτι. Aliæ editiones τὸ δὲ συγκρινόμενον ὄντι ἕτερον ἢ αὐτὸ, παρόμοιον δέ. *Quod autem comparatur cum eo quod eſt, aliud quidem eſt, ſed tamen ſimile*. Similis ſententia apud Tertullianum lib. 2. adv. Marc. cap. 9. *Porro imago*, inquit, *veritati non uſquequaque adæquabitur: aliud eſt enim ſecundum veritatem eſſe, aliud ipſam veritatem eſſe*.

2. Σώματος.] Reg. 2. Angl. & Front. σώματα. Ibidem Ducæus οὐδαμῶς. Non abſimilis eſt S. Baſilii ſententia, qui in libro de Spiritu ſancto cap. 16. p. 32. ſic loquitur de angelis: οὐσία αὐτῶν ἀέριον πνεῦμα, εἰ τύχοι, ἢ πῦρ ἄϋλον.... διὸ καὶ ἐν τόπῳ εἰσὶ, καὶ ὁρατοὶ γίνονται.

3. Τοῖς ψυχικοῖς.] Non verendum eſt ne hanc vocem Tatianus eodem ſenſu uſurpet ac Gnoſtici, quorum errores amplexus eſt poſt compoſitam hanc Orationem. Neque enim, ut illi, catholicos hac voce deſignat, ſed eos tantum qui non ita vivunt, ut in eis habitet Spiritus ſanctus. In quo quidem Tatianus auctorem habet Apoſtolum qui ait 1. Cor. 2. 14. ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ. *Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei*. Sic etiam Irenæus lib. 5. cap. 6. n. 1. *Si autem defuerit animæ Spiritus, animalis eſt vere, qui eſt talis* &c. Idem cap. 12. n. 3. animales opponit ſpiritualibus. Quamvis ergo hæretici, dum catholicos vocant pſychicos ſive animales, invidiam huic voci conflaſſent, non idcirco ex catholicorum uſu faceſſebat.


4. Κατὰ τό.] Angl. & Tigur. τὸ κατὰ τό.

5. Τὴν.... ἀποβολήν.] Reg. 2. τὰς.... ἀποβολάς. Quod ait Tatianus materiam animæ imperare voluiſſe, id explicat n. ſeq. ubi docet dæmones adhibita inferiore ac viliore materia operam dare, ut nos vincant. Unde hortatur ut materiam repudiet quiſquis illos vincere volet.

6. Κατὰ τὸν εἰπόντα λόγον.] Heic aliquid ſubintelligendum atque ex ſupra dictis eruendum, ita ut hæc ſit ſententia: Per pœnitentiam vocatio hominibus conceſſa, quia inferiores ſunt angelis ſecundum Scripturam, quæ dicit &c.

7. Χωρὶς εἰ μή.] Ita Reg. 2. editi ἀποθανεῖν χωρίς; εἰ μή. Ibidem editi: εἰ μὴ ὁ ζῶν ἄνθρωπος μὲν, ἀνόητος δὲ ἀδύνατος. Emendavimus ope Reg. 1. Paullo ante editi τίς δὲ γὰρ αὐτή. Emendavit Ducæus.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 151.



χαλεπὸν οἴεσθαι [1] τὴν ἀθάνατον ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος μερῶν ἐμποδιζομένην, φρονιμωτέραν, ἐπειδὰν ἀπ' αὐτοῦ μεταναστῇ, γίνεσθαι. δαίμονες γὰρ τῇ σφῶν κακοηθείᾳ τοῖς [2] ἀνθρώποις ἐκβακχεύοντες, ποικίλαις καὶ ἐψευσμέναις δραματουργίαις τὰς γνώμας αὐτῶν παρατρέπουσι κάτω νενευκυίας, ὅπως μεταρσιοῦσθαι πρὸς τὴν ἐν οὐρανοῖς πορείαν ἐξαδυνατῶσιν. ἀλλ' οὔτε ἡμᾶς τὰ ἐν κόσμῳ λέληθε, [3] καὶ ἡμῖν εὐκατάληπτον τὸ θεῖον τῆς ἀπαθανατιζούσης τὰς ψυχὰς ἡμῖν προσελθούσης. βλέπονται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ψυχικῶν οἱ δαίμονες, ἔσθ' ὅτε τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτοὺς ἐκείνων δεικνύντων, ἵνα τι νομισθῶσιν εἶναί τινες, ἢ καί τι βλάψωσι, καθάπερ πολεμίους, φίλοι κακοὶ τὴν γνώμην ὑπάρχοντες, [4] εἰ τοῖς εἰς αὐτοὺς θρησκείας τοῖς ὁμοίοις αὐτοῖς τὰς ἀφορμὰς παράσχωσιν. εἰ γὰρ δυνατὸν αὐτοῖς, πάντως ἂν καὶ τὸν οὐρανὸν σὺν ἅμα τῇ λοιπῇ ποιήσει καθείλκυσαν· νῦν δὲ τοῦτο μὲν πράττουσιν οὐδαμῶς· ἀδυνατοῦσι γάρ· [a] ὕλῃ δὲ τῇ κάτω, [5] πρὸς τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς ὕλην πολεμοῦσι. τούτους δὲ νικᾶν ἄν τις θελήσῃ, τὴν ὕλην παραιτησάσθω. θώρακι γὰρ πνεύματος ἐπουρανίου καθωπλισμένος, πᾶν τὸ ὑπ' αὐτοῦ περιεχόμενον σῶσαι δυνατὸς ἔσται. εἰσὶ μὲν οὖν καὶ νόσοι, καὶ στάσεις [6] τῆς ἐν ἡμῖν ὕλης· δαίμονες δὲ αὐτοὶ τούτων τὰς αἰτίας, ἐπειδὰν συμβαίνουσιν, ἑαυτοῖς προσγράφουσιν, ἐπιόντες ὁπόταν καταλαμβάνῃ κάματος. ἔστι δὲ ὅτε καὶ αὐτοὶ χειμῶνι τῆς σφῶν ἀβελτηρίας κραδαίνουσι τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, οἳ λόγῳ Θεοῦ δυνάμεως πληττόμενοι, δεδιότες ἀπίασι, καὶ ὁ κάμνων θεραπεύεται.

A re animam immortalem quæ corporis membris impeditur, sagaciorem, cum ex eo migraverit, fieri. Dæmones enim, dum pro sua nequitia in homines debacchantur, deorsum vergentes eorum animos variis & fallacibus machinationibus pervertunt, quominus ad viam cælorum erigi possint. Sed nec ea nos latent, quæ in mundo sunt; & divina facile a nobis comprehendi possunt, si vis illa quæ animos immortales facit, ad nos accesserit. Videntur autem & a psychicis dæmones, ac sese nonnumquam hominum adspectui exhibent; vel ut aliquid esse existimentur, vel etiam aliquid tamquam inimicis noceant amici mala mente B præditi, vel ut sui similibus causas ipsorum colendorum innectant. Nam si possent, cælum ipsum profecto cum ceteris rebus creatis subverterent. Nunc autem nequaquam id faciunt; neque enim possunt; sed materia inferiore materiam sibi similem oppugnant. Hos ergo si quis vincere velit, materiam repudiet. Lorica enim Spiritus cælestis armatus, servare poterit quidquid ab eo circumdatum fuerit. Habet quidem materia nostra morbos & tumultus, qui cum acciderint, eorum causas sibi dæmones adscribunt, morbo invadenti supervenientes. Ipsi etiam interdum nequitiæ suæ tempestate habitum corporis nostri concutiunt; sed verbo virtutis C Dei percussi, discedunt exterriti, & æger sanatur.

Περὶ γὰρ τῶν κατὰ τὸν Δημόκριτον συμπαθειῶν τε καὶ ἀντιπαθειῶν, τί καὶ λέγειν ἔχομεν, ἢ τοῦθ' ὅτι κατὰ τὸν κοινὸν λόγον ἀβδηρολόγος ἐστὶν ὁ ἀπὸ τῶν Ἀβδήρων ἄνθρωπος; ὥσπερ δὲ ὁ τῇ πόλει τῆς προσηγορίας αἴτιος, φίλος ὢν Ἡρακλέους ὥς φασιν, ὑπὸ τῶν Διομήδους ἵππων κατεβρώθη· τρόπῳ τῷ αὐτῷ καὶ ὁ τὸν μάγον Ὀστάνην καυχώμενος, ἐν ἡμέρᾳ συντελείας πυρὸς αἰωνίου βορᾷ παραδοθήσεται. καὶ ὑμεῖς δὲ τοῦ γέλωτος ἢν μὴ ἀποπαύσησθε, τῶν [7] αὐτῶν ὧνπερ καὶ οἱ γόητες τιμωριῶν ἀπολαύσετε. διόπερ, ὦ Ἕλληνες, κεκραγότος ὥσπερ ἀπὸ τοῦ μετεώρου κατακούσατέ μου, μηδὲ ἐπιτωθάζοντες τὴν ὑμετέραν ἀλογιστίαν ἐπὶ τὸν κήρυκα τῆς ἀληθείας μετάγετε. πάθος οὐκ ἔστι δι' ἀντιπαθείας ἀπολλύμενον, οὐδὲ ὁ μεμηνὼς σκυτίδων ἐξαρτήμασι θερα-

XVII. De occultis enim secundum Democritum consensionibus & dissensionibus quid dicere habeamus, nisi id quod communi sermone contritum est, abderiloquum esse hominem Abderitam? Quemadmodum autem is a quo civitas illa nomen accepit, Herculis, ut ferunt, amicus, ab equis Diomedis devoratus est; sic iste, qui de mago Ostane gloriatur, in die consummationis igni depascendus tradetur. Ac vos quoque, nisi risum desinatis, eadem ac magi supplicia luetis. Quocirca velut ex loco excelso clamantem me, Græci, audite, nec cachinnando dementiam vestram in præconem veritatis transferte. Non tollitur morbus per occultam dissensionem, nec furiosus pelliculis appensis curatur. Sed dæ-

1. *Τὴν ἀθάνατον.*] Huc redit sententia Tatiani. Animam immortalem, id est, incorpoream & spiritalem, quæ cum corpore conjuncta membris corporis impediebatur, credibile non est sagaciorem, cum ex corpore migraverit, futuram in iisdem membris ad sanandum aut nocendum adhibendis. Alium Tatiano sensum adscribere non sinunt, quæ leguntur num. 17. *Quo enim pacto vivus ego minime sim malus; mei autem mortui, nihil agente me, reliquiæ quæ non moventur, immo nec sentiunt, aliquid quod sentiatur efficiant?*

2. *Τοῖς ἀνθρώποις.*] Reg. 1. & 2. *τοὺς ἀνθρώπους* ad marginem.

3. *Καὶ ἡμῖν.*] Regii codices cum Anglicano & editione Tigurina habent *ὑμῖν*, & paullo post *ψυχὰς ὑμῖν*. Codex Anglicanus *καὶ ὑμῖν ἐστιν*. Ibidem deest *δυνάμεως* aut aliquid simile post *ἀπαθανατιζούσης*. Paullo post Reg. 1. *νομίζωσι*. Angl. & Tigur. *νομίζουσιν*. Ita Reg. 2. & ad marg. *νομισθῶσι*. Aliæ editiones *νομίζωνται* ex conjectura Gesneri. Sic etiam infra n. 35. pro eo quod legitur *νομίζωσι* in mss. & edit. Tigur. & *νομισθῶσι* apud Eusebium, editiones aliæ habent *νομίζωνται*.

4. *Εἰ τοῖς.*] In editione Tigurina legitur ad marginem *ἢ τῆς*. Ibidem vox *θρησκείας* deest in codicibus Regiis & Anglicano. Legerem libenter *ἢ τιμῆς εἰς αὐτούς*.

5. *Πρὸς τὴν ὁμοίαν.*] Id est, animam nostram quæ ipsis simillima est, ope materiæ oppugnant. Dicebat supra Tatianus num. 6. *Materiæ mihi cognatæ confusionem emendo*, quia scilicet veritatem in hominum sibi similium animos insinuare conabatur. Cur autem angelos & homines materiam appellet, quamvis utrosque a materia longe discernat, id aptiore in loco examinabitur, nempe ut mox infra (a).

6. *Τῆς ἐν ἡμῖν.*] Ita Reg. 1. licet alia manu. Editi *τῆς ἐν ὑμῖν*.

7. *Αὐτῶν ὧνπερ.*] Sic Reg. 1. & Anglic. & ad marg. edit. Tigur. Aliæ edition. *αὐτῶν ὧν περὶ*. Mox Reg. 2. *ἀπολαύσητε*.

a *Τὴν δὲ κ. τ. λ.*] Forte hæc intelligenda, ut illud Tertulliani de angelis dictum lib. de carne Christi cap. 6. *Constat angelos carnem propriam non gestasse, ut pura natura substantiæ spiritalis; & si corporis alicujus, sui tamen generis.* Animam spiritalis esse substantiæ declarat Tatianus, & quum eam negat videri posse nisi per corpus n. xv. & quum ait n. xiii. Spiritum sanctum ab initio convictorem animæ fuisse, & animas quæ Sapientiæ paruerunt, cognatum sibi Spiritum attraxisse. Distinguit n. xii. *duo spirituum discrimina; quorum alter anima vocatur, alter anima præstantior, Dei imago & similitudo. Utrumque primis hominibus datum, ut partim ex materia constarent, partim materia præstantiores essent*: id est, ut partim materiales essent per corpus spiritu corporeo motum, partim materia præstantiores essent per mentem Spiritu sancto animatam. Angelis compagem spiritalem attribuit Tatianus, ut ignis & aeris, n. xv. Sed quum eos *ex materia compactos* dicit n. xii. & *materiæ ac nequitiæ quosdam esse splendores* n. xv. vel id *de corporibus sui generis*, ut ait Tertullianus, intelligendum; vel de corporibus vere e materia factis, quæ angelis attribuere videtur n. xv. Ea enim *spiritualibus* hominibus facile conspicua esse docet, a *psychicis* autem non videri posse nisi admodum raro, n. xv. Maranus in *addend.* p. 605.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.

πλάεται. δαιμόνων εἰσὶν ἐπιφοιτήσεις, καὶ ὁ νοσῶν, A καὶ ὁ λέγων ἐρᾷν, καὶ ὁ μισῶν, καὶ ὁ βουλόμενος ἀμύνεσθαι, τούτους λαμβάνουσι βοηθούς. [1] τρόπος δὲ αὐτοῖς τῆς μηχανῆς οὗτος. ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν γραμμάτων χαρακτῆρες, στίχοι τε οἱ ἀπ' αὐτῶν, οὐ καθ' ἑαυτοὺς εἰσὶ δυνατοὶ σημαίνειν τὸ συντασσόμενον, σημεῖα δὲ τῶν ἐννοιῶν σφισιν ἄνθρωποι δεδημιουργήκασι παρὰ τὴν ποιὰν αὐτῶν σύνθεσιν γινώσκοντες, ὅπως καὶ ἡ τάξις τῶν γραμμάτων ἔχειν νενομοθέτηται· παραπλησίως καὶ τῶν ῥιζῶν αἱ [2] ποικιλίαι, νεύρων τε καὶ ὀστέων παραλήψεις, οὐκ αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς δραστικαί τινές εἰσι, στοιχείωσις δέ ἐστι τῆς τῶν δαιμόνων μοχθηρίας, οἳ πρὸς ἅπερ [3] ἕκαστον αὐτῶν ἰσχύει, ὡρίκασιν. ἐπεὶ δ' ἂν παρειλημμένην ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων θεάσωνται τὴν δι' αὐτῶν ὑπηρεσίαν, B [4] ἐπιλαμβάνοντες, σφίσιν αὐτοῖς δουλεύειν τοὺς ἀνθρώπους ἀπεργάζονται. πῶς δ' ἂν ἀγαθὸν μοιχείαις ὑπηρετεῖν; πῶς δὲ καὶ σπουδαῖον πρὸς τὸ μισεῖν τινας [5] παρόντας βοηθεῖν; ἢ πῶς ὕλῃ καλὸν [6] προσυνάπτειν τὴν εἰς τοὺς μεμηνότας βοήθειαν, καὶ μὴ τῷ Θεῷ; τέχνῃ γὰρ τῆς θεοσεβείας τοὺς ἀνθρώπους παρατρέπουσιν, [7] πόαις αὐτοὺς καὶ ῥίζαις πείθεσθαι παρασκευάζοντες. ὁ δὲ Θεὸς εἴπερ αὐτὰ πρὸς τὸ ποιεῖν, ἅπερ οἱ ἄνθρωποι βούλονται, κατεσκευάκει, πονηρῶν ἂν ἦν πραγμάτων δημιουργός. ἐπεὶ αὐτὸς μὲν, πᾶν τὸ εὖ πως ἔχον ἐδημιούργησεν· ἡ δὲ τῶν δαιμόνων ἀσωτία, τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ πρὸς τὸ κακοποιεῖν ἐχρήσατο, καὶ τούτων ἐστὶ τῆς κακίας εἶδος, καὶ οὐχὶ [8] τοῦ τελείου. πῶς C γὰρ ζῶν μὲν ἥκιστα μοχθηρὸς εἴην, νεκροῦ δὲ ὄντος μου, λείψανον τὸ ἐν ἐμοὶ, μηδὲν ἐμοῦ πράττοντος, τὸ μήτε κινούμενον, ἀλλὰ μήτε αἰσθανόμενον, αἰσθητόν τι ἀπεργάσεται; πῶς δὲ ὁ τεθνεὼς [9] οἰκτίστῳ θανάτῳ, δυνήσεται πρὸς τιμωρίαν τινὸς ἐξυπηρετῆσαι; τοῦτο γὰρ εἰ οὕτως εἴη, πολλῷ μᾶλλον ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν οἰκεῖον ἐχθρὸν ἀμύνηται· δυνάμενος γὰρ καὶ ἄλλοις βοηθεῖν, ἔκδικος πολλῷ μᾶλλον ἑαυτοῦ καταστήσεται.

Φαρμακεία δὲ καὶ πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ εἶδος, τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐπιτεχνήσεως. εἰ γάρ τις ὑπὸ τῆς ὕλης θεραπεύεται, πιστεύων αὐτῇ, θεραπευθήσεται μᾶλλον αὐτὸς δυνάμει Θεοῦ προσανέχων. ὥσπερ γὰρ τὰ δηλητήρια συνθέσεις εἰσὶν ὑλικαί· τὸν αὐτὸν τρό-

A mones ventitant: & qui ægrotat & qui amare se dicit, & qui odit & qui ulcisci cupit, hos capiunt adjutores. Modus autem eorum machinationis sic se habet. Quemadmodum enim litterarum figuræ, & versus qui ex eis constant, non possunt per se ipsa id quod cogitatur & componitur, demonstrare, sed sibi homines signa cogitationum instituerunt, ex certa eorum constructione id percipientes, cujus significandi causa etiam litterarum ordo institutus est; similiter nec radicum varietates, nec nervorum & ossium appositiones per se ipsa quidquam efficiunt, sed sunt dæmonum improbitatis elementum, qui ad quid valeret unumquodque illorum definierunt. Ubi B autem vident consentire homines, ut sibi per eas res ministretur; tunc supervenientes efficiunt, ut sibi homines serviant. Quomodo enim honestum sit adulteriis ministrare; aut præclarum auxilio adesse nonnullis ut oderint; aut materiæ decorum adtribuere furentium curationem, ac non Deo? Arte enim a Dei cultu homines avertunt, dum eos adducunt, ut herbis & radicibus fidem habeant. Deus autem, si hæc ad id efficiendum creasset, quod hominibus libet; malarum sane rerum opifex esset. Verum ipse omnia bene se habentia creavit; sed dæmonum intemperantia iis quæ in mundo sunt, ad male agendum abusa est: eorumque est nequitiæ species, C non perfecti Dei. Quo enim pacto vivus ego minime sim malus: mei autem mortui, nihil agente me, reliquiæ quæ non moventur, immo nec sentiunt, aliquid quod sentiatur efficiant? Et qui morte miserrima mortuus est, quomodo poterit ad alterius ultionem operam navare? Hoc enim si ita esset, multo magis a se ipso proprium inimicum propulsaret: nam qui opem etiam aliis ferre potest, multo magis sui ipsius ultor erit.

XVIII. Medicandi autem ratio & quidquid ea continetur, ejusdem est artificii. Nam si quis materia curatur ei confidens, multo magis curabitur si ad virtutem Dei confugiat. Quemadmodum enim ea quæ nocent, compositiones sunt mate-

1. Τρόπος.] Edit. Tigur. τύπος.

2. Ποικιλίαι ... παραλήψεις.] Sic codices tres mss. & Tigur. & Front. Aliæ edit. ποικίλαι ... παράληψις. Mox melius forte δραστικαί τινες.

3. Ἕκαστον αὐτῶν.] Anglic. & Tigur. ἕκαστος & ad marg. ἕκαστον. Ibidem legitur ἰσχύειν in codicibus Regiis & Anglicano & editione Tigurina quæ ad marginem habet ἰσχύει. Dæmones definivisse dicit ad quid res ejusmodi valerent; id est, quid per radicum varietates & ossium appositiones ipsi perficerent, & quos in usus ista adhiberent, ad fucum hominibus faciendum. Fatetur quidem Tatianus num. 16. interdum habitum corporis nostri a dæmonibus concuti: at negat eos sanare, sed prorsus illudere numero 18.

4. Ἐπιλαμβάνοντες] Reg. 1. λαμβάνοντες. Secundus cum Angl. & Tigur. ὑπολαμβάνοντες. Legitur in 1. Reg. ὑπὸ supra lineam.

5. Παρόντας.] Reg. 2. παριέντας.


6. Προσυνάπτειν.] Fronto Ducæus legit προσανάπτειν. Editor Anglus citat Gatakerum qui in Annotationibus in M. Antoninum p. 107. legendum monet προσσυνάπτειν.

7. Πόαις.] Sic Regii codices & Tigurina editio. Aliæ habent ποίαις. Non legitimum herbarum usum damnat Tatianus, nec medicinam dæmonibus acceptam refert; sed in superstitiosas radicum & ossium appositiones invehitur. *Aliud est enim*, inquit Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana n. 45. *dicere: Tritam herbam si biberis, venter non dolebit; & aliud est dicere: Istam herbam collo si suspenderis, venter non dolebit. Ibi enim probatur contemperatio salubris, heic significatio superstitiosa damnatur.* Christianos accusabat Celsus quod lustrationes & incantationes docerent & varia in numeris, lapidibus, plantis & radicibus amuleta. Sed hanc criminationem spernit Origenes, ut nulla prorsus veri similitudine coloratam, lib. 6. cont. Cels. p. 301.

8. Τοῦ τελείου.] Sic Regii codices & Anglic. Editi τοῦ Θεοῦ τελείου. Tigur. τοῦ Θεοῦ τοῦ τελείου.

9. Οἰκτίστῳ θανάτῳ.] Ut intelligatur Tatiani sententia, observandum est antiquos existimasse animas hominum violenter mortuorum multo plus posse in magicis operationibus, quam eorum qui sicca & matura morte obierunt. *Invocantur quidam*, inquit Tertullianus lib. de anima cap. 57. *ahori & biæothanati sub illo fidei argumento, quod credibile videatur eas potissimum animas ad vim & injuriam facere, quas per vim & injuriam sævus & immaturus finis extorsit, quasi ad vicem offensæ.* Ex his emendari possunt quæ paullo post sequuntur. *Hanc quoque fallaciam*, inquit, *spiritus nequam sub personis defunctorum delitescentis, nisi fallor, etiam rebus probamus, cum in exorcismis interdum aliquem se ex parentibus hominem sui* (Rigalt. *suis*) *affirmat, interdum gladiatorem, vel bestiarium, sicut & alibi Deum, nihil magis curans quam hoc ipsum excludere quod prædicamus, ne facile credamus animas universas ad inferos redigi, ut & judicii & resurrectionis fidem turbet.* Legendum videtur, *aliquem se ex patientibus hominem fuisse affirmat*. Hinc forte Celsus apud Origenem l. 7. p. 567. quasi Christiani ejusmodi commenta in Christo colendo sequerentur, satius eos facturos ait, si pro Christo Herculem aut Æsculapium, aut Orpheum καὶ αὐτὸν βιαίως ἀποθανόντα, *qui & ipse violenta morte sublatus est*, aut Anaxarchum aut Epictetum colant. Hanc de ejusmodi animabus opinionem illud etiam confirmabat, quod eas ad ipsum sepulcrum detineri crederent. Hinc Tertullianus ibidem: *Aut optimum est heic retineri secundum ahoros, aut pessimum secundum biæothanatos.* Porphyrius lib. 2. de abstinentia animalium p. 212. καὶ τῶν ἀνθρώπων αἱ ψυχαὶ τῶν βίᾳ ἀποθανόντων κατέχονται πρὸς τῷ σώματι: *Hominum quibus vi erepta vita est, animæ ad ipsum corpus detinentur.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.



που καὶ τὰ ἰώμενα τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως ἐστίν. A [1] εἰ δὲ τὴν [2] φαυλοτέραν ὕλην παραιτέμεθα· [3] πολλάκις καὶ διὰ τῆς ἐφ᾽ ἕτερον [4] τῶν κακῶν τινος ἐπιπλοκῆς ἰᾶσθαί τινες ἐπιτηδεύουσι, καὶ τοῖς κακοῖς ἂν πρὸς τὸ ἀγαθὸν καταχρήσονται. καθάπερ [5] δὲ τῷ λῃστεύοντι συνδειπνήσας, κἂν μὴ λῃστὴς αὐτὸς ᾖ, ἀλλ᾽ ὅμως διὰ τὸ συνεστιαθῆναι τιμωρίας μεταλαμβάνει· τρόπῳ τῷ αὐτῷ [6] καὶ ὁ μὴ κακὸς, τῷ δὲ φαύλῳ ἀναμιγεὶς, πρὸς τὸ νομιζόμενον [7] καλὸν συγχρησάμενος, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν κοινωνίαν ὑπὸ [8] τοῦ κρίνοντος Θεοῦ κολασθήσεται. διὰ τί γὰρ ὁ πιστεύων ὕλης οἰκονομίᾳ, πιστεύειν οὐ βούλεται τῷ Θεῷ; τίνος δὲ χάριν οὐ τῷ δυνατωτέρῳ προσέρχῃ δεσπότῃ, [9] θεραπεύεις δὲ μᾶλλον αὐτὸν, ὥσπερ ὁ μὲν κύων διὰ πόας, ὁ δὲ ἔλαφος δι᾽ ἐχίδνης, ὁ δὲ σῦς διὰ τῶν B ἐν ποταμοῖς καρκίνων, ὁ δὲ λέων διὰ τῶν πιθήκων; τί δέ μοι θεοποιεῖς τὰ ἐν κόσμῳ; τί δὲ θεραπεύων τὸν πλησίον εὐεργέτης ἀποκαλῇ; λόγου δυνάμει [10] κατακολούθησον. οὐ θεραπεύουσι δαίμονες, τέχνῃ δὲ τοὺς ἀνθρώπους αἰχμαλωτεύουσι· καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν ἐοικέναι τοὺς προειρημένους [11] λῃσταῖς. ὥσπερ γὰρ ἐκείνοις ἔθος ἐστὶ ζωγρεῖν τινας, εἶτα τοὺς αὐτοὺς [12] μισθοῦ τοῖς οἰκείοις ἀποκαθιστᾶν· οὕτω καὶ οἱ νομιζόμενοι θεοὶ τοῖς τινων ἐπιφοιτῶντες μέλεσιν, ἔπειτα δι᾽ ὀνείρων τὴν εἰς αὐτοὺς πραγματευόμενοι δόξαν, δημοσίᾳ τε τοὺς τοιούτους προϊέναι κελεύσαντες, πάντων ὁρώντων, ἐπειδὰν τῶν ἐγκοσμίων ἀπολαύσωσιν, ἀποπτάμενοι τῶν καμνόντων, ἣν ἐπραγματεύσαντο νόσον περιγράφοντες, τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστῶσιν. C

Ὑμεῖς δὲ τούτων οὐκ ἔχοντες τὴν κατάληψιν, παρ᾽ ἡμῶν τῶν εἰδότων ἐκπαιδεύεσθε. λέγοντες θανάτου καταφρονεῖν, [a] καὶ τὴν αὐτάρκειαν ἀσκεῖν (οἱ γὰρ παρ᾽ ὑμῖν φιλόσοφοι τοσοῦτον [13] ἀποδέουσι τῆς ἀσκήσεως, ὥστε παρὰ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως [14] ἐτησίους

riales; sic & quæ sanant ejusdem sunt naturæ. Quod si deteriorem materiam recusamus; sæpe nonnulli etiam per malæ alicujus rei cum alia conjunctionem mederi conantur, & malis ad bonum abutuntur. Sed quemadmodum is qui cum latrone cœnavit, etiamsi ipse non sit latro, quia tamen convivatus est, pœnæ fit particeps: sic qui minime malus est, sed cum eo quod malum est, implicatur, eoque ad opinatum bonum utitur, propter commercium quod cum eo habuit, a Deo judice condemnabitur. Cur enim qui materiæ dispositioni credit, Deo non vult credere? Aut quam ob causam ad potentiorem dominum non accedis, sed potius ipse tibi mederis; ut canis gramine, cervus vipera, sus cancris fluvialibus, leo simiis? Cur iis quæ in mundo sunt, divinitatem tribuis? Cur proximum sanans, beneficus vocaris? Verbi potentiam sequere. Non sanant dæmones, sed arte homines capiunt & in servitutem redigunt. Ac recte admirandus ille in primis Justinus eos latronibus similes esse declaravit. Quemadmodum enim nonnullos isti vivos capere solent, ac deinde suis eos pretio restituere; sic & qui existimantur dii, postquam nonnullorum corporibus obrepsere, ac deinde opinionem præsentiæ suæ per somnia fecere, in publicum eos prodire jubent, ac omnibus spectantibus, cum rebus mundanis potiti fuerint, ab ægris avolant, & morbo quem inflixerant deleto, hominem pristinæ valetudini restituunt.

XIX. Ceterum vos qui hæc non perspicitis, a nobis qui perspicimus, discite. Qui mortem a vobis contemni & animum nihil extra se quærentem exerceri dicitis, (Vestri enim philosophi tantum absunt ab hoc studio, ut quotannis non-

1. Εἰ δὲ .... παραιτέμεθα.] Locum corruptissimum sic emendavi ope Regii primi. Habent enim alii codices cum Tigurina editione εἰ δὲ .... παραιτέμενα. Reg. 2. ad marg. παραιτέμενοι. Aliæ editiones οἱ δὲ .... παραιτέμενοι. Legendum conjicit editor Anglus ὑποστάσεώς ἐστιν εἴδη ... παραιτέμενα.

2. Φαυλοτέραν ὕλην.] Videtur Tatianus materiam deteriorem intelligere, non eam cujus naturæ aliquid insit vitii; (nihil enim non creatum a Deo, nihil non bonum esse paullo antea monebat) sed eam quæ cum sua sponte nihil afferat ad morbi curationem, sine superstitione ac magicæ operationis crimine ad morbos curandos adhiberi non potest. Quia autem sæpe fiebat, ut ejusmodi res ad dissimulandum & occultandum scelus, cum aliis rebus sua sponte ad ægros levandos utilibus conjungerentur; ne sic quidem magicæ operationis crimen evitari pronuntiat. Sic Augustinus in libro 2. de doctrina Christiana n. 30. fucatum ejusmodi magicæ operationis genus condemnat ac remedia, *quæ mitiore nomine physica vocant, ut quasi non superstitione implicare sed natura prodesse videantur*. Sic loquitur n. 45. *Quamquam ubi præcantationes & invocationes & characteres non sunt, plerumque dubium est utrum res quæ alligatur, aut quoquo modo adjungitur sanando corpori, vi naturæ valeat, quod libere adhibendum est; an significativa quadam obligatione proveniat, quod tanto prudentius oportet cavere Christianum, quanto efficacius prodesse videbitur.*

3. Πολλάκις καὶ .... ἐφ᾽ ἕτερον.] Sic Reg. 1. & Anglic. Editi, πολλάκις γὰρ διὰ τῆς ὑφ᾽ ἕτερον.

4. Τῶν κακῶν .... τοῖς κακοῖς.] Sic codices mss. & Tigur. & Fronto Ducæus. Aliæ editiones τῶν καλῶν ..... τοῖς καλοῖς.

5. Τῷ λῃστεύοντι.] Fronto Ducæus ὁ τῷ λῃστεύοντι.

6. Καὶ ὁ μή.] Deest καὶ in utroque Regio.

7. Καλόν.] Sic Fronto Ducæus & codex Joannis Frisii. Reg. uterque πρὸς τὸν νομιζόμενον κακόν.

8. Τοῦ κρίνοντος.] Editi addunt τοῦτον, quod multo melius abest a Reg. 1. & Angl. Nam superiora verba, τῷ δὲ φαύλῳ ἀναμιγεὶς, non significant conjunctionem cum hominibus malis, sed cum rebus; eamque Tatianus vitiosam esse demonstrat, exemplo petito ex ipsa cum hominibus malis conjunctione. Inde patet, expungendum esse τοῦτον, ac paullo ante legendum εἰς αὐτό.

9. Θεραπεύεις ... αὐτόν.] Fronto Ducæus σεαυτόν. Gesnerus legendum conjicit σαυτόν. Non legitimum, ut jam dixi, medicinæ usum vituperat Tatianus, sed postquam incantationes notavit, nunc illud etiam præscribit ut medicinæ non fidamus, quasi ipsa in se aliud præter materiales compositiones habeat, sed utilitatem quam ex ea percipimus, ad Deum referamus. Basilius in ultima longiorum Regularum pluribus demonstrat sic medicina utendum esse, ut morborum levatio non huic arti, sed Deo accepta referatur.

10. Κατακολούθησον.] Ita Reg. 1. melius quam editi κατακολουθεὶς, aut Reg. 2. κατακολουθεῖς. Fronto Ducæus κατακολουθήσας. Sic etiam in margine editio Tigurina. Ibidem quod legebatur in editis ἀποκαλεῖ, emendatum ope codicum mss.

11. Λῃσταῖς.] S. Joannes Chrysostomus Orat. 1. in Judæos dicit de dæmonibus: *Insidiari sciunt ac nocere, non mederi*: sed tamen etiamsi Deo permittente *aliquando medeantur, quemadmodum homines*, nimirum adhibitis medicamentis; in hoc comparat eos cum latronibus, *qui pueris interdum bellaria, placentas, astragalos porrigunt, quibus inescatos libertate ac vita ipsa privant*. Vid. Athenag. Apol. n.23. & 27.

12. Μισθοῦ.] Sic mss. codices & Tigurin. Aliæ editiones μισθῷ.

13. Ἀποδέουσι.] Sic Reg. secundus, licet supra lineam. Editi ἀποδέουσι.

14. Ἐτησίους χρυσοῦς.] Lucianus in Eunucho non longe a primordio sic loquitur: *συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις, οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω καὶ Πλατωνικοῖς καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν. ἔδει δὲ ἀποθανόντος αὐτῶν τινος ἄλλον ἀντικαθίστασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. καὶ τὰ ἆθλα, οὐ βοείη τις ἦν κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ᾽ ἱερεῖον, ἀλλὰ μύριαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐφ᾽ ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. Scis, Pamphile, salarium, idque non exiguum, ab Imperatore constitutum fuisse singulis generibus philosophorum, puta Stoicis, Platonicis, Epicureis & Peripateticis, unicuique sectæ præmium æquale. Ceterum demortuo ex his quopiam, alius in ejus locum subrogandus, optimatum calculis probatus. Præmium autem non pellis bubula, juxta Poetam, neque porcellus, sed in singulos annos decem millia nummorum, quos accipiunt ut doceant juventutem.*

a Καὶ τὴν αὐτάρκειαν ἀσκεῖν.] Hæc verba sic reddenda: *& frugalitatem exerceri*. Hanc frugalitatem Tatianus sic exprimit n. 11. πένης δὲ καὶ ὁ μετριώτατος τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν ἱέμενος ἀμαριστέρον περιγίνεται. MARANUS in [illegible] p.6

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.

A χρυσοῦς ἑξακοσίους λαμβάνειν τινὰς εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ὅπως μηδὲ τὸ γένειον δωρεὰν καθειμένον αὐτῶν ἔχωσι. Κρέσκης οὖν ἐννεοττεύσας [1] τῇ μεγάλῃ πόλει [a], παιδεραστείᾳ μὲν πάντας ὑπερῄνεγκεν, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν. θανάτου δὲ [2] ὁ καταφρονῶν, οὕτως αὐτὸν ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, καθάπερ [3] καὶ ἐμὲ, ὡς κακῷ τῷ θανάτῳ [4] περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι· διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν, λίχνους καὶ ἀπατεῶνας τοὺς φιλοσόφους [5] συνήλεγχεν· τίνας δὲ ἂν καὶ διῶξαι τῶν φιλοσόφων, εἰ μὴ [6] μόνους ἡμᾶς εἰώθει;) εἰ φατὲ μὴ δεῖν δεδιέναι τὸν θάνατον, κοινωνοῦντες ἡμῶν τοῖς δόγμασι, μὴ διὰ τὴν ἀνθρωπίνην [7] δοξομανίαν, ὡς Ἀνάξαρχος, ἀποθνήσκετε· χάριν δὲ [8] τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, τοῦ θανάτου καταφρονηταὶ γένεσθε. B κόσμου μὲν γὰρ ἡ κατασκευὴ, καλή· τὸ δὲ ἐν αὐτῷ πολίτευμα, φαῦλον· καὶ καθάπερ ἐν πανηγύρει θεατροκοπουμένους ἔνεστιν ἰδεῖν, τοὺς οὐκ εἰδότας τὸν Θεόν. τί γάρ ἐστι μαντική; τί δὲ ὑπ' αὐτῆς πεπλάνησθε; τῶν ἐν κόσμῳ πλεονεξιῶν ἐστί σοι διάκονος. πολεμεῖν θέλεις, καὶ τὸν Ἀπόλλω σύμβουλον τῶν φόνων λαμβάνεις. κόρην ἁρπάσαι θέλεις, καὶ τὸ δαιμόνιόν σοι συναγωνίσασθαι προαιρῇ. νοσεῖς διὰ σεαυτὸν, καὶ ὥσπερ Ἀγαμέμνων δέκα συμφράδμονας, εἶναι θέλεις μετὰ σεαυτοῦ θεούς. [9] πιοῦσά τις ὕδωρ μαίνεται, καὶ [10] διὰ λιβάνων ἔκφρων γίνεται, καὶ σὺ τὴν τοιαύτην μαντεύεσθαι λέγεις. προγνώστης ὑπῆρχεν ὁ Ἀπόλλων, καὶ τῶν μαντευομένων διδάσκαλος· ἐπὶ τῆς Δάφνης ἑαυτὸν C ἐψεύσατο. δρῦς, εἰπέ μοι, μαντεύεται, καὶ πάλιν ὄρνιθες προαγορεύουσι; σὺ δὲ τῶν ζώων καὶ φυτῶν ἐλάττων ὑπάρχεις; καλὸν ἄρα σοι γενέσθαι [11] ξύλῳ μαντικῷ, καὶ τῶν ἀεροφοίτων τὴν πτῆσιν λαμβάνειν. ὁ ποιῶν σε φιλάργυρον, οὗτος καὶ περὶ τοῦ πλουτεῖν σοι μαντεύεται. στάσεις καὶ μάχας ὁ

A nulli a Romanorum rege sexcentos aureos accipiant, nullam ad rem utilem, sed ne gratis barbam promissam gerant. Crescens quidem ille qui in magna urbe nidum posuerat, puerorum amore superabat omnes, & omnino pecuniæ studio attentus erat. Iste autem mortis contemtor ita mortem metuebat, ut eam Justino, non secus ac mihi, veluti malum aliquod, machinationibus inferre conatus sit; quia veritatem prædicans, gulæ & fraudis philosophos arguebat. Quosnam autem philosophorum, nisi nos solos insectari solebat?) si mortem metuendam non esse dicitis, decretis nostris consentientes; ne mortem, ut Anaxarchus, propter insanum hominum B laudis amorem appetatis; sed propter Dei cognitionem, contemtores mortis efficiamini. Mundi enim constructio præclara quidem, sed prava in eo vivendi ratio; ac videre est eos qui Deum ignorant, tamquam in solemni conventu admiratione & plausu excipi. Quid enim est divinatio? cur ab ea decipimini? Ministra est tibi vigentium in mundo cupiditatum. Vis bellum gerere, & Apollinem consiliarium cædium capis. Vis rapere virginem, & dæmonem tibi optas auxilio venire. Ægrotas per te ipse, & ut Agamemnon decem consiliarios, ita deos tibi cupis adesse. Quædam furit aqua pota, & adhibito thure amens fit: hanc tu vaticinari dicis. C Præscius erat futurorum Apollo & vaticinantium magister: se ipse in Daphne frustratus est. Quercus, dic mihi, divinat, rursumque aves futura prænuntiant? Tu vero animalibus & plantis ignobilior es? Præclarum igitur tibi erat fieri lignum præsagum, & avium volatum sumere. Qui te facit avarum, idem & de re facienda vaticinatur:

1. *Τῇ μεγάλῃ πόλει.*] Gesnerus ac ipse etiam Fronto Ducæus Megalopolim a Tatiano designari arbitrati sunt. Melius Rufinus & Christophorsonus *magnam civitatem* interpretantur in Hist. Eccles. Eusebii, qui hunc Tatiani locum citat lib. 4. cap. 16. Romam ita appellari a Tatiano perspicuum est, tum ex minore Justini Apologia, tum hoc ipso ex loco, ubi in Justinum quem Romæ passum esse constat, Crescentis insidias commemorat Tatianus. Eodem modo Romam designat Porphyrius lib. 2. de Abstin. Animal. p. 226. ubi sic loquitur: *ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον; Sed etiam nunc quis nescit in magna urbe die festo Jovis Latiarii hominem mactari?* Sic etiam Roma appellatur apud Theodoret. in epistola Concilii Constantinopolitani, addito tamen Romæ proprio nomine. Interdum id nomen defertur aliis urbibus, ut Alexandriæ apud Evagrium lib. 2. cap. 4. Thebis apud Synesium de Provid. p. 94. Constantinopoli in epistola modo citata & apud S. Joannem Chrysost. Or. 17. ad Antioch. & in epist. Attici ad Cyrillum, & apud Pallad. Vit. S. Chrysost. p. 85. & Photium Nomocan. cap. 2. tit. 8.

2. *Ο καταφρονῶν.*] Legitur *ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων οὕτως αὐτὸς ἐδεδίει τὸν θάνατον* apud Euseb. Histor. lib. 4. cap. 16.

3. *Καὶ ἐμὲ, ὡς κακῷ.*] Legendum *ὡς κακῷ* jamdudum monuere interpretes Tatiani. Codex Joan. Fris. *οἷον κακῷ*. Sic habet Eusebius *ὡς καὶ Ἰουστῖνον καθάπερ μεγάλῳ κακῷ, τῷ θανάτῳ*. Videtur Eusebius de industria illud, *καὶ ἐμὲ* omisisse, quia nihil conducebat illius proposito. Probat enim ex hoc testimonio Justinum insidiis a Crescente structis occisum fuisse: quod idem Tatiano non evenit. Sed tamen retinendas esse has voces non solum ex codicum mss. consensu declaratur; sed etiam ex his quæ sequuntur: *Quosnam autem philosophorum, nisi nos solos, insectari solebat?* Fuit ergo periculorum Justini socius Tatianus, quamvis mortem magno suo malo tunc effugerit.

4. *Περιβαλεῖν.*] Angl. *περιλαβεῖν*.

5. *Συνήλεγχεν.*] Euseb. *ἐξήλεγχεν*. Nicephorus & codices Colbertini Eusebii cum uno ex Regiis perantiquo habent ut Tatianus.

6. *Μόνους.*] Ita mss. codices & Fronto Ducæus. Aliæ editiones *νόμους*.

7. *Δοξομανίαν.*] Jam antea emendavimus vulgatam lectionem *δοξημανίαν*, quæ cum iterum heic occurreret, visa est emendanda, quamvis in codicibus mss. & editis exstet, excepto cod. Angl. & edit. Front. Ducæi.

8. *Τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως.*] Horum verborum non is videtur esse sensus, ut mortem Dei cognitionis comparandæ causa spernamus, sed ut eam pro fide libenter oppetamus. Dei enim cognitio idem interdum sonat apud Tatianum ac fides quæ per caritatem operatur. Anima Dei cognitione instructa num. 13. idem est ac anima quæ Spiritum sanctum accepit.

9. *Πιοῦσά τις ὕδωρ.*] Lucianus in Bis Accusato peracute ridet laboriosam artem Apollinis, *cui nunc Delphis esse necesse est; paullo post Colophonem cursu petit: inde & Xanthum transit: postea Clarum currendo contendit: deinde Delum aut Branchidas: denique quocumque vates sacrum laticem pota, manducata lauro & concusso tripode venire jubet. καὶ ὅλως ἔνθα ἂν ἡ πρόμαντις πιοῦσα τοῦ ἱεροῦ νάματος καὶ μασησαμένη δάφνης καὶ τὸν τρίποδα διασεισαμένη κελεύῃ παρεῖναι.* Narrat Cornelius Tacitus ad annum 771. apud Clarium Apollinem, non feminam ut apud Delphos, *sed certis e familiis & ferme Mileto* accitum sacerdotem, *hausta fontis arcani aqua edere responsa versibus*. Vid. Greg. Nyss. contra Fatum, Vit. Apollonii lib. 7. Porphyrium in epistola ad Anebonem, ubi videtur a Luciano dissentire. Nam Clarium quidem sacerdotem ait epota aqua in exstasim rapi; at Pythiæ id evenire, dum insidet cuidam orificio: in Branchidis autem prophetissam id assequi, dum vaporibus ex aqua manantibus perfunditur.

10. *Διὰ λιβάνων.*] Legimus apud Dionem Cassium pag. 42. exstitisse Apolloniæ oraculum quoddam, ubi ex thure in ignem injecto futura prænoscebantur. Ejusmodi oraculis operam videntur dedisse, qui a Cyrillo Alex. 6. in Jul. p. 198. vocantur *ἐμπυρομάντεις*.

11. *Ξύλῳ μαντικῷ.*] S. Hieronymus in illud Osee IV. *Populus meus in ligno suo interrogavit & baculus ejus annuntiavit ei*, sic loquitur; *Propheta quasi stupens & mirabundus eloquitur: Populus meus, qui quondam meo vocabatur nomine, lignum interrogavit & virgas: quod genus divinationis Græci ῥαβδομαντείαν vocant. Unde in Ezechiele legimus* (c. 25.) *quod virgas suas miscuerit Nabuchodonosor contra Ammon & Jerusalem, & exierit virga contra Jerusalem*. Vid. Cyrill. Alexand. in eumdem Osee locum.

a *Τῇ μεγάλῃ πόλει*] Vide mox infra, num. XXIX.

ἐγείρων, καὶ περὶ τῆς ἐν πολέμῳ νίκης προαγορεύει. A τῶν παθῶν ἂν ὑπάρχῃς [1] ἀνώτερος, τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πάντων καταφρονήσεις. τοιούτους ἡμᾶς ὄντας μὴ ἀποστυγήσητε, ἀλλὰ παραιτησάμενοι τοὺς δαίμονας, Θεῷ τῷ μόνῳ κατακολουθήσατε. πάντα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ χωρὶς αὐτοῦ γέγονεν οὐδὲ ἕν. εἰ δέ ἐστιν ἐν τοῖς φυομένοις καὶ δηλητήριον, τοῦτο διὰ τὸ ἐνάμαρτον ἡμῶν ἐπισυμβέβηκεν. ἔχω δεικνύειν τὴν τούτων εἰκόνα, [2] μόνον ὑμεῖς κατακούσατε, καὶ ὁ πιστεύων ἐπιγνώσεται.

qui seditiones & pugnas excitat, idem & de belli victoria prædicit. Si perturbationes animi viceris, omnia quæ in mundo sunt contemnes. Cum tales simus, nolite nos odio prosequi; sed dæmonibus rejectis, solum Deum sectamini: [a] *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Si quid autem veneni est in his quæ nascuntur, id propter peccatum nostrum supervenit. Horum imaginem demonstrare licet; tantum vos auscultate, & qui credit intelliget.

Κἂν θεραπεύησθε φαρμάκοις, κατὰ συγγνώμην ἐπιτρέπω σοι, τὴν μαρτυρίαν [3] προσάπτειν σὲ δεῖ τῷ Θεῷ. κόσμος γὰρ ἡμᾶς [4] ἔτι καθέλκει, καὶ δι' ἀτονίαν τὴν ὕλην ἐπιζητῶ. πτέρωσις γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς B τὸ πνεῦμα τὸ τέλειον, ὅπερ ἀποῤῥίψασα διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἔπτη ὥσπερ νεοσσὸς, καὶ χαμαιπετὴς ἐγένετο. μεταβᾶσα δὲ τῆς οὐρανίου συνουσίας, τῶν ἐλαττόνων μετουσίαν ἐπεπόθησεν. [5] μετῳκίσθησαν οἱ δαίμονες, ἐξωρίσθησαν οἱ πρωτόπλαστοι, καὶ οἱ μὲν ἀπ' οὐρανοῦ κατεβλήθησαν· οἱ δὲ ἀπὸ γῆς μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐκ ταύτης, κρείττονος δὲ τῆς ἐνταυθοῖ διακοσμήσεως. καὶ χρὴ λοιπὸν ἡμᾶς ἐπιποθήσαντας τὸ ἀρχαῖον, παραιτήσασθαι πᾶν τὸ ἐμποδὼν γινόμενον. οὐκ ἔστι γὰρ ἄπειρος ὁ οὐρανὸς, ὦ ἄνθρωπε, πεπερασμένος δὲ, καὶ ἐπὶ πέρματι. [6] τὰ δὲ ὑπὲρ τοῦτον, αἰῶνες οἱ κρείττονες, οὐ μεταβολὴν ὡρῶν ἔχοντες, δι' ὧν ποικίλαι νόσοι καθίστανται· πάσης δὲ εὐκρασίας μετειληφότες, ἡμέραν ἔχουσι διαμένουσαν, καὶ φέγγος τοῖς C ἐντεῦθεν ἀνθρώποις ἀπρόσιτον. οἱ μὲν οὖν τὰς γεωγραφίας ἐκπονέσαντες, μέχρις ἦν δυνατὸν ἀνθρώπῳ, τῶν χωρίων τὴν ἀναγραφὴν ἐποιήσαντο· τὰ δὲ ἐπέκεινα λέγειν οὐκ ἔχοντες διὰ τὸ ἀδύνατον τῆς θεωρίας, [7] ἀμπώτεις ᾐτιάσαντο, καὶ θαλασσῶν τὴν μὲν πρασώδη, τὴν δὲ πηλώδη· τόπων δὲ, τῶν μὲν τὸ ἔκπυρον, τῶν δὲ τὸ ψυχρὸν καὶ διαπεπηγός. ἡμεῖς δὲ τὰ ὑφ' ὑμῶν ἀγνοούμενα διὰ προφητῶν μεμαθήκαμεν· οἵ τινες ἅμα τῇ ψυχῇ πεπεισμένοι, ὅτι πνεῦμα τὸ οὐράνιον ἐπένδυμα τῆς θνητότητος [8] τὴν ἀθανασίαν κεκτήσεται, τὰ ὅσα μὴ ἐγίνωσκον αἱ λοιπαὶ ψυχαὶ, προὔλεγον. δυνατὸν δὲ παντὶ γυμνητεύοντι, κτήσασθαι τὸ ἐπικόσμημα, καὶ πρὸς τὴν συγγένειαν τὴν ἀρχαίαν ἀναδραμεῖν.

XX. Etiam si te pharmacis cures, quod quidem tibi ad indulgentiam concedo; oportet tamen ut testimonio tuo rem Deo assignes. Trahit enim nos adhuc mundus, & materiam propter imbecillitatem quæro. Alæ enim erant animæ Spiritus sanctus, quem cum peccando projecisset, volavit instar pulli & humi decidit: cælesti autem convictu delapsa, inferiorum commercium appetivit. Transmigrarunt dæmones, primi homines ejecti sunt; ac isti quidem e cælo detrusi, hi autem e terra, non ista quidem, sed hoc rerum ornatu præstantiore. Deinceps oportet, ut antiquæ conditionis desiderio commoti, quidquid obstat removeamus. Non enim infinitum est cælum, o bone, sed finitum, & terminis circumscriptum. Supra illud autem sæcula præstantiora, quæ tempestatum ex quibus varii morbi nascuntur, vicissitudinem nesciunt; sed temperie omni prædita, diem habent perpetuum ac lumen nostris hominibus inaccessum. Qui autem terræ descriptiones elaboraverunt, ii quantum homini fas erat, regiones descripserunt: sed cum non haberent quod de iis quæ ultra sunt, dicerent, propterea quod invisi non possint, maris æstus causati sunt, & quod marium aliud alga, aliud luto plenum sit, & locorum alia torrida, alia frigida & gelu concreta. Nos autem quæ a vobis ignorantur, per prophetas didicimus; qui quidem cum certo tenerent corpus simul cum anima indumentum cæleste mortalitatis immortalitatem adepturum, plurima ceteris animabus abscondita prænuntiabant. Potest autem quisquis nudus est, hoc ornamentum D consequi & ad veterem cognationem redire.

Οὐ γὰρ μωραίνομεν, ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ λήρους ἀπαγγέλλομεν, Θεὸν ἐν ἀνθρώπου μορφῇ γεγονέναι καταγγέλλοντες. οἱ λοιδοροῦντες ἡμᾶς συγκρίνατε τοὺς μύθους ὑμῶν τοῖς ἡμετέροις διηγήμασι. Δηΐφοβος, ὥς φασιν, ἦν ἡ Ἀθηνᾶ διὰ τὸν Ἕκτορα, καὶ χάριν Ἀδμήτου Φοῖβος [9] ἀκειρεκόμης τὰς εἰλίποδας

XXI. Non enim desipimus, o Græci, nec nugas prædicamus, Deum sub hominis forma natum nuntiantes. Qui nobis convicium facitis, fabulas vestras conferte cum nostris narrationibus. Deiphobus erat, ut ferunt, Minerva propter Hectorem, & in gratiam Admeti intonsus Apollo

[a] Joan. I. 3.

1. Ἀνώτερος.] Deest in Reg. 2. ubi ad marg. κρείττων.
2. Μόνον.] Anglicanus codex & edit. Tigur. pro hac voce habent μίαν.
3. Προσάπτειν σὲ δεῖ.] Postremam vocem addidimus ex Regiis codicibus, & Angl. & Tigur.
4. Ἔτι καθέλκει.] Sic Reg. 1. Angl. Fronto Ducæus, & ad marg. edit. Tigurina. Aliæ editiones ἐπικατέλκει.
5. Μετῳκίσθησαν.] Ad marginem Regii primi legitur hoc scholium: κατ' ἐξουσίαν διδασκαλικῶς, οὐκ ἐπιδεικτικῶς ταῦτα.
6. Τὰ δὲ ὑπὲρ τοῦτον.] Nempe οὐρανόν: ex quo patet hac voce non cælum a Tatiano intelligi, ut Valesius existimavit, not. in Euseb. p. 259. sed orbem terrarum. Agit enim heic de Paradiso, quem in terra longe præstantiore, quam hæc nostra est, situm fuisse pronuntiat. Sed cum id difficile ad credendum videri posset; ultra eas regiones quæ nobis cognitæ sunt, alias esse longe meliores contendit, ac testimonio utitur Geographorum, qui, ut observat Ducæus, solebant teste Plutarcho Vit. Thes. ad marginem tabularum annotare, τὰ δὲ ἐπέκεινα θῖνες ἄνυδροι καὶ θηριώδεις, ἢ πηλὸς ἀϊδνὴς, ἢ Σκυθικὸν κρύος, ἢ πέλαγος πεπηγός. Tota ergo Tatiani disputatio hujus orbis terrarum finibus continetur, ac proinde illud τὰ δὲ ὑπὲρ τοῦτον idem valet ac τὰ δὲ ἐπέκεινα, quod paullo post sequitur; ac de regionibus ultra eas quæ nobis cognitæ sunt, repositis accipi debet. Ceterum non soli Tatiano ejusmodi ultra Oceanum regiones placuerunt. Notum enim est omnibus illud S. Clementis in epist. 1. ad Cor. cap. 20. ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέραντος, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι. *Oceanus hominibus impermeabilis, & qui post ipsum sunt mundi*. Vide annotationem Cotelerii in hunc S. Clementis locum. In Platonis testimonio, quod citatur ab Athenagora Apol. num. 14. οὐρανὸς idem sonat ac κόσμος: & cum mundus sæpe orbem terrarum significet, videtur id Tatianum adduxisse, ut οὐρανὸν eodem sensu usurparet. Huc ergo redit tota illius sententia: mundus noster non est infinitus, sed nostræ ignorationi tribuendum, si remotiores illius terminos non deprehendimus. Mox cod. Joan. Fris. ἐν τέρματι.
7. Ἀμπώτεις.] Ita Reg. 1. & Front. Editi ἀμπώτις.
8. Τὴν ἀθανασίαν.] Hæc desunt in codice Anglicano, nec leguntur in Regio 1. nisi ad marginem, ac forte e margine in textum venerunt. Nullus autem dubito quin hoc loco legendum sit, ut in interpretatione expressi σῶμα, non vero πνεῦμα. Non enim Spiritus sanctus, sed corpus cum anima induet immortalitatem.
9. Ἀκειρεκόμης.] Joannis Frisii codex ἀκερσεκόμης.

βοῦς ἐποίμαινε, καὶ πρεσβύτις ἀφικνεῖται πρὸς τὴν Σεμέλην ἡ τοῦ Διὸς γαμετή. τοιαῦτα δὲ μελετῶντες, πῶς ἡμᾶς διαγελᾶτε; τέθνηκεν ὑμῶν ὁ Ἀσκληπιὸς, καὶ ὁ τὰς πεντήκοντα παρθένους μιᾷ νυκτὶ [1] Θεσπιάσι διακορεύσας, βορᾷ πυρὸς ἑαυτὸν παραδοὺς οἴχεται. Προμηθεὺς τῷ Καυκάσῳ προσαρτηθεὶς, τιμωρίαν χάριν τῆς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας ὑπέμεινεν. φθονερὸς ὁ Ζεὺς [2] καθ' ὑμᾶς, καὶ [3] κρύπτει τὸν ὄνειρον τοῖς ἀνθρώποις, βουλόμενος ἀπόλλυσθαι. διόπερ ἀποβλέψαντες [4] πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀπομνημονεύματα, κἂν ὡς ὁμοίως [5] μυθολογοῦντας ἀποδέξασθε. καὶ ἡμεῖς μὲν οὐκ ἀφραίνομεν, φλήναφα δὲ τὰ ὑμέτερα. [a] γένεσιν ἂν λέγητε θεῶν, καὶ θνητοὺς αὐτοὺς ἀποφαίνεσθε. διὰ τί γὰρ οὐ κύει νῦν ἡ Ἥρα; πότερον γεγήρακεν; ἢ τοῦ [6] μηνύσαντος ὑμῖν ἀπορεῖτε; πείσθητέ μοι νῦν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, μηδὲ τοὺς μύθους, μηδὲ τοὺς θεοὺς ὑμῶν ἀλληγορήσητε. κἂν γὰρ τοῦτο πράττειν ἐπιχειρήσητε, θεότης ἡ καθ' ὑμᾶς ἀνῄρηται [7] καὶ ὑφ' ὑμῶν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι παρ' ὑμῖν ὄντες οἱ δαίμονες, ὁποῖοι καὶ λέγονται, φαῦλοι τὸν τρόπον εἰσίν· ἢ μεταγενόμενοι πρὸς τὸ φυσικώτερον, οὐκ εἰσὶν οἷοι καὶ λέγονται. σέβειν δὲ τῶν στοιχείων τὴν ὑπόστασιν, οὔτ' ἂν πεισθείην, οὔτ' ἂν πείσαιμι τὸν πλησίον. καὶ Μητρόδωρος δὲ ὁ Λαμψακηνὸς, ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου λίαν εὐήθως διείλεκται, πάντα εἰς ἀλληγορίαν μετάγων. οὔτε γὰρ Ἥραν, οὔτε Ἀθηνᾶν, οὔτε Δία τοῦτ' εἶναί φησιν, ὅπερ οἱ τοὺς περιβόλους αὐτοῖς καὶ τεμένη καθιδρύσαντες νομίζουσι· φύσεως δὲ ὑποστάσεις, καὶ στοιχείων διακοσμήσεις. καὶ τὸν Ἕκτορα δὲ, καὶ τὸν Ἀχιλλέα δηλαδὴ, καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα, καὶ πάντας ἁπαξαπλῶς Ἕλληνάς τε καὶ βαρβάρους σὺν τῇ Ἑλένῃ καὶ τῷ Πάριδι τῆς αὐτῆς φύσεως ὑπάρχοντας, χάριν οἰκονομίας [8] ἐρεῖτε παρεισῆχθαι, οὐδενὸς ὄντος τῶν προειρημένων ἀνθρώπων. ταῦτα δὲ ἡμεῖς προετείναμεν [9] ὥσπερ ἐπὶ ὑποθέσεως. τὴν γὰρ ἡμετέραν περὶ τοῦ Θεοῦ κατάληψιν οὐδὲ συγκρίνειν ὅσιον [10] τοῖς εἰς ὕλην καὶ βόρβορον κυλινδουμένοις.

A flexipedes boves pascebat: anusque venit ad Semelem Jovis conjux. Qui talia excolitis, quomodo nos irridetis? Obiit Æsculapius vester, & qui quinquaginta virgines una nocte Thespiis violavit, cum se voraci flammæ tradidisset, vitam reliquit. Prometheus Caucaso affixus pœnas ob collatum in homines beneficium persolvit. Juppiter secundum vos invidus est, & somnium hominibus abscondit, eos perire volens. Quapropter propria monumenta intuentes, saltem nos, ut similia fabulantes, approbate. Ac nos quidem non desipimus: vestra autem meræ sunt nugæ. Si generationem deorum memoratis, etiam mortales eos declaratis. Cur enim nunc Juno non prægnat? Utrum B consenuit, an deest qui vobis nuntium afferat? Credite nunc mihi, o Græci, nec fabulas, nec deos vestros ad allegoriam trahite. Nam si id facere tentetis, vestra etiam a vobis numina evertuntur. Vel enim dæmones improbis sunt moribus, si tales sunt quales apud vos dicuntur; vel si transferuntur ad naturam, non ii sunt qui dicuntur. Equidem ad colendam elementorum naturam nec adducar ipse, nec quemquam adduxerim. Metrodorus autem Lampsacenus in libro de Homero stolide prorsus disseruit, omnia ad physiologiam revocans. Nam nec Junonem, nec Minervam, nec Jovem id esse dicit quod existimant, qui ædes illis & templa constituerunt, sed natu- C ræ partes & elementorum dispositiones. Hectorem etiam & Achillem & Agamemnonem, ac omnes omnino Græcos & barbaros cum Helena & Paride, ad eamdem naturam referri dicetis, & artis ac dispensationis causa introductos fuisse, cum prædictorum hominum nullus exstitisset. Atque hæc quidem animi causa protulimus; nostram enim Dei cognitionem ne conferre quidem fas est cum iis, qui in materia & luto volutantur.

Οἷα γάρ ἐστιν ὑμῶν καὶ τὰ διδάγματα; τίς οὐκ ἂν χλευάσει τὰς δημοτελεῖς πανηγύρεις ὑμῶν, αἳ προφάσει πονηρῶν δαιμόνων ἐπιτελούμεναι, εἰς ἀδοξίαν τοὺς ἀνθρώπους περιτρέπουσιν; [11] εἶδόν τινα πολλάκις,

XXII. Quales enim sunt disciplinæ vestræ? Quis non rideat solemnes vestros & publicis peractos sumtibus ludos, qui pravorum dæmonum occasione celebrati, homines in ignominiam impingunt?

1. Θεσπιάσι.] Non immerito castigavit Fronto Ducæus hanc Gesneri interpretationem. *Qui Thespii filias quinquaginta violavit*. Illud enim Θεσπιάσι locum ubi gesta res est, necessario designat. Præterea, ut idem observat Ducæus, Thestii filias hoc stuprum passas esse testantur Pausanias in Bœoticis, Athenæus lib. 13. Clemens in Protrept. Arnobius lib. 4. His adjungi potest Gregorius Naz. Orat. 3. p. 108. Favet tamen Gesneri sententiæ Diodorus Siculus, qui testatur *Thespim Atheniensem Erechthei filium, cum quinquaginta filias ex diversis mulieribus genuisset, easque omnes ex Herculis complexu prolem suscipere vehementer optaret, eum ad solemne quoddam sacrificium invitasse, eidemque magnifice admodum & laute excepto singulas seorsim summisisse. Illum autem cum omnibus una eademque nocte congressum, eorum qui Thespiadæ vocantur patrem effectum esse*. Addit ex his Thespiadis duos Thebis mansisse, septem vero in urbe Thespiarum, δημούχους, fuisse, eorumque posteros perdiu urbis principes fuisse.

2. Καθ' ὑμᾶς.] Sic Regius 1. & edit. Tigurina. Aliæ editiones καθ' ἡμᾶς.

3. Κρύπτει τὸν ὄνειρον.] Frustra auctor Editionis Oxon. ὄνειρον heic poni putat pro ὄνηρον auxiliatorem. Respicit Tatianus ad librum secundum Iliadis, ubi Juppiter dicitur Agamemnoni somnium perniciosum, οὖλον ὄνειρον, misisse, *ut Achillem honore afficeret, ac multos perderet apud naves Achivorum*. Sic somnium jussu Jovis alloquebatur Agamemnonem: Θωρῆξαί σε κέλευσε καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς, πανσυδίῃ· νῦν γάρ κεν ἕλοις πόλιν εὐρυάγυιαν Τρώων. *Armare te jussit comatos Achivos omnibus copiis: nunc enim capies civitatem latos vicos habentem Trojanorum*. Agamemnon cum ambiguam illam vocem πανσυδίῃ minus intelligeret, quæ ut observat Synesius *de Insomn.* p. 149. Achillem & Myrmidonum phalangem complectebatur, stulte delusus est, quasi urbem primo impetu sine Achillis auxilio capturus.

4. Πρὸς τὰ οἰκεῖα.] Reg. 2. & Fris. εἰς τὰ οἰκεῖα.

5. Μυθολογοῦντας.] Fronto Ducæus addit ἡμᾶς.

6. Μηνύσαντος.] Legendum putat H. Stephanus μηνύσοντος.

7. Καὶ ὑφ' ὑμῶν.] Sic Ducæus cui favent Regii codices, nisi quod habent ὑφ' ἡμῶν καὶ ὑφ' ὑμῶν. Aliæ editiones καὶ ὑφ' ἡμῶν. Mox leg. ἢ γὰρ τοιοῦτοι.

8. Ἐρεῖτε.] Ita codex Anglicanus, Tigur. & Ducæus. Alii ἐρεῖ τε, nempe Achillem & omnes Græcos, Hectorem & omnes barbaros, Metrodorus, si secum constet, pariter asseverabit nullos exstitisse. Sed malim, legere ἐρεῖτε. Monitis paullo ante Græcis ne fabulas suas ad physiologiam trahant, nunc demonstrat quid incommodi ex hac rerum explicandarum ratione consequatur. Ibidem codex Joannis Frisii ἐν τῇ ποιήσει παρεισήχθησαν. Mox Reg. 1. τῶν προειρημένων. Deerat articulus in editis.

9. Ὥσπερ ἐπὶ ὑποθέσεως.] Male Gesnerus, *argumento sermonis invitati*. Paullo ante comparaverat res Christianorum cum ethnicorum rebus dicendo: *Propria intuentes monumenta, saltem nos ut similia fabulantes approbate*. Inde adductus est ut Metrodori nugas referret. Ne cui ergo videretur seriam comparationem instituisse inter res adeo dissimiles, declarat se hæc dixisse tamquam ex hypothesi, id est, supponendo; at minime statuendo aut concedendo res christianas cum græcis posse conferri.

10. Τοῖς εἰς ὕλην.] Articulus additus ex cod. Angl. & editione Tigurina.

11. Εἶδόν τινα.] Tatiani editores, & eruditi critici, in his Tillemontius, Crescentem Cynicum, jam antea nota-

a Γένεσιν κ. τ. λ.] Tatianum imitatur Theophilus lib. II. *ad Autolyc.* num. III. Τὸ δὲ νῦν που θεῶν γένεσις δείκνυται; Locum adi sis. Nec pigeat Lactantium inspicere lib. I. *Institut.* cap. XIV. qui alterutrum ex his scriptoribus præ oculis habuisse videtur.

A καὶ ἰδὼν ἐθαύμασα, καὶ μετὰ τὸ θαυμάσαι κατεφρόνησα, πῶς ἔσωθεν μέν ἐστιν ἄλλος, ἔξωθεν δὲ ὅπερ οὐκ ἔστι ψεύδεται, ἁβρυνόμενον σφόδρα, καὶ παντοίως διακλώμενον· καὶ τοῦτο μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς μαρμαρύσσοντα, τοῦτο δὲ τὼ χεῖρε [1] λυγιζόμενον, καὶ [2] διὰ πηλίνης ὄψεως δαιμονῶντα, καὶ ποτὲ μὲν ὡς Ἀφροδίτην, ποτὲ δὲ ὡς Ἀπόλλωνα γινόμενον, [3] ἕνα κατήγορον πάντων τῶν θεῶν, [4] δεισιδαιμονίας ἐπιτομὴν, διάβολον ἡρωϊκῶν πράξεων, φόνων ὑποκριτὴν, μοιχείας ὑπομνηματιστὴν, [5] θησαυρομανίας, κιναίδων παιδευτὴν, [6] καταδικαζομένων ἀφορμὴν, καὶ τὸν τοιοῦτον ὑπὸ πάντων ἐπαινούμενον. ἐγὼ δὲ αὐτὸν παρῃτησάμην πάντα ψευδόμενον, καὶ τὴν ἀθεότητα, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὸν ἄνθρωπον. ὑμεῖς δὲ ὑπὸ τούτων [7] συλαγωγεῖσθε, καὶ τοὺς μὴ κοινωνοῦντας ὑ- B μῶν ταῖς πραγματείαις λοιδορεῖτε. κεχηνέναι πολλῶν ᾀδόντων οὐ θέλω, καὶ τῷ νεύοντι καὶ κινουμένῳ παρὰ φύσιν οὐ βούλομαι συνδιατίθεσθαι. τί θαυμαστὸν, ἢ παρ' ὑμῖν ἐξῃρημένον διαπράττεται; [8] ῥιναυλοῦσι τὰ αἰσχρὰ, κινοῦνται δὲ κινήσεις ἃς οὐκ ἐχρῆν, καὶ τοὺς ὅπως δεῖ μοιχεύειν ἐπὶ τῆς σκηνῆς σοφιστεύοντας αἱ θυγατέρες ὑμῶν καὶ οἱ παῖδες θεωροῦσι. καλὰ [9] παρ' ὑμῖν τὰ ἀκροατήρια, κηρύττονται πάνθ' ἅπερ ἐν νυκτὶ μοχθηρῶς πραγματεύεται, καὶ τέρποντα τοὺς ἀκροατὰς αἰσχρῶν λόγων ἐκφωνήμασι. καλοὶ δέ εἰσιν ὑμῶν καὶ οἱ ποιηταὶ ψευδολόγοι, [10] καὶ διὰ σχημάτων ἐξαπατῶντες τοὺς ἀκροωμένους.

A Vidi sæpenumero quemdam, & cum viderem miratus sum, & postquam miratus sum contemsi; ut qui alius sit intus, foris autem id quod non est mentiatur. Hunc, inquam, vidi luxu valde diffluentem, & mollitie omni fractum, ac modo oculis rutilantem, modo manus huc & illuc versantem & lutoso vultu insanientem, & nunc Veneri, nunc Apollini similem; unum omnium deorum accusatorem, superstitionis compendium, vituperatorem actionum heroicarum, cædium histrionem, adulterii monstratorem & avaritiæ, cynædorum doctorem, occasionem sententiarum capitalium; eumdem tamen ab omnibus laudatum. Ego autem illum omnia mentientem, ejusque impietatem & studia, ac totum de- B nique hominem rejeci. Vos autem capiunt ejusmodi homines: & qui communia vobiscum studia non habent, eos conviciis exagitatis. Hiare nolo multis canentibus: ab eo qui innuit oculis & movetur præter naturam, nolo me in eosdem affectus vocari. Quid mirabile apud vos aut egregium peragitur? Resonante naso turpia loquuntur: moventur indecore: & dum in scena mœchandi artem docent, filii vestri spectant ac filiæ. Præclara apud vos auditoria, quidquid nefarie noctu perpetratur prædicantia, & turpium sermonum declamationibus auditores oblectantia. Laude etiam digni sunt mendaces poetæ vestri, qui etiam per gestus fucum auditoribus faciunt.

Εἶδον ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς σωμασκίας βεβαρημένους, C καὶ φορτίων τῶν ἐν αὐτοῖς κρεῶν [11] περιφέροντας, οἷς ἔπαθλα καὶ στέφανοι πρόκεινται, παρακαλουμένων αὐτοὺς τῶν ἀγωνοθετῶν, οὐκ ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ, ὕβρεως δὲ καὶ στάσεως φιλονεικίᾳ, καὶ τὸν μᾶλλον πλήκτην στεφανούμενον. καὶ ταῦτα μέν ἐστι τῶν κακῶν τὰ ἐλάττονα· τὰ δὲ μείζονα, τίς οὐκ ἂν

C XXIII. Vidi homines corporis exercendi studio aggravatos & pondus carnium suarum circumferentes, quibus præmia & coronæ, adhortantibus eos agonothetis, proponuntur, non ad præclarum facinus, sed ad faciendæ injuriæ & excitandæ discordiæ contentionem; & qui magis percussor fuerit, coronatur. Atque hæc quidem mi-

tum, iterum hoc loco describi existimant. Sed illis assentiri non possum. Nam Tatianum de mimis loqui demonstrant & quæ præcedunt, & quæ sequuntur, ac ipsa etiam instituta descriptio. Quod enim sic præfatur, *Quis non rideat solemnes ludos*, id eum non de philosophis, sed de spectaculis disputaturum indicat. Tres autem ludorum species percurrit, mimos, pugiles & gladiatores. De duobus postremis nulla prorsus controversia; neque etiam de primis ulla supererit, si attendamus hæc verba, *ut qui alius sit intus, foris autem id quod non est mentiatur. Hunc vidi luxu valde diffluentem & mollitie omni fractum, manus huc & illuc versantem, nunc Veneri, nunc Apollini similem.* Nonne hæc ad scenam necessario referenda, ubi, ut ait Tertullianus lib. de Spect. cap. 10. *quæ privata & propria sunt scenæ de gestu & flexu corporis, mollitiæ Veneris & Liberi immolant*: ubi, ut idem Apol. cap. 15. *imago Dei alicujus ignominiosissimum caput & famosum vestit, & corpus impurum & ad istam artem effeminatione productum, Minervam aliquam vel Herculem repræsentat*. Quod autem hunc hominem Tatianus cædium actorem & magistrum mœchandi vocat, id cum scena quadrare nemo non videt.

1. Λυγιζόμενον.] Reg. 2. λογιζόμενον.

2. Διὰ πηλίνης ὄψεως.] Quod ait Lucianus Peregrinum facie luto illita prodiisse in publicum, χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον, id ut insigne hujus Cynici dementiæ exemplum narrat. Quare immerito eruditus Oxoniensis editor inde concludit, luteam faciem de qua heic Tatianus, Crescenti convenire. Multo aptius hac voce designatur larva ab histrionibus adhiberi solita.

3. Ἕνα κατήγορον πάντων τῶν θεῶν.] Hæc theatris optime conveniunt, ubi deorum flagitia & facinora agebantur aut acta referebantur. Unde Tertullianus Apol. c. 15. *Cetera lasciviæ ingenia etiam voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur .... sed & histrionum litteræ omnem fœditatem eorum designant*. Et lib. 1. ad Nat. *Exinde quis non poetarum ex auctoritate principis sui in deos insolens, aut vera prodendo aut falsa fingendo? Et tragici quidem aut comici pepercerunt, ut non ærumnas ac pœnas Dei præferentur?* Sic etiam Lactantius lib. 5. c. 20. *Qualis hæc religio aut quanta majestas putanda est, quæ adoratur in templis, illuditur in theatris!* Vid. Theophil. lib. 3. n. 15.

4. Δεισιδαιμονίας.] Quia scilicet, ut paullo ante dixit, hæc occasione pravorum dæmonum fieri solebant. Sic etiam Tertullianus de Spect. cap. 10. demonstrat res scenicas idololatria totas contineri, sive origo spectetur, sive apparatus, sive theatrum, *quod proprie sacrarium Veneris est*.

5. Θησαυρομανίας.] Videtur deesse καὶ; aut forte nomen aliquod simile iis quæ præcedunt & sequuntur.

6. *Καταδικαζομένων ἀφορμήν.*] *Sæpe usu evenit, ut sce*næ insignium virorum accusatoribus viam aperirent. Unde Aristophanes cum Anyto & Melito constituisse dicitur, ut Socratem luderet in Nubibus. Sed præcipue in Christianos invehi solebant mimi & scenobatæ. *Odisse debemus*, inquit Tertullianus de Spect. 26. *istos conventus & cœtus ethnicorum, vel quod illic nomen Dei blasphematur, illic in nos quotidiani leones expostulantur, inde persequutiones decernuntur, inde tentationes emittuntur*. Ex his emendari potest locus corruptus lib 1. ad Nat. cap. 10. ubi ait: *Quod si, ut unus atque alius .... mus ait, idcirco vobis quoque irascuntur* (dii), *quoniam de nostra eradicatione negligitis, absolutum est de infirmitate & mediocritate eorum*. Videtur commode expleri hæc lacuna, si legatur, *unus atque alius mimus*.

7. Συλαγωγεῖσθε.] Ita Reg. uterque, Angl. & Tigur. In Regio 2. legitur ad marginem ψυχαγωγεῖσθε. Aliæ editiones δημαγωγεῖσθε, ex conjectura Gesneri, ut observat editor Anglus.

8. Ῥιναυλοῦσι.] Heic in margine adscriptum erat, ἤτοι ῥινοκτυποῦσιν, οἱονεὶ τὸ πνεῦμα τοῖς ῥώθωσι συνέλκοντες (συνελκόντων Æton.) τοῖον ἦχον ἐπὶ καταγέλων ἀποτελοῦσι. (Occurrit hoc Scholion in codice priore Regio) id est, spiritum naribus concipientes sonum risus excitandi gratia elidunt. GESNER. Ista, ni fallor, ob oculos habuit Clemens, Pædag. lib. 3. cap. 4. ubi ait de ejusmodi hominibus τὸ πορνικὸν ἀναίδην εἰς ἀσέλγειαν διὰ ῥινῶν ἐπιψοφοῦντες ἐπικιναίδισμα: & paullo post ἐπικροτοῦσι τῇ ῥινὶ, βατράχων δίκην, καθάπερ ἔνοικον τοῖς μυκτῆρσι τὴν χολὴν κεκτημένοι. WORTH. Sic etiam Persius Sat. 1. *Rancidulum quiddam balba de nare loquutus*.

9. Παρ' ὑμῖν.] Sic Anglicanus codex. Editi παρ' ἡμῖν. Ibidem Reg. 1. κηρύσσοντα. Editi habebant κηρύσσονται. Mox Joannis Frisii codex ἐκφωνήματα.

10. Καὶ διὰ σχημάτων.] Non figuras poeticas, sed gestus indicat Tatianus. Sic apud Clem. Alex. Pædag. lib. 3. cap. 4. ejusmodi homines ἀκολάστοις ῥήμασι καὶ σχήμασι τέρπειν dicuntur.

11. Περιφέροντας.] Angl. & Ducæus ἐπιφέροντας. Mox idem codex Angl. ὑβρίσεως.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.

ἐξειπεῖν ὀκνήσειεν; ἀργίαν τινὲς ἐπανῃρημένοι, διὰ A τὴν ἀσωτίαν ἑαυτοὺς εἰς τὸ φονευθῆναι πιπράσκουσι. καὶ πωλεῖ μὲν ἑαυτὸν ὁ [1] πονῶν, ὁ δὲ πλουτῶν ὠνεῖται τοὺς φονεύοντας. καὶ τούτοις οἱ μαρτυροῦντες καθίζονται, μονομαχοῦσί τε οἱ πυκτεύοντες περὶ οὐδενός, καὶ ὁ βοηθήσων οὐ κάτεισιν. ἆρά γε τὰ τοιαῦτα ὑφ' ὑμῶν καλῶς ἐπιτελεῖται; τὸ μὲν γὰρ στρατόπεδον τῶν μιαιφονούντων, ὁ προύχων ἐν ὑμῖν συναγείρει, ληστοτροφεῖν ἐπαγγελλόμενος· οἱ δὲ λῃστεύοντες ἀπ' αὐτοῦ πρόϊασι, καὶ πάντες ἐπὶ τὴν θέαν συνίετε κριταὶ γινόμενοι, τοῦτο μὲν πονηρίας ἀγωνοθέτου, τοῦτο δὲ καὶ αὐτῶν τῶν μονομαχούντων. ὁ δὲ τῷ φόνῳ μὴ περιτυχών, λυπεῖται· διότι μὴ κατεκρίθη πονηρῶν καὶ ἀθέων καὶ μιαρῶν ἔργων θεατὴς γενέσθαι. θύετε ζῶα διὰ τὴν κρεωφαγίαν, καὶ B ἀνθρώπους ὠνεῖσθε τῇ ψυχῇ [2] τὴν ἀνθρωποφαγίαν παρεχόμενοι, τρέφοντες αὐτὴν [3] αἱματοχυσίαις ἀθεωτάταις. ὁ μὲν οὖν λῃστεύων φονεύει χάριν τοῦ λαβεῖν, ὁ δὲ πλουτῶν μονομάχους ὠνεῖται χάριν τοῦ [4] φονεύεσθαι.

nora sunt mala: majora autem quis non dicere refugiat? Quidam inertiam profitentes, propter luxuriam seipsos vendunt occidendos. Vendit se pauper: emit dives homicidas: sedent qui testimonium de his ferant, ac singulare certamen ineunt gladiatores nullam ob causam, nec quisquam descendit qui auxilietur. An hæc præclare a vobis peraguntur? Qui enim inter vos dignitate præstat, exercitum homicidarum colligit, seque latrones alere profitetur. Prodeunt ab eo latrones, vosque omnes ad spectaculum convenitis, judices futuri, partim agonothetæ improbitatis, partim & ipsorum gladiatorum. Dolet qui cædi non interfuit, quod spectandis nefariis & impiis & scelestis facinoribus non fuerit damnatus. Occiditis animalia ut carnem edatis: ac homines emitis, ut humanæ carnis epulum apponatis animæ, eamque valde impia sanguinis effusione pascatis. Occidit latro ut accipiat: dives emit gladiatores ut occidantur.


Τί μοι συμβάλλεται πρὸς ὠφέλειαν, ὁ κατὰ τὸν Εὐριπίδην μαινόμενος, καὶ τὴν [5] Αλκμαίωνος μητροκτονίαν ἀπαγγέλλων; ᾧ μηδὲ τὸ οἰκεῖον πρόσεστι σχῆμα, [6] κέχηνέ τε μέγα, καὶ ξίφος περιφέρει, καὶ κεκραγὼς πίμπραται, καὶ φορέει στολὴν ἀπάνθρωπον. ἐρρέτω καὶ τὰ [7] Ηγησιλάου μυθολογήματα, καὶ Μένανδρος [8] τῆς ἐκείνου γλώττης ὁ στιχοποιός. τί δέ μοι καὶ τεθηπέναι τὸν μυθικὸν αὐλητήν; τί μοι καὶ C κατὰ Αριστόξενον [9] τὸν Θηβαῖον Αντιγενίδην πολυπραγμονεῖν; παραχωροῦμεν ὑμῖν τὰ μὴ ὠφέλιμα· καὶ ὑμεῖς ἢ πείσθητε τοῖς δόγμασι ἡμῶν, ἢ κατὰ τὸ ὅμοιον [10] τῶν ὑμετέρων ἡμῖν ἐκχωρήσατε.

XXIV. Quid me juverit ille apud Euripidem furiosus, & Alcmæonem matricidam agens, qui nec oris sui formam retinet, ac majorem in modum hiat, ensemque circumfert, clamansque incenditur, & stolam inhumanam gerit. Valeant etiam Hegesilai fabulæ; valeat Menandri lingua versuum scriptoris. Quid est quod fabulosum tibicinem admirer, aut ut Aristoxenus de Thebano Antigenide curiosius laborem? Concedimus vobis res inanes. Vos ergo vel credite dogmatibus nostris, vel nostra nobis similiter relinquite.

Τί μέγα καὶ θαυμαστὸν οἱ παρ' ὑμῖν ἐργάζονται φιλόσοφοι; θατέρου γὰρ τῶν ὤμων [11] ἐξαμελοῦσι, κόμην ἐπιειμένοι πολλήν, πωγωνοτροφοῦσιν, ὄνυχας θηρίων περιφέροντες, καὶ λέγοντες μὲν δεῖσθαι μηδενός· κατὰ δὲ τὸν Πρωτέα, σκυτοδέψου μὲν χρῄζοντες διὰ τὴν πήραν, [12] ὑφάντου δὲ διὰ τὸ ἱμάτιον, καὶ διὰ τὸ ξύλον δρυοτόμου, [13] διὰ δὲ τὴν γαστριμαργίαν, τῶν πλουτούντων καὶ ὀψοποιοῦ. ὦ ζηλῶν ἄνθρωπε τὸν κύνα, τὸν Θεὸν οὐκ οἶδας, καὶ ἐπὶ τὴν [14] ἄλογον μίμησιν D μεταβέβηκας· ὁ δὲ κεκραγὼς δημοσίᾳ μετ' ἀξιοπιστίας, ἔκδικος γίνῃ σεαυτοῦ, κἂν μὴ λάβῃς λοιδορεῖς· καὶ γίνεταί σοι τέχνη τοῦ πορίζειν, τὸ φιλοσοφεῖν. τοῖς Πλάτωνος [15] ἕπῃ δόγμασι· καὶ ὁ κατ' Επίκουρον σοφιστεύων διαπρύσιος ἀνθίσταταί σοι, πάλιν τε εἶναι θέλεις κατὰ τὸν Αριστοτέλην, καὶ τις κατὰ τὸν Δημόκριτον λοιδορεῖταί σοι. Πυθαγό-

XXV. Quid magnum aut mirabile faciunt apud vos philosophi? Alterum humerum negligunt, plurimam demittunt comam, barbam alunt, ungues ferinos circumferunt. Ac nullius quidem se se dicunt egere; sed tamen, Protei more, coriario indigent propter peram, textore propter vestem, lignario propter baculum, divitibus propter ingluviem & coquo. O canis æmulator, homo, Deum ignoras, & ad belluarum imitationem declinas: qui publice clamas, non sine quadam hominis haud egeni confidentia, ulcisceris te ipse, ac nisi accipias, conviciaris; tibique fit ars lucrandi, philosophia. Platonis decreta sequeris? Ecce tibi Epicureus sophista palam & aperte adversatur. Rursus Aristotelem vis sectari: tibique Democriti sectator aliquis conviciatur.

1. Ο πονῶν.] Cod. Joan. Fris. ὁ πενῶν.
2. Τὴν ἀνθρωποφαγίαν.] Angl. & Tigur. διὰ τήν.
3. Αἱματοχυσίαις.] Reg. uterque αἱματεκχυσίαις.
4. Φονεύεσθαι.] Sic editio Tigurina ad marginem. Male in aliis editionibus φονεῦσαι.
5. Αλκμαίωνος.] Quæ sequuntur existimat eruditus editor Oxon. non Euripidis quidem verba esse, sed sententiam. At nihil ex Euripide decerpit hoc loco Tatianus: sed actorem poetice describit, cui mandatæ Alcmæonis matricidæ partes.
6. Κέχηνέ τε.] Reg. 2. κεχήνει τε.
7. Ηγησιλάου.] Legendum Ακουσιλάου, monet eruditus editor Oxoniensis, atque hujus emendationis auctorem citat Jonsium lib. 1. cap. 3. de Scriptoribus Philosophicis.
8. Τῆς ἐκείνου γλώττης.] Subaudiendum videtur ἕνεκα. Editor Oxoniensis hanc esse sententiam putat: Qui pariter ac Acusilaus in re mythica versatur.
9. Τὸν Θηβαῖον.] Interdum in hac Oratione occurrunt verba loco suo depulsa, quæ restitui non possunt, nisi accuratissime investigando. Deesse aliquod videtur post τὸν μυθικὸν αὐλητήν, nec satis commode dicitur κατὰ Αριστόξενον, τὸν Θηβαῖον Αντιγενίδην πολυπραγμονεῖν. Cum enim durior hæc loquendi ratio, tum vero Aristoxenus non in solo Antigenide Thebæo occupatus fuit, sed aliorum etiam tibicinum vitas scripsit. Quare videntur hæc verba τὸν Θηβαῖον Αντιγενίδην multo aptius collocari posse post τὸν μυθικὸν αὐλητήν.
10. Τῶν ὑμετέρων.] Legendum ἡμετέρων, aut nulla prorsus erit, vel absurda sententia. Petit Tatianus, ut cum sua ethnicis instituta permittat, eodem se esse jure patiantur. Eamdem illis fert conditionem n. 20. & num. 25.
11. Εξαμελοῦσι.] Angl. & Reg. 2. ἐξαμπλοῦσι & ad marg. ἐξαπλῶσι. Cynici qui & ἐξωμίαι sæpius dicti sunt, pallium induebant humero dextro subjectum, & in sinistrum conjectum, ante & retro duplicatum. Unde & alterum humerum nudatum & exertum habebant, alterum duplicato pallii textu coopertum. Idem de Cynicis notat & Cyprianus lib. de bono patientiæ: *Apparet non esse illic veram patientiam, ubi sit insolens affectatæ libertatis audacia & exerti ac seminudi pectoris inverecunda jactantia.* WORTH.
12. Υφάντου.] Reg. 2. ὑφάντων.
13. Διὰ δὲ τήν.] Illud δὲ addidi ex codice Anglicano & edit. Tigur. & Front.
14. Αλογον μίμησιν.] Lege ἀλόγων.
15. Επῃ.] Sic ope Reg. 1. & Angl. emendavi, atque ita emendandum monuerat Editor Oxoniensis, quod vitiose in editis legebatur. τὸ φιλοσοφεῖν τοῖς Πλάτωνος ἐπὶ δόγμασι.



ρας, Εὔφορβος γεγενῆσθαι φησίν. [a] ὁ δὲ Ἀριστοτέλης [1] τοῦ Φερεκύδους δόγματος κληρονόμος ἐστὶ, καὶ τῆς ψυχῆς διαβάλλει τὴν ἀθανασίαν. στασιώδεις δὲ ἔχοντες τῶν δογμάτων τὰς διαδοχὰς, ἀσύμφωνοι πρὸς τοὺς συμφώνους ἑαυτοῖς διαμάχεσθε. σῶμα τις εἶναι λέγει Θεὸν, ἐγὼ δὲ ἀσώματον· ἄλυτον εἶναι τὸν κόσμον, ἐγὼ δὲ λυόμενον· ἐκπύρωσιν ἀποβαίνειν κατὰ καιροὺς, ἐγὼ δὲ εἰσάπαξ· κριτὰς εἶναι Μίνω καὶ [2] Ραδάμανθυν, ἐγὼ δὲ αὐτὸν τὸν Θεόν· ἀπαθανατίζεσθαι μόνην τὴν ψυχὴν, ἐγὼ δὲ καὶ τὸ σὺν αὐτῇ σαρκίον. τί βλάπτομεν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες; τί δὲ τοὺς λόγῳ Θεοῦ κατακολουθοῦντας, καθάπερ μιαρωτάτους μεμισήκατε; παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν ἀνθρωποφαγία· ψευδομάρτυρες, [3] οἱ πεπαιδευμένοι γεγόνατε. παρ' ὑμῖν δὲ ὁ Πέλοψ δεῖπνον τῶν θεῶν γίνεται, καὶ Ποσειδῶνος ἐρώμενος· καὶ Κρόνος τοὺς υἱοὺς ἀναλίσκει· καὶ ὁ Ζεὺς τὸν Μῆτιν καταπίνει.

A Pythagoras Euphorbum se fuisse ait. & Pherecydis doctrinæ est heres. Aristoteles animæ immortalitatem exagitat. Vos autem qui tumultuosas habetis dogmatum successiones, discordes cum concordibus pugnatis. Est qui Deum corpus esse dicat; ego incorporeum: mundum esse indissolubilem; ego dissolvendum: conflagrationem variis temporibus evenire; ego semel eventuram: judices esse Minoem & Rhadamanthum; ego Deum ipsum: solam animam immortalitate donari; ego carnem quoque cum anima. Quid vos lædimus, o Græci? aut cur eos qui Verbum Dei sequuntur, tamquam scelestissimos odistis? Carnem humanam non edimus: falsi testes estis, B qui edocti estis ut id diceretis. Apud vos fit Pelops deorum cœna, quamquam a Neptuno amatus: Saturnus filios devorat: Juppiter Metin deglutit.

Παύσασθε λόγους ἀλλοτρίους θριαμβεύοντες, καὶ ὥσπερ ὁ κολοιὸς οὐκ ἰδίοις ἐπικοσμούμενοι πτεροῖς. ἑκάστη πόλις ἐὰν ἀφέληται τὴν ἰδίαν αὐτῆς ἀφ' ὑμῶν λέξιν, ἐξαδυνατήσουσιν ὑμῖν τὰ σοφίσματα. ζητοῦντες τίς ὁ Θεὸς, [4] τὰ ἐν ὑμῖν ἀγνοεῖτε· κεχηνότες δὲ εἰς οὐρανὸν, κατὰ βαράθρων πίπτετε. λαβυρίνθοις ἐοίκασιν ὑμῶν τῶν [5] βιβλίων αἱ ἀναθέσεις, οἱ δὲ ἀναγινώσκοντες τῷ πίθῳ τῶν Δαναΐδων. τί μοι μερίζετε τὸν χρόνον; λέγοντες, τὸ μέν τι εἶναι παρῳχηκὸς αὐτοῦ, [6] τὸ δὲ ἐνεστὼς, τὸ δὲ μέλλον. πῶς C γὰρ δύναται παρελθεῖν ὁ μέλλων, εἰ ἔστιν ὁ ἐνεστώς; ὥσπερ δὲ οἱ ἐμπλέοντες, τῆς νεὼς φερομένης οἴονται διὰ τὴν ἀμαθίαν ὅτι τὰ ὄρη τρέχουσιν· οὕτω καὶ ὑμεῖς οὐ γινώσκετε παρατρέχοντας μὲν ὑμᾶς, ἑστῶτα δὲ τὸν αἰῶνα, μέχρις ἂν αὐτὸν ποιήσας εἶναι θελήσῃ. διὰ τί γὰρ ἐγκαλοῦμαι λέγων τὰ ἐμὰ, τὰ δέ μου πάντα καταλύειν σπεύδετε; μὴ γὰρ οὐχ ὑμεῖς κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον ἡμῖν γεγένησθε, τῆς αὐτῆς τοῦ κόσμου διοικήσεως μετειληφότες; τί φάσκετε σοφίαν εἶναι παρ' ὑμῖν μόνοις, οὐκ ἔχοντες ἄλλον ἥλιον, οὐδ' ἀστέρων ἐπιφοιτήσεις, καὶ γένεσιν διαφορωτέραν, θάνατόν τε παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐξαίρετον; ἀρχὴ τῆς φλυαρίας ὑμῖν [7] γεγόνασιν οἱ γραμματικοί· καὶ οἱ μερίζοντες τὴν σοφίαν, τῆς κατὰ D ἀλήθειαν σοφίας ἀπετμήθητε· τὰ δὲ ὀνόματα τῶν μερῶν ἀνθρώποις προσενείματε. καὶ τὸν μὲν Θεὸν ἀγνοεῖτε, πολεμοῦντες δὲ ἑαυτοῖς [8] ἀλλήλους καθαι-

XXVI. Definite alienos sermones velut in triumpho ostentare, & velut gracculus pennis ornari non vestris. Unaquæque civitas si propriam a vobis dictionem reperitum veniat, vestra vos deficient sophismata. Dum quæritis quid sit Deus, quid in vobis agatur ignoratis; & in cælum hiantes, in foveas deciditis. Similes sunt labyrinthis librorum vestrorum pertractationes; & qui eos legunt Danaidum dolio. Quid mihi tempus dividitis, C aliud quidem præteritum dicentes, aliud præsens, aliud futurum? Quomodo enim futurum elabi possit, si præsens adest? Sed quemadmodum navigantes præterlabente nave putant præ imperitia montes currere; ita & vos non perspicitis vos quidem prætercurrere, ævum autem stare, quamdiu illud esse voluerit qui creavit. Cur enim mea exponens incusor, & cur mea omnia evertere studetis? Nonne enim simili ac nos modo nati estis, ejusdem mundi administrationis participes? Cur sapientiam apud vos esse solos dicitis, cum nec alium solem, nec alios siderum ortus, nec generationem præstantiorem, nec mortem præter ceteros homines eximiam habeatis? Initium nugandi vobis fuere Gram- D matici: & qui sapientiam dividitis, a vera sapientia abscissi estis, ac partium illius nomina hominibus attribuistis. Ac Deum quidem ignoratis: dum autem inter vos digladiamini, vos invicem evertitis. Pro-

1. Τοῦ Φερεκύδους δόγματος.] *Aristoteles Pherecydis doctrinæ heres est, & animæ immortalitatem exagitat.* Duo maxima vitia insunt huic vulgatæ scripturæ. 1. Aristotelem Pherecydis doctrinæ heredem facit. At id prorsus absurdum, & veterum testimoniis repugnans, in primis Tatiani, qui supra n. 3. non Aristotelem, sed Pythagoram *Pherecydis decretorum heredem* vocat. 2. Non minus absurde Aristoteles Pherecydis imitator in exagitanda animæ immortalitate diceretur: cum Pherecydes immortalis animæ asseverandæ princeps fuisse dicatur. *In eadem sententia*, inquit Lactantius lib. 7. c. 8. *fuit etiam Pythagoras antea* (nempe ante Platonem) *ejusque præceptor Pherecydes, quem Cicero tradit primum de immortalitate animarum disputasse.* Dubium ergo non est quin legendum sit, φησίν, καὶ τοῦ Φερεκύδους δόγματος κληρονόμος ἐστί. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τῆς ψυχῆς &c. His quæ de Pherecyde, ejusque discipulo Pythagora dixi, contraria videri non debent quæ apud Tertullianum leguntur lib. de Resur. cap. 1. *Nihil esse post mortem*, inquit, *Epicuri schola est. Ait & Seneca omnia finiri post mortem, etiam ipsam. Satis est autem si non minor philosophia Pythagoræ & Empedoclis. Sed Platonici immortalem animam contrario reclamant.* Non dubito quin legendum sit, Protagoræ & Empedoclis.

2. Ραδάμανθυν.] Ita tres mss. & Tigur. Aliæ edit. Ραδάμανθον.

3. Οἱ πεπαιδευμένοι.] Ita Reg. 1. haud paullo melius quam in editis οἱ ἐπιτηδευόμενοι, *qui de industria id fingitis*. Non enim hujus calumniæ inventores erant hi quos alloquitur Tatianus, sed eam ab aliis traditam ac sine certo auctore & capite, sine argumentis jactatam probabant. Unde eos Tatianus, itidem ut falsos testes, edoctos & subornatos fuisse dicit.

4. Τὰ ἐν ὑμῖν.] Ita Reg. uterque, in quibus tamen legitur τίνα ante τὰ, quemadmodum & in cod. Angl. & in edit. Tigur. Aliæ editiones τὰ ἐν ὑμῖν, & sic Reg. 1. supra lineam.

5. Βιβλίων.] Reg. 2. βίβλων.

6. Τὸ δὲ ἐνεστώς.] Legendum ἐνεστὸς monet Editor Oxon. Similis sententia apud Eusebium de Laud. Const. cap. 6. p. 616. ubi Eusebius docet ævum nec interire, nec præsens apprehendi posse, nedum præteritum aut futurum. Hoc enim non est, quippe quod jam transiit: futurum vero nondum adest, ac proinde non est omnino. Præsens autem apprehendi non posse sic probat: *τὸ δέ γε νῦν αὐτὸ λεγόμενον, ἅμα νοήματι καὶ φωνῇ, λόγου θᾶττον διαδιδράσκει. οὐκ ἔστι δ' ἄλλως αὐτοῦ ἐπιλαβέσθαι, ὡς ἑστῶτος· ἢ γὰρ τὰ μέλλοντα* (leg. *ἢ γὰρ μέλλοντα*) *προσδοκᾶν, ἢ παρελθόντα συνορᾶν ἀνάγκη· ἅμα γὰρ ἐννοίᾳ διολισθαίνον φεύγει. Præsens autem quod dicitur tempus, simul cum ipsa cogitatione ac loquutione, immo etiam citius evolat. Prorsus vero ipsum tamquam præsens apprehendere non licet. Nam illud aut futurum exspectemus, aut præteritum contemplemur necesse est: quippe simul cum ipsa cogitatione fugiens elabitur.*

7. Γεγόνασιν.] Reg. 2. habuit prima manu γέγονεν.

8. Ἀλλήλους.] Ita Reg. 1. & Ducæus. Aliæ edit. ἀλλήλοις.

a Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης κ. τ. λ.] Luxatum hunc locum jam antea restituerat, eadem prorsus ratione qua heic noster editor, Petrus Wesselingius in *Probabilium lib. singul.* cap. XII. p. 99.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.

ρεῖτε. καὶ διὰ τοῦτο πάντες οὐδέν ἐστε· σφετερίζοντες μὲν τοὺς λόγους, διαλεγόμενοι δὲ καθάπερ τυφλὸς κωφῷ. τί κατέχετε σκεύη τεκτονικά, τεκταίνειν μὴ γινώσκοντες; τί λόγους ἐπαναιρεῖσθε, τῶν ἔργων μακρὰν ἀφεστῶτες; φυσώμενοι μὲν διὰ δόξης, ἐν δὲ ταῖς συμφοραῖς ταπεινούμενοι. παρὰ λόγον καταχρᾶσθε τοῖς σχήμασι· δημοσίᾳ μὲν γὰρ πομπεύετε, τοὺς δὲ λόγους ἐπὶ τὰς γωνίας [1] ἀποκρύπτετε. τοιούτους ὑμᾶς ἐπιγνόντες καταλελοίπαμεν, καὶ τῶν ὑμετέρων οὐκέτι ψαύομεν, Θεοῦ δὲ λόγῳ κατακολουθοῦμεν. τί γὰρ ἄνθρωπε τῶν γραμμάτων ἐξαρτύεις τὸν πόλεμον; τί δὲ ὡς ἐν πυγμῇ συγκρούεις τὰς ἐκφωνήσεις αὐτῶν διὰ τῶν Ἀθηναίων ψελλισμῶν, δέον σε λαλεῖν φυσικώτερον; εἰ γὰρ ἀττικίζεις, οὐκ ὢν Ἀθηναῖος, λέγε μοι τοῦ μὴ δωρίζειν τὴν αἰτίαν. πῶς τὸ μὲν εἶναί B σοι δοκεῖ βαρβαρικώτερον, τὸ δὲ πρὸς τὴν ὁμιλίαν ἱλαρώτερον;

A pterea nihil prorsus estis omnes; & quamvis sermones vobis quasi proprio jure vendicetis, velut cæcus cum surdo differitis. Quorsum tenetis fabrilia instrumenta, qui fabricari non scitis? Cur sermones profitemini, qui longe ab operibus distatis? gloria nimirum inflati, in calamitatibus autem demissi. Habent actiones vestræ speciem a ratione alienam: nam in publico cum pompa inceditis; sermones autem in angulis occultatis. Missos vos fecimus cum tales cognosceremus; nec jam de vestris rebus quidquam adtingimus, sed verbum Dei sectamur. Cur enim, o bone, litterarum bellum excitas? cur earum pronuntiationes tamquam in pugilatu, attice balbutiendo, collidis, cum te magis apte ad naturam loqui deceret? Nam si, cum Atheniensis non sis, sermonem atticum affectas, dic mihi cur non doricum? Cur alter tibi barbarus videtur, alter ad colloquia hilarior?

Εἰ δὲ σὺ τῆς ἐκείνων ἀντέχῃ παιδείας, τί μοι δόξας αἱρουμένῳ δογμάτων ὧν θέλω διαμάχῃ; πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τὸν μὲν λῃστὴν διὰ τὸ ἐπικατηγορούμενον ὄνομα μὴ κολάζειν, πρὶν ἢ τ'ἀληθὲς ἐπ' ἀκριβείᾳ καταμανθάνειν· ἡμᾶς δὲ προλήμματι λοιδορίας ἀνεξετάστῳ μεμισηκέναι; Διαγόρας Ἀθηναῖος ἦν, ἀλλὰ τοῦτον ἐξορχησάμενον τὰ παρ' Ἀθηναίοις μυστήρια [2] τετιμωρήκατε· καὶ [3] τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγοις [4] ἐντυγχάνοντες, ἡμᾶς μεμισήκατε. Λέοντος κεκτημένοι τὰ ὑπομνήματα, πρὸς τοὺς ἀφ' ἡμῶν ἐλέγχους δυσχεραίνετε· καὶ C τὰς περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν [5] δόξας Ἀππίωνος ἔχοντες παρ' ἑαυτοῖς, ὡς ἀθεωτάτους ἡμᾶς ἐκκηρύττετε. τάφος τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς καθ' ὑμᾶς δείκνυται, κἂν ψεύδεσθαί τις τοὺς Κρῆτας λέγῃ. τῶν πολλῶν θεῶν ἡ ὁμήγυρις οὐδέν ἐστι. κἂν ὁ καταφρονῶν αὐτῶν Ἐπίκουρος [6] δαδουχῇ· τοὺς ἄρχοντας οὐδὲν πλέον τοῦ Θεοῦ κατάληψιν ἣν ἔχω περὶ τῶν ὅλων ταύτην οὐκ ἀποκρύπτομαι. τί μοι συμβουλεύεις ψεύσασθαι τὴν πολιτείαν; τί δὲ λέγων θανάτου καταφρονεῖν, διὰ τέχνης φεύ-

XXVII. Quod si te istorum tenet eruditio; cur mihi dogmatum quæ mihi placent, opiniones eligenti bellum indicis? Quomodo enim non absurdum, latrones quidem propter nomen illud quo appellantur, non puniri, antequam veritas diligenter explorata fuerit: nos autem per anticipatam ex conviciis sine examine opinionem odio haberi. Diagoras Atheniensis erat; sed ei pœnam irrogastis, quod Atheniensium mysteria vulgasset: & Phrygios illius legitis libros, odio nos habetis. Qui Leonis commentarios servatis, moleste fertis vos a nobis argui: & qui Appionis de diis Ægyptiis opiniones apud vos habetis, nos tamquam impiissimos putatis exterminandos. Sepulcrum Jovis Olympii apud vos monstratur; licet quidam, Cretenses mentiri dicat. Nihil est, illa multitudinis deorum congregatio. Quamvis Epicurus eorum contemtor tædiferi munere fungatur; nihilo magis quid de Deo ejusque universorum principatu sentiam, principes & magistratus celabo. Quid mihi auctor es ut meum institutum mentiar? & qui mortem a te con-

1. Ἀποκρύπτετε.] Eruditus auctor edit. Oxoniensis hanc lectionem refellit, ac legendum esse contendit ἀποκηρύσσετε, *prædicatis*. Hac potissimum ratione nititur, quod Christus Pharisæorum ostentationem notans, ἐν γωνίαις τῶν πλατειῶν, *in angulis platearum* stantes precari dicat. Sed non animadvertit vir eruditus aliud esse in angulis platearum orare, aliud in angulis loqui. Qui in angulis platearum orat, multorum oculos non effugit: qui in angulis loquitur, a paucis tantum audiri potest. Illud autem dubium esse non potest, quin latendi causa angulos philosophi quæsierint. Callicles apud Platonem in Gorgia p. 485. ait philosophum *media urbis loca & forum fugientem latebras persequi*, μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα, *cum tribus aut quatuor in angulo pueris susurrantem*. Eodem sensu apud Themist. Or. 22. ἐν γωνίᾳ ψιθυρίζειν. Apud Photium cod. 242. in vita Isidori opponuntur vitæ actuosæ ac multas utilitates præstanti, οἱ ἐν γωνίᾳ καθήμενοι λόγοι, *sedentes in angulis sermones*. *Quotusquisque nunc*, inquit Hieronymus præfat. lib. 3. in epist. ad Galat. *Aristotelem legit? Quanti Platonis vel libros novere vel nomen? Vix in angulis otiosi eos senes recolunt*. Lactantius lib. 4. c. 16. *Bonos facere*, inquit, *oportet potius, quam inclusos in angulis facienda præcipere*. Testatur Origenes lib. 3. adv. Celsum n. 5. nonnullos Cynicos publice apud fortuitum auditorium solitos esse differere, δημοσίᾳ πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας διαλεγόμενοι. Sed cum Tatianus opponat eorum in angulis disputationes superbæ in publicum proditioni; liquet eum loqui de doctrina, quam philosophorum plerique instar mysterii occultam tenebant. Vid. Origenem lib. 1. adv. Celsum, Synesium ep. 142.

2. Τετιμωρήκατε.] Si nihil mutetur in textu, is erit sensus: Quamvis tanta fuerit licentia Diagoræ, ut Athenis pulsus fuerit, tamen ejus Phrygios libros legitis, nec nobis infensi esse desinitis. Sed mihi valde arridet eruditi Abbatis Orbacensis, jam non semel a me laudati, sententia, qui legendum putat τετιμήκατε. Diagoram Atheniensem, quamvis mysteria evulgaverit, in pretio habetis; & qui Phrygios illius libros legitis, nos odio habetis. Hanc emendationem confirmat vir doctissimus simili Tertulliani loco, ubi legitur Apol. cap. 12. edit. Pamel. *Iidem estis, qui Senecam aliquem pluribus & majoribus de vestra superstitione perorantem reprehenditis*. Melius in edit. Rigaltii, *probatis*.


3. Τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγοις.] In his Phrygiis libris ea quæ ad Cybelem pertinent, tractata a Diagora fuisse existimat Vossius lib. 2. de Historicis Græcis cap. 2. Deorum autem refellendorum cum ipse Diagoras, tum duo alii quos mox nominabit Tatianus, hanc viam sequebantur, ut eos vel homines esse vel res inanimas probarent. Arnobius lib. 4. contra Gentes recenset Diagoram & Leontem Pellæum inter scriptores, *qui scrupulosæ diligentiæ cura in lucem res abditas libertate ingenua protulerunt*; seque posse declarat eorum testimonio *omnes istos ..... deos homines fuisse monstrare*. Non dubium quin iidem scriptores non segniter elaboraverint in revocandis ad naturam fabulosis diis. Sic enim de Phrygiis & Ægyptiacis libris Plutarchus apud Eusebium Præp. Evangel. lib. 3. cap. 1. ὅτι μὲν οὖν ἡ παλαιὰ φυσιολογία καὶ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις λόγος ἦν φυσικὸς ἐγκεκαλυμμένος μύθοις, τὰ πολλὰ δι' αἰνιγμάτων καὶ ὑπονοιῶν ἐπίκρυφος καὶ μυστηριώδης θεολογία· τά τε λαλούμενα τῶν σιγωμένων σαφέστερα (leg. οὐ σαφέστερα) τοῖς πολλοῖς ἔχοντα· (leg. ἔχουσα) καὶ τὰ σιγώμενα τῶν λαλουμένων ὑποπτότερα, δῆλόν ἐστιν ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι καὶ τοῖς Αἰγυπτιακοῖς καὶ Φρυγίοις λόγοις. *Antiquam physiologiam & apud Græcos & apud barbaros rationem fuisse naturalem fabulis involutam, & plerumque per ænigmata & abditas sententias occultam & mysterii plenam theologiam: in qua & his quæ tacentur, clariora non sunt apud vulgus ea quæ enuntiantur; & quæ tacentur, plus suspicionis afferunt quam quæ enuntiantur: id manifestum est ex Orphicis versibus & Ægyptiacis ac Phrygiis libris*.

4. Ἐντυγχάνοντες.] Reg. uterque ἐντυγχάνοντας.

5. Δόξας Ἀππίωνος.] Editi Ἀπίωνος, manifesto errore. Vocatur enim Appion sub finem hujus Orationis, & apud Justinum Cohort. n. 9. & alios scriptores.

6. Δαδουχῇ· τοὺς ἄρχοντας.] Conatus sum huic loco lucem afferre, sic interpungendo. Editi δαδουχῇ τοὺς ἄρχοντας. Sic reddit Gesnerus: *licet contemtor eorum Epicurus, faces in deorum festis principibus ferat*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.



γειν αὐτὸν καταγγέλλεις; ἐγὼ μὲν ὐκ ἔχω καρδίαν ἐλάφυ· τὰ δὲ τῶν ὑμετέρων λόγων ἐπιτηδεύματα, κατὰ τὸν ἀμετροεπῆ Θερσίτην γίνεται. πῶς πειϑήσομαι τῷ λέγοντι μύδρον τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην γῆν; τὰ γὰρ τοιαῦτα λόγων ἐστὶν ἅμιλλα, καὶ ὐκ ἀληθείας διακόσμησις. ἢ πῶς οὐκ ἠλίθιον [1] πείθεσθαι τοῖς [2] Ηροδότυ βιβλίοις περὶ τῦ καϑ' Ηρακλέα λόγυ, γῆν ἄνω κηρύττουσιν, κατεληλυθέναι τε ἀπ' αὐτῆς λέοντα τὸν ὑφ' Ηρακλέους φονευθέντα; τί δ' ἂν ὠφελήσειε λέξις Αττικὴ, καὶ φιλοσόφων σωρεία, καὶ συλλογισμῶν πιθανότητες, καὶ μέτρα γῆς, καὶ ἄστρων θέσεις, καὶ ἡλίυ δρόμοι; τὸ γὰρ περὶ τοιαύτην ἀσχολεῖσθαι ζήτησιν, νομοθετῦντός ἐστιν ἔργον ἑαυτῷ τὰ δόγματα.

A temni dictitas, cur hortaris ut eam astu declinem? At ego cor cervi non habeo: vestrarum autem litterarum studia loquacissimum Thersiten imitantur. Quomodo credam dicenti solem esse massam ignitam, lunamque terram? Hæc enim verborum pugna sunt, non veritatis illustratio. Quomodo enim non stultum, Herodori de Herculis historia libris credere, terram superiorem prædicantibus, ac inde delapsum leonem quem Hercules occidit? Quid enim prodest stilus Atticus & philosophorum sorites, & syllogismorum probabilitates, & terræ mensuræ, & astrorum positiones, & solis cursus? Ejusmodi enim quæstionibus occupari, hominum est sibi dogmata instar legis imponentium.

B

Διὰ τῦτο καὶ τῆς παρ' ὑμῖν κατέγνων νομοθεσίας. μίαν μὲν γὰρ ἐχρῆν εἶναι καὶ κοινὴν ἁπάντων τὴν πολιτείαν. νυνὶ δὲ ὅσα γένη πόλεων, τοσαῦται καὶ τῶν νόμων θέσεις, ὡς εἶναι τὰ παρ' ἐνίοις αἰσχρὰ, παρά τισι σπουδαῖα. νομίζυσι γοῦν Ελληνες φευκτὸν εἶναι τὸ [3] συγγίνεσθαι μητρὶ, κάλλιστον δὲ τὸ τοιῦτόν ἐστιν ἐπιτήδευμα παρὰ τοῖς Περσῶν μάγοις. καὶ παιδεραστία μὲν ὑπὸ βαρβάρων διώκεται, [4] προνομίας δὲ ὑπὸ Ρωμαίων ἠξίωται, παίδων ἀγέλας ὥσπερ ἵππων φορβάδων, συναγείρειν αὐτῶν πειρωμένων.

XXVIII. Quapropter vestras quoque legum institutiones contemsi. Unam enim oportebat esse & communem omnium vivendi normam. Nunc autem quot civitates, tot legum institutiones; ita ut quæ apud nonnullos turpia sunt, apud alios sint præclara. Græcis nimirum fugiendum videtur, ne quis cum matre conjungatur: at id præclarissimum apud Persarum magos institutum. Puerorum amor a barbaris damnatur: a Romanis autem prærogativa donatur, qui puerorum greges, instar equorum gregalium, cogere student.

Ταῦτα ὖν ἰδὼν, ἔτι δὲ καὶ μυστηρίων μεταλαβὼν, καὶ τὰς παρὰ πᾶσι θρησκείας δοκιμάσας, [5] διὰ θηλυδριῶν καὶ ἀνδρογύνων συνισταμένας· εὑρὼν δὲ παρὰ μὲν Ρωμαίοις [6] τὸν Λατιάριον Δία λύθροις ἀνθρώπων, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον· Αρτεμιν δὲ οὐ μακρὰν τῆς Μεγάλης πόλεως τῶν αὐτῶν πράξεων ἐπανῃρημένην τὸ εἶδος, ἄλλον τε ἀλλαχῆ δαίμονα κακοπραγίας ἐπαναστάσεις πραγματευόμενον· κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος ἐζήτουν, ὅτῳ τρόπῳ τ'ἀληθὲς ἐξευρεῖν [7] δυνάμαι. περινοῦντι δέ μοι τὰ σπυδαῖα, συνέβη γραφαῖς τισιν ἐντυχεῖν βαρβαρικαῖς, πρεσβυτέραις μὲν, ὡς πρὸς τὰ Ελλήνων δόγματα, θειοτέραις δὲ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων πλάνην. καί μοι πεισθῆναι ταύταις συνέβη διά τε τῶν λέξεων τὸ ἄτυφον, καὶ τῶν εἰπόντων τὸ ἀνεπιτήδευτον, καὶ τῆς τῦ παντὸς ποιήσεως τὸ εὐκατάληπτον, καὶ τῶν μελλόντων τὸ προγνωστικὸν, καὶ τῶν παραγγελμάτων τὸ ἐξαίσιον, καὶ τῶν ὅλων τὸ μοναρχικόν. θεοδιδάκτυ δέ μυ γενομένης τῆς ψυχῆς, συνῆκα, ὅτι τὰ μὲν καταδίκης ἔχει τρόπον, τὰ δὲ ὅτι λύει τὴν ἐν κόσμῳ δουλείαν, καὶ ἀρχόντων μὲν πολλῶν, καὶ μυρίων ἡμᾶς ἀποσπᾷ τυράννων, δίδωσι δὲ ἡμῖν οὐχ ὅπερ μὴ [8] ἐλάβομεν, ἀλλ' ὅπερ λαβόντες ὑπὸ τῆς πλάνης ἔχειν ἐκωλύθημεν.

XXIX. Hæc cum vidissem, ac præterea myste- C riorum particeps factus, varias ubique religiones, quæ quidem ab effeminatis & androgynis procurantur, explorassem: cumque reperissem Latiarem apud Romanos Jovem cruore humano & sanguine ex homicidiis delectari; Dianam vero non procul Megalopoli similes actiones profiteri, & aliorum alibi dæmonum molitione multa nefarie fieri: ut me ipse collegi, quomodo verum invenire possem inquisivi: cumque animum per optima quæque versarem, forte in quosdam barbaricos libros incidi, antiquiores quam ut cum Græcorum disciplinis, diviniores quam ut cum eorum erroribus conferri possint. Usu mihi evenit ut his fidem haberem propter dicendi genus minime arrogans, scriptorum ingenium artificii expers, universi creationis explicatio- D nem captu facilem, futurorum præcognitionem, præceptorum excellentiam, ac singularem universorum principatum. Itaque mente mea divinitus edocta, intellexi ista quidem condemnationi affinia esse; ab his autem servitutem illam quæ in mundo est, dissolvi, nosque a multis principibus & infinitis tyrannis liberari, ac dono augeri non illo quidem alias non concesso, sed quod acceptum retinere error non siverat.

Τούτων οὖν τὴν κατάληψιν μεμυημένος καὶ [9] πεποιημένος, βύλομαι, καθάπερ τὰ νήπια τῶν βρεφῶν, ἀποδύσασθαι. τὴν γὰρ τῆς πονηρίας σύστασιν ἐοικυῖαν τῇ τῶν βραχυτάτων σπερμάτων ἴσμεν· ἅτε διὰ μικρᾶς ἀφορμῆς [10] τύτυ κρατυνθέντος, πάλιν δὲ αὖ

XXX. Horum cognitionem initiatus & instructus, volo instar puerorum infantium exui & nudari. Nequitiæ enim naturam minimorum seminum naturæ similem esse scimus: quippe cum ex parvis momentis iste corroboretur; rursus tamen

1. Πείθεσθαι.] Sic Reg. uterque & Ducæus. Aliæ editiones πιθέσθαι.

2. Ηροδότυ.] Legendum esse Ηροδώρυ probat eruditus Worthius, quia nihil hujusmodi occurrit apud Herodotum: at de Hercule scripsisse Herodorum patet ex Clem. Alex. Strom. 1. p. 306. idemque apud Athenæum lib. 9. cap. ult. sub finem sic citatur: Ηρόδωρος δ' ἐν ἑπτακαιδεκάτῳ τῦ καθ' Ηρακλέα λόγυ.

3. Συγγίνεσθαι.] Reg. 1. συγγινέσθαι.

4. Προνομίας.] Reg. uterque προνομίαις.

5. Διὰ θηλυδριῶν.] Observat Augustinus lib. 6. cap. 7. n. 3. de Civ. Dei, sacra Matris deum committi infamibus Gallis, quibus ne in scenam quidem prodire liceat.

6. Τὸν Λατιάριον.] Tres mss. & edit. Tigur. habent τὸν κατὰ αὐς. Reg. 2. ad marg. τὸν κατ' αὐτὰς, atque ita legendum existimabat H. Stephanus.

7. Δύναμαι.] Legendum δύνωμαι existimavit H. Stephanus. Sed non videtur Tatiani Oratio ad accuratissimas Grammaticæ leges semper revocanda.

8. Ελάβομεν.] Reg. 2. Angl. & edit. Tigur. ἐλαχύνομεν.

9. Πεποιημένος.] Ita tres mss. & Tigur. Aliæ editiones πεπεισμένος ex conjectura Gesneri, qui immerito immutavit scripturam a Tatiano non semel usurpatam: supra enim num. 13. τὴν ἐπίγνωσιν τῦ Θεῦ πεποιημένη, *anima Dei cognitione instructa*.

10. Τύτυ.] Ita Reg. uterque Angl. & Tigur. Habent aliæ editiones τῦ πονηρῦ ex conjectura Gesneri, satis illa quidem accommodata ad sententiam Tatiani, sed tamen minime necessaria. Liquet enim Tatianum loqui de diabolo, qui nostra invasit & omnia possessionem suam esse ducit, cuique consistendi copiam damus, dum thesaurum occultum fodimus. Hæc de peccato, sive de nequitia de qua paullo ante locutus est, intelligi non possunt, sed diabolo prorsus conveniunt. Atque hunc quidem hac vo-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.

λυθησομένου ἡμῶν πειθομένων [1] λόγοις Θεοῦ, καὶ μὴ σκορπιζόντων ἑαυτούς. διά τινος γὰρ ἀποκρύφου θησαυροῦ τῶν ἡμετέρων ἐπεκράτησεν, ὃν ὀρύττοντες, [2] κονιορτῷ μὲν ἡμεῖς ἐνεπλήσθημεν, [3] τούτῳ δὲ, τοῦ συνεστάναι τὴν ἀφορμὴν παρέχομεν. [4] τὸ γὰρ αὐτοῦ πᾶν ἀποδεχόμενος κτῆμα, τοῦ πολυτιμοτέρου πλούτου τὴν ἐξουσίαν ἐχειρώσατο. ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἡμῶν οἰκείους εἰρήσθω. πρὸς δὲ ὑμᾶς τοὺς Ἕλληνας, τί ἂν ἕτερον, ἢ τὸ μὴ τοῖς κρείττοσι λοιδορεῖσθαι, μηδὲ εἰ βάρβαροι λέγοιντο, ταύτην λαμβάνειν τῆς χλεύης τὴν ἀφορμήν; τοῦ γὰρ πάντας ἀλλήλων ὑπακούειν τῆς διαλέκτου μὴ δύνασθαι, τὴν αἰτίαν εὑρεῖν, ἣν ἐθέλητε, δυνήσεσθε· ἐξετάζειν γὰρ βουλόμενος τὰ ἡμέτερα, ῥᾳδίαν καὶ ἄφθονον ποιήσομαι τὴν διήγησιν.

Νῦν δὲ [5] προσῆκον μοι νομίζω παραστῆσαι πρεσβυτέραν τὴν ἡμετέραν φιλοσοφίαν τῶν παρ' Ἕλλησιν ἐπιτηδευμάτων. ὅροι δὲ ἡμῖν κείσονται Μωσῆς καὶ Ὅμηρος [6] τῷ ἑκάτερον αὐτῶν εἶναι παλαιότερον· καὶ τὸν μὲν ποιητῶν καὶ ἱστορικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸν δὲ πάσης βαρβάρου σοφίας ἀρχηγόν. καὶ ὑφ' ἡμῶν [7] νῦν εἰς σύγκρισιν παραλαμβανέσθωσαν. εὑρήσομεν γὰρ οὐ μόνον τῆς Ἑλλήνων παιδείας τὰ παρ' ἡμῖν, [8] ἀλλ' ἔτι καὶ τῆς τῶν γραμμάτων εὑρέσεως ἀνώτερα. μάρτυρας δὲ οὐ τοὺς οἴκοι παραλήψομαι, βοηθοῖς δὲ μᾶλλον Ἕλλησι [9] χρήσομαι. τὸ μὲν γὰρ ἀγνώμον, ὅτι μηδὲ [10] ὑφ' ὑμῶν [11] παραδεκτέον· τὸ δ' ἂν ἀποδείκνυται θαυμαστὸν, ὅταν ὑμῖν διὰ τῶν ὑμετέρων [12] ὅπλων [13] ἀντερείδων, ἀνυπόπτους παρ' ὑμῶν τοὺς ἐλέγχους [14] λαμβάνω. περὶ γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασεν, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, Θεαγένης τε ὁ [a] Ῥήγιος κατὰ Καμβύσην γεγονὼς, [15] Στησίμβροτός τε ὁ Θάσιος, [b] καὶ Ἀντίμαχος [16] ὁ Κολοφώνιος, Ἡρόδοτός τε ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, καὶ Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος. μετ' ἐκείνους Ἔφορος ὁ Κυμαῖος, καὶ Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος, Μεγακλείδης τε [17] καὶ Χαμαιλέων, οἱ Περιπατητικοί· ἔπειτα γραμματικοὶ, Ζηνόδοτος, Ἀριστοφάνης, Καλλίμαχος, Κράτης, Ἐρατοσθένης, Ἀρίσταρχος, Ἀπολλόδωρος. τούτων δὲ οἱ περὶ Κράτητα [18] πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶν αὐτὸν ἠκμακέναι μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδοτέρω τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν. οἱ δὲ περὶ [19] Ἐρατοσθένη μετὰ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἁλώσεως· οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἥ ἐστι μετὰ ἑκατὸν καὶ τεσ-

A dissolvendus, si verbis Dei fidem adjungamus, nec nos ipsi dissipemus. Nostra enim invasit ope occulti cujusdam thesauri, quem dum fodimus, pulvere quidem impleti sumus, ipsi autem consistendi copiam præbuimus. Omnia enim suam possessionem esse ducens, pretiosiores divitias in suam potestatem redegit. Atque hæc quidem nostris dicta sint. Vobis autem Græcis quid aliud dicam, nisi ut ne melioribus convicium faciatis, nec, si barbari dicuntur, inde ansam arripiatis cavillandi? Nam cur alii aliorum linguam invicem intelligere non possint, causam, si vultis, reperire poteritis. Nostra enim inquirere si velitis, facilem vobis & copiosam narrationem
B instituam.

XXXI. Nunc autem convenire arbitror, ut philosophiam nostram Græcorum disciplinis antiquiorem esse demonstrem. Termini nobis erunt Moses & Homerus, quod uterque sit vetustissimus: ac iste quidem poetarum & historicorum antiquissimus; hic autem barbaræ omnis sapientiæ princeps. Eos ergo in comparationem vocemus. Nostra enim reperiemus non solum Græcorum disciplinis, sed etiam litterarum inventione antiquiora. Testes autem non domi assumam, sed potius Græcis utar adjutoribus. Alterum enim insulsum, quia ne admittendum quidem a vo-
C bis est. Alterum vero admirabile ostenditur, si vestris vobiscum armis pugnans, non suspecta a vobis argumenta desumam. Nam de Homeri poesi, ejusque genere & tempore quo floruit, investigarunt antiquissimi; Theagenes Rhegius qui regnante fuit Cambyse, Stesimbrotus Thasius, Antimachus Colophonius, Herodotus Halicarnasseus, & Dionysius Olynthius. Post hos Ephorus Cumæus, Philochorus Atheniensis, Megaclides & Chamæleo, Peripatetici: deinde Grammatici Zenodotus, Aristophanes, Callimachus, Crates, Eratosthenes, Aristarchus, Apollodorus. Ex his Crates Homerum ante Heraclidarum reditum floruisse ait, intra annos post bellum
D Trojanum octoginta. Eratosthenes post annum centesimum ab Ilio capto. Aristarchus circa Jonicam migrationem, quæ post Troica annis centum & quadraginta contigit. Philochorus post

ce, *iste*, satis manifeste designat Tatianus; cum præsertim, ut ipse paullo post admonet, non Græcis, sed Christianis hæc dicta voluerit. Quare nulla contextus immutandi causa: nec probandus videtur is qui ad oram Reg. 1. scripsit; λείπειν δοκεῖ, *deesse aliquid videtur*.

1. Λόγοις Θεοῦ.] Angl. & Tigur. λόγων Θεοῦ.

2. Κονιορτῷ.] Ita Reg. uterque. Editi κονιορτῶν. Videtur Tatianus respicere ad illud Heracliti dictum: χρυσὸν οἱ διζόμενοι γῆν πολλὴν ὀρύσσουσι καὶ εὑρίσκουσιν ὀλίγον. *Qui rimantur aurum, plurimam terram effodiunt, parumque inveniunt*, apud Theodoret. 1. adv. Græc. p. 478.

3. Τούτῳ.] Sic uterque Reg. Editi habebant τούτων: atque hujus scripturæ vitio tenebræ erant Tatiani verba, adeo ut Editor Oxoniensis, dum malam interpretationem emendare conatur, pejorem effecerit, ad Deum referens, quæ de diabolo dicuntur. Mox legendum videtur παρέσχομεν.

4. Τὸ γὰρ αὐτοῦ πᾶν &c.] Hæc etiam diabolo optime conveniunt, qui dicere ausus est Christo: *Hæc omnia tibi dabo, quia mihi tradita sunt*. Luc. IV. 6.

5. Προσῆκον.] προσήκειν Reg. 2. Angl. Sic etiam Eusebius, qui totum hunc Tatiani locum, iis tamen omissis, quæ numeris 32. 33. 34. & 35. continentur, inseruit lib. 10. Præp. c. 11. Paullo ante leg. βουλομένοις.

6. Τῷ ἑκάτερον.] Euseb. τῷ γὰρ & mox παλαίτατον, πρεσβύτατον. Testatur Worthius in codice ms. Collegii S. Joan. leg. παλαιότατον.

7. Νῦν.] Deest apud Euseb. sed non deesse in codice ms. testatur idem vir eruditus.

8. Ἀλλ' ἔτι καὶ τῆς.] Euseb. ἔτι δὲ καὶ τῆς.

9. Χρήσομαι.] Euseb. καταχρήσομαι.

10. Ὑφ' ὑμῶν.] Ita Eusebius. Editi ἡμῶν. Reg. 1. habet ὑ supra lineam.

11. Παραδεκτέον.] Euseb. παραδεκτόν. Mox Reg. 1. & Tigur. πόσῳ δ' ἂν ἀποδεικνύηται. Mox Euseb. ὁπόταν.

12. Ὅπλων.] Ita Euseb. & codices mss. Editi ὅλων, excepta Oxon. edit.

13. Ἀντερείδων.] Ita Euseb. & tres mss. & Tigur. & Oxon. Editiones aliæ ἀνανταῤῥήτων.

14. Λαμβάνω.] Euseb. παραλαμβάνω. Et mox πρεσβύτατοι μὲν .... Ῥηγῖνος.

15. Στησίμβροτος.] Euseb. Στησύμβροτος.

16. Ἀντίμαχος.] Euseb. Καλλίμαχος. Idem paullo post μετὰ δὲ ἐκείνους.

17. Καὶ Χαμαιλέων.] Conjunctionem ex Eusebio addidi: editi nostri habebant ὁ Χαμαλαιέων. Reg. 1. Angl. & cod. Joan. Fris. Χαμαιλέων. Reg. 2. Χαμαλέων. Euseb. Χαμελέων.


18. Πρὸ τῆς.] Paullo aliter Clemens Alexandrinus: περὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ..... μετὰ ἔτη ὀγδοήκοντα.

19. Ἐρατοσθένη.] Euseb. Ἐρατοσθένην.

a Ῥήγιος] Lectio Eusebiana Ῥηγῖνος probatur cl. Jonsio lib. I. cap. III. *de Script. Hist. Philos.* n. 4. Mox idem l. c. & lib. IV. n. 25. ex Eusebio legendum monet Μεγακλείδης τε καὶ ὁ Χαμαιλέων. At Eusebius editus habet καὶ Χαμελέων, ut vidit quoque noster editor; licet Euseb. ms. apud Worth. præferat Χαμαιλέων.

b Καὶ Ἀντίμαχος] Proba sane lectio, atque e Tatiano emendandus Eusebius apud quem male Καλλίμαχος. Quod miror fugisse illustrem Spanhemium quem nihil fugit, p. 119. ad Callimachum, & Ger. Vossium in Poetis Græcis. Hæc Fabricius *Bibl. Gr.* tom. 2. p. 493.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.



ταράκοντα ἔτη τῶν Ἰλιακῶν· Φιλόχορος δὲ μετὰ τὴν A Ἰωνικὴν [1] ἀποικίαν, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν [2] Ἀρχίππου, τῶν Ἰλιακῶν ὕστερον ἔτεσιν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδωρον, μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν ἔτεσιν ἑκατόν· [3] ὅπερ γένοιτο ἂν ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν διακοσίων [4] τεσσαράκοντα. τινὲς δὲ πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔφασαν αὐτὸν γεγονέναι, τουτέστι μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν ἔτεσι [5] τετρακοσίοις ἐνενήκοντα. ἕτεροι δὲ κάτω τὸν χρόνον ὑπήγαγον, σὺν Ἀρχιλόχῳ γεγονέναι τὸν Ὅμηρον εἰπόντες. [a] ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ Ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστήν, [6] κατὰ Γύγην τὸν Λυδὸν, τῶν Ἰλιακῶν [7] ὕστερον ἔτεσι πεντακοσίοις. καὶ [8] περὶ μὲν τοῦ χρόνου τοῦ προειρημένου ποιητοῦ, λέγω δὴ Ὁμήρου, συστάσεώς τε καὶ τῶν εἰπόντων [9] περὶ αὐτοῦ ἀσυμφωνίας, τοῖς ἐπ᾽ ἀκρι- B βὲς ἐξετάζειν δυναμένοις, [10] αὐταρκῶς ἡμῖν ὡς ἐπὶ κεφαλαίων εἰρήσθω. δυνατὸν γὰρ ψευδεῖς ἀποφήνασθαι καὶ τὰς περὶ τοὺς [11] λόγους δόξας. παρ᾽ οἷς γὰρ ἀσυνάρτητός ἐστιν ἡ τῶν χρόνων ἀναγραφὴ, παρὰ τούτοις οὐδὲ τὰ τῆς ἱστορίας ἀληθεύειν [12] δυνατόν. τί γὰρ τὸ αἴτιον τῆς ἐν τῷ γράφειν πλάνης, εἰ μὴ τὸ συντάττειν τὰ μὴ ἀληθῆ;

Παρ᾽ ἡμῖν δὲ τῆς μὲν κενοδοξίας ὁ ἵμερος οὐκ ἔστι, δογμάτων δὲ ποικιλίαις οὐ καταχρώμεθα. λόγου γὰρ τοῦ δημοσίου καὶ ἐπιγείου κεχωρισμένοι, καὶ πειθόμενοι Θεοῦ παραγγέλμασι, καὶ νόμῳ πατρὸς ἀφθαρσίας ἑπόμενοι, πᾶν τὸ ἐν δόξῃ κείμενον ἀνθρωπίνῃ παραιτούμεθα. φιλοσοφοῦσι τε οὐ μόνον οἱ [13] πλου- C τοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ πένητες προῖκα τῆς διδασκαλίας ἀπολαύουσι. τὰ γὰρ παρὰ Θεοῦ τῆς ἐν κόσμῳ δωρεᾶς [14] ὑπερπαίει τὴν ἀμοιβήν. τοὺς δὲ ἀκροᾶσθαι βουλομένους πάντας, οὕτως προσιέμεθα, κἂν πρεσβύτιδες ὦσι, κἂν μειράκια· πᾶσά τε ἁπαξαπλῶς ἡλικία παρ᾽ ἡμῖν τυγχάνει τιμῆς· τὰ δὲ τῆς ἀσελγείας, πόῤῥω κεχώρισται. καὶ ἡμεῖς μὲν λέγοντες οὐ ψευδόμεθα· τὰ δὲ τῆς ὑμετέρας περὶ τὴν ἀπιστίαν


Jonicam migrationem, Archonte Athenis Archippo, annis post Iliaca centum & octoginta. Apollodorus post Jonicam profectionem annis centum, id est, post Iliaca ducentis & quadraginta. Quidam, illum ante Olympiades vixisse dixerunt annis nonaginta, id est, post Trojam captam trecentis supra decem & septem. Alii tempus infra deducunt, & Homerum Archilocho æqualem fuisse dicunt: floruit autem Archilochus circa Olympiadem vigesimam tertiam tempore Gygis Lydi, annis a bello Trojano quingentis. Atque hæc quidem a nobis de prædicti poetæ, id est, Homeri ætate, ac eorum qui de ipso loquuti sunt, dissensione, satis multa his qui diligenter investigare possunt, licet breviter & compendiose dicta sint. Falsi enim argui possent & quæ de rebus ipsis feruntur opiniones. Ubi enim temporum descriptio non cohæret, nec vera esse possit historia. Quid enim causæ est, cur in scribendo erratur, nisi quia non vera componuntur?

XXXII. Apud nos autem nec inanis gloriæ cupiditas, nec varietas sententiarum. Remoti enim a pervulgata & terrena doctrina, Dei præceptis parentes, ac legem Patris incorruptionis sequentes, quidquid humanis opinionibus continetur, rejicimus. Philosophantur non solum divites, sed & gratuito pauperes doctrina perfruuntur. Majora enim sunt quæ a Deo proficiscuntur, quam ut mundi muneribus rependi possint. Quicumque autem audire voluerint omnes, hoc modo admittimus, etiamsi anus, etiamsi adolescentes fuerint: ac omni prorsus ætati suus est apud nos honor; sed longe abest lascivia. Nihil sane mentimur: sed præclarum fuerit, si vestra in incredulitate perse-

1. Ἀποικίαν.] Addit Eusebius ἔτεσιν.
2. Ἀρχίππου.] Ita Ducæus. Editi Ἀρξίππου.
3. Ὅπερ.] Legitur ὃ apud Euseb. ὃ γὰρ in mss. & Tigur.
4. Τεσσαράκοντα.] Sic habet Eusebius, sicque emendandum monuit Ducæus tum ex cod. mss. Reg. tum quod ante dixerit Tatianus migrationem Jonicam annis 140. post bellum Trojanum contigisse. Legebatur in editis πεντήκοντα. Hieronymus in chronico habet sexaginta.
5. Τετρακοσίοις ἐνενήκοντα.] Sic Reg. uterque, & Anglic. Ducæus & edit. Tigurina, cujus ad marginem cum positum fuisset, τετρακοσίοις ἑπτά, placuit id Gesnero, & inductum fuit in Parisienses editiones: sed utraque scriptura bis vitiosa est. Primum vitium in his verbis occurrit, τινὲς δὲ πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔφασαν αὐτὸν γεγονέναι. Quos hactenus nominaverat Tatianus, hi omnes natu majorem Olympiadibus Homerum dixerant. Cur ergo nunc, velut in singulari quadam opinione, dicit: *Quidam autem illum ante Olympiades exstitisse dixerunt?* Huc accedit aliud erratum. Nam si ante Olympiades exstitit, neque annis 490. neque 407. post Iliaca exstitit; si quidem annos ipsos 407. ab Iliacis rebus ad Olympiades numerat Tatianus. Utrumque vulnus sanabitur, si post has voces αὐτὸν γεγονέναι, addamus ἔτεσιν ἐνενήκοντα, *quidam illum ante Olympiades exstitisse dixerunt annis nonaginta*. Nititur hæc emendatio pluribus rationum momentis. 1. Favent codices mss. in quibus paullo post, sed loco non suo, legitur vox illa ἐνενήκοντα. 2. Manca erit, ut jam dixi, sententia, si Homerus ante Olympiades collocari dicatur, non addito annorum numero. 3. Huc accedit testimonium Clementis Alexandrini, qui Homerum a Sosibio Lacone annis 90. ante Olympiades collocatum narrat, Strom. 1. p. 327. Ex his autem alterum erratum sanatur. Ait enim sub finem Orationis Tatianus se jam numerasse annos 417. ab Iliacis rebus ad Olympiades. Locus autem, in quo ita numeraverit, alius afferri non potest præter eum, qui nunc in manibus est. Quare pro annis 407. aut 490. aut etiam, ut apud Eusebium, 400. apponendus est ejusmodi numerus ex quo sequatur Tatianum numerare annos 417. ab Iliacis rebus ad Olympiades, ac proinde legendum τιζ. sive 317.
6. Κατὰ Γύγην.] Ita Eusebius & Worth. Editi nostri καὶ Γύγην.
7. Ὕστερον.] Hanc vocem, quæ deerat in editis, restituit Reg. 1. Hanc etiam habet in marg. Reg. 2. Legitur apud Eusebium ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν.
8. Περὶ μὲν τοῦ χρόνου.] Euseb. τῶν χρόνων. Paullo post idem στάσεώς τε, quod melius mihi videtur.
9. Περὶ αὐτοῦ.] Euseb. τὰ περὶ αὐτῶν.
10. Αὐταρκῶς.] Ita Reg. uterque & Euseb. Editi αὐταρκέως. Mox idem δυνατὸν γὰρ πανύ.
11. Λόγους.] Ita Euseb. tres mss. & editio Tigurina. Aliæ editiones χρόνους ex mala Gesneri conjectura.
12. Δυνατόν.] Euseb. δύναται. Quod deinde ait Tatianus: *Quid enim causæ est cur in scribendo erratur, nisi quia non vera componuntur?* sic debet intelligi: Quid causæ est cur temporibus in scribendo erratur, nisi quia non vera componuntur?
13. Πλουτοῦντες.] Ita Reg. 1. & ad marginem secundus. Editi πληθοῦντες.
14. Ὑπερπαίει.] Editio Paris. anni 1636. nescio unde habet ὑπεραίρει.

a Ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε κ. τ. λ.] Archilocum Gygis tempore floruisse scribit etiam Herodotus lib. 1. cap. 12. In Chronico Eusebiano Hieronymi ad A. DCCCCIX. ubi de Homeri ætate differitur, ita legimus: *Licet Archilochus vicesimam tertiam Olympiadem & quingentesimum Trojanæ eversionis annum supputet*. Quæ quidem verba ex isto Tatiani loco sunt expressa. sed minus accurate; quum apud Tatianum non Archilochus ita supputet, sed Archilochi qua floruit ætas ita a Tatiano computetur. Græca Eusebii apud Syncellum p. 181. ita se habent: Καὶ ἕτεροι κατὰ Ἀρχίλοχον περὶ τὴν κγ΄. Ὀλυμπιάδα μετὰ ἔτη φ΄. τοῦ τῆς ἁλώσεως Τροίας. Exstant & in Collectaneis Scaligeri, p. 132. Minus recte vertit interpres Syncelli, *Archilochi auctoritate*. Sensus est: alios conferre ætatem Homeri in XXIII. Olympiadem, qua florebat Archilochus, annis a Troja capta quingentis. Perbelle sane ad Tatiani sententiam. Vide Scaligerum in *Animadvers.* ad an. DCCCCIX. p. 57. & Fabricium *Bibl. Gr.* tom. 14. p. 213. sed in primis Vallarsium edit. *Hieron.* tom. 8. p. 314. & Corsinum *Fast. Attic.* tom. III. p. 31.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.



ἐπιμονῆς, [1] καλὸν μὲν εἰ λαμβάνοι περιγραφὴν. εἰ A δ' οὐ· τὰ ἡμέτερα ἔστω Θεοῦ γνώμῃ βεβαιούμενα. γελᾶτε δὲ ὑμεῖς, ὡς καὶ κλαύσοντες. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, Νέστορα μὲν καθ' ὑμᾶς τῶν ἵππων τὰς παρηορίας βραδέως ἀποτέμνοντα, διὰ τὸ [2] ἄτονον καὶ νωθὲς τῆς ἡλικίας θαυμάζεσθαι, πειρώμενον ἐπίσης τοῖς νέοις πολεμεῖν· τοὺς δὲ παρ' ἡμῖν τῷ γήρᾳ παλαίοντας, καὶ τὰ περὶ Θεοῦ πραγματευομένους γελᾶσθαι; τίς δὲ οὐκ ἂν γελάσειεν Ἀμαζόνας μὲν καὶ Σεμίραμιν, καί τινας ἄλλας πολεμικὰς φασκόντων ὑμῶν γεγονέναι, τὰς δὲ παρ' ἡμῖν παρθένους [3] λοιδορούντων; μειράκιον ἦν ὁ Ἀχιλλεὺς, καὶ γενναῖος εἶναι πεπίστευται σφόδρα. καὶ ὁ Νεοπτόλεμος νεώτερος, ἀλλ' ἰσχυρὸς ἦν. Φιλοκτήτης ἀσθενὴς, ἀλλ' ἔχρῃζεν αὐτοῦ κατὰ Τροίας τὸ δαιμόνιον. ὁ Θερσίτης B ὁποῖος ἦν; ἀλλ' ἐστρατήγει· τὸ δ' ἀμετροεπὲς, εἰ μὴ προσῆν αὐτῷ διὰ τὴν ἀμαθίαν, οὐκ ἂν ὡς φοξὸς καὶ ψεδνὸς διεβάλλετο. πάντες οἱ βουλόμενοι φιλοσοφεῖν παρ' ἡμῖν ἄνθρωποι, οὐ τὸ ὁρώμενον δοκιμάζομεν, οὐδὲ τοὺς προσιόντας ἡμῖν ἀπὸ σχήματος κρίνομεν. τὸ γὰρ τῆς γνώμης [4] ἐῤῥωμένον, παρὰ πᾶσιν εἶναι δύνασθαι λελογίσμεθα, κἂν ἀσθενεῖς ὦσι τοῖς σώμασι· τὰ δὲ ὑμέτερα, φθόνου μεστὰ καὶ βλακείας πολλῆς.

verantia modum accipiat: sin minus; res nostræ Dei sententia confirmatæ maneant. Vos autem ridete, ut & ploraturi. Nonne enim absurdum est Nestorem, tarde equorum lora abscindentem ob infirmam & gelidam ætatem, admirationi apud vos esse, quod se juvenibus in bello adæquare conetur; qui autem apud nos cum senectute luctantur, & res divinas pertractant, irrideri? Quis autem vos non rideat, quod dum Amazones & Semiramin & nonnullas alias dicitis bellicosas exstitisse, convicium nostris virginibus faciatis? Adolescens erat Achilles, & admodum generosus fuisse creditur. Junior Neoptolemus, sed fortis erat. Infirmus Philoctetes, sed tamen eo egebat adversus Trojam dæmonium. Qualis fuit Thersites? Sed tamen agminis ductor erat: ac nisi immoderata in eo loquacitas ob imperitiam exstitisset, non sane ei acutum & calvum caput exprobratum fuisset. Quicumque philosophari apud nos volunt; eos ex vultu non probamus; nec de accedentibus ad nos judicium ex specie & habitu facimus. Nam robur animi omnibus inesse posse censemus, quamvis infirmis sint corporibus. Vestra autem, invidiæ plena ac plurimæ socordiæ.

Διὰ τοῦτο προεθυμήθην ἀπὸ τῶν νομιζομένων παρ' ὑμῖν τιμίων παραστῆσαι, ὅτι τὰ μὲν ἡμέτερα σωφρονεῖ, τὰ δὲ ὑμέτερα ἔθη [5] μανίας ἔχεται πολλῆς. οἱ γὰρ [6] ἐν γυναιξὶ καὶ μειρακίοις, παρθένοις τε C καὶ πρεσβύταις φλυαρεῖν ἡμᾶς λέγοντες, καὶ διὰ τὸ μὴ σὺν ὑμῖν εἶναι χλευάζοντες, ἀκούσατε τῶν παρ' Ἑλλήνων πραγμάτων τὸν λῆρον. ληραίνει γὰρ διὰ δόξης μᾶλλον πολλῆς τῶν παρ' ὑμῖν θεῶν τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ διὰ τῆς γυναικωνίτιδος [7] ἀσχημονεῖτε. Πράξιλλαν μὲν γὰρ Λύσιππος ἐχαλκούργησεν, μηδὲν εἰποῦσαν διὰ τῶν ποιημάτων χρήσιμον, Λεαρχίδα δὲ Μενέστρατος, [8] Σιλανίων δὲ Σαπφὼ τὴν ἑταίραν, Ἤρινναν τὴν Λεσβίαν [9] Ναυκύδης, [10] Βοΐσκος Μυρτίδα, [11] Μυρὼ τὴν Βυζαντίαν Κηφισόδοτος, Γόμφος Πραξιγορίδα, καὶ Ἀμφίστρατος Κλειτώ. τί γάρ μοι περὶ Ἀνύτης λέγειν, [a] Τελεσίλλης τε καὶ Μυστίδος; τῆς μὲν γὰρ Εὐθυκράτης τε καὶ Κηφισόδοτος, τῆς δὲ Νικήρατος, τῆς δὲ Ἀριστόδοτος εἰσὶν οἱ D [12] δημιουργοί· Μνησαρχίδος τῆς Ἐφεσίας Εὐθυκράτης, Κορίννης Σιλανίων, Θαλαρχίδος τῆς Ἀργείας Εὐθυκράτης. ταύτας δὲ εἰπεῖν προὐθυμήθην, ἵνα μηδὲ παρ' ἡμῖν ξένον τι πράττεσθαι νομίζητε· καὶ συγκρίναντες τὰ ὑπ' ὄψιν ἐπιτηδεύματα, μὴ χλευάζητε τὰς παρ' ἡμῖν φιλοσοφούσας. καὶ ἡ μὲν Σαπφὼ γύναιον πορνικὸν ἐρωτομανὲς, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀσέλγειαν ᾄδει. πᾶσαι δὲ αἱ παρ' ἡμῖν σωφρονοῦσι, καὶ περὶ τὰς ἠλακάτας αἱ παρθένοι τὰ κατὰ Θεὸν λα-

XXXIII. Quapropter ex iis rebus quas vos in pretio habetis, planum facere decrevi, nostra instituta temperantiam servare: vestra vero, insania referta esse. Nam qui nos inter mulieres & adolescentes, inter virgines & anus nugari dicitis, & quia vobiscum non sumus, irrideris; quid nugarum ferant res Græcorum, audite. Nugantur enim eorum artes, dum majore in pretio sunt, quam vestri dii, & circa gynæceum indecore vos geritis. Praxillam enim quæ nihil utile carminibus dixit, æream fecit Lysippus, Learchidem Menestratus, Sappho meretricem Silanion, Erinnam Lesbiam Naucydes, Boiscus Myrtidem, Myrum Byzantiam Cephisodotus, Praxigoridem Gomphus, Clitum Amphistratus. Quid enim dicam de Anyta, Telesilla & Mystide? Primæ Euthycrates & Cephisodotus, secundæ Niceratus, tertiæ Aristodotus, opifices fuerunt: Mnesiarchidis Ephesiæ Euthycrates, Corinnæ Silanion, Thalarchidis Argivæ Euthycrates. Has recensere volui, ne quid novi apud nos existimetis fieri; atque ut obversantia oculis monumenta comparantes, eas quæ apud nos philosophantur non irrideatis. Ac Sappho quidem meretrix & impudica muliercula; ac suam ipsius lasciviam canit. At omnes pudicæ apud nos sunt; & circum cola virgines, multo præclarius quam

1. *Καλὸν μέν.*] Particula addita ex tribus mss. & Tigur. Ibidem editi *εἰ δ' ἐν*. Melius Ducæus quem sequuti sumus. Mox ex Gesneri conjectura *ἐστι Θεοῦ*. Tres mss. & Tigur. *ἔστω*.

2. *Ἄτονον.*] Male in Paris. edit. *ἄποπον*.

3. *Λοιδορούντων.*] Codex Joan. Fris. *λοιδορεῖσθαι*.

4. *Ἐῤῥωμένον.*] Ita Reg. 1. sic etiam Reg. 2. in margine. Editi, excepto Frontone Ducæo & Oxon. *ἐῤῥωμένην*.

5. *Μανίας.*] Hanc vocem suppeditavit Reg. 1. *μέθης* ad marginem Reg. 2. Paullo ante editi *παρ' ἡμῖν*, excepto Ducæo quem sequutus sum.

6. *Ἐν γυναιξὶ καὶ μειρακίοις.*] Hoc probri genere utebatur Celsus in Christianos, quod lanifices, sutores, fullones in suis ædibus, & illiteratissimos quosque, pueros & mulierculas ad christianam religionem adducere conentur, ac pueris dicant debere eos relicto patre & præceptoribus ire cum mulierculis & collusoribus pueris in conclave mulierum aut officinam sutoriam, fulloniamve, ut mysteriis initientur, *ἵνα τὸ τέλειον λάβωσι*. Digna est quæ perlegatur Origenis præclarissima responsio, lib. 2. p. 145. Quod autem ethnici christianis, ut probrum objiciebant, id religionis defensores magnæ laudi esse ducebant, ut paullo ante Tatianus, Justinus Apol. 2. n. 10. Athenag. Apol. num. 11. Clem. Alexand. Strom. 4. p. 497. Lactantius lib. 6. Institut. cap. 4. Theodoret. adv. Græcos lib. 5. Vide Juliani impia dicteria apud S. Cyrill. lib. 7. p. 229. & responsionem S. Cyrilli.

7. *Ἀσχημονεῖτε.*] Reg. 2. *ἀσχημονεῖται*.

8. *Σιλανίων.*] Reg. uterque *Σαλανίων*.

9. *Ναυκύδης.*] Angl. *Ναχύδης*.

10. *Βοΐσκος.*] Gesnerus, cujus annotatio in editione Oxoniensi apponitur, legendum conjicit *Βοηθὸς*, qui sculptor insignis fuit, Plinio majorem in modum laudatus lib. 33. cap. 12. & 34. cap. 8. & 36. cap. 15.

11. *Μυρώ.*] Reg. 2. *Τυρώ*.

12. *Δημιουργοί.*] Post hanc vocem addunt uterque Regius & Angl. *Κλειτοῦς δὲ Ἀμφίστρατος*.

a *Τελεσίλλης*] Telesillæ meminit etiam Clemens Alex. *Strom.* lib. 4. cap. 19. p. 618. Pausanias in *Corinthiacis* p. 121. Plutarchus *de virtut. mulier.* p. 121. nec non Suidas. Vide Potterum l. c.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
151.



λῦσιν [1] ἐκφωνήματα [2] τῆς παρ' ὑμῖν παιδὸς σπουδαιότερον. τούτου χάριν αἰδέσθητε, μαθηταὶ μὲν ὑμεῖς τῶν γυναίων ἐλεγχόμενοι, τὰς δὲ σὺν ἡμῖν πολιτευομένας σὺν τῇ μετ' αὐτῶν [3] πανηγύρει χλευάζοντες. τί γὰρ ὑμῖν ἡ Γλαυκίππη σεμνὸν εἰσηγήσατο παιδίον; ἢ τις τεράστιον ἐγέννησεν, καθὼς δείκνυσιν αὐτῆς ἡ εἰκὼν, Νικηράτου τοῦ Εὐκτήμονος Ἀθηναίου τὸ γένος χαλκευσαντος; εἰ γὰρ ἐκύησεν ἐλέφαντα, τί τὸ αἴτιον τοῦ [4] δημοσίας ἀπολαῦσαι τιμῆς τὴν Γλαυκίππην; Φρύνην τε τὴν ἑταίραν ὑμῖν Πραξιτέλης καὶ Ἡρόδοτος πεποιήκασι, καὶ Παντευχίδα συλλαμβάνουσαν ἐκ φθορέως Εὐθυκράτης ἐχαλκούργησεν. Βησαντίδα τὴν Παιόνων βασίλισσαν, ὅτι παιδίον μέλαν ἐκύησε, Δεινομένης διὰ τῆς ἑαυτοῦ τέχνης μνημονεύεσθαι παρεσκεύασεν. ἐγὼ καὶ Πυθα-
B γόρου κατέγνωκα τὴν Εὐρώπην ἐπὶ τοῦ ταύρου καθιδρύσαντος, καὶ ὑμῶν οἵτινες τοῦ Διὸς τὸν κατήγορον διὰ τὴν ἐκείνου τέχνην τετιμήκατε. γελῶ καὶ τὴν [5] Μύρωνος ἐπιστήμην ποιήσαντος μόσχον, ἐπὶ δὲ αὐτοῦ νίκην, ὅτι τὴν Ἀγήνορος ἁρπάσας θυγατέρα, μοιχείας καὶ ἀκρασίας βραβεῖον ἀπηνέγκατο. τὴν [6] Γλυκέραν τὴν ἑταίραν, καὶ Ἀργείαν τὴν ψάλτριαν ὁ Ὀλύνθιος Ἡρόδοτος κατεσκεύασεν. Βρύαξις Πασιφάην ἔστησεν, ἧς τὴν ἀσέλγειαν μνημονεύσαντες, μονονουχὶ καὶ τὰς γυναῖκας τὰς νῦν [7] τοιαύτας εἶναι προῄρησθε. Μελανίππη τις ἦν σοφὴ, διὰ τοῦτο ταύτην ὁ Λυσίστρατος ἐδημιούργησεν· [8] ὑμεῖς δὲ εἶναι παρ' ἡμῖν σοφὰς οὐ πεπιστεύκατε.

A vestra illa puella, divina oracula pronuntiant. Quapropter pudere vos debet, quod ipsi quidem muliercularum discipuli sitis; mulieres autem instituto nostro addictas, cum solemnibus quos illæ obeunt, conventibus exagitetis. Qualem enim vobis & quam præclaram prolem edidit Glaucippe, quæ monstrum peperit, quemadmodum demonstrat illius statua, opifice Nicerato Atheniensi Euctemonis filio? Etsi enim elephantem peperit Glaucippe; quid causæ est cur publico honore perfruatur? Phrynen vobis meretricem Praxiteles & Herodotus fecerunt: Panteuchydem e scortatore gravidam Euthycrates. Besantidem Pæonum reginam, quod nigrum infantem peperisset, arte sua Dinomenes hominum memoriæ commendavit. Ego autem & Pythagoram qui Europam tauro imposuit, & vos condemno qui Jovis accusatorem honore ob ipsius artem afficitis. Rideo & Myronis artem, qui buculam effinxit eique victoriam imposuit, quod rapta Agenoris filia adulterii & intemperantiæ præmium reportasset. Glyceram meretricem & Argivam psaltriam Herodotus Olynthius expressit. Bryaxis Pasiphaen statuit, cujus lasciviam commemorantes tantum non studio habetis, ut tales sint hodie mulieres. Quædam Melanippe sapiens erat, eamque idcirco Lysistratus effinxit: at vos sapientes esse apud nos mulieres non creditis.

C Πάνυ γοῦν σεμνὸς καὶ ὁ τύραννος Φάλαρις, ὃς τοὺς ἐπιμαστιδίους θοινώμενος παῖδας, διὰ τῆς Πολυστράτου τοῦ Ἀμπρακιώτου κατασκευῆς, μέχρι νῦν ὥς τις ἀνὴρ θαυμαστὸς δείκνυται. καὶ οἱ μὲν Ἀκραγαντῖνοι βλέπειν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον τὸ προειρημένον διὰ τὴν ἀνθρωποφαγίαν ἐδεδίεσαν· οἷς δὲ μέλον ἐστὶ παιδείας, αὐχοῦσιν, ὅτι δι' εἰκόνος αὐτὸν θεωροῦσι. πῶς γὰρ οὐ χαλεπὸν ἀδελφοκτονίαν παρ' ὑμῖν τετιμῆσθαι, οἱ Πολυνείκους καὶ Ἐτεοκλέους ὁρῶντες τὰ σχήματα, καὶ μὴ σὺν τῷ ποιήσαντι Πυθαγόρᾳ [9] καταβοθρώσαντες, [10] ἐναπόλλυτε τῆς κακίας τὰ ὑπομνήματα; τί μοι διὰ τὸν Περικλύμενον, γύναιον, ὅπερ ἐκύησε τριάκοντα παῖδας, ὡς θαυμαστὸν ἡγεῖσθαι [11] καὶ κατανοεῖν ποίη-
D μα; πολλῆς γὰρ ἀκρασίας ἀπενεγκαμένη τὰ ἀκροθίνια βδελύττεσθαι καλὸν ἦν, τῇ κατὰ Ῥωμαίους συῒ παρεικαζομένη, ἥ τις καὶ αὐτὴ διὰ τὸ ὅμοιον [12] μυστικωτέρας, ὥς φασιν, ἠξίωται θεραπείας. ἐμοίχευσε δὲ Ἄρης τὴν Ἀφροδίτην, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν Ἁρμονίαν Ἄνδρων ὑμῖν κατεσκεύασε. [13] λήρους καὶ φλυαρίας Σώφρων διὰ συνταγμάτων παραδοὺς, ἐνδοξότερος χάριν τῆς χαλκευτικῆς, ἣ μέχρι νῦν ἐστί. καὶ τὸν ψευδόλογον Αἴσωπον ἀείμνηστον, οὐ μόνον τὰ [14] μυθολογήματα, ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ τὸν Ἀριστόδημον πλαστικὴ περισπούδαστον ἀπέδειξεν. εἶτα πῶς οὐκ αἰδεῖσθε, τοσαύτας μὲν ἔχοντες ποιητρίας οὐκ ἐπί τι χρήσιμον, πόρνας δὲ ἀπείρους, καὶ μοχθηροὺς ἄνδρας, τῶν παρ' ἡμῖν γυναικῶν διαβάλλοντες τὴν σεμνότητα; τί μοι σπουδαῖον μανθάνειν

XXXIV. Egregius sane Phalaris, Tyrannus, qui pueros lactentes vorans, Polystrati Ampraciotæ arte etiamnum, quasi vir quidam admirandus, monstratur. Ac talem quidem illius vultum Agragantini ob humanæ carnis esum intueri reformidant; at qui eruditioni dant operam, gloriantur quod eum per imaginem adspiciant. Annon flagitiosum est fraternam cædem apud vos honorari, qui Polynicis & Eteoclis imagines adspicitis, ac non potius eas cum opifice Pythagora defodistis, ut nequitiæ monumenta interirent? Quid causæ est cur mulierem triginta pueros enixam, propter Periclymenum, veluti admirandum quidpiam, intuear & contempler! Nam cum multæ intemperantiæ fructus tulisset, præclarum erat illam detestari, ut pote illi apud Romanos scrophæ assimilatam, quæ & ipsa sacrum aliquem cultum ob similem partum fertur assequuta. Mœchatus est Mars cum Venere, & natam ex illis Harmoniam Andron vobis expressit. Sophron qui nugas & ineptias litteris mandavit, clarior fuit ob æream fabricam, quæ etiamnum exstat. Fabulatorem Æsopum immortalitati non solum fabulæ commendarunt, sed etiam Aristodemi ars decus illi & celebritatem conciliavit. Quomodo ergo qui tot poetrias nullam ad rem utilem, innumeras meretrices & tot improbos viros habetis, mulierum apud nos temperantiam calumniari non pudet? Quid præclari fecerim, si Evan-

1. Ἐκφωνήματα.] Sic etiam supra num. 12. θεσπέρας δέ τινος ἐκφωνήσεως λόγοις καταχρωμένων. Et n. 3. ἐκπεφώνηκε, pro eo quod habebatur in Tigurina editione ἐκπεφρόνηκε. Eadem editio hoc loco ἐκφρονήματα.

2. Τῆς παρ' ὑμῖν παιδός.] In Reg. 1. legitur hoc scholium ad marginem: Γλαυκίππην λέγει, *Glaucippen dicit*. Sed inepta prorsus hæc annotatio, cum luce clarius sit Tatianum de Sappho loqui.

3. Πανηγύρει.] Joan. Fris. ὁμηγύρει.

4. Δημοσίας.] Reg. 2. δημοσίῳ.

5. Μύρωνος.] Hæc lectio conjectura est Gesneri, in editiones Tigurina posteriores inducta. Legitur Μήκωνος in tribus mss. & Tigur. Gesnerus Myconem aut Myronem restituendum esse existimat. Uterque inter insignes Statuarios numeratur, & a Plinio ob artis præstantiam laudatur lib. 34. cap. 8. Addit Gesnerus in buculam Myronis ex aere factam, permulta epigrammata legi lib. 4. Florileg. Græc. Sect. 7.

6. Γλυκέραν.] Reg. uterque, Angl. & Tigur. διὰ τὴν Γλυκέραν.

7. Τοιαύτας εἶναι.] Deest postrema vox in cod. Angl. & Reg. 2.

8. Ὑμεῖς.] Reg. 1. ἢ ὑμεῖς.

9. Καταβοθρώσαντες.] Ita Reg. 1. & Angl. & Ducæus. Reg. 2. ad marginem καταβορβώσαντες. Editi καταβορθώσαντες.

10. Ἐναπόλλυτε.] Ducæus ἐναπόλοιντο. cod. Joan. Fris. ἐναπόλοιτο.

11. Καὶ κατανοεῖν.] Ita Reg. 2. & Angl. Legitur in Reg. 2. ἡγεῖσθαι κατανοεῖν, & supra lineam καὶ. Editi ἡγεῖσθαι τὸ κατανοεῖν.

12. Μυστικωτέρας.] Reg. 2. μυστικώτερον.

13. Λήρους.] Angl. λήρους τε καὶ.

14. Μυθολογήματα.] Joan. Fris. ψευδολογήματα.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.

Εὐάνθην ἐν Περιπάτῳ [1] τεκεῖν, καὶ πρὸς τὴν Καλλιστράτου κεχηνέναι τέχνην, καὶ πρὸς [2] τὰ Καλλιάδου Νεαίρᾳ παρέχειν τοὺς ὀφθαλμούς; ἑταίρα γὰρ ἦ. Λαῒς ἐπόρνευσε, καὶ ὁ Τοῦρνος αὐτὴν ὑπόμνημα τῆς πορνείας ἐποίησεν. διὰ τί τὴν Ηφαιστίωνος οὐκ αἰδεῖσθε πορνείαν, καὶ εἰ πάνυ Φίλων [3] αὐτὸν ἐντέχνως ποιεῖ; τίνος δὲ χάριν διὰ Λεωχάρους Γανυμήδη, τὸν ἀνδρόγυνον, ὥς τι σπουδαῖον ἔχοντες κτῆμα, τετιμήκατε; καὶ [4] Σπιλούμενόν τι γύναιον Πραξιτέλης ἐδημιούργησεν. ἐχρῆν δὲ πᾶν [5] τὸ τοιοῦτον παραιτησαμένους τὸ κατὰ ἀλήθειαν σπουδαῖον ζητεῖν· καὶ μηδὲ Φιλαινίδος μηδὲ Ελεφαντίδος τῶν ἀρρήτων ἐπινοιῶν ἀντιποιουμένους, τὴν ἡμετέραν πολιτείαν βδελύττεσθαι.

A then in Peripato discam peperisse, aut Callistrati arti inhiem, aut in Calliadæ Neæram oculos defigam? erat enim meretrix. Lais scortata est, eamque Turnus scortationis monumentum statuit. Cur non vobis pudori est Hephæstionis scortatio, quamvis eum Philo affabre expresserit? Aut qua de causa, propter Ganymedem Leocharis, cynædum, veluti præclarum quippiam possidentes, honore afficitis? Spilumenen etiam Praxiteles mulierculam effinxit. Satius erat omnibus ejusmodi rebus amandatis, quæ vere præclara & honesta sunt quærere; nec Philænidis & Elephantidis nefanda inventa adsciscentes, instituta nostra detestari.

B

Ταῦτα μὲν οὖν οὐ παρ' ἄλλου μαθὼν ἐξεθέμην, πολλὴν ἐπιφοιτήσας γῆν, καὶ τοῦτο μὲν σοφιστεύσας τὰ ὑμέτερα, τοῦτο δὲ τέχναις καὶ ἐπινοίαις ἐγκυρήσας πολλαῖς, ἔσχατον δὲ τῇ Ῥωμαίων ἐνδιατρίψας πόλει, καὶ τὰς ἀφ' ὑμῶν [6] ὡς αὐτοὺς [a] ἀνακομισθείσας ἀνδριάντων ποικιλίας καταμαθών. [7] οὐ, γὰρ ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς πολλοῖς, ἀλλοτρίαις δόξαις τἀμαυτοῦ κρατύνειν πειρῶμαι· πάντων δὲ ὧν ἀποποιήσομαι αὐτὸς τὴν κατάληψιν, τούτων καὶ τὴν ἀναγραφὴν συντάσσειν βούλομαι. διόπερ χαίρειν εἰπὼν καὶ τῇ Ῥωμαίων μεγαλαυχίᾳ, καὶ τῇ Ἀθηναίων ψυχρολογίᾳ, δόγμασιν ἀσυναρτήτοις, [8] τῆς καθ' ἡμᾶς βαρβάρου φιλοσοφίας ἀντεποιησάμην· ἣ τίς ὂν τρόπον ἐστὶν τῶν παρ' ὑμῖν ἐπιτηδευμάτων ἀρχαιοτέρα, γράφειν μὲν ἀρξάμενος, διὰ δὲ τὸ κατεπεῖγον τῆς ἐξηγήσεως ὑπερθέμενος, νῦν, ὅτε καιρὸς, περὶ τῶν κατ' αὐτὴν δογμάτων λέγειν πειράσομαι. μὴ γὰρ δυσχεράνητε τὴν ἡμετέραν παιδείαν, μηδὲ φλυαρίας καὶ βωμολοχίας μεστὴν ἀντιλογίαν, καθ' ἡμῶν πραγματεύησθε, λέγοντες· Τατιανὸς ὑπὲρ τοὺς Ἕλληνας, ὑπὲρ τὸ ἄπειρον τῶν [9] φιλοσοφούντων καινοτομεῖ τὰ βαρβάρων δόγματα. τί γὰρ χαλεπὸν, ἀνθρώπους πεφηνότας ἀμαθεῖς, ὑπὸ ἀνθρώπου νῦν ὁμοιοπαθοῦς συνελέγχεσθαι; τί δὲ καὶ ἄτοπον, κατὰ τὸν οἰκεῖον ὑμῖν σοφιστὴν, γηράσκειν ἀεὶ [10] πάντα διδασκομένους.

XXXV. Hæc equidem non ab alio accepta exposui, qui multas regiones peragravi, ac partim in vestris exercitatus sum disciplinis, partim in artes & inventa multa incidi, ac tandem in Romanorum urbe commoratus, statuarum varietates a vobis illuc exportatas vidi. Non enim, ut plerique solent, alienis opinionibus mea confirmare; sed quæcumque vidi, ea litteris mandare aggredior. Vale igitur dicto & Romanorum jactantiæ, & frigido Atheniensium sermoni, male sartis opinionibus, barbaram nostram philosophiam complexus sum: quæ quomodo vestris institutis antiquior sit, C cum scribere incœperim, sed propter instantem narrationem distulerim; nunc, cum tempus est, de illius decretis disserere instituam. Ne ergo stomachum vobis faciat eruditio nostra; nec refertam nugis & scurriliter dictis confutationem in nos elaboretis, dicentes: Tatianus supra Græcos, supra infinitam philosophorum multitudinem, novus est barbarorum doctrinæ sectator. Quid enim incommodi, homines quorum imperitia monstrata est, nunc ab homine ejusdem naturæ argui? Aut quid absurdi, more vestri sophistæ, semper aliquid discentes senescere?

Πλὴν Ὅμηρος ἔστω [11] μὴ μόνον ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνον αὐτὸν [12] ὑπειλήφθω τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, ἔτι δὲ καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἀγαμέμνονα [13] συστρατεύεσθαι, [14] καὶ εἰ βούλεταί τις πρὶν καὶ τῶν στοιχείων γεγονέναι τὴν εὕρεσιν. φανήσεται γὰρ ὁ προειρημένος Μωϋσῆς, αὐτῆς μὲν τῆς Ἰλιακῆς ἁλώσεως πρεσβύτερος πάνυ πολλοῖς ἔτεσι γεγονὼς, [15] τῆς δὲ Ἰλίου κτίσεως, καὶ τοῦ Τρωὸς καὶ Δαρδάνου λίαν ἀρχαιότερος. ἀποδείξεως δὲ ἕνεκεν, μάρτυσι χρήσομαι Χαλδαίοις, Φοίνιξιν, Αἰγυπτίοις. καὶ [16] τί μοι λέγειν πλείονα; χρὴ γὰρ τὸν πείθειν ἐπαγ-

D XXXVI. Sit sane Homerus non modo non junior Iliacis rebus; sed ipsi bello æqualis, & cum Agamemnone militasse, ac, si quis velit, ante litteras inventas exstitisse existimetur. Perspicuum erit prædictum Mosem Trojæ excidio omnino antiquiorem esse multis annis, ut qui Ilii constructionem, & Trois ac Dardani ætatem longe antecedat. Cujus rei demonstrandæ causa testibus utar Chaldæis, Phœnicibus & Ægyptiis. Quid plura dicam! Oportet enim, ut qui persuadendi operam profitetur, res quasque audien-


1. Τεκεῖν.] Ita Reg. uterque & Ducæus. Editi τέκνων.
2. Πρὸς τὰ Καλλιάδου.] Legendum πρὸς τῇ, vel πρὸς τὴν Νεαίραν.
3. Αὐτόν.] Reg. 2. & Joan. Fris. αὐτήν.
4. Σπιλούμενον.] Tres codices mss. habent ὃ ψελιούμενον. Tigurina editio ὀψελιούμενον. Unde Gesnerus effecit Σπιλούμενον, quia Praxiteles apud Plinium lib. 34. cap. 8. Spilumenen, id est, contaminatam dicitur effinxisse. Fecit Praxiteles Stephusam, Spilumenem, Oenophorum. Probat Gesneri conjecturam Ducæus: sed eruditus Oxoniensis editor legendum existimat ὃ ψελλιούμενον, mulierculam armilla instructam.
5. Τὸ τοιοῦτον.] Editi addunt εἶδος, quod multo elegantius deest in perantiquo codice Regio, cujus tamen ad oram alia manu additum fuit.
6. Ὡς αὐτούς.] Ita Reg. 1. & Angl. & Tigur. Deerat vocula in aliis editionibus. Reg. 2 ὡσαύτως.
7. Οὐ γὰρ ὡς.] Sic emendatum ope Reg. 1. Legebatur οὐχ ὡς in editis.
8. Τῆς καθ' ἡμᾶς.] H. Stephanus legendum conjecit τῆς καθ' ὑμᾶς, eam philosophiam, quam vos barbaricam appellatis, amplexus sum. Sed pluribus locis Tatianus Judæorum & Christianorum doctrinam hoc nomine barbaram dicit. Barbaricos libros commemorat n. 29. Mosem barbaræ omnis sapientiæ principem vocat n. 31. Barbaræ philosophiæ addictum se esse dicit n. 42.
9. Φιλοσοφούντων.] Reg. 1. & Angl. φιλοσοφησάντων. Ibidem editi addunt πλῆθος. Sed elegantius abest a Regio 1. ad oram tamen additum fuit.
10. Πάντα.] Melius πολλά. Sic enim, ut observavit Gesnerus, in Elegiis Solonis legitur versus quem Tatianus citat:

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

11. Μὴ μόνον.] Ita Eusebius. Legitur in Reg. 1. μὴ ὕστερον. Deerat negatio in editis.
12. Ὑπειλήφθω.] Eusebius addit γεγονέναι.
13. Συστρατεύεσθαι.] Euseb. συνεκστρατεῦσαι.
14. Καὶ εἰ βούλεται.] Euseb. κἂν βούληται.
15. Τῆς δὲ Ἰλίου.] Secundam voculam desumsi ex Eusebio, qui sic habet: πολλοῖς ἔτεσι· τῆς δὲ γεγονυίας Ἰλίου.
16. Τί μοι λέγειν.] Euseb. τί με λέγειν δεῖ.

a Ὡς αὐτούς] Pearsonus conjicit legendum πρὸς αὐτούς.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.



γελλόμενον συντομωτέρας ποιεῖσθαι τὰς περὶ τῶν A πραγμάτων πρὸς τοὺς ἀκούοντας διηγήσεις. [1] Βηρωσὸς ἀνὴρ Βαβυλώνιος, ἱερεὺς τοῦ παρ' αὐτοῖς Βήλου, κατ' Ἀλέξανδρον [2] γεγονὼς, [a] Ἀντιόχῳ [3] τῷ μετ' αὐτὸν τρίτῳ τὴν Χαλδαίων ἱστορίαν ἐν τρισὶ βιβλίοις κατατάξας, καὶ τὰ περὶ τῶν βασιλέων [4] ἐκθέμενος, ἀφηγεῖται τινὸς αὐτῶν ὄνομα Ναβουχοδονόσορ τοῦ στρατεύσαντος ἐπὶ Φοίνικας καὶ Ἰουδαίους· ἅ τινα διὰ τῶν καθ' ἡμᾶς προφητῶν ἴσμεν κεκηρυγμένα, γεγονότα μὲν πολὺ τῆς Μωϋσέως ἡλικίας κατώτερον, [5] πρὸ δὲ τῆς Περσῶν ἡγεμονίας ἔτεσιν ἑβδομήκοντα. Βηρωσὸς δέ ἐστιν ἀνὴρ ἱκανώτατος, καὶ τούτου τεκμήριον Ἰόβας, [6] ὃς περὶ Ἀσσυρίων γράφων, παρὰ Βηρωσοῦ φησὶ μεμαθηκέναι τὴν ἱστορίαν. εἰσὶ δὲ αὐτῷ βίβλοι περὶ Ἀσσυρίων δύο. B

tibus breviter & compendiose enarret. Berosus Babylonius, Beli apud Babylonios sacerdos, qui Alexandro æqualis fuit, & tertio post eum Antiocho historiam Chaldæorum tribus libris inscripsit, ac res gestas regum exposuit, quemdam ex eis commemorat nomine Nabuchodonosor, a quo suscepta in Phœnices & Judæos expeditio. Hæc a prophetis nostris prædicata scimus; ac multo quidem Mosis ætate serius contigisse, annis videlicet ante Persarum imperium septuaginta. Est autem Berosus longe doctissimus scriptor, cujus rei argumentum est, quod Juba de rebus Assyriorum scribens, historiam se a Beroso didicisse declarat. Scripsit autem libros duos de rebus gestis Assyriorum.

Μετὰ δὲ [7] τοὺς Χαλδαίους, τὰ Φοινίκων οὕτως ἔχει. γεγόνασιν παρ' αὐτοῖς τρεῖς ἄνδρες, Θεόδοτος, Ὑψικράτης, Μῶχος· τούτων τὰς βίβλους εἰς Ἑλληνίδα κατέταξεν φωνὴν [8] Χαῖτος, ὁ καὶ τοὺς βίους τῶν φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβὲς πραγματευσάμενος. ἐν δὲ ταῖς τῶν προειρημένων δηλοῦται ἱστορίαις, κατά τινα τῶν βασιλέων Εὐρώπης ἁρπαγὴν γεγονέναι, Μενελάου τε εἰς τὴν Φοινίκην [9] ἄφιξις, καὶ τὰ περὶ [10] Χείραμον, ὅστις Σολομῶνι τῷ Ἰουδαίων βασιλεῖ πρὸς γάμον δοὺς [11] τὴν θυγατέρα, καὶ ξύλων παντοδαπῶν ὕλην εἰς τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν ἐδωρήσατο. καὶ Μένανδρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς περὶ τῶν αὐτῶν τὴν ἀναγραφὴν ἐποιήσατο. τοῦ δὲ Χειράμου ὁ χρόνος ἤδη που τοῖς Ἰλιακοῖς ἐγγίζει. C Σολομὼν δὲ ὁ κατὰ Χείραμον πολὺ κατώτερός ἐστι τῆς Μωϋσέως ἡλικίας.

XXXVII. Post Chaldæos, sic se habent res Phœnicum. Exstiterunt apud eos tres viri, Theodotus, Hypsicrates, Mochus: horum libros in græcam linguam convertit Lætus, qui & vitas philosophorum accurate conscripsit. In his autem historiis narratur sub quodam rege raptus Europæ, Menelai in Phoenicen adventus, ac res etiam a Chiramo gestæ, qui filiam suam Salomoni Judæorum regi in matrimonium dedit, ac omne lignorum genus ad Templi constructionem suppeditavit. Eadem scribit Menander Pergamenus. Ac Chirami quidem ætas Iliacis rebus vicina est: Salomon autem Chiramo æqualis multo recentior est Mosis ætate.

Αἰγυπτίων δὲ εἰσὶ αἱ [12] ἐπ' ἀκριβὲς [13] χρόνων ἀναγραφαὶ, καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς [14] πραγμάτων ἑρμηνεὺς ἐστι Πτολεμαῖος, οὐχ ὁ βασιλεὺς, ἱερεὺς δὲ Μένδητος. [b] οὗτος τὰς τῶν βασιλέων πράξεις ἐκτιθέμενος, κατ' [15] Ἄμωσιν βασιλέα Αἰγύπτου γεγονέναι Ἰουδαίοις φησὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν, εἰς ἅπερ [16] ἦλθον χωρία, Μωϋσέως ἡγουμένου. λέγει δὲ οὕτως· ὁ δὲ Ἄμωσις ἐγένετο κατ' Ἴναχον βασιλέα. μετὰ δὲ τοῦτον Ἀππίων ὁ γραμματικὸς ἀνὴρ δοκιμώτατος ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν, (πέντε δέ εἰσιν αὐτῷ γραφαὶ) πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, φησὶ δὲ ὅτι [17] κατέσκαψε τὴν Αὔαριν Ἄμωσις κατὰ τὸν Ἀργεῖον γε-

XXXVIII. Sunt etiam Ægyptiorum tempora accurate descripta, rerumque apud eos gestarum interpres est Ptolemæus, non ille quidem rex, sed sacerdos Mendesius. Is regum res gestas exponens, Judæos sub Amose Ægyptiorum rege ex Ægypto in ea quæ occuparunt loca, duce Mose, profectos esse testatur. Sic autem loquitur: *Amosis autem erat æqualis Inacho regi*. Post hunc Appion Grammaticus vir doctissimus, in quarto Ægyptiacorum (sunt enim quinque illius libri) inter alia multa testatur Avarim evertisse Amosin, Argivo Inacho

1. Βηρωσός.] Euseb. Βηρωσσός, & sic infra ubi idem nomen occurrit.
2. Γεγονώς.] Euseb. γενόμενος.
3. Τῷ μετ' αὐτὸν τρίτῳ.] Euseb. τῷ μετὰ Σέλευκον τρίτῳ.
4. Ἐκθέμενος.] Eusebius ἐκτιθέμενος.
5. Πρὸ δὲ τῆς.] Secundam voculam suppeditavit Eusebius. Ex eodem sumsimus κατώτερον, pro eo quod erat in editis nostris κατώτερα.
6. Ὃς περί.] Illud etiam ὃς Eusebio debemus.
7. Τοὺς Χαλδαίους.] Ita Reg. uterque & Euseb. Editi τὰ Χαλδαίων. Tigur. τοῖς Χαλδαίων (Sic etiam ms. Angl.) & ad marginem τὰ Χαλδαίων.
8. Χαῖτος ὁ καί.] Editi nostri καὶ ὁ, quod quidem emendavi beneficio Eusebii. Sed aliud erratum est in voce Χαῖτος. Eusebius Ἀσιτος. Legendum esse Λαῖτος probat eruditus Oxoniensis Editor testimonio Clementis Strom. 1. pag. 326. atque ita placuisse Reinesio & Bocharto monet.
9. Ἄφιξις.] Ita Regius uterque & Eusebius. Editi ἀφίξιν. Habet etiam Eusebius ἁρπαγή.
10. Χείραμον.] Eusebius Εἴραμον.
11. Τὴν θυγατέρα.] Euseb. τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα: & mox, τοῦ νεώ.
12. Ἐπ' ἀκριβές.] Ita Ducæus, & ad marginem Tigur. Eusebius ἀκριβεῖς. Editi ἐπ' ἀκριβεῖς.
13. Χρόνων.] Ita mss. & Euseb. Editi χρόνῳ, excepta tamen Ducæi editione. (& Worth. edit. Oxon.)

14. Πραγμάτων.] Eusebius γραμμάτων: apud quem etiam legitur, omisso verbo, ἑρμηνεὺς Πτολεμαῖος.
15. Ἄμωσιν.] Codex Joannis Frisii Ἄμασιν.
16. Ἦλθον.] Eusebius ἤθελεν, apud quem etiam annotatur ad marginem fortasse delenda esse hæc verba: λέγει δὲ οὕτως.
17. Κατέσκαψε τὴν Αὔαριν.] Eusebius habet κατέστρεψε: sed præcipua varietas in voce sequenti posita. Habet enim Clemens Alexandrinus Ἀθυρίαν. Reg. 1. Αυαρίαν. Codex Joan. Fris. Αυαρία. Eusebius Ἄβαριν quod idem est ac Αὔαριν urbem. Sic etiam codex ms. Clementis pro Ἀθυρίαν. Editiones Tatiani Μαρίαν. Existimat Ducæus legi posse Μαρείαν, *ac fortasse intelligendum, Amosim effodisse Mariam, id est, Euripo ducto commisisse Mariam cum Nilo, vel cum ipso mari Mediterraneo*. Sed tamen alteram vocem in textum recipere non dubitavi, tum quia ei favent mss. codices & Clemens ac Eusebius; tum quia consentit cum historiæ monumentis. Nam rex ille sub quo egressi sunt ex Ægypto Israelitæ, apud Manethonem Tethmosis: apud Appionem, ut non solum ex Tatiano patet, sed etiam ex Justino Cohort. n. 9. Amasis dictus est. Is autem cum bellum gesserit cum Israelitis, non mirum si urbem Avarim evertisse dicitur, quæ præcipua videtur Israelitarum fuisse, teste Manethone apud Josephum 1. App. p. 1052.

a Ἀντιόχῳ] Antiochum Σωτῆρα intelligit, non Antiochum Θεὸν ejus filium, Perizonius *Origin. Babylon.* cap. 1. p. 16. Sed si Vossium audiamus *de Hist. Gr.* lib. 1. cap. 13. p. 86. Antiocho Θεῷ potius historiam suam dicaverit Berosus. Sic enim innuere Tatianus ipse videtur, scribens Ἀντιόχῳ τῷ μετ' αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) τρίτῳ. Enimvero proximus ab Alexandro est Seleucus Nicator, alter ab eo Antiochus Σωτήρ, tertius Antiochus Θεός. Plura heic Worthius, & quidem satis erudite. Schrœrus tamen in suo *Imperio Babylonis & Nini*, sect. I. n. x. pag. 37. locum corruptum, quin & fortasse ab aliena manu adjectum suspicatur.

b Οὗτος κ. τ. λ.] De hoc Tatiani loco præstat adire Vignolium in præclaro opere Gallice inscripto, *Chronologie de l' Histoire sainte*, tom. 1. p. 599. 607.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.

νόμενΘ Ιναχον, ὡς ἐν τοῖς χρόνοις ἀνέγραψεν ὁ Μενδήσιος ΠτολεμαῖΘ. ὁ δὲ ἀπ' Ινάχου χρόνΘ, ἄχει τῆς Ιλίου ἁλώσεως ἀποπληροῖ γενεὰς εἴκοσι. καὶ τὰ τῆς ἀποδείξεως ἔχει τῦτον τὸν τρόπον.

æqualem, ut in Annalibus scripsit Ptolomæus Mendesius. Tempus autem quod ab Inacho ad Ilii excidium effluxit, ætates implet viginti; idque hoc modo demonstratur.



[a] Γεγόνασιν Αργείων βασιλεῖς οἵδε, ΙναχΘ, Φορωνεὺς, Απις, [1] Κείασις, Τειόπας, ΑργεῖΘ, Φόρβας, [2] Κροτώπας, [3] ΣθενέλαΘ, ΔάναΘ, Λυγκεὺς, [4] Προῖτος, Αβας, Ακρίσιος, Περσεὺς, [5] ΣθενέλαΘ, Εὐρυσθεὺς, Ατρεὺς, Θυέστης, Αγαμέμνων· οὗ κατὰ τὸ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος τῆς βασιλείας, Ιλιον ἑάλω. καὶ χρὴ τὸν νουνεχῆ [6] συνιέναι μετὰ πάσης ἀκριβείας, ὅτι κατὰ τὴν Ελλήνων παράδοσιν, [7] οὐδ' ἱστορίας τις ἦν παρ' αὐτοῖς ἀναγραφή. ΚάδμΘ γὰρ, ὁ τὰ στοιχεῖα τοῖς προειρημένοις παραδοὺς, μετὰ πολλὰς γενεὰς τῆς Βοιωτίας ἐπέβη. μετὰ δὲ Ιναχον ἐπὶ [8] Φορωνέως, μόγις τοῦ θηριώδους βίου καὶ νομάδΘ περιγραφὴ γέγονεν, μετεκοσμήθησαν δὲ [9] οἱ ἄνθρωποι [b]. διόπερ εἰ κατὰ Ιναχον πέφηνεν ὁ Μωσῆς γεγονὼς, πρεσβύτερός ἐστι τῶν Ιλιακῶν ἔτεσι τετρακοσίοις. ἀποδείκνυται δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχον, ἀπό τε τῆς τῶν Αττικῶν βασιλέων διαδοχῆς, [c] καὶ Μακεδονικῶν, καὶ Πτολεμαϊκῶν, ἔτι δὲ καὶ Αντιοχικῶν. ὅθεν [10] εἰ μετὰ τὸν Ιναχον αἱ διαφανέσεραι πράξεις παρ' Ελλησιν ἀνεγράφησάν τε καὶ γινώσκονται, δῆλον, ὡς καὶ μετὰ Μωσέα. κατὰ γὰρ Φορωνέα τὸν μετ' Ιναχον, μνημονεύεται παρ' Αθηναίοις ΩγυγΘ, ἐφ' οὗ κατακλυσμὸς ὁ πρῶτος· κατὰ δὲ Φόρβαντα ΑκταῖΘ, ἀφ' οὗ καὶ [11] Ακταία ἡ Αττική· κατὰ [12] Τειόπαν Προμηθεὺς, καὶ Επιμηθεὺς, καὶ Ατλας, καὶ ὁ Διφυὴς Κέκροψ, [13] καὶ ἡ Ιώ. [14] κατὰ δὲ Κέκροπα, ἡ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις, καὶ ἐπὶ ΔευκαλίωνΘ ἐπομβρία. κατὰ δὲ Σθένελον, ἥ, τε ΑμφικτυόνΘ βασιλεία, καὶ ἡ εἰς Πελοπόννησον Δαναοῦ παρουσία, καὶ ἡ ὑπὸ Δαρδάνου τῆς Δαρδανίας κτίσις, ἥ τε ἐκ Φοινίκης [15] τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Κρήτην ἀνακομιδή. κατὰ δὲ Λυγκέα, τῆς Κόρης ἡ ἁρπαγὴ, καὶ ἡ τοῦ ἐν Ελευσῖνι τεμένους καθίδρυσις, καὶ ἡ Τριπτολέμου γεωργία, καὶ ἡ Κάδμου εἰς Θήβας παρουσία, Μίνωός τε ἡ βασιλεία. κατὰ δὲ Προῖτον, ὁ Εὐμόλπου πρὸς Αθηναίους πόλεμΘ. κατὰ δὲ Ακρίσιον, ἡ ΠέλοπΘ ἀπὸ Φρυγίας διάβασις, καὶ Ιωνος εἰς τὰς Αθήνας ἄφιξις, [16] καὶ ὁ δεύτερος Κέκροψ, αἵ τε Περσέως καὶ Διονύσου πράξεις, καὶ Ορ-

XXXIX. Hi fuerunt Argivorum reges: Inachus, Phoroneus, Apis, Criasis, Triopas, Argius, Phorbas, Crotopas, Sthenelaus, Danaus, Lynceus, Prœtus, Abas, Acrisius, Perseus, Sthenelaus, Eurystheus, Atreus, Thyestes, Agamemnon, cujus regni anno decimo octavo capta est Troja. Debet autem quisquis sapit diligenter observare, nullum historiæ monumentum apud Græcos, quemadmodum ipsi perhibent, litteris consignatum fuisse. Nam Cadmus qui litteras eis tradidit, post multas generationes in Bœotiam venit. Post Inachum autem sub Phoroneo, vix tandem homines ab efferata nomadum vita ad liberaliorem cultum traducti sunt. Quamobrem si Inacho æqualis Moses, annis quadringentis bello Trojano antiquior. Atque id etiam demonstratur ex regum Atticorum, & Macedonum, & Ptolemæorum, & Antiochorum successionibus. Unde si post Inachum clariores quæque res gestæ apud Græcos scriptæ ac notæ fuerunt; nimirum etiam post Mosem. Nam Phoroneo qui successit Inacho, Ogygus apud Athenienses æqualis fuit, sub quo primum diluvium contigit: Phorbanti autem Actæus, a quo & Actæa dicta Attica regio: Triopæ Prometheus & Epimetheus, & Atlas, & Cecrops ille Diphyes, & Io. Sub Cecrope Phaetontis incendium, & Deucalionis diluvium. Sub Sthenelo regnum Amphyctionis, Danai in Peloponnesum adventus, & Dardania a Dardano condita, & Europæ ex Phœnicia Cretam reditus. Sub Lynceo Proserpinæ raptus, templi in Eleusine constructio, Triptolemi agricultura, Cadmi Thebas adventus, Minois regnum. Sub Prœto Eumolpi bellum adversus Athenienses. Sub Acrisio Pelopis ex Phrygia descensus, & Jonis Athenas adventus; quemadmodum & Cecrops secundus, & Persei ac Bacchi res gestæ, & discipulus Or-

1. Κείασις.] Sic habet Eusebius: ΑργεῖΘ, Κείασος, Φόρβας, Τειόπας. Sic etiam in cod. Angl. nisi quod habet Χείασις, pro quo legendum ΧείασΘ existimat Munckerus in editione Mythographorum, citatus ab editore Oxoniensi.

2. Κροτώπας.] Euseb. Κροτωπός.

3. ΣθενέλαΘ.] Joan. Fris. ΣθένελΘ.

4. Προῖτος, Αβας.] Euseb. Αβας, Προῖτος.

5. ΣθενέλαΘ.] Deest in utroque Regio & apud Eusebium.

6. Συνιέναι.] Ita Eusebius, melius quam in editis nostris συνῆναι. Codex Joan. Fris. habet ut Eusebius. Legitur συνεῖναι in utroque Reg. & apud Ducæum.

7. Οὐδ' ἱστορίας.] Ita Eusebius multo melius, quam editi nostri οὐ δὲ ἱστορίας.

8. Επὶ Φορωνέως, μόγις.] Euseb. ὑπὸ Φορωνέως μόλις.

9. Οἱ ἄνθρωποι.] Ita Reg. 1. Euseb. Fris. & Ducæus. Male in editis nostris οἱ οὐρανοὶ, in quibus etiam mox aliud erratum, nempe οἱ κατὰ Ιναχὸν, quod quidem auctore Eusebio sustulimus. Reg. 2. habet εἰ, sed ad marginem. Sic etiam Joannes Frisius & Ducæus.

10. Εἰ μετὰ τὸν Ιναχον.] Habet Eusebius: εἰ κατὰ τὸν Ιναχον αἱ διαφανεστάται.... ἐγράφησαν.

11. Καὶ Ακταία.] Deest conjunctio apud Eusebium: & Clement. Strom. 1. p. 321.

12. Τειόπαν.] Reg. 2. Πειόπαν in margine. Sic etiam Angl. in textu. Euseb. κατὰ δὲ Τειόπαν. Mox Clemens καὶ Ατλας καὶ Επιμηθεύς.

13. Καὶ ἡ Ιώ.] Clemens καὶ Ινώ.

14. Κατὰ δὲ Κέκροπα.] Legendum esse κατὰ δὲ Κροτωπὸν demonstrat Ducæus, tum quia Eusebius & Clemens ita habent, tum quia recenset Tatianus Argivos reges, quos inter jam antea numeravit Crotopam. Mox Eusebius Σθενέλαον.

15. Τῆς Εὐρώπης.] Hæc desunt apud Clementem, apud quem legitur ἥ τε ἐκ Κρήτης εἰς Φοινίκην ἀνακομιδή.

16. Καὶ ὁ.] Ita Euseb. & Clem. & Reg. 1. Editi ὡς ὁ. Mox Eusebius & Clemens Ορφεύς τε καὶ ΜουσαῖΘ.

a Γεγόνασιν κ. τ. λ.] De hoc item loco consulas velim Petavium *de Doctr. temp.* IX. 18. init. p. m. 43. & laudatum Vignolium l. c. pag. 608.

b Οἱ ἄνθρωποι — εἰ κατὰ Ιναχ.] Sic & editio Oxoniensis, quæ proinde ab aliis editis excipienda.

c Καὶ Μακεδονικῶν — καὶ Αντιοχικῶν] Parum abest, quin hæc omnia pro glossemate habeat Wesselingius in *Probabilib.* cap. 35. p. 315. licet eadem in Tatiani Oratione invenerit etiam Eusebius, ex eoque descripserit *Præp. Evang.* lib. X. cap. XI. Nimirum, inquit, a veritate videtur alienissimum, adeoque Tatiano indignum, ostendi posse, ut heic adstruitur, Mosem quadringentis annis Trojanum bellum præcessisse, ex successionibus eorum regum, si Atticos excipias. Quis enim, subdit, e Macedonicorum, Lagidarum & Seleucidarum successionibus Mosem CCCC. annis Trojano bello superiorem esse probabit; quum illi eo tempore nulli essent, ne fando quidem cogniti? Quomodo igitur ex illis sibi invicem succedentibus, Mosis ætatem Trojana clade antiquiorem statuere quis poterit? Hæc vir Cl. Cujus quidem suspicio de glossemate firmari forte posset ex eo, quod de his regibus sileat Clemens Alexandrinus, longe antiquior Eusebio, quin & suppar Tatiano, *Strom.* lib. I. cap. 21. p. 379. seq. ubi ferme Tatianum ipsum exscribit. Verum id eruditis dijudicandum relinquimus.

φέως μαθητὴς Μυσαῖος. κατὰ δὲ τὴν Αγαμέμνονος A βασιλείαν, ἑάλω τὸ Ἴλιον.

Οὐκοῦν πέφηνε Μωϋσῆς [1] ἀπό γε τῶν προειρημένων, [2] πρεσβύτερος ἡρώων παλαιῶν, [3] πόλεων, δαιμόνων· καὶ χρὴ τῷ πρεσβεύοντι κατὰ τὴν ἡλικίαν πιστεύειν, [4] ἤπερ τοῖς ἀπὸ τῆς πηγῆς ἀρυσαμένοις Ἕλλησιν, [5] οὐ κατ' ἐπίγνωσιν τὰ ἐκείνου δόγματα. πολλοὶ γὰρ οἱ κατ' αὐτοὺς σοφισταὶ κεχρημένοι περιεργίᾳ, τὰ ὅσα [6] παρὰ τῶν κατὰ Μωσέα, καὶ τῶν ὁμοίως αὐτῷ φιλοσοφούντων ἔγνωσαν, καὶ παραχαράττειν ἐπειράθησαν· πρῶτον μὲν, ἵνα τι λέγειν ἴδιον [7] νομισθῶσι· δεύτερον δὲ, ὅπως τὰ ὅσα μὴ συνίεσαν, διά τινος ἐπιπλάστου [8] ῥητολογίας παρακαλύπτοντες, [9] ὡς μυθολογίαν τὴν ἀλήθειαν B [10] παραπρεσβεύωσι. περὶ μὲν οὖν τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας, ἱστορίας τε τῆς κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους, ὅσα τε εἰρήκασιν οἱ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν λόγιοι, καὶ πόσοι [11] καὶ τίνες εἰσὶ μνημονεύσαντες, ἐν τῷ [12] πρὸς τοὺς ἀποφηναμένους τὰ περὶ Θεοῦ δειχθήσεται.


Τὸ [13] δὲ συνέχον, πειρατέον μετὰ πάσης ἀκριβείας σαφηνίζειν, ὡς οὐχ Ὁμήρου μόνον πρεσβύτερός ἐστιν ὁ Μωϋσῆς· ἔτι δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων, Λίνου, Φιλάμμωνος, Θαμύριδος, Ἀμφίωνος, [14] Μουσαίου, Ὀρφέως, Δημοδόκου, Φημίου, Σιβύλλης, Ἐπιμενίδου τοῦ Κρητὸς, ὅστις εἰς τὴν Σπάρτην ἀφίκετο, Ἀριστέου τοῦ Προκοννησίου τοῦ [15] τὰ Ἀριμάσπια C συγγράψαντος, Ἀσβόλου τε τοῦ Κενταύρου, καὶ Ἰσάτιδος, Δρυμῶνός τε καὶ [16] Εὐμίκλου τοῦ Κυπρίου, καὶ Ὥρου τοῦ Σαμίου, καὶ [17] Προσναυτίδου τοῦ Ἀθηναίου. Λῖνος μὲν γὰρ Ἡρακλέους ἐστὶ διδάσκαλος· ὁ δὲ Ἡρακλῆς, μιᾷ τῶν Τρωϊκῶν προγενέστερος πέφηνε γενεᾷ, τοῦτο δέ ἐστι φανερὸν ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Τληπολέμου, στρατεύσαντος ἐπὶ Ἴλιον. Ὀρφεὺς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονεν· ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν [18] ἐπιφερόμενά φασιν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι, γενομένου κατὰ

A phei Musæus. Sub Agamemnonis regno captum Ilium.

XL. Ex his ergo perspicitur Mosem vetustis Heroibus & bellis & dæmonibus antiquiorem esse. Quamobrem, cum antiquitate præstet, credendum ei potius quam Græcis, qui ex fonte hauserunt, non grato animo, illius dogmata. Multi enim apud eos sophistæ, cum curiosius indagarent; quæcumque a Mose, & ab iis qui similiter ac ille philosophati, cognoverunt, ea adulterare conati sunt: primum quidem, ut aliquid proprie suum dicere viderentur; deinde, ut quæ minus intellexerunt, ea disertis quibusdam commentis obvolventes, fabulæ speciem affingerent veritati. De nostro igitur instituto, ac de legum nostrarum historia quænam eruditi apud Græcos dixerint, quamque multi & quales sint qui his de rebus meminere, in libro adversus eos qui de rebus divinis asseveraverunt, demonstrabitur.

XLI. Nunc autem, quod instat, quam diligentissime demonstrandum est, non solum Homero antiquiorem esse Mosem, sed etiam vetustioribus Homero scriptoribus, Lino, Philammone, Thamyride, Amphione, Musæo, Orpheo, Demodoco, Phemio, Sibylla, Creta Epimenide qui Spartam venit, Aristæo Proconnesio qui scripsit Arimaspia, Asbolo Centauro, Isatide, Drimone, Eumiclo Cyprio, Horo Samio, Prosnautide Atheniensi. Nam Linus Herculis magister fuit: Hercules autem una ætate bellum Trojanum antecedit, ut planum est ex ejus filio Tlepolemo, qui adversus Ilium profectus est. Orpheus autem Herculi æqualis: nam quæ sub illius nomine feruntur, ea ab Onomacrito Atheniensi, qui Pisistratidis regnantibus circa Olympiadem quinquagesimam degebat, composi-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.



1. Ἀπό γε.] Ita Eusebius. Editi, ἀπό τε.

2. Πρεσβύτερος.] Eusebius, πρεσβύτατος.

3. Πόλεων, δαιμόνων.] Ita Eusebius. Legitur in tribus mss. codicibus, πολέμων, δαιμόνων. Male in editis nostris ἀπό τε πολέμων δαιμόνων.

4. Ἤπερ.] Eusebius μᾶλλον ἤπερ. Sic etiam Reg. 2. in margine.

5. Οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.] Ut hæc verba sic redderem, *non grato animo*, persuasit mihi Clemens Alexandrinus, qui ea non aliam in sententiam videtur accepisse. Ait enim Strom. 1. p. 312. *Græcos Philosophos fures esse & latrones, qui ante adventum Domini ab Hebræis prophetis partes veritatis non grato animo desumserint, sed eas sibi tamquam propria dogmata attribuerint.* ταῦτα δ' ἂν εἶεν κλέπται καὶ λῃσταὶ οἱ παρ' Ἕλλησι φιλόσοφοι, οἳ πρὸ τῆς κυρίου παρουσίας παρὰ τῶν Ἑβραϊκῶν προφητῶν μέρη τῆς ἀληθείας οὐ κατ' ἐπίγνωσιν λαβόντες, ἀλλ' ὡς ἴδια σφετερισάμενοι δόγματα. Ergo ἐπίγνωσιν intelligebat grati animi significationem, cui officio deesse existimabat Græcorum philosophos, quia sibi tamquam propria attribuerant, quæ ab Hebræis mutuo acceperant.

6. Παρὰ τῶν ... καὶ παραχαράττειν.] Ita Eusebius melius, quam editi nostri περὶ τῶν ... ἃ καὶ παραχαράττειν. Habet etiam Clemens παρὰ τῶν. Legitur apud Eusebium οἱ ὅσα.

7. Νομισθῶσι.] Sic etiam Eusebius. Tres mss. & Tigur. νομίζωσι. Ad oram editionis Tigurinæ positum erat νομίζονται, quod inde in alias fluxit editiones.

8. Ῥητολογίας.] Reg. 2. ad marg. ῥητορολογίας.

9. Ὡς μυθολογίαν.] Ita Eusebius. Angl. ὡς μυθολογίας. Editi ταῖς μυθολογίαις. Reg. 1. ὡς μυθολογίαις. Consentit hæc sententia cum Justino martyre, qui docet Apol. 1. num. 14. fabulas inventas fuisse, ut veritas pro fabula haberetur.

10. Παραπρεσβεύωσι.] Euseb. παραβραβεύωσι. Sententiam Tatiani sic imitatur Clemens loco jam citato: καὶ τὰ μὲν [illegible]· τὰ δὲ ὑπὸ περιεργίας ἀμαθῶς σοφισάμενοι· [illegible].

11. Καὶ πόσοι.] Deest verbum apud Eusebium.

12. Πρὸς τοὺς ἀποφηναμένους.] Vertit Gesnerus: *in libro ad eos qui rebus divinis simplicem fidem detrahunt*, sive ut in annotatione explicat, *qui de Deo & rebus divinis demonstrationibus agunt*. In hac annotatione quam adoptat eruditus Oxoniensis Editor, existimat Gesnerus Tatianum idem sensisse ac Apellem; nempe *non oportere omnino fidei discuti rationem, sed unumquemque debere in eo quod credat, permanere*, apud Euseb. lib. 5. c. 13. Sed 1. verbum ἀποφαίνεσθαι non idem hoc loco valet ac *demonstrationibus agere*. 2. Tatianus adhuc catholicus idem sentire non potuit ac Apelles. 3. Si religionem Tatianus argumentis defendi debere non putabat; cur in promisso illo opere statuerat exquisitis argumentis & ex remotissima antiquitate comportatis uti? Ante ἀποφηναμένους supplendum παρὰ τοῖς Ἕλλησιν: quæ quidem verba, cum paullo ante præcedant, repeti necesse non fuit. Erant tunc apud Gentiles plurimi, & ii quidem eruditione insignes viri, qui de Christiana religione plurima sibi ignota & inexplorata effutire non dubitabant. Talis erat Crescens, cujus indoctam temeritatem Justinus coram multis testibus convicerat, Apol. 2. nu. 3. Statuerat Tatianus veterum testimonio novos refellere. Neque enim alio videtur spectare potuisse meditata illa tot rerum collectio.

13. Τὸ δὲ συνέχον.] Euseb. τὸ δὲ νῦν ἔχον.

14. Μουσαίου, Ὀρφέως.] Melius Eusebius, Ὀρφέως, Μουσαίου.


15. Τὰ Ἀριμάσπια.] Corrupte Eusebius, τὰ Ἀριμασπία.

16. Εὐμίκλου.] Eusebius Εὔκλου, quod quidem magis placet erudito Oxoniensi editori, eique assentitur Fabricius Bibliot. Græc tom. 1. p. 38.

17. Προσναυτίδου.] Uterque Reg. Προναυτίδου. Euseb. Προμινίδου, & ad marg. Πορναπίδου. Gyraldus Dialog. II. de Poet. p. 48. & Vossius lib. 1. de Historicis Græcis cap. 1. legendum putant Προσμαντίδου. Sed id minime probatur erudito Worthio, eique magis arridet Προναπίδου. Is enim Homeri præceptor fuisse perhibetur apud Diodorum Siculum lib. 3. p. 140. Erudito editori assentitur Fabricius Biblioth. Gr. tom. 1. p. 159.

18. Ἐπιφερόμενα.] Euseb. [illegible]. Joan. Fris. ἀναφερόμενα. Jos. Scal. l. de emendat. temporum, ἔτι φερόμενα.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 151.



τὴν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, [a] περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. τοῦ δὲ Ὀρφέως μαθητὴς Μουσαῖος· Ἀμφίων δὲ δυσὶ προάγων γενεαῖς τῶν [1] Ἰλιακῶν τὰ πλείονα πρὸς τοὺς φιλομαθεῖς συντάττειν [2] ἀπείργει ἡμᾶς. Δημόδοκος δὲ καὶ Φήμιος κατὰ τὸν αὐτὸν τῶν Τρωϊκῶν πόλεμον γεγόνασι· διέτριβον γὰρ ὁ μὲν παρὰ τοῖς μνηστῆρσιν, ὁ δὲ παρὰ τοῖς Φαίαξιν. ὁ Θάμυρις δὲ καὶ ὁ Φιλάμμων οὐ πολὺ τούτων εἰσὶν ἀρχαιότεροι. περὶ μὲν οὖν τῆς καθ' ἕκαστον λόγον πραγματείας, χρόνων τε, καὶ ἀναγραφῆς αὐτῶν, ὡς οἶμαι, σφόδρα μετὰ πάσης ἀκριβείας ὑμῖν ἀνεγράψαμεν. ἵνα δὲ καὶ τὸ μέχρι νῦν ἐνδέον ἀποπληρώσωμεν, ἔτι καὶ περὶ τῶν νομιζομένων σοφῶν, [3] ποιήσομαι τὴν ἀπόδειξιν. Μίνως γὰρ ὁ πάσης προὔχειν νομισθεὶς σοφίας, [4] ἀγχινοίας τε καὶ νομοθεσίας, B ἐπὶ Λυγκέως, τοῦ μετὰ Δαναὸν βασιλεύσαντος γέγονεν, ἑνδεκάτῃ γενεᾷ μετὰ Ἴναχον. Λυκοῦργος δὲ πολὺ γεννηθεὶς μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. Δράκων δὲ περὶ Ὀλυμπιάδα τριακοστὴν καὶ ἐννάτην εὑρίσκεται γεγονώς. [5] Σόλων [b] περὶ μζ'. Πυθαγόρας περὶ ξβ'. τὰς δὲ Ὀλυμπιάδας ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι ἀπεδείξαμεν γεγονυίας τετρακοσίοις ἑπτά. καὶ δὴ τούτων οὕτως ἀποδεδειγμένων, διὰ βραχέων ἔτι καὶ περὶ τῆς τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἡλικίας ἀναγράψομεν. τοῦ γὰρ πρεσβυτάτου τῶν προειρημένων Θάλητος, γενομένου περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καὶ τὰ περὶ τῶν μετ' αὐτὸν σχεδὸν [6] ὑμῖν συντόμως εἴρηται. C

A ta existimantur. Orphei discipulus fuit Musæus: Amphion autem, cum duabus ætatibus Iliaca antecedat, plura discendi cupidis proferre prohibet. Demodocus & Phemius ipsius belli Trojani tempore fuerunt: erat enim alter apud procos, alter apud Phæaces. Thamyris & Philammon non multo his antiquiores sunt. Igitur de scriptis ad unamquamque doctrinam spectantibus, ac de temporibus & temporum descriptione, arbitror, me satis multa quam accuratissime scripsisse. Sed ut ea etiam quæ hactenus superfunt, expleamus; adhuc & de iis, qui existimati sunt sapientes, demonstrationem instituam. Minos enim, qui in omni sapientiæ genere ac prudentia & legum institutione præivisse existimatus est, sub Lynceo Danai successore exstitit, undecima post Inachum ætate. Lycurgus multo post captum Ilium natus, annis centum ante Olympiades Lacedæmoniis leges præscribit. Draco circa trigesimam nonam Olympiadem reperitur exstitisse: Solon circa quadragesimam septimam: Pythagoras circa sexagesimam secundam. Olympiades autem annis post Iliaca septem & quadringentis institutas demonstravimus. Sed his ita demonstratis, non jam multa & de septem Sapientium ætate adscribemus. Nam cum horum antiquissimus Thales circa Olympiadem quinquagesimam floruerit; ea etiam quæ ad minores natu pertinent, fere a nobis compendiose dicta sunt.

Ταῦτα ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ὁ κατὰ βαρβάρους φιλοσοφῶν Τατιανὸς συνέταξα, γεννηθεὶς μὲν ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων γῇ, παιδευθεὶς δὲ πρῶτον μὲν τὰ ὑμέτερα, δεύτερον δὲ ἃ περ νῦν [7] κηρύττειν ἐπαγγέλλομαι. γινώσκων δὲ λοιπὸν τίς ὁ Θεὸς, καὶ τίς [8] κατ' αὐτὸν ποίησις, ἕτοιμον ἐμαυτὸν ὑμῖν πρὸς τὴν ἀνάκρισιν τῶν δογμάτων παρίστημι, μενούσης μοι κατὰ Θεὸν πολιτείας ἀνεξαρνήτου.

XLII. Hæc vobis, o Græci, ego Tatianus barbaræ philosophiæ addictus composui, natus in terra Assyriorum; ac primum quidem vestris disciplinis imbutus, deinde illis, quas me profiteor prædicare. Jam vero cum noverim quis sit Deus & quod ejus opus, paratum me vobis ad examen dogmatum exhibeo, manente mihi citra inficiationem colendi Dei ratione.


1. Ἰλιακῶν.] Euseb. Τρωϊκῶν.
2. Ἀπείργει.] Ita Reg. 1. & Euseb. & Reg. 2. ad marginem. Editi ἀπείργειν.
3. Ποιήσομαι.] Euseb. ποιήσωμεν.
4. Ἀγχινοίας τε καὶ νομοθεσίας.] Sic Eusebius. Editi nostri ἀγχινοίᾳ τε καὶ νομοθεσίᾳ.
5. Σόλων περὶ μζ'.] Ita Reg. uterque & Angl. & Euseb. Editi περὶ μ'. Observat Editor Oxon. Meursium lib. 1. de Archont. Athen. legendum monere περὶ μς'. *circa quadragesimam sextam*. Addit observationem Meursii confirmari his verbis Clementis Alexandrini, Strom. 1. p. 302. ἤκμασεν οὖν ὁ Σόλων κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα. *Floruit ergo Solon Olympiade quadragesima sexta*. Sed tamen ea videtur retinenda Tatiani scriptura, quam Eusebius & codices mss. adstruunt.
6. Ὑμῖν.] Legendum esse ἡμῖν nemo est qui non facile animadvertat. Ibidem Euseb. κατ' αὐτόν.
7. Κηρύττειν.] Ita Euseb. Reg. 1. Ducæus & Oxon. Legebatur in aliis codicibus mss. & editis κρύπτειν.
8. Κατ' αὐτόν.] Euseb. τίς ἡ κατ' αὐτόν. Sic etiam Reg. 2. mox Euseb. ἑαυτὸν & τῆς κατὰ Θεόν.

a Περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπ.] Hunc Tatiani locum in mendo cubare contendit vir illustris Joannes Bouherius in erudito opere Gallice inscripto, *Recherches & Dissertations sur Herodote*, p. 155. Nam, inquit, annus primus Olympiadis quinquagesimæ incidit in annum 4134. Periodi Julianæ. At si eo tempore florebat Onomacritus, quomodo tandem Xerxem affectari potuisset anno 4230. ut quidem testatur Herodotus VII. 6.? Hinc ut huic loco medelam ferret G. J. Vossius *de Poet. Græc.* p. 23. legendum censuit apud Tatianum ἑξηκοστὴν pro πεντηκοστήν. Quæ tamen emendatio laudato Bouherio minus placet: id enim habet incommodi, quod hac semel admissa, si nempe dicatur Onomacritus floruisse Olympiade sexagesima, cujus annus postremus incidit in annum 4177. tunc adhuc inverisimile sit, ipsum admodum senem in Persidem perrexisse anno 4230. Itaque subductis rationibus locum sic restituendum putat vir clar. περὶ τὴν πέμπτην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Verum quominus viri eruditi sententiæ subscribam, obstat in primis Clemens Alexandrinus, qui hæc eadem, ut alia plura, pæne κατὰ λέξιν e Tatiano desumsit: quod sane non latuit ipsum Bouherium. En ejus verba *Strom.* lib. I. cap. 21 p. 397. Ναὶ μὴν Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, εὑρίσκεται. *Quin etiam Onomacritus, cujus dicuntur esse poemata Orpheo adscripta, tempore principatus Pisistratidarum, circa quinquagesimam Olympiadem, invenitur*. Esto: erraverit Tatianus in supputandis temporibus, atque in errorem traxerit Clementem: vix tamen crediderim mendum in ejus verba librariorum culpa irrepsisse; eo in primis nomine, quod sic item legerit eidem ferme σύγχρονος Clemens Alex. Neque nobis demum heic inquirendum, quid scribere debuerit auctor, sed quid scripserit. His ita jam enarratis, forte deprehendi Cl. Corsinum *Fast. Attic.* tom. III. pag. 87. in Vossii sententiam concessisse.

b Σόλων περὶ μζ'.] Editio noviss. Paris. heic præfert in versione, *quadragesimam octavam*. Mendum sustulimus ad mentem Cl. editoris. Ceterum in nota omittendus erat Eusebius, qui *Præp. Ev.* lib. X. cap. XI. sub finem, in suo Tatiani exemplari legebat περὶ μς'. *circa sextam & quadragesimam*. Neque aliter habet in *Chronico* ad annum MCCCCXXII. Sic & Laertius lib. I. segm. 62. Ἤκμασε μὲν οὖν ὁ Σόλων περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, ἧς τῷ τρίτῳ ἔτει ἦρξε τῶν Ἀθηναίων. *Floruit itaque Solon circa quadragesimam sextam Olympiadem, cujus tertio anno Archon Atheniensium fuit:* ut proinde trium codd. mss. lectio deserenda videatur, in quibus librariorum vitio ς'. facile in ζ'. abierit.

INDEX CAPITUM ORATIONIS TATIANI ADVERSUS GRÆCOS.

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
161.



S. PII PAPÆ I.

EPISTOLÆ II.

AD JUSTUM EPISCOPUM VIENNENSEM.

EPISTOLA I.

A

Pii I. *Papæ directa Justo* [1] *Episcopo Viennensi*.

ANtequam Roma exiisses, soror nostra Euprepia, sicut bene recordaris, titulum domus suæ pauperibus assignavit, ubi nunc cum pauperibus nostris commorantes Missas agimus. De te autem, superbeate, postquam ad senatoriam urbem [2] Viennensem perrexisti, quid factum sit nosse cupimus; & si sementem Ev.ngelii jam sparseris, audire multum desideramus. Presbyteri illi qui ab Apostolis educati, usque ad nos pervenerunt, cum quibus simul verbum [3] fidei partiti sumus, a Domino vocati, in cubilibus æternis clausi tenentur. Sanctus Timotheus & Marcus per bonum certamen transierunt. Vide, frater, ut illos imiteris sequendo, neque vinculis mundi illigeris. Festina palmam perseverabilem cum sanctis Apostolis tenere, quam per multas passiones Paullus suscepit & Petrus, cui crux caritatem Christi tollere non potuit. Salutant te Soter & Eleutherius, digni presbyteri. Saluta fratres, qui tecum vivunt in Domino. Cerinthus primarches satanæ multos [4] avertit a fide. Gratia Christi habitet in corde tuo [5].


EPISTOLA II.

Pii I. *Papæ* [6] *eodem Justo Viennensi Episcopo*.

Attalus epistolas Martyrum portans ad nos venit, gaudium nobis [7] inæstimabile faciens de triumpho eorum: qui dixit nobis, sanctum Verum collegam nostrum victorem de mundi principe triumphasse. [8] Tu vero apud senatoriam urbem Viennens m ejus loco a fratribus constitutus, & colobio episcoporum vestitus, vide ut ministerium quod accepisti, in Domino impleas. Cura autem Sanctorum [9] Martyrum corpora sic-
B ut membra Dei, quemadmodum curaverunt Apostoli Stephanum. Carceres Sanctorum visita, ne aliquis tepescat in fide. Martyria sancta Spiritu sancto proba, & ut perseverent in fide, [10] incitator insiste. Presbyteri & Diaconi non ut majorem, sed ut ministrum Christi te observent. Plebs universa sanctitate tua protegatur. Fratres nostri quos per Attalum recognosces, de tyranni sævitia jam liberati requiescunt in Domino. Presbyter Pastor titulum condidit, & digne in Domino obiit. Revelatum mihi esse scias, collega beatissime, citius me finem hujus vitæ facturum. Unum flagito: in communione sta, & mei ne obliviscaris. Salutat te Senatus pauper Christi, apud Romam constitutus. Saluta omne collegium fratrum qui tecum sunt in Domino.

1. *Justo*] Ita Coutantius, cujus editionem heic sequimur. In bibliotheca Floriacensi: *Vero Episcopo Viennensi. Pius Episcopus Vero fratri salutem*.
2. *Viennensem*] Bibl. Floriac. *Viennam*.
3. *Fidei*] Ibidem, *Dei*.
4. *Avertit*] In edit. concil. Lab. ad marginem heic adnotatur: *Præsentis temporis verbum censent quidam, ego præteriti*. Verum hæc scribens episcopo qui nuper Roma exiisse dicitur, non res superiori sæculo præteritas, sed præsentes potius intelligitur significare. Coutant.
5. *Tuo*] Post hanc vocem in laudata bibl. Flor. additur *Amen*.
6. *Eodem*] Leg. *eidem*. Floriac. bibl. *Pius Episcopus fratri Justo Episcopo. Athalus*, cetera.
7. *Inæstimabile*] Bibl. Flor. *ineffabile*.
8. *Tu vero* &c.] Ibid. *te vero apud senatoriam urbem Viennam. . . . constitutum . . . . vestitum. Vide* &c.
9. *Martyrum*] Deest hæc vox ibidem.
10. *Incitator*] Sic Bibl. Floriac. Et recte quidem, ut videtur. Apud Coutantium, *imitator*.





PASSIO
S. FELICITATIS,
ET SEPTEM FILIORUM EJUS.

I. TEmporibus Antonini Imperatoris orta est seditio Pontificum, & FELICITAS illustris femina cum septem filiis suis Christianissimis tenta est. Quæ in viduitate permanens, Deo suam voverat castitatem; & die noctuque orationibus vacans, magnam de se ædificationem castis mentibus dabat. Videntes autem Pontifices præconia Christiani nominis per eam [a] profecisse, suggesserunt de ea Antonino Augusto, dicentes: Contra salutem vestram mulier hæc vidua cum filiis suis, diis nostris insultat: quæ si non venerata fuerit deos, sciat pietas vestra, deos nostros sic irasci, ut penitus placari non possint. Tunc Imperator Antoninus injunxit Præfecto Urbis Publio, ut eam compelleret cum filiis suis deorum suorum iras sacrificiis mitigare. Publius itaque Præfectus Urbis jussit eam privatim adduci: & blando colloquio ad sacrificium eam provocans, minabatur pœnarum interitum. Cui Felicitas dixit: *Nec blandimentis tuis resolvi potero, nec terroribus tuis frangi. Habeo enim* SPIRITUM SANCTUM, *qui me non permittit vinci a diabolo; & ideo secura sum, quia* [b] *viva te superabo* [1]*; & si interfecta fuero, melius te vincam occisa.* Publius dixit: Misera, si tibi suave est mori, vel filios tuos fac vivere. Felicitas respondit: *Vivent filii mei, si non sacrificaverint idolis: si vero hoc tantum scelus admiserint, in æternum ibunt interitum.*

II. [c] Postera namque [2] die Publius sedit in foro Martis, & jussit eam adduci cum filiis suis, cui & dixit: Miserere filiis tuis, juvenibus bonis, & flore primæ juventutis florentibus. Respondit Felicitas: *Misericordia tua, impietas est; & exhortatio tua, crudelitas est.* Et conversa ad filios suos dixit: *Videte, filii, cælum, & sursum adspicite: ibi vos exspectat Christus cum sanctis suis. Pugnate pro animabus vestris, & fideles vos* [d] *in amore Christi exhibete.* Audiens hæc Publius, jussit eam alapis cædi, dicens: Ausa es, me præsente, ista monita dare, ut dominorum nostrorum jussa contemnant?


A III. Tunc vocavit primum filium ejus, nomine JANUARIUM: & infinita illi promittens bona præsentia, [e] simul etiam verbera minabatur, si sacrificare idolis contemsisset. Januarius respondit: *Stulta suades: nam sapientia* [f] *Domini mei me conservat* [3], *& faciet hæc omnia superare.* Statim judex jussit eum virgis cædi, & in carcerem recipi. Secundum vero ejus filium, FELICEM nomine, admoveri præcepit. Quem cum hortaretur Publius ad immolandum idolis, constanter dixit: *Unus est Deus quem colimus, cui sacrificium piæ devotionis offerimus.* [g] *Vide ne tu credas, me, aut aliquem fratrum meorum, a Domini Jesu Christi amore recedere.* [h] *Immineant* B *verbera, stent* [4] *cruenta consilia; fides nostra nec vinci potest, nec mutari.* Et isto amoto, jussit tertium filium, nomine PHILIPPUM, applicari. Cui cum diceret: Dominus noster Imperator Antoninus jussit ut diis omnipotentibus immoletis; respondit Philippus: *Isti nec dii sunt, nec omnipotentes; sed sunt simulacra vana & misera & insensibilia: & qui eis sacrificare* [i] *voluerint, in æterno erunt periculo.* Et amoto Philippo jussit ad se adduci quartum, SILVANUM [5] nomine, cui sic ait: Ut video, convenit vobis cum pessima matre vestra hoc consilium, ut præcepta Principum contemnentes, omnes simul curratis in interitum [6]. Respondit Silvanus: *Nos si transitorium timuerimus* C *interitum, æternum incurremus supplicium. Sed quia vere novimus quæ præmia sint parata justis, & quæ sit pœna constituta peccatoribus; idcirco securi contemnimus* [k] *legem humanam* [7], *ut jussa divina servemus. Idola enim contemnentes, Deo omnipotenti famulantes, vitam æternam invenient; adorantes autem dæmonia, cum ipsis in interitu erunt, & in incendio sempiterno.*

IV. Amoto Silvano jussit quintum præsto esse ALEXANDRUM, cui dixit: Misereberis ætati tuæ, & vitæ in infantia positæ, si non fueris rebellis, & secutus fueris ea quæ sunt regi nostro Antonino gratissima. Unde sacrifica diis, ut possis amicus Augustorum fieri, & vitam habere & gra- D tiam. Respondit Alexander: *Ego servus Christi sum. Hunc ore confiteor, corde teneo, incessanter*

1. Cod. Colbert. *vivens non superabor.*
2. Sic codd. 2. Colbert. cum Ughello; ceteri, *Alia die.*
3. Ughell. *confortat.*
4. Hunc locum in aliis mss. & editis mendosum sic ex 1. cod. Colbert. restituimus. Alter Colb. habet: *Etsi immineant verbera & injusta consilia.*
5. Hunc Surius cum Ughello & 1. cod. Colbert. *Silanum* appellant: cod. Fossat. *Silianum*: ceteri vero *Silvanum.*
6. Sic cod. Fuliens. cum uno Colbert. & 1. German. Alii habent, *incurratis interitum.* Surius vero, *intereatis.*
7. Sic, & optime, 1. Colbert. Alii tam editi quam mss. *Romanam.* Et paullo post Colb. unus habet: *Idola contemnentes, ut Deo omnipotenti famulantes vitam æternam inveniamus.*

a *Profecisse*] Apud Bollandianos tom. 3. Julii, *proficere.* Mox *Imperatori* pro *Augusto.*
b *Viva te superabo*] Sic Ado, die 23. Nov. & Bolland.
c *Postera namque die*] Ita & Bolland. Ado, *Deinde alia die.*
d *In amore Christi*] Hanc lectionem Ado confirmat. Sed Bolland. *in amorem Domini.*
e *Simul — minabatur*] Apud Bolland. cum tribus mss. & Mombritio, *& mala verberum comminatus est.*
f *Domini mei me conf.*] Ado cum Bolland. *Domini me conservas.*
g *Vide ne tu credas*] Ado, *Unde tu ne credas.*
h *Immineant* &c.] Bolland. ex tribus mss. habent, ut alter Colb. *Etsi immineant verbera & injusta consilia.* Duæ postremæ voces desunt apud Adonem: in cujus noviss. Romana editione mendose legitur *verba* pro *verbera.*
i *Voluerint — periculo*] Ado, *voluerit, in æternum peribit.* Mox apud Bolland. *jussit adesse quartum.*
k *Legem humanam*] Bolland. consentientibus tribus mss. cum Vallicell. *legem Romanam.* Accedit Ado, apud quem *Romanas leges.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 164.



adoro. Infirma autem ætas quam cernis, canam habet prudentiam, si UNUM DEUM *colat. Dii autem tui cum cultoribus suis erunt in interitu sempiterno.* Isto amoto, jussit sextum VITALEM applicari, cui & dixit: Forte vel tu optas vivere, & non abire in interitum. Respondit Vitalis: *Quis est qui optat melius vivere? qui verum Deum colit, an qui dæmonem cupit habere propitium?* Publius dixit: Et quis est dæmon? Vitalis respondit: *Omnes dii gentium dæmones sunt, & quicumque* [1] *eos colunt.* Hoc quoque amoto, jussit septimum MARTIALEM ingredi, eique dixit: Crudelitatis vestræ [2] factores effecti, Augustorum instituta contemnitis, & in vestra pernicie permanetis. Respondit Martialis: *O si nosses quæ pœnæ idolorum cultoribus paratæ sunt! Sed adhuc differt Deus iram suam in* [3] *vos & Idola vestra demonstrare. Omnes enim qui non confitentur* CHRISTUM, VERUM *esse* DEUM, *in ignem æternum mittentur.* Tunc Publius jussit & hunc septimum amoveri, [a] & gesta omnia scripta per ordinem Imperatori suggessit.

V. Antoninus vero misit eos ad diversos judices, ut variis suppliciis afficerentur. E quibus unus judex primum fratrem plumbatis occidit: alter secundum & tertium fustibus mactavit: alius quartum præcipitio interemit: alius in quintum sextum & septimum capitalem fecit subire sententiam; alius [4] matrem illorum capite truncari jussit. Et ita diversis suppliciis interemti, omnes effecti sunt victores & Martyres Christi; & cum matre triumphantes, ad præmia in cælis percipienda convolarunt: qui pro Dei amore minas hominum, pœnas & verbera contemnentes, Christi amici facti sunt in regno cælorum: qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

1. In 1. Colbert. deest *& quicumque eos colunt.*
2. Colb. 1. *fautores.*
3. Codd. Colbert. quinque, Conchens. & 1. German. habent, *Vobis & idolis vestris.* Et infra Colb. unus habet, *suggessit Regi Antonino.*
4. Sic in 1. German. cui Ughelli lectio consentit. *Et paullo post ab alio jussa est decollari.* quod habet etiam codex S. Mariani Antisiodor. In uno cod. Colbert. dicitur *prima ab uno judice occisa, deinde primus filius ab alio* &c. At in aliis editt. & mss. jungitur cum tribus ultimis filiis.


a *Et gesta omn.*] Magis placet ut apud Bolland. in notis: *& his gestis, omn.* Mox ibidem, *per ordinem* omissis, *Regi Antonino ingessit.*

INDEX CAPITUM.



S. DIONYSII

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
168.



CORINTHIORUM EPISCOPI

FRAGMENTA EPISTOLÆ

AD

S. SOTEREM PAPAM.

I.

Apud Eusebium, Hist. Eccl. *lib.* iv. *cap.* xxiii.

Ἐκ τῆς τοῦ Διονυσίου τῆς ἐν Κορίνθῳ παροικίας ἐπισκόπου πρὸς Ῥωμαίους, ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι προσφωνούσης.

Ἐξ ἀρχῆς γὰρ [1] ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, πάντας μὲν ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν· ὧδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας· ἐν μετάλλοις δὲ ἀδελφοῖς ὑπάρχουσιν ἐπιχορηγοῦντας· δι' ὧν πέμπετε ἀρχῆθεν ἐφοδίων, πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι διαφυλάττοντες· ὃ οὐ μόνον διατετήρηκεν ὁ μακάριος ὑμῶν ἐπίσκοπος Σωτὴρ, ἀλλὰ καὶ ἐπηύξηκεν· ἐπιχορηγῶν μὲν τὴν διαπεμπομένην δαψίλειαν τὴν εἰς τοὺς ἁγίους· λόγοις δὲ μακαρίοις [2] τοὺς ἀνιόντας ἀδελφοὺς ὡς τέκνα πατὴρ φιλόστοργος παρακαλῶν.

Ex Epistola Dionysii *Corinthiorum episcopi* ad Romanos, Soteri *Romanæ urbis tunc temporis episcopo nuncupatæ.*

Hæc enim vobis consuetudo est, jam inde ab ipso religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, & ecclesiis quamplurimis quæ in singulis urbibus constitutæ sunt, necessaria vitæ subsidia transmittatis. Et hac ratione tum egentium inopiam sublevatis, tum fratribus qui in metallis detinentur, necessaria suppeditatis: per hæc quæ ab initio transmittere consuevistis munera, Romanorum morem institutumque a majoribus acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem beatus episcopus vester Soter non servavit solum, verum etiam adauxit: tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum fratres peregre advenientes tamquam liberos suos pater amantissimus beatis sermonibus consolando.

II.

Ibidem, ex eadem Epistola.

[3] Τὴν σήμερον οὖν κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ [4] ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ [5] τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν.

Hodie sanctum diem dominicum transegimus. In quo epistolam vestram legimus; quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam epistolam, optimis præceptis ac documentis abundabimus.

III.

Ejusdem.

[6] Ἐπιστολὰς γὰρ ἀδελφῶν ἀξιωσάντων με γρά-

Epistolas enim scripsi rogatus a fratribus. Sed

1. Ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἔθος ἐστί] Eamdem consuetudinem servarunt & illorum successores. Nempe Basilius Cæsareæ episcopus, ut ex Damasi epist. 2. n. 2. liquet, de Dionysio Romano scribit, viros ab eo in Cappadociam missos, qui captivos redimerent. Dionysii decessor Stephanus, apud Eusebium lib. 7. cap. 5. eamdem ob caussam laudatur. Eusebius ipse generatim pium illum morem quem nunc episcopus Corinthiorum laudat, ad suam usque ætatem a Romanis pontificibus perpetuo custoditum testatur. Coutant.

2. Τοὺς ἀνιόντας ἀδελφούς.] Male Langus & Musculus *redeuntes* verterunt. Melius Rufinus ita interpretatur: *advenientes fratres clementi satis & mitissimo solatur alloquio.* Intelligit enim Dionysius fratres qui ex longinquis regionibus Romam venire consueverant, penuria apud se laborantibus subsidium a Romanis relaturi. Valesius. — Conjectat vir eruditus legendum esse ἀνιῶντας, hoc est *penuria laborantes*; Dionysiumque Soteri gratulari, quod quum decessores ejus subsidia indigentibus mittere sine ullis litteris satis habuissent; ipse consolatoriis scriptis munera missa cumularit. Ægre enim in animum inducere se ait, ut fratres ad se venientes benigne alloquendi ac solandi officio, ulli umquam Romani antistites defuerint. Fatetur tamen, etiam Rufinum ita legisse, ut est in editis. Quocirca nihil vetat, quominus retineatur tam antiqua lectio: atque ob id Soter laudari intelligatur, quod singulari quadam affabilitate decessores suos vicerit, quamvis neque hi venientibus alloquium suum negassent. Coutant.

3. Τὴν σήμ.] Fragmentum istud Eusebius ex eadem epistola ideo exscripsisse se monet, ut epistolam Clementis publice in ecclesia legi consuevisse disceremus. Coutant.

4. Ἀνεγνώκαμεν] Nostri codices Mazar. Med. & Fuk. scriptum habent ἔγνωμεν. Nicephorus ἀνέγνωμεν. Valesius.

5. Τὴν προτέραν] Si Dionysius eam Clementis epistolam quæ publice legebatur, ideo προτέραν vocat, ut ab altera pariter ad Corinthios scripta illam distingueret; de secundæ hujus veritate jam nullus erit ambigendi locus. Coutant.

6. Ἐπιστολὰς κ. τ. λ.] Eusebius huic tertio fragmento ista præmittit: *Idem de epistolis suis, ut quæ fuerint adulteratæ, hæc dicit.* Quamvis autem hæc in eadem epistola dicta esse palam non exprimat, ex præmissis tamen & sub-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 168.

ψαι, ἔγραψα. Καὶ ταύτας οἱ τοῦ διαβόλου ἀπόστολοι ζιζανίων γεγέμικαν· ἃ μὲν ἐξαιροῦντες, ἃ δὲ προστιθέντες· οἷς τὸ οὐαὶ κεῖται. Οὐ θαυμαστὸν ἄρα, εἰ καὶ τῶν κυριακῶν [1] ῥαδιουργῆσαί τινες ἐπιβέβλωνται γραφῶν, ὁπότε καὶ ταῖς οὐ τοιαύταις ἐπιβεβλήκασι.

illas ministri diaboli, zizaniis compleverunt: quædam ex illis expungentes, quædam adjicientes; quos manet *Væ*. Non mirum igitur, si & Domini scripturas quidam adulterare aggressi sunt; quandoquidem in longe inferioribus scriptis idem ausi sunt.

IV.

Ejusdem, ex eadem Epistola.

Apud eumdem EUSEBIUM, Hist. Eccl. *lib.* II. *cap.* XXV.

[2] Ταῦτα καὶ ὑμεῖς [3] διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας, τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν [4] γεννηθεῖσαν Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. Καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον [5] φυτεύσαντες ἡμᾶς, ὁμοίως ἐδίδαξαν· ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁμόσε διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν [6] κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν.

Ita & vos tanta admonitione vestra, sementem quæ Petri ac Paulli satione succreverat, Romanos scilicet & Corinthios simul commiscuistis. Ambo enim illi in urbem nostram Corinthum ingressi, sparso evangelicæ doctrinæ semine nos instituerunt; & in Italiam simul profecti, cum vos similiter instituissent, eodem tempore martyrium pertulerunt.

jectis istud plane conficitur. Ibi quippe data opera Eusebius Dionysii epistolas recenset, ac singulis appellatis, quid sibi in eis visum sit observatu dignum adnotat. Ubi vero ad eam pervenit quam Dionysius ad Soterem misit, de illa sic præloquitur: *Exstat etiam epistola Dionysii ad Romanos, ex qua pauca quædam heic inserere non absurdum fuerit*. Tum descriptis tribus fragmentis quæ heic exhibemus, subjicit: *Habetur præterea alia ejusdem epistola ad Chrysophoram*. Quocirca tertium istud fragmentum non alia ex epistola, nisi ex qua duo priora excerpta sunt, descriptum esse opinamur. Unde & conjectare licet, jam antea nonnullos notasse quædam, quæ in epistolis Dionysii sibi displicerent, eaque Soteri denuntiasse. Quamobrem compulsus est Dionysius, ut purgandi sui gratia hunc de adulteratis libris suis sermonem faceret. COUTANT.

1. Ῥαδιουργῆσαί τινες ἐπιβ.] Maxime vero hæretici, ac nominatim Marcion, qui a Tertulliano lib. 4. contra ipsum cap. 4. irridetur, *ut emendator Evangelii a Tiberianis usque ad Antoniniana tempora eversi*. Magistri autem temeritatem imitati sunt discipuli. *Nam*, eodem Tertulliano teste ibid. cap. 5. *quotidie reformant illud* (Evangelium Lucæ,) *prout a nobis quotidie revincuntur*. Ad Dionysium quod attinet, sic ille loquitur, ut latere sibi significet, qui fuerint epistolarum suarum corruptores. COUTANT.

2. Ταῦτα καὶ ὑμεῖς] Scribendum puto ταύτῃ. Quam lectionem interpretatio nostra expressit. Atque ita videtur legisse Rufinus qui sic vertit: *Sed & habentes commonitionem a Petro & Paullo, plantationem Romanæ & Corinthiorum ecclesiæ conjunxistis*. VALES. — Desumtum hoc fragmentum ex eodem Eusebio *Hist. Eccl.* lib. 2. cap. 25. quod utique superioribus connectendum esse cum Valesio l. supra cit. non dubitamus. Descriptum enim esse ex epistola ad Romanos testatur Eusebius: ut proinde mirari subit, illud fuisse a Cl. Coutantio prætermissum. Ceterum Fragmentum istud recitatur quoque a Georgio Syncello in *Chronogr.* pag. 341.

3. Διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας] Id est, *per hujusmodi vestram cohortationem*. Respondet Dionysius epistolæ Soteris & Cleri Romani, qui missis ad Corinthios litteris, eos benevole admonuerat, ut ex superioribus liquet. Quod jam antea Clemens Romanus episcopus fecerat, datis ad Corinthios litteris. Ait igitur Dionysius Soteri: *Vos per vestram hanc commonitionem, plantationem Romanæ & Corinthiorum ecclesiæ a Petro Paulloque olim factam, nunc denuo conjunxistis*. Hæc ideo fusius exposui, quia interpretes ac præcipue Christophorsonus, in hujus loci versione magnopere aberrarunt. VALESIUS. — Syncellus habet νομοθεσίας. At Codex Barberinus apud Goarum lectionem Eusebianam νουθεσίας confirmat.

4. Γεννηθεῖσαν] Ita quidem scribitur in Chronico Georgii Syncelli. Sed nostri codices Reg. Maz. Med. ac Fuk. habent γενηθεῖσαν per simplex ν, quod equidem magis probo. VALES.

5. Φυτεύσαντες] Georgius Syncellus in Chronico habet φοιτήσαντες, rectius. Sed & in his quæ sequuntur, ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν, supplendum est φοιτήσαντες. Sane in codice regio & Med. post Ἰταλίαν, virgula ponitur. VALES.

6. Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν] Non dicit aperte Dionysius Petrum ac Paullum uno eodemque die passos fuisse, sed tantum *eodem tempore*: quod de plurium dierum intervallo explicari potest. VALES.



MELITONIS
SARDIENSIS EPISCOPI
OPERUM DEPERDITORUM FRAGMENTA QUÆ SUPERSUNT.

I.

Ex lib. de Paschate.

Apud EUSEBIUM, Hist. Eccl. *lib.* IV. *cap.* XXVI.

Ἐπὶ Σερουϊλίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ᾧ Σάγαρις καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ ἐν Λαοδικείᾳ περὶ τοῦ πάσχα, ἐμπεσόντος κατὰ καιρὸν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· καὶ ἐγράφη ταῦτα.

SErvilio Paullo Asiæ proconsule, quo tempore Sagaris martyrium perpessus est, magna controversia Laodiceæ excitata est de solemnitate Paschali, quæ tempestive in illos dies inciderat: quibus etiam diebus hæc a nobis perscripta sunt.

II.

Ex Apologetico.

Apud eumdem EUSEBIUM, *ibidem*.

Τὸ γὰρ οὐδὲ πώποτε γενόμενον, νῦν διώκεται τὸ τῶν θεοσεβῶν γένος, καινοῖς ἐλαυνόμενον δόγμασι κατὰ τὴν Ἀσίαν. οἱ γὰρ ἀναιδεῖς συκοφάνται, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐρασταί, τὴν ἐκ τῶν διαταγμάτων ἔχοντες ἀφορμὴν, φανερῶς λῃστεύουσι, νύκτωρ καὶ μεθημέραν διαρπάζοντες τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας. καὶ εἰ μὲν σοῦ κελεύσαντος τοῦτο πράττεται, ἔστω καλῶς γινόμενον· δίκαιος γὰρ βασιλεὺς, οὐκ ἂν ἀδίκως βουλεύσαιτο πώποτε· καὶ ἡμεῖς ἡδέως φέρομεν τοῦ τοιούτου θανάτου τὸ γέρας. ταύτην δέ σοι μόνην προσφέρομεν δέησιν, ἵνα αὐτὸς πρότερον ἐπιγνοὺς τοὺς τῆς [1] τοιαύτης φιλονεικίας ἐργάτας, δικαίως κρίνειας εἰ ἄξιοι θανάτου καὶ τιμωρίας, ἢ σωτηρίας καὶ ἡσυχίας εἰσίν. εἰ δὲ καὶ παρὰ σοῦ μὴ εἴη ἡ βουλὴ αὕτη καὶ τὸ καινὸν τοῦτο διάταγμα, ὃ μὴ δὲ κατὰ βαρβάρων πρέπει πολεμίων, πολὺ μᾶλλον δεόμεθά σου, μὴ περιιδεῖν ἡμᾶς ἐν τοιαύτῃ δημώδει λεηλασίᾳ. ἡ γὰρ καθ' ἡμᾶς φιλοσοφία πρότερον μὲν [2] ἐν βαρβάροις ἤκμασεν· ἐπανθήσασα δὲ τοῖς σοῖς ἔθνεσι κατὰ τὴν Αὐγούστου τοῦ σοῦ προγόνου μεγάλην ἀρχὴν, ἐγενήθη μάλιστα τῇ σῇ βασιλείᾳ αἴσιον ἀγαθόν. ἔκτοτε γὰρ εἰς μέγα καὶ λαμπρὸν τὸ Ῥωμαίων ηὐξήθη κράτος· [a] οὗ σὺ διάδοχος εὐκταῖος [3] γέγονάς τε καὶ ἔσῃ μετὰ τοῦ

Quod enim numquam antea factum fuerat, persecutionem nunc patitur piorum hominum genus, novis per Asiam decretis exagitatum. Impudentissimi namque delatores, & alienarum opum cupidi, ex Imperialibus edictis occasionem nacti, palam diu noctuque grassantur, spoliantque homines innoxios. Quod si hæc tuo jussu fiunt, recte atque ordine facta sunto. Neque enim fieri potest, ut justus princeps aliquid umquam injuste constituat: & nos libenti animo ejusmodi mortis præmium ferimus. Unum illud a te petimus, ut cum hujusmodi pertinacia præditos homines per te ipse prius examinaveris, tum deinde pro tua æquitate statuas, utrum supplicio ac morte affici, an salvi & securi degere mereantur. Sin vero illud consilium, atque edictum plane inauditum, quod neque adversus barbaros hostes sanciri decuerat, numquam a te profectum est; obsecramus te multo magis, ne nos hujusmodi publico latrocinio diutius vexari permittas. Hæc enim philosophiæ secta quam profitemur, prius quidem viguit apud barbaros; postea vero cum provinciis Imperii tui illuxisset, principatu magni illius Augusti, qui unus ex majoribus tuis fuit, faustum prosperumque Imperio Romano omen exstitit. Ex eo siquidem tempore maximis incrementis aucta est majestas Imperii Romani: ejus tu heres ac successor, adspirantibus omnium votis, potitus es,

1. Τοιαύτης τῆς φιλονεικίας ἐργάτας.] Male interpretes omnes hæc Melitonis verba accepere de calumniatoribus Christianorum, cum de Christianis intelligi debeant, quos Melito vocat ἐργάτας φιλονεικίας, id est, ἀσκητάς. Profitebantur enim Christiani pertinaciam, & constantiam in tormentis, & calumniis perferendis. Certe non de aliis, quam de Christianis ipsis hæc verba intelligenda esse, ex sequentibus apparet. Petit enim ab Imperatore Melito, ut Christianorum causam prius ipse per se dispicere, atque examinare velit: tum deinde statuat, utrum supplicio afficiendi sint, an potius conservandi.

2. Ἐν βαρβάροις ἤκμασεν.] Sic nominat Judæos, apud quos primum exorta est Christiana religio. Atque ita loquitur etiam Justinus in Apologetico, ni fallor, & Clemens Romanus in lib. 1. Recognitionum. Hinc est, quod Porphyrius Christianorum sectam appellat βάρβαρον τόλμημα. Locus Porphyrii citatur ab Eusebio in lib. 6. Hist. Eccl. cap. 19.

3. Γέγονάς τε καὶ ἔσῃ μετὰ τοῦ παιδός.] Ex hoc loco apparet, Melitonem Episcopum Apologiam suam obtulisse M. Antonino post mortem Aurelii Veri. Nam si superstite adhuc Aurelio Vero orationem hanc scripsisset Melito, mentionem illius procul dubio fecisset hoc loco; & pro verbis illis μετὰ τοῦ παιδὸς, dixisset omnino μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ. Nam L. Aurelius frater fuit adoptivus D. Marci. Cum igitur solum Marci Antonini filium, Commodum videlicet, heic commemoret Melito, optetque, ut cum illo quam diutissime imperet Marcus: manifestum est, ut dixi, hunc Apologeticum post mortem L. Veri Marco oblatum fuisse. Proinde in Eusebii Chronico recte id refertur anno 10. Marci Antonini: anno scilicet post mortem L. Veri: *Antonino*, inquit, *Imperatori Melito Asianus Sardiensis Episcopus Apologeticum pro Christianis tradidit*. Cum Eusebii Chronico consentit auctor Chronici Alexandrini: qui etiam hoc addit, Marcum Antoninum Melitonis aliorumque Christianorum Antistitum supplicationibus permotum, scripsisse epistolam ad Commune Asiæ, qua vetabat, ne quis in posterum Christianos religionis suæ caussa calumniaretur. Exstat hæc epistola apud Euseb. Hist. Eccl. lib. 4. cap. 13. Ac laudandus est quidem auctor illius Chronici; quippe qui recte animadverterit, epistolam illam non Antonino Pio, ut Eusebius crediderat, sed Marco potius esse tribuendam. In eo tamen fallitur, quod eamdem epistolam anno decimo principatus Marci Antonini scriptam esse existimavit. Scripta est enim anno 1. ejus Imperii, ut colligitur ex anno 15. Tribuniciæ potestatis in eadem epistola prænotato.

a Οὗ σὺ διάδοχος κ. τ. λ.] *Cujus tu ex [illegible] heres [illegible] es, & eris deinceps cum [illegible]*. Valesius in [illegible] lib. III. cap. XIII. pag. 94. laudat hunc Melitonis locum, in eoque miratur elegantem Græcorum adprecandi formulam, Ἔσῃ τε καὶ εἴη, ut Latinis *Es [illegible], [illegible]*: quod aliquot confirmat exemplis.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 169.

παιδὸς, φυλάσσων τῆς βασιλείας τὴν σύντροφον καὶ συναρξαμένην Αὐγούστῳ φιλοσοφίαν· [a] ἣν καὶ οἱ πρόγονοί σου πρὸς ταῖς ἄλλαις θρησκείαις ἐτίμησαν. καὶ τοῦτο μέγιστον τεκμήριον τοῦ πρὸς ἀγαθοῦ τὸν καθ᾽ ἡμᾶς λόγον συνακμάσαι τῇ καλῶς ἀρξαμένῃ βασιλείᾳ, ἐκ τοῦ μηδὲν φαῦλον ἀπὸ τῆς Αὐγούστου ἀρχῆς ἀπαντῆσαι, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαντα λαμπρὰ καὶ ἔνδοξα κατὰ τὰς πάντων εὐχάς. [1] μόνοι πάντων ἀναπεισθέντες ὑπό τινων βασκάνων ἀνθρώπων, τὸν καθ᾽ ἡμᾶς ἐν διαβολῇ καταστῆσαι λόγον ἠθέλησαν Νέρων καὶ Δομετιανός. ἀφ᾽ ὧν καὶ τὸ τῆς συκοφαντίας ἀλόγῳ συνηθείᾳ περὶ τοὺς τοιούτους ῥυῆναι συμβέβηκε ψεῦδος. ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ἄγνοιαν οἱ σοὶ εὐσεβεῖς πατέρες ἐπηνωρθώσαντο· πολλάκις πολλοῖς ἐπιπλήξαντες ἐγγράφως, ὅσοι περὶ τούτων νεωτερίσαι ἐτόλμησαν· ἐν οἷς ὁ μὲν πάππος σου Ἀδριανὸς, πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, καὶ Φουνδάνῳ δὲ τῷ ἀνθυπάτῳ ἡγουμένῳ τῆς Ἀσίας γράφων φαίνεται. [2] ὁ δὲ πατήρ σου τὰ σύμπαντα διοικοῦντος αὐτῷ, ταῖς πόλεσι περὶ τοῦ μηδὲν νεωτερίζειν περὶ ἡμῶν ἔγραψεν· ἐν οἷς καὶ πρὸς Λαρισσαίους, καὶ πρὸς Θεσσαλονικεῖς, καὶ Ἀθηναίους, καὶ πρὸς πάντας Ἕλληνας· [3] σὲ δὲ καὶ μᾶλλον περὶ τούτων τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην, καὶ πολύ γε φιλανθρωποτέραν, καὶ φιλοσοφωτέραν, πεπείσμεθα πάντα πράσσειν ὅσα σου δεόμεθα.

potierisque deinceps una cum filio, si modo sectam illam, quæ cum Imperio educata, & cum Augusto simul inchoata est, & quam majores tui una cum ceteris religionibus coluerunt, tueri velis. Porro religionem nostram bono publico adolevisse una cum Imperio, quod feliciter cœptum fuerat, illud certissimo argumento est; quod jam inde a principatu Augusti nihil adversi, sed contra omnia prospera & magnifica ex animi sententia votoque omnium contigerunt. Soli ex omnibus Nero, ac Domitianus, malevolorum quorumdam consiliis inducti, religionem nostram criminari studuerunt. A quibus deinceps falsa illa adversum nos calumnia manavit ad posteros, ut mos est vulgi, absque ullo judicio hujusmodi rumoribus fidem adhibere. Verum imperitiam illorum correxerunt piissimi parentes tui, frequentibus rescriptis objurgantes eos, qui adversus religionis nostræ homines novi aliquid moliti essent. Inter quos avus tuus Hadrianus, cum aliis pluribus, tum Fundano Asiæ proconsuli litteras dedit. Pater quoque tuus, quo tempore cuncta simul cum ipso administrabas, scripsit ad civitates, ne contra nos tumultus concitarent: nominatim ad Larissæos, ad Thessalonicenses, ad Athenienses, ad universos denique Græcos. Te vero, quippe qui idem, quod illi, de nobis sentias, immo etiam longe humanius atque sapientius, tanto magis confidimus omnia esse facturum, quæ rogamus.

III.

Ex eodem Apologetico.

Apud Auctorem CHRONICI PASCHALIS, *pag.* 259.

Οὐκ ἐσμὲν λίθων οὐδὲ μίαν αἴσθησιν ἐχόντων θεραπευταὶ, ἀλλὰ μόνου Θεοῦ τοῦ πρὸ πάντων καὶ ἐπὶ πάντων, καὶ [b] ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ὄντως Θεοῦ Λόγου πρὸ αἰώνων, ἐσμὲν θρησκευταί.

Non sumus cultores lapidum, ne minimo quidem sensu præditorum; sed solius Dei, qui est ante omnia & in omnibus, & in Christo ejus, vere Deo Verbo ante sæcula.

IV.

Excerptorum ex libris veteris Testamenti.

Apud EUSEBIUM, Hist. Eccl. *lib.* IV. *cap.* XXVI.

Μελίτων Ονησίμῳ τῷ ἀδελφῷ
χαίρειν.

Ἐπειδὴ πολλάκις ἠξίωσας σπουδῇ τῇ πρὸς τὸν λόγον χρώμενος γενέσθαι σοι ἐκλογὰς, ἔκ τε τοῦ

Melito Onesimo fratri
salutem.

Cum pro amore ac studio tuo erga verbum Dei, sæpius a me postulaveris, ut excerpta quædam ex Le-

1. *Μόνοι πάντων Νέρων καὶ Δομετιανός.*] Idem scribit Tertullianus in Apologetico cap. 5. *Reperietis*, inquit, *primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romæ orientem Cæsariano gladio ferocisse.* Et paullo post: *Tentaverat & Domitianus, portio Neronis de crudelitate.* Quibus hæc subjungit: *Ceterum de tot exinde principibus ad hodiernum, edite aliquem debellatorem Christianorum. Quales ergo leges istæ, quas adversus nos soli exercent impii, injusti, turpes, truces, vani, dementes? quas Trajanus ex parte frustratus est: quas nullus Hadrianus, nullus Pius, nullus Verus impressit?*


2. Ο *δὲ πατήρ σου.*] Rescriptum quidem Antonini Pii pro Christianis hodie non exstat. Sed ejus mentio fit in rescripto M. Aurelii Antonini ad civitates Asiæ, quod retulit Eusebius cap. 13. libri IV. Porro hunc locum ita scribi mallem, *ὁ δὲ πατήρ σου, καὶ σοῦ τὰ πάντα συνδιοικοῦντος αὐτῷ.*

3. *Σὲ δὲ μᾶλλον περὶ τούτων τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην.*] His verbis Melito designare videtur epistolam M. Antonini ad Commune Asiæ datam pro Christianis: in qua inter cetera leguntur hæc verba: *καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὴ καὶ προέγραψα κατακολουθῶν τῇ τοῦ πατρός μου γνώμῃ.*

a Ην *καὶ οἱ πρόγονοί σου.*] Forte designat Tiberii consilium de Christo inter deos referendo; de quo Eusebius *Hist. Eccl.* lib. 2. cap. 2. aut templa ex Hadriani instituto sine imaginibus collocata; de quibus vide Spartianum in vita Alexandri Severi, cap. 43. W. LOWTH.

b Επὶ *τοῦ* Χριστοῦ] Incommoda videtur hæc particula ἐπί. Raderus eam in versione sua non agnoscit. Grabius in *Annotat. ad Bullum* pag. 86. illam expungit, vertitque: *sed solius Dei — & Christi ejus.* At Wesselingius in *Probabilium lib. sing.* cap. X. pag. 87. pluribus contendit nullum superesse dubium, quin Melito scripserit, καὶ ἔτι τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Minima est enim mutatio ἐπὶ in ἔτι, quum haud raro evenire soleat, ut Π & Τ aut π & τ librariorum oscitantia confundantur. His adde, codicem quo in editione adornanda usus est Raderus, corruptissimum fuisse, ut Cangius in præfatione demonstrat. Sic igitur restituta lectione, optime decurrent omnia: *Non sumus*, inquit, *cultores lapidum, sensu omni carentium; sed solius Dei qui est ante omnia & super omnia, & præterea Christi ejus, vere Dei Verbi ante sæcula, cultores sumus*: Ita locum istum Melitonis, luculentum de divinitate Christi testimonium exhibentem, vindicat vir clarissimus contra personatum Artemonium, id est Samuelem Crellium; qui Sandium imitatus in *Nucl. Hist. Eccl.* lib. I. p. 77. reddidit, *& super Christum ejus*, negavitque confidentissime Christum heic Deum cognominari. Ceterum rectius Wesselingius vertit ἐπὶ πάντων, *super omnia*, quam Cangius *in omnibus*. Sic enim de Christo Deo Apostolus Paullus *Rom.* IX. 5. Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας: *Quorum* (Israelitarum) *patres & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 169.



νόμου καὶ τῶν προφητῶν περὶ τοῦ σωτῆρος καὶ πάσης τῆς πίστεως ἡμῶν· ἔτι δὲ καὶ μαθεῖν τὴν τῶν παλαιῶν βιβλίων ἐβουλήθης ἀκρίβειαν, πόσα τὸν ἀριθμὸν καὶ ὁποῖα τὴν τάξιν εἶεν, ἐσπούδασα τὸ τοιοῦτο πρᾶξαι, ἐπιστάμενός σου τὸ σπουδαῖον περὶ τὴν πίστιν, καὶ φιλομαθὲς περὶ τὸν λόγον· ὅτι τε μάλιστα πάντων πόθῳ τῷ πρὸς Θεὸν ταῦτα προκρίνεις, περὶ τῆς αἰωνίου σωτηρίας ἀγωνιζόμενος. ἀνελθὼν οὖν εἰς τὴν ἀνατολὴν, καὶ ἕως τοῦ τόπου γενόμενος ἔνθα ἐκηρύχθη καὶ ἐπράχθη, καὶ ἀκριβῶς μαθὼν τὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης βιβλία, ὑποτάξας ἔπεμψά σοι· ὧν ἐστὶ τὰ ὀνόματα. Μωϋσέως πέντε· Γένεσις, Ἔξοδος, [1] Λευιτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον. Ἰησοῦς Ναυῆ, Κριταὶ, Ῥοὺθ· Βασιλειῶν τέσσαρα, Παραλειπομένων δύο· Ψαλμῶν Δαβὶδ; Σολόμωνος Παροιμίαι, [2] ἣ καὶ Σοφία, Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα Ἀσμάτων, Ἰὼβ· Προφητῶν, Ἡσαΐου, Ἱερεμίου· τῶν δώδεκα ἐν μονοβίβλῳ. Δανιὴλ, Ἰεζεκιὴλ, Ἔσδρας. ἐξ ὧν καὶ τὰς ἐκλογὰς ἐποιησάμην, εἰς ἓξ βιβλία διελών.

ge & Prophetis, quæ ad Servatorem, & ad universam fidem nostram pertinent, tibi componerem; cumque libros veteris Testamenti accurate cognoscere concupiveris, quot numero, & quo sint ordine conscripti, id perficere omni studio laboravi. Scio quippe quanto fidei ardore, & quanta discendi cupiditate flagres: teque præcipue ob amorem Dei ista omnibus rebus anteferre, pro comperto habeo, & æternæ salutis obtinendæ caussa decertare. Ego igitur cum in orientem profectus essem, & ad locum ipsum pervenissem, in quo hæc & prædicata, & gesta olim fuerunt, veteris Testamenti libros diligenter didici, eorumque indicem infra subjectum ad te misi. Est autem ejusmodi. Mosis libri quinque: Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Jesus Nave. Judices. Ruth. Regnorum libri quatuor. Paralipomenon duo. Psalmi Davidis. Salomonis Proverbia, quæ & Sapientia. Ecclesiastes. Canticum Canticorum. Job. Prophetarum, Esaiæ, Hieremiæ, & duodecim Prophetarum liber unus. Daniel. Ezechiel. Esdras. Ex his igitur excerpta collegi, quæ in sex libros a me distributa sunt.

V.

Ex lib. III. de Incarnatione Christi.

Apud ANASTASIUM SINAITAM *in* Hodego *cap.* XIII. *pag.* 258. *novis. edit.* Gretser. *tom.* XIV. *p.* 115.

Ὡς οὐδεμία ἀνάγκη τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ἐξ ὧν μετὰ τὸ βάπτισμα ὁ Χριστὸς ἔπραξε, παριστᾷν τὸ ἀληθὲς καὶ ἀφάνταστον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ σώματος τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπίνης φύσεως. τὰ γὰρ μετὰ τὸ βάπτισμα ὑπὸ Χριστοῦ πραχθέντα, καὶ μάλιστα τὰ σημεῖα, τὴν αὐτοῦ κεκρυμμένην ἐν σαρκὶ θεότητα ἐδήλουν καὶ ἐπιστοῦντο τῷ κόσμῳ. Θεὸς γὰρ ὢν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτὸς, τὰς δύο αὐτοῦ οὐσίας ἐπιστώσατο ἡμῖν· τὴν μὲν θεότητα αὐτοῦ διὰ τῶν σημείων ἐν τῇ τριετίᾳ τῇ μετὰ τὸ βάπτισμα· τὴν δὲ ἀνθρωπότητα αὐτοῦ ἐν τοῖς τριάκοντα χρόνοις πρὸ τοῦ βαπτίσματος, ἐν οἷς διὰ τὸ ἀτελὲς τὸ κατὰ σάρκα ἀπέκρυβε τὰ σημεῖα τῆς αὐτοῦ θεότητος, καίπερ Θεὸς ἀληθὴς προαιώνιος ὑπάρχων.

Non est necessarium his quos ratio non fugit, ex actionibus Christi post baptismum, adstruere animæ ejus & corporis ac humanæ nostræ naturæ veritatem ab omni fictione alienam. Nam quæ post baptismum a Christo gesta sunt, maxime miracula, latentem ejus deitatem manifestabant ac mundo comprobabant. Quum enim idem Deus simul & homo perfectus esset, duas ejus naturas nobis demonstravit: divinitatem quidem per miracula, triennio illo post baptismum patrata; humanitatem vero suam triginta illis annis baptismum antegressis, quibus carnis vilitas tegebat signa deitatis ejus, quamvis verus ante sæcula Deus exsisteret.

VI.

Apud eumdem ANASTASIUM *ibid. cap.* XII. *p.* 217. *seu* 97.

Μελίτωνος ἐπισκόπου Σάρδεων. ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ πάθος.

MELITONIS Episcopi Sardium. Ex Oratione in Passionem.

Ὁ Θεὸς [a] πέπονθεν ὑπὸ δεξιᾶς Ἰσραηλίτιδος.


Deus passus est a dextra Israelitica.

1. *Λευιτικὸν, Ἀριθμοί.*] In nostris codicibus Maz. Med. & Fuk. nec non apud Nicephorum, inverso ordine legitur, *Ἀριθμοί, Λευιτικόν.* Atque ita Rufinus in suis exemplaribus scriptum invenerat, ut ex versione ejus apparet. *Moysi libri quinque: Genesis, Exodus, Numeri, Leviticus, Deuteronomium.* Sic enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ.

2. *Ἡ Σοφία.*] Hunc locum restituimus ex fide veterum, codicum Regii, Maz. Med. Fuk. & Saviliani, quibus subscribit etiam Nicephorus, *Σολόμωνος παροιμίαι, ἣ καὶ σοφία.* Sed & Rufinus hanc lectionem confirmat, ita vertens, *Salomonis Proverbia, quæ & Sapientia.* Certe veteres pæne omnes Proverbia Salomonis, Sapientiam vocabant: interdum & Sapientiam, Panareton. Vide, quæ notavimus ad cap. 22. lib. IV. Dionysius Alexandrinus, *ὅτι κύριος δίδωσι σοφίαν, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις, καὶ σύνεσις, ὡς ἡ σοφὴ βίβλος ὑμνοῦσα.* Quæ Dionysii verba referuntur in cap. 28. catenæ in Job. Auctor Itinerarii Hierosolymitani: *Ibi etiam constat cubiculus, in quo Salomon sedis, & Sapientiam descripsit.*

a *Ὁ Θεὸς πέπονθεν*] Locus insignis, ad quem illustrandum vide sis quæ superius adnotavimus in prolegom. cap. I. §. VIII. ubi de Christi divinitate luculentissimum testimonium propugnamus, quod occurrit in S. Clementis Romani Epist. I. ad Corinthios cap. II. Verum præter Clementem, alios etiam Patres Apostolorum ætati suppares ita fuisse locutos, testem habemus locupletem S. Ignatium Martyrem, qui in Epist. ad *Ephesios* cap. I. sic scribit: *Μιμηταὶ ὄντες Θεοῦ, ἀναζωπυρήσαντες ἐν αἵματι Θεοῦ, κ. τ. λ. Quum Dei sitis imitatores, excitantes vos per sanguinem Dei* &c. Ita nimirum locuti Patrum vetustissimi, ab Apostolo Paullo edocti *Act.* XX. 28.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
170.



S. CLAUDII APOLLINARIS
EPISCOPI HIERAPOLITANI
FRAGMENTA
EX LIBRO DE PASCHATE.

I.

Apud Auctorem CHRONICI PASCHALIS, *præfat. pag. 6.*

Τοῦ Ἀπολιναρίου ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως, ὅτι ἐν ᾧ καιρῷ ὁ Κύριος ἔπαθεν, οὐκ ἔφαγε τὸ τυπικὸν πάσχα.

Εἰσὶ τοίνυν οἳ δι' ἄγνοιαν φιλονεικοῦσι περὶ τούτων, συγγνωστὸν πρᾶγμα πεπονθότες· ἄγνοια γὰρ οὐ κατηγορίαν ἀναδέχεται, ἀλλὰ διδαχῆς προσδεῖται· καὶ λέγουσιν ὅτι τῇ ιδ.' τὸ πρόβατον μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγεν ὁ Κύριος· τῇ δὲ μεγάλῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων αὐτὸς ἔπαθε. καὶ διηγοῦνται Ματθαῖον οὕτω λέγειν ὡς νενοήκασιν. ὅθεν ἀσυμφώνως τε ἡ νόησις αὐτῶν· καὶ στασιάζειν δοκεῖ κατ' αὐτοὺς τὰ Εὐαγγέλια.

Ex APOLLINARI Hierapoleos episcopo: quod eo tempore quo passus est Dominus, non comedit typicum pascha.

Quidam igitur sunt qui ex ignorantia de hisce excitant contentiones, rem venia dignam passi: (neque enim accusationem admittit ignorantia, sed eget doctrina) ajuntque XIV. agnum cum discipulis manducasse Dominum; magna vero azymorum die passum esse: atque ita dicere Matthæum, uti illum intelligunt. Unde legi contraria est eorum interpretatio, iisque adversari videntur Evangelia.

II.

Ex eodem Libro de Paschate.

Ibidem, paucis interjectis.

Ἡ ιδ'. τοῦ ἀληθινοῦ τοῦ Κυρίου πάσχα, ἡ θυσία ἡ μεγάλη, ὁ ἀντὶ τοῦ ἀμνοῦ παῖς Θεοῦ· ὁ δεθεὶς, ὁ δήσας τὸν ἰσχυρόν· καὶ ὁ κριθεὶς, κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ ὁ παραδοθεὶς εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, ἵνα σταυρωθῇ· ὁ ὑψωθεὶς ἐπὶ κεράτων μονοκέρωτος, καὶ ὁ τὴν ἁγίαν πλευρὰν ἐκκεντηθεὶς· ὁ ἐκχέας ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ τὰ δύο πάλιν καθάρσια, ὕδωρ καὶ αἷμα, λόγον καὶ πνεῦμα· καὶ ὁ ταφεὶς ἐν ἡμέρᾳ τῇ τοῦ πάσχα, ἐπιτεθέντος τῷ μνήματι τοῦ λίθου.

Decima quarta veri paschatis Domini, sacrificium magnum, pro agno Dei filius; qui vinctus, fortem vinxit; & qui judicatus est, judex est vivorum & mortuorum; & qui traditus est in manus peccatorum, ut crucifigeretur; qui super cornua unicornis est exaltatus; & qui in sacro latere percussus est; qui ex latere suo duo iterum fudit purgatoria, aquam & sanguinem, verbum & spiritus; & qui paschatis die sepultus est, lapide monumento imposito.



BARDESANIS

EDESSENI

FRAGMENTUM INSIGNE

EX DIALOGO DE FATO, ADVERSUS ABIDAM ASTROLOGUM.

Apud EUSEBIUM, Præpar. Evang. *lib.* VI. *cap.* X.

Ἐκ τῶν Βαρδισάνου [1].

ΚΑτὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος γεννᾶται, τρέφεται, ἀκμάζει, γεννᾷ, ἐσθίει, πίνει, κοιμᾶται, γηρᾷ, ἀποθνήσκει· καὶ τοῦτο παντὸς ἀνθρώπου, καὶ παντὸς ἀλόγου ζώου. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ζῶα ψυχικὰ ὄντα, καὶ διόλου κατὰ συμπλοκὴν γεγεννημένα, διόλου σχεδὸν κατὰ φύσιν φέρεται. Λέων σαρκοφαγεῖ, καὶ ἀμύνεται, εἴ τι ἀδικηθῇ· καὶ διὰ τοῦτο πάντες οἱ λέοντες σαρκοφαγοῦσι καὶ ἀμύνονται. καὶ ἀμνάδες χορτοφαγοῦσι, καὶ κρεῶν οὐχ ἅπτονται, καὶ ἀδικούμεναι, οὐκ ἀμύνονται· καὶ ὁ αὐτὸς τρόπος πάσης ἀμνάδος. Σκορπίος γῆν ἐσθίει, καὶ τοὺς μὴ ἀδικήσαντας ἀδικεῖ, κέντρῳ ἰοβόλῳ πλήσσων. καὶ ἡ αὐτὴ κακία πάντων σκορπίων. μύρμηξ κατὰ φύσιν οἶδε χειμῶνος παρουσίαν, καὶ δι' ὅλης θερείας κάμνων, ἀποτίθεται ἑαυτῷ τροφὰς, καὶ ὁμοίως πάντες μύρμηκες ἐργάζονται. μέλισσα μέλι γεωργεῖ, ἐξ οὗ καὶ τρέφεται· καὶ ἡ αὐτὴ γεωργία πάσαις μελίσσαις. καὶ ἦν πολλὰ εἴδη ἐκθέσθαι ἡμῖν τῶν ζώων, ἅτινα τῆς φύσεως μὴ δυνάμενα ἐκστῆναι, πολὺν θαυμασμὸν παρασχεῖν ἡμῖν ἐδύνατο· ἀλλ' αὐτάρκη ἡγησάμην ἐκ τῶν παρακειμένων τὴν ἀπόδειξιν ποιήσασθαι, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ζῶα κατὰ τὴν κοινότητα, καὶ τὴν διαφορὰν, κατὰ φύσιν δοθεῖσαν ἑκάστῳ, ἐξ ἀνάγκης ἡδέως φέρεται. ἄνθρωποι δὲ μόνοι τὸ ἐξαίρετον ἔχοντες, τόν τε νοῦν, καὶ τὸν ἐκ τούτου προφερόμενον λόγον, κατὰ μὲν τὴν κοινότητα ἕπονται τῇ φύσει, ὡς προεῖπον, κατὰ δὲ τὸ ἐξαίρετον, οὐ κατὰ φύσιν πολιτεύονται. οὐδὲ γὰρ μία βρῶσις ἡ τῶν ἁπάντων· ἄλλοι μὲν κατὰ τοὺς λέοντας τρέφονται, ἄλλοι δὲ κατὰ τὰς ἀμνάδας· οὐχ ἓν ἔχοντες σχῆμα φορημάτων, οὐκ ἔθος ἓν, οὐχ εἷς νόμος πολιτείας ἐν αὐτοῖς, οὐ μία κίνησις ἐπιθυμίας τῶν πραγμάτων· ἀλλ' ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὴν ἰδίαν θέλησιν αἱρεῖται ἑαυτῷ βίον, τὸν πλησίον μὴ μιμούμενος, πλὴν ἐν οἷς βούλεται.

Τὸ γὰρ ἐλεύθερον αὐτοῦ οὐχ ὑπόκειται δουλείᾳ· καὶ εἴ ποτε ἑκὼν δουλεύσει, καὶ τοῦτο τῆς ἐλευθερίας αὐτοῦ ἐστι, τὸ δύνασθαι δουλεύειν ἑκόντα. Πόσοι τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα τῶν [2] Αλαναίων, ὡς τὰ ἄγρια ζῶα, κρεοβοροῦσιν ἄρτου μὴ γευόμενα [3], καὶ οὐ διὰ τὸ μὴ ἔχειν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ θέλειν; ἄλλοι κρεῶν οὐ γεύονται, ὡς τὰ ἥμερα ζῶα· ἄλλοι ἰχθυοφαγοῦσι μόνον· ἕτεροι δὲ ἰχθύων οὐ γεύονται, οὐδ' ἂν λιμώσσωσιν. οἱ μὲν ὑδροποτοῦσιν, οἱ δὲ οἰνοποτοῦσιν, οἱ δὲ σίκερα πίνουσι. καὶ ἁπλῶς πολλὴ διαφορὰ βρωμάτων καὶ πομάτων ἐν τῇ ἀνθρωπότητι, μέχρι καὶ ἐν τῇ τῶν

Ex BARDESANIS ſcriptis.

A I. NAturæ legibus generatur homo, alitur, creſcit, generat, comedit, bibit, dormit, ſeneſcit, moritur: atque id omni non homini tantum, ſed etiam experti rationis animanti commune eſt. Verum animantes ceteræ, quod præter ſenſum nihil habeant, quodque totæ maris ac feminæ congreſſione generentur, naturæ quoque in omnibus propemodum impetu rapiuntur. Leo carne veſcitur; idem, ſi lædis, ulciſcitur: itaque leones omnes & carne veſcuntur, & ulciſcuntur, ſi lædis. Oves herba veſcuntur, carnes ne attingunt quidem, nec, ſi læſeris, ulciſcuntur: ac toti ovium generi inſtinctus iſte communis eſt. Scorpius & terram comedit, & illos etiam a quibus nihil ipſe læſus fuerit, venenato ſtimulo vulnerat; qua improbitate B genus omne ſcorpiorum laborat. Formica id a natura habet, ut hyemem imminere præſentiat, eoque totam æſtatem aſſiduo labore terens, alimenta reponat ſibi: quod ab omnibus formicis fieri videmus. Apis cum in elaborando melle verſari, tum etiam eodem ali ſolet: quare id ſtudium omnibus in apibus cernitur. Poſſem equidem alia pleraque animantium genera producere, quæ quod peculiaris naturæ vim & impetum deſerere nequeant, eo ipſo nobis plurimum admirabilitatis habere viderentur. Sed futurum id ſatis exiſtimavi, ſi vulgarium & quotidianorum exemplo docerem, animantes quidem ceteras, prout eas vel inter ſe communione conjunxit, vel diſſimilitudine natura diſtinxit, ejus ductum neceſſario quidem, ſed C tamen jucunde ſequi. Homines vero, qui proprium aliquid ſoli ac ſingulare, hoc eſt mentem, quæque proficiſcitur ex mente, rationem habeant, ut in iis quæ ad communionem pertinent, eamdem naturam ſequantur, quemadmodum jam ante dixi; in iis tamen quæ peculiari ex jure ac facultate pendent, ad communem illam naturam minus adhæreſcunt. Nec enim eodem omnes utuntur cibo, cum alii leonum, ovium alii ritu veſcantur: non cultus idem omnibus, non mos, non vitæ lex & ratio placet, non earumdem omnes rerum cupiditate ducuntur: ſuo quiſque vivit arbitrio, nec vicinum quiſquam, niſi quatenus viſum fuerit, æmulatur.


II. Eſt enim ea libertate præditus, quæ ſervitutem pati non poſſit. Quod ſi volens aliquando libenſque ſerviat, hoc ipſum libertatis ejus eſt, quod ſervire D libere poſſit. Quam multi homines, Alanæorum præſertim ex genere, crudis ferarum more carnibus veſcuntur, panem ne attingunt quidem, non penuria, ſed voluntate? Alii perinde ac cicures animantes carnibus abſtinent. Alii ſolis utuntur piſcibus; quos alii, ut maxime fames urgeat, guſtare non poſſunt. Alii aquam, vinum alii, alii ſiceram bibunt. Denique magna eſt in hominum genere cibi potuſque diverſitas, quam in olerum etiam ac pomorum uſu videre licet.

1. Βαρδισάνου] Alter ex mſs. Βαρδησάνου, per η: quæ communior eſt ſcriptura. S. Epiphanius, *hæreſi* 36. quæ alias 56. Βαρδησιάνην vocat, ejuſque ſectatores Βαρδησιανιστάς. VIGERUS.

2. Αλαναίων] De Alanæis nihil legi. Simile vero eſt, non alios eſſe quam Alanos, quorum Joſephus, Lucianus, alii plerique meminerunt. ID.

3. Forte, γευόμενοι. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 171.



λαχάνων καὶ ὀπωρῶν βρώσει διαφερόμενοι. ἀλλὰ καὶ οἱ μὲν, ὡς σκορπίοι, καὶ ὡς ἀσπίδες, μὴ ἀδικηθέντες ἀδικοῦσιν· οἱ δὲ, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἀδικούμενοι ἀμύνονται· ἕτεροι δὲ, ὡς λύκοι ἁρπάζουσι, καὶ ὡς γαλαὶ κλέπτουσιν· ἄλλοι δὲ ὡς ἀμνάδες καὶ μηκάδες ὑπὸ τῶν ὁμοιοπαθῶν ἐλαύνονται, καὶ τοὺς ἀδικοῦντας οὐκ ἀδικοῦσι. καὶ οἱ μὲν, λέγονται ἀγαθοὶ, οἱ δὲ κακοὶ, οἱ δὲ δίκαιοι. ὅθεν ἐστὶ νοεῖν, μὴ πάντως κατὰ φύσιν ἄγεσθαι τὸν ἄνθρωπον· [ποίαν γὰρ αὐτοῦ ἐροῦμεν φύσιν;] ἀλλὰ πῇ μὲν φέρεται κατὰ φύσιν, πῇ δὲ κατὰ προαίρεσιν. Διὸ τὸν ἔπαινον, καὶ τὸν ψόγον, καὶ τὴν καταδίκην ἔχει, ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν· ἐν δὲ τοῖς κατὰ φύσιν, ἔχει τὴν ἀνεγκλησίαν οὐ κατὰ ἔλεον, ἀλλὰ κατὰ λόγον.

A Nonnulli præterea, quomodo scorpii aspidesque solent, nulla injuria lacessiti lædunt, illatas alii brutarum animantium ritu persequuntur injurias. Sunt qui rapacitate lupos, feles & catos furacitate imitentur: sunt contra, qui tamquam oves aut capreæ a similibus impune vexentur, acceptasque injurias patienter ferant. Itaque alii boni, improbi alii, alii justi vocantur. Atque hinc nemo non intelligit, hominem rebus in omnibus natura minime ferri: (quam enim aut cujusmodi propriam ejus naturam esse dicemus?) sed partim natura, partim voluntate. In iis ergo quæ voluntatis sunt, modo laude, modo vituperio, modo pœna dignus est: at in iis quæ naturæ vitio fiunt, omni reprehensione carere debet; atque id judicium non misericordia, sed ratio dictat.

Interpres RECOGNITIONUM. B

III. Leges sunt in unaquaque regione vel regno ab hominibus positæ, sive scriptura, sive etiam usu durantes; quas nemo facile transgreditur. Denique primi Seres qui initio orbis terræ habitant, neque homicidium, neque adulterium, neque scortum nosse, neque furtum committere, neque Idola venerari: & in illa omni regione quæ est maxima, neque templum invenitur, neque simulacrum, neque meretrix, neque adultera; neque fur ad judicium deducitur; sed neque occisus ibi homo fertur aliquando: & tamen nullius libertas arbitrii secundum vos a stella Martis ignita, ut ferro uteretur ad hominis necem: nec Venus cum Marte posita, alienum matrimonium compulit vitiari: cum utique apud eos, per singulos dies Mars medium cæli circulum teneat: sed est apud Seres legum metus vehementior, quam Genesis constellatio. Sunt similiter & apud Bactras in regionibus Indorum immensæ multitudines Bragmanorum; qui & ipsi ex traditione majorum, moribus legibusque concordibus, neque homicidium neque adulterium committunt, neque simulacra colunt, neque animantia

Νόμους [1] ἔθεντο διαφόρους οἱ ἄνθρωποι ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ, τινὰς γεγραμμένους, τινὰς δὲ ἀγράφους, ἐξ ὧν διηγήσομαι, ὡς οἶδα, καὶ ὧν μέμνημαι, [2] ἀρξάμενος ἐκ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς. Νόμος ἐστὶ παρὰ Σήραις, μηδένα φονεύειν, [3] μήτε πορνεύειν, μήτε κλέπτειν, μήτε ξόανα προσκυνεῖν. καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ μεγίστῃ χώρᾳ οὐ ναόν ἐστιν ἰδεῖν, [4] οὐ γυναῖκα πορνικὴν, οὐ μοιχαλίδα ὀνομαζομένην, οὐ κλέπτην ἑλκόμενον ἐπὶ δίκην, [5] οὐκ ἀνδροφόνον, οὐ πεφονευμένον. οὐδενὸς γὰρ τὸ αὐτεξούσιον [6] ἠνάγκασεν ὁ τοῦ πυριλαμπέος Ἄρεος ἀστὴρ μεσουρανῶν, ἄνδρα σιδήρῳ ἀνελεῖν· οὐ Κύπρις σὺν Ἄρει τυχοῦσα, ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ μιγῆναί [7] τινα παρ' ἐκείνοις, πάντως πάσῃ ἡμέρᾳ μεσουρανοῦντος τοῦ Ἄρεος, καὶ πάσῃ ὥρᾳ καὶ ἡμέρᾳ [8] γεννωμένων τῶν Σηρῶν. Παρὰ Ἰνδοῖς καὶ Βάκτροις εἰσὶ χιλιάδες πολλαὶ τῶν λεγομένων [9] Βραχμάνων, οἵτινες κατὰ παράδοσιν τῶν προγόνων καὶ νόμων οὔτε φονεύουσιν, [10] οὔτε ξόανα σέβονται, οὐκ ἐμψύχου γεύονται, οὐ μεθύσκονταί ποτε, [11] οἴνου καὶ σίκερος

B *Interpres* FR. VIGERUS.

III. Varias leges singulis in regionibus, partim scriptas, partim non scriptas homines tulerunt, e quibus eas quæ notæ mihi sunt, quæque in memoriam ab orbis condito subeunt, hoc loco proferam. Apud Seras lex est, qua cædes, scortatio, furtum, & simulacrorum cultus omnis prohibetur. Quare in amplissima illa regione non templum videas, non meretricem, non adulteram, non furem in jus raptum, non homicidam, non occisum. Nullius adhuc liberæ voluntati, flammivomi stella Martis, medio licet in cælo volvatur, hominis ferro necandi necessitatem imposuit. Neminem apud eos congressa cum Marte Venus, ad uxoris alienæ congressionem impulit; tametsi nullo non die Mars ille medium in cælum evadat, nulla non hora quotidie nascantur Seres. Apud Indos & Bactros, multa sunt eorum millia, quos Brachmanas vocant. Ii tam majorum, quam legum traditione, ab omni cæde cultuque simulacrorum abstinent, animantium nihil gustant, sicci numquam & sobrii non sunt, quod vino siceræque parcant; dumque uni Deo vacant, nullius

1. Νόμυς κ. τ. λ.] Hæc & sequentia usque ad caput X. descripsit, paucis demtis, Auctor *Recognitionum* lib. IX. a cap. 19. usque ad 29. Quæ quidem omnia contuli cum ms. cod. bibliothecæ Collegii S. Joannis Baptistæ, cujus varias lectiones heic repræsentare volui. GRABIUS. — Ex utroque autem opere *Recognitionum*, & *Præparationis Evangelicæ* Eusebii (vel etiam ex ipso *Bardesanis* Dialogo) sua collegit Cæsarius *Dialogo* II. Interrogat. 109. & 110. COTELER.

2. Ἀρξάμενος — ἀρχῆς] Hæc Auctor Recognitionum a præcedentibus divulsit, & ad Seres retulit, ἀρξαμένοις forte legens pro ἀρξάμενος. Apud quem tamen legendum: *Denique primi Seres qui initio orbis terræ habitant, legem habent neque homicidium* &c. Ita rectius non modo in quibusdam Gallicanis codd. sed & in omnibus Oxoniensibus. GRAB. — Cæsarius Interrogat. 109. πρῶτοι Σῆρες οἱ τὸ ἄκρον τῆς χέρσου οἰκοῦντες. Itaque sic intelligi debet illud Bardesanis, ἐκ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς: hoc est, *a principio orbis*; non autem, *ab orbis conditu*. Patet enim ex Plinio & Mela, Seres in extima Orientis parte habitare. COTELER.

3. Φονεύειν, μήτε πορνεύειν] Heic insertum olim in textum Bardesanis fuisse videtur, μήτε μοιχεύειν: saltem auctor Recognitionum ita legit. GRAB.

4. Ἰδεῖν, οὐ γυναῖκα] Heic additum οὐ ξόανον invenit Pseudo-Clemens, ni ipse addiderit, vel ejus interpres Rufinus. IDEM.

5. Οὐκ ἀνδροφόνον, οὐ πεφονευμένον] Hoc loco Bardesanes ab auctore Recognitionum, vel hic a Rufino, aut male lectus, aut pessime intellectus atque versus est, quasi fuisset: οὐκ ἄνδρα φονευόμενον πεφορημένον. IDEM.

6. Ἠνάγκασεν] In Recognitionibus post *libertas arbitrii* subdendæ duæ voces *compulsa est*, quæ Græco ἠνάγκασεν respondent, quæque recte in mss. quibusdam Gallicanis, & in Oxoniensibus exstant. IDEM.

7. Μιγῆναί τινα] Heic vox aliqua deesse videtur, aut ἠνάγκασεν heic repetendum est atque subintelligendum. IDEM.

8. Γεννωμένων τῶν Σηρῶν] In ms. coll. Joann. legitur γιγνομένων. Hoc loco Interpres Recognitionum a Græco textu discessit, paucaque sua adiecit. IDEM.

9. Βραχμάνων] Cæsarius Βραγμανὺς vocat: sed τὸ χ, credo, in γ, succisa tibiæ parte, decurtatum est. De Brachmanis eorumque moribus & institutis, accurate Strabo lib. 15. Epiphanius p. 1091. n. 10. Philosophiæ sectas apud Indos 72. numerat, interque ceteras, Brachmanorum & Pseudobrachmanorum. VIGERUS.

10. Φονεύουσιν] Post hanc vocem Recognitionum auctor, vel Rufinus, insertum legit, οὔτε μοιχεύουσιν, aut alteruter de suo addidit. GRAB.

11. Οἴνου — γευόμενοι] Hæc auctor Recognitionum in suo exemplari non legit, aut Rufinus in versione omisit. IDEM.

edere in usu habent, numquam inebriantur, numquam malitiose aliquid gerunt; sed Deum semper timent: & quidem cum ceteri Indorum & homicidia & adulteria committant,& simulacra colant, & inebrientur, atque alia hujusmodi flagitia exerceant. Sed & in ipsius Indiæ nihilominus occiduis partibus regio quædam est, ubi hospites cum inciderint, capti immolantur & comeduntur: & neque bonæ stellæ vetuerunt eos ab hujusmodi flagitiis, & ab exsecrandis cibis, neque malignæ stellæ compulerunt Bragmanas, ut aliquid agerent mali.

IV. Et rursus mos apud Persas, matres accipere in conjugium,& sorores, & filias;& sub illo omni axe, incesta Persæ ineunt matrimonia. Ac ne forte liceat his qui Mathesin sequuntur, uti illo perfugio, qui dicunt,certas quasdam esse plagas cæli, quibus propria quædam habere conceditur; ex ipsa Persarum gente aliquanti ad peregrina profecti sunt, qui Magusæi appellantur; ex quibus usque in hodiernum sunt alii in Media, alii in Parthia, sed & in Ægypto nonnulli, plures autem in Galatia & Phrygia; qui omnes incestæ hujus traditionis formam indeclinabilem servant, ac posteris custodiendam transmittunt: etiam cum plagam cæli mutaverint. Nec tamen eos Venus cum Luna, in finibus & domibus Saturni, cum Saturno attestante etiam Marte, compulit habere inter ceteros Genesin. Apud Gelos quoque mos est,ut mulieres agricolentur, ædificent, & omne opus virile perficiant; sed & misceri quibus volunt licet, nec incusantur a viris, aut adulteræ appellantur; passim enim concubitus miscent, & præcipue cum hospiti-

A μὴ γλόμενοι, οὐ κακίᾳ τινὶ κοινωνοῦσι, προσέχοντες τῷ Θεῷ· τῶν ἄλλων Ινδῶν φονευόντων, καὶ ἑταιρευόντων, καὶ μεθυσκομένων, καὶ σεβομένων ξόανα, καὶ πάντα [1] σχεδὸν καθ' εἱμαρμένην φερομένων. Εστι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ κλίματι τῆς Ινδίας φυλή τις Ινδῶν, οἵτινες τοὺς ἐμπίπτοντας ξένους ἀγρεύοντες, καὶ [2] τούτους θύοντες ἐσθίουσι· καὶ οὔτε οἱ ἀγαθοποιοὶ τῶν ἄστρων κεκωλύκασι τούτους μὴ μιαιφονεῖν, καὶ B μὴ [3] ἀθεμιτογαμεῖν· οὔτε οἱ κακοποιοὶ ἠνάγκασαν τοὺς Βραχμᾶνας κακουργεῖν.

Παρὰ Πέρσαις νόμος ἦν, γαμεῖν τὰς [4] θυγατέρας, καὶ τὰς μητέρας· καὶ οὐ μόνον ἐν τῇ [5] χώρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ κλίματι τούτους τοὺς ἀνοσίους γάμους οἱ Πέρσαι ἐποίησαν, ἀλλὰ καὶ ὅσοι αὐτῶν τῆς Περσίδος ἐξεδήμησαν, οἵτινες καλοῦνται [6] Μαγουσαῖοι, τὴν αὐτὴν ἀθεμιστίαν διαπράττονται, παραδιδόντες τοὺς αὐ- C τοὺς νόμους, καὶ τὰ ἔθη τοῖς τέκνοις κατὰ διαδοχήν· ἐξ ὧν εἰσι μέχρι νῦν πολλοὶ ἐν Μηδίᾳ, καὶ [7] ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν Φρυγίᾳ, καὶ ἐν Γαλατίᾳ. καὶ οὐ δήπου Κύπρις ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου, σὺν Κρόνῳ ἐφομαρτοῦντος τοῦ Αρεος, [8] ἐν ταῖς τῶν πάντων γενέσεσιν εὑρίσκετο. Παρὰ [9] Γήλοις νόμος ἐστὶ, τὰς γυναῖκας γεωργεῖν, καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ πάντα τὰ [10] ἐργατικὰ πράσσειν, καὶ D κοινωνεῖν, οἷς ἂν βούλωνται, καὶ μὴ ἐγκαλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, μήτε καλεῖσθαί τινα μοιχαλίδα, τῷ πάσας ἐργατικὰς εἶναι, καὶ πᾶσι κοινωνεῖν, μάλιστα δὲ τοῖς ξένοις. καὶ οὔτε μυρίζονται Γήλισσαι γυναῖκες, οὐχ ἱμάτια βαπτὰ φοροῦσιν, ἀνυπόδητοι δέ εἰσι πᾶ-

A umquam sceleris communione polluuntur. Ceteri autem Indi cædibus interea, stupris, ebrietati, colendisque simulacris dediti sunt, ac fato cunctis propemodum in rebus obsequuntur. Immo vero eodem in Indiæ climate, genus quoddam reperitur Indorum, qui allatos casu peregrinos ubi ceperint, eosdem postmodum hostiarum more jugulatos devorent. Ita, nec istos ab hac vel cædium immanitate, vel indignitate nuptiarum, B benefica sidera revocare, nec ad scelus Brachmanas adigere malefica potuerunt.

IV. Apud Persas lex erat,qua non filias tantum aut sorores, sed ipsas quoque matres secum matrimonio jungere licebat. Nec in ea regione tantum, eove dumtaxat in climate, incestas illas Persæ nuptias contrahebant; sed etiam quotquot eorum e Perside alio commigrarunt, quos Magusæos vocant, iisdem flagitiis obstricti manent, posterisque suis C hereditario quasi jure leges & consuetudines easdem relinquunt. Atque hujus nationis plurimi etiamnum, in Media, Ægypto, Phrygia, Galatia reperiuntur. Neque tamen Venerem,opinor,quisquam dixerit, in omnium ac singulorum ortu, sic in finibus ædibusque Saturni constitisse, ut Mars cum eodem Saturno comitaretur. Apud Gelos cautum lege est, uti mulieres terram colant, domos ædificent, ac reliquis hujus- D modi operibus vacent;immo quibuscum ipsæ voluerint,impune consuescant. Ita,nec reprehendi a viris,nec adulteræ vocari solent;quod omnes pariter & in similium artium occupatione versentur, & cum omnibus promiscue, ac præsertim cum peregrinis conjungantur. Præterea nec unguentorum Gelissis mulieribus, nec tinctarum vestium usus est: immo nudis quoque pedibus incedunt omnes;cum interea viri non mollia tan-

1. Σχεδὸν] Vox ista deest in Cod. S. Joan. IDEM.

2. Τούτους] Hæc item desideratur in eodem cod. Joan. IDEM.

3. Αθεμιτογαμεῖν· οὔτε] Ibid. ἀθεμιστογαμεῖν· οὔτ'. IDEM.

4. Θυγατέρας] Post hanc vocem, recte additum in ms. coll. Joan. καὶ τὰς ἀδελφάς. IDEM. — Has Persarum ἀῤῥενομιξίας plurimorum scriptorum auctoritate damnat Brissonius in erudito *de Persis* commentario; Theodoretus lib. 9. *de Græc. affect.* p. 128. Theophilus ad Autolycum lib. 3. n. VI. Epicurum & Stoicos ejusdem flagitii reos agit. Similia doctissimus Tiraquellus affatim persequitur ad leg. 7. Connubial. carptim autem ad *Genial. dier.* lib. 1. capp. 2. & 24. VIGER.

5. Ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ] Cod. S. Joan. ἐν τῇ χώρᾳ καὶ τῷ κλίματι ἐκείνῳ. Mox, deest τούτους. Hæc paraphrasten egit, & aliquantum a Græco Bardesanis textu discessit auctor Recognitionum. Paullo post pro his vocibus *ad peregrina* legitur *peregre* in cod. Bodl. & Colleg. S. Joan. GRAB.

6. Μαγουσαῖοι] Idem repetit infra cap. VIII. ac diserte Magusæos illos Persas fuisse docet. B. Epiphanius p. 1094. num. 12. inter Persicarum sectarum ἀρχηγοὺς eosdem numerat: & num. 13. repudiato ceterorum idolorum cultu, solem tamen, lunam ignemque venerari scribit. Cave confundas cum Magusæis seu Magusanis, Petreæ ac felicis Arabiæ populis; nisi forte hi etiam ab illis proseminati sunt: nam heic vides, Magusæos Persas variis se populis ac gentibus inseviisse. VIGERUS. — Magusæi: nomen æquivocum. Significat incestam hanc Bardesanis gentem, cujus meminit S. Basilius epist. 325. Significat omnes Persas apud Suidam in vocibus Γοητεία, Πέρσαι & Μαγώγ: quo ultimo loco uno ductu legendum, Μαγώγ. ὁ Πέρσης. Sed & Magusæus sive Maguseus de Mago dicitur, in vita S. Epiphanii cap. 16. & a Basilio Seleuciensi *Orat.* 38. p. 202. ubi frustra corrigere tentat doctus Interpres. COTELER.

7. Ἐν Αἰγύπτῳ — ἐν Γαλατίᾳ] Deest utrobique præpositio in Cod. S. Joan. Mox idem codex habet ἐπομαρτοῦντος pro ἐφομαρτοῦντος. Sic & duo in bibliotheca regia Parisiis: quamvis in tertio regio sit ἐπιμαρτυροῦντος. GRAB.

8. Ἐν ταῖς — εὑρίσκετο] Minus commode Græca convertit Rufinus, ἐν ταῖς τῶν πάντων γενέσεσιν εὑρίσκετο: hoc est, *in omnium Magusæorum genituris reperta est*. Apud Cæsarium: ἐν ταῖς πάντων αὐτῶν γενέσεσιν εὑρίσκεσθαι οἴεται. COTELER. — Paullo superius in textu Recognitionum legitur, *cum Saturno attestante*: sed melior lectio est, *cum Saturno adstante*, quæ est in codd. Bodl. & colleg. Trinit. GRAB.

9. Γήλοις] Cæsarius l. c. Bardesanem κατὰ πόδας sequitur, nisi quod Γήλας, non Γήλους vocat. VIGER.

10. Ἐργατικά] Pseudo-Clemens vel Rufinus, ἔργα ἀνδρικὰ legisse videtur. GRAB.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 171.

bus. Unguenta nesciunt, non induuntur veste fucata, non calceis: e contra viri Gelonum ornantur, pectuntur, indumentis mollibus & variis induuntur; auro compositi, unguentisque deliburi; & hæc non pro dissolutione virium, sunt enim bellicosissimi, & venatores acerrimi. Nec tamen universæ Gelonum mulieres in Capræcornu aut Aquario cacodæmonem Venerem nascentes habuere; neque viri eorum in Ariete cum Marte Venerem positam, per quod schema effeminatos & dissolutos nasci adserit viros Chaldaica disciplina. Porro vero in Susis, mulieres unguentis, & quidem optimis, utuntur; ornamentis comtæ ex lapidibus pretiosis, ministeriis quoque ancillarum fultæ, procedunt multo majore ambitione quam viri; nec tamen pudicitiam colunt, sed indifferens eis, cum quibuscumque voluerint, usus est, & servis & hospitibus; tali licentia a viris permissa. Et non solum non culpantur pro hoc, sed & dominantur in viros: nec tamen omnium Genesis mulierum Susidarum in medietate cæli cum Jove & Marte Venerem in Jovis domibus habent.

A σαι, καίτοι τῶν Γήλων ἀνδρῶν [1] κοσμουμένων ἐν φορήμασι μαλακοῖς καὶ ἐν διαφόροις χρώμασι, καὶ χρυσοφορούντων, καὶ μυριζομένων· καὶ οὐ κατά τινα ἄλλην μαλακίαν, εἰσὶ γὰρ ἀνδρεῖοι, καὶ πολεμικώτατοι, καὶ κυνηγετικώτατοι. Καὶ οὐ πᾶσαι αἱ τῶν Γήλων γυναῖκες ἔλαχον ἐν Αἰγοκέρωτι, ἢ ἐν Ὑδρηχόῳ, [2] κακοδαιμονοῦσαν τὴν Κύπριν· οὔθ' οἱ ἄνδρες αὐτῶν πάντες ἔχουσιν ἐν κριῷ σὺν Ἄρει τὴν Παφίην, ἔνθα τοὺς [3] ἀν- B δρείους καὶ σπατάλους οἱ Χαλδαΐζοντες λέγουσι. Παρὰ [4] Βάκτροις αἱ γυναῖκες παντὶ κόσμῳ διαφέροντι, καὶ παντὶ μύρῳ χρῶνται, ὑπηρετούμεναι ὑπὸ παιδισκῶν καὶ νεανίσκων μᾶλλον ἢ οἱ ἄνδρες· προερχόμεναι μετὰ πολλῆς φαντασίας ἔφιπποι, κοσμοῦσαι πολλῷ χρυσῷ καὶ λίθοις βαρυτίμοις τοὺς ἵππους· καὶ οὐ σωφρονοῦσιν, ἀλλ' ἀδιαφόρως κοινωνοῦσι τοῖς δούλοις καὶ τοῖς ξένοις, ἄδειαν ἔχουσαι τοιαύτην, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν C μὴ ἐγκαλούμεναι, σχεδὸν κυριεύουσιν αὐτῶν. Καὶ οὐ [5] πάντως ἐν πάσῃ γενέσει τῶν ἐν Βακτρίᾳ γυναικῶν μεσουρανεῖ μετὰ Διὸς καὶ Ἄρεος ἐν ἰδίοις ὅροις ἡ φιλόγελως Ἀφροδίτη [6].

A tum ac delicata, sed etiam & colore distincta multiplici, & auro collucentia vestimenta ferre, atque unguentis perfundi consueverint. Quod ipsi tamen pro sua quadam insitaque animorum ignavia non utique faciant, cum & fortissimi sint, & bellorum venationisque peritissimi. Nec feminæ apud illos, aut in Capricorno, aut in Aquario infaustam omnes Venerem infestamque sortitæ sunt: nec rursus viri omnes eamdem in Ariete cum Marte conjun- B ctam habent; quo utriusque situ, fortes simul ac delicatos nasci Chaldæorum sectatores autumant. Apud Bactros, mulieres omni cultus ac mundi elegantia, omnique unguentorum genere uti solent, adeoque pluribus, quam viri, ancillarum ac puerorum obsequiis officiisque coli. Prodeunt in equis, quos multo auro gemmisque pretiosissimis phaleratos habent, ingenti specie atque pompa: eædem usque adeo intemperantia laborant, ut cum servis etiam C atque peregrinis promiscue consuescant, nec ullam propterea virorum offensionem aut reprehensionem extimescunt, utpote quibus ipsæ prope dominentur. Neque tamen, opinor, in Bactrianarum omnium mulierum ortu, Venus illa jocorum ac deliciarum amans, cælo in medio, ac suis in finibus, cum Jove simul ac Marte congreditur.

Ἐν δὲ [7] τῇ Ἀραβίᾳ, καὶ τῇ Ὀσροηνῇ, οὐ μόνον αἱ μοιχαλίδες φονεύονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ὑποπτευόμεναι οὐκ ἀφίενται ἀτιμώρητοι. [8] Παρὰ Πάρθοις, καὶ Ἀρμενίοις, οἱ φονεῖς ἀναιροῦνται, ποτὲ μὲν ὑπὸ τῶν δικαστῶν, ποτὲ δὲ ὑπὸ τῶν συγγενῶν τῶν φονευομένων. καὶ ἐάν τις φονεύσῃ γυναῖκα αὑτοῦ, ἢ ἀδελφὸν ἄτεκνον, ἢ ἀδελφὴν ἄγαμον, ἢ υἱὸν, ἢ θυγατέρα, οὐκ ἐγκαλεῖται ὑπό τινος· νόμου τοιούτου ὑπάρχοντος ἐν ταῖς χώραις ἐκείναις· παρ' Ἕλλησι δὲ καὶ Ῥωμαίοις, μείζονι τιμωρίᾳ ὑποβάλλονται οἱ τῶν οἰκείων καὶ συγγενῶν φονευταί. ἐν Ἄτροις, ὁ κλέπτων τι ὀβολοῦ ἄξιον λιθάζεται· παρὰ Βάκτροις ὀλίγα κλέπτων ἐμπτύεται· παρὰ Ῥωμαίοις πληγαῖς αἰκίζεται. τοιοῦτοι γὰρ οἱ νόμοι. Ἀπὸ Εὐφράτου ποταμοῦ, καὶ μέχρι τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἐπὶ Ἀνατολὰς, ὁ λοιδορούμενος ὡς φονεὺς, ἢ ὡς κλέπτης, οὐ πάνυ ἀγανακτεῖ· ἃ δὲ

V. In Arabia & Osroene, cum adulterii crimen in mulieribus capitale est, tum ipsa quoque suspicio pœnam habet. In Parthia simul & Armenia, vulgares quidem homicidæ nonnumquam judicibus, interdum a cæsorum propinquis morte puniuntur. Si D quis vero aut uxorem, aut fratrem liberis orbum, aut sororem innuptam, aut filium, aut filiam occiderit, accusat nemo: hoc enim ut liceat, certa populorum istorum lege cautum est; cum apud Græcos & Romanos acerbiores adversus propinquorum & affinium interfectores pœnæ constitutæ sint. Apud Atros, qui vel obolare quidpiam furatus erit, lapidatur: apud Bactros levioris furti reus conspuitur; apud Romanos verberatur. Ejusmodi quippe leges ab iis sancitæ sunt. Ab Euphrate fluvio ad Oceanum usque versus Orientem, quibus vel homicidii vel furti crimen impingitur, non graviter admodum

1. Κοσμουμένων] Cod. S. Joan. habet σκοπουμένων. Heic autem verbum aliquod, *pectendi* significationem habens, insertum legisse videtur auctor Recognitionum. GRAB.

2. Κακοδαιμονοῦσαν] In textu Recognitionum codex Bodl. habet *cacodæmonusam*: & mox ambo Bodl. nec non S. Joan. *viri earum*. IDEM.

3. Ἀνδρείους] Hanc vocem in ἀνδρογύνους transmutavit, vel ita legit in suo exemplari, sive auctor, sive interpres Recognitionum; ideoque heic *effeminatos* posuit. Ἀνδρόγυνοι quippe proprie quidem dicebantur olim, *in quibus sic uterque sexus apparet, ut ex quo potius debeant accipere nomen incertum sit*; sicut Augustinus eos describit lib. 16. *de Civit. Dei*, cap. 8. addens eosdem esse, quos *Hermaphroditos* nuncupant: quod nempe primus *Semimas filius fingatur Hermæ, id est, Mercurii, & Aphroditis, hoc est, Veneris*, notante in hunc Augustini locum Ludovico Vive. Sed metaphorice ἀνδρόγυνοι appellati sunt homines externo quidem corporis habitu viri, interna autem animi dispositione feminei, uno verbo *effeminati*, ut a Lexicographis observatum. Tales heic intelligi voluit interpres Recognitionum, ratus ἀνδρείους cum σπατάλοις haud jungi posse, immo plane huc non quadrare. Unde paullo ante eamdem vocem ἀνδρεῖος plane omisit: heic vero ἀνδρείους in ἀνδρογύνους transformavit, nimia, ut solet, libertate usus. IDEM. — Rufinus habebat in codice suo ἀνανδρείους, non ἀνδρείους. COTEL.

4. Βάκτροις] Σούσοις legit auctor Recognitionum: siquidem omnia exemplaria mss. habent *Susis*. Apud ipsum item quæ sequuntur non parum a Græco differunt. GRAB. — Cæsarius quoque l. c. de Bactrianis mulieribus nihil: at Susianis eadem attribuit. Ἐν δὲ Σούσοις, inquit, τῆς Βαβυλῶνος, αἱ γυναῖκες παντὶ μύρῳ διαφέροντι καὶ κόσμῳ χρῶνται κ. τ. λ. VIGER.

5. Πάντως] Cod. S. Joan. πάντων. Paullo post, Διὸς pro ἰδίοις legisse videtur Pseudo-Clemens, vel Rufinus. GRAB.

6. Ἀφροδίτη] Heic vel Pseudo-Clemens manco Bardesanis, vel Rufinus mutilo Pseudo-Clementis textu usus est, vel alteruter studio quædam omisit quæ in fragmento Bardesanis apud Eusebium heic inserta leguntur. IDEM.

7. Ἐν δὲ τῇ Ἀραβίᾳ] Lege Tiraquellum ad leg. 7. *Connub.* hæc & similia pluribus exsequentem. VIGER.

8. Παρὰ Πάρθοις κ. τ. λ.] Cruentæ hujus & impiæ consuetudinis mentionem alibi non reperio. Multa de Parthorum moribus in historicis commentariis Strabo scripserat, ut I. *Geograph.* 11. significat. IDEM.

ὡς ἀῤῥενοκοίτης λοιδορούμενος, ἑαυτὸν ἐκδικεῖ μέχρι καὶ φόνου· παρ' Ἕλλησι δὲ καὶ οἱ σοφοὶ ἐρωμένους ἔχοντες, οὐ ψέγονται.

ac moleste ferunt: at quibus mascula Venus objicitur, ii voluntaria sæpe morte turpitudinis suspicionem ulciscuntur: cum apud Græcos, amores suos habere, ne sapientibus quidem ipsis probro detur.

VI. In ulterioribus Orientis partibus, si puer muliebri se substernat injuriæ, cum agnitum fuerit a fratribus aut parentibus vel quibuslibet proximis, interficitur, nec sepultura donatur. Et rursus apud Gallos lex prisca constituit, nuptum tradi publice pueros, nec opprobrium ex hoc aliquod duci: & numquid possibile est, ut omnes qui tam turpiter succumbunt apud Gallos, Luciferum cum Mercurio in domibus Saturni & finibus Martis habuerint? In Britanniæ partibus, plures viri unam habent uxorem; in Parthia multæ mulieres unum habent virum; & utraque orbis pars, moribus suis atque institutis obsequitur. Amazones omnes non habent viros; sed sicut animalia, semel in anno circa vernale æquinoctium proprios egressæ terminos, finitimæ gentis viris miscentur, solennitatem quamdam per hoc observantes. Ex quibus cum conceperint, redeunt: & si marem pepererint, abjiciunt, feminas nutriunt. Cumque unius temporis sit omnium partus, absurdum est, ut in maribus quidem putetur Mars cum Saturno in tempore æquis esse portionibus, in feminarum vero Genesi numquam. Sed neque Mercurium cum Venere habuisse in domibus propriis positum, ut vel pictores sibi, vel sculptores, vel trapezitas efficiat; aut in domibus Veneris, ut unguentarios, vel vocales, vel poetas producat. Apud Saracenos, & superiores Libes, & Mauros, & circa ora maris Oceani habitantes, sed & in extremis Germaniæ partibus, & apud Sarmatas, & Scythas, atque omnes quæ sub axe Septemtrionis jacent, Pontici littoris gentes, & in Chrysea insula, numquam

Ἐν τῇ αὐτῇ Ἀνατολῇ ὑβριζόμενοι, ἐὰν γνωσθῶσιν ὑπὸ ἀδελφῶν, ἢ πατέρων, καὶ συγγενῶν, φονεύονται, καὶ ταφῆς προδήλου οὐκ ἀξιοῦνται. [1] Παρὰ δὲ Γάλλοις οἱ νέοι γαμοῦνται μετὰ παῤῥησίας, οὐ ψόγον τοῦτο ἡγούμενοι, διὰ τὸν παρ' αὐτοῖς νόμον. Καὶ οὐ δυνατόν ἐστι πάντας τοὺς ἐν Γαλλίᾳ οὕτως ἀθέως ὑβριζομένους, λαχεῖν ἐν ταῖς γενέσεσι Φωσφόρον μεθ' Ἑρμοῦ, ἐν οἴκοις Κρόνου, καὶ ὁρίοις Ἄρεως [2] δύνοντας. Ἐν Βρεττανίᾳ, πολλοὶ ἄνδρες μίαν γυναῖκα ἔχουσιν· ἐν δὲ τῇ Παρθίᾳ, πολλαὶ γυναῖκες ἕνα ἄνδρα, [3] καὶ πᾶσαι σωφρονοῦσι, πειθόμεναι αὐτῷ κατὰ τὸν νόμον. Αἱ δὲ Ἀμαζόνες πᾶσαι ἄνδρας οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἅπαξ τοῦ ἔτους περὶ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, ὑπερβαίνουσαι τοὺς ἰδίους ὅρους, κοινωνοῦσι τοῖς πλησιοχώροις, ἑορτήν τινα ταύτην [4] ἡγουμένοις. Ἐξ ὧν συλλαμβάνουσαι ὑποστρέφουσι, καὶ ἀναγκαίως ἐν ἑνὶ καιρῷ [5] ἀποκυΐσκουσι κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον, καὶ τοὺς μὲν γεννωμένους ἄῤῥενας ῥίπτουσι, τὰς δὲ θηλείας ἀνατρέφουσι. Πολεμικαί τε εἰσι, καὶ γυμνασίων προνοούμεναι. [6] Ἑρμῆς μετὰ Ἀφροδίτης, ἐν οἴκοις Ἑρμοῦ, ποιεῖ πλάστας, καὶ ζωγράφους, καὶ τραπεζίτας· ἐν οἴκοις δὲ Ἀφροδίτης, μυρεψοὺς, ἢ φωνάστους, καὶ ὑποκριτὰς ποιημάτων. Καὶ [7] παρὰ Ταϊνοῖς, καὶ Σαρακηνοῖς, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Λιβύῃ, καὶ παρὰ Μαύροις, καὶ τοῖς παρὰ τὸ στόμα τοῦ Ὠκεανοῦ Νομάσι, καὶ ἐν τῇ ἐξωτέρᾳ Γερμανίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Σαρματίᾳ, καὶ ἐν τῇ Σκυθίᾳ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐξ Ἀρκτικῶν μερῶν τοῦ Πόντου ἔθνεσι, καὶ ὅλῃ τῇ Ἀλανίᾳ, [8] καὶ Ἀλβανίᾳ, καὶ Ὠτηνῇ, καὶ Σαυνίᾳ, καὶ [9] ἐν Χρυσῇ οὐκ ἔστιν ἰδεῖν, οὐ τραπεζίτην, οὐ πλάστην,

VI. In eodem Oriente, quibus oblatum stuprum fuerit, ii, comperta re, a fratribus, aut parentibus, aut cognatis non occiduntur modo, sed etiam sepulcri honore spoliantur. Apud Gallos autem adolescentes publice ac secure nubunt, nec turpe facinus, cui patriæ legis patrocinetur auctoritas, arbitrantur. Neque tamen fieri profecto potest, ut quotquot in Galliis eo se se flagitio, tam projecta cum impudentia contaminant, ii suo in ortu Vesperum omnes, in Saturni ædibus Martisque finibus, cum Mercurio occidentem sortiti sint. In Britannia plures viri uxorem unicam; in Parthia virum unicum plures uxores habent; quæ tamen caste omnes vivunt, eique, quod ita lege sancitum est, obtemperant. Amazones contra nullum apud se virum patiuntur, sed brutarum animantium ritu, semel quotannis circa vernum æquinoctium, patriis egressæ finibus, rem cum finitimis habent, qui tempus illud solennis cujusdam festi loco ducunt. Revertuntur postmodum concepto fetu, eodemque necessario tempore, prout lex naturæ fert, simul omnes pariunt: sed projectis maribus, solas suscipiunt aluntque feminas. Sunt autem bellicosæ omnes, & in omni exercitationis genere præcipuo studio curaque versantur. Jam Mercurium ferunt suis in ædibus cum Venere congredientem, fictores, pictores, nummularios; at in Veneris ædibus, unguentarios, phonascos, histriones efficere. Atqui apud Tainos & Saracenos, ac tam in superiore Libya, quam apud Mauros, nec non apud Nomadas illos, qui Oceani ostium accolunt, simulque tam in exteriore Germania, quam in Sarmatia superiore, Scythia quoque, ac ceteris omnibus, quæ ad Septemtrionales Ponti partes habitant gentibus; insuper tota passim Alania, Albania, Otene, Saunia, &

1. Παρὰ δὲ Γάλλοις] Id etiam testantur Diodorus Siculus lib. 5. & Athenæus lib. 13. COTELER.

2. Δύνοντας] Hanc vocem aut non legit, aut non intellexit, Pseudo-Clemens, vel Rufinus; ideoque plane omisit. In textu itaque Recognitionum post vocem *Martis* adde *occidentem*, ut Græco respondeat. Mox in cod. S. Joan. legitur cum simplici τ Βρετανίᾳ. GRAB.

3. Καὶ πᾶσαι σωφρ.] Hæc in Recognitionibus male e Græco textu versa sunt. IDEM.

4. Ἡγουμένοις] Legit ἡγουμέναι, vel in Bardesane auctor Recognitionum, vel in hoc Rufinus ejus interpres, ut ex versione patet. IDEM.

5. Ἀποκυΐσκουσι] Habet κυΐσκουσι cod. S. Joan. In textu autem Recognitionum hæc clausula, *Cumque unius temporis sit omnium partus*, ad præcedentem periodum pertinet, & male huc trajecta est. Quæ vero statim sequuntur, *absurdum est — numquam*, prorsus non habentur in Græco Bardesanis textu, sed a Pseudo-Clemente vel Rufino adjecta sunt. Contra ista, πολεμικαί &c. plane omissa. IDEM.

6 Ἑρμῆς κ. τ. λ.] Heic rursus Rufinus Rufinum egit, id est, malum interpretem. Sed facile e Græco Bardesanis textu, vel ex hujus Latina versione Vigeri, corrigi poterit. IDEM.

7. Παρὰ Ταϊνοῖς κ. τ. λ.] Hac de re ita Cæsarius: παρὰ δὲ Ηλείοις καὶ Σαρακηνοῖς &c. Heic Ταϊνῶν mentio nulla, sed in eorum locum suffecti sunt Ηλεῖοι. De prioribus ita Stephanus: Ταϊηνοὶ (sic enim scribit) ἔθνος ἀπὸ τῶν Σαρακηνῶν, πρὸς μεσημβρίαν, ὡς Οὐλπιανὸς ἐν Ἀραβικοῖς, καὶ Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Nec satis noti quos *Elios* Cæsarius nominat. Forte τοὺς ἀπὸ τῆς Ηλιδος intelligit, quam Stephanus πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ολυμπίᾳ urbem esse ait. VIGER.

8. Καὶ Ἀλβανίᾳ] Desunt in Codice S. Joan. GRAB.

9. Ἐν Χρυσῇ] De Chryse consule Geographos, & Salmasii Exercitationes Plinianas. COTELER.

invenitur trapezita, nec sculptor, aut pictor, aut architectus, aut geometres, aut tragœdus, aut poeta: ergo deficit apud eos Mercurii Venerisque constellatio.

VII. Medi tantummodo summa observantia, adhuc spirantes homines, canibus devorandos abjiciunt: & non ob hoc Martem cum Luna per diurnam Genesin in Cancro positos habent. Indi mortuos suos incendunt, cum quibus & uxores defunctorum, sponte se offerentes, exuruntur: sed non ideo omnes, quæ vivæ incenduntur, Indorum mulieres, in nocturna Genesi sub terra habent Solem cum Marte in partibus Martis. Germanorum plurimi laqueo vitam finiunt: nec idcirco omnes Lunam cum hora, Saturno & Marte circumcinctas habent. Sed non in omni gente, & in omni die, per omnem diversitatem Genesis, nascuntur homines? Ex quibus omnibus apparet, quia metus legum in unaquaque regione dominatur; & arbitrii libertas, quæ est hominibus insita per spiritum, obtemperat legibus. Nec cogere potest Genesis, aut Seres homicidium committere, aut Bragmanos carnibus vesci, aut Persas incesta vitare, vel Indos non exuri, aut Medos non a canibus devorari, Parthos non habere plures uxores, aut mulieres Mesopotamiæ non servare pudicitiam, Græcos non exerceri palæstris, Gallorum pueros non pati muliebria, vel gentes barbaras Græcorum studiis institui. Sed, ut diximus, unaquæque gens suis legibus utitur pro libertatis arbitrio, & decreta Genesis legum severitate depellit.

οὐ ζωγράφον, οὐκ ἀρχιτέκτονα, οὐ γεωμέτρην, οὐ φώνασκον, οὐχ ὑποκριτὴν ποιημάτων, ἀλλ' ἐστέρηται ὁ τῆς τοῦ Ἑρμοῦ, καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἐνεργείας τρόπος ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ τούτῳ τῆς οἰκουμένης.

[1] Οἱ Μῆδοι πάντες τοῖς μετὰ σπουδῆς τρεφομένοις κυσὶ, τοὺς νεκροὺς ἔτι ἐμπνέοντας [2] παραβάλλουσι· καὶ οὐ πάντες σὺν τῇ Μήνῃ τὸν Ἄρεα [3] ἐφημερινῆς γενέσεως ἐν Καρκίνῳ ὑπὸ γῆν ἔχουσιν. Ἰνδοὶ τοὺς νεκροὺς καίουσι, μεθ' ὧν συγκαίουσιν ἑκούσας τὰς γυναῖκας· καὶ οὐδήπου πᾶσαι αἱ καιόμεναι ζῶσαι Ἰνδῶν γυναῖκες ἔχουσιν ὑπὸ γῆν ἐπὶ νυκτερινῆς γενέσεως σὺν Ἄρει τὸν Ἥλιον ἐν [4] Λέοντι, ὁρίοις Ἄρεος. Γερμανῶν οἱ πλεῖστοι ἀγχονιμαίῳ μόρῳ ἀποθνήσκουσι, καὶ οὐ πάντως τὸ πλῆθος τῶν Γερμανῶν, τὴν Σελήνην καὶ τὴν ὥραν μεσολαβουμένας ὑπὸ Κρόνου καὶ Ἄρεος ἔχει. [5] Παντὶ ἔθνει, καὶ πάσῃ ἡμέρᾳ, καὶ [6] παντὶ τόπῳ τῆς γενέσεως γεννῶνται ἄνθρωποι· κρατεῖ δὲ ἐν ἑκάστῃ μοίρᾳ τῶν ἀνθρώπων νόμος καὶ ἔθος, διὰ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ ἀνθρώπου· καὶ οὐκ ἀναγκάζει ἡ γένεσις τοὺς Σῆρας [7] μὴ θέλοντας φονεύειν, ἢ τοὺς Βραχμᾶνας κρεοφαγεῖν, ἢ τοὺς Πέρσας ἀθεμίτως μὴ γαμεῖν, ἢ τοὺς Ἰνδοὺς μὴ καίεσθαι, ἢ τοὺς Μήδους μὴ ἐσθίεσθαι ὑπὸ κυνῶν, ἢ τοὺς Πάρθους μὴ πολυγαμεῖν, ἢ τὰς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ γυναῖκας μὴ σωφρονεῖν, ἢ τοὺς Ἕλληνας μὴ γυμνάζεσθαι [8] γυμνοῖς τοῖς σώμασιν, ἢ τοὺς Ῥωμαίους μὴ κρατεῖν, ἢ τοὺς Γάλλους μὴ γαμεῖσθαι, ἢ τὰ ἄλλα βάρβαρα ἔθνη, ταῖς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λεγομέναις Μούσαις κοινωνεῖν. [9] ἀλλ', ὡς προεῖπον, ἕκαστον ἔθνος, καὶ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων χρῆται τῇ ἑαυτοῦ ἐλευθερίᾳ, ὡς βούλεται, καὶ ὅτε βούλεται, καὶ δουλεύει τῇ γενέσει καὶ τῇ φύσει, δι' ἣν περίκειται σάρκα, πῆ μὲν ὡς βούλεται, πῆ δὲ ὡς μὴ βούλεται. πανταχῆ γὰρ καὶ ἐν παντὶ ἔθνει εἰσὶ πλούσιοι καὶ πένητες, καὶ ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι, καὶ ἐρρωμένοι καὶ νοσοῦντες, ἕκαστος κατὰ τοὺς τῆς γενέσεως αὐτοῦ κλήρους.

aurea Chersoneso, neque nummularium ullum videas, neque fictorem, neque pictorem, neque architectum, neque geometram, neque phonascum, neque histrionem: sed ambitu illo terrarum universo, vis ista Mercurii Venerisque nulla est.

VII. Medi omnes canibus, quos ingenti alunt studio, adhuc spirantia moribundorum corpora objiciunt; neque tamen omnes Lunam atque Martem in Cancro, diurni ortus præsides sub terram habuere. Indi & mortuorum cadavera, & illorum uxores ultro se se offerentes comburunt: neque tamen, quotquot apud illos vivæ mulieres comburuntur, Solem omnes, Leonis in ædibus, Martisque finibus, sub terram cum eodem Marte conjunctum, ortu nocturno sortitæ sunt. Germani plerique, fractis laqueo cervicibus moriuntur: nec tamen Germanorum utique multitudo tanta, Lunam horamque nascendi a Saturno Marteque interceptam habere potuit. Enimvero quotidie, omnique nascendi genere, apud omnes populos, nascuntur homines; vincunt ubique tamen hominum ipsorum leges, mores, liberumque voluntatis arbitrium. Itaque nec Seres ad homicidia, nec Brachmanes ad esum carnium, nec Persæ ad incestis nuptiis abstinendum, nec Indi ad rogum fugiendum, nec Medi ad canum dentes evitandos, nec Parthi ad uxorum multitudine abstinendum, nec Mesopotamiæ mulieres ad intemperantiam, nec Græci ad repudiandas nudorum corporum exercitationes, nec Romani ad imperium abjiciendum, nec Galli ad fugiendum muliebrium nuptiarum turpitudinem, nec reliquæ nationes barbaræ, ad Musarum (quas Græci vocant) consuetudinem, ortus sui conditione, invitæ nolentesque coguntur. Sed quemadmodum ante diximus, singulæ nationes, hominesque singuli, sua ipsi libertate, ubi quotiesque libuerit, utuntur: tametsi partim nascendi conditioni, partim naturæ quisque suæ, quæ suo quemque corpore induit, libens nonnumquam atque volens, interdum nolens & invitus obtemperet. Quippe ubique terrarum, atque apud omnes omnino populos, divites pariter & inopes, principes principibusque subditi, valentes morbisque vexati reperiuntur, prout ortus cujusque sors & ratio tulerit.

1. Οἱ Μῆδοι] His præmittuntur in textu Recognitionum, ista: *Ex omni orbe terrarum*, quæ ad præcedentem pertinent periodum. Quæ autem ibidem statim sequuntur, ex Latina Bardesanis versione corrigenda sunt. GRAB.

2. Παραβάλλουσι] Ex cod. Bodl. Recognitionum textus emendandus, legendumque *objiciunt* pro *abjiciunt*. ID.

3. Ἐφημερινῆς] Apud Grabium rectius legitur in cod. S. Joan. ἐφ' ἡμερινῆς, sicuti mox sequitur, ἐπὶ νυκτερινῆς. Idque jam antea recte conjecerat Vigerus.

4. Λέοντι] Hæc vox in Recognitionibus omissa est. GRAB.

5. Παντὶ ἔθνει] Heic forte addendum ἐν, sicut & auctor atque interpres Recognitionum legisse videtur. E contra in iisdem Recognitionibus, ubi legitur. *Sed non in omni gente* &c. delenda videtur negatio, quæ merito deest in utroque cod. Bodl. omisso inde signo interrogandi, quod sequitur. In his autem, *Ex quibus omnibus apparet* &c. paraphrasten potius, quam interpretem, egit Rufinus. IDEM.


6. Παντὶ τόπῳ] Longe malim τρόπῳ: præcessit enim παντὶ ἔθνει, quod etiam fere locum includit. Deinde quis ita loquatur, παντὶ τόπῳ τῆς γενέσεως γεννῶνται ἄνθρωποι; VIGER.

7. Μὴ θέλοντας] Sic & in Recognitionibus legendum: *Seres nolentes homicidium* &c. GRAB.

8. Γυμνοῖς] Cod. S. Joan. γυμνούς. Heic autem rursum pauca omissa in Recognitionibus. IDEM.

9. Ἀλλ', ὡς προεῖπον κ. τ. λ.] Hanc periodum male vertit Rufinus, & sequentem plane omisit. IDEM.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 171.



A VIII. Sed dicet aliquis eorum qui in disciplina Mathesis eruditi sunt; Genesin in septem partes dirimi, quæ illi climata appellant; dominari vero unicuique climati unam ex septem Stellis; & istas quas exposuimus, diversas leges non ab hominibus positas, sed ab istis principibus, secundum uniuscujusque voluntatem; & hoc quod Stellæ visum est, legem ab hominibus observatam. Ad hæc ergo respondebimus; quod primo quidem non B est in septem partes orbis terræ divisus: tum deinde, etsi ita esset, in una parte & in una regione invenimus multas differentias legum: & ideo neque septem sunt secundum numerum Stellarum, neque duodecim secundum numerum Signorum, neque triginta & sex secundum numerum Decanorum; sed sunt innumeræ. Meminisse autem debemus eorum, quæ supra enumerata sunt; quod in una In- C diæ regione sunt & qui hominum carnibus vescantur; & sunt qui etiam a pecudibus, vel avibus, omnibusque animantibus abstineant; & quia Magusæi non solum in Perside matres ac filias accipiunt in matrimonium, sed & in omni gente, ubicumque habitaverint, majorum suorum incesta instituta custodiunt. Tum præterea & innumeras gentes memoravimus, quæ penitus studia nesciunt litterarum.

A Ταῦτα [1], ὦ Βαρδισάνη, ἄκρως ἡμᾶς πέπεικε, φημὶ αὐτῷ. οἱ δὲ Αστρονόμοι φασὶ τὴν γῆν ταύτην μεμερίσθαι εἰς ἑπτὰ κλίματα, καὶ ἄρχειν ἑκάστου κλίματος ἕνα τῶν ἑπτὰ ἀστέρων· καὶ τοὺς διαφόρους νόμους μὴ τοὺς ἀνθρώπους τεθεικέναι ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἑκάστου ἄρχοντος πλεονάζειν τὸ θέλημα ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ, ὃν νόμον νενομίκασιν οἱ κρατούμενοι. [2] ἀπεκρίνατο· οὐκ ἀληθὴς ἡ ἀπόκρισις αὕτη, ὦ Φί- B λιππε. Εἰ γὰρ καὶ διῄρηται ἡ οἰκουμένη εἰς μέρη ἑπτὰ, ἀλλ' οὔνγε ἐν μιᾷ μερίδι εὑρίσκομεν πολλὰς διαφορὰς νόμων. οὐδὲ γὰρ ἑπτὰ νόμοι εἰσὶ κατὰ τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας, οὐδὲ δώδεκα κατὰ τὰ Ζώδια, οὐδὲ τριάκοντα ἓξ [3] κατὰ τοὺς δεκανοὺς, ἀλλὰ μυρίοι. Μνημονεύειν τε ὀφείλετε, ὧν προεῖπον, ὅτι καὶ ἐν ἑνὶ κλίματι, καὶ ἐν μιᾷ χώρᾳ τῶν Ινδῶν εἰσιν ἀνθρωποφάγοι Ινδοὶ, καί εἰσιν οἱ ἐμψύχων ἀπεχόμε- C νοι· καὶ ὅτι οἱ Μαγουσαῖοι οὐκ ἐν Περσίδι [4] μόνῃ τὰς θυγατέρας γαμοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ ἔθνει, ὅπου ἂν οἰκήσωσι, τοὺς τῶν προγόνων φυλάττοντες νόμους, καὶ τῶν μυστηρίων αὐτῶν τὰς τελετάς. ἀλλὰ καὶ πολλὰ βάρβαρα ἔθνη κατελέξαμεν, τάτε ὄντα ἐν Μεσημβρίᾳ, καὶ Δύσει, καὶ Ανατολῇ, καὶ Αρκτῳ, τουτέστιν ἐν διαφόροις κλίμασι, μὴ μετέχοντα ἑρμαϊκῆς ἐπιστήμης.

A VIII. Hæc, inquam, o Bardesane, hujus mihi sententiæ veritatem abunde persuadent. At enim Astronomi terram ajunt in septem climata divisam esse, quibus singulis singuli Planetæ præsint: ita diversas illas ab hominibus positas & constitutas leges non fuisse; sed principiis cujusque sideris voluntatem sua in regione dominari, quam loco legis habuerint, qui ejus imperio ac ditione teneantur. Verum id, Philippe, falso responde- B tur. Nam ut demus orbem terrarum septem in partes distributum esse; magnum vel una tantum in parte legum discrimen agnoscimus. Nec enim uti Planetæ septem, septem quoque leges; nec pro signorum Zodiaci numero duodecim; nec, quot ipsi Decanos ponunt, sex tantum & triginta, sed prorsus infinitæ numerantur. Quippe, meminisse vos eorum quæ supra diximus, oportebit: eodem in climate, unoque Indiarum in tractu, Indos alios C esse, qui carnibus vescantur humanis; alios, qui ab omni rerum animatarum esu abstineant: Magusæos non in Perside tantum filias uxores ducere, sed etiam ubicumque degant, acceptas a majoribus leges, eosdemque mysteriorum ritus ac ceremonias retinentes. Multas quoque recensuimus barbaras nationes, ad Meridiem, Occasum, Orientem, Septemtrionem incolentes, hoc est in varia climata dissipatas, apud quas nullum exstet Mercurianæ artis doctrinæque vestigium.

D IX. Sed & aliquanti sapientes viri ipsas leges in nonnullis commutaverunt locis: aliæ vero etiam sponte pro sui vel impossibilitate, vel inhonestate, derelictæ sunt. Certe, quod in promtu est noscere, quanti imperatores gentium quas vicerant, leges & instituta mutarunt, & suis eas legibus subjecerunt? quod evidenter a Romanis factum docetur, qui omnem pæne orbem omnesque nationes propriis primo & variis legibus institutisque viventes, in Romano- E rum jus & civilia scita verterunt. Superest ergo ut & Stellæ gentium quæ a Romanis victæ sunt, climata sua partesque perdiderint. Addam adhuc rem, quæ possit etiam

D Πόσοι [5], νομίζετε, σοφοὶ ἄνδρες παρήγαγον τοὺς κακῶς κειμένους νόμους; πόσοι δὲ νόμοι ὑπὸ ἀπορίας κατελύθησαν; πόσοι βασιλεῖς κρατήσαντες ἐθνῶν, παρήγαγον τοὺς πρὸ αὐτῶν νόμους, καὶ ἔθεντο τοὺς ἰδίους; [6] καὶ οὐδεὶς τῶν ἀστέρων ἀπώλεσε τὸ ἴδιον κλίμα. Χθὲς οἱ Ρωμαῖοι τῆς Αραβίας κρατήσαντες, τοὺς τῶν βαρβάρων νόμους ἤλλαξαν· ἕπεται γὰρ τὸ αὐτεξούσιον τῷ αὐτεξουσίῳ· Τὸ δὲ E δυνάμενον πεῖσαι καὶ τοὺς ἀπίστους, ἐκθήσομαι ὑμῖν. Ιουδαῖοι πάντες οἱ διὰ Μωσέως δεξάμενοι νόμον, τοὺς γεννωμένους ἄῤῥενας παῖδας ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ αἱμάσσουσι περιτέμνοντες,

D IX. Jam vero, quam multos extitisse viros sapientes putatis, qui leges perperam constitutas immutarint? Immo quam multæ leges, vel consilii vel rerum inopia conciderunt? quam multi reges, debellatis victisque nationibus novas ipsi propriasque leges, antiquatis prioribus, imposuerunt? Neque tamen suo climate Planetarum ullus excidit. Romani subacta nudiustertius Arabia, barbarorum leges sustulerunt. Imperium enim, re- E rum potestas omnium licentiaque consequitur. Sed juvat illud afferre, quod vel incredulis fidem faciat. Judæi omnes, qui a Mose legem acceperunt, infantes masculos octavo ab ortu die circumcisione

1. Ταῦτα — τὴν γῆν ταύτην] Heic in Recognitionibus diversas connectendi formulas observa. Vocem autem γῆν, quæ est in Bardesanis textu, sive auctor sive interpres Recognitionum contracte scriptam fuisse ratus, male mutavit in *Genesin*. IDEM.

2. Απεκρίνατο.] Aliena, credo, vox. Quid enim est ἀπόκρισις — ἀπεκρίνατο; Ea si aberit, clarus integerque locus. VIGER. — Quæ his præmissa in Recognitionibus leguntur, *& hoc quod Stellæ visum est — observatam*, ex Græco vel Latina Bardesanis versione corrigenda sunt. GRAB.

3. Κατὰ τὰς δεκανούς] Utique. Duodecim enim in Zodiaco Signa: Signi cujusque partes a Genethliacis triginta constitutæ, ac tres in Decurias tributæ: quarum principes, *Decani*, Romanæ ex militiæ usu nominati: omnes proinde triginta sex. VIGER.

4. Μόνῃ τὰς θυγατ.] Legit auctor Recognitionum, *μόνον τὰς μητέρας καὶ θυγατέρας*. GRAB.

5. Πόσοι] In utroque cod. Bodl. Recognitionum legitur *quanti* pro *aliquanti*, sequente post vocem *locis*, signo interrogationis. IDEM.

6. Καὶ οὐδεὶς τῶν ἀστ.] Heic Pseudo-Clemens coactus est Græcum Bardesanis textum mutare, ut ratio temporis constaret. IDEM.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 171.

valde incredulis satisfacere. Judæi omnes, qui sub lege Moysi vivunt, filios suos octava die absque ulla dilatione circumcidunt, & infantis teneri sanguinem fundunt; a sæculo autem nullus ex Gentibus hoc die octava perpessus est; & e contra Judæorum nullus omisit. Quo modo ergo in hoc ratio Genesis stabit? cum per cunctas orbis terræ partes, omnes Judæi admisti Gentibus vivant, & octava ferrum perferant die, unius in membri loco: & nemo Gentilium, sed ipsi soli, ut dixi, hoc faciunt; non Stella cogente, nec perfusionem sanguinis perurgente, sed lege religionis adducti; & in quocumque orbis loco fuerint, hoc est eis insigne vernaculum. Sed & quod unum nomen omnibus inest, ubicumque fuerint, numquid & hoc per Genesim venit? Et quod numquam apud eos infans natus exponitur: & quod septimo quoque die omnes, ubicumque fuerint, otium gerunt, nec iter incedunt, nec igni utuntur. Quid est ergo, quod nullum Judæorum in illa die cogit Genesis aut iter agere, aut ædificare, aut vendere aliquid, aut emere?

[1] οὐκ ἀστέρος παρουσίαν ἀναμένοντες, οὐ κλίματος ἐξουσίαν [2] ἐκτρεπόμενοι, οὐχ ὑπὸ νόμου ἀλλοτρίας χώρας ἀγόμενοι· ἀλλ' εἴτε ἐν Συρίᾳ τυγχάνουσιν, εἴτε ἐν Γαλλίᾳ, εἴτε ἐν Ἰταλίᾳ, εἴτε ἐν Ἑλλάδι, [3] ἢ ἐν Παρθίᾳ, ἢ ὅπου ἂν ὦσι, τοῦτο ποιοῦσιν. Ὅπερ οὐκ ἔστι κατὰ γένεσιν· οὐ γὰρ δύνανται πάντες Ἰουδαῖοι μίαν γένεσιν ἔχειν. ἀλλὰ καὶ δι' ἡμερῶν ἑπτὰ, πάντες ὅπου ἂν ὦσιν, ἀργοῦσιν ἐκ παντὸς ἔργου, καὶ οὔτε ὁδεύουσιν, [4] οὔτε πυρὶ χρῶνται· οὔτε ἀναγκάζει ἡ γένεσις Ἰουδαῖον οὐ κτίσαι οἶκον, οὐ [5] καταλῦσαι, οὐκ ἐργάσασθαι, οὐ πωλῆσαι, οὐκ ἀγοράσαι ταῖς ἡμέραις τοῦ σαββάτου, καίτοι ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ γεννώντων Ἰουδαίων καὶ γεννωμένων, καὶ νοσούντων, καὶ ἀποθνησκόντων· ταῦτα γὰρ οὐκ ἔτι ἐστὶ τοῦ αὐτεξουσίου. ἐν τῇ Συρίᾳ, καὶ ἐν τῇ Ὀσροηνῇ, ἀπεκόπτοντο πολλοὶ τῇ Ῥέᾳ, καὶ ἐν τούτῳ μιᾷ ῥοπῇ ὁ βασιλεὺς Ἄβγαρος ἐκέλευσε τῶν ἀποκοπτομένων τὰ αἰδοῖα, ἀποκόπτεσθαι καὶ τὰς χεῖρας· καὶ ἐκτότε, οὐδεὶς ἀπεκόψατο ἐν τῇ Ὀσροηνῇ.

cruentant. Qua quidem in re nec sideris præsentiam ullius exspectant, nec certi climatis vim ac jura declinant, nec alterius regionis legibus agi se patiuntur. Itaque seu in Syria, seu in Gallia, seu in Italia, seu in Græcia, seu in Parthia; verbo, ubicumque versentur, morem eumdem retinent. Id autem nascendi conditionem profecto non sequitur, cum una Judæi passim omnes eademque teneri non possint. Iidem, ubicumque degant, septimo quoque die ab omni prorsus opere vacant omnes; adeoque ne iter quidem suscipiunt, aut igni utuntur. Ita Judæus nemo sabbati diebus ad domum vel ædificandam, vel demoliendam, ad laborandum, vendendum, emendum, ortus necessitate adigitur: cum tamen eo ipso die passim generent atque nascantur, ægrotent passim moriunturque Judæi: quod ista nequaquam ex libertate pendeant. In Syria quondam & Osroene plerosque Opis in honorem abscindi moris erat: verum cum repente jussisset rex Abgarus, ut quibus abscissa verenda essent, iis etiam manus abscinderentur; nemo se deinceps tota Osroene abscidit.

Τί δὲ ἐροῦμεν περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν αἱρέσεως, ἧς ἡμεῖς οἱ δοξασταὶ πολλοὶ ὄντες καὶ ἐν διαφόροις ἀνέστημεν κλίμασιν, ἐν παντὶ ἔθνει καὶ κλίματι, οἵτινες πολλοὶ ὄντες, ἑνὶ ὀνόματι κεκλήμεθα; καὶ οὔτε οἱ ἐν Παρθίᾳ Χριστιανοὶ πολυγαμοῦσι, Πάρθοι ὑπάρχοντες· οὔθ' οἱ ἐν Μηδίᾳ κυσὶ παραβάλλουσι τοὺς νεκρούς· οὐχ οἱ ἐν Περσίδι γαμοῦσι τὰς θυγατέρας αὐτῶν, Πέρσαι ὄντες· οὐ παρὰ Βάκτροις καὶ [6] Γάλλοις φθείρουσι τοὺς γάμους· οὐχ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ θρησκεύουσι τὸν Ἆπιν, ἢ τὸν Κύνα, ἢ τὸν Τράγον, ἢ Αἴλουρον. ἀλλ' ὅπου εἰσὶν, οὔτε ὑπὸ τῶν κακῶς κειμένων νόμων, καὶ ἐθῶν νικῶνται· [7] οὐχ ἡ ὑπὸ τῶν ἀρχῶν πρυτανευομένη γένεσις αὐτοὺς ἀναγκάζει τοῖς ἀπειρημένοις κακοῖς ὑπὸ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν χρῆσθαι. νόσῳ δὲ, καὶ πενίᾳ, καὶ πάθεσι, καὶ ταῖς νομιζομέναις ἀτιμίαις ὑπόκεινται. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐλεύθερος ἡμῶν ἄνθρωπος δουλεύειν οὐκ ἀναγκάζεται, κἂν ἀναγκασθῇ, ἀνθίσταται τοῖς ἀναγκάζουσιν·

X. Quid porro de Christianorum instituto dicemus, cujus nos sectatores & plurimi & diversis in terræ partibus exstitimus; qui tamen in omni cum genere tum climate uno omnes eodemque nomine appellati sumus? Enimvero nec in Parthia Christiani, Parthi licet, pluribus utuntur uxoribus: nec in Media defunctorum corpora canibus objiciunt: nec in Perside, Persæ licet, filias uxores ducunt: nec apud Bactros aut Gallos nuptiarum honestatem & jura contaminant: nec in Ægypto Apin, Canem, Hircum, Felemve colunt. Ita, ubicumque degant, nec legum morumque sceleratorum improbitate vincuntur: nec ad flagitium ullum, præceptoris sui legibus interdictum, nascendi conditionis ex principum astrorum imperio nutuque descriptæ vi adiguntur. Iidem tamen, morbis, egestati, calamitatibus & contumeliis, ut vulgo appellantur, obnoxii sunt. Quemadmodum enim homo ille noster, quem liberum esse volumus, aut in servitutem non cogi-

1. Οὐκ ἀστ.] Ab hinc usque ad finem, liberum nimis interpretem ac paraphrasten egit Rufinus. Idem. — Quod autem in Recognitionibus heic dicitur nullum Gentilium umquam circumcisionem octavo die passum fuisse, confutari posse videtur per narrationem Philostorgii de Homeritis ea die circumcidi solitis, lib. 3. cap. 4. Coteler.

2. Ἐκτρεπόμενοι] Malebam ἐντρεπόμενοι. Sed libri omnes reclamabant. Montacutius suggerit ἐντρεπόμενοι &c. *veriti, religiose observantes*. Nec tamen ἐκτρεπόμενοι sensu caret: quasi dicat, Judæos etiam eo sub climate degentes, quod ab illo circumcidendi more alienum sit, ipsum tamen constanter ac perpetuo retinere. Viger. — Apud Grabium tamen in cod. S. Joan. recte legitur ἐντρεπόμενοι, quod malebat Vigerus.

3. Ἢ ἐν Παρθίᾳ] Desunt in cod. S. Joan. Grab.

4. Οὔτε πυρὶ χρῶνται] Propter legem Dei *Exod.* xxxv. 3. *Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati*. Quo factum suspicari quis possit, ut Rutilius *Itinerarii* lib. 1. versu 389. sabbata Judæorum *frigida* appellaverit:

——— *Cui sabbata frigida cordi*.

Atque hinc etiam forte originem sumsit celebris Paganorum opinio de sabbatico jejunio Judæorum. Facile enim sibi persuadebant eos jejunare, apud quos focum igne lucentem cernere non erat. Cotel.

5. Καταλῦσαι] In Recognitionibus *iter agere*. Arbitror scriptum fuisse in Græco ex Bardesane, καταλῦσαι, quod perperam apud Eusebium per verbum *demoliri* interpretantur. Rem verbo significatam illustrarunt multi, præsertimque sacræ Scripturæ interpretes ad *Act.* I. 12. Theophylactus & Oecumenius ex Ms. Reg. 130. Σαββάτου ἔχων ὁδόν· δισχιλίων πήχεων ἦν. τοσοῦτον γὰρ ἡ κιβωτὸς διάστημα προελάμβανε τὴν παρεμβολήν· καὶ ἀπὸ τοσούτου διαστήματος ἐσκήνουν· ὃ ἐξῆν, προσκυνεῖν τὴν σκηνὴν, ἐν σαββάτῳ βαδίζειν. Hoc est: *Sabbati viam habens: via erat bis mille cubitorum. Tanto enim intervallo arca præcedebat castra; & a tanto spatio tentoria figebant: quod licebat, ad adorandum tabernaculum, sabbato obire*. Consuetudines autem huic & superiori consimiles irrepsisse aliquando inter Christianos, discimus ex Canone 18. Concilii Aurelianensis III. & 14. Vernensis. Idem.


6. Καὶ Γάλλοις] Cotelerius ad *Recognitionum* lib. IX. cap. 22. ex duobus codd. reg. emendat heic Bardesanem, scribens καὶ Γήλοις, non Γάλλοις.

7. Οὐχ ἡ] Melius οὐδ' ἡ. Viger.

οὕτως οὐδὲ ὁ φαινόμενος ἡμῶν δοῦλος ἄνθρωπος τῆς ὑποταγῆς ἐκφεύγειν ῥᾳδίως δύναται. εἰ γὰρ πάντα ἐδυνάμεθα, ἡμεῖς ἂν ἦμεν τὸ πᾶν· ὥστε εἰ μηδὲν ἐδυνάμεθα, ἄλλων ἦμεν, ὡς προεῖπον, ὄργανα, καὶ οὐχ ἑαυτῶν. Θεοῦ δ' ἐπινεύσαντος πάντα δυνατὰ καὶ ἀνεμπόδιστα· τῇ γὰρ ἐκείνου βουλήσει οὐδὲν ἀντιστῆναι δύναται. καὶ γὰρ τὰ δοκοῦντα ἀνθίστασθαι, αὐτοῦ χρηστοῦ ὄντος, καὶ συγχωροῦντος ἑκάστῃ φύσει ἔχειν τὴν ἰδιότητα, καὶ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ θελήματος, ἀνθίσταται.

A tur, aut si urgetur interdum, vim afferentibus resistit: ita noster hic homo qui sub aspectum cadit, servus ipse cum sit, obsequendi necessitatem haud facile declinare potest. Quippe, si nostræ cuncta potestatis essent, nihil non essemus; quemadmodum si positum ac situm in nobis esset nihil, aliorum, ut ante dixi, administri essemus, non juris nostri. At annuente Deo, fieri cuncta possunt, impediri nihil. Ejus enim voluntati res obsistere nulla potest; cum ea quæ nonnumquam videntur obsistere, id eatenus modo faciant, quatenus suam ipse naturæ cuilibet prærogativam, integramque voluntatis libertatem pro sua benignitate concessit.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 171.





INDEX CAPITUM FRAGMENTI
BARDESANIS
DE FATO.



ECCLESIARUM
VIENNENSIS ET LUGDUNENSIS
EPISTOLA
DE MARTYRIO
S. POTHINI EPISCOPI ET ALIORUM PLURIMORUM.



PRÆMITTITUR

FRAGMENTUM EPISTOLÆ

EORUMDEM SANCTORUM MARTYRUM

AD S. ELEUTHERUM ROMANUM PONTIFICEM.

FRAGMENTUM EPISTOLÆ
SANCTORUM MARTYRUM LUGDUNENSIUM
AD S. ELEUTHERUM ROMANUM PONTIFICEM.

Apud Eusebium, Hiſt. Eccl. *lib.* v. *cap.* iv.

ΧΑίρειν ἐν Θεῷ σε ἐν πᾶσιν εὐχόμεθα καὶ ἀεὶ [1] πάτερ Ἐλεύθερε. ταῦτά σοι τὰ γράμματα προτρεψάμεθα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ κοινωνὸν Εἰρηναῖον διακομίσαι· καὶ παρακαλοῦμεν ἔχειν σε αὐτὸν ἐν παραθέσει, ζηλωτὴν ὄντα τῆς διαθήκης τοῦ Χριστοῦ. εἰ γὰρ ᾔδειμεν [a] τόπον τινὶ δικαιοσύνην περιποιεῖσθαι, ὡς πρεσβύτερον ἐκκλησίας, ὅπερ ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ, ἐν πρώτοις ἂν παρεθέμεθα.

TE per omnia, ac perpetuo optamus in Deo valere, pater Eleuthere. Has litteras ut ad te perferret, fratrem & collegam noſtrum Irenæum hortati ſumus: quem quidem ut commendatum habeas, rogamus, utpote æmulatorem teſtamenti Chriſti. Quod ſi nobis compertum eſſet, locum cuiquam conferre juſtitiam, eum tamquam presbyterum Eccleſiæ (hunc enim gradum obtinet) tibi in primis commendaſſemus.

1. Πάτερ Ἐλεύθερε.] Codd. Reg. Maz. & Fuket. habent Ἐλεύθερε, quibus conſentit Nicephorus, & Rufinus. Sunt tamen, qui hunc Pontificem Romanum Eleutherium nominant; inter quos eſt Nicephorus Patriarcha CP. in Chronographia tripertita, quam Anaſtaſius bibliothecarius latine vertit; & Georgius Syncellus, & vetus interpres Irenæi in lib. 3. contra hæreſes. Porro in codice Maz. ac Medicæo ante hæc verba χαίρειν ἐν Θεῷ σε, &c. paullo majoribus litteris, in Medicæo etiam miniatis, ſcribitur, ἐπιστολή, ſpatio utrimque relicto: ut notetur, hanc eſſe epiſtolam martyrum Lugdunenſium.

a Τόπον — περιποιεῖσθαι] Hoc eſt: ſi locus vel gradus quem quis obtinet, meritum ei conciliaret, Irenæum a presbyterii honore quo decoratus eſt, commendare tibi cœpiſſemus. Conſeſſorum græca verba Rufinus latine ſic reddidit: *Scimus enim quod ſolus officii gradus non facit aliquem juſtum; quo tamen iſte recte utitur in presbyterio: ſed plus eum commendamus ex vitæ merito.* Coutant.

ECCLESIARUM
VIENNENSIS ET LUGDUNENSIS
EPISTOLA
DE MARTYRIO
S. POTHINI EPISCOPI ET ALIORUM PLURIMORUM.

Apud Eusebium, Hiſt. Eccl. *lib.* v. *capp.* I. II. & III.

ΟΙ [1] ἐν Βιέννῃ καὶ Λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας A παροικοῦντες δοῦλοι Χριστοῦ, τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Φρυγίαν, τὴν αὐτὴν τῆς ἀπολυτρώσεως ἡμῖν πίστιν καὶ ἐλπίδα ἔχουσιν ἀδελφοῖς, εἰρήνη καὶ χάρις καὶ δόξα ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. τὸ μὲν οὖν μέγεθος τῆς ἐνθάδε θλίψεως, καὶ τὴν τοσαύτην τῶν ἐθνῶν εἰς τοὺς ἁγίους ὀργὴν, καὶ ὅσα ὑπέμειναν οἱ μακάριοι μάρτυρες, ἐπ' ἀκριβὲς οὔθ' ἡμεῖς εἰπεῖν ἱκανοὶ, οὔτε μὴν γραφῇ περιληφθῆναι δυνατόν. παντὶ γὰρ σθένει ἐνέσκηψεν ὁ ἀντικείμενος, προοιμιαζόμενος ἤδη τὴν ἀδεῶς μέλλουσαν ἔσεσθαι παρουσίαν αὐτοῦ· καὶ διὰ πάντων διῆλθεν, ἐθίζων τοὺς ἑαυτοῦ καὶ προγυμνάζων κατὰ τῶν δού-

I. SErvi Chriſti, qui apud Viennam & Lugdunum Galliæ degunt, fratribus per Aſiam & Phrygiam conſtitutis, qui eamdem nobiſcum fidem ac ſpem habent redemtionis, pax & gratia & gloria a Deo Patre, & Chriſto Jeſu Domino noſtro. Et gravitatem quidem ipſam ærumnarum, & Gentilium adverſus ſanctos furorem ac rabiem, quæque & quanta beati martyres perpeſſi ſunt, nec nos exprimere dicendo, nec quiſquam ſcribendo complecti accurate poſſit. Omni ſiquidem virium impetu in nos irruit adverſarius, adventus ſui, in quo cum omni licentia graſſaturus eſt, jam tum nobis initia ac primordia exhibens. Nihil quippe intentatum reliquit, dum miniſtros ſuos aſſuefacit, & quibuſdam quaſi

1. Οἱ ἐν Βιέννῃ καὶ Λουγδούνῳ.] Duplex heic quæſtio oritur. Prima, cur hæc epiſtola ſcripta ſit conjunctim a duabus Eccleſiis, Viennenſi ac Lugdunenſi. Altera, cur Galli Græce ſcribant ad Eccleſias Aſiæ & Phrygiæ, & ad Eleutherum Romanæ urbis Epiſcopum. Quod ad primam attinet, hoc idcirco factum exiſtimo, quod Eccleſiæ Viennenſium ac Lugdunenſium, non modo loci vicinitate, ſed etiam mutui amoris vinculo conjunctæ erant: & cum in eadem perſecutione ſimul decertaſſent, epiſtolam de ſuis Martyribus ſimul & conjunctim ſcripſerunt. Adhæc utraque provincia ſub unius Præſidis juriſdictione, tunc quidem temporis videtur fuiſſe; ut ex eo conjicitur, quod tam Viennenſes quam Lugdunenſes, ob fidem Chriſti a Præſide comprehenſi & damnati eſſe dicuntur in hac epiſtola. Hæ igitur cauſſæ ſunt, cur conjunctim ſcripſerint Viennenſes & Lugdunenſes. Nam quod ſuſpicati ſunt quidam, unum tunc fuiſſe Epiſcopum Viennæ atque Lugduni, id ex hac ipſa epiſtola facile refellitur, quæ Pothinum epiſcopum Lugduni fuiſſe dicit, non item Viennæ. Porro Lugdunenſes honoris cauſſa Viennenſium nomen præponunt, cum tamen ipſi Lugdunenſes epiſtolam ſcribant de iis, quæ Lugduni geſta fuerant. Vetuſtati quoque & nobilitati Coloniæ Viennenſium id tributum videri poteſt. Quod vero ad ſecundam quæſtionem attinet; ex ipſa epiſtola diſcimus, plurimos fuiſſe Græcos in Eccleſia Lugdunenſi, cujuſmodi fuere Attalus & Alexander Phryges, & Alcibiades oriundus item ex Phrygia, ut opinor: Irenæus quoque oriundus erat ex Aſia, & Polycarpum Smyrnæ audierat una cum Florino admodum puer, ut ipſe teſtatur. Pothini quoque epiſcopi vel nomen ipſum Græcam originem deſignat. Proinde non mirum eſt, ſi qui ex Aſia in Gallias venerant, fratribus ſuis in Aſia conſtitutis, de rebus ſuis Græce ſcribant: a quibus, ut credibile eſt, epiſtolam illam de martyrio Polycarpi, & aliorum prius accepiſſent. Hujus autem epiſtolæ auctorem fuiſſe arbitror Irenæum; qui quidem eo tempore eccleſiæ Lugdunenſis erat presbyter.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

λων τοῦ Θεοῦ· ὥστε [1] μὴ μόνον οἰκιῶν καὶ βαλανείων καὶ ἀγορᾶς εἴργεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ καθόλου φαίνεσθαι ἡμῶν τινὰ, αὐτοῖς ἀπειρῆσθαι ἐν ὁποίῳ δήποτε τόπῳ.

A proludiis exercet adversus servos Dei: adeo ut non solum ab ædibus, a balneis, a foro arceremur; verum etiam interdictum fuerit, ne quis nostrum quocumque demum in loco appareret.

Ἀντεστρατήγει δὲ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ· καὶ τοὺς μὲν ἀσθενεῖς ἐρρύετο· ἀντιπαρέτασσε δὲ στύλους ἑδραίους, δυναμένους διὰ τῆς ὑπομονῆς, πᾶσαν τὴν ὁρμὴν τοῦ πονηροῦ εἰς ἑαυτοὺς ἑλκύσαι· οἳ καὶ ὁμόσε ἐχώρουν αὐτῷ, πᾶν εἶδος ὀνειδισμοῦ καὶ κολάσεως ἀνεχόμενοι· οἳ καὶ τὰ πολλὰ ὀλίγα ἡγούμενοι, ἔσπευδον πρὸς Χριστόν· ὄντως [2] ἐπιδεικνύμενοι, ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. καὶ πρῶτον μὲν τὰ ἀπὸ τοῦ ὄχλου πανδημεὶ σωρηδὸν ἐπιφερόμενα, γενναίως ὑπέμενον· ἐπιβοήσεις καὶ πληγὰς καὶ συρμοὺς· καὶ διαρπαγάς· καὶ λίθων βολὰς, καὶ [3] συγκλείσεις· καὶ πάνθ' ὅσα ἠγριωμένῳ πλήθει ὡς πρὸς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους φιλεῖ γίνεσθαι. καὶ δὴ ἀναχθέντες εἰς τὴν ἀγορὰν ὑπό τε τοῦ [a] χιλιάρχου καὶ τῶν [4] προεστηκότων τῆς πόλεως ἐξουσιῶν, ἐπὶ παντὸς τοῦ πλήθους ἀνακριθέντες καὶ ὁμολογήσαντες, συνεκλείσθησαν εἰς τὴν εἱρκτὴν ἕως τῆς [5] τοῦ ἡγεμόνος παρουσίας.

II. Sed gratia Dei pro nobis adversus diabolum depugnavit: & infirmiores quidem servavit, viros autem illi opposuit columnarum instar firmos ac stabiles, qui fortitudine sua universum dæmonis impetum in semetipsos pertrahere valerent. Hi ergo cominus congressi, omne genus opprobrii & supplicii sustinuerunt: & quæ alii diuturna & gravia existimant, ipsi levia ducentes, ad Christum ire properabant; exemplo suo ostendentes, [a] non esse dignas B passiones hujus sæculi, quæ conferantur cum gloria quæ in nobis revelanda est. Ac primum quidem quæcumque a populo universo acervatim ingerebantur, constantissime tolerarunt: acclamationes scilicet, plagas, raptationes, spoliationes bonorum, lapidum jactus, carceres; cuncta denique, quæ vulgus furore & rabie concitatum, adversus hostes & inimicos comminisci solet. Perducti deinde in forum a Tribuno militum & a magistratibus civitatis, coram universo populo interrogati confessique, usque ad Præsidis adventum conjecti sunt in carcerem.

Μετέπειτα δὲ ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα ἀχθέντων αὐτῶν, κἀκείνου πάσῃ τῇ πρὸς ἡμᾶς ὠμότητι χρωμένου, [6] Οὐέττιος Ἐπάγαθος εἷς ἐκ τῶν ἀδελφῶν, πλήρωμα ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον κεχωρηκώς· οὗ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἠκρίβωτο ἡ πολιτεία, ὡς καίπερ ὄντα νέον, συνεξισοῦσθαι τῇ τοῦ πρεσβυτέρου Ζαχαρίου μαρτυρίᾳ· πεπόρευτο γοῦν ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ κυρίου ἄμεμπτος, καὶ πάσῃ τῇ πρὸς τὸν πλησίον λειτουργίᾳ ἄοκνος· ζῆλον Θεοῦ πολὺν ἔχων, καὶ ζέων τῷ

III. Post hæc, cum ad Præsidem deducti essent, atque ille omni genere sævitiæ ferretur adversus nostros, C VETTIUS EPAGATHUS, unus ex fratrum numero, immensa quadam caritatis copia erga Deum simul & proximum exuberans; qui adeo districtam ac severam vivendi rationem instituerat, ut quamvis adhuc juvenis, Zachariæ tamen senioris elogio æquaretur: [b] incesserat quippe in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela; ad omne genus obsequii ac ministerii proximo exhibendum

a Rom. VIII. 18. *b* Luc. I. 6.

1. Μὴ μόνον οἰκιῶν.] Christophorsonus *ædificia publica* interpretatur, quod non probo: οἰκίαι enim non nisi de privatis domibus dicuntur, a quibus tum arcebantur Christiani, id est, ab ædibus amicorum, propinquorum, opificum. Neque enim assentior Rufino, qui Christianos in suis ipsorum domibus habitare prohibitos existimavit.

2. Ἐπιδεικνύμενοι.] Codex Medic. adverbium addit hoc modo: ὄντως ἐπιδεικνύμενοι. Neque aliter codex Mazar. Fuk. & Savil.

3. Συγκλείσεις.] Non possum probare interpretationem Langi & Christophorsoni, qui συγκλείσεις, *carceres* vertunt. Heic enim primo loco recensentur injuriæ & mala, quæ a conferta populi multitudine inferebantur Christianis. In quibus carcer locum habere non potest. Judicum quippe, non populi erat, reos carceri mancipare. Rectius ergo Rufinus vertit, *concludi*. *Sed & verberari*, inquit, *se ab illis, ac lapidari, & concludi, patienter accipiebant*. Gentiles enim Christianos intra domos suas concludebant, dum a foro & balneis eos arcerent, nec in publicum prodire sinerent, ut supra dictum est. Infra tamen συγκλείσεις pro carcere sumuntur.

4. Προεστηκότων τῆς πόλεως ἐξουσιῶν.] Magistratus municipales intelligit, qui etiam duumviri dicebantur. Quamvis autem ἐξουσίας, seu potestatis vocabulum fere de majoribus judicibus dici solet, qui habent jus gladii, ut docet Ulpianus in titulo de Jurisdictione, & de verborum significationibus; tamen de Magistratibus etiam municipalibus usurpatur, qui habebant modicam coercitionem, ut loquuntur Jurisconsulti. Sic apud Juvenalem:

——— *Gabiorumque esse potestas.*

Infra ubi de Pothino, πολιτικαὶ ἐξουσίαι dicuntur.

5. Τοῦ ἡγεμόνος.] *Præsidem* vertit Rufinus: quæ vox generalem habet significationem, perinde ac Græca. Omnes enim provinciarum rectores ita appellantur, seu Procuratores sint, seu Proconsules, seu Legati Cæsaris. Dubitari itaque merito potest, cujusmodi hic fuerit rector provinciæ Lugdunensis. Equidem existimo, Legatum Cæsaris fuisse. Movet me primo, quod heic mentio fit Tribuni militum. Id enim optime convenit Legato Cæsaris, qui rem militarem curabat. Deinde in veteri inscriptione quam refert Gruterus pag. 427. Legatus Imp. Nervæ Trajani Cæsaris Aug. provinciæ Lugdunensis nominatur. Denique Spartianus in Severo, Lugdunensem provinciam per Legatos Cæsaris administratam fuisse imperante M. Antonino testatur. Sic enim scribit de Severo: *Deinde provinciam Lugdunensem Legatus accepit*. Ac fortasse in hac Lugdunensium epistola Severus intelligitur. Fuit enim Legatus provinciæ Lugdunensis sub Marco. Sed & Junius Blæsus, quem rectorem Galliæ Lugdunensis vocat Tacitus in primo historiarum, Legatus fuit. Argumento est legio Italica & ala Taurina Lugduni tendens, quas regebat Blæsus. Fuit etiam Vitrasius Pollio, Legatus provinciæ Lugdunensis temporibus Imp. Hadriani, ut patet ex lege 15. D. de excusationibus.

6. Οὐέττιος Ἐπάγαθος.] De quo Gregorius Turonensis in libro primo historiæ Ecclesiasticæ cap. 29. Et rursus cap. 31. de Ecclesia Bituricensi loquens sic habet. *Leucadium quemdam primum Galliarum Senatorem, qui de stirpe Vetii Epagathi fuit, quem Lugduni passum pro Christi nomine superius memoravimus, repererunt*. Qui locus aperte ostendit, Epagathum nobilitate generis inter Lugdunenses eminuisse. Sed & epistola ipsa id satis superque testatur his verbis, καὶ γὰρ ἦν ἐπίσημος. Porro hujus martyris nomen cum duplici τ scribi debet, ut habet codex Mazarinus, & Fuketianus. Etenim nomen Romanum est Vettius apud Ciceronem, & Juvenalem: idque pronomen fuit Prætextati. Certe in manuscripto Rufini codice Vettius Epagathus dicitur.

a Χιλιάρχου —— ἀνακριθέντες] Cl. Petrus de Marca in *Dissert. ad Concilium Claromontanum*, n. CVII. Christophorsonum arguit, quod heic *tribuni plebis* mentionem fieri putavit. Recte Valesius. nam χιλίαρχος a numero mille militum qui cohortem complebant dicebatur. Mox idem vir doctus monet, Rufinum verbi ἀνακρίνεσθαι, quo reorum interrogatio significatur, non esse vim assecutum. Sic enim reddidit: *Adstante tribuno & primoribus civitatis, pro solis acclamationibus populi correpti, & in carcerem trusi sunt fratres, usque ad præsentiam præsidis*. Eo tamen legitimo sensu sæpe usurpatur verbum illud in *Actis* IV. 9. XII. 19. XXIV. 8. XXVIII. 18.

πνεύματι · τοιοῦτος δή τις ὤν, τὴν οὕτω καθ' ἡμῶν ἀλόγως γινομένην κρίσιν οὐκ ἐβάστασεν, ἀλλ' ὑπερηγανάκτησε · καὶ ἠξίου καὶ αὐτὸς ἀκουσθῆναι ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν, ὅτι μηδὲν ἄθεον μηδὲ ἀσεβές ἐστιν ἐν ἡμῖν. τῶν δὲ περὶ τὸ βῆμα καταβοησάντων αὐτοῦ · καὶ γὰρ ἦν ἐπίσημος · καὶ τοῦ ἡγεμόνος μὴ ἀνασχομένου τῆς οὕτως ὑπ' αὐτοῦ δικαίας προταθείσης ἀξιώσεως, ἀλλὰ μόνον τοῦτο πυθομένου εἰ καὶ αὐτὸς εἴη Χριστιανός · τοῦ δὲ λαμπροτάτῃ φωνῇ ὁμολογήσαντος, ἀνελήφθη καὶ αὐτὸς εἰς τὸν κλῆρον τῶν μαρτύρων · [1] παράκλητος Χριστιανῶν χρηματίσας · ἔχων δὲ τὸν παράκλητον ἐν ἑαυτῷ, τὸ πνεῦμα [2] πλεῖον τοῦ Ζαχαρίου · ὃ διὰ [3] τοῦ πληρώματος τῆς ἀγάπης ἐνεδείξατο, εὐδοκήσας ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν ἀπολογίας καὶ τὴν ἑαυτοῦ θεῖναι ψυχήν. ἦν γὰρ καὶ ἔστι γνήσιος Χριστοῦ μαθητής, ἀκολουθῶν τῷ ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ.

A promtissimus; zelo Dei ac fervore spiritus plenus: hic, inquam, cum esset hujusmodi, adeo injustum adversus nos judicium pati non potuit; sed indignatione commotus, postulavit, ut sibi quoque liceret pro fratribus causam dicere, palamque ostendere, nihil apud nos impium, aut irreligiosum reperiri. Verum cum illi qui circum tribunal adstabant, adversus eum inclamassent (erat quippe inter suos clarus) & Præses ipse petitionem alioqui justissimam ægre ferret, idque unum ex eo quæreret, essetne Christianus: ille Christianum se esse clarissima voce professus, in martyrum numerum relatus est: Advocatus quidem Christianorum judicis elogio appellatus; habens autem in seipso Advocatum Spiritum B sanctum multo abundantius, quam Zacharias: quem quidem caritatis exuberantia declaravit, quippe qui sustinuerit pro fratrum defensione morti semet objicere. Fuit enim, & est germanus Christi discipulus, sequens agnum, quocumque ierit.

Ἐντεῦθεν δὴ [4] διεκρίνοντο οἱ λοιποί. καὶ φανεροὶ καὶ ἕτοιμοι ἐγίνοντο πρωτομάρτυρες · οἳ καὶ μετὰ πάσης προθυμίας ἀνεπλήρουν τὴν ὁμολογίαν τῆς μαρτυρίας. ἐφαίνοντο δὲ καὶ οἱ ἀνέτοιμοι καὶ ἀγύμναστοι, καὶ ἔτι ἀσθενεῖς, ἀγῶνος μεγάλου τόνον ἐνεγκεῖν μὴ δυνάμενοι · [5] ὧν καὶ ἐξέπεσον ὡς δέκα τὸν ἀριθμόν · οἳ καὶ μεγάλην λύπην καὶ πένθος ἀμέτρητον ἐνεποίησαν ἡμῖν, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν λοιπῶν τῶν μὴ συνειλημμένων ἐνέκοψαν · οἳ καίπερ πάντα τὰ δεινὰ πάσχοντες, ὅμως συμπάρησαν τοῖς μάρτυσι, καὶ οὐκ ἀπελείποντο αὐτῶν. τότε δὴ οἱ πάντες μεγάλως ἐπτοήθημεν, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ὁμολογίας · οὐ τὰς ἐπιφερομένας κολάσεις φοβούμενοι, ἀλλὰ τὸ τέλος ἀφορῶντες, καὶ τὸ ἀποπεσεῖν τινα δεδιότες. συνελαμβάνοντο μέντοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν οἱ ἄξιοι, τὸν ἐκείνων ἀναπληροῦντες ἀριθμόν · [6] ὥστε συλλεγῆναι ἐκ τῶν δύο ἐκκλησιῶν πάντας τοὺς σπουδαίους, καὶ δι' ὧν μάλιστα συνειστήκει τὰ ἐνθάδε. συνελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐθνικοί τινες οἰκέται τῶν ἡμετέρων · ἐπεὶ δημοσίᾳ ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν ἀναζητεῖσθαι πάντας ἡμᾶς · οἳ καὶ κατ' ἐνέδραν τοῦ σατανᾶ, φοβηθέντες τὰς βασάνους ἃς τοὺς ἁγίους ἔβλεπον πάσχοντας, τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τοῦτο παρορμώντων αὐτούς, κατεψεύσαντο ἡμῶν [a] Θυέ-

IV. Exinde etiam reliqui dignosci, ac distingui cœpere. Et promti quidem ac parati erant protomartyres, qui summa animorum alacritate solemnem illam martyrum confessionem ediderunt. Qui vero imparati & inexercitati, nec firmis adhuc erant viribus ad impetum tanti certaminis sustinendum, tunc manifeste patuerunt. Ex quibus decem circiter collapsi, maximum nobis dolorem & incredibilem lu- C ctum attulerunt; & aliorum alacritatem fregerunt, qui nondum comprehensi, licet gravissima paterentur incommoda, tamen martyribus præsto aderant, nec ab eorum conspectu discedebant. Omnes tunc temporis gravissimo metu perculsi hærebamus, ob incertum confessionis eventum: non quod tormenta quæ inferebantur, magnopere timeremus, sed quoniam exitum rei animo prospicientes, ne quis corrueret verebamur. Comprehendebantur quotidie, qui digni erant, ut numerum illorum supplerent: adeo ut ex utraque Ecclesia præstantissimi quique, & quorum maxime labore atque industria res heic constitutæ fuerant, simul omnes tenerentur. Capti sunt etiam quidam nostrorum servi, qui Gentiles erant: quandoquidem Præses nos omnes requiri palam jusserat. Qui dæmonis impulsu, cum tormenta reformidarent quæ sanctos perpeti videbant, militibus ad

1. Παράκλητος Χριστιανῶν χρηματίσας.] Male Christophorsonus hunc locum interpretatus est, quasi Epagathus exinde ab omnibus vocatus fuerit patronus Christianorum. Nostram autem versionem confirmat Rufinus, & quæ sequuntur verba, *ἔχων δὲ παράκλητον*, &c. quæ stare omnino non possunt, nisi ita interpreteris, ut fecimus.

2. Πλεῖον τοῦ Ζαχαρίου.] Jam supra Epagathum comparavit cum Zacharia sacerdote, de quo Lucas in Evangelio cap. 1. Iterum nunc alludit ad verba, quæ leguntur in fine dicti capitis: *Et Zacharias repletus est Spiritu sancto*. Porro Spiritus sanctus *παράκλητος* dicitur in Evangelio, id est, *advocatus*, quia scilicet postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ut ait Apostolus. Ita Tertullianus in libro de Jejuniis, de Spiritu sancto loquens, *qua paracletus, id est, advocatus, ad exorandum Judicem, hujusmodi officiorum remedia mandabat*. At Rufinus cum hæc non intelligeret, ita vertit: *Ille vero habens in se advocatum pro nobis Jesum, hoc nomine meruit honorari; sancti presbyteri Zachariæ, qui erga sanctos plenitudinem caritatis ostenderat, secutus exemplum*. Quæ prava Rufini interpretatio occasionem erroris præbuit Adoni Viennensi, & Usuardo, & Notkero, qui in suis martyrologiis quadraginta, & octo martyrum Lugdunensium nomina recensentes, Zachariam presbyterum secundo loco nominant, post Pothinum Lugdunensem Episcopum. Qui si Græcum hujus epistolæ exemplar consuluissent, animadvertissent profecto, *Ζαχαρίαν πρεσβύτερον* heic dici, non Zachariam presbyterum Lugdunensis Ecclesiæ, sed Zachariam sacerdotem, patrem Joannis Baptistæ. Quem quidem Lugdunenses in hac epistola *πρεσβύτερον*, id est Seniorem appellant, Epagathum juvenem ei comparantes. Ceterum hic error Adonis, & reliquorum in Zachariæ martyris nomine, facit ut dubitem de cæteris nominibus martyrum Lugdunensium, quæ ab illis ibidem relata sunt.

3. Τοῦ πληρώματος τῆς ἀγάπης.] Alludit ad illud Servatoris nostri dictum in Evangelio: *Majorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro fratribus suis*.


4. Διεκρίνοντο.] Metaphora videtur esse ab Athletis, qui antequam certamen inirent, examinari solebant, ac probari, utrum ingenui, utrum ætatis Athleticæ essent. Et ii quidem, qui ad certamen admittebantur, dicebantur *εἰσκρίνεσθαι*: qui autem repudiabantur, *ἐκκρίνεσθαι*. Examen autem ipsum vocabatur *διάκρισις*, ut ex hoc loco colligo. Plena certe est hæc epistola vocabulis a re Athletica translatis: quod & loci hujus lectio ipsa indicat, & nos infra ostendemus apertius.

5. Ὧν καὶ ἐξέπεσον.] In codice Regio legitur, *καὶ ἐξέτρωσαν*, quod verbum mihi nequaquam negligendum videtur. Cum enim rarius sit, & inusitatius, quam *ἐξέπεσον*, facilius *τὸ ἐξέτρωσαν* mutatum est in *τὸ ἐξέπεσον*, quam hoc in illud. *ἐξέτρωσαν* igitur heic passive sumitur pro *ἐξημβλώθησαν*, id est, abortivi facti sunt, excussi sunt, *ἔκτρωμα ἐγένοντο*. Quæ metaphora iterum usurpatur infra, ubi agitur de lapsis.

6. Ὥστε συλλεγῆναι ἐκ τῶν δύο ἐκκλησιῶν.] Ex Ecclesia scilicet Viennensi, & Lugdunensi. Hæc autem verba in

a Θυέστεια δεῖπνα καὶ Οἰδιποδείους μίξεις] Athenagoras *Legat. pro Christ. n.* III. *Tria nobis affingunt crimina, atheismum, Thyesteas cœnas, Oedipodeos concubitus*. Sic & Tertullianus *Apologet.* cap. VII. Minucius, Arnobius aliique Patres. Nimirum, inquit Ruinartus in hunc locum, accusabantur Christiani a Gentilibus, quasi carne vesce-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



στεια δεῖπνα, καὶ Οἰδιποδείους μίξεις, καὶ ὅσα μήτε λαλεῖν μήτε νοεῖν θέμις ἡμῖν, ἀλλὰ μὴ δὲ πιστεύειν εἴ τι τοιοῦτο πώποτε παρὰ ἀνθρώποις ἐγένετο. τούτων δὲ φημισθέντων πάντες ἀπεθηριώθησαν εἰς ἡμᾶς· ὥστε καὶ εἴ τινες τὸ πρότερον [1] δι' οἰκειότητα ἐμετρίαζον, τότε μεγάλως ἐχαλέπαινον καὶ [2] διεπρίοντο καθ' ἡμῶν. ἐπληροῦτο δὲ τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν εἰρημένον, ὅτι ἐλεύσεται καιρὸς ἐν ᾧ πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς, δόξει λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ. ἐνταῦθα λοιπὸν ὑπεράνω πάσης ἐξηγήσεως ὑπέμενον κολάσεις οἱ ἅγιοι μάρτυρες· φιλοτιμουμένου τοῦ σατανᾶ, ἵνα καὶ δι' ἐκείνων ῥηθῆναί [3] τι τῶν βλασφήμων.

A hoc ipsum eos incitantibus, Thyesteas quasdam cœnas, & incestos Oedipi concubitus, & alia quæ nec proloqui nobis, nec cogitare fas est, ac ne credere quidem sustinemus apud homines umquam gesta fuisse, adversus nos ementiti sunt. His in vulgus sparsis, omnes continuo in nos adeo efferati sunt, ut si qui forte cognationis causa moderati erga nos hactenus exstitissent, tunc acerbissima indignatione commoti adversus nostros infremerent. Complebatur itaque id, quod a Domino prædictum fuerat his verbis: [a] *Veniet tempus, cum quicumque vos occiderit, cultum offerre videbitur Deo*. Exinde sanctissimi martyres ejusmodi tormenta sustinuerunt, quæ nulla umquam oratione exprimi possint: satana ambitiose contendente, ut ab illis quoque aliquid impie diceretur.
B

Ὑπερβλημένως δὲ ἐνέσκηψεν ἡ ὀργὴ πᾶσα καὶ ὄχλου καὶ ἡγεμόνος [4] καὶ στρατιωτῶν, εἰς [5] Σάγκτον διάκονον ἀπὸ Βιέννης· καὶ εἰς Μάτουρον νεοφώτιστον μὲν, ἀλλὰ γενναῖον ἀγωνιστήν· καὶ εἰς Ἄτταλον [a] Περγαμηνὸν τῷ γένει· στύλον καὶ ἑδραίωμα τῶν ἐνταῦθα ἀεὶ γεγονότα· καὶ εἰς Βλανδίναν, δι' ἧς ἐπέδειξεν ὁ Χριστὸς, ὅτι τὰ παρὰ ἀνθρώποις εὐτελῆ καὶ ἀειδῆ καὶ εὐκαταφρόνητα φαινόμενα, μεγάλης καταξιοῦται παρὰ Θεῷ δόξης, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην, τὴν ἐν δυνάμει δεικνυμένην, καὶ μὴ ἐν εἴδει καυχωμένην. ἡμῶν γὰρ πάντων δεδιότων, καὶ τῆς σαρκίνης δεσποίνης αὐτῆς ἥ τις ἦν καὶ αὐτὴ τῶν μαρτύρων μία ἀγωνίστρια, ἀγωνιώσης μὴ οὐδὲ τὴν ὁμολογίαν δυνήσεται παῤῥησιάσασθαι διὰ τὸ ἀσθενὲς τοῦ σώματος, ἡ Βλανδίνα τοσαύτης ἐπληρώθη δυνάμεως, ὥστε ἐκλυθῆναι καὶ παρεθῆναι τοὺς κατὰ διαδοχὰς παντὶ τρόπῳ βασανίζοντας αὐτὴν ἀπὸ ἑωθινῆς ἕως ἑσπέρας, καὶ αὐτοὺς ὁμολογοῦντας ὅτι νενίκηνται, μηδὲν ἔχοντες μηκέτι ὃ ποιήσουσιν αὐτῇ· καὶ θαυμάζειν ἐπὶ τῷ παραμένειν ἔμπνουν αὐτὴν, παντὸς τοῦ σώματος [6] διεῤῥωγότος καὶ ἠνεῳγμένου· καὶ μαρτυρεῖν, ὅτι ἓν εἶδος στρεβλώσεως ἱκανὸν ἦν πρὸς τὸ ἐξαγαγεῖν τὴν ψυχὴν, οὐχ ὅτι γε τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα. ἀλλ' ἡ μακαρία ὡς γενναῖος ἀθλητὴς ἀνενέαζεν ἐν τῇ ὁμολογίᾳ· καὶ ἦν αὐτῆς ἀνάλη-

V. Præcipue tamen vulgi ac Præsidis & militum furor universus incubuit in SANCTUM Diaconum Viennensem, & in MATURUM, neophytum quidem illum, sed generosissimum nihilominus pugilem Christi: in ATTALUM quoque patria Pergamenum, qui columna & firmamentum Ecclesiæ nostræ semper fuit: in BLANDINAM denique, per quam Christus ostendit, [b] quæ vilia, deformia, contemtaque hominibus videntur, ea maximo honore affici a Deo propter excellentem erga ipsum caritatem, quæ in virtute potentiaque ostenditur, non specie inani gloriatur. Nam cum universi trepidaremus, ipsaque illius temporalis domina, quæ & ipsa una cum reliquis marty-
C ribus strenue pugnabat, formidaret, in primis ne illa ob tenuitatem corporis, liberam confessionem edere non valeret: tanto animi robore firmata est Blandina, ut tortores qui invicem sibi succedentes a prima luce usque ad vesperam omni tormentorum genere eam excruciaverant, resoluta nervorum compage deficerent; seque victos confessi, cum nullum tormenti genus quod ipsi inferri posset, reliquum haberent, mirarentur adhuc illam spiritum ducere, toto corpore lacerato, atque perfosso, testarenturque unicum tormenti genus ad illam enecandam suffecisse, nedum tot ac tanta tormenta. Verum beata illa instar generosi cujusdam athletæ, in ipsa confessione vires atque

a Joan. XVI. 2. *b* I. Cor. I. 27.

primis notanda sunt, ex quibus manifeste apparet, Viennensem Ecclesiam perinde ac Lugdunensem, suum tunc Episcopum habuisse. Quippe Ecclesia ab antiquis Scriptoribus non dicitur, nisi matrix, quam Cathedralem vocamus. Ado Viennensis in Chronico, Justum tunc temporis Viennensem Episcopum fuisse dicit, eumdemque diuturno exsilio maceratum palmam martyrii retulisse. Porro verbum *συλλεγῆναι* Christophorsonus vertit, *eximerentur*: Langus, *deligerentur*: metaphora videtur esse a fructibus, qui decerpuntur.

1. *Δι' οἰκειότητα*.] Hæc vox non solum propinquitatem generis designat, sed etiam amicitiam ac benevolentiam. Interpres Nicephori etiam humanitatem addidit, non contentus necessitudinis vocabulo.

2. *Διεπρίοντο καθ' ἡμῶν*.] Codex Regius, *ἐφ' ἡμῖν*.

3. *Τι τῶν βλασφήμων*.] Recte Rufinus blasphemiam adversus Christianorum religionem intelligit. Quod plane confirmatur verbis proxime antecedentibus, *καὶ δι' ἐκείνων*. Cum enim servi Christianorum, metu cruciatuum perterriti, infanticidia & incestos concubitus de Christianis confessi essent, studebat satanas, ut Christiani qui comprehensi fuerant, ejusmodi calumnias in religionem nostram jactarent. Quippe judices omni tormentorum genere Christianos urgebant, ut Thyesteas quasdam cœnas, & incestos concubitus apud *se* peragi faterentur. Quo spectat illa vox Blandinæ, in mediis cruciatibus nihil aliud proloquentis, quam *Christiana sum: nihil mali apud nos geritur*. Potest etiam illud, *καὶ δι' ἐκείνων*, referri ad decem illos, qui initio persecutionis capti animum despoderant. Christophorsonus blasphemiam contra nomen Christi intelligere maluit.

4. *Καὶ στρατιωτῶν*.] Rufinus vertit, *officium*, *milites*. Nam Græca vox utrumque significat, tam officiales, seu apparitores Judicum, quam milites: ut fusius ostensuri sumus ad libros de vita Constantini. Heic vero milites malim intelligere, cum supra mentio fiat Tribuni militum.

5. *Σάγκτον διάκονον ἀπὸ Βιέννης*.] Rufinus Sanctum diaconum Viennensem interpretatur: quod est ambiguum. Neque enim Sanctus fuit diaconus Viennensis Ecclesiæ, ut quidam hac Rufini versione inducti existimarunt. Certe Lugdunenses in hac epistola id non dicunt: sed tantum affirmant, illum Vienna oriundum fuisse. Fuit igitur hic Sanctus patria quidem Viennensis, diaconus autem Lugdunensis Ecclesiæ.

6. *Περιεῤῥωγότος*.] Codd. Med. Fuk. Savil. & Mazar. *διεῤῥωγότος* habent, quod magis placet.

rentur, seu *de sacramento infanticidii*, ut loquitur Tertullianus: quæ *Thyesteæ cœnæ* heic vocantur, a convivio Thyestis a fratre Atreo præparato, in quo ipsius Thyestis filii in cibum appositi feruntur: qua de re Seneca tragœdiam edidit. Ex eo autem quod Oedipus matrem suam uxorem duxisse dicatur, suspicabantur Gentiles ejusmodi spurcitiis Christianos deditos esse, ob quorumdam hæreticorum impudicitias, qui Christianorum tamen nomen sibi arrogabant, ut notat Justinus *Apol.* II. n. XIII.

a *Περγαμηνόν*.] Pergamus, urbs Asiæ notissima. Magnam autem consuetudinem inter Asiaticos & Lugdunenses tunc fuisse, nemo nescit. Ex Asia etiam Irenæus Lugdunum advenit. RUINART.

ψις καὶ ἀνάπαυσις [a] καὶ ἀναλγησία τῶν συμβαινόντων, τὸ λέγειν ὅτι Χριστιανή εἰμι, καὶ παρ' ἡμῖν οὐδὲν φαῦλον γίνεται.

A animos resumebat. Eratque ei refectio & quies, sensumque omnem præsentis doloris adimebat prolatio horum verborum: *Christiana sum*, &, *Nibil apud nos mali geritur*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

Ὁ δὲ Σάγκτος καὶ αὐτὸς ὑπερβεβλημένως καὶ ὑπὲρ πάντα ἄνθρωπον πάσας τὰς ἐξ ἀνθρώπων αἰκίας γενναίως ὑπομένων, τῶν ἀνόμων ἐλπιζόντων [1] διὰ τὴν ἐπιμονὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν βασάνων ἀκούσεσθαί τι παρ' αὐτοῦ τῶν μὴ δεόντων, τοσαύτῃ ὑποστάσει ἀντιπαρετάξατο αὐτοῖς, [b] ὥστε μὴ δὲ τὸ ἴδιον κατειπεῖν ὄνομα, μήτε ἔθνους, μήτε πόλεως ὅθεν ἦν, μήτε εἰ δοῦλος ἢ ἐλεύθερος εἴη· ἀλλὰ πρὸς πάντα τὰ ἐπερωτώμενα ἀπεκρίνατο τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ, Χριστιανός εἰμι. τοῦτο καὶ ἀντὶ ὀνόματος, καὶ ἀντὶ πόλεως, καὶ ἀντὶ γένους, καὶ ἀντὶ παντὸς ἐπαλλήλως ὡμολόγει· ἄλλην δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν αὐτοῦ τὰ ἔθνη. ὅθεν δὴ καὶ φιλονεικία μεγάλη τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ τῶν βασανιστῶν ἐγένετο πρὸς αὐτόν· ὥστε ὁπότε μηκέτι μηδὲν εἶχον ὃ ποιήσουσιν αὐτῷ, τὸ τελευταῖον χαλκᾶς λεπίδας διαπύρους προσεκόλλων τοῖς τρυφερωτάτοις μέλεσι τοῦ σώματος αὐτοῦ. καὶ ταῦτα μὲν ἐκαίετο· αὐτὸς δὲ παρέμενεν ἀνεπίκαμπτος καὶ ἀνένδοτος, στεῤῥὸς πρὸς τὴν ὁμολογίαν, [c] ὑπὸ τῆς οὐρανίου πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς τοῦ ἐξιόντος [2] ἐκ τῆς νηδύος τοῦ Χριστοῦ δροσιζόμενος καὶ ἐνδυναμούμενος. τὸ δὲ σωμάτιον μάρτυς ἦν τῶν συμβεβηκότων, ὅλον τραῦμα καὶ μώλωψ, καὶ [3] συνεσπασμένον, καὶ ἀποβεβληκὸς τὴν ἀνθρώπειον ἔξωθεν μορφήν· ἐν ᾧ πάσχων Χριστὸς μεγάλας ἐπετέλει δόξας, καταργῶν τὸν ἀντικείμενον, καὶ εἰς τὴν τῶν λοιπῶν ὑποτύπωσιν ὑποδεικνύων, ὅτι μηδὲν φοβερὸν ὅπου Πατρὸς ἀγάπη, μηδὲ ἀλγεινὸν ὅπου Χριστοῦ δόξα. τῶν γὰρ ἀνόμων μεθ' ἡμέρας πάλιν στρεβλούντων τὸν μάρτυρα, καὶ νομιζόντων, ὅτι οἰδούντων καὶ [4] φλεγμαινόντων τῶν σωμάτων εἰ τὰ αὐτὰ προσενέγκοιεν κολαστήρια περιέσοιντο αὐτοῦ, ὁπότε οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῶν χειρῶν ἁφὴν ἠνείχετο· ἢ ὅτι ἐναποθανὼν ταῖς βασάνοις, φόβον ἐμποιήσειε τοῖς λοιποῖς· οὐ μόνον οὐδὲν περὶ αὐτὸν τοιοῦτο συνέβη, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσαν δόξαν ἀνθρώπων [5] ἀνέκυψε καὶ ἀνωρθώθη τὸ σωμάτιον ἐν ταῖς μετέπειτα βασάνοις, καὶ τὴν ἰδέαν ἀπέλαβε τὴν προτέραν καὶ τὴν χρῆσιν τῶν μελῶν· ὥστε μὴ κόλασιν, ἀλλ' ἴασιν διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ, τὴν δευτέραν στρέβλωσιν αὐτῷ γενέσθαι.

VI. Sanctus vero, cum & ipse supra humanum modum cuncta quæ ab hominibus excogitari potuerant tormenta fortiter sustineret, sperantibus jam impiis, aliquid se indecorum atque illicitum ex eo audituros, ob nimiam vim & magnitudinem cruciatuum; tanta firmitate eis restitit, ut nec suum, nec gentis aut civitatis ex qua esset oriundus nomen, nec utrum servus esset an ingenuus, prolocutus sit: sed ad omnes interrogationes Romana lingua responderit: *Christianus sum*. Hoc sibi nomen, patriam, genus, omnia denique esse subinde profitebatur; neque aliam vocem ab eo Gentiles extorquere valuerunt. Quam etiam ob causam maxima adversus illum & Præsidis & tortorum pertinacia furoris exarsit: adeo ut cum nihil amplius ipsis superesset quo illum torquerent, candentes æris laminas mollioribus ejus membris affigerent. Et membra quidem adurebantur: ipse vero erectus atque inconcussus, firmis vestigiis in confessione perstitit, utpote cælesti fonte aquæ vivæ quæ ex ventre Christi profluit, perfusus firmatusque. Porro corpus ipsum abunde testabatur ea quæ acciderant: quippe quod nihil aliud esset præter vulnera atque vibices: totum contractum atque contortum, nec jam externam hominis speciem retinens. In quo Christus ipse perpetiens, magna miracula patrabat, adversarium funditus delens, & illustri exemplo ceteris ostendens, nihil esse metuendum, ubi caritas Patris adsit; nullum dolorem, ubi gloria vertitur Christi. Quippe cum impii illi paucis post diebus iterum torquere martyrem cœpissent, crederentque si turgescentibus adhuc & inflammatis vulneribus eadem tormenta de integro adhiberent, fore ut illo superiores evaderent, quippe qui ne manuum quidem contrectationem posset sustinere; vel id certe eventurum, ut ille tormentis immortuus, terrorem injiceret reliquis: non modo nihil ejusmodi illi contigit, sed præter omnium opinionem, corpus ejus subito relevatum erectumque constitit in tormentis posterioribus, & pristinam speciem usumque membrorum recuperavit: prorsus ut secunda illa excarnificatio, divina opitulante gratia, medelam potius, quam pœnam ei attulisse videretur.

Καὶ Βιβλιάδα δέ τινα μίαν τῶν ἠρνημένων, ἤδη δοκῶν διάβολος καταπεπωκέναι, θελήσας δὲ καὶ [6] διὰ βλασφημίας κατακρῖναι, ἦγεν ἐπὶ κόλασιν, ἀναγκάζων εἰπεῖν τὰ ἄθεα περὶ ἡμῶν, ὡς

VII. Sed & BIBLIADEM quamdam ex eorum numero qui Christi fidem abnegaverant, cum jam diabolus a se absortam crederet, velletque insuper damnationem illius cumulare blasphemia, ad sup-

1. Διὰ τὴν ὑπομονήν.] Amplector scripturam codicum Medicæi, & Maz. Fuket. & Savil. in quibus legitur, ἐπιμονὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν βασάνων. Id est, ob assiduitatem & gravitatem tormentorum. Nam quod ex Gruteri libro proponitur ὑπερβολήν, vanissima conjectura est. Paullo post, ubi legitur ὁπότε μηδὲν εἶχον, codd. Medicæus, & Maz. Fuk. & Sav. vocem interserit hoc modo. ὁπότε μηκέτι μηδὲν εἶχον. Quod est elegantius.

2. Ἐκ τῆς νηδύος.] Alludit ad cap. 7. ex Joannis Evangelio, in quo legitur: *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.*

3. Συνεσπασμένον.] *Contractum & incurvum* malim vertere, quam *distractum & divulsum*, ut initio verteram. Hoc enim esset διεσπασμένον. Contractum autem intelligo præ magnitudine tormentorum. Nam qui in eculeo torquebantur vehementius, caput incurvare cogebantur, ut docet Ammianus Marcellinus, cum ait, *vel sub eculeo capus incurvos, aut ictu carnificis torvi substravit*. Inepte Christophorsonus, *contractum in rugas corpus*, interpretatus est.

4. Φλεγμαινόντων τῶν σωμάτων.] Scribendum videtur, τραυμάτων, ut legit Rufinus.

5. Ἀνεκάλυψε.] In codice Medicæo, & Maz. Fuk. & Savil. & apud Nicephorum legitur ἀνέκυψε, quæ procul dubio vera hujus loci scriptura est. Opponitur enim ἀνέκυψε καὶ ἀνωρθώθη illis, quæ supra dixerat de toto corpore Sancti diaconi contracto atque incurvato. Itaque hic locus superiorem expositionem nostram plane confirmat.


6. Διὰ βλασφημίας.] Christophorsonus blasphemiam adversus Christum intellexit. Videndum tamen est, ne hic quoque blasphemia adversus religionem Christianorum intelligatur. Certe quæ sequuntur verba, id penitus evincunt. Sequitur enim ἀναγκάζων εἰπεῖν τὰ ἄθεα περὶ ἡμῶν. Porro hæc mulier in MS. Maz. ac Med. βίβλιας dicitur, non βίβλις: sic etiam vocatur in Fuket. Rufinus hanc cum Blandina videtur confudisse gravi errore.

a Καὶ ἀναλγησία] Istiusmodi indolentiam in Theodoro martyre memorat Theodoritus *Hist. Eccl.* lib. 3. cap. 11. WIL. LOVVTH.

b Ὥστε μὴ δὲ τὸ ἴδιον κατ.] Similia videre est apud Eusebium, lib. *de Martyrib. Palæst.* cap. 11. & in passione S. Felicis ad calcem Lactantii *de mortib. Persecut.* edit. Oxon. & in passione Tharaci, Probi & Andronici, apud Baron. ad ann. 290. n. II. VII. IX. IDEM.

c Ὑπὸ τῆς οὐρανίου] Hæc desumta ex verbis Christi, *Joan.* IV. 13. VII. 38.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



ἄθραυστον ἤδη καὶ ἄνανδρον. ἡ δὲ ἐν τῇ στρεβλώσει ἀνένηψε, καὶ ὡς ἂν εἰπεῖν ἐκ βαθέος ὕπνου ἀνεγρηγόρησεν· ὑπομνησθεῖσα διὰ τῆς προσκαίρου τιμωρίας τὴν αἰώνιον ἐν γεέννῃ κόλασιν· καὶ ἐξ ἐναντίας [1] ἀντεῖπε τοῖς βλασφήμοις φήσασα· πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιοῦτοι, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων [a] αἷμα φαγεῖν ἐξόν; καὶ ἀπὸ τοῦδε Χριστιανὴν ἑαυτὴν ὡμολόγει, καὶ τῷ κλήρῳ τῶν μαρτύρων προσετέθη. A

plicium duxit, adigens eam, utpote fragilem jam & ignavam, impia de nobis proloqui. Verum illa resipuit inter cruciatus, ac veluti ex altissimo somno excitata est, præsente supplicio de æternæ gehennæ cruciatibus ipsam submonente. Et contradicens impiis: *Qui fieri posset*, inquit, *ut infantes comederent, quibus ne sanguinem quidem animantium degustare licet?* Abhinc Christianam se esse confessa, in consortium martyrum relata est.

Καταργηθέντων δὲ τῶν τυραννικῶν κολαστηρίων ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ διὰ τῆς τῶν μακαρίων ὑπομονῆς, ἑτέρας μηχανὰς ὁ διάβολος ἐπενόει, τὰς κατὰ τὴν εἱρκτὴν ἐν τῷ σκότει καὶ τῷ χαλεπωτάτῳ χωρίῳ συγκλείσεις· [2] καὶ τὰς [b] ἐν τῷ ξύλῳ διατάσεις τῶν ποδῶν, ἐπὶ πέμπτον διατεινομένων τρύπημα· καὶ τὰς λοιπὰς αἰκίας, ὅσας εἰώθασιν ὀργιζόμενοι ὑπουργοὶ, καὶ ταῦτα διαβόλου πλήρεις, διατιθέναι τοὺς ἐγκλειομένους· ὥστε ἀποπνιγῆναι τοὺς πλείστους ἐν τῇ εἱρκτῇ, ὅσους γε ὁ κύριος οὕτως ἐξελθεῖν ἠθέλησεν, ἐπιδεικνύων τὴν αὐτοῦ δόξαν. οἱ μὲν γὰρ βασανισθέντες πικρῶς, ὥστε δοκεῖν μηδὲ τῆς πάσης θεραπείας τυχόντας ἔτι ζῆσαι δύνασθαι, παρέμενον ἐν τῇ εἱρκτῇ· ἔρημοι μὲν τῆς παρὰ ἀνθρώπων ἐπιμελείας· ἀναρρωννύμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ κυρίου καὶ ἐνδυναμούμενοι καὶ σώματι καὶ ψυχῇ, καὶ τοὺς λοιποὺς παρορμῶντες καὶ παραμυθούμενοι. οἱ δὲ νεαροὶ καὶ ἄρτι συνειλημμένοι, ὧν μὴ προκατῄκιστο τὰ σώματα, τὸ βάρος οὐκ ἔφερον τῆς συγκλείσεως, ἀλλ' ἔνδον ἐναπέθνησκον. B C

VIII. Porro cum universa tyrannorum tormenta per martyrum constantiam a Christo essent hebetata ac retusa, alias machinas diabolus excogitavit: ut scilicet in obscurissimum ac molestissimum carceris locum conjicerentur, utque pedes in nervo ad quintum usque foramen distensos haberent, ac reliqua hujusmodi cruciatuum genera perferrent, quibus ministri, utpote infensi & a dæmone incitati, vexare inclusos consueverunt: adeo ut ex eorum numero quamplurimi in carcere suffocati interierint, quos scilicet Deus, qui suam in omnibus gloriam ostendit, hoc mortis genere defungi voluerat. Alii siquidem qui acerbissime excruciati fuerant, ita ut ne vivere quidem diutius posse crederentur, quamvis omni curationis genere refocillati fuissent; permanserunt in custodia: hominum quidem auxilio destituti, verum roborati a Deo, & tam animi quam corporis vigore firmati; qui quidem accendebant ceteros & consolabantur. Alii vero novelli qui recens comprehensi fuerant, quorum corpora cruciatibus perferendis nondum assueverant, cum gravitatem carceris pati non possent, in ipsa custodia exspirarunt.

Ὁ δὲ μακάριος Ποθεινὸς ὁ τὴν διακονίαν τῆς ἐπισκοπῆς ἐν Λουγδούνῳ πεπιστευμένος, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη τῆς ἡλικίας γεγονὼς, καὶ πάνυ ἀσθενὴς τῷ σώματι, μόλις μὲν ἐμπνέων [3] διὰ τὴν προκειμένην σωματικὴν ἀσθένειαν, ὑπὸ δὲ προθυμίας πνεύματος ἀναρρωννύμενος διὰ τὴν ἐγκειμένην τῆς μαρτυρίας ἐπιθυμίαν, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὸ βῆμα ἐσύρετο· τοῦ μὲν σώματος καὶ ὑπὸ τοῦ γήρως καὶ ὑπὸ τῆς νόσου λελυμένου· τηρουμένης δὲ τῆς

IX. Beatissimus autem POTHINUS, qui episcopatum Lugdunensis Ecclesiæ administrabat, nonagenario major, & corpore admodum infirmo, ob præsentem quidem corporis imbecillitatem ægre spiritum trahens, ceterum præ cupiditate imminentis martyrii mirabili alacritate animi firmatus, etiam ipse ad tribunal ferebatur: corpore quidem partim ob senectutem, partim vi morbi penitus exhausto ac soluto; animam vero adhuc retinens, ut per eam Christus

1. Ἀντεῖπε τοῖς βασανισταῖς.] Longe melior est lectio, quam reperi in codice Maz. & Med. Fuk. & Sav. τοῖς βλασφήμοις. Sic vocantur a Lugdunensibus Gentiles, qui Christianam religionem calumniabantur: vel certe lapsi, qui præ cruciatuum violentia infanticidia, & incestus a Christianis admitti fassi erant.

2. Καὶ τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διατάσεις τῶν ποδῶν.] Superiore libro, ubi de Justini martyrio dictum est, observavimus ξύλον a Græcis dici, quem Latini appellant *nervum*. Id plane confirmat Rufinus, qui hunc locum ita interpretatur: *Ac septimo (ut dicunt) puncto in nervo pedes, contra quam credi fas est, distenti, in intimo pœnarum loco deperirent*. Has διατάσεις τῶν ποδῶν optime expressit Prudentius in versibus, quos supra citavimus.

Lignoque plantas inserit,
Divaricatis cruribus.


Porro hujus supplicii hæc videtur fuisse forma. Truncus fuit ligneus, quinis hinc & inde foraminibus certo invicem spatio divisis excavatus: in hæc foramina, tamquam in ocreas quasdam, pedes inserebantur noxiorum, & vinculis seu nervis adstringebantur, ut ex Aratoris versibus colligitur, quos supra retulimus in annotationibus ad librum quartum. Et Rufinus quidem hæc foramina vulgo puncta appellata esse testatur, quod confirmat locus ex passione Chrysanthi & Dariæ, quem ibidem adduxi. Sed quod Rufinus septimum punctum dixit, vix credibile mihi videtur. Certe Eusebius hoc loco quintum dumtaxat foramen dixit; & aliis in locis hunc numerum foraminum numquam supergressus est. De his punctis intelligendus est locus in actis Græcis passionis Tarachi, Probi & Andronici: Μάξιμος ἡγεμὼν εἶπε· βαλόντες αὐτῷ σίδηρα, εἰς τέσσαρα κεντήματα διατείνατε, quod vetus interpres pessime vertit hoc modo: *Mittite illi ferrum per quatuor loca nervorum, & confringite*.

3. Διὰ τὴν προκειμένην.] Hoc loco verba videntur esse transposita. Sic igitur legendum puto: διὰ τὴν ἐγκειμένην σωματικὴν ἀσθένειαν. Et paullo post, ubi legitur διὰ τὴν ἐγκειμένην τῆς μαρτυρίας ἐπιθυμίαν, scribo προκειμένην. Porro hoc Pothini martyrium elegantissime describit Eucherius Lugdunensis Episcopus in sermone de S. Blandina. *Præstitit inter ista divina providentia, ut in tantis patriæ sacrificiis, etiam Pontifex non deesset. Rapitur ad impiam quæstionem grandævus & plenus dierum B. pater noster Pothinus, Ecclesiæ hujus antistes, & pro eruditionis ut credimus merito, gregi suo jungitur. Ac post Dominici corporis sacrificium, profanis tribunalibus novam de se hostiam Christo oblaturus infertur. Senilis infirmitas per injurias & afflictiones furentium ministrorum ita celerem sortitur exitum, ut intelligeres ad tempus illud soli martyrio reservatum.*

a Αἷμα φαγεῖν] Aliquamdiu viguit lex illa ab Apostolis *Actor.* xv. lata in aliquod tempus. Vide sis R. P. Natalis Alex. dissert. IX. sæculi I. RUINART. — Tertullianus *Apolog.* cap. IX. *Erubescat error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea quoque suffocatis & morticinis abstinemus, ne quo modo sanguine contaminemur vel intra viscera sepulto.* Eadem fere afferunt Minucius Felix *Octav.* cap. XXX. Clemens Alex. *Pædag.* lib. I. cap. III. prope finem. Augustinus vero *contra Faustum*, lib. 32. cap. 13. hanc consuetudinem sua ætate jam obsolevisse declarat his verbis: *Ubi Ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat: quis jam hoc observat, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est? aut leporem non edat, si manu a cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est? Et qui forte adhuc pauci tangere ista formidant, a ceteris irridentur.*

b Ἐν τῷ ξύλῳ] De his aliisque instrumentis præstat consulere Gallonium *de Martyrum cruciatibus*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



ψυχῆς ἐν αὐτῷ, ἵνα δι' αὐτῆς Χριστὸς θριαμβεύσῃ. ὃς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ τὸ βῆμα κομισθεὶς, παραπεμπόντων αὐτῶν τῶν πολιτικῶν ἐξουσιῶν καὶ παντὸς τοῦ πλήθους ἐπιβοήσεις παντοίας ποιουμένων, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ, ἀπεδίδου τὴν καλὴν μαρτυρίαν. ἀνεταζόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος τίς εἴη Χριστιανῶν ὁ Θεὸς, ἔφη· ἐὰν ᾖς ἄξιος, γνώσῃ. ἐντεῦθεν δὴ ἀφειδῶς ἐσύρετο, καὶ ποικίλας ἔπασχε πληγάς· τῶν μὲν συνέγγυς, χερσὶ καὶ ποσὶν ἐνυβριζόντων παντοίως, μὴ δὲ τὴν ἡλικίαν αἰδουμένων αὐτοῦ· τῶν δὲ μακρὰν, ὃ μετὰ χεῖρας ἕκαστος εἶχεν, εἰς αὐτὸν ἀκοντιζόντων· πάντων δὲ ἡγουμένων μεγάλως πλημμελεῖν καὶ ἀσεβεῖν, εἴ τις ἀπολειφθείη τῆς εἰς αὐτὸν ἀσελγείας. καὶ γὰρ τοὺς θεοὺς ἑαυτῶν ᾤοντο οὕτως ἐκδικήσειν· καὶ μόγις ἐμπνέων [1] ἐῤῥίφη εἰς τὴν εἱρκτὴν, καὶ μετὰ δύο ἡμέρας ἀπέψυξεν.

A triumpharet. Perlatus igitur a militibus ad tribunal, prosequentibus ipsum magistratibus civitatis, & universa plebe variis eum acclamationibus impetente, tamquam ipse Christus esset, egregium edidit testimonium. Interrogatus vero a Præside, quisnam esset Christianorum Deus, respondit: *Si dignus fueris, cognosces*. Post hæc absque ullo humanitatis respectu raptatus, atque innumeris plagis affectus est, cum ii quidem qui propius adstabant, calcibus & pugnis illum contumeliose appeterent, nec ullam ejus ætati reverentiam exhiberent: qui vero longius distabant, quidquid ad manum erat, in ipsum conjicerent: omnes denique gravissimi delicti ac piaculi reos se existimarent, nisi pro sua quisque parte ei petulanter in- B sultare studuissent. Quippe hoc modo injuriam deorum suorum ulturos se arbitrabantur. Exinde vix adhuc spirans in carcerem projectus est, tandemque post biduum animam exhalavit.

Ενταῦθα δὴ μεγάλη τις οἰκονομία τοῦ Θεοῦ ἐγίνετο, καὶ ἔλεος ἀμέτρητον ἀνεφαίνετο Ἰησοῦ· [2] σπανίως μὲν ἐν τῇ ἀδελφότητι γεγονὸς, μὴ ἀπολειπόμενον δὲ τῆς τέχνης τοῦ Χριστοῦ. οἱ γὰρ κατὰ τὴν πρώτην σύλληψιν ἔξαρνοι γενόμενοι, συνεκλείοντο καὶ αὐτοὶ, καὶ μετεῖχον τῶν δεινῶν. οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ὄφελός τι αὐτοῖς ἡ ἐξάρνησις ἐγίνετο· ἀλλ' οἱ μὲν ὁμολογοῦντες ὃ καὶ ἦσαν, συνεκλείοντο ὡς Χριστιανοὶ, μηδεμιᾶς ἄλλης αἰτίας αὐτοῖς ἐπιφερομένης. οὗτοι δὲ λοιπὸν ὡς ἀνδροφόνοι καὶ μιαροὶ κατείχοντο, διπλότερον παρὰ τοὺς λοιποὺς κολαζόμενοι. ἐκείνους μὲν γὰρ ἐπεκούφιζεν ἡ χαρὰ τῆς μαρτυρίας· καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν ἐπηγγελμένων· καὶ ἡ πρὸς τὸν Χριστὸν ἀγάπη, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ πατρικόν. τούτους δὲ τὸ συνειδὸς μεγάλως ἐτιμωρεῖτο· ὥστε καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς ἅπασι κατὰ τὰς παρόδους, διαδήλους τὰς ὄψεις αὐτῶν εἶναι. οἱ μὲν γὰρ [3] ἱλαροὶ προῄεσαν, δόξης καὶ χάριτος πολλῆς ταῖς ὄψεσιν αὐτῶν συγκεκραμένης· ὥστε καὶ τὰ δεσμὰ κόσμον εὐπρεπῆ περικεῖσθαι αὐτοῖς, ὡς νύμφη κεκοσμημένη [4] ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς πεποικιλμένοις· τὴν [5] εὐωδίαν ὀδωδότες ἅμα τὴν Χριστοῦ· ὥστε ἐνίους δόξαι καὶ μύρῳ κοσμικῷ κεχρῖσθαι αὐτούς. οἱ δὲ, [a] κατηφεῖς καὶ ταπεινοὶ καὶ δυσειδεῖς, καὶ πάσης ἀσχημοσύνης ἀνάπλεοι· προσέτι δὲ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ὀνειδιζόμενοι ὡς ἀγενεῖς καὶ ἄνανδροι· ἀνδροφόνων μὲν ἔγκλημα ἔχοντες, ἀπολωλεκότες δὲ τὴν πάντιμον καὶ ἔνδοξον καὶ ζωοποιὸν προσηγορίαν. ταῦτα δὲ οἱ λοιποὶ θεωροῦντες, ἐστηρίχθησαν. καὶ οἱ συλλαμβανόμενοι ἀδιστάκτως ὡμολόγουν, μὴ δὲ ἔννοιαν ἔχοντες διαβολικοῦ λογισμοῦ.

X. Hic vero singularis quædam Dei dispensatio, & immensa Jesu Christi misericordia apparuit: raro quidem inter fratres exemplo, sed a dexteritate ingenioque Jesu Christi minime alieno. Omnes siquidem qui a prima statim comprehensione fidem negaverant, ipsi quoque in carcerem conjecti, eadem quæ ceteri martyres perferebant. Neque enim illis quidquam tunc profuit fidei suæ negatio. Verum illi quidem qui sese id quod re vera erant, esse profiteban- C tur, tamquam Christiani conjiciebantur in vincula, nullo alio crimine ipsis objecto. Hi vero perinde ac homicidæ & scelerati homines deinceps detinebantur, duplo gravius quam reliqui supplicium perferentes. Illos enim gaudium martyrii, spesque promissæ beatitudinis, & caritas erga Christum, & Dei Patris Spiritus recreabat. Hos vero graviter torquebat conscientia: ita ut dum traducerentur, ipso vultu atque adspectu facile discernerentur a ceteris. Quippe illi quidem hilares accedebant, majestatem quamdam venustati intermixtam vultibus præferentes; adeo ut vincula præcipuum ipsis ornatum addidisse viderentur, instar sponsæ fimbriis aureis variegatis ornatæ: ad hæc suavem Christi odorem spirantes, ita ut non- D nulli terreno eos unguento delibutos putarent. Hi vero demisso vultu, abjecti & squalidi ac sordidi, omnique deformitatis genere cooperti, ab ipsis quin etiam Gentilibus probro affecti, utpote ignavi atque imbelles, qui homicidarum quidem sibi ipsis crimen imposuissent, Christianorum autem venerandum & gloriosum ac salutare nomen amisissent. Quæ cum ceteri viderent, magnopere confirmabantur. Et si quem postea comprehendi contigerat, is statim absque ulla cunctatione confitebatur, ne cogitatione quidem tenus consilium ac suggestionem dæmonis admittens.

Μετὰ ταῦτα δὴ λοιπὸν εἰς πᾶν εἶδος διῃρεῖτο [6] τὰ μαρτύρια τῆς ἐξόδου αὐτῶν. ἐκ διαφόρων γὰρ χρωμάτων καὶ παντοίων ἀνθῶν ἕνα πλέξαντες στέφανον, προσήνεγκαν τῷ Πατρί. ἐχρῆν γοῦν

XI. His ita gestis, deinceps ipsorum martyria in varias mortis species divisa sunt. Ex omni quippe florum genere diversisque coloribus unicam texentes coronam beatissimi martyres, Deo Patri obtulerunt.

1. Ἐῤῥίφη ἐν τῇ εἱρκτῇ.] Codex Med. habet εἰς τὴν εἱρκτήν; nec aliter codex Maz. Fuk. & Savilii.

2. Σπανίως μὲν γεγονός.] Notandum est quod ajunt Lugdunenses, rarum adhuc in Ecclesia ejusmodi indulgentiæ usum fuisse erga lapsos: nempe, quia ad hoc usque tempus pauci admodum lapsi fuerant. Itaque cessante morbo, nihil opus erat hujusmodi medicina. Subsecutis autem persecutionibus, hoc remedium crebrius usitatum est.

3. Ἱλαροὶ προσῄεσαν.] In codice Maz. & Fuket. Savil. & Medicæo legitur προῄεσαν, quam scripturam secutus videtur Christophorsonus. Hoc est; quod ante dixit κατὰ τὰς παρόδους: dum scilicet e carcere procedunt usque ad tribunal.


4. Ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιπεποικιλμένοις.] Alludit ad locum, qui est in psalmo 44. & paullo aliter hodie legitur, περιπεποικιλμένη scilicet. Sed melius est περιπεποικιλμένοις. Mos enim erat, tunicarum fimbrias variegare, ut testatur Ammianus Marcellinus in lib. 14. *ut longiores fimbriæ tunicæ perspicue luceant, varietate liciorum effigiatæ in specie animalium multiformes*. Certe in codice Med. & Maz. scribitur πεποικιλμένοις, nec aliter Fuk.

5. Εὐωδίαν ὀδωδότες τοῦ Χριστοῦ.] Alludit ad verba Paulli Apostoli, *Christi bonus odor sumus*.

6. Τὰ μαρτύρια τῆς ἐξόδου.] Verba hic videntur esse transposita, quæ sic construo; εἰς πᾶν εἶδος διῃρεῖτο τῆς ἐξόδου τὰ μαρτύρια αὐτῶν.

a Κατηφεῖς κ. τ. λ.] Paria refert Dionysius Alex. in epistola ad Fabium Antiochenum, apud Eusebium *Hist. Eccl.* lib. VI. cap. 41. quam deinceps cum reliquis ejusdem Dionysii quæ supersunt, proferemus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



τοὺς γενναίους ἀθλητὰς, ποικίλον ὑπομείναντας ἀγῶνα καὶ μεγάλως νικήσαντας, ἀπολαβεῖν τὸν μέγαν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον. ὁ μὲν οὖν Μάτουρος, καὶ ὁ Σάγκτος, καὶ ἡ Βλανδίνα, καὶ Ἄτταλος ἤγοντο ἐπὶ τὰ θηρία [1] εἰς τὸ δημόσιον, καὶ εἰς τὸ κοινὸν τῶν ἐθνῶν τῆς ἀπανθρωπίας θέαμα· ἐπίτηδες τῆς [2] τῶν θηριομαχιῶν ἡμέρας διὰ τοὺς ἡμετέρους διδομένης. καὶ ὁ μὲν Μάτουρος καὶ ὁ Σάγκτος αὖθις διήεσαν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ διὰ πάσης κολάσεως, ὡς μηδὲν ὅλως προπεπονθότες· μᾶλλον δὲ ὡς [3] διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων ἐκβεβιακότες τὸν ἀντίπαλον, καὶ περὶ τοῦ στεφάνου αὐτοῦ τὸν ἀγῶνα ἔχοντες, ὑπέφερον πάλιν [4] τὰς διεξόδους [a] τῶν μαστίγων τὰς ἐκεῖσε εἰθισμένας· καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν θηρίων ἑλκηθμούς· καὶ πάνθ' ὅσα μαινόμενος ὁ δῆμος ἄλλοι ἀλλαχόθεν ἐπεβόων καὶ ἐπεκελεύοντο· καὶ ἐπὶ πᾶσι τὴν σιδηρᾶν καθέδραν, ἐφ' ἧς τηγανιζόμενα τὰ σώματα, κνίσσης αὐτοὺς ἐνεφόρει. οἱ δ' οὐδ' οὕτως ἔληγον· ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον ἐξεμαίνοντο, βουλόμενοι νικῆσαι τὴν ἐκείνων ὑπομονήν. καὶ οὐδ' ὡς παρὰ Σάγκτου ἕτερόν τι ἤκουσαν, παρ' ἣν ἀπ' ἀρχῆς εἴθιστο λέγειν τῆς ὁμολογίας φωνήν. οὗτοι μὲν οὖν δι' ἀγῶνος μεγάλου ἐπιπολὺ παραμενούσης αὐτῶν τῆς ψυχῆς, τοὔσχατον ἐτύθησαν· διὰ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἀντὶ πάσης τῆς [5] ἐν τοῖς μονομαχίοις ποικιλίας, αὐτοὶ θέαμα γενόμενοι τῷ κόσμῳ. ἡ δὲ Βλανδίνα ἐπὶ ξύλου κρεμασθεῖσα, προὔκειτο βορὰ τῶν εἰσβαλλομένων θηρίων. ἣ καὶ διὰ τοῦ βλέπεσθαι σταυροῦ σχήματι κρεμαμένη, διὰ τῆς εὐτόνου προσευχῆς, πολλὴν προθυμίαν ἐνεποίει τοῖς ἀγωνιζομένοις· βλεπόντων αὐτῶν ἐν τῷ ἀγῶνι, καὶ τοῖς ἔξωθεν ὀφθαλμοῖς διὰ τῆς ἀδελφῆς, τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἐσταυρωμένον, ἵνα πείσῃ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, ὅτι πᾶς ὁ ὑπὲρ τῆς Χριστοῦ δόξης παθὼν, τὴν κοινωνίαν ἀεὶ ἔχει μετὰ τοῦ ζῶντος

A Æquum ſane erat, ut fortiſſimi athletæ, qui multiplex certamen ſubierant atque inſignem victoriam retulerant, inſignem immortalitatis coronam acciperent. Maturus igitur & Sanctus cum Blandina & Attalo ducti ſunt ad beſtias in amphitheatrum, ad publicum ſpectaculum inhumanitatis Gentilium; præbito de induſtria munerum die propter noſtros. Et Maturus quidem ac Sanctus rurſus omnia tormentorum genera in amphitheatro ſubierunt, quaſi nihil antea perpeſſi eſſent: aut potius quaſi athletæ, qui multis jam vicibus adverſarium ſuperaſſent, & de corona ipſa jam decertarent, rurſus conſueta illic flagrorum verbera pertulerunt, & beſtiarum ipſos trahentium morſus, & quæcumque alia vulgus inſa-B num pro ſuo quiſque arbitrio variis acclamationibus imperabat: ipſam poſtremo ferream cathedram: cui ſuperpoſita martyrum membra cum torrerentur, illorum nares moleſtiſſimus nidor implebat. Verum illi ne ſic quidem finem ſæviendi fecerunt: ſed contra eo vehementius accendebatur eorum furor, cum expugnare martyrum conſtantiam contenderent. Nullam tamen ab ipſo Sancto vocem elicere potuerunt, præter illam quam ab initio proferre conſueverat confeſſionis ſuæ vocem. Hi ergo maximo certamine perfuncti, cum vitalem ſpiritum diu protraxiſſent, tandem jugulati ſunt, eo die ſpectaculum facti mundo, loco multiplicis illius varietatis quæ in gladiatorum ſpectaculis cernitur. Blandina vero ad C palum ſuſpenſa, beſtiis objecta eſt. Quæ cum in crucis ſpeciem ſuſpenſa cerneretur, Deoque contentiſſime ſupplicaret, maximam alacritatem addebat certantibus; quippe qui in ipſo certamine, ſub ſororis perſona corporeis oculis cernerent illum, qui pro ipſorum ſalute crucifixus ideo fuerat, ut credentibus in ipſum perſuaderet, quicumque pro Chriſti gloria pateretur, hunc Dei viventis conſortem futurum. Cumque nul-

1. Εἰς τὸ δημόσιον.] Hoc nomine amphitheatrum videtur intelligi. Neque enim referri poteſt ad θέαμα. Primo, quia repetitur præpoſitio εἰς τὸ δημόσιον καὶ εἰς τὸ κοινὸν, &c. Ita enim legitur in codice Med. Maz. Fuk. & Savil. Quod ſi δημόσιον referretur ad vocem θέαμα, dixiſſent εἰς τὸ δημόσιον καὶ κοινὸν, &c. Porro eleganter amphitheatrale munus in hac epiſtola vocatur publicum G ntilium inhumanitatis ſpectaculum. In eo ſiquidem loco Gentiles ſuam tum in Chriſtianos, tum in reliquos beſtiarios, belluinam ſævitiam publice ſpectandam exhibebant.

2. Τῶν θηριομαχιῶν ἡμέρας διδομένης.] Hujus loci ſenſum non aſſecuti ſunt interpretes. Senſus autem eſt, Præſidem ſeu Legatum provinciæ Lugdunenſis, ſpectaculum ferarum extra ordinem populo præbuiſſe, conſtituta ad id die, propter Chriſtianos quos ad beſtias damnaverat. Erant enim apud Romanos ordinarii ac ſolemnes munerum dies, qui in menſem Decembrem incidebant, ut eſt in Calendario Hervvartii. Extra hos dies non licebat munerariis ac duumviris quibus hujuſmodi editionum onus erat impoſitum, ſpectacula ferarum populo exhibere: ut docet epiſtola Eccleſiæ Smyrnenſis de martyrio Polycarpi. Verum majores Judices qui jus gladii & ad beſtias damnandi habebant, hujuſmodi meridiana ſpectacula, quoties ipſis libitum erat, exhibebant, ut cum populi voluptate noxios e medio tollerent. Cujus rei exemplum illuſtre eſt in Actis martyrum Tarachi, Probi & Andronici. Nam cum Maximus Proconſul Ciliciæ eos ad beſtias damnaſſet, advocans T rentianum Sacerdotalem Ciliciæ, juſſit ei ſequenti die munera edenda curare, ut legitur in cap. 10. eorumdem Actorum.

3. Διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων.] Jam ſupra monuimus multas hic translationes eſſe a re Athletica. Inter has numeranda eſt vox κλῆροι. Solebant enim Athletæ qui in ludis certaturi erant, ſortito educi. Quod quomodo fieret, docet nos Lucianus in Hermotimo. Ciſtella erat argentea, deo certaminum præſidi ſacra, in quam conjiciebantur ſortes ſeu teſſeræ breves. In duabus inſcripta erat littera A: in aliis duabus B: in aliis item duabus Γ, & ſic deinceps. Tum Athletæ ſortes e ciſta educebant. Quibus A obveniſſet, ii inter ſe committebantur primo loco pugnaturi: eratque hic πρῶτος κλῆρος. Similiter qui litteram B eduxiſſent, ſecundo loco inter ſe certabant. Ita ſors & urna ſuum cuique adverſarium adſignabat. Is qui adverſarium ſuum vicerat, non ſtatim coronabatur. Sed cum aliis qui adverſarios item ſuos vicerant, iterum pugnaturus componebatur, donec unus omnium victor ſupereſſet. Quam in rem pluribus opus erat ſortitionibus. Hinc eſt quod in inſcriptione Farneſiana quam refert Gruterus pag. 314. Aſclepiades quidam Pancratiaſta in multis certaminibus victoriam retuliſſe dicitur, τὸ δεύτερον καὶ τρίτον μετὰ πρῶτον ἢ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς. Id eſt, *poſt primam aut poſt ſecundam ſortitionem, ſecundo vel tertio ſuperatis adverſariis*. Id enim uſu veniebat, ob eam rationem quam dixi, quoties plura erant paria Athletarum. Quippe victores inter ſe componebantur, & ſecunda inter eos fiebat ſortitio, ac rurſus tertia; donec victoria ad unum rediiſſet. Et hoc eſt, quod in hac epiſtola dicitur, διὰ πλειόνων κλήρων. Ad hanc Athletarum ſortem referenda ſunt ea, quæ habes in principio hujus epiſtolæ de Epagatho, ἀνελήφθη καὶ αὐτὸς εἰς τὸν κλῆρον τῶν μαρτύρων.

4. Τὰς διεξόδους τῶν μαστίγων.] Muſculus vertit, *verberum illationes*. Chriſtophorſonus, *trajectiones*. Dictum videtur pro τὰς ἐν ταῖς διεξόδοις μάστιγας, id eſt, *verbera illata, dum traducerentur in pompa*. Moris autem erat, ut beſtiarii, antequam pugnarent cum beſtiis, flagris verberarentur, ut docet Tertullianus in lib. 1. ad Nationes cap. 18. & in lib. ad Martyres cap. 5. Sic in paſſione SS. Perpetuæ & Felicitatis ſcriptum legimus: *Ad hoc populus exaſperatus flagellis eos vexari pro ordine vexatorum poſtulavit*. Ubi vide, quæ notat Lucas Holſtenius. Itaque hoc loco διεξόδους verto *tranſcurſiones flagrorum*. Omnium enim vexatorum flagra per ordinem excipiebant beſtiarii, ut ex Actis illis, & ex Tertulliano diſcimus, qui & *tranſcurrendi* verbo in ea re utitur.

5. Ἐν τοῖς μονομαχίοις.] Codd. Maz. Med. & Fuk. habent μονομαχίμοις.

a Διεξόδους τῶν μαστίγων] Stabant videlicet venatores longa ſerie diſpoſiti, ante quos incedere nudos beſtiarios cogebant, venatoribus interim taureas quas manu gerebant, in nuda miſerorum membra infligentibus. Vide Lactantium *de mortib. Perſecutor.* p. 31. in notis. T. SHORTING.

Θεοῦ· καὶ μηδενὸς ἁψαμένου τότε τῶν θηρίων αὐτῆς, καθαιρεθεῖσα ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἀνελήφθη πάλιν εἰς τὴν εἱρκτὴν, εἰς ἄλλον ἀγῶνα τηρουμένη· ἵνα διὰ πλειόνων γυμνασμάτων νικήσασα, τῷ μὲν σκολιῷ ὄφει ἀπαραίτητον ποιήσῃ τὴν καταδίκην· προτρέψηται δὲ τοὺς ἀδελφοὺς ἡ μικρὰ καὶ ἀσθενὴς καὶ εὐκαταφρόνητος, μέγαν καὶ ἀκαταγώνιστον ἀθλητὴν Χριστὸν ἐνδεδυμένη· [1] διὰ πολλῶν κλήρων ἐκβιβάσασα τὸν ἀντικείμενον, καὶ δι' ἀγῶνος τὸν τῆς ἀφθαρσίας στεψαμένη στέφανον. ὁ δὲ Ἄτταλος καὶ αὐτὸς μεγάλως ἐξαιτηθεὶς ὑπὸ τοῦ ὄχλου, καὶ γὰρ ἦν ὀνομαστὸς, ἕτοιμος εἰσῆλθεν ἀγωνιστὴς διὰ τὸ εὐσυνείδητον, ἐπειδὴ γνησίως ἐν τῇ Χριστιανῇ συντάξει γεγυμνασμένος ἦν, καὶ ἀεὶ μάρτυς ἐγεγόνει παρ' ἡμῖν ἀληθείας. [2] καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου, πίνακος αὐτὸν προάγοντος ἐν ᾧ ἐγέγραπτο Ῥωμαϊστί· οὗτός ἐστιν Ἄτταλος ὁ Χριστιανός· καὶ τοῦ δήμου σφόδρα σφριγῶντος ἐπ' αὐτῷ, μαθὼν ὁ ἡγεμὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστιν, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναληφθῆναι μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐν τῇ εἱρκτῇ ὄντων· περὶ ὧν ἐπέστειλε τῷ Καίσαρι, καὶ [a] περιέμενε τὴν ἀπόφασιν τὴν ἀπ' ἐκείνου.

Ὁ δὲ διὰ μέσου καιρὸς οὐκ ἀργὸς αὐτοῖς οὐδὲ ἄκαρπος ἐγίνετο, ἀλλὰ διὰ τῆς ὑπομονῆς αὐτῶν, τὸ ἀμέτρητον ἔλεος ἀνεφαίνετο Χριστοῦ. διὰ γὰρ τῶν ζώντων ἐζωοποιοῦντο τὰ νεκρά· καὶ [3] μάρτυρες τοῖς μὴ μάρτυσιν [b] ἐχαρίζοντο· καὶ ἐνεγίνετο πολλὴ χαρὰ τῇ παρθένῳ μητρὶ, οὓς ὡς νεκροὺς ἐξέτρωσε, τούτους ζῶντας ἀπολαμβανούσῃ. δι' ἐκείνων γὰρ οἱ πλείους τῶν ἠρνημένων [4] ἀνεμετροῦντο καὶ ἀνεκυΐσκοντο καὶ ἀνεζωπυροῦντο· καὶ ἐμάνθανον ὁμολογεῖν· καὶ ζῶντες ἤδη καὶ τετονωμένοι, προσῄεσαν τῷ βήματι· [5] ἐγγλυκαίνοντος τοῦ τὸν μὲν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ μὴ βουλομένου, ἐπὶ δὲ τὴν μετάνοιαν χρηστευομένου Θεοῦ, ἵνα καὶ πάλιν ἐπερωτηθῶσιν ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος· ἐπιστείλαντος γὰρ [c] τοῦ Καίσαρος τοὺς μὲν [6] ἀποτυμπανισθῆναι [d]· εἰ δέ τινες

la tunc bestia corpus illius attigisset, deposita ex stipite, rursus in carcerem conjicitur, in aliud certamen reservata: ut pluribus prolusionibus adversario superato, tortuosi quidem serpentis condemnationem certam atque inevitabilem redderet, fratres vero exemplo suo accenderet: quippe quæ tametsi pusilla infirmaque & contemta, Christi tamen, magni illius invictique athletæ robore induta, & adversarium multis vicibus superasset, & glorioso certamine coronam immortalitatis reportasset. Attalus quoque vehementer a populo postulatus ad supplicium, utpote vir valde celebris, paratus ad certamen accessit, fretus conscientia recte factorum: quippe in Christianorum disciplina solide exercitatus, testisque apud nos veritatis semper exstiterat. Cumque per amphitheatrum circumduceretur, præcedente ipsum tabella, in qua latino sermone inscriptum erat: HIC EST ATTALUS CHRISTIANUS: populo adversus illum vehementius incitato, Præses postquam civem Romanum eum esse comperit, reduci in custodiam cum ceteris jubet. Inde litteris ad Cæsarem datis, de his omnibus qni inclusi tenebantur, sententiam ejus exspectabat.

XII. Enimvero hujus temporis mora nequaquam inutilis neque infructuosa illis fuit: sed per ipsorum tolerantiam immensa Christi misericordia tandem illuxit. Quippe mortua jam Ecclesiæ membra, viventium ope atque auxilio ad vitam revocata sunt: & martyres gratificati sunt iis qui fidem negaverant: ingentique gaudio mater eademque Virgo Ecclesia cumulata est, cum eos quos tamquam extinctos abortu ejecerat, vivos jam ac spirantes recuperaret. Etenim per illos sanctissimos martyres hi qui fidem negaverant, rursus in utero delineabantur, rursus concipiebantur, & vitali calore reparato rursus fidem confiteri discebant. Cumque jam ad vitam revocati roboratique essent, Deo qui non vult mortem peccatoris, sed pro sua benignitate ad pœniten-

1. Διὰ πολλῶν κλήρων ἐκβιβάσασα.] Scribendum est ἐκβιάσασα, ut supra. Atque ita legitur in codice Med. & apud Nicephorum. Vide Petrum Fabrum in libro 1. Agonistici cap. 24. Porro notandum est, Blandinam, utpote servam, cruci affixam fuisse, quod erat supplicium servorum.

2. Καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου.] Solebant olim gladiatores & bestiarii, antequam certamen obirent, per ora populi circumduci: de qua pompa loquitur Lucianus in Toxari, ut notavit Salmasius in notis ad Julium Capitolinum pag. 91. & Casaubonus, post Lipsium in Saturnalibus, qui locum Quintiliani ex declamatione nona eo spectantem primus adduxit. Id autem fiebat non solum in iis qui se ipsos ad ludum auctoraverant, sed in reis qui ad ferrum aut bestias damnati erant. Martialis:

Traducta est gyris, nec cepit arena nocentes.

3. Οἱ μάρτυρες ἐχαρίζοντο.] Id est, dextram lapsis porrexerunt, & medicinam adhibuerunt, & pro iis intercesserunt. Id enim solebant martyres, ut ex Cypriano didicimus.

4. Ἀνεμετροῦντο.] Dudum conjeceram, scribendum esse ἀνεμητροῦντο. Postea vero in codice Regio ita superscriptum inveni eadem manu. Quin etiam Christophorsonum ita legisse apparet. Hieronymus in c. 4. epist. ad Galatas. *Sed & illud est intuendum, quod qui per peccatum quodammodo esse desierat, per pœnitentiam concipitur a magistro, & rursum in eo Christi formatio repromittitur, &c.*

5. Ἐγγλυκαίνοντος.] Hoc verbum tam active, quam passive sumi potest. Et Nicephorus quidem active dictum intellexit. Sic enim hunc locum interpolavit, καὶ ἐγγλυκαίνοντο ὑπὸ τοῦ μὴ θέλοντος τὸν θάνατον. Metaphora est ab oleastro qui insitus dulcescit, de quo Paullus Apostolus. Sed & passive sumi potest, & quidem commode, ut mihi videtur. Id enim sibi volunt Lugdunenses, nomen Christi quem lapsi negaverant, dulce de cetero ipsis fuisse. Paullo post pro ἐρωτηθῶσι, codd. Med. & Maz. ἐπερωτηθῶσι habent. Sic etiam codd. Fuk. & Savilii.

6. Ἀποτυμπανισθῆναι.] Hanc vocem non intellexit Christophorsonus, qui *tympanis torqueri* vertit. Quid hoc verbum significet, jampridem docuit Ivo Villiomarus in libris adversus Robertum Titium.

a Περιέμενε κ. τ. λ.] Inde collige hanc persecutionem sine novis Imperatorum edictis motam fuisse; in qua tamen innumerabiles Martyres per totum terrarum orbem occisos fuisse asseverat Eusebius. Non itaque recte infert Dodwellus paucos fuisse Martyres, eo quod pauci Romani Imperatores edicta adversus Christianos tulerint. RUINART.

b Ἐχαρίζοντο] Aut pacem eis concedendo; qua de re plura apud Cyprianum: aut suis exhortationibus ad fidem eos revocando: aut sua apud Deum intercessione ipsis conversionis gratiam obtinendo: aut tandem his omnibus modis simul, eos Ecclesiæ unitati restituerunt. IDEM.

c Τοῦ Καίσαρος] Marco scilicet Aurelio: jam enim Lucius ejus collega diem obierat. Hunc autem Antoninum Verum appellat Eusebius, quod primarium ejus erat nomen, sed quod ad Lucium, quum in imperii consortium assumtus est, transtulit: qua de re consule Capitolinum in utriusque vita. IDEM.

d Ἀποτυμπανισθῆναι] Svicerus, in *Thes. Eccl.* p. 485. Ἀποτυμπανίζειν est *fustigare* & *fuste cædere*. Etymolog. M. Ἀποτυμπανίσαι, οὐχ ἁπλῶς τὸ ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ τυμπάνῳ, ὅ ἐστι ξύλον, ὅπερ σκυτάλην καλοῦσι· τὸ γὰρ παλαιὸν, ξύλοις ἀνῄρουν τοὺς πολεμίους, ὕστερον δὲ τῷ ξίφει. Id est: *Ἀποτυμπανίσαι non est simpliciter occidere, sed tympano, quod est lignum σκυτάλη appellatum: antiquitus enim fustibus hostes interficiebant, successu vero temporis gladio.* Hoc sensu verbum istud usurpat Origenes contra Celsum lib. 8. p. 414. Theodoritus Θεραπευτ. Serm. 8. p. 112. & Serm. 9. p. 125. Sunt tamen, qui ἀποτυμπανίζειν de capitis interpretantur supplicio. Ita Chrysostomus Hom. 27. in Epist. ad Hebræos p. 517. Ἀποτυμπανισμὸς λέγεται ὁ ἀποκεφαλισμός. Consensit Varinus: Ἀποτυμπανισθῆναι ταὐτόν ἐστι τῷ τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι. Hactenus Svicerus, quem consulas velim tom. 2. pag. 1321. v. Τυμπανίζω.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 177.

ἀρνοῖντο, τούτους ἀπολυθῆναι· [1] τῆς ἐνθάδε [a] πανηγύρεως, ἔστι δὲ αὕτη πολυάνθρωπος ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν συνερχομένων εἰς αὐτὴν, ἀρχομένης συνεστάναι, ἀνῆγεν ἐπὶ τὸ βῆμα θεατρίζων τοὺς μακαρίους, καὶ ἐμπομπεύων τοῖς ὄχλοις. διὸ καὶ πάλιν ἀνήταζε· καὶ ὅσοι μὲν ἐδόκουν πολιτείαν Ῥωμαίων ἐσχηκέναι, τούτων ἀπέτεμνε τὰς κεφαλάς· τοὺς δὲ λοιποὺς ἔπεμπεν εἰς θηρία.

A tiam potius invitat, mitiorem eis succum infundente, ad tribunal accessere, quo iterum a Præside interrogarentur. Quippe rescriptum fuerat a Cæsare, ut confitentes quidem gladio cæderentur: hi vero qui negarent, dimitterentur incolumes. Ineunte igitur solemni apud nos mercatu, qui maxima hominum frequentia celebratur, utpote ex omnibus populis ac provinciis eo conveniente virorum multitudine, Præses beatissimos martyres ad tribunal adduci jussit, tamquam in theatrali pompa eos populo ostentans. Cumque illos denuo interrogasset, quicumque cives Romani reperti sunt, capite truncati: reliqui traditi sunt bestiis.

Ἐδοξάζετο δὲ μεγάλως ὁ Χριστὸς ἐπὶ τοῖς πρότερον ἀρνησαμένοις, τότε παρὰ τὴν τῶν ἐθνῶν ὑπόνοιαν ὁμολογοῦσι. καὶ γὰρ ἰδίᾳ οὗτοι ἀνητάζοντο, ὡς δῆθεν ἀπολυθησόμενοι· καὶ ὁμολογοῦντες, προσετίθεντο [2] τῷ τῶν μαρτύρων κλήρῳ. ἔμειναν δὲ ἔξω, οἱ μὴ δὲ ἴχνος πώποτε πίστεως, μὴ δὲ αἴσθησιν ἐνδύματος νυμφικοῦ, μὴ δὲ ἔννοιαν φόβου Θεοῦ σχόντες· ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἀναστροφῆς αὐτῶν [3] βλασφημοῦντες [b] τὴν ὁδόν· τουτέστιν οἱ υἱοὶ τῆς ἀπωλείας. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες τῇ Ἐκκλησίᾳ προσετέθησαν· ὧν καὶ ἀνεταζομένων, Ἀλέξανδρός τις [c] Φρὺξ μὲν τὸ γένος, ἰατρὸς δὲ τὴν ἐπιστήμην· πολλοῖς ἔτεσιν ἐν ταῖς Γαλλίαις διατρίψας, καὶ γνωστὸς σχεδὸν πᾶσι διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην καὶ παῤῥησίαν τοῦ λόγου· ἦν γὰρ καὶ οὐκ ἄμοιρος ἀποστολικοῦ χαρίσματος· παρεστὼς τῷ βήματι, καὶ νεύματι προτρέπων αὐτοὺς πρὸς τὴν ὁμολογίαν, φανερὸς ἦν τοῖς περιεστῶσι τὸ βῆμα ὥσπερ ὠδίνων. ἀγανακτήσαντες δὲ οἱ ὄχλοι ἐπὶ τὸ τοὺς πρότερον ἠρνημένους αὖθις ὁμολογεῖν, κατεβόησαν τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὡς ἐκείνου τοῦτο ποιοῦντος. καὶ [4] ἐπιστήσαντος τοῦ ἡγεμόνος καὶ ἀνετάσαντος αὐτὸν ὅς τις εἴη· τοῦ δὲ φήσαντος ὅτι Χριστιανὸς, ἐν ὀργῇ γενόμενος, κατέκρινεν αὐτὸν πρὸς θηρία. καὶ τῇ ἐπιούσῃ εἰσῆλθε μετὰ καὶ τοῦ Ἀττάλου· καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἄτταλον τῷ ὄχλῳ χαριζόμενος ὁ ἡγεμὼν, ἐξέδωκε πάλιν πρὸς θηρία· οἳ καὶ διὰ πάντων διελθόντες τῶν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ πρὸς κόλασιν ἐξευρημένων ὀργάνων, καὶ μέγιστον ὑπομείναντες ἀγῶνα, [5] τοὔσχατον ἐτύθησαν καὶ αὐτοί.

XIII. Ceterum ingens gloria accessit Christo per eos qui prius quidem negaverant, tunc vero confitebantur fidem Christi, præter spem atque exspecta- B tionem Gentilium. Hi siquidem seorsum interrogati sunt, quasi mox absolvendi. Qui cum se Christianos confessi essent, reliquorum martyrum numero adscripti sunt. Foras autem manserunt ii, quorum animis nec vestigium ullum fidei, nec reverentia vestis nuptialis, nec sensus timoris Dei impressus umquam insederat; filii scilicet perditionis, qui sua ipsorum conversatione religionem quam profitebantur infamaverant. Verum ceteri omnes aggregati sunt Ecclesiæ. De quibus cum quæstio haberetur, Alexander quidam natione Phryx, professione medicus, qui plures jam annos moratus fuerat in Galliis; vir omnibus notissimus ob amorem Dei & eximiam in prædicanda fide libertatem (quippe apostolicæ gratiæ C minime expers erat) tribunali adsistens, cum illos ad fidei confessionem nutibus hortaretur, cunctis qui tribunal circumdabant, tamquam parturiens videbatur. At vulgus moleste ferens, quod qui antea fidem negaverant, eamdem de integro confiterentur, adversus Alexandrum tamquam hujus facinoris auctorem conclamare cœpit. Instans illico Præses, interrogavit hominem, quisnam esset. Qui cum *Christianum se esse* dixisset, iratus judex eum ad bestias damnavit. Postridie igitur cum Attalo ingressus est: nam & hunc Præses, gratificari populo studens, bestiis rursum tradiderat. Ambo itaque cum omnia tormentorum genera quæ adversus ipsos excogitata fuerant, in amphitheatro percucurrissent, maximoque

1. *Τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως ἀρχομένης συνεστάναι.*] Celebris ex omni Gallia conventus ludorum causa fiebat Lugduni, ad aram Augusto sacratam. Dicata autem fuerat hæc ara Julo Antonio, & Fabio Africano Coss. Calendis Augusti, ut scribit Svetonius in Claudio. Eos ludos adhuc sua ætate mansisse, scribit Dio. Ex his colligitur, martyres Lugdunenses mense Augusto passos esse. Quod autem Hieronymus, Ado, Usuardus, Beda, Notkerus aliique Natalem Lugdunensium martyrum conferunt in diem 4. Nonas Junii, nihil me movet. Diu enim post illorum necem, cum illorum reliquiæ inventæ fuissent, hic dies potissimum electus est, quo omnium simul memoria celebraretur: cum tamen non uno eodemque die omnes passi sunt, ut ex hac epistola constat.

2. *Τῷ μαρτύρων χορῷ.*] Hoc loco codex Medicæus melior est Regio. Scriptum enim habet *τῷ τῶν μ. κλήρῳ*, & sic Nicephorus quoque scriptum habet. Quam lectionem alteri longe præstare, ex iis quæ supra diximus, liquido patet. *κλήρῳ* etiam legitur in codice Maz. & Fuk. & Saviliano.

3. *Βλασφημοῦντες τὴν ὁδόν.*] Hoc loco *βλασφημοῦντες* idem valet, ac *βλασφημεῖσθαι ποιοῦντες*. Quæ loquendi forma usitata est in sacris libris: ut cum dicitur in Evangelio: *Viri Ninivitæ surgent, & condemnabunt vos in judicio*: id est, condemnari facient: Et Musculus quidem vertit hoc modo, *per vitæ suæ conversationem viam Dei blasphemantes*. Christophorsonus vero interpretatur, *viam veritatis contumeliis afficientes*. At Nicephorus, cum hæc non intelligeret, locum interpolavit.

4. *Ἐπιστήσαντος τοῦ ἡγεμόνος.*] Rufinus vertit, *qui a Præside in medium statui jussus*. Musculus autem ita vertit, *urgente vero Præside, &c.* quem secutus est Christophorsonus. Possis etiam ita vertere. *Quod cum animadvertisset Præses, &c.* Mihi tamen magis arridet Rufini versio. *Ἐπιστῆσαι* enim proprie est sistere coram Judice, quod etiam *παραστῆσαι* dicitur.

5. *Τοὔσχατον ἐτύθησαν.*] Eodem verbo superius usi sunt Lugdunenses, ubi de Sancto, Maturo & Blandina loquuntur. Ac Rufinus quidem hoc loco vertit, *jugulati sunt*. Musculus *cæsi sunt*. Christophorsonus, *gladio feriuntur*. Rufini versionem confirmat Tertulliani locus in Apologetico cap. 30. *Sic itaque nos ad Deum expansos ungulæ fodiant, cruces suspendant, ignes lambant, gladii guttura detruncent*. Ego vero malim vertere, *gladio confossi sunt*. Mos enim erat, ut bestiarii a confectore trucidarentur, quemadmodum notavi supra ad martyrium Polycarpi. Eusebius in libro de

a *Τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως*] Ex his verbis Loydius & Dodvvellus manifestum fieri arbitrantur, Martyres Lugdunenses anno Christi CLXVII. sanguinem effudisse. At licet certum sit aram Lugduni primum Augusto dedicatam esse *Kalendis Augusti, Julo Antonio & Fabio Africano Coss.* Ludi tamen illi non singulis quinquenniis, sed quotannis celebrati, ut observavit Marca in Dissert. *de Primatu Lugdunensi* num. C. & seqq. qui fuse loquitur de conventu illo populorum Galliæ, qui quotannis fiebat in Colonia Lugdunensi ad aram Augusto Principi dicatam; de quo ait hunc Eusebii locum accipi debere, recteque *πανήγυριν* a Rufino *nundinas* versam. Sic in veteribus Glossis, *Nundinæ ἑορτὴ*, quæ mercimonia quoque significant, quod agitari solerent diebus festis. Pagius *ad an.* 177. *num.* v. *seqq.*

b *Τὴν ὁδόν*] In novo Testamento Religio Christiana metaphorice appellatur *ἡ ὁδός*. Vide Act. IX. 2. XVIII. 25. 26. XIX. 9. 23. XXII. 4. XXI4. 14. 22. II. Pet. II. 2.

c *Φρύξ*] Phrygia, provincia Asiæ; unde, ut jam notavimus, multi Lugdunum advenerant. Ruinart.

A τοῦ μὲν Αλεξάνδρου μήτε στενάξαντος μήτε γρύξαντός τι ὅλως, ἀλλὰ [1] κατὰ καρδίαν ὁμιλοῦντος τῷ Θεῷ· ὁ δὲ Ατταλος ὁπότε ἐπὶ τῆς σιδηρᾶς ἐπετέθη καθέδρας καὶ περιεκαίετο, ἡνίκα ἡ ἀπὸ τοῦ σωματίου κνίσσα ἀνεφέρετο, ἔφη πρὸς τὸ πλῆθος τῇ Ρωμαϊκῇ φωνῇ· ἰδοὺ τοῦτό ἐστιν ἀνθρώπους ἐσθίειν, ὃ ποιεῖτε ὑμεῖς. ἡμεῖς δὲ οὔτε ἀνθρώπους ἐσθίομεν, οὔθ᾽ ἕτερόν τι πονηρὸν πράττομεν. ἐπερωτώμενος δὲ τί ὄνομα ἔχει ὁ Θεὸς, ἀπεκρίθη· ὁ Θεὸς ὄνομα οὐκ ἔχει ὡς ἄνθρωπος.

certamine perfuncti essent, tandem gladio percussi sunt. Et Alexander quidem nec ingemuit umquam, nec vocem ullam protulit, sed interius mente in se collecta colloquebatur cum Deo. Attalus vero cum in ferrea cathedra collocatus undique torreretur, & ambustum corpus nidorem graviffimum exhalaret, latino fermone populum allocutus: *En*, inquit, *hoc demum est homines vorare, quod agitis. Nos vero neque homines voramus, neque omnino quidquam mali facimus.* Interrogatus etiam, quod nomen Dei esset: *Deus*, inquit, *nomen non habet perinde ac nos mortales.*

Επὶ πᾶσι δὲ τούτοις [2] τῇ ἐσχάτῃ λοιπὸν ἡμέρᾳ τῶν μονομαχιῶν, ἡ Βλανδίνα πάλιν εἰσεκομίζετο μετὰ καὶ Ποντικοῦ παιδαρίου ὡς πεντεκαίδεκα ἐτῶν· οἳ καὶ καθημέραν εἰσήγοντο πρὸς τὸ βλέπειν τὴν τῶν λοιπῶν κόλασιν, καὶ ἠναγκάζοντο ὀμνύναι κατὰ τῶν εἰδώλων αὐτῶν. καὶ διὰ τὸ ἐμμένειν εὐσταθῶς καὶ ἐξουθενεῖν αὐτοὺς, ἠγριώθη πρὸς αὐτοὺς τὸ πλῆθος· ὡς μήτε τὴν ἡλικίαν τοῦ παιδὸς οἰκτεῖραι, μήτε τὸ γύναιον αἰδεσθῆναι. πρὸς πάντα δὲ τὰ δεινὰ παρέβαλλον αὐτοὺς, καὶ διὰ πάσης ἐν κύκλῳ διῆγον κολάσεως, ἐπαλλήλως ἀναγκάζοντες ὀμόσαι, ἀλλὰ μὴ δυνάμενοι τοῦτο πρᾶξαι· ὁ μὲν γὰρ Ποντικὸς ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς παρωρμημένος, ὡς καὶ τὰ ἔθνη βλέπειν ὅτι ἐκείνη ἦν προτρεπομένη καὶ στηρίζουσα αὐτὸν, πᾶσαν κόλασιν γενναίως ὑπομείνας, ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. ἡ δὲ μακαρία Βλανδίνα πάντων ἐσχάτη, καθάπερ μήτηρ εὐγενὴς παρορμήσασα τὰ τέκνα, καὶ νικηφόρους προπέμψασα πρὸς τὸν βασιλέα· ἀναμετρουμένη καὶ αὐτὴ πάντα τὰ τῶν παίδων ἀγωνίσματα, ἔσπευδε πρὸς αὐτοὺς χαίρουσα καὶ ἀγαλλιωμένη ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ, ὡς εἰς νυμφικὸν δεῖπνον κεκλημένη, ἀλλὰ μὴ πρὸς θηρία βεβλημένη. καὶ μετὰ τὰς μάστιγας, μετὰ τὰ θηρία, [3] μετὰ τὸ τήγανον, τοὔσχατον εἰς γύργαθον βληθεῖσα, ταύρῳ παρεβλήθη· καὶ [4] ἱκανῶς ἀναβληθεῖσα πρὸς τοῦ ζώου, μὴ δὲ αἴσθησιν ἔτι τῶν συμβαινόντων ἔχουσα διὰ τὴν ἐλπίδα καὶ ἐποχὴν τῶν πεπιστευμένων καὶ ὁμιλίαν πρὸς Χριστὸν, ἐτύθη καὶ αὐτή. καὶ αὐτῶν ὁμολογούν-

XIV. Post hos omnes, ultimo tandem spectacu-
B lorum die, Blandina rursus illata est una cum PONTICO adolescente, quindecim circiter annos nato: qui etiam quotidie antea introducti fuerant, ut reliquorum cruciatus intuerentur. Adactique per simulacra Gentilium jurare, cum in proposito constantes permanerent deosque illorum nihili facerent, tantus in eos exarsit multitudinis furor, ut nec ætatem pueri miserarentur, nec mulieris sexum ulla prosequerentur reverentia. Cunctis igitur cruciatibus eos vexare, ac per omnia pœnarum genera circumagere cœperunt, jurare illos subinde compellentes. Numquam tamen id quod volebant, perficere valuerunt. Nam Ponticus quidem sororis exhortationibus incitatus, ita ut Gentiles quoque ipsam esse cernerent
C quæ puerum hortaretur & confirmaret, cuncta supplicia generose perpessus, animam exhalavit. Beata vero Blandina omnium postrema, tamquam nobilis mater quæ filios ad fortiter certandum accenderat & victores ad regem præmiserat, eosdem certaminum cursus quos filii confecerant, remetiens, ad eosdem ire properabat, de exitu suo læta atque exsultans, prorsus quasi ad nuptiale convivium invitata, non bestiis objecta esset. Denique post flagra, post ferarum vellicationes, post sartaginem, reticulo inclusa, tauro objecta est: a quo diu in altum jactata, nihil jam eorum quæ fiebant penitus sentiens, cum ob spem & comprehensionem eorum quæ credebat bonorum, tum ob familiarem congressum quem cum Christo in oratione habebat, tandem & ipsa victi-

Martyribus Palæstinæ cap. 11. de Hadriano martyre loquens qui ad bestias damnatus fuerat, λέοντι παραβληθεὶς, καὶ μετὰ τοῦτον ξίφει κατασφαγεὶς, ἐτελειώθη. Et paullo post de Eubulo scribens commartyre, μετὰ τὰς θῆρας ὁμοίως τῷ προτέρῳ θῦμα γενόμενος. Ex quibus verbis plane conficitur ἐτύθησαν idem esse, quod κατεσφάγησαν. Sic in Actis Passionis Tarachi, Probi & Andronici: *Maximus autem ira repletus vocavit Terentianum sacerdotem, & jussit gladiatores introduci, ut sanctos Dei Martyres interficerent. Statim præceptum Maximi impletum est. Consumti autem sunt gladio.* Ita codex manuscript. quem vidi. Acta vero Græca sic habent: τότε οὖν ἀγανακτήσας ὁ Μάξιμος, καὶ τὸν Τερεντιανὸν αἰτιασάμενος, ἐκέλευσε μαχαιροφόρους τινὰς τῶν λυδαρίων εἰσελθεῖν, καὶ κατασφάττειν τοὺς ἁγίους ἐν τῷ θεάτρῳ. Et in Passione SS. Perpetuæ & Felicitatis ita scriptum est: *Exinde jam exanimis prosternitur cum ceteris ad jugulationem solito loco.* Et paullo post: *Ceteri quidem immobiles, & cum silentio ferrum receperunt. Perpetua vero, ut aliquid doloris gustaret, inter ossa compuncta ejulavit, & errantem dexteram tirunculi gladiatoris ipsa in jugulum suum transtulit.*

1. Κατὰ καρδίαν ὁμιλοῦντος τῷ Θεῷ.] Rufinus hunc locum longa circuitione verborum exposuit hoc modo: *Intra seipsum semper cum Deo loquente, & in laudibus ejus ac precibus permanente.* Optime. Nam oratio nihil aliud est, quam ὁμιλία πρὸς τὸν Θεόν: & ita eam definit Clemens Alexandrinus, cui consentit Proclus Philosophus in lib. 2. Commentariorum in Timæum Platonis pagina 64. ubi de precatione elegantissime differit ex Porphyrio.


2. Τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῶν μονομαχιῶν.] Ex his patet, munus gladiatorium per aliquot dies præberi solitum esse Lugduni in illo celebri mercatu & conventu totius Galliæ ad aram Augusti. Hinc est, quod supra dixit de Maturo & Sancto, ἀντὶ πάσης τῆς ἐν ταῖς μονομαχίαις ποικιλίας αὐτοὶ θέαμα γενόμενοι τῷ κόσμῳ. Præter hæc munera gladiatoria, datus præterea fuerat a Præside dies spectaculi ferarum propter Christianos, ut nominatim dicitur in hac Epistola, τῆς τῶν θηριομαχιῶν ἡμέρας διὰ τοὺς ἡμετέρους διδομένης. Neque enim hæc inter se confundenda esse existimo, μονομαχίας scilicet, & θηριομαχίας, quamvis Latini uno muneris vocabulo utrumque spectaculum comprehendant. Si quis tamen μονομαχίας & θηριομαχίας heic pro eodem sumi contendat, equidem non magnopere repugnabo. Certe in gestis Præsidialibus sanctorum martyrum Tarachi, Probi & Andronici, gladiatores sumuntur pro bestiariis. Sic enim scribitur cap. 10. *In prima muneris editione, cum multæ feræ immissæ essent, multorum gladiatorum corpora qui multis horis cum bestiis pugnaverant, devorata sunt.* Paullo post tamen gladiatorum munus a munere ferarum ibidem distinguitur his verbis: *Maximus Proconsul indignans jubet edi gladiatorum munus, quibus mandaretur in primis Christianos martyres gladiis confodi.* Sed & Cyrillus Hierosolymitanus in prima catechesi Mystagogica, μονομαχεῖν dicit de bestiariis, & Chrysostomus in Homilia de Jona pag. 661. οἱ θηρίοις πυκτεύειν μέλλοντες: quod idem est ac si dixisset, θηρίοις μονομαχεῖν.

3. Μετὰ τὸ τήγανον.] *Craticulam* vertit Rufinus. Idem plane est, quod supra vocavit ferream cathedram, cui impositi Martyres, tamquam in sartagine torrebantur. Sic enim supradictum est de Maturo, ἐπὶ πᾶσι τὴν σιδηρᾶν καθέδραν, ἐφ᾽ ἧς τηγανιζόμενα τὰ σώματα, &c. Mos enim erat, ut Christiani antequam bestiis objicerentur, in hujusmodi cathedra suppositis prunis ardentibus sederent, ut paullo ante legitur in Attalo.

4. Ἱκανῶς ἀναβληθεῖσα.] Inter voluptates amphitheatralis spectaculi hæc erat, ut taurus in arenam produceretur, cui in furorem concitato noxios homines reticulo inclusos objiciebant; quos ille velut pilas in altum jactabat. Notissimi sunt hac de re Martialis versus:

Taurus ut impositas jactat ad astra pilas.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



των τῶν ἐθνῶν, ὅτι μὴ δὲ πώποτε παρ' αὐτοῖς γυνὴ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἔπαθεν.

A mæ instar jugulata est: ipsis etiam Gentilibus ingenue fatentibus, nullam umquam apud se feminam exstitisse, quæ tot ac tanta pertulerit.

Ἀλλ' οὐδ' οὕτως κόρον ἐλάμβανεν αὐτῶν ἡ μανία καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἁγίους ὠμότης· [1] ὑπὸ γὰρ ἀγρίου θηρὸς ἄγρια καὶ βάρβαρα φῦλα ταραχθέντα, δυσπαύστως εἶχε· καὶ ἄλλην ἰδίαν ἀρχὴν ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἐλάμβανεν ἡ ὕβρις αὐτῶν. τὸ γὰρ νενικῆσθαι αὐτοὺς οὐκ ἐδυσώπει, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἀνθρώπινον ἐπιλογισμόν· μᾶλλον δὲ καὶ ἐξέκαεν αὐτῶν τὴν ὀργὴν· καθάπερ θηρίου καὶ τοῦ ἡγεμόνος καὶ τοῦ δήμου, [2] τὸ ὅμοιον εἰς ἡμᾶς ἀδίκως ἐπιδεικνυμένων μῖσος· ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, [3] ὁ ἄνομος ἀνομησάτω ἔτι, καὶ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι. B καὶ γὰρ τοὺς ἐναποπνιγέντας ἐν τῇ εἱρκτῇ, παρέβαλον κυσίν· ἐπιμελῶς παραφυλάσσοντες νύκτωρ καὶ μεθημέραν, μὴ κηδευθῇ τις ὑφ' ἡμῶν. καὶ τότε δὴ προθέντες τά τε τῶν θηρίων, τά τε τοῦ πυρὸς λείψανα, πῇ μὲν ἐσπαραγμένα, [4] πῇ δὲ ἠνθρακωμένα, καὶ τῶν λοιπῶν τὰς κεφαλὰς σὺν τοῖς ἀποτμήμασιν αὐτῶν ὡσαύτως ἀτάφους παρεφύλαττον μετὰ στρατιωτικῆς ἐπιμελείας ἡμέραις συχναῖς. καὶ οἱ μὲν ἐνεβριμῶντο καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτοῖς, ζητοῦντές τινα περισσοτέραν ἐκδίκησιν παρ' αὐτῶν λαβεῖν· οἱ δὲ ἐνεγέλων καὶ ἐπετώθαζον, μεγαλύνοντες τὰ εἴδωλα αὐτῶν, καὶ ἐκείνοις προσάπτοντες τὴν τούτων τιμωρίαν. C οἱ δὲ ἐπιεικέστεροι καὶ κατὰ ποσὸν συμπαθεῖν δοκοῦντες, ὠνείδιζον πολὺ λέγοντες· ποῦ ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ τί αὐτοὺς ὤνησεν ἡ θρησκεία, ἣν καὶ πρὸ τῆς ἑαυτῶν εἵλοντο ψυχῆς; καὶ τὰ μὲν ἀπ' ἐκείνων, τοιαύτην εἶχε τὴν ποικιλίαν· τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐν μεγάλῳ καθειστήκει πένθει, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰ σώματα κρύψαι τῇ γῇ. οὔτε γὰρ νὺξ συνεβάλλετο ἡμῖν πρὸς τοῦτο, [5] οὔτε ἀργύρια ἔπειθεν, οὔτε λιτανεία ἐδυσώπει· παντὶ δὲ τρόπῳ παρετήρουν ὡς μέγα τι κερδανοῦντες, εἰ μὴ τύχοιεν ταφῆς.

XV. Sed ne sic quidem furor illorum, & immanitas adversus sanctos conquievit. Quippe feræ & barbaræ gentes ab immani illa bestia concitatæ, pacari facile non poterant. Quin potius aliud quoddam initium sæviendi, in sanctorum corporibus protervia illorum invenit. Neque enim ex eo quod a martyribus victi fuissent, pudore ac verecundia suffundebantur, quippe qui humano sensu ac ratione penitus essent destituti. Sed contra Præsidis simul ac populi tamquam immanis belluæ magis inde accendebatur furor, qui quidem nullo jure adversus nos æquali odio ferebantur: ut impleretur Scriptura quæ dicit: [a] *Iniquus adhuc inique agat, & justus adhuc justificetur.* Eorum enim corpora qui in carcere suffocati perierant, canibus objecerunt, solicite observantes noctu atque interdiu, ne quis nostrorum ea sepulturæ mandaret. Post hæc quidquid aut a bestiis aut ab igne reliquum fuerat, partim laniata, partim ambusta membra exponentes: reliquorum denique capita cum ipsis corporum truncis similiter insepulta per plurimos dies additis militum excubiis custodierunt. Et alii quidem infremebant ac dentibus stridebant in mortuos, adhuc exquisitiore quodam supplicio eos afficere cupientes. Alii vero irridebant insultabantque, simulacra sua laudibus extollentes, ac pœnas de martyribus sumtas eis adscribentes. Nonnulli paullo æquiores, & qui vicem nostram dolere quodammodo videbantur, exprobrabant identidem hæc dicentes: ubi est Deus eorum? & quid illis profuit hæc religio, cui vitam quoque suam postposuerunt? At Gentilium quidem insectatio talem habuit varietatem. Nos vero gravissimo interim dolore premebamur, quod humare cadavera nobis non liceret. Nam neque noctis tenebræ nos juvare, neque auri vis flectere, neque preces ullæ animos eorum commovere potuerunt: sed omni studio atque industria cadavera custodiebant, quasi ingens lucrum facturi, si sepultura caruissent.

D

Τὰ οὖν σώματα τῶν μαρτύρων παντοίως παραδειγματισθέντα καὶ [a] αἰθριασθέντα ἐπὶ ἡμέρας ἕξ, μετέπειτα καέντα καὶ αἰθαλωθέντα ὑπὸ τῶν ἀνόμων [6] κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν πλησίον παραῤῥέοντα, ὅπως μὴ δὲ λείψανον αὐτῶν φαίνηται ἐπὶ τῆς γῆς ἔτι· καὶ ταῦτ' ἔπραττον, ὡς δυνάμε-

XVI. Igitur martyrum corpora, postquam omni genere contumeliæ traducta, & sub dio per sex dies exposita jacuerunt, tandem cremata atque in cineres redacta, in præterfluentis Rhodani alveum sparsa sunt ab impiis, ne ullæ deinceps eorum reliquiæ in terris superessent. Atque id agebant, prorsus quasi

a Apoc. xxii. 11.

1. Ὑπὸ γὰρ ἀγρίου θηρός.] Antiquum serpentem vertit Rufinus, dæmonem scilicet rectius hoc modo designari existimans. Certe Græca vox etiam serpentem significat. Unde & theriace dicitur. Sic paullo infra ὁ θὴρ pro diabolo sumitur, ubi Musculus viperam vertit.

2. Τὸ ὅμοιον εἰς ἡμᾶς ἀδίκως ἐπιδεικνυμένων μῖσος.] Rectius in codice Maz. Med. & Fuket. scribitur ἄδικον: quod equidem valde probo: nisi quis malit legere τὸ ἄδικον εἰς ἡμᾶς ὁμοίως ἐπιδεικνυμένων μῖσος. De injusto erga se gentium odio passim querebantur Christiani. Tatianus adversus Græcos pag. 149. καὶ μὴ διὰ τὸ μισεῖν ἀδίκως, παρανομήσητε. Tertullianus in Apologetici cap. 1.

3. Ὁ ἄνομος ἀνομησάτω ἔτι.] Ex cap. ultimo Apocalypseos vers. 11. ubi pro ἄνομος ἀνομησάτω hodie legitur ἄδικος ἀδικησάτω. Simile quid legitur in cap. 12. Danielis. Citatur hic locus a Fausto Rejensi, qui vulgo Eusebius Emissenus inscribitur, in sermone tertio ad Monachos: *Et ejusmodi animæ eveniet illa sententia: Peccator adjiciet ad peccandum. Quam nos carissimi refugientes, illam potius teneamus quæ dicit: & sanctus adhuc sanctificetur.*

4. Πῇ δὲ ἠνθρακωμένα.] Ita codex Regius, & Nicephorus. Sed tres reliqui codices Maz. Med. & Fuk. scriptum habent ἠνθρακωμένα. Et paullo post in iisdem codicibus legitur πρὸ τῆς ἑαυτῶν εἵλαντο ψυχῆς, non εἵλοντο, ut ex Regio exemplari edidit Stephanus.

5. Οὔτε ἀργύρια ἔπειθεν.] Hæc verba non habentur in tribus codicibus Maz. Med. & Fuk. Solus codex Regius ea retinet, cui adstipulantur Rufinus & Nicephorus. Nam Rufinus quidem ita vertit: *Apud nos vero ingens luctus habebatur, præcipue quod non possemus corpora humi tradere: quippe quibus nec noctis tempore aliqua ad hoc opportunitas præbebatur: neque muneribus suadere custodes, neque precibus, aut ullo alio genere copia erat.* Nicephorus vero locum hunc ita expressit: οὔτε γὰρ ἡ νὺξ καθυπούργει, οὔτε χρυσίῳ μεταλθεῖν ἦν· πολλῷ γε μεῖον ἔπειθε δέησις.

6. Κατεῤῥάνθη εἰς τὸν Ῥοδανόν.] Hæc est codicis Regii scriptura, cui consentit Nicephorus. Sed reliqui codices Maz. Med. Fuket. & Savilii ita præferunt, κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανὸν: quam lectionem vulgatæ longe præferendam duco. Certe Rufinus non aliter videtur legisse, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Incensa ossa martyrum, & in favillam redacta, cum reliquo terræ pulvere in Rhodanum fluvium dispersere.*

a Αἰθριασθέντα κ. τ. λ.] Hunc locum laudat Augustinus, tom. 6. nov. edit. lib. *de cura gerendi pro mortuis*, num. 8. & 10. RUINART.

νοι νικῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ ἀφελέσθαι αὐτῶν τὴν παλιγγενεσίαν· ἵνα ὡς ἔλεγον ἐκεῖνοι, μὴ δὲ ἐλπίδα σχῶσιν ἀναστάσεως, ἐφ' ᾗ πεποιθότες, ξένην τινὰ καὶ καινὴν ἡμῖν εἰσάγουσι θρησκείαν, καὶ καταφρονοῦσι τῶν δεινῶν, ἕτοιμοι καὶ μετὰ χαρᾶς ἥκοντες ἐπὶ τὸν θάνατον· νῦν ἴδωμεν εἰ ἀναστήσονται, καὶ εἰ δύναται βοηθῆσαι αὐτοῖς ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐξελέσθαι ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν.

A Deo superiores esse, & resurrectionem illis adimere possent: ut quemadmodum ipsi dicebant, ne spes quidem ulla resurgendi eis relinqueretur, qua freti novam quamdam ac peregrinam nobis invehunt religionem, & gravissima quæque tormenta contemnunt, promtique & alacres mortem subeunt. Videamus nunc, an sint resurrecturi, & utrum adesse ipsis Deus suus, ac de manibus nostris ipsos eripere valeat.

Οἳ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ζηλωταὶ καὶ μιμηταὶ Χριστοῦ ἐγένοντο, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ὥστε ἐν τοιαύτῃ δόξῃ ὑπάρχοντες, καὶ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις μαρτυρήσαντες, [1] καὶ ἐκ θηρίων αὖθις ἀναληφθέντες, καὶ τὰ καυτήρια καὶ τοὺς μώλωπας καὶ τὰ τραύματα ἔχοντες περικείμενα, οὔτ' αὐτοὶ μάρτυρας ἑαυτοὺς ἀνεκήρυττον, οὔτε μὴν ἡμῖν ἐπέτρεπον τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύειν αὐτούς· ἀλλ' εἴποτέ τις ἡμῶν δι' ἐπιστολῆς ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς προσεῖπεν, ἐπέπλησσον πικρῶς. ἡδέως γὰρ παρεχώρουν τὴν τῆς μαρτυρίας προσηγορίαν τῷ Χριστῷ, τῷ πιστῷ καὶ ἀληθινῷ μάρτυρι καὶ πρωτοτόκῳ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀρχηγῷ τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ. καὶ ἐπεμιμνήσκοντο τῶν ἐξεληλυθότων ἤδη μαρτύρων, καὶ ἔλεγον· ἐκεῖνοι ἤδη μάρτυρες, οὓς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ Χριστὸς ἠξίωσεν ἀναληφθῆναι, ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν· ἡμεῖς δὲ ὁμόλογοι μέτριοι καὶ ταπεινοί. καὶ μετὰ δακρύων παρεκάλουν τοὺς ἀδελφοὺς, δεόμενοι ἵνα ἐκτενεῖς εὐχαὶ γίνωνται πρὸς τὸ τελειωθῆναι αὐτούς. καὶ τὴν μὲν δύναμιν τῆς μαρτυρίας ἔργῳ ἐπεδείκνυντο, πολλὴν παῤῥησίαν ἄγοντες πρὸς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ τὴν εὐγένειαν διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ ἀφοβίας, καὶ ἀτρομίας φανερὰν ἐποίουν. τὴν δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς τῶν μαρτύρων προσηγορίαν παρῃτοῦντο, ἐμπεπλησμένοι φόβου Θεοῦ. ἐταπείνουν ἑαυτοὺς ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα, ὑφ' ἧς ἱκανῶς νῦν εἰσὶν ὑψαμένοι. τότε δὲ [2] πᾶσι μὲν ἀπελογοῦντο, κατηγόρουν δὲ οὐδενός· ἔλυον μὲν ἅπαντας, ἐδέσμευον δὲ οὐδένα· καὶ ὑπὲρ τῶν τὰ δεινὰ διαπθέντων ηὔχοντο, καθάπερ Στέφανος ὁ τέλειος μάρτυς· κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. εἰ δ' ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων ἐδέετο, πόσῳ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν; οὗτος γὰρ καὶ μέγιστος αὐτοῖς πρὸς αὐτὸν ὁ πόλεμος ἐγένετο, διὰ τὸ γνήσιον τῆς ἀγάπης· ἵνα ἀποπνιχθεὶς ὁ θὴρ, οὓς πρότερον ᾤετο καταπεπωκέναι, ζῶντας ἐξεμέσῃ. οὐ γὰρ ἔλαβον καύχημα κατὰ τῶν πεπτωκότων· ἀλλ' ἐν οἷς ἐπλεόναζον αὐτοὶ, τοῦτο τοῖς ἐνδεεστέροις ἐπήρκουν, μητρικὰ σπλάγχνα ἔχοντες, καὶ πολλὰ περὶ αὐτῶν ἐκχέοντες δάκρυα πρὸς τὸν Πατέρα· ζωὴν ᾐτήσαντο, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς· ἣν καὶ συνεμερίσαντο τοῖς πλησίον· [3] κατὰ πάντων νικηφόροι πρὸς Θεὸν ἀπελθόντες· εἰρήνην ἀγαπήσαντες ἀεὶ, καὶ εἰρήνην ἀεὶ παρεγγυήσαντες, μετ' εἰρήνης ἐχώρησαν πρὸς Θεόν·

XVII. Qui quidem Christum æmulari atque imitari tantopere studuerunt, [a] *qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*: ut quamvis in tantum gloriæ culmen evecti essent, neque semel atque iterum, sed sæpius martyrium B subiissent, & a bestiis denuo in carcerem relati essent; quamvis ignium impressa vestigia, quamvis vibices & vulnera toto corpore circumferrent, tamen nec se ipsos martyres prædicarent, nec a nobis ita se appellari paterentur. Verum si quis nostrum per litteras aut in familiari colloquio eos martyres compellasset, objurgabant graviter atque increpabant. Martyris enim appellationem libentissime concedebant Christo, utpote fido veroque testi, & primogenito mortuorum, vitæque cælestis principi & auctori. Eos quoque qui jam ex hac vita migraverant, martyres nobis commemorabant, ajebantque: hi jam sunt martyres, quos in ipsa confessione Christus assumi voluit, professionem ipsorum morte tamquam anC nulo obsignans: nos vero viles atque abjecti confessores. Simul profusis lacrymis obsecrabant fratres, ut continuæ ad Deum preces fierent, quo tandem ipsi perfectum finem adipisci mererentur. Ac reipsa quidem virtutem martyrum exhibebant, cum ingenti libertate ac fiducia Gentilibus respondentes: & egregiam animi indolem partim tolerantia, partim quod metus ac pavoris expertes essent, perspicue testabantur. Ipsam vero martyrum appellationem a fratribus sibi oblatam, utpote timore Dei constricti refugiebant: deprimebant se sub manu potenti, a qua nunc sublimius elevati sunt. Tunc vero omnium defensionem suscipiebant, neminem accusabant. Cunctos absolvebant, neminem ligabant. Quin etiam pro D illis a quibus acerbissime cruciati fuerant, exemplo perfectissimi martyris Stephani, Deum precabantur [b]: *Domine ne imputes illis hoc peccatum*. Quod si ille pro lapidantibus orabat, quanto magis pro fratribus eum orasse, credibile est? Hoc enim maximum certamen illis fuit adversus diabolum, ob sinceram ac minime fucatam caritatem: ut quos ille malignus serpens vivos jam se devorasse crediderat, elisis faucibus revomere cogeretur. Neque enim fastu & arrogantia intumuerunt adversus lapsos, sed ea quibus abundabant bona, indigentibus liberaliter subministrabant, materna quædam misericordiæ viscera gestantes, magnamque vim lacrymarum pro illorum salute coram Deo Patre fundentes. [c] Vitam petierunt, & largitus est eis Deus: quam etiam illi proximis suis


a Philipp. II. 6. *b* Act. VII. 59. *c* Psalm. XX. 5.

1. Καὶ ἐκ θηρίων αὖθις ἀναληφθέντες.] Henricus Savilius ad oram sui codicis hunc locum ita emendavit: *καὶ τοῖς θηρίοις παραβληθέντες, καὶ ἐξ αὐτῶν αὖθις ἀναληφθέντες*. Quæ emendatio in Genevensi quoque editione apposita est ad marginem ex libro Christophorsoni. Sane Christophorsonus locum hunc ita legit, ut ex versione ejus apparet. Sed utrum ex conjectura, an ex fide veterum codicum ita legerit, incertum est. Nostri certe codices nihil mutant. Porro *ἀναληφθῆναι* hoc loco significat, *in carcerem contrudi*. Sic supra de Blandina, *καθαιρεθεῖσα ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἀνελήφθη πάλιν εἰς τὴν εἱρκτήν*. Et paullo post de Attalo, *μαθὼν ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναληφθῆναι*.

2. Πᾶσι μὲν ἀπελογοῦντο.] Rufinus hunc locum ita vertit. *Placabant omnes, neminem accusabant*. Christophorsonus vero, & ante illum Langus sic interpretari maluit, *defendere omnes, neminem accusare*. Quam interpretationem probare non possum. Neque enim in Græco dicitur *ὑπὲρ πάντων ἀπελογοῦντο*, sed *πᾶσιν ἀπ*. Sed neque martyres illi cunctos sine discrimine defendebant, hæreticos scilicet, Judæos & Gentiles. Rectius itaque Musculus vertit: *omnibus rationem fidei suæ reddebant*. Possis etiam vertere, *omnibus se excusabant*. Id enim proprie est *ἀπολογεῖσθαι*. Unde Apologiæ sacerdotum, de quibus Gregorius Magnus in Sacramentario.

3. Μετὰ πάντων νικηφόροι.] Sic ex codice Regio edidit Stephanus. Reliqui tamen codices Maz. Med. & Fuk. scriptum habent *κατὰ πάντων νικηφόροι*: id est *de omnibus victores*. Nicephorus vero ita hunc locum refinxit: *καὶ πάντες νικηφόροι*, &c.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



μὴ καταλιπόντες πόνον τῇ μητρὶ, μὴ δὲ στάσιν καὶ πόλεμον τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ χαρὰν καὶ εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν καὶ ἀγάπην.

A communicarunt, ubique victores ad Deum profecti. Cumque pacem dilexissent, pacem nobis commendassent, ipsi cum pace migraverunt ad Deum: non dolorem matri, non fratribus dissidium ac bellum, sed gaudium & pacem & concordiam caritatemque omnibus relinquentes.

Ἀλκιβιάδου γάρ τινος ἐξ αὐτῶν, πάνυ αὐχμηρὸν βιοῦντος βίον, καὶ μηδενὸς ὅλως τὸ πρότερον μεταλαμβάνοντος, ἀλλ' ἢ ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι χρωμένου, πειρωμένου τε καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ οὕτω διάγειν, Ἀττάλῳ μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα ὃν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ ἤνυσεν, ἀπεκαλύφθη ὅτι μὴ καλῶς ποιοίη ὁ Ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου ὑπολειπόμενος. πεισθεὶς δὲ Ἀλκιβιάδης, πάντων ἀνέδην μετελάμβανε, καὶ ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ· οὐ γὰρ ἀνεπίσκεπτοι χάριτος Θεοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν σύμβουλον αὐτοῖς.

XVIII. ALCIBIADES quidam unus ex illorum martyrum numero, durum & squalidum vivendi genus sectabatur: nullumque omnino cibum admittens, solo pane & aqua ad id usque temporis vesci consueverat. Cumque in carcere positus eamdem vivendi rationem vellet retinere, Attalo post primum quod in amphitheatro confecerat certamen, revelatum est, non recte neque ordine facere Alcibiadem, qui & creaturis Dei minime uteretur, & aliis exemplum scandali fieret. Paruit itaque Alcibiades, & cunctis deinceps cibis promiscue uti cœpit, gratias agens Deo. Neque enim divina gratia eos præsentia sua destituerat: sed consultorem habebant Spiritum sanctum.

INDEX CAPITUM

EPISTOLÆ

ECCLESIARUM VIENNENSIS ET LUGDUNENSIS

DE MARTYRIO

SANCTI POTHINI EPISCOPI ET ALIORUM PLURIMORUM.

APPENDIX,

QUA CONTINENTUR

ACTA MARTYRII

S. JUSTINI PHILOSOPHI


ET SOCIORUM,

AB

ALEXIO SYMMACHO MAZOCHIO

V. C.

Nova interpretatione, Adnotationibus atque Disquisitionibus illustrata.



IN ACTA MARTYRII
S. JUSTINI PHILOSOPHI
ET SOCIORUM:
ALEXII SYMMACHI MAZOCHII
V. C.
*P R Æ F A T I O.**
De hisce Actis & Græco eorum textu judicium.

A Cta S. Justini quæ mox daturi sumus, Græce tantum reperta fuerant jam ante prope ducentos annos, eaque Latine a Card. Sirleto reddita, vitis a Lipomano & Surio collectis inserta reperiebantur. Eadem postmodum ex Monasterio Cryptæ Ferratæ eruta, Græce edidit Papebrochius ad Kal. Junii, eadem translatione Silertiana e regione posita; quam, in paucis diversam, etiam Ruinartus in sua *Acta sincera* intulit. Ac nemo ad hunc diem repertus est, qui non de his Actis præclare senserit, (quippe quorum nativa bonitas incurrit in oculos) quique non ea pro Actis judicialibus habuerit. Nisi quod fuere tamen, qui a recentioribus Græcis illudi sibi passi, aliis etiam illudere voluerint, dum hæc Acta, quamlibet integræ fidei, non ad Philosophum & Apologetam Justinum, sed ad alium quempiam pertinere dixerunt. Quos quantopere ratio fugerit, mox infra tum in *Disquisit.* I. tum etiam in notatis ad hæc Acta ex ipso totius interrogationis contextu planissimum fiet: adeo partes illius omnes non nisi in Philosophum convenire posse, res ipsa meo judicio clamat.

Nec vero res tantum atque sententiæ, sed & verba ipsa Græcæque locutiones quibus heic S. Martyr utens inducitur, sunt plane omnes Justinianæ; & ipsæ per se se, ex Justini se ore profectas, lectorem in Græcis Philosophi hujus minime hospitem admonent: id quod in eisdem nostris animadversionibus sigillatim in re præsenti observabitur. Ex quo & illud sequitur, nos ea ipsa Justini M. verba in Græcis ejus Actis habere, quæ tunc ille pro re nata interrogatus protulit.

Nec sum equidem nescius, huic persuasioni meæ viros plerosque doctos oblocuturos, eos saltem quibus est persuasum, S. Justini Acta, utpote Romæ composita, Latine primum fuisse perscripta, quæ quidem Latina intercidisse dolent: deinde in Græcum sermonem traducta, quæ tandem Sirletus iterum Latinitate donavit. Ea in opinione Tillemontium, Papebrochium aliosque versatos video, nullo dum, quod equidem sciam, contradicente. At mihi longe aliud videtur, reputanti, in judicialibus hisce interrogationibus non aliud a notariis excipi debuisse, quam quod a Fidei nostræ athletis proferebatur; & quidem eopte sermone, sive Græco, si Græci oris essent; sive Latino, si Latini. Et hoc quidem modo responsa judicialia ubique terrarum perscribebantur, sive ab ethnicis Officii notariis, sive interdum, si forte id mavis, a piis Christianis ea excepta fingamus. At ubi postea ex eis commentariis Christiani concinnare narrationes suas cœperunt, tunc demum ea, si id opus esset, interpretabantur. Nam quia hujusmodi historiæ in Christianorum cœtibus prælegebantur; eo fiebat, ut si in Græcorum fidelium conventu recitandæ essent, eo sermone redderentur, si quidem primitus Latine prodiissent. Contra, si Latinorum συνελεύσεσι (*cœtibus*) inservituræ viderentur.

Sed & hoc mihi prorsus præterea persuadeo, Romæ, nec secus in frequentissimis quibusque urbibus, fuisse Græcorum Christianorum conventus aliquot a Latinis dispertitos: id quod etiam noster Justinus in hisce Actis *Sect.* III. dat intelligere. Itaque quum Romanenses Christiani in illis Fidei nostræ primordiis maximam partem servi aut libertini essent; necesse fuit, eorum plerosque Græci oris fuisse: id quod & Græcanica illorum nomina satis declarant. Sic etiam Hierosolymis apud Judæos plurimas synagogas fuisse scimus in diversarum nationum usum: de quo vide Act. VI. 9.

Ergo Romæ sub Antoninis plures Græcorum conventus, quibus postea *Titulis* nomen fuit, extitisse necesse est. Una ex hisce συνελεύσεσι (sic enim Noster in hisce Actis vocat, quas *coitiones* sive *conventus* nuncupare licebit) apud *Balneum Martianum Timotinorum* (de quo infra in *Disquisit.* VI. ad *Sect.* III. Actorum) cogebatur, cui Justinus presbyter præerat. In eam vero non nisi Græci confluebant, ex quibus sex hi Justini commilitones fuerunt, Græci nominis atque sermonis omnes. In hujus vero (sicuti & aliorum ὁμογλώττων, h. e. *ejusdem linguæ*) conventus gratiam S. Justini Acta primitus collecta fuisse videntur, nec alio quam patrio eorum idiomate.

At eadem numquam postea fuisse Latine reddita, id plane demonstrat, quod altum apud antiquos Romanos de S. Justino silentium fuit. Abest is a Bucheriano Martyrum laterculo: abest a Martyrologiis Hieronymi & Romano parvo Rosvveydi: abest a Sacramentariis Gelasiano & Gregoriano: abest demum a Kalendariis Frontoniano & Allatiano. Quod autem IX. sæculo is Martyr in Adone & Usuardo locum invenerit, ejus notitia a Græcis magis quam ab Romana Ecclesia in eorum syntagmata manavit. Hujus autem, uti dixi, Romanorum silentii de illustri Martyre Romæ coronato ecqua alia caussa assignari potest, nisi quod ejus Acta Græce primum in usum

* Ex Comment. in vet. marmor. S. Neapolit. Eccles. Kalendar. vol. II. pagg. 443-476.




Græcorum Christianorum conscripta, nec eadem (incumbente postmodum scilicet gravi persecutionum procella) antiquitus transfusa in Latinum fuerint?

Quæ quum ita se habere intelligerem, ac de S. Justini Actis, quippe brevissimis, huc integris inferendis cogitarem; ea non tantum Latine, sed & Græce (quippe quem pro textu πρωτοτύπῳ haberem) decrevi adscribere; volupe lectori futurum ratus, si ea ipsa Græca verba, quæ Justino & commilitonibus in illo agonis articulo positis devota Christo mens ac sincera fides expressit, valeret ipse per se cognoscere vel sine interprete. Quod si tanto semper Christiani studio in aurea Justini commentaria incensi fuere; non committendum putavi, ut aliquid ex tam præclaris S. Doctoris fragmentis, ultimam morientis confessionem atque vocem complectentibus, deperiret. Ceteroqui ostensurus equidem, rariores quasque in Justini responsis Græcas locutiones (nam tritas non moror) vere Justinianas esse, & in S. Philosophi operibus obvias, ac proinde nos hodie ipsismet Græcis Justini verbis adhuc in his Actis frui; non potui a Græco textu producendo temperare; in quem præsertim unum Græcum contextum correctiones meæ aliquot & animadversiones pleræque diriguntur.

Ceterum etsi hæc Acta jam olim Sirletus, vir in Sanctorum vitis Latina civitate donandis maxima cum laude versatus, eleganter transtulerat; tamen quia (quæ tunc erat interpretum omnium consuetudo) ea interpretatio plerumque sententias venatur magis quam verba; hanc inæstimabilem antiquitatis laciniam interpretatione nova castiore ac simpliciore, Græcæque dictioni per omnia respondente donata heic exhibui. Quid eo, inquis, necesse fuit? Quia ubi de Actis judicialibus agitur, non tam elegantia, quam verborum ταυτότης curæ esse debet; nec recusandum quin illud verbi caussa, *Rusticus præfectus dixit*, *Justinus dixit*, tertio quoque verbo, sicut in his fieri solet, ad fastidium usque repetatur: quæ si quis per ἰσοδυναμοῦντα variaverit, næ is omnem talium monumentorum gustum vitiabit. Jam vero quæ uncis interposita in textu reperies, ea partim necessario supplenda in Græco fuerunt, partim in Latino ad explicandam Græcam breviloquentiam sunt commode adjecta. Atque his in universum expositis, jam ipsa Passionis Acta audiamus, ab ipso exorsi titulo, qui in cod. Ms. reperiebatur, teste Schelstratio apud Bollandistas die 1. Jun. n. 8. qui ea Acta Bollandianis submisit.



Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
150.



ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

Ι Ο Υ Σ Τ Ι Ν Ο Υ,

ΧΑΡΙΤΩΝΟΣ, ΧΑΡΙΤΟΥΣ, [1] ΠΑΙΩΝΟΣ καὶ ΛΙΒΕΡΙΑΝΟΥ,

μαρτυρησάντων ἐν Ῥώμῃ, πρὸ ιέ ἡ . . . . δῶν [2] Ἰουλίου.
Μηνὶ Ἰουνίου πρώτῃ Μαρτύριον &c. [3].

❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋

MARTYRIUM SANCTORUM

J U S T I N I,

CHARITONIS, CHARITUS, PÆONIS & LIBERIANI,

qui Romæ martyrium fecerunt XV. Kal. Julias.
Mensis Junii primo die Martyrium *&c.*

I.

PROLOGUS COLLECTORIS.

ΕΝ [4] τῷ καιρῷ τῶν ἀνόμων ὑπερμάχων τῆς εἰδωλολατρείας [5] προστάγματα ἀσεβῆ κατὰ τῶν εὐσεβούντων Χριστιανῶν [6] κατὰ πόλιν καὶ χώραν ἐξετίθετο, ὥστε αὐτοὺς ἀναγκάζεσθαι σπένδειν τοῖς ματαίοις εἰδώλοις. Συλληφθέντες οὖν [7] οἱ ἅγιοι ἄνδρες εἰσήχθησαν πρὸς τὸν τῆς Ῥώμης ἔπαρχον ὀνόματι [8] Ῥουστικόν. Ὧν εἰσαχθέντων πρὸ τοῦ βήματος·

A TEmpore impiorum idololatriæ propugnatorum dira edicta contra pios Christianos oppidatim ac vicatim proponebantur, uti sacrificare vanis idolis adigerentur. Comprehensi igitur sancti viri ad præfectum urbi nomine Rusticum ducti fuerunt. Quibus ante tribunal sistentibus:

II.

INCIPIUNT ACTA JUDICIALIA [9].

Ῥουστικὸς [10] ὁ ἔπαρχος εἶπε πρὸς Ἰουστῖνον· Πρῶ-

Rusticus præfectus Justino dixit: Primum omnium

1. *Χαρίτους .... Παίωνος*] Desunt hoc loco nomina *Εὐελπίστου Evelpisti*, & *Ἱέρακος Hieracis*, a descriptore somniculoso præterita. Quod sequitur *Παίωνος*, scribendum fuit vocali brevi *Παίονος*.

2. *.... δῶν*] Hoc est *Καλανδῶν*: præsertim quum Nonæ aut Idus numerum XV. ante se habere non possint.

3. *Μαρτύριον* &c.] Ita hoc membrum ultimum concisum atque abruptum per sequens [*&c.*] exhibet Papebrochius die 1. Jun. in *S.* Justino num. 8. sive quod sic erat in exemplo quod Schelstratius ei submiserat, sive quod nomina Martyrum heic iterata Papebrochius ipse resecuerit. Utut est: ex his vides, primitus quidem horum Martyrum diem Passionis ad XV. Kal. Julias, h. e. diem XVII. Junii, conferri consuevisse: postea vero, ubi inter Græcos passim omnes convenit, ut Philosophi festum Kalendis Junii celebraretur, addita fuisse forsitan a Monachis Cryptæ Ferratæ verba illa, *Μηνὶ Ἰουνίῳ πρώτῃ* & quæ sequuntur, h. e. *Mense Junio, primo die Passio SS.* &c. Atqui hoc festum diu ante IX. sæculum Kalendis affixum fuisse, nostræ marmoreæ Ephemerides suadent: in quibus quia *Passio* Justini Kalendis Junii assignatur, id argumento est, ita antiquam eam assignationem fuisse, ut jam dies festi, quod non raro accidit, pro die passionis haberi medio IX. sæculo potuerit, quo tempore ad hoc marmoreum Kalendarium scalpendum ventum fuit.

4. *Ἐν τῷ καιρῷ κ. τ. λ.*] Principium istud usque ad *τοῦ βήματος*, non est dubium quin ab eo Christiano præscriptum fuerit, qui S. Justini Acta de publico tabulario sumta in historiæ formam concinnavit, præfixo tantum hoc procemio, & ad finem conclusione. Stilus ipse hujus prologi diversus est ab Actorum dictione. Ac si non aliud, prima ipsa verba, *Ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀνόμων* &c. *Tempore impiorum idololatriæ propugnatorum*, satis indicant, hoc exordium, post pacatas a Constantino Ecclesias fuisse conscriptum, quando nihildum timendum ab idololatris Imperatoribus videbatur. Sed & conclusio [quam seorsum infra suis finibus, sicuti in hoc procemio fecimus, describemus] suas habet temporis posterioris notas; ut ad locum adnotabimus.

B 5. *Προστάγματα*] Non fallitur his verbis auctor, nec fallit, uti criminatur Papebrochius in Adnotatis. Nec enim ex vi recentis alicujus edicti comprehensos hos septemviros docet, sed in universum narrat, proponi identidem alia ex aliis edicta consuevisse. Etsi vero a Trajano ad hoc tempus nulla nova lex lata in Christianos fuerat; non continuo quidquid in eos olim statutum erat, abrogatum censebatur.

6. *Κατὰ πόλιν καὶ χώραν*] Aut *κατὰ πόλεις καὶ χώρας*, aut *καθ' ἑκάστην πόλιν* &c. scripsisse videtur auctor. Nam ubi hæc præpositio distributive sumitur, tempus quidem singulariter usurpari, ut *καθ' ἡμέραν*, *ἐνιαυτὸν*, *ἔτος*, *κατὰ μῆνα* &c. at loca pluraliter, ut *κατὰ πόλεις* &c. video: nisi forte nomen cum *ἕκαστος*, ut dixi, jungatur.


7. *Οἱ ἅγιοι ἄνδρες*] Heic nominatim singuli enumerandi fuerant, nisi in titulo eorum nomina auctor præscripsisset. Hinc igitur ejus tituli antiquitas intelligitur, par certe huic prologo. At ejusdem tituli, uti observavimus, du-
C plex hodie pars est, una usque ad illud *ιέ Καλανδῶν Ἰουλίων*, *XV. Kal. Julias*; quo die consummatos hos Martyres docet, eaque æqualis huic exordio fuit: altera quæ sequitur pars, posterioris est ætatis. Hæc adnotasse non pœnitebit.

8. *Ῥουστικόν*] In Græcorum Fastis consularibus, in Xiphilino, ubi in M. Aurelio de hoc ipso *Rustico* agit, & alibi apud Græcos semper *Ῥούστικος* uti proparoxytonum scribitur. At in his Actis, uti quidem Papebrochius edidit, semper ut *ὀξύτονον* exhibetur: idque præter rationem, nec enim est Græcum verbale in *κὸς*, uti *Ῥουστικός*, sed merum Latinum nomen. Tamen nihil mutare volui. Vide infra pag. 718. not. 2.

9. Aut hæc judicialis interrogatio quæ sequitur, secunda fuit; quippe nec nomina heic requiruntur singulorum, nec quæ talia plura interrogari solebant: aut si prior fuit, plura collector Christianus ex ea amputavit, quæ minus necessaria ad Christianorum documenta judicavit.

10. *Ῥουστικὸς ὁ ἔπαρχος*] Vide infra *Disquisitiones* III & IV. Adnotationibus subjectas, p. 719.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 150.



τον [1] πείσθητι [σπεῖσαι] τοῖς θεοῖς, καὶ ὑπάκουσον τοῖς [2] βασιλεῦσιν. Ἰουστῖνος εἶπεν· [3] Ἄμεμπτον καὶ ἀκατάγνωστον τὸ πείθεσθαι τοῖς προσταχθεῖσιν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· [4] Ποίους λόγους μεταχειρίζεις; Ἰουστῖνος εἶπε· [5] Πάντας μὲν λόγους ἐπειράθην μαθεῖν, συνεθέμην δὲ τοῖς ἀληθέσι λόγοις τῶν Χριστιανῶν, καί[τοι] μὴ ἀρέσκωσι τοῖς ψευδοδόξοις. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· [6] Ἐκεῖνοί σε ἀρέσκουσιν οἱ λόγοι πανάθλιε; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ναί· ἐπειδὴ μετὰ [7] δόγματος ὀρθοῦ ἕπομαι αὐτοῖς. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· Ποῖόν ἐστι δόγμα; [[8] Ἰουστῖνος εἶπεν·] Ὅπερ [9] εὐσεβοῦμεν εἰς τὸν τῶν Χριστιανῶν

A (sacrificare) diis animum inducito, atque imperatoribus morem gerito. Justinus dixit: *Accusari aut reprehendi nequit, hoc quod præceptis Servatoris nostri Jesu Christi obtemperemus*. Rusticus præfectus dixit: Quæ (philosophiæ) scita profiteris? Justinus dixit: *Omnia quidem placita ediscere conatus fui; at adhæsi veris Christianorum scitis, quamvis hæc minime probentur iis qui erroribus detinentur*. Rusticus præfectus dixit: Hisne placitis delectaris, miserrime? Justinus dixit: *Etiam: quandoquidem recto cum dogmate eos sequor*. Rusticus præfectus dixit: Qualenam istud est dogma? (Justinus dixit:) *Quo Deum Christia-*

1. Πείσθητι κ. τ. λ.] Quid hoc sibi vult πείθεσθαι τοῖς θεοῖς, *parere diis*? An ullam pagani latam a diis ipsis de sacrificando legem jactabant? Minime vero gentium. Solis hoc Judæis & Christianis, quippe veri Dei fœderatis, datum, ut leges a Deo promulgatas jactare possint. Deinde si istud πείσθητι utcumque toleraverimus, tum illud certe ὑπάκουσον tantæ Rustici passim breviloquentiæ parum conveniet; cui dicendum potius πείσθητι τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς βασιλεῦσιν, continua serie fuisset. Verum quid moror? Equidem nihil dubito, quin hunc in modum præfectus inceperit: Πείσθητι σπεῖσαι, aut σπεισάμενος, aut σπένδων τοῖς θεοῖς &c. *Induc animum diis sacrificare, &* (in eo) *imperatoribus morem gere*. Ceteroqui nisi voculam illam addideris, quam uncis interposui; quo obedientiam præcipit, nisi in quo obediendum sit, edicat? Nec difficile librario fuit illud σπεῖσαι præterire, quippe soni affinis & eisdem ferme litteris constans ac præcedens πείσθητι. Postremo non alia de caussa Prologi auctor prope ab initio illud σπένδειν ... εἰδώλοις usurpavit, quam quia in primo ipso præfecti præcepto hoc idem verbum reperisset.

2. Βασιλεῦσιν] Istud quidem βασιλεῦσιν, *Imperatoribus*, numero multitudinis præ se fert, hæc sub imperatoribus Marco & Vero gesta fuisse. Verum hic locus cum judiciali sententia in qua unius *Imperatoris* fit mentio, infra componetur, ac de utroque simul loco judicium feretur.

3. Ἄμεμπτον] Jam vero istud, Ἄμεμπτον καὶ ἀκατ. τὸ πειθ. genus est syntaxeos, quo vix ullum est apud elegantiores Græcos usitatius. Non alius quam Justinus sic loqui poterat. Neque vero, si quidem hæc Acta sint mera Latinorum interpretatio, credibile est interpretem (præsertim si sequioris ævi) de veneribus istis consectandis futurum fuisse solicitum. Sic vero in his Actis a capite ad calcem tota decurrit dictio, ut gnaris harum rerum judicibus obscurum esse non possit, quin hoc scriptum αὐτοφυὲς [*primigenium*] fuerit, h. e. Græce primitus conscriptum. Accedit, quod saltem Justini responsa, prout Græce heic exstant, vere Justiniana sunt: id quod locutiones plurimæ ostendunt Justino peculiares, quas studiose, uti se dabit occasio, in sequentibus animadversionibus observabimus.

4. Ποίους λόγους κ. τ. λ.] Adi sis infra *Disquisit.* IV. p. 720.

5. Πάντας μὲν λόγους κ. τ. λ.] Tota hæc Justini responsio quam recte cum ejus scriptis consentiat, is plane intelliget, qui legerit ejus cum Tryphone Dialogum, quo loco narrat, quo pacto philosophiarum omnium [nominatim autem Stoicæ, Peripateticæ, Pythagoricæ, Platonicæ] decursus stadiis, nec usquam veritatem rectamque de divinitate notionem quam unice affectabat, assecutus, postremo reperta in Prophetarum libris limpidissimæ ὀρθοδοξίας vena, ibi laborum suorum metam posuerit. Quo loco *Prophetarum* nomine libros omnes θεοπνεύστους, *afflatu divino conscriptos*, intelligit, ut infra ostendam. Porro in hoc responso præter res, etiam phraseologia est plane Justiniana, ut quod συντίθεμαι sequente casu tertio pro *adhæreo* usurpat: [συνεθέμην δὲ τοῖς ἀληθέσι λόγοι·] quo referri potest illud Pausaniæ, Ριανῷ ... τοῦτο συνθήσομαι, *Rhiano ... hoc assentiar*, & quæ similia loca Budæus affert. Sed ea significatio in aliis rarior, Justino perquam familiaris fuit: quæ tum alibi nusquam non obviam legenti occurret, tum in Dialogo cum Tryphone. Quin & in eodem Dialogo §. XLIV. p. 449. C. eadem quæ heic, conjuncta verba usurpavit: *Quod si vos* [Judæi] *in cordis duritie permanentes ...* [τῷ ἀληθεῖ συντίθεσθαι] *veritati adhærere recusaveritis* &c.

Jam vero in eo quod sequitur, καὶ μὴ ἀρέσκωσι τοῖς ψευδοδόξοις pro καὶ quod in edit. Papebrochii legitur, scripsi καίτοι, *etsi*, cogente sententia. Et quod heic in extrema Justini responsione ψευδόδοξοι vocantur ii qui erroribus detinentur, id quoque est ex Justini dicendi officina; cui non tantum ψευδόδοξος sed & ψευδοδοξία multo in usu fuit. Qua occasione animadvertendum est, Justini locum haud longe a fine Apologiæ II. §. XIV. p. 605. B. omnino maculosum videri, eoque ab interprete Lango contra

B S. Doctoris mentem expositum. Ibi Langus: *Unde ab aliis etiam res nostræ cognosci, atque illi ipsi* [Christiani] *suspicione falsa* [Gr. ψευδοδοξίας] *liberari queant, qui præter suam ipsorum culpam suppliciis obnoxii fiunt*. At Græce sic Justinus: ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ ἡμέτερα γνωσθῇ, καὶ δύνωνται τῆς ψευδοδοξίας καὶ ἀγνοίας τῶν καλῶν ἀπαλλαγῆναι, οἳ [corrige meo judicio οἷς] παρὰ τὴν ἑαυτῶν αἰτίαν [supple heic ἡμέτεροι, aut Χριστιανοί: aut vero nihil addens, tantum mox pro γίνονται scribas γινόμεθα] ὑπεύθυνοι ταῖς τιμωρίαις γίνονται. Quæ totidem verbis sic reddas licet: *Ut aliis etiam nostra innotescant; ac possint a falsis opinionibus & æqui bonique ignorantia liberi evadere* [non Christiani, sed quos proxime ἄλλους, *alios* vocaverat, h. e. gentiles] *apud quos nulla sua culpa obnoxii pœnis* [Christiani] *fiunt*. Omnino enim iis ψευδοδοξία quibus & ἄγνοια τῶν καλῶν [quam posteriorem φράσιν Langus ἀνερμήνευτον *sine interpretatione* est prætervectus, quod eam in Christianos non posse convenire intelligeret] est tribuenda.

C 6. Ἐκεῖνοί σε ἀρέσκ.] Verbum ἀρέσκω cum accusativo personæ tritum est apud elegantiores Græciæ scriptores. At Justinus nervosæ tantum orationis sectator, ceterum verborum paullo negligentior, in fine præcedentis responsionis cum dandi casu junxit (μὴ ἀρέσκωσι τοῖς ψευδ.) vulgarem loquendi morem secutus, quo & semper in suis scriptis utitur.

7. Δόγματος ὀρθοῦ] Non omnes Christianos indiscriminatim sequi se profitetur, sed eos demum qui μετὰ δόγματος ὀρθοῦ, *recto cum dogmate*, ambularent, recte videlicet de Deo & religione divina sentientes: quibus verbis apposite se orthodoxis adjungit, & ab heterodoxis distinguit.

8. (Ἰουστῖνος εἶπεν·) Ὅπερ] Quæ heic interponuntur, necessario addenda fuisse quivis per se videt. Nihil pronius descriptori fuit, quam ut incisa ista, *Ille* aut *Ille dixit*, quæ tertio quoque verbo injiciuntur, nonnumquam parum sibi cautus omitteret.

D 9. Εὐσεβοῦμεν κ. τ. λ.] Quod vertimus, *Quo Deum ... colimus*, recte habet: nam apud antiquos εὐσέβεια & θεοσέβεια pro synonymis usurpantur. Eusebius in Præp. Ev. εὐσεβεῖν τὸν Χριστόν, h. e. *Christum colere* dixit: itemque Chrysostomo in Jobum, γνησίως εὐσεβεῖν τὸ θεῖον est *legitime Numen divinum colere*. Sed & sequente præpositione εἰς, ut in hoc Justini responso, hoc ipsum significat apud Nyssenum, qui εὐσεβεῖν εἰς Θεὸν usurpavit, h. e. *pium esse in Deum* seu *Deum colere*. Pro quo antiqui εὐσεβεῖν περὶ vel πρὸς τοὺς θεοὺς dicere consueverunt.

Heic autem Justinianæ ὀρθοδοξίας, quam sequi se proxime dixerat, confessio incipit. Quod vero in ea confessione Patris tantum ac Filii meminit, nulla Spiritus sancti facta mentione, id te minime turbet, quasi vero Justinus ejusdem adorationis consortio Spiritum sanctum excluserit: nam pluries is Spiritum sanctum Trinitati aggregat, disertissime vero in longiore Apologia: in qua (Vid.

E heic *Apol.* I. §. VI. p. 416. C.) sic profitetur: ἀλλ' ἐκεῖνόν τε, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ υἱὸν ἐλθόντα ... Πνεῦμά τε τὸ προφητικὸν σεβόμεθα καὶ προσκυνοῦμεν. *Sed & hunc ipsum* (Patrem) *& qui ab eo venit, Filium .... & Spiritum propheticum* (h. e. qui locutus est per prophetas) *colimus & adoramus*. Ceterum antiquissimi Patrum sic interdum Fidei summam exponebant, ut Patre ac Filio nominatis, Paracleto paullisper supersederent, secuti forsitan illud Jo: XVII. 3. *Hæc est vita æterna* [h. e. primus ad vitam gradus] *ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum*. Nec aliter ille Senior, qui Justino dux ad salutem fuit, eum ad prophetarum amorem incitat, quam quod in eis Patris & Filii notitia hominibus ingeritur, nihil interim de Spiritu memorans: cujus verba ex Dialogo cum Triphone §. VII. p. 468. D. hæc sunt: ἐπειδὴ καὶ τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Πατέρα ἐδόξαζον, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ Χριστὸν υἱὸν αὐτοῦ κατήγγελλον. *Nam & opificem universitatis Deum Patrem, & ab eo missum Christum ejus Filium* [prophetæ] *annuntiaverunt*.

Θεὸν· ὃν ἡγέμεθα ἕναι τοῦτον ἐξ ἀρχῆς [1] ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τῆς πάσης κτίσεως, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτυ, καὶ [2] κύριον Ἰησῦν Χριστὸν παῖδα Θεῦ, ὃς καὶ προκεκήρυκται ὑπὸ τῶν προφητῶν μέλλων παραγίνεσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας [3] κήρυξ καὶ διδάσκαλος καλῶν μαθητῶν [cor. μαθημάτων]. κἀγὼ ἄνθρωπος ὢν, [4] μικρὰ νομίζω λέγειν [5] πρὸς τὴν αὐτοῦ ἄπειρον θεότητα, [6] προφητικήν τινα δύναμιν ὁμολογῶν· ἐπεὶ προκεκήρυκται περὶ τούτου, ὃν ἔφην νῦν Θεοῦ υἱὸν ὄντα. ἴσημι γὰρ ὅτι ἄνωθεν προεῖπον οἱ

A *norum colimus: quem credimus unum ipſum eſſe a principio effectorem & artificem rerum omnium, tum quæ videntur, tum quæ ſub aſpectum non cadunt; & Dominum Jeſum Chriſtum Dei filium: quem & prophetæ prænuntiarunt, humano generi in ſalutis præconem & egregiarum diſciplinarum doctorem eſſe venturum. Atque equidem, homo qui ſim, pauca puto me dicere præ ejus infinita deitate, prophetica vi quadam* (ad id) *opus eſſe agnoſcens: quandoquidem* (prophetarum) *præconio prænuntiatus hic fuit, quem modo Dei Filium eſſe dixi.*

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
150.

Atqui iidem prophetæ etiam de Spiritu plura dixerunt. Sed nunc non erat his locus. Ergo Patris Filiique cognitio fuit primus ad pietatem gradus: nam cetera de Paracleto aliiſque myſteriis in poſterioribus catecheſibus doce- B bantur. Hanc & Chriſtus ipſe docendi viam tenuerat, qui ante ſuam mortem Paracleti notitia vix leviter adumbrata, non niſi poſt reſurrectionem diſcipulos jam robuſtiores effectos ejus doctrina clariore imbuit. Sed & ab Epheſinis catechumenis ſciſcitatus Apoſtolus an Spiritum accepiſſent, id reſponſum abſtulit, *Neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audivimus*: nec dum enim ad catecheſim de Paracleto totaque Trinitate proceſſerant. Et hæc igitur Juſtini confeſſio vere Juſtiniana eſt, ut ex Dialogo cum Tryphone proxime oſtendimus. Nunc cetera tum dicta, tum etiam dicendi genera item Juſtino familiaria, in hoc reſponſo inſpiciamus.

1. Ποιητὴν καὶ δημιυργόν] Quod Patrem ποιητὴν vocat, eam locutionem & in verbis modo ex ejus Dialogo recitatis animadvertis, & in Apologia I. §. xx. & ubi non? Nulla adeo prope Juſtini pagina reperietur, ubi non Patrem ποιητὴν τῶν ὅλων, *Univerſorum effectorem* vocet. Ceterum quod Patrem non ποιητὴν (*effectorem*) tantum, ſed C & δημιυργὸν (*artificem*) vocat, hoc ad id vocum earum diſcrimen eſt referendum, quod ipſemet Juſtinus in Cohort. ad Græc. §. xxii. ex Platone his verbis explicat. *Nam* (Ποιητὴς) *Effector quidem nullius alterius rei* prius exſiſtentis *indigens, ſuapte poteſtate atque arbitratu rem exſiſtentem facit: at vero* (Δημιυργὸς) *Artifex opificii ſui facultatem ex* prius exſiſtente *materia accipiens, ita demum ſuum molitur opus*. Ergo quum Deus primo ſuo ad res procreandas appulſu rerum omnium farraginem ex nihilo eduxerit; hinc merito Ποιητὴς h. e. *Effector* ſive, uti noſtri malunt, *Creator*, Juſtino dicitur: quumque porro Deus idem ex illa indigeſta materia ceteras deinceps res per dierum intervalla ordinarit; hinc jure idem & Δημιυργὸς h. e. *Artifex* Juſtino eſt appellatus. Quæ ſequitur partitio ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτυ ſumta eſt ex Col. I, 16.

2. Κύριον I. X.] *Diſquiſitionem* V. infra poſitam p. 723. conſule in hunc locum.

3. Κήρυξ καὶ διδάσκαλος] Quod Jeſum Chriſtum *Salutis præconem*, & *magiſtrum* ſeu *doctorem* vocat, id nuſquam non in Juſtini libris reperias: in cujus ſcriptis tertio quoque verbo occurrit, ὁ διδάσκαλος ἡμῶν, ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος, *Præceptor noſter*. At etiam conjuncta verba, quæ heic in Juſtini confeſſione legimus, reperire licebit prope ab initio Apologiæ II. §. ii. p. 596. C. in narratione certaminis S. Ptolemæi. Ibi ſic narrat: *Maritus quum adverſus illam* (olim uxorem ſuam) *agere non liceret; ad Ptolemæum quemdam* (διδάσκαλον ἐκείνης τῶν χριστιανῶν μαθημάτων γενόμενον) *qui ſe illi mulieri præceptorem Chriſtianarum diſciplinarum præſtitiſſet, converſus eſt*. Ibi vides, ſic διδάσκ. χριστ. μαθηματῶν dici, ut heic διδάσκαλος καλῶν μαθημάτων; ac proinde recte hoc a me factum, qui unius ſyllabæ additione μαθημάτων hoc loco reſtituerim pro μαθητῶν, quod nihil erat. Nam quæro quid ſibi hoc vult, *Præceptor* (καλῶν μαθητῶν) *bonorum diſcipulorum*? Inepta prorſus atque indigna Juſtino locu- E tio. Ut omittam quod poſt διδάσκαλος abundat μαθητῶν, *diſcipulorum*, mentio: ea enim eſt τῶν πρός τι (*eorum quæ dicuntur ad aliud*) conſueta uſurpatio, ut uno expoſito, aliud non ſit explicandum. Nec Chriſtus diſcipulos *bonos* reperit, ſed effecit. At διδάσκ. καλῶν μαθημάτων, *doctor egregiarum diſciplinarum*, & eleganter dicitur, & alibi ab Juſtino, loco proxime recitato, uſurpatum fuit: nec vero vacat, quia permultum ſane intereſt bonarumne, an noxiarum aut futilium doctrinarum ſe quis doctorem præſtet.

4. Μικρὰ — ἄπειρον] *Inenarrabilem* intelligit, præſertim divini ortus ratione: quo ſpectat illud quod idem Juſtinus in Apologia I. §. li. pag. 443. C. de eodem Dei Filio, quod [ἀνεκδιήγητον ἔχει τὸ γένος] *ineffabile genus habeat*, prædicat; & quæ in eamdem ſententiam, allato Iſaiæ loco, in Dialogo ad finem §. xliii. p. 498. D. diſſerit.

Hoc autem loquendi genus, Νομίζω λέγειν [ſi quidem νομίζω pro *puto*, *ſentio* accipiatur] elegans ſyntaxis, huic verbo familiaris, erit, qua infinitivum poſt ſe gerit, non cum accuſativo, ſed cum recto caſu, ſive tacito ſive expreſſo, ejuſdem perſonæ. Exempla hujus ſyntaxeos ſunt paſſim obvia: cujuſmodi eſt illud Iſocratis ἢ σαφῶς εἰδέναι νομίζω, *ſatis ſcire* [Latini insererent *Me*] *puto*. Idem in ſacris Scriptoribus haud raro occurrit, ut 2. Mach. iv. 32. Νομίσας δὲ ὁ Μενέλαος εἰληφέναι καιρόν. Act. xvi. 27. Νομίζων ἐκπεφευγέναι. 1. Cor. vii. 36. εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν... νομίζει. Et infra in his Actis initio ſect. v. νομίζων ἀληθινοὺς εἰδέναι λόγους. Hanc ſyntaxin ſecutus, ſic expoſui hunc locum: *Atque equidem ... pauca puto* (me) *dicere*. Ea, inquam, ſyntaxis eſt, ſi ad Νομίζω pro *Puto*, ſeu *Sentio* referatur. Ceterum non male referri etiam hic locus poteſt ad Νομίζω pro *Lege ſancio*, aut *in more habeo*: cujuſmodi eſt illud Herodiani lib. vi. ὡς νομίζουσι Ῥωμαῖοι, h. e. *Romano ritu*: & illud Dionis apud Xiphil. in Claudio, ὁποίοις αἱ γυναῖκες [φέρεσθαι] νομίζουσιν, *qualibus mulieres* [ferri] *ſolent*. Sed & apud H. Steph. plura hujus notionis exempla reperies. Hoc ſi ſequimur, ſic vertere licebit: *Pauca moris habeo dicere*, aut potius *Comparatus natura ſum ad dicendum* [quippe in talibus νομίζω ſæpe pro νομίζομαι ponitur] *præ illius infinita deitate*. Iſtud autem *Natura comparatus ſum ad dicendum*, tantumdem eſt ac *Queo dicere*. Itaque vertas licebit: *Pauca queo dicere præ* &c.

5. Πρός] Πρὸς loco Latini *Præ* multo apud meliores Græcos in uſu fuit, præcipue apud Platonem tum alibi, tum in epiſt. 7. ubi Πρὸς nomini Μικρὸς [ut heic Juſtinus] ſubjunxit. Τὰ δὲ ἄλλα σμικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτά μοι βλάβη.

6. Προφητικήν τινα δύναμιν ὁμολογῶν] Δύναμιν pro δεινότητα, *vim*, *facultatem*. Deinde eleganter ſubauditur τοῦτο in hoc inciſo: Προφ. τι. δυν. (τοῦτο) ὁμολ. Satis enim conciſe philoſophorum more loquitur.

Sed redeo ad *propheticam* δύναμιν. Hæc enim eſt illa δύναμις ad quam alludit perantiquus auctor Philopatridis inter Dialogos Luciano tributos, pag. 1004. edit. Salmur. D quo loco res noſtras balbutire ſimulque irridere ſatagens Triephon, Critiam id ipſum agentem ad dicendum hortatur: Λέγε, παρὰ τοῦ Πνεύματος δύναμιν τοῦ λόγου λαβών. *Dic age, ut qui a Spiritu verbi* (aut *dicendi*) *poteſtatem acceperis*. Ex quo primum vides in dicto Juſtini ſubaudiri debere λόγου. Προφητικήν τινα, inquit, τοῦ λόγου δύναμιν. Deinde ex Juſtino ſimul & auctore Philopatridis poſſe intelligi, his verbis ſpectari forſitan divinam miſſionem ac poteſtatem, de qua Prophetæ initio ſuorum voluminum præloquuntur his aut ſimilibus verbis: *Factum eſt verbum Domini ad ...*

Atque hoc maxime loco Juſtinum ſe Juſtinus prodit. Hic enim ille eſt Juſtinus, quem a quodam venerandæ canitiei ſene, qui Noſtro ſe aliquando divinitus obtulit, ad Prophetarum lectionem incitatum, tantus ab illo tempore amor Prophetarum cepit, quantum ipſemet vix exponere quivit, quo loco hæc narrat: καὶ ἔρως, ait in Dialogo §. viii. pag. 468. D. ἔχει με τῶν Προφητῶν &c. E *Amor me Prophetarum invaſit* &c. Ibid. paucis interjectis, eodem ſtudio teneri omnes cupit. Nec aliud totis chartis Juſtinus, quam *Prophetas* & eorum ſtudium plenis buccis eloquitur. *Prophetarum* vero nomine non eos tantum, quos eo vocabulo nos deſignamus, ſed divinos omnes Veteris ſaltem Fœderis Scriptores intelligit: quod abunde ex ſexcentis Juſtini locis inter ſe collatis liquere arbitror: ut quum in Apologia I. §. lxvii. p. 454. A. in conventibus Chriſtianis *Commentaria Apoſtolorum*, *aut* τὰ συγγράμματα, *ſcripta Prophetarum* legi narrat: ſatis per ea monens, ſe *Prophetarum* nomine Veterem Codicem, qui totus eſt Propheticus intelligere. Nec ferme aliud Apologetæ noſtro *Prophetæ* ſunt, quam ἄνδρες θεόπνευστοι, *Viri divinitus inſpirati*, qui etiam tum *Prophetæ* dicuntur, quum aut narrant hiſtorias, aut fidei ac morum præcepta tradunt. Nec raro in Scripturis ipſis *Prophetis* ac *Prophetiæ* ea plane notio ſubjicitur. Etſi ſatis ſcio, haud raro Prophetas a Juſtino ſtrictim ſumi pro divinis tantum Vatibus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.

προφῆται περὶ τῆς τούτου παρουσίας γενομένης ἐν ἀνθρώποις.

A *Sat enim ſcio, hujus ad homines adventum jam olim prophetas tanto ante vaticinatos.*

III.

Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· Ποῦ συνέρχεσθε; Ιουστῖνος εἶπεν· Ενθα ἑκάστῳ [1] προαίρεσις καὶ δύναμίς ἐστι. πάντως γὰρ νομίζεις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι ἡμᾶς πάντας; οὐχ οὕτως δέ· διότι [2] ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν τόπῳ οὐ περιγράφεται· ἀλλὰ ἀόρατος ὢν, τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληροῖ, καὶ πανταχοῦ ὑπὸ τῶν πιστῶν προσκυνεῖται καὶ δοξάζεται. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· Εἰπὲ ποῦ συνέρχεσθε, ἢ εἰς ποῖον τόπον ἀθροίζεις τοὺς μαθητάς σου. Ιουστῖνος εἶπεν· [3] Εγὼ ἐπάνω μένω τινὸς [4] Μαρτίνου τοῦ Τιμωτίνου βαλανείου, [5] καὶ παρὰ πάντα τὸν χρόνον τοῦτον· ἐπεδήμησα δὲ τῇ Ρωμαίων πόλει τοῦτο δεύτερον, καὶ οὐ γινώσκω ἄλλην τινὰ [6] συνέλευσιν εἰ μὴ τὴν ἐκείνου· [7] καὶ [γὰρ] εἴ τις ἐβούλετο ἀφικνεῖσθαι παρ᾽ ἐμοὶ, ἐκοινώνουν αὐτῷ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον. Ρουστικὸς εἶπεν· Οὐκοῦν λοιπὸν Χριστιανὸς εἶ; Ιουστῖνος εἶπεν· Ναί· Χριστιανός εἰμι.

Rusticus præfectus dixit: Quonam convenitis? Justinus dixit: *Quo unicuique voluntas aut facultas* (coeundi) *eſt. An prorſus exiſtimas nos omnes confluere in unum locum? Minime vero: quandoquidem Chriſtianorum Deus haudquaquam loco circumſcribitur; ſed quum ſit inviſibilis, cælum atque terram implet, & ubique a fidelibus adoratur atque glorificatur.* Rusticus præfectus dixit: Ede, B quo coitis, aut quem in locum diſcipulos tuos cogis. Justinus dixit: *Ego habito ſupra quoddam Martianum mercede lavantium balineum: & per omne hoc tempus* (*veni autem in Romanorum urbem nunc jam ſecundo*) *haud alium conventum novi præter* (loci) *illius. Et* (enim) *ſi quis venire ad me voluiſſet, ei ſermonem veritatis impartiebar.* Rusticus dixit: Ceterum nonne Christianus es? Justinus dixit. *Etiam: Chriſtianus ſum.*

IV.

Ρουστικὸς ἔπαρχος τῷ Χαρίτωνι εἶπεν· Εἰπὲ Χάριτον, καὶ σὺ Χριστιανὸς εἶ; Χαρίτων εἶπε· Χριστιανός εἰμι Θεοῦ [8] κελεύσει. Ρουστικὸς ἔπαρχος πρὸς τὴν Χαριτὼ εἶπε· Σὺ τί λέγεις Χαριτοῖ; [9] Χαριτὼ εἶπε· Χριστιανός εἰμι τῇ τοῦ Χριστοῦ δωρεᾷ. Ρουστικὸς εἶπε τῷ Εὐελπίστῳ· Σὺ δὲ τίς εἶ; [10] Εὐέλπιστος δοῦλος Καίσαρος ἀπεκρίνατο· Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι, ἐλευθερωθεὶς ὑπὸ Χριστοῦ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐλπίδος μετέχω χάριτι Χριστοῦ. Ρουστι-

C Rusticus præfectus Chariton dixit: Dic Chariton: tune etiam Christianus es? Chariton dixit: *Chriſtianus Dei monitu ſum.* Rusticus præfectus ad Charito (puellam) dixit: Quid tu dicis, Charito? Charito dixit: *Chriſtiana ſum Chriſti munere.* Rusticus dixit Evelpisto: Tu vero quis es? Evelpistus servus Cæsaris respondit: *Ego quoque Chriſtianus ſum, a Chriſto libertate donatus, ejuſdemque ſpei particeps Chriſti gratia.* Ru-

1. Προαίρεσις] Hoc unum eſt ex vocabulis Juſtino familiaribus.

2. Ο Θεὸς τῶν Χριστιανῶν τόπῳ οὐ περιγράφεται] Hæc iis concinunt, quæ Noſter tum paſſim alibi, tum in Dialogo §. XXII. p. 481. D. docet, ubi & Iſaiæ loco utitur: *Qualem domum ædificabitis mihi .... cælum mihi ſedes eſt,* D *& terra ſcabellum pedum meorum.*

3. Εγὼ ἐπάνω μένω] Επάνω h. e. *ſupra* duplici modo heic accipi poteſt. Nam ſi Μαρτίνου ſit viri nomen, ac domum Martini ſignificet, tum ἐπάνω Μαρτίνου notabit, ſe *in cænaculo* domus Martini cujuſdam commorari. Scitum eſt, pauperes in cænaculis ſua habuiſſe conducta: nec alia Juſtinum habitatio decebat, tum propter voluntariam inopiam, tum etiam quia in cænacula facilius concurſus clandeſtini Chriſtianorum fiebant. At magis eſſe videtur, ut Μαρτίνου ... βαλανείου ſit loci nomen. Id ſi eſt; tum ἐπάνω aut, uti dixi, *balnei* illius ſuperior contignatio ſive cænaculum eſt; aut vero illud ἐπάνω *ſupra* idem eſt, quod *proxime poſt*. Nec aliter *Supra* & *Infra* in re convivali ordinem accumbentium deſignabat.

4. Μαρτίνου τοῦ Τιμωτίνων βαλανείου] Vide infra p. 723. *Diſquiſitionem* VI.

5. Καὶ παρὰ πάντα .... καὶ οὐ γινώσκω] Primum Καὶ videbatur heic importune ingeſtum, ac facile induci debere. E Sed re melius conſiderata, heic quidem copulam Καὶ retinendam videri: at mox alteram, quam eodem num. 5. ſignatam vides, delendam, atque interim media interponenda eſſe, cenſeo. Sic ergo hic locus mihi conſtituendus videtur. Poſt βαλανείου adhibenda eſt τελεία στιγμή. Deinde ſuo loco parentheſin adhibebis in hunc modum. Καὶ παρὰ παν. τὸν χρ. τοῦ. [ἐπεδήμησα δὲ τῇ Ρω. πο. τοῦ. δεύτερον] καὶ (iſtud vero eſt illud Καὶ alterum, quod prorſus induci volo) οὐ γινώσκω &c. Idque demum in interpretatione mea ſecutus fui. At librarius, qui abeſſe parentheſeos ſigna animadverteret [quæ ſigna haud valde antiqua in Mſs. Græcis eſſe, ſatis conſtat] quum de commatis præcedentis interpoſitione nihil ſuſpicaretur, interim ut ruentem orationem fulciret, poſterius iſtud Καὶ importune adjecit.

6. Συνέλευσιν] Vide *Diſquiſitionem* VII. infra.


7. Καὶ γάρ] Iſtud γὰρ (quod a me aſcitum, uncis incluſi) non inutile duxi, quo reddatur ratio cur ſuum illud conductum συνέλευσιν appellaverit: alioqui frigide hæc ſuperioribus ſubnectentur.

8. Θεοῦ κελεύσει] Expoſui *Dei monitu*. Etſi id ſi ad verbum vertere libeat, *Dei imperio* exponere haud inepte potuiſſem. Reperitur hoc ſæpiſſime in marmoribus, EX (hujus aut illius falſi numinis) IMPERIO hoc aut illud factum: quod reſpondet κελεύσει hujus loci. Ea autem *imperia* per *viſa* ſive ſomnia ſignificari ſolebant. Itaque nihil in ſaxis familiaribus, quam EX VISO aliquid effectum a quoquam fuiſſe. Ad ſummam hoc ſibi vult Chariton, ſibi a Deo ſive ſecundum quietem, ſive alio modo fuiſſe ſignificatum (Græci dicerent κεκελεῦσθαι: Xenophon: κελεύομαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ) uti Chriſtianus fieret.

9. Χαριτὼ εἶπε· Χριστιανός εἰμι] Quod Χριστιανὸς, quaſi commune nomen, de femina uſurpatur, id ſatis tritum ſermone ἰδιωτικῷ fuiſſe non dubito. Nam ceteroqui ſcriptores ejus nominis terminationes per tria genera variabant. Juſtinus ipſe uno eodemque loco Apologiæ II. §. II. pag. 596. B. C. femininam ſimul ac neutram terminationem uſurpavit; ubi vir quidam diſſolutiſſimus uxorem quæ reſipuerat, Χριστιανὴν εἶναι, *Chriſtianam eſſe*, ad Imperatorem detulit. Ac paucis interjectis Ptolemæus quidam accuſatur, tamquam ei feminæ præceptor Χριστιανῶν μαθημάτων [gen. neutro] *Chriſtianorum ſcitorum*.

10. Εὐέλπιστος] *Evelpiſtos* plures ſervos aut libertinos paſſim reperire licet. Occurrit apud Grut. 610. 3. quidam TI. CLaudius AVguſti Libertus EVELPISTus, ab hoc noſtro tamen diverſus. Diverſus autem non ea de cauſa, quod Noſter *ſervus*, ille *libertus* dicatur, (nam *liberti* non raro *ſervi* vocabantur, ſive interdum contemtim, ſive quia non plenam libertatem aſſecuti erant) ſed quod Claudius Imp. cujus Evelpiſtus ille libertus fuit, plus ſolido ſæculo Juſtini martyrium anteceſſit. At Martyr Evelpiſtus ſive M. Aurelii ſive L. Veri (nam ambo tunc ſimul imperatores fuerunt) ſervus erat.

Notandum eſt autem, hoc loco leviter immutatam cerni conſuetam Actorum judicialium formam, ſecundum quam dicendum fuerat dumtaxat: Εὐελπ. εἶπε, *Evelpiſtus dixit*. Nunc qui hæc ſcripſit, ut totius Evelpiſti reſponſi rationem redderet, hæc ſimul omnia præmittit in hunc modum: *Evelpiſtus ſervus Cæſaris reſpondit*. Nam *Servus Cæſaris* refertur ad illam reſponſi partem, *Libertate donatus a Chriſto*; nomen vero ipſum Εὐελπίστου *Evelpiſti* (quod eum ſignificat, *de quo bene ſperare* liceat) rationem complectitur ejus quod ſequitur, *Ejuſdem ſpei particeps* ac ceteri commilitones. Itaque commentarii inſtar illud, uti dixi, inſertum fuit, *Evelpiſtus Cæſaris ſervus reſpondit*.



κὸς ἔπαρχος τῷ Ἱέρακι εἶπε· Καὶ σὺ Χριστιανὸς εἶ; Ἱέραξ εἶπε· Ναί· Χριστιανός εἰμι. τὸν γὰρ αὐτὸν Θεὸν σέβομαι καὶ προσκυνῶ. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· Ἰουστῖνος ὑμᾶς ἐποίησε Χριστιανούς; Ἱέραξ εἶπεν· Ἤμην Χριστιανὸς καὶ ἔσομαι. [1] Παίων δὲ ἑστὼς εἶπε· Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· Τίς ὁ διδάξας σε; Παίων εἶπεν· Ἀπὸ τῶν γονέων παρειλήφαμεν τὴν καλὴν ταύτην ὁμολογίαν. Εὐέλπιστος εἶπε· Ἰουστίνου μὲν ἡδέως ἤκουον τὸν λόγον, παρὰ τῶν γονέων δὲ κἀγὼ παρείληφα Χριστιανὸς εἶναι. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· Ποῦ εἰσιν οἱ γονεῖς σου; Εὐέλπιστος εἶπεν· [2] Ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ. Ρουστικὸς τῷ Ἱέρακι λέγει· [3] Οἱ σοὶ γονεῖς ποῦ ἐστιν; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο λέγων· Ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν πατήρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ μήτηρ ἡ εἰς αὐτὸν πίστις· οἱ δὲ ἐπίγειοί μου γονεῖς ἐτελεύτησαν· καὶ ἐγὼ [4] ἀπὸ Ἰκονίου τῆς Φρυγίας ἀποσπασθεὶς ἐνθάδε ἐλήλυθα. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε Λιβεριανῷ· τί καὶ σὺ λέγεις; οὐδὲ σὺ ἀσεβεῖς; Λιβεριανὸς εἶπε· Κἀγὼ Χριστιανός εἰμι· ἀσεβῶ γὰρ καὶ προσκυνῶ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν.

sticus præfectus dixit Hieraci: Tune etiam, Christianus es? Hierax dixit: *Maxime: Christianus sum. Nam eumdem Deum veneror & adoro*. Rusticus præfectus dixit: Justinus ne vos Christianos effecit? Hierax dixit: *Eram* (jam) *Christianus, ac* (porro) *ero*. Paeon autem stans dixit: *Ego quoque Christianus sum*. Rusticus præfectus dixit: Quis est, qui te docuit? Paeon dixit: *A genitoribus hanc egregiam confessionem didicimus*. Evelpistus dixit: *Ab Justino quidem* (divinum) *sermonem cum voluptate audiebam*; (ceterum) *a parentibus & ego didiceram Christianus esse*. Rusticus præfectus dixit: Ubinam parentes tui sunt? Evelpistus dixit: *In Cappadocia*. Rusticus Hieraci dicit: Parentes tui ubinam sunt? At ille respondit dicens: *Verus pater noster Christus est, & mater Fides in eum*: (ceterum) *terreni parentes mei* (vivere) *desierunt. At ego ab Iconio Phrygiæ abductus huc veni*. Rusticus præfectus dixit Liberiano: Quid jam tu dicis? ne tu quidem pietatem (in deos) colis? Liberianus dixit: *Ego quoque Christianus sum: nam solum Deum verum colo & adoro*.

V.

Ὁ ἔπαρχος λέγει πρὸς τὸν Ἰουστῖνον· ἄκουε [5] ὁ λεγόμενος λόγιος, καὶ νομίζων ἀληθινοὺς εἰδέναι λόγους· ἐὰν μαστιγωθεὶς ἀποκεφαλισθῇ, πείσῃ ὅτι μέλλεις [6] ἀναβαίνειν εἰς τοὺς οὐρανούς; Ἰουστῖνος εἶπεν· Ἐλπίζω ἕξειν αὐτοῦ [7] τὰ δόγματα, ἐὰν ὑπομείνω ταῦτα· οἶδα καὶ πᾶσι τοῖς οὕτω βιώσασι, παραμένειν τὸ θεῖον χάρισμα [8] μέχρι τῆς ἐκπληρώσεως τοῦ παντὸς κόσμου. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· τοῦτο οὖν ὑπονοεῖς, ὅτι ἀναβήσῃ εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἀμοιβάς τινας ἀποληψόμενος; Ἰουστῖνος εἶπεν· ἀλλ' ἐπίσταμαι καὶ [9] πεπληροφόρημαι. Ρουστικὸς ἔπαρχος εἶπε· τὸ λοιπὸν ἔλθωμεν εἰς τὸ προκείμενον, καὶ κατεπεῖγον πρᾶγμα. συνελθόν-

Præfectus dicit ad Justinum: Audi tu, qui sapiens esse diceris, quique vera dogmata nosse profiteris: si flagellis concisus, obtruncaberis, persuasum ne habes, cælos te esse scansurum? Justinus dixit: *Spero, si hæc sustinuero, me ejus promissa consecuturum. Sed & scio omnes qui sic vixerint, manere divinum munus usque ad expletionem totius mundi*. Rusticus præfectus dixit: Hoc igitur futurum conjicis, ut in cælos ascendas, præmium (ibi) aliquod accepturus? Justinus dixit: *Non id conjicio, sed satis scio, ac prorsus certissimum habeo*. Rusticus præfectus dixit: Ceterum ad illud veniamus, quod (nunc) instat atque urget negotium. Ergo simul

1. *Παίων δὲ ἑστώς*] Ad confessionem voluntarius prosilit; ac veritus, ne forte præteritus, non assequeretur coronam, interrogationem antevertit.

2. *Ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ*] Ex qua mancipia omnium præstantissima asportabantur: quæ ibi tam vili venibant, ut Lucullo Cappadociam peragrante, Romani servos quatuor drachmis venales reperirent, teste Plutarcho in Lucullo & Appiano in Mithrid. Quo spectat illud Ciceronis Or. post red. in Sen. *Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres*. Hinc mango sive venalitiarius *Cappadocum rex* dicitur Horatio I. ep. 6. Adde Persium Sat. 6. Martialem VI. 77. X. 76. Indidem nunc quoque omnium optima in usum Turcarum mancipia subministrantur.

3. *Οἱ σοὶ γονεῖς ποῦ ἐστιν*;] Præter pluralia neutra, etiam feminina pluralia cum verbo singulari, non quolibet, sed, opinor, tantum substantivo, interdum jungebantur. Exempla vide in Gretseri Syntaxi cap. I. num. VIII. Sed quantum video, idem masculini pluralis cum verbo sing. indubitata exempla non attulit. Nam quem locum ex Pindaro produxit, is ab ejus scholiaste aliter construitur. Itaque sedulo notandus est hic locus.

4. *Ἀπὸ Ἰκονίου*] Vide infra *Disquisitionem* VIII. p. 725.

5. *Ὁ λεγόμενος λόγιος*] *Λόγιος* heic non tam *eloquentem* (sicuti prior interpres vertit) significat, quam *doctum* & *eruditum*. Vides heic Justinianæ eruditionis famam longe lateque manasse: proinde non alterius a Philosopho & Apologeta heic Acta narrari.


6. *Ἀναβαίνειν εἰς τοὺς οὐρανούς*] Fortassis cum nostro hoc Christianorum coryphæo cavillatur, quem tecte carpit, veluti *μετάρσιον*, *per sublime evectum*; & *ἀεροβατοῦντα* & *αἰθεροβατοῦντα*, *per aerem* aut *per æthera gradientem*; & *αἰθέριον*, *ætherium* seu cælestem virum: his enim dicteriis Christianos irridet satis antiquus auctor Philopatridis inter Luciani dialogos *τοὺς νοσῶν ὀμένους*: ubi & Apostolus gentium traducitur: Ille, inquit, *recalvaster* (*ἀναφαλαντίας*) *nasutus, qui in tertium usque cælum, ἀεροβατήσας, per aerem ingressus, pulcherrima inde didicit*. Ejusmodi erant gentilium in Christianos maledicta. Tametsi, ut quod res est fatear, modestiorem heic se præfectus gerit, quippe Stoicus eximius: non tam enim ridendi animo scitatur, quam ut Christianorum in ea re persuasionem ab eorum præcipuo doctore discat.

7. *Τὰ δόγματα*] *Δόγματα* heic *promissa* reddidi. Ea vox plerumque *placita* aut *decreta* designat. Atque inter divina *decreta*, plura sunt quibus præmium promittitur: quæ proinde *promissa* dicentur.

8. *Μέχρι τῆς ἐκπληρώσεως*] An quidquam in his verbis de *χιλιονταετηρίδι* [quam adeo innocenter post Papiam & alios Justinus in Dialogo §. LXXX. pag. 537. & seqq. docuit, ut præ Martyrum duorum Justini & Irenæi reverentia noluerit tunc ipse ut hæreticam taxare Hieronymus ad Jer. XIX. & Ezech. XXXVIII. quam mox alii turmatim damnarunt] an inquam heic aliquid de mille annorum regno suboleat, nolo decernere. Verum si eo spectavit Martyr (nec enim id in suo hoc agone Noster laborat, ut *τὴν χιλιονταετηρίδα* doceat ac profiteatur, sed aliud prorsus agens, oblique tantum ad eam opinionem alludit) verum si eo spectavit; tum *ἐκπλήρωσις τοῦ παντὸς κόσμου* [*expletio totius mundi*] erit illud mille annorum spatium, quod putabant intercessurum inter priorem resurrectionem (quæ justorum tantum futura erat) & illam *παγκόσμιον ἀνάστασιν*, h. e. *resurrectionem totius mundi*, uti Justinus alicubi nuncupat. Ergo futurum affirmat, ut *in omnibus qui sic* (pie) *vixerint* (*παραμένειν τὸ θεῖον χάρισμα*) *constanter permaneat divinum donum* (divinæ gratiæ constantiam significat, arrham videlicet futuri ascensus in cælum: de quo ascensu sermo heic Justino erat) *usque ad expletionem totius mundi*. De qua interpretatione judicium eruditis piisque theologis libenter permitto.

9. *Πεπληροφόρημαι*] Pulcherrima sane *αὔξησις*, uti rhetores vocant: qua docemur, *τὸ ὑπονοεῖν* [*conjicere* aut *opinari*] minus fuisse quam *ἐπίστασθαι* (*scire*): hoc vero fuisse infra *τῆς πληροφορίας* (*omnimodæ certitudinis*) firmitudinem; ad quam videlicet firmitudinem tantum Fidei Speique Christianæ *πληροφορία* [*certitudo plenissima*] assurgit. De *πληροφορίᾳ πίστεως* (Vulg. *plenitudine Fidei*) videatur ad Heb. X. 22. uti & de *πληροφορίᾳ τῆς ἐλπίδος* in eadem is epistola c. VI. 11. loquitur. Hinc verbum *πληροφοροῦμαι* fit, quod ad Rom. IV. 21. & Lucæ I. 1. eodem significatu, quo heic ab Justino, usurpatur. Cujus notionis etiam ex Isocrate exemplum Budæus affert.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



τες οὖν ὁμοθυμαδὸν θύσατε τοῖς θεοῖς. Ἰουστῖνος εἶπεν· οὐδεὶς ἀφρόνων ἀπὸ ἀσεβείας εἰς ἀσέβειαν μεταπίπτει. Ῥουστικὸς ἔπαρχος εἶπεν· εἰ μὴ πείθεσθε, τιμωρηθήσεσθε ἀνηλεῶς. Ἰουστῖνος εἶπε· δι' εὐχῆς ἔχομεν διὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τιμωρηθέντες σωθῆναι. ὅτι τοῦτο ἡμῖν σωτηρία καὶ παῤῥησία γενήσεται ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ [1] παγκοσμίου βήματος τοῦ δεσπότου ἡμῶν καὶ σωτῆρος. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ μάρτυρες εἶπον· ποίει ὃ θέλεις, ἡμεῖς γὰρ Χριστιανοί ἐσμεν, καὶ εἰδώλοις οὐ θύομεν. Ῥουστικὸς ἔπαρχος ἀπεφήνατο λέγων· Οἱ μὴ βουληθέντες θῦσαι τοῖς θεοῖς, καὶ εἶξαι [2] τῷ τοῦ αὐτοκράτορος προστάγματι, μαστιγωθέντες ἀπαχθήτωσαν, κεφαλικὴν ἀποτιννύντες δίκην [3] κατὰ τὴν τῶν νόμων ἀκολουθίαν.

A convenientes, unanimiter diis ſacrificate. Juſtinus dixit: *Nemo qui ſibi mente conſtet, a pietate in impietatem delabitur*. Ruſticus præfectus dixit: Niſi imperata facitis, immiſericorditer cruciabimini. Juſtinus dixit: *Hoc in votis habemus, propter Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cruciati ſalvari. Id enim ſalutem ac fiduciam nobis præbebit ante tremendum & univerſale tribunal Domini noſtri & Servatoris*. Similiter & reliqui Martyres dixerunt: *Fac quod vis, nos enim Chriſtiani ſumus, nec idolis ſacrificamus*. Ruſticus præfectus ſententiam pronuntiavit his verbis: QUI DIIS ſacrificare, & Imperatoris juſſa facere noluerunt, verberibus affecti abducantur, capitalem luituri pœnam, ſecundum B legum continentiam ac tenorem.

VI.

Οἱ ἅγιοι μάρτυρες δοξάζοντες τὸν Θεὸν, ἐξελθόντες [4] ἐπὶ τὸν συνήθη τόπον, ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλὰς, καὶ ἐτελείωσαν αὐτῶν τὴν μαρτυρίαν ἐν τῇ τοῦ σωτῆρος ὁμολογίᾳ. Τινὲς δὲ τῶν πιστῶν λαθραίως αὐτῶν τὰ σώματα λαβόντες, κατέθεντο ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ, συνεργασάσης αὐτοῖς τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ita ſancti Martyres glorificantes Deum, egreſſi in conſuetum locum, capite obtruncati fuerunt, & in Servatoris confeſſione ſuum martyrium conſummarunt. Quidam autem fidelium, clam ſublata eorum corpora opportuno in loco ſepeliverunt, cooperante gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti: cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

1. *Παγκοσμίου βήματος*] Tribunal Chriſti *παγκόσμιον* [h. e. cui totus mundus ſiſti debeat] vocat, novam uſurpans vocem: quam certe non alibi facile quam heic & in Juſtini operibus reperias. Proinde hæc una ex illis locutionibus eſt, quæ Juſtinum ſuiſmet verbis Græce, quod toties dixi, loquentem produnt. Juſtini autem locus eſt in lib. *Quæſtionum & Reſp. ad Orthod.* Quæſtione 45. his verbis: *Et utrum* [*τὴν παγκόσμιον ἀνάστασιν*] *totius mundi reſurrectionem Propheta* (Ezechiel) *in aridis oſſibus vidit?*


Dixeris, hunc librum ab omnibus Juſtino abjudicari, maxime quum in eo Irenæus & Origenes in teſtimonium producantur. At equidem Labbeo (in de ſcript. Eccl. p. *669.*) aſſentior, cenſenti eum quidem librum initio ex ſolis Juſtini reſponſionibus contextum, novis poſtea acceſſionibus patuiſſe. Certe doctrinas paſſim antiquiores continet, quam pro quinti ſæculi (cui vulgo id opus aſſignant) ingenio.

2. *Τῷ τοῦ αὐτοκράτορος προστάγματι*] Vide infra *Diſquiſitionem* IX. p. 727.

3. *Κατὰ τὴν τῶν νόμων ἀκολουθίαν*] *Ἀκολουθίαν* heic optime reddere poſſis *Normam*. *Ad legum normam*. In Philo- C xeni Gloſſa *Norma* redditur *Ἀκολουθία*. Sed malui *tenorem* reddere, aut (ſi mavis) *continentiam*: quæ vocabula ſatis trita in Jure noſtro ſunt. Poſſis etiam conjunctis vocabulis vertere, *Secundum legum continentiam & tenorem*. Ubi præfectus ad *νόμους* (*leges*) provocat, antiquiora Cæſarum edicta intelligit. Nam ſi quod in Chriſtianos edictum M. Aurelius promulgaſſet, dixiſſet potius *κατὰ τὸ αὐτοκράτορος* aut *αὐτοκρατόρων διάταγμα*, aut *παράγγελμα*. In talibus enim locutionibus ſuperiorum principum edicta paſſim *legum* nomine donantur, non item viventium.

4. *Ἐπὶ τὸν συνήθη τόπον*] Hæc collectoris verba *In conſuetum locum* ſatis dant intelligere, hoc additamentum diutiuſcule poſt rem geſtam, quando locus peculiaris martyrii ignorabatur, conſcriptum fuiſſe: quem quidem locum ſi collector ſciviſſet, utique deſignaſſet. Eodem & illud refer, quod mox *In loco opportuno* ſepulti dicuntur. At quanti id laboris fuiſſet, locum ipſum nominatim indicare, niſi ſi id fuit, quod collectoris hujus ævo locus ſepulturæ ignorabatur?





ALEXII SYMMACHI MAZOCHII

V. C.

DISQUISITIONES

IN ACTA MARTYRII

S. JUSTINI PHILOSOPHI

ET SOCIORUM.

DISQUISITIO I.

De uno, an duplici Justino Martyre.

SI Græcorum libris liturgicis credimus, non erit dubitandum, quin die 1. Junii duplex ab eis Justinus Martyr colatur: quorum unus Philosophus & Apologeta ille fuerit, cujus adhuc opera præclarissima non sine admiratione legimus: is vero dolo Crescentis Cynici cicutæ haustu necatus a recentioribus Græcis narratur: alter vero cum sex aliis commilitonibus post verbera capitis abscissione coronam commeritus dicitur. Id quidem discriminis plerique Officiorum Græcanicorum libri præseferunt: quos lector apud Papebrochium tum ad XIII. Aprilis (quo die a Latinis Philosophus noster colitur) tum ad diem 1. Junii sect. I. & seq. descriptos videre per otium poterit. Cum quibus Officiis etiam Basilii Menologium (nisi quod de haustu veneni tacet) & Anthologium [1] consentit.

Et quidem Græcos secutus duces Papebrochius ad XIII. Aprilis duplicem Justinum agnoverat; idque postea discrimen pluribus confutaverat Tillemontius in S. Justino, Nota XIV. At postremo idem ille Papebrochius ubi ad Kalendas Junii ventum fuit [quo die a Græcis duplex ille Justinus celebratur] sive quod alia omnia viros eruditos de ea re sentientes comperisset, sive suopte ductu ac suasu, utcumque est, certe duplicis Justini discrimen etsi non plane recantavit, at in medio tamen, tamquam in utramque partem disputabile, reliquit. Nisi quod incertus animi, modo se in duplicem Justinum inclinatiorem ostendit (ut ad diem 1. Jun. Comm. historico §. 1. toto) modo id totum (ut in subnotatis ad Acta) quasi commentum refellit.

Ac si priori quidem Papebrochianæ sententiæ steterimus; ille [cujus Acta sincera Baronius & alii postea dederunt, quæ & nos supra recitavimus] sex sociorum antesignanus, debuit alius a Philosopho & Apologeta fuisse. Atqui contrarium Acta ipsa,

A omni fide majora, clamant: quæ Acta non nisi de Philosopho Samarita posse intelligi, ex certissimis indiciis supra ad ipsa Acta observavimus. Vide ibi dicta. Quo posito non aliud profecto relinquitur, nisi ut illud de cicuta (κωνείῳ) ab Justino hausta (quo uno discrimine Philosophum ab altero secernunt) merum fuisse Græcorum inventum fateamur.

At ne Græci videantur gratis eam fabulam procudisse; quibus gradibus ad id comminiscendum devenerint, videamus. Principio quum Justinus Crescentis philosophi insidiis appetitus occubuisse legeretur, repertus est aliquis qui ab ipso Crescente ejusve sectatoribus clam interfectum Apologe-
B tam sibi persuaserit. Ac sane fuisse qui sic crederent, Basilii Menologium aperte declarat scribens: [2] *Ab eo* (Crescente) *interfectus est*. Sed ea narratio est longe antiquior Menologio. Nam in eamdem hallucinationem primus omnium, quod quidem nunc litteris exstet, inciderat Aponius quidam qui VII. exeunte sæculo in Cantica Canticorum commentabatur, qui ad illud *Filii matris meæ pugnaverunt adversum me*, in hunc modum scripsit: *Sicut de magno viro Justino Philosopho historia refert factum: qui ex sua vanissima philosophia ad veram philosophiam Christi cum convertitur, & conversus pro vera religione contra gentiles pugnat, & quosdam filios matris* (gentilitatis) *philosophos*
C *redarguit blasphemantes*; *callide in secreto vocatus, ab iis magistris interfectus est*. Quæ ultima verba sic corrigenda putavit Papebrochius (1. Jun. die sect. 7.) *Callide in secreto necatus ab iis, Martyr Christi effectus est*. At equidem tanta mutatione haud opus arbitror, nec uno in loco tam multa librarii peccare solent; sed solum pro *Magistris* scripsisse Aponium *Magis* putaverim; nam re vera Cynicos, qualis Crescens erat, simul fuisse magicæ arti addictissimos, Maximi [3] Cynici sub Juliano & aliorum exemplo probare possum. Et Aponius quidem Justini adversarios *Magos* [id quod res erat] ἐπιθέτως tantum appellaverat, non quod veneficio cædem ab eis patratam putasset. At

D

1. In Anthologio post titulum [in quo sic annuntiatur: Εἰς τὴν πρώτην &c. *Primo die* (Junii) *S. Mart. Justini, itemque alterius Mart. Justini cum suis sociis*] sequuntur de priore, quem & uti celebriorem predicant, hi duo senarii:


> *Ἰουστῖνον κώνειον ἦρεν ἐκ βίου·*
> *Ὡς ὥδε πρῶτον τοὺς πιεῖν δεδωκότας.*
> *Cicuta Justinum hoc ab ævo sustulit:*
> *Utinam propinatorem ademisset prius.*

Eaque imprecatio, parum Christianis decora, etiam in eo Anthologio legitur, quod nuper anno 1738. ex Veneta aliqua, uti videtur [nec enim officina ibi adscribitur] typographia prodiit. Eadem legitur & in Synaxariis apud Bollandistas ad XIII. April. num. 3. eisdem verbis: sed tamen dolendum est, quod cum senarium ibi interpres sic reddiderit, *Sed antea ipsos, ut solet* [quasi ὥδε idem sit atque ἔωθε] *propinantes*. Quæ interpretatio id efficit, ut imprecatio in factum historicum (etsi Græcis inauditum) vertatur.

2. In Basilii Menologio sic in fine elogii scribitur: *Ἐφθονήθη ὑπὸ Κρήσκεντος τοῦ φιλοσόφου, καὶ φθονηθεὶς ἐπεβουλεύετο, ἕως ἀνῃρέθη παρ' ἐκείνου. Crescentis philosophi invidiæ patuit: ex quo odio tamdiu ejus insidiis est appetitus, donec ab eodem tandem necatus occumberet*. Ubi de veneno ne γρῦ quidem.

3. Maximum illum Juliani Imp. præceptorem ac magorum coryphæum, Cynicæ sectæ fuisse, intelligi potest ex ipsius Juliani ep. 38. media ad Maximum hunc scripta, quo loco Cynicum quemdam cum baculo & pera ad se venientem, testatur Imperator, se pro Maximo ipso accepisse.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



postea id eam in partem acceptum fuit, quasi Justinum Cynici tradito venefico poculo de medio sustulissent.

Non parum autem uti hoc spargeretur in vulgus, momenti habuit mortis Socraticæ similitudo; cui omnes sciunt, Anyti Melitique insidiis circumvento fuisse propinatam cicutam. Hanc pulcherrimam comparationem, præsertim a philosopho integerrimo petitam, minime neglectam ab iis arbitror, qui ἐγκώμια, *laudationes*, Justini scriberent: quibus laudationibus sicuti nihil frequentius ævo sequiore apud Græcos monachos fuit, ita nihil historicæ veritati exitialius; dum incauta posteritas, quidquid illi passis velis rhetoricarentur, id ab eis tamquam veritati litantibus dictum acciperent, ac novo sæpe auctario de penu sua donarent. En quibus gradibus eo tandem ventum fuit, ut S. Justinum κωνείῳ, *cicuta*, interfectum ultimi Græcorum scripserint. Ab ultimæ autem ætatis hominibus id historiæ flagitium patratum dixi: nam nullum veneni vestigium est in Basilii Menologio, nullum in Menæorum odis, aut quidquid est in Officiis paullo antiquius: at in quibus elogiis id postea reperitur, id totum haud dubie longe posterioris est temporis.

Postquam hæc ultima de Justini veneno adumbraveram, tale quiddam & viro docto [1] olim in mentem venisse animadverti, totum hoc quod de toxico narratur, μεταφορικῶς interpretanti: quo magis nemini non Justini cicutam commentitiam posthac visuram esse confidimus.

DISQUISITIO II.

Epiphanii locus sive luxatus reponitur, sive potius mancus suppletur: ex quo varia nascitur rerum Justini chronotaxis.

Epiphanius in Panario hær. 26. aliter 46. quæ est contra Tatianos cap. 1. sic scriptum de Justino Tatiani præceptore reliquit. Οὗτος γὰρ ὁ Ἰουστῖνος Σαμαρείτης ἦν τὸ γένος, εἰς Χριστὸν πεπιστευκὼς, καὶ μεγάλως ἐξασκηθεὶς, ἀρετῆς τε βίον ἐνδειξάμενος, τὸ τέλος ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσας, τελείου στεφάνου καταξιοῦται, ἐπὶ τῆς Ρωμαίων, ἐπὶ Ρουστικοῦ ἡγεμόνος καὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, ἐτῶν τριάκοντα ὑπάρχων ἐν καθεστώσῃ ἡλικίᾳ. Quæ hunc in modum Petavius reddidit: *Justinus enim genere Samaritanus quum in Christum credidisset, multa virtutum exercitatione perpolitus, vitaque ad omnem honestatem instituta, tandem pro Christo martyrio perfunctus, perfectissimam coronam adeptus est Romæ, sub Rustico præfecto, Hadriano imperante; in ipso flore juventutis, anno videlicet ætatis tricesimo.* Atqui ultima Epiphanii verba peccare in historiam, jampridem Petavius in suis Animadversionibus vidit, duplicem in eis hallucinationem notans. *Nam*, inquit, *neque Hadriano imperante mortuus est Justinus, sed M. Aurelio & L. Vero, ut Eusebius asserit ... & tricenario major fuerit oportet, ut ex temporis ratione, quo Apologias pro Christianis edidit, constare potest.* Recte quidem Petavii reprehensiones procedunt: sed nolim tamen errores tam crassos auctori suo tribuat (nec enim verisimile est Epiphanium haud diu post Eusebium hæc scribentem tam enormiter a Cæsariensi aberrasse, quem ad manus habere debuit) qui errores haud dubie in depravatos codices sunt conferendi.

Itaque jamdiu est, quum luxatum hunc locum viri docti expostularunt. Et Papebrochius quidem ad Kal. Junii (ubi curis secundis quæ de S. Justino ad XIII. Aprilis disputaverat, aliqua ex parte retractat) sect. 12. locum illum leviter correctum sic reponit, ut ultima verba in medium periochæ retrahat hunc in modum: οὗτος γὰρ ... γένος (ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας Ρουστίκου [2] καὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, ἐτῶν τριάκοντα ὑπάρχων ἐν καθεστώσῃ ἡλικίᾳ) εἰς Χριστὸν πεπιστευκὼς .... τελείου στεφάνου καταξιοῦται ἐπὶ τῆς Ρωμαίων πόλεως. Ubi quæ parenthesi interposita vides, ea ex fine in mediam periodum retracta fuerunt. Ea vero sic interpretatur: *Hic Justinus cum genere esset Samaritanus (consulibus [3] Rustico & Hadriano Imp. annum agebat trigesimum, & in constanti jam ætate) Christo credidit .... perfecta corona dignus habitus, in urbe Romana.* De qua restitutione (sicut & de ea quam ad XIII. Aprilis parum diversam attulerat) viri docti judicent, annon sit potius παρόρθωσις. Aut certe lector conferat quæ Tillemontius Not. I. contra Papebrochianam emendationem breviter disputavit.

Verum relictis aliorum, siquæ sunt aliæ, correctionibus, duplici via loco Epiphanii depravato medicina fieri posse videtur, sive transpositorum repositione (si tantum luxatus is locus sit) sive paucarum dumtaxat vocum additione, qua parte videtur mihi mutilus.

Itaque si Epiphanius tantum luxatura laborat, sic reponatur censeo, ut non omnia quæ in fine legimus retrahantur, sed ea tantum quæ heic παρενθέμενα (*interposita*) cernis. Οὗτος ... εἰς Χριστὸν πεπιστευκὼς [ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, ἐτῶν τριάκοντα ὑπάρχων ἐν καθεστώτῃ ἡλικίᾳ] καὶ μεγάλως &c... τελείου στεφάνου καταξιοῦται, ἐπὶ τῆς Ρωμαίων (forsan addendum est πόλεως) ἐπὶ Ρουστικοῦ ἡγεμόνος. Hoc est .... *in Christum credens (sub Hadriano Imp. annos triginta natus, h. e. ætate constanti) ac magnopere exercitus .... perfecta corona dignus efficitur Romæ sub Rustico præfecto.* Hoc modo si luxata reponas, ex his colliges, Justinum sub Hadriano Christi fidem amplexum fuisse, ac


1. Tillemontius Not. 14. notato ad marginem Halloixii loco ex vita Justini hæc ait: *Le P. Halloix soûtient, que ce que les Grecs disent de cette potion de cigue, n'est qu'une metaphore, qui exprime le venin froid de la haine & de l'envie de Crescent, laquelle fut la cause de son martyre, comme la haine d'Anyte & de Melite fit condanner Socrate à mourir avec de la cigue.* Verum hoc in Halloixii vita Justini, quam Papebrochius diei XIII. Aprilis inseruit, frustra reperi; immo potius in ea Vita (qualis a Bollandistis editur) sect. 24. Justinus *clam veneno sublatus* dicitur. At sero tandem animadverti, illud totum a Papebrochio tamquam digressionem omissum; profitetur enim, ubi ad finem ei vitæ præloquitur, se Halloixii vitam daturum *omissis digressionibus*. Hanc vero digressionem libentissime omisit, quod ea systemati a se composito contrairet.

2. Epiphanius scripsit Ρουστικοῦ, quod ex Græcorum orthographia rectum erat. Nam Græcorum moris est externa nomina ad voces Græcanicas detorquere. Quumque Ρούστικος Græcis nihil sit, Ρωστικὸς autem vox Græca sit [qua significatur *Corroborandi vim habens*] hinc unius vocalis mutatione *Rusticum* in Ρωστικὸν pro sua consuetudine depravarunt.

3. Ἡγεμὼν pro ὕπατος & ἡγεμονία pro ὑπατεία, vix est ut usquam reperiatur. Ut omittam, quod Hadrianus, quippe Imperator, Rustico collegæ privato præponi debuisset; & quod is consulatus in annum 119. incidens cum trigesimo Justini anno componi nullo modo potest.

Ceterum non de Rustico consule, qui Hadriani collega anno 119. fuit, sed de Rustico urbis præfecto, sub quo re vera circ. ann. 167. Justinus martyrium suum consummavit, Epiphanium loqui, res est citra dubitationis aleam: idque infra in seqq. *Disquisitionibus* III. & IV. ad Acta S. Justini, ad nauseam usque reperies: ubi etiam videbis quæ nos de hoc præfecto Rustico undecumque ex auctoribus & marmoribus accurate collegimus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



forsitan circa annum CXXXIII. De quo vide Tillemontium Not. IV. Jam vero quia trigesimo ætatis anno in Christum credidit, necesse erit eumdem ann. CIII. natum fuisse. Vide Tillem. Not. I.

Verum longe mihi alia sententia sedet, putanti Epiphanium a luxatura (præsertim tanta, ut verba longissimo intervallo trajecta fuisse necesse sit) sanissimum, tantum vocibus paucissimis fuisse defectum: quibus demum suppletis locus integerrimus fiet. Itaque totus is locus eo ordine legatur censeo, quo in editis legitur: ad finem vero mutilus textus suppleatur iis, aut similibus voculis, quas intra parentheseos cancellos cohibui. Sub finem igitur sic est legendum: ... *τελείȣ ςεφάνȣ καταξιȣ̃ται ἐπὶ τῆς Ρωμαίων [πόλεως [1]] ἐπὶ Ρωςικȣ̃ ἡγεμόνος B [ὅπȣ ἦν ἀποδεδημηκὼς [2] ἐπὶ] Αδριανȣ̃ βασιλέως, ἐτῶν τριάκοντα ὑπάρχων, ἐν καθεςώτῃ ἡλικίᾳ*. Id est verbis totidem: *Perfecta* (martyrii) *corona dignus efficitur in Romanorum urbe sub Rustico præfecto (in quam commigraverat sub) Hadriano Imperatore, annos triginta natus* (hoc est) *in ipso constantis ætatis gradu*. Annus ergo Justini trigesimus non ad conversionem ejus pertinet, (quippe jam antea Christo nomen dederat) sed ad Romanam *ἐπιδημίαν*, *commigrationem*.

Nunc si quæras, quid eo tantulo supplemento, aut *ἰσοδυναμȣ̃ντι* (*æquipollente*) potissimum opus fuerit; respondebimus, id maxime curæ fuisse Epiphanio docere, sub quo principe & quoto ætatis C suæ anno Justinus Romam commigraverit. Quorsum hoc ei curæ fuit? Quia ante ea verba, quæ capitis hujus initio recitavimus, dixerat Tatianum [de quo quidem Tatiano ibi primario historia pertexitur: nam quæ de Justino inserit, ea suo Tatiano subserviunt] *Ιȣςίνῳ συνακμάσαι* [3] h. e. *cum Justino floruisse*. Hoc vero ei parum fuisset, nisi & de Justini ætate docuisset. Hinc arrepta occasione, ubi per transennam Justini genus, conversionem, *ἄσκησιν* (*profectum*) atque mortem pro Christo sub Rustico obitam narrasset; hæc inquam obiter delibasse contentus, ceterum quo sub principe & quoto ætatis anno is primum se Romam contulisset, accurate exponit. Quo negotio perfunctus, statim D ad propositum redit, suamque *ἐπάνοδον* [*reditionem*] eisdem verbis, quibus superius usus fuerat, concipit. *Τȣ́τῳ* inquit .... *Τατιανὸς συνακμάσας* &c. *Cum hoc* [Justino] *quum Tatianus una floreret, quamdiu cum S. Martyre vixit .... constans in fide fuit*. At illo mortuo, Tatianum quasi cæcum amisso duce in præceps ruisse, conqueritur. Ex his vides, non frustra Epiphanio id fuisse propositum, ut universum tempus definiret, quo Tatianus Justino duce usus fuit, idque intra duos terminos conclusisse, ab Hadriani videlicet regno & trigesimo Justini anno, quo Justinus Romam concessit, ad Rustici præfecturam urbanam sub Marco & L. Vero, quando is glorioso certamine est co- E

A ronatus. Hactenus dictis si addas transpositiones [præsertim ex longiore intervallo] esse rarissimas, mutilationibus vero nihil esse frequentius [4]: tum credo nihil hac emendatione nostra verius reperietur.

At enim, inquis, quo sub Imperatore, & quot annos natus Justinus Romam venerit, hinc tantum elicimus: at quoto Christi, aut Hadriani anno id contigerit, quis præstabit? Verum id si minus certo aliquo testimonio, at conjectura tamen satis verisimili, Baronio duce, assequemur. Nec enim Justino alia videtur Romæ petendæ caussa fuisse, quam bellum Judaicum, quod sub Hadriano anno Christi 134. vere primo exarsit. Tunc maxime credendum est, Justinum patriæ valedixisse, ac fortassis variis regionibus eo in itinere [5] peragratis, Romam anno 135. pervenisse, quo anno Hadrianus ipse [si Pagio ad an. 136. ac Tillemontio credimus] jam mense Majo Romæ commorabatur.

Quare si anno 135. exeunte Justinum Romam venisse statuamus, quum is tunc annos XXX. natus esset; Justini ortum in annum 105. referri necesse erit. Jam vero quia ejusdem Philosophi martyrium in annum Christi 167. conferri solet; ei annos duos circiter & sexaginta nato martyrium contigisse dicemus. Quod si Justinus biennio trienniove serius occubuit (de quo videbis in *Disquisit.* IX. ad *Sectionem* V. Actorum) tum vero tanto seniorem eum ad coronam pervenisse dicemus.

At Justini conversio (quam ex temere ac violenter trajecto Epiphanii textu ad hunc diem viri docti in Justini annum trigesimum contulerunt) citius acciderit necesse est; sed quoto Justini anno, incertum: nisi si quis criticus aliunde suppetias tulerit.

DISQUISITIO III.

Ad SECTIONEM II. *Adnotat.* 10. p. 711.

De Rustico præfecto, Justini judice.

Vox Επαρχος *non* præsidem *sed* præfectum *notat. Re vera fuisse sub Marco & L. Vero Junium Rusticum urbi præfectum, ex Ulpiano colligitur. Huic prænomen* Quinto *fuisse ex pluribus ponderibus ostenditur. De ejus duplici consulatu. Fasti Florentini, & lapis Romanus (qui lapis male ad Honoriana tempora refertur) illustrantur. Inscriptionum hibridarum exempla. Hic Rusticus Justini judex videtur nepos fuisse consulis anni 119.*

VOx *ἔπαρχος* aut *ὕπαρχος* non nisi *præfectum* aut urbanum aut prætorianum notat: numquam vero *præsidem*, quod tamen falso Papebrochius heic, & alii plures crediderunt. Quocirca

1. Vox *πόλεως* in ea locutione non subaudiri, sed exprimi moris fuit. Sic in Actis S. Justini sect. 3. Justinus ipse de hoc ipso suo Romam adventu sic confitetur: *ἐπεδήμησα δὲ τῇ Ρωμαίων* ΠΟΛΕΙ [expresse scil.] *τȣ̃το δεύτερον*. Nec pluribus exemplis est opus.


2. Aut *ἀφιγμένος*, aut tale aliud.

3. *Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, διὰ δὴ ἀπὸ Ελλήνων παιδείας, συνακμάζει Ιȣςίνῳ τῷ φιλοσόφῳ ... εἰς Χριςὸν πεπιςευκότι. Οὗτος γὰρ ὁ Ιȣςῖνος*, & reliqua in hujus capitis initio. Quæ Petavius: *Is* [Tatianus] *primum, utpote Græcis eruditus artibus, Justini philosophi ... consuetudine est usus, qui .. ad Christi fidem transierat. Justinus enim*, &c. uti supra. Verbum *συνακμάζω* cum dativo personæ H. Stephanus ex Budæo exponit *Tempore alicujus vigeo*, ut *Ιȣςίνῳ συνακμάζειν*. Verum hæc optime Petavius reddit *Usi consuetudine*: quod præcedentia suadent. At verbum autem. *συνακμάζω* est simul floreo, simul vigeo.

4. Cur antiquorum textus sæpe mutili reperiantur, ea caussa fuit, quod codicum descriptores sicubi autographum usque eo corruptum reperiebant, ut voces aliquot assequi augurando nequirent, omissis vocibus illis, cetera continua serie plerumque perscriberent; uti jam observatum mihi fuit in fine Aprilis ad Acta S. Januarii M. p. 271. in Adnot. 11.

5. Quum majore Spiritus divini flamma incendebatur vir sanctissimus, quam ut eam pectoris sui penetralibus cohiberi fineret; eo fiebat, ut crebris peregrinationibus obiret provincias, in omnes lucrandarum Deo animarum occasiones intentus: id quod tum ex ceteris ejus scriptis, tum ex Dialogo cum Tryphone potissimum elucet. Qua de caussa nihil verisimilius afferri potest, quam eum in Romanum iter, dum hac atque illac aucupabundus perreptaret, plusculum contrivisse temporis, ac vix sub exitum anni 135. Romam attigisse.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



in Sirletiana interpretatione apud Surium & Ruinartum quoties id nomen redditur *præses*, id in *Præfectum* mutandum erit. Is autem, de quo hæc Acta loquuntur, erat *Junius Rusticus* is, cujus meminit rescriptum divorum Fratrum ab Ulpiano recitatum l. 1. D. de appellation. his verbis: *Errori ejus* [qui unum pro altero appellavit] *subventum est rescripto divorum Fratrum* [Marci & L. Veri, sub quibus hi Martyres occubuerunt] *cujus hæc verba sunt: Cum per errorem factum dicas uti a judice, quem ex rescripto nostro ab amplissimis consulibus acceperas, ad JUNIUM RUSTICUM amicum nostrum, PRÆFECTUM URBI provocares; consules amplissimi perinde cognoscant, atque si ad ipsos facta esset provocatio*. Ex his vides, hunc Rusticum re vera sub M. Aurelio & L. Vero præfectoriam dignitatem consecutum, qua etiamnum anno 167. [quem circiter hi Martyres consummati putantur] fungebatur. At quampridem eam præfecturam adeptus fuerit, incertum. Fatendum est tamen, non nisi post annum 162. id contigisse, quo anno idem Rusticus cum Aquilino consul ordinarius processit: de quo infra videbimus.

Et adhuc quidem præfecti hujus, qui Justinum martyrii laurea donavit, nomen & cognomen novimus. Proderit jam & prænomen assequi. Id vero ex antiquis sex ponderibus apud Grut. p. 221. 222. didici: in quorum ultimo EX. AUCToritate Q. JUNI. RUSTICI. PRæfecti URB. legitur; sed & in præcedentibus eadem omnia, etsi litteris paucioribus compendio scribuntur: quem tamen pessime adnotator Gudius ad quarti sæculi præfectum urbanum refert [vide sis laudatas ponderum epigraphas] quum non sit alius quam Ulpiani Junius Rusticus, sub Marco & Vero præfectus urbi, idemque S. Justini judex.

Et hactenus quidem præfecto huic tria nomina, quemadmodum hominem Romanum decuit, vindicavimus: nunc de ejusdem duplici consulatu dicendum. Duos enim ab eo consulatus gestos fuisse, ex Capitolino in Marco addiscimus, ubi Junium Rusticum [eumdem utique atque hunc qui mox urbanam præfecturam arripuit] ab eo *consule ITERUM designatum*, narrat. Et Fastorum omnes scriptores sub Marco *Rusticum & Aquilinum* consules anno Christi 162. signant. Quo loco Fasti Florentini minores notam geminati consulatus diserte notant in hunc modum: Ρουστίκιος [pro Ρούστικος: sicuti etiam in Chron. Paschali Ρουστικίου quatuor syllabis] τὸ β'. καὶ Ακουλῖνος h. e. *Rusticius iterum & Aquilinus*. Nec immerito: nam prior ejus consulatus suffectus fuit, atque is omnino, quem cum Flavio Tertullo gessit, teste Rom. lapide apud Grut. p. 131. 3. in quo legitur DED. K. JUL. Q. JUNIO. RUSTICO. Q. FLAVIO. TERTULLO. COS. In quem porro annum is consulatus incidat, equidem ignarus, id ex aliis libentius audiam, quam ut subnotatis ad recitatam inscriptionem assentiar, ubi hic consulatus sub Hadriano ponitur: qui multo verisimilius sub Pio fuit. Sed tamen hic, uti dixi, prior ejus consulatus fuit: alter vero, quem ordinarium cum Aquilino gessit, is esse videtur, qui apud Grut. p. 286. 7. in basis cujusdam dextro latere sic notatur: DEDICATA. PRIDIÆ (sic) NONAS. NOVEMBRIS. RUST.... II.... LINIO. COS. h. e. *Rustico iterum & Aquilino* (sive *Aquilinio*) *consulibus*.

Ac scio equidem, alios de consulatu baseos hujus longe aliter sensisse, & eum ad multo posteriora tempora distulisse; præsertim quum antica baseos facies sic ordiatur, *Salvis DD. NN. Honorio & Theodosio* &c. Verum de hac basi sic sentio, eam longe antiquiorem ævo Honoriano fuisse, & in antica parte longe aliud primitus fuisse scriptum: deinde quum sub Honorio basis ad inscriptionem idonea quæreretur, lapicidas erasisse ex hac vetere basi quod in antica parte scalptum invenerunt, in eaque novum epigramma incidisse: dum interim dextri lateris epigraphe incolumis mansit. Ac re vera dipththongus in NOVEMBREIS & illud COS. [pro eo quod ævo sequiore CONS. scribebatur] sunt omnino indicia melioris orthographiæ, quam pro Honorianis temporibus.

Hujus porro consuetudinis, qua veteri titulo corraso [etsi ex parte adhuc superstiti] nova epigraphe superinducebatur, plura exempla me passim observasse memini, quæ viris doctis, sat scio, offendiculo fuerunt. Quas inscriptiones quo alio nomine, quam *bibridas* appellem, non reperio. Verum ne longe abeam; ante hos paucos menses quum apud nobiles adolescentes Marchionis Parisii Graniti patricii Salernitani viri supra fidem humanissimi filios in ora Leucosiæ [quæ eorum juris est] rusticarer; basim quamdam ad eos delatam vidi, in cujus uno latere satis vetusta inscriptio [qua Cereri ara a quadam Voconiâ Severa dedicatur] litteris elegantissimis exarata adhuc superest; in altero vero litteris rudibus ac longissimo intervallo posterioribus inscriptio cujusdam *Brittii Præsentis Correctoris* [Lucaniæ utique] exhibetur, corrasa interim patera, quæ anterioris inscriptionis ornamentum erat. Quam totam inscriptionem in gratiam virorum amicissimorum in aliud mihi tempus peculiari opusculo illustrandam reservo.

Ac plura jam de hoc *Q. Junio Rustico* bis olim consule, mox præfecto urbano dixi, quam putaveram: & tamen adhuc quædam de ejus studiis ac moribus restant, in quæ mox in seq. *Disquisit.* IV. excurremus. At interim cave ne cum hoc, de quo tamdiu disserui, illum cognominem Rusticum confundas, qui anno Christi 119. cum Hadriano consul ordinarius processit [ad quem quidem Papebrochius Epiphanianum Rusticum falso retulit, quum re vera ille Epiphanianus a Justini judice diversus non fuerit, uti supra *Disquisit.* II. ostendimus] nam ille Hadriani collega facile præfecti hujus urbani pater aut potius avus fuerit, præsertim si eadem tria nomina tulerit. Nam certe in vulgatis Fastis sic hodie inscribitur *Q. Junius Rusticus*.

Scio me, Reinesium alicubi citatum, vidisse, quasi qui in epist. ad Rupertum quædam de Rusticis adnotaverit: sed quando eum librum nancisci non licuit, in hisce interim animadversionibus conquiesco.

DISQUISITIO IV.

Ad SECTIONEM II. *Adnotat.* 4. p. 712.

Iterum de Rustico præfecto, Justini judice.

Hic est Rusticus ille philosophus, cujus Capitolinus in Marco meminit. Duplicis ne an unius philosophi ejus nominis mentio a Capitolino fiat? Forsitan duo intelligendi cognomines (fortassis fratres) tantum professione discreti, quorum unus Stoicus (de quo lapis quidam) alter Peripateticus fuerit. Sed potius est, ut a Capitolino unus idemque hic Justini judex bis laudetur, semel ut Stoicus, iterum ut Peripateticus doctor. Obiter de Rustico Aruleno Stoico (ad quem lapis Grut. pertinet) cujus quatuor nomina afferuntur. De juniore hoc Rustico Justini judice Capitolini locus explanatur, ac leviter corrigitur. Rusticorum series. Reinesii Pagiique quædam se-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.

cus dicta refelluntur. Rustici præfecti gravitas aliæque virtutes in his Actis emicant. Ad ejus interrogationem reditur. Quid is λόγυς *h. e.* sermones *vocarit. Eadem locutio in Dione, Horatio, ac N. T. illustratur.*

HÆc interrogatio quamvis curiosa magis in speciem, quam necessaria institutæ quæstioni videatur; tamen ne (nobis saltem) supervacua foret, Justini responsio fecit, qui inde confessionis suæ occasionem arripuit.

Interim uti curiose de secta, quam Justinus profitebatur, scitaretur, non una caussa præfecto fuit: prior quod quum Justinum pallio philosophico [de quo vide initio Dialogi cum Tryphone, & alibi] amictum cerneret; cui sectæ nomen dedisset, rescire curæ fuit. Altera vero caussa ex eo petitur, quod quum præfectus eum a Crescente Cynico calumniis appetitum sciret, necessarium sibi duxit per hasce interrogationes caussas æmulationis detegere. Tertia ab ipso præfecto petenda est, quem celeberrimum, siquis alius, philosophiæ professorem fuisse reperio. Hic enim ille est Junius Rusticus, de quo Capitolinus in Marco hæc scripsit cap. 3. *Audivit & Sextum Chæronensem Plutarchi nepotem*, JUNIUM RUSTICUM, *Claudium Maximum & Cinnam Catulum, Stoicos. Peripateticæ vero studiosus, audivit Claudium Severum, & præcipue* JUNIUM RUSTICUM.

Proderit autem heic paullisper resistere. Nam etiam atque etiam considerandum est, quo pacto unus idemque Junius Rusticus bis nominetur, primum inter Stoicos, mox inter Peripateticæ doctores: deinde cur *Stoicæ disciplinæ peritissimum* [uti mox Rusticum appellat] sibi Marcus Aurelius ad exponendam Peripateticam præceptorem adhibuerit. An duplex a Capitolino Junius Rusticus designatur? quos prænominibus inter se distinguere debuisset, si ævo meliore vixisset: nunc eos sectarum professione distinguit. Nam prior ille a Capitolino memoratus (cui *Lucio* prænomen videtur fuisse) Stoicus erat professione: de quo forsan præclarum marmor Romæ loquitur apud Grut. p. 426. 10. quod est ejusmodi:

L. IVNII . RVSTICI
PHILOSOPHI
STOICI
L. IVNIVS . L. L
MYRINVS . S. P. P

At eorum alter quos Capitolinus nominavit (cui *Quinto* prænomen erat, ex quo facile eos fuisse fratres suspiceris) etsi *Stoicæ disciplinæ peritissimus* esset, tamen quia Peripateticam profitebatur, ea de caussa inter Peripateticæ doctores a Marco adscitus fuit. Hic multo nobilior illo altero fuit, ac Marco Imperatori præ omnibus carissimus; in cujus laudes mox statim se Capitolinus effundit.

Hunc in modum initio conjeceram. At postea subductis apud me rationibus, conjecturæ pœnituit. Nam potius est, unum eumdemque Rusticum a Capitolino bis laudari, quippe tum in Stoici tum Peripatetici dogmatis magisterium a Marco adscitum, eo quod utroque polleret; Stoicæ quidem doctrinæ professor eximius, at Peripateticæ tantum *studiosus*, uti Capitolinus [modo leviter corrigatur] loquitur: de quo mox.

At enim, si ita se res habet, ecquis erit *L. Junius Rusticus philosophus Stoicus*, de quo modo recitatum elogium Romanum loquitur? Non alius ab *Rustico Aruleno* viro integerrimo, ac Stoico celeberrimo, quem Domitianus per summum scelus oc-

A cidit, quod [uti Dio scribit] ἐφιλοσόφει, καὶ ὅτι τὸν Θρασέαν ἱερὸν ὠνόμαζε, *quod philosophus esset, quodque Thraseam* SANCTISSIMUM VIRUM *appellasset*. Quod ἱερὸν *Sanctissimum* reddidi, secutus in eo sum Tranquillum cap. x. ubi inter viros eximios a Domitiano mactatos refert *Junium Rusticum* [at Dio loco cit. Tacitus in Agric. & alii hunc eumdem *Rusticum Arulenum* vocant] *quod Pæti Thraseæ & Helvidii Prisci laudes edidisset, appellassetque eos* SANCTISSIMOS VIROS: *cujus criminis occasione philosophos omnes urbe Italiaque submovit.* Hujus præstantissimi Stoici disjectas memorias qui in unum colligere voluerit, poterit ex Taciti, Philostrati, Pliniique Junioris locis pluribus, & ex Plu-
B tarcho in *de Curiositate* id facile præstare. Quibus junges & Romani marmoris titulum, quem supra recitavimus.

Et hactenus Stoici perfectissimi [quem tamen M. Regulus homo impurissimus apud Plinium I. ep. 5. *Stoicorum simiam* contemtim vocabat] tria nomina adepti sumus, quippe *Junius Rusticus Arulenus* dicebatur: at *Lucii* prænomen ex supra scripta epigraphe assequimur, in qua ille *L. Junius Rusticus* [omisso ultimo nomine, quod non est insolens, ævo præsertim meliore] inscribitur. Quod si adhuc de Aruleni prænomine dubitas, propterea quod a recitato RUSTICI STOICI epigrammate abest *Aruleni* ultimum nomen; ecce sexcentæ *Arulenorum*
C libertinorum inscriptiones subsidio venient: qui quum omnes ab illo Rustico Aruleno fluxerint, & interim *Lucii* prænomen universi gerant; utrumque liquido ostendunt, tum nimirum Rustico Aruleno *Lucii* prænomen fuisse, tum etiam recitatum *L. Junii Rustici* ... *Stoici* titulum non alii quam eidem Rustico Aruleno adjudicandum. Itaque in Grutero quidem reperies *Lucios Arulenos* [& quidem libertinos] *Anopten* p. 38. 11. & *Sosimum* p. 758. 4. ad hæc in Reinesio XIV. 26. *L. Arulenum Phileroten*. At in Muratoriano indice longe plures occurrent libertini generis *Aruleni* cum *Lucii* prænomine, pluresque *Arulenæ L. L.* [*Lucii libertæ*]: etsi non omnes philosophi illius libertos fuisse præsto, sed eorum aliquos libertorum ejus libertos, alios
D vero saltem libertinis parentibus ortos. Sed omnibus tamen *Lucii* prænomen præit.

Antequam manum de tabula; hoc etiam ex recitata Rustici Stoici inscriptione licebit discere, viro illi summo, postquam a principe sævissimo occubuit, neminem fuisse repertum, qui monumentum poneret, præter ejus libertum *Myrinum* patrono suo gratissimum, qui titulum, quem supra ex Grutero recitavi, S. P. P. h. e. *sua pecunia posuit.* Adde hoc etiam, eidem Rustico Aruleno supervixisse ejus germanum fratrem, Plinii Junioris amicum, nomine *Junium Mauricum*, cujus non una in epistola cum laude idem Novocomensis meminit.

E Nunc post longam, sed non inutilem de seniore Rustico Stoico digressionem, ad Capitolini locum ex quo diverteram, redeo: quem quidem locum præstabit heic solidum ab initio ad calcem adscribere. *Tantum autem studium in eo* (Marco) *philosophiæ fuit, ut adscitus jam in imperatoriam dignitatem, tamen ad domum Apollonii* (philosophi Stoici) *discendi caussa veniret. Audivit & Sextum Chæronensem Plutarchi nepotem*, (adhæc Quintum) JUNIUM RUSTICUM, *Claudium Maximum, & Cinnam Catulum. Peripateticæ autem studiosus* (immo malim *studiosos*; ut ad sequentes referatur, quos scilicet Peripateticæ non professores, sed tamen *studiosos* vocat; ac præcipue Rusticum, quem Dio quidem Stoicum facit, at Capitolinus & *Stoicæ peritissimum*, & *Peripateticæ studiosum* heic vocat) *audivit Claudium Severum,*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.

& *præcipue* (eumdem Quintum) JUNIUM RUSTICUM: *quem & reveritus est & sectatus*; *qui domi militiæque pollebat*, *Stoicæ disciplinæ peritissimum*, *cum quo omnia communicavit publica privataque consilia*; *cui etiam ante præfectos prætorio semper osculum dedit*; *quem & consulem iterum designavit*; *cui post obitum a senatu statuas postulavit*. Ex quibus Capitolini verbis jam illud intelligis, cur Rusticus is in Rescripto divorum Fratrum apud Ulpianum l. 1. D. de Appellat. *amicus* Cæsarum nuncupetur: *Ad Junium*, inquit, *Rusticum*, AMICUM NOSTRUM, *præfectum urbi provocares*. Sed *primæ admissionis*, uti tum loquebantur, amicum illum fuisse, ultima Capitolini verba fateri cogunt, atque illa præcipue, *Cum quo omnia communicavit .... cui et. ante pr. pr. sem. osculum dedit*.

Ac me tam plura de Rusticis tum heic tum supra in præcedente *Disquisit.* III. cumulasse, [plura adhæc allaturum, nisi rerum satias obruisset] nondum plane pœnitet. Ex quibus hoc possumus intelligere, Rustici illius Aruleni [anno Christi 94. interfecti] sive filium aut nepotem, sive ex transverso descendentem, fuisse illum *Junium Rusticum*, qui cum Hadriano anno Christi 119. consulatum inivit: ad hunc vero demum Hadriani collegam facile ut avum [nisi si ex transverso venerit] pertinuisse arbitror hunc nostrum, de quo tamdiu loquimur, *Q. Junium Rusticum*, bis consulem, mox urbi præfectum, Marci primæ admissionis amicum, virum *Peripateticæ studiosum*, sed *Stoicæ peritissimum* professorem; cujus ille professionis possessionem hereditariam acceperat, jam inde de Aruleno [ante annos 70. per scelus sublato] ad se transmissam.


Jamque tum hanc de Rustico præfecto *Disquisitionem* scripseram, tum etiam superiorem alteram in cujus fine Reinesii epistolas frustra a me quæsitas, querebar: quum ecce Reinesiana quædam in Pagio reperi. Hic enim initio anni 162. consules sic enuntiat: *L. Junius Rusticus*, *C. Vettius Aquilinus*: *ut ostendit* (inquit idem Pagius) *Reinesius epist.* 34. Verum bona cum Reinesii Pagiique venia, priori consuli non *Lucii*, sed *Quinti* prænomen fuit; nam certe is fuit, qui a Capitolino (cujus locum supra illustravimus) inter Marci præceptores recensetur. Atqui is non tantum consul, sed & sub eodem Imperatore præfectus urbi fuit: de consulatu enim Capitolinus, de præfectura Ulpianus (in præcedente *Disquisit.* III. productus) meminit. Nunc quia qui consul, is etiam præfectus fuit; jam is QUINTUS non LUCIUS esse debuit, quippe quum *Quinti* prænomen ei tribuatur in ponderibus Gruterianis pag. 221. 222.

At excipit Pagius haud longe ante finem n. IV. his verbis: *Hic porro Q. Junius Rusticus diversus est a Junio Rustico hujus anni consule*; *quum Junius Rusticus* (is qui consul fuit) *non dicatur præfectus urbis a Capitolino, ubi ejus dignitates enumerat*. Atqui quem Marcus apud Capitolinum *consulem iterum designavit*, eum opus est per honores plures antea decurrisse, nec tamen eos Capitolinus enumerat. Ceterum quod Capitolini Rusticus idem fuerit atque Ulpiani præfectus urbi, ex eo liquet, quod uterque *Amicus* principis, & quidem intimus, fuisse significetur.

Sed & idem Pagius toto aberrat cælo, eodem num. IV. proxime a medio, ubi quod Gruterianis ponderibus (quæ in *Disquisit.* III. protulimus) inscribitur, Q. JUN. RUST. PR. URB. duas ultimas notas de *prætura urbana* interpretatur, quas facillime potuerat de *præfectura urbana* intelligere, ut qui ex Ulpiano a Rustico gestam eam præfecturam sciret. Ceterum illud PR. URB. (tum *prætorem*, tum *præfectum urbanum* notare aptum) cur in iis ponderibus *præfectum* potius designet, Ammianus pro me causam dicet lib. XXVII. cap. 9. qui ponderum curam ad præfectos urbi pertinuisse agnoscit, ubi inter Prætextati præfecti urbi res præclare gestas hoc etiam refert, quod *Pondera per regiones instituit universas*, *cum aviditati multorum ex libidine trutinas componentium occurri nequiret*. Hactenus de Rustico præfecto, eodemque bis consule, Marci amicissimo, ac Stoico excellentissimo.

Ac sane miseret, quod tot hujus Rustici laudes uno hoc maximo dedecore obfuscentur, quod qui se S. Justino [longe divinioris philosophiæ magistro, cujus & præclaram confessionem audierat] præbere asseclam debuisset, tamen ita se adversus illius salutares doctrinas obfirmaverit, ut plura ab eodem audire supersedens, viri eruditissimi atque innocentissimi se cæde contaminaverit: tantum ad divinam in se gratiam admittendam impedimenti Stoicum supercilium huic præfecto attulit, dociliori futuro, si minorem arrogantiam ex præclara illa, uti tunc jactabant, invulnerabilis constantiæ officina contraxisset. Vel sic tamen in toto hoc judicio cum reo philosopho philosophum judicem congredientem agnoscas. Nihil nisi grave ac decorum in Rustici dictis [nam de sanctissimo Martyre quid nunc attinet dicere?] factisque cernas: nulla in eo levitas animi, nulla effrenis linguæ petulantia: contra vero quanta gravitas animi ac moderatio, quanta præ ceteris Christianorum judicibus lenitas, quanta in verbis ipsis Stoica βραχυλογία (*breviloquentia*.) Ne multa: haud facile his Actis aliud quodvis monumentum decori servantius videas; in quibus tam apte judex Stoici personam sustinet; ab reo autem nulla nisi vere Justiniana, uti observavimus, non modo sententia, sed etiam vel maxime locutio proficiscitur.

Atque ut tandem ad eum Actorum locum, unde hæc tam longa de Rustici Stoicismo orta est digressio, redeam: præfectum hunc in quovis philosophiæ genere subactum, qui vicissim Justinum (eum scilicet quem Cynici gregis asseclæ, quasi impie de diis philosophantem ad se detulissent) in pallio philosophico conspicaretur, haud immerito nulla prior cura subiit, quam ut illum de secta percontaretur. Hinc eum hac prima interrogatione aggreditur. Ποίους λόγους μεταχειρίζεις; quod quidem verbis totidem est, *Quæ studia tractas*, aut *ad manus habes*? at in re proposita id proprie significat, quod in interpretatione posui, *Quam* (philosophiæ) *sectam*, aut *quæ placita profiteris*? Nec aliter ex Dione Xiphilinus in re pari λόγους a generali *studiorum litterariorum* notione ad sectam philosophicam significandam transtulit, ubi in M. Aurelio narrat, hunc principem in philosophia præceptores adhibuisse *Junium Rusticum* (hunc scilicet S. Justini judicem) & *Apollonium Nicomediensem* (τοὺς Ζηνωνείους λόγους μελετῶντας) *viros in Zenonis placitis* aut *sententiis exercitatos*. Cui Dionis phraseologiæ etiam Justinus in Dialogo cum Tryphone §. VIII. pag. 469. A. concinit, quo loco Christi λόγους (*sermones* h. e. *placita*) *quietem dulcissimam* præbere dicit (τοῖς ἐκμελετῶσιν αὐτοὺς) *eis*, *qui in illis placitis se exercent*. Eadem notione & in N. T. λόγοι (*sermones*) tertio quoque verbo usurpantur; in quo *sermones Christi* non aliud, quam ejus scita intelligimus. Ex ea loquendi con-



suetudine fluxit & illud Horatianum haud passim satis intellectum III. Od. 21. quo amphoram vates alloquitur:

Non ille, quamquam Socraticis madet
SERMONIBUS, te negliget horridus.
Narratur & prisci Catonis
Sæpe mero caluisse virtus.

Ubi *Sermonibus* Græco more tantumdem est, quod λόγοις h. e. *placitis*, *scitis*.

DISQUISITIO V.

Ad SECTIONEM II. *Adnotat.* 2. p. 713.

De Justini Κυριολογία. *Quid* θεολογεῖν *quidve* κυριολογεῖν *Justino sit, Nazianzeni loco explicatur.* Domini *prænomen Christo præfixum ex Syrorum forsan consuetudine principio ortum, deinde sacratiore intelligentia usurpatum fuit. In Fidei formula* [Unus Deus-Pater, & Unus Dominus-Jesus Christus] *illud* Unus *ad* Pater & *ad* Christus, *tamquam ad* ὑποκείμενον *est referendum. Scripturæ illustrantur.*

HAnc totam Fidei professionem ab initio ad hunc usque locum haud dubie Doctor Samarita ab Apostolo hausit 1. ad Cor. VIII. 6. ubi Apostolus quum totus in afferenda μοναρχία [*unius principatu* seu Deo uno: de quo vide Justini librum περὶ Μοναρχίας] esset, hæc posuit. *Nobis tamen unus Deus-Pater, ex quo omnia .... & unus Dominus-Jesus Christus, per quem omnia.*

Quod vero Noster Apostolum secutus, Patrem quidem θεολογεῖ [*Deum vocat*] Christum vero κυριολογεῖ [*Domini titulo decorat*] ejus loquendi consuetudinis hanc affert rationem Nazianzenus orat. XXIII. pag. 420. Ορίζε δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ [de hac voce vide dicta in Adnotat. 9. ad Sectionem II. supra p. 712.] &c. *Præscribe vero nostræ religionis professionem, sic docens, ut unum quidem agnoscamus* DEUM *ingenitum, Patrem scilicet: unumque genitum* DOMINUM, *videlicet Filium. Qui* (Filius) DEUS *quidem vocatur, ubi de eo separatim sermo habetur,* DOMINUS *autem, quando cum Patre nominatur: quorum illud quidem* [nomen] *ad naturam pertinet, hoc vero alterum ad unicum principatum.*

Porro quod Christo Κυρίε (Domini) prænomen tribuitur, id κυριολογία (*Domini prædicatio*; ut & κυριολογεῖν erat *Domini titulo exornare*) dicebatur antiquis. Quod quidem loquendi genus ab Justino inventore prodiit: qui primus, quod equidem sciam, in Dialogo cum Tryphone Κυριολογεῖν (quod ceteris Græcorum notat *Loquendi proprietate uti*) pro eo quod est *Dominum prædicare* usurpavit. Ergo (Vid. heic *Dial.* §. LVI. p. 512. A. B.) *Præter eum*, inquit, *qui mente comprehenditur* (ποιητὴν τῶν ὅλων) *universorum effectorem, alius quidam a Spiritu sancto* (κυριολογεῖται) *Dominus prædicatur* [is est Filius] *ac non per Mosem tantum, verum etiam per Davidem.* Et paucis interjectis: *Utrum igitur potestis dicere alii cuiquam Spiritum sanctum* (θεολογεῖν καὶ κυριολογεῖν) *Dei & Domini appellationem tribuere, nisi universorum Patri & Christo ejus?* Quod ita est distribuendum, ut Patri θεολογίαν (*Dei appellationem*) Christo κυριολογίαν (*Domini titulum*) tribui in Scripturis contendat.

Ergo compositio quidem verbi Κυριολογεῖν, uti dixi, ab Justino auctore est: nam ceteroqui ea tota *Domini prædicatio*, si rem ipsam spectes, ab Apostolis prodiit, qui tertio quoque verbo Christo Κυρίε prænomen vindicant. Itaque illud 1. Cor. XII. 3. *Nemo potest dicere Dominus Jesus* (at in Græco accusandi casu, *Dominum Jesum*) *nisi in Spiritu sancto*: id tantumdem est ac si uno verbo dixisset, *Nemo potest* Κυριολογεῖν.

Atque ut paucis rem absolvam: vox quidem Κύριος si ut ἐπίθετον (*attributum*) sumatur, communis tribus Personis est: contra si loco prænominis usurpetur, peculiaris est Christi Jesu. Ac fortassis id ei prænomen Συριασμὸς (*Syriacæ dialecti consuetudo*) peperit. Nam Syri magistros ac sapientes τῷ MAR [*Domini*] titulo, tamquam dignitatis prænomine, decorabant: quo spectat illud in Joannis Evangelio XIII. 13., *Vos vocatis me, Magister & Domine.* Quo posito, ubi 1. ad Cor. VIII. 6. e regione *Unius Dei Patris* ponitur *Unus Dominus Jesus Christus*, illud *Unus* in priore membro non ad DEUS, sed ad PATER referri debet; sicuti & in posteriore non ad DOMINUS, sed ad suum ὑποκείμενον, nempe τὸ *Jesus Christus*, cui ceteroqui *Domini* prænomen tribuitur; ita ut scribi cum *Maccaph* (quod Græci ὑφὲν vocant) in eo loco perspicuitatis gratia possit, *Unus Deus-Pater: Unus Dominus-Jesus Christus*: quia teste Nazianzeno (loco supra recitato) quoties uterque nominatur, Pater *Dei*, Filius *Domini* prænomine donari solet. Nec alia vis est Nicenæ formulæ; *Credimus Unum Deum-Patrem ... Unum Dominum-Jesum Christum.* Nam ceteroqui nec minus Filius *Deus* est, nec minus Pater est *Dominus*. Ergo si prænomina tantisper tollas, eo Fidei formula redibit, ut confiteamur *unum Patrem, unumque Jesum Christum.*

At cave putes, Κυρίε [*Domini*] nomenclationem non aliud quam honorificum prænomen in Christo fuisse: hanc enim opinionem [quæ forsitan suboriri potuisset] Christus ipse dedita opera amolitur, ubi post illa verba, *Vos vocatis me, Magister & Domine*, subjicit, *Et bene dicitis*: SUM ETENIM. Quibus verbis se ab aliis eodem prænomine forsitan decorari solitis secernit, qui dicebantur quidem, sed non erant *Domini* & Magistri. Quo & illud refer, quod Justinus in Apologia I. §. LXI. p. 450. B. D. ubi de Baptismo, scripsit: *In nomine Dei Patris &* DOMINI RERUM OMNIUM *Filii*: quæ verba Christi regnum pulchre exprimunt.


DISQUISITIO VI.

Ad SECTIONEM III. *Adnotat.* 4. p. 714.

Conjectanea de S. Justini conducto supra balneum Martianum.

Acta levissime corriguntur. Aqua Marcia *etiam* Martia *scribebatur. Quæ quia in balinearum usum teste Frontino cesserat, hinc* balneis Martianis *nomen quæsitum. Horum unum illud fuit, supra quod Justinus habitabat. Cui quum ex Frontini cura ac Nervæ constitutione Marcia interclusa fuisset; hinc ejus balnei cænacula locari inquilinis cœperunt. In eo igitur cænaculo Justini conductum, simulque Christianorum conventus fuit. Adhæc quod etiam* Timotinorum *diceretur, id non est ad* Timotheum *quemdam Novati fratrem referendum* (*quod adhuc ex* νοθευμένοις *S. Pudentianæ Actis viri docti conjecerunt: quodque pluribus* refellitur) *sed pro* Τιμωτίνου *legendum est* Τιμονίπτων *h. e.* mercede lavantium *ad discrimen* Gratuitorum. *Verbum* Νίπτω *non*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.



tantum de manuum pedumque ablutione, sed & de totius corporis lavacro usurpari, ex Homero & aliis ostenditur. A


SAnctissimus Martyr de suo conducto sic incipit ex interpretatione, qua Baronius & Ruinartus usi sunt: *Ego prope domum Martini* (in Baronio est *Martii*: quod quum in eo legisset Nardinus; hinc in reperienda *Martii domo* æstuat lib. IV. c. 3. quam ipse mavult *Marci* appellandam: nugæ) *cujusdam ad balneum cognomento Timiotinum* (Baron. *Timothinum*) *hactenus mansi*. Sed Græca hujus loci, ἐγὼ ἐπάνω μένω τινὸς Μαρτίνȣ τȣ̃ Τιμωτίνων βαλανείȣ, uti vides, totidem verbis hoc sonant: *Ego*, inquit, *supra quoddam Martinum Timotinorum balineum habito*. B De *balneo* isto *Martino* prius, postea de voce illa *Timotinorum* viderimus. Equidem pro Μαρτίνου, unius vocalis additamento, Μαρτιανοῦ scribendum reor, ut ab *aqua Martia* (sic enim in Monum. Ancyrano apud Grut. p. 232. & in aliis pluribus marmoribus, & in prioribus Frontini editionibus & Mss. MARTIA ὀρθογραφεῖται pro eo quod in aliis saxis & in Frontini Mss. aliquot *Marcia* legitur: itaque, quidquid alii dixerint, utraque scriptio usitata fuit) ut ab aqua, inquam, *Martia* balineum illud *Martianum* sit appellatum. Porro Martiam ad balneas arcessitam fuisse, conqueritur Frontinus in *de Aquæd.* artic. 91. his verbis: *Martiam ipsam splendore & rigore gratissimam, balneis ac fullonibus ... deprehendimus servientem*. C Sed id quomodo sua cura emendatum fuerit, statim exsequitur: *Omnes ergo* (aquas) *discerni placuit, tum singulas ita ordinari, ut in primis Marcia potui tota serviret, & deinceps reliquæ secundum suam quæque qualitatem aptis usibus assignarentur*. Hæc quidem sub Imp. Nerva Cocceio (a quo Curator aquarum creatus fuerat) Frontinus scribebat; ut ipsemet initio sui Commentarii testatur. Itaque libenter discere optaverim, undenam id hauserit Alex. Donatus, quod in *Urb. Rom.* lib. 3. cap. 18. (pag. 296. ed. Rom.) tradit his verbis: *Trajanus* (aquam Martiam collibus Cœlio & Aventino a se redditam) *suas in thermas* (Trajanas) *induxit*. D Alicunde credo id hausit Donatus: & ceteroqui in aquarum distributione sub singulis quibusque principibus, sat scio, variatum fuit.

Nunc istud teneamus, quod Frontinus tradit, Martiam balneis aliquando serviisse, atque in earum usus passim erogatam fuisse. Nec unas sed plures fuisse balineas, quæ hujus aquæ beneficio fruerentur, & Frontinus supra a me laudatus suadet, & forsitan hæc ipsa Acta Justini. Hoc enim opinor designatur his verbis, ἐπάνω τινὸς Μαρτιανȣ̃ .. βαλανείου, *supra* QUODDAM *Martianum balineum*, quasi plures ejusdem nominis fuerint: inde discriminandi caussa additur etiam τοῦ Τιμωτίνων, de E quo mox. Ac demus sane, sub Curatore aquarum Frontino Marciam ademtam thermis fuisse, ut *potui tota serviret*. At post Nervæ brevissimum imperium rursum in easdem derivatam, fieri potest. Aut si minus erogata in eas fuit, saltem quibus balneis olim Marcia dispensabatur, eæ amissa Marcia, immo & amisso in totum balneari usu, tamen adhuc *Martianæ balineæ*, ut ante, vocabantur.

Quin nihil sane malim, quam re vera balnearum Martianarum usum (nomenclatione tantum retenta) sub Marco principe nullum fuisse, vetante scilicet Nervæ constitutione, qui eam totam aquam ad potus reservarat. Quid sic malo? Quia hoc modo facilius intelligemus, quo pacto Justinus supra Martianum balineum (h. e. in cænaculis superioribus ejus balinei) habitaverit. Nam quamdiu ibi multitudo lavabat; adjacentia omnia ædificia, & quæ desuper imminebant, in spoliarium & alios necessarios lavantium usus cedere necesse fuit: immo ne tuto quidem Christiani in tale Justini conductum confluere ad synaxin celebrandam potuissent. Habes quid sibi velit *Martinum* sive potius *Martianum balineum*: in quo Justinus habitabat, & conventus agebat. Id in Cœlio aut Aventino fuisse ex eo potest conjici, quod in eos colles perducta a Nerone fuisse Marcia dicitur.

Nunc de Τιμωτίνων videndum. Thermas *Timotinas* easdem fuisse ac *Novati* thermas, jamdiu Romanæ urbis explicatores persuadere voluerunt. Ita post Baronium (qui & ipse ex aliis id arripuisse videtur, ut qui sic quasi de re confessa id narrat ad ann. 165. n. 3.) ita igitur post Baronium sensere plures illustres viri: inter quos Alex. Donatus III. 11. tamquam de re explorata sic scripsit: *Novatus balneas Novatianas inter templa B. Laurentii & Pudentianæ Virginis, ejusdem* (Pudentianæ) *germanus simul cum* TIMOTHEO *fratre fecisse fertur; ut a scriptoribus ecclesiasticis non modo Novatianæ sed & Timotinæ* (a Timotheo scilicet) *vocentur*. Testemque affert Anastasium scribentem in S. Pio, ab hoc *Thermas Novati in vico Patricio* in Ecclesiam fuisse dedicatas. Vide quæ fuse Blanchinus in hunc Anastasii locum affert, qui etiam ratum hoc habuit, *Novatianas thermas* easdem fuisse ac *Timotinas*, a Timotheo Novati fratre sic dictas. Eadem ante Blanchinum etiam Nardino IV. 3. persuasio insederat: nisi quod eas thermas non in Ecclesia S. Pudentianæ, sed S. Praxedis ponendas mavult. Atqui hoc totum duplici ex fonte manavit, ex Actis scilicet minime sinceris SS. Pudentianæ & Praxedis (de quorum Actorum comperta νοθείᾳ videatur Tillemontius: ex quibus Actis Anastasius hausit illud de Thermis Novati in Ecclesiam dedicatis: in quibus etiam Actis Novatus & *Timotheus* fratres fuisse dicuntur) & ex Actis hisce veris S. Justini, in quibus mentio fit τȣ̃ Τιμωτίνων βαλανείου. *Timotinorum balnei*; quod ipsi videlicet, *Balneum cognomento Timothinum* reddiderunt.

Verum quid moror? hæc omnis fabrica ruinosis fundamentis nititur. I. Actis SS. Pudentianæ & Praxedis (de quorum νοθείᾳ videsis Tillemontium in S. Pio Papa Not. v.) nihil superstrui potest. II. Demus hæc Acta aliquid auctoritatis habere: at quis præstabit, eas thermas, quæ a Novato *Novatianæ* dicebantur, etiam a Timotheo *Timotinas* fuisse appellatas? III. Deinde vel si etiam a Timotheo suum cognomen capere gestiebant; at ab eo *Timotheicæ*, [nam sicuti a Θεὸς fit θεϊκὸς, sic a Τιμόθεος Τιμοθεϊκὸς ex analogia fluit] dicendæ fuissent, non vero *Timothinæ*, ac multo minus *Timotinæ*: quæ tamen vera Actorum S. Justini scriptura est; nam in Græco T non Θ constanter in penultima legitur; nec nisi gratis in id nomen nonnulli postea H inferserunt. IV. Postremo vel si hoc demus, ex *Timotheus* recte derivari *Timotinus* aut *Timothinus*; at Græcus certe Actorum Justini textus longe aliud, quam quod olim interpretati fuerunt, significat. Græca sic habent: *Ego maneo supra* (τινὸς Μαρτίνȣ [sive potius Μαρτιανοῦ] τοῦ Τιμωτίνων βαλανείου) *supra quoddam Martinum* [aut verius *Martianum*] *Timotinorum balineum*. At prior interpres quo pacto ex his verbis suam illam translationem extudit? *Ego prope domum Martini cujusdam ad balneum cognomento Timothinum hactenus mansi*. Aut quo pacto ex *Timotinorum balneo* detorta est syntaxis convenien-



tiæ, qua verterunt *Balneum cognomento Timotinum*?

Ergo de *Timotinis* istis restat adhuc integra difficultas, digna Oedipode conjectore. Mihi quidem non aliud succurrit, nisi ut istud Τιμωτίνων, prius litterarum transpositarum repositione in Τιμονίτων, deinde [Π, quod exciderat, addito] in Τιμονίπτων, hoc est *Mercede lavantium*, restituam. Erant Romæ balnea plurima, GRATUITA in vet. marmoribus nuncupata: erant vero & [si sic vocare liceat] *quadrantaria*: nam balneatores certe, quibus quadrans pro balneatico solvebatur, *quadrantarii* vocabantur. Hæc ergo balnea Græcis [saltem Romæ consistentibus] τὰ Τιμονίπτων h. e. *mercede lavantium* dicebantur ad *gratuitorum* discrimen. Hujus generis hoc *Martianum* fuit, quamdiu ei Aqua Martia erogabatur. At postea intercluso Martiæ usu, ejus balnei cænacula conduci peregrinis humilioris fortunæ cœperunt: ibique opinor conductum suum Justinus habuit toto utriusque Romani incolatus tempore [quippe bis in urbem venerat] ubi & cœtus cogebat. Atque ea est, nisi fallor, loci hujus, de quo conclamatum antea fuerat, expositio.

Nisi quod adhuc scrupulus avellendus restat. Nam si H. Stephano & lexicographis credimus, verbum Νίπτω de sola manuum pedumque ablutione usurpari solet; quum contra in balineis totos se tingerent. Verum illa τȣ̃ Νίπτω, quam volunt, proprietas, vereor ne non vera sit. Homerus certe de toto corpore usurpavit. Od. Σ. 178.

Χρῶτ' ἀπονίπτεσθαι κὴ ἐπιχρίεσθαι ἀλοιφῇ.
Corpus perluere, ablutumque perungere olivo.

Cui simile est illud Od. T. Επεὶ νίψεν τε κὴ ἤλειψεν λιπ' ἐλαίῳ. Deinde pluries in divinis scriptoribus id verbum ad πρόσωπον [*faciem*] refertur, ut in Græco Gen. XLIII. 31. & Matt. VI. 17. Adhæc in Joan. Evangelio IX. 7. & 11. τὸ νίπτειν si minus ad totum corpus, at ad vultum saltem pertinet. Certe autem in Græco II. Paral. IV. 6. mare æneum fieri jubetur εἰς τὸ νίπτεσθαι τοὺς ἱερεῖς. At in eo sacerdotes toti lavabant. Adde & illud in Græco Lev. XV. 12. *vas ligneum* [νιφθήσεται] *lavabitur aqua*; ubi *abstergendi* notionem habet, ut & ὁ καταvίπτης in ministerio Palladis apud Etymologum. Quamquam, ut quod res est fatear, primitiva verbi Νίπτω significatio [idem de λούω, πλύνω &c. affirmari haud immerito potest] videtur ad abstergendum potius, quam ad tingendum aut madefaciendum, primario pertinuisse; atque hinc de manibus ac pedibus, quæ facilius sordes contrahunt, usurpari consuevisse. Deinde, uti fit, verba omnia *lavandi*, etiam *tingendi* notionem facillime induerunt.

DISQUISITIO VII.

Ad SECTIONEM III. *Adnotat. 6.* p. 714.

De voce Συνέλευσις *Justino peculiari, accurate disfertum. In Justini conducto Græcorum Christianorum conventus fuit, cui Justinus præerat, utique presbyter* [*uti postea vocarunt*] *titularis.*

HÆc una ex illis vocibus est, quæ aliis [præter Justinum in Apologia longiore] ferme inusitata, Justinum heic suis ipsis verbis plane loquentem prodit. In ea igitur Apologia, quo loco de Liturgiæ ordine sacrisque conventibus loquitur, pro συνάξεως vocabulo (quo alii postea usi fuerunt) συνέλευσιν usurpavit. Sic *Apol.* I. §. LXVII. pag. 454. A. C. *Solis qui dicitur die omnium qui vel in oppidis vel ruri degunt* (ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται) *in eumdem locum conventus fit: & commentaria Apostolorum aut scripta Prophetarum, quoad tempus patitur, leguntur*. Mox: *Solis autem die communiter omnes* (τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα) *conventum agimus*, ob creationis scilicet [uti explicat] & Resurrectionis Dominicæ memoriam. Quod autem eam vocem ceteris parum usitatam dixi, id vel ex eo arguitur, quod H. Stephanus in Thes. vocem quidem affert & interpretatur *Conventus*, *Concursus*, sed nullum auctorem citat. At quantum quidem rimari potui; usurpaverat id nomen Josephus in III. ἀρχ. cap. 6. sect. 3. notione tamen inanimata, quippe Tabernaculi tabulas ita inter se aptas fuisse scribit, *ut non perceptis commissuris, earum tabularum* [τὴν συνέλευσιν] *coitio veluti murus unus videretur*. Eodem inanimato significatu usurparunt ævo posteriore JCti Græci, quibus συνέλευσις est *Consolidatio*, uti vocant, ususfructus cum proprietate. Usurpaverant præterea quidam Græci interpretes ad Jud. IX. 46. 49. & Symmachus ad Psal. I. 5. pro Βȣλή. Ex his credo interpretibus Hesychius id vocabulum in suum Lexicum intulit (ubi ea vox exponitur Σύνοδος) & ex Hesychio Varinus: unde id nomen in posteriora lexica (nullo allato exemplo) invasit. Nec a Glossis antiquis eadem vox exsulat. Animadvertendum est autem, Justinum in Apologia quidem id nomen pro ipso conveniendi actu accepisse; at in hoc responso pro loco conventus: sicuti & ἐκκλησία & alia id genus eodem duplici significatu donantur.

Ex hoc autem loco, plura assequimur. I. in Justini conducto συνέλευσιν h. e. *conventum* Christianorum fuisse. II. & quidem eum conventum Græcorum Romæ degentium exstitisse; id quod ex his Justini commilitonibus Græcis liquet, quos ejusdem Justini συνθιασώτας (h. e. *sodalitatis ejusdem*) fuisse non est dubium, quippe simul a Crescente accusatos ac simul comprehensos; ut omittam quod Evelpistus sect. II. diserte fatetur, se *Justini sermones cum voluptate auscultare* solitum. III. postremo ei conventui Justinum præfuisse. Id quod & ex recitato Evelpisti responso, & potissimum ex sect. III. constat, ubi Samarita fatetur, convenientes ad se verbo veritatis a se non fuisse fraudatos. Quocirca in eo conventu Justinus προεστῶτος *præfecti* [qua voce ipsemet utitur in Apologia I. ubi de Liturgia, §. LXV. p. 453. A.] partes agebat. Qui autem Justino ibi προεστὼς τῶν ἀδελφῶν [*præfectus fratrum*] vocatur, is sine dubio Presbyter erat, quippe qui Eucharistiam consecraret. Ergo non est dubitandum, quin Justinus unus ex presbyteris veteris Romæ [quos titulares dixere] fuerit.

DISQUISITIO VIII.

Ad SECTIONEM IV. *Adnotat. 4.* p. 715.

De Iconio altero, præter Lycaonicum.

ICONIUM sine adjuncto est Lycaoniæ metropolis. At fuit alterum Xenophonti in extrema Phrygia [*qua parte ad Lycaoniam vergit*] *recensitum: quod ex Strabonis descriptionibus chorographicis firmatur. Hoc alterum Iconium adhuc ævo Ammiani perdurabat; qui tamen illud Pisidiæ tribuit, utique quod in Phrygia Pisidica* [*cujus Polybius meminit*] *olim recenseretur. Quod alterum Iconium mire confirmatur hoc S. Hieracis,*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.

utpote civis, teſtimonio: favente interim & altera Actorum lectione. Ruinarti Actorum παρόρθωσις refellitur.

QUoties *Iconium* ſine adjuncto legitur, intelligenda eſt metropolis Lycaoniæ. Nam in Notitiis epiſcopatuum in Lycaonia ὁ Ἰκονίȣ, *Iconienſis*, primus recenſetur; & Hierocli in Synecdemo eadem urbs Lycaoniæ μητρόπολις, *metropolis*, ſtatuitur: ut prærogativa metropoleos Iconio Lycaonico prorſus denegari non poſſit. Eaque ut dixi, eſt intelligenda, quum *Iconium* ſine adjuncto legitur. Sic Act. XIV. 1. non alia eſt ab ea quam dixi; uti etiam in inſcriptionibus apud Muratorium pag. 779. 2. 2032. 10. Hujus primam ſyllabam cur Auctor Chronici Paſchalis, Euſtathius, Cedrenus per diphthongum EI ſcripſerint [ἀπὸ εἰκόνος, *ab imagine*, Gorgonis ſcilicet, etſi Stephanus rem aliter narret] videbis ex eorum locis expoſitum apud Berkelium ad Stephani Lexicon: quum contra Etymologus agnoverit, a Menandro primam ſyllabam fuiſſe correptam. Hæc de Iconio Lycaoniæ.

At fuiſſe & in Phrygia extrema, qua parte ad Lycaoniam accedit, *Iconium* alterum, jam pridem Xenophon in Cyro Jun. pag. 147. tradiderat his verbis: *Inde* [Cyrus] ἐξελαύνει εἰς Ἰκόνιον τῆς Φρυγίας πόλιν ἐσχάτlω &c. *proficiſcitur Iconium extremam* [ex parte ſcilicet Lycaoniæ] *Phrygiæ urbem, ubi triduum commoratus eſt: inde per Lycaoniam iter facit.* Et tamen hunc ſcriptoris graviſſimi, ejuſdemque rerum Cyri teſtis oculati, locum perinde geographi (& in his accuratiſſimus Cellarius) acceperunt, quaſi ſi ibi illud Iconium intelligatur, quod Lycaoniæ attribuitur; quod (utpote in confinio poſitum) facile potuerit Xenophon extremæ Phrygiæ adjudicare.

Verum res ipſa loquitur, Xenophonteum Iconium ab Iconio Lycaoniæ diverſum fuiſſe: nam qua parte ad Lycaoniam Phrygia accedebat (ubi illud Iconium Xenophontis erat) ibi erant Straboni τὰ Λυκαόνων ὀροπέδια, Lycaoniæ *colles plani, frigidi, nudi, & aſinis ſilveſtribus compaſcui*: contra vero, Iconium Lycaonicum ab eodem Strabone ponitur prope paludes *Coralim* & *Trogitim*. *Circa iſthæc*, inquit, *loca* (horum ſtagnorum) *Iconium eſt oppidum probe conditum, agro feliciore quam illo, quem ſupra diximus aſinis ſilveſtribus compaſcuum.* Vides quam diverſa ſit utriusque Iconii poſitio. Qui & ſtatim addit: *Ad hæc loca* (ubi Iconium Lycaonicum) *jam Taurus accedit*, (unde merito Stephanus Iconium *ad Tauri terminos* collocavit) *Cappadociam & Lycaoniam diſtinguens a Cilicibus ſupra jacentibus, qui Trachiotæ ab aſperitate regionis dicuntur.* Vides heic quoque quam diverſus fuerit poſitus Iconii Lycaonici (utpote ad Cappadociam Aſperamque Ciliciam vergentis) a Phrygiæ finibus, ubi illud alterum fuiſſe neceſſe eſt. Ergo, uti dixi, vel ſola Xenophontis auctoritas monere debuerat, fuiſſe olim in Phrygia Iconium a Lycaonico alterum.

Sed excipi tamen poterat, hoc alterum Iconium ſub Cyro quidem exſtitiſſe, at poſtea periiſſe, quippe cujus nulla uſquam mentio reperiatur. Reſpondeo, ejus meminiſſe Ammianum XIV. 2. ubi Iſauros *hac indignitate percitos*, narrat, *quod eorum quidam capti conſortes* (fortaſſe heic *conſortes* ſunt latrociniorum participes) *apud* ICONIUM PISIDIÆ OPPIDUM *in amphitheatrali ſpectaculo feris prædatricibus objecti ſunt præter morem.* Qui quidem locus Valeſium virum ſummum male habuit, ſic adnotantem: *Antea* (Iconium: quod miratur ſcilicet a Marcellino Piſidiæ tribui) *Lycaoniæ fuerat, teſte Strabone &c.... Poſtea rurſus Lycaoniæ metropolis facta*: citatque teſtes utrumque Baſilium. Atqui aliud eſt Lycaoniæ Iconium, aliud Piſidiæ, ſive (uti veteres loquebantur) Phrygiæ Piſidicæ. De hoc altero tum Ammianus, tum etiam Xenophon ſunt capiendi. Ceterum quam Livius XXXVII. 54. *Piſidiam* vocavit, hanc Polybius legatione XXV. *Phrygiam Piſidicam* dixit his verbis: *Nam & Lycaoniam & Phrygiam* [τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντου καὶ τlὼ Πισιδικlὼ] *tam Helleſpontiacam, quam Piſidicam* &c. Idem lib. V. cap. 72. *Piſidicam* vocat, quæ aliis *Piſidia* eſt, ſcribens, τοὺς τlὼ Πισιδικlὼ, *Piſidicam* [ſupple *Phrygiam*] *incolentes*: certe quod tunc Piſidia tota aut pars, Phrygiæ tribueretur. In hac Phrygia Piſidica haud dubie illud alterum Iconium fuit; quod proinde recte Xenophon in extrema Phrygia, [qua parte ſcilicet ad Lycaoniam accedit, & Piſidiam ſive totam, ſive ſaltem partem ſibi adjudicat] Marcellinus vero in Piſidia [olim *Phrygia Piſidica*] collocavit. Ceterum quo ore Ammianus [quem geographiæ non incallidum auctorem fuiſſe, ejus Hiſtoria teſtatur] quo ore, inquam, illud Lycaonicum Iconium, quod ſcriptor æqualis Baſilius [& quis non?] in Lycaonia agnovit, in Piſidiam tranſtuliſſet? Atqui Piſidicum Iconium aliud a Lycaonico fuit, eaque de cauſſa, diſcriminante additamento eſt uſus [*Iconium Piſidiæ oppidum*] nam alterum notius erat, quam ut additamento *Lycaoniæ* opus haberet, eoque abſolute efferri ſolebat.

Ac ne quis poſtremo otio abuti me clamitet, quaſi qui duplex Iconium ad hunc diem inauditum quo jure quaque injuria adſtruere adnitar: ecce Acta S. Juſtini ſubſidio veniunt: in quibus S. Hierax *ab Iconio Phrygiæ* (illius ſcilicet quam *Phrygiam Piſidicam* Polybius vocat) *ſe abſtractum* (h. e. furto ſublatum) & Romæ divenditum, confitetur: locupletiſſimus haud dubie teſtis, utpote ejuſmet oppidi civis.

His jam ſcriptis, oculos in Ruinartiana Juſtini Acta conjeci, quæ ipſe in titulo fatetur, ſe *ex Surio & aliis* edidiſſe. Et is quidem in textu Actorum, *ab Iconio Phrygiæ* exhibet, perinde ut in Græco Papebrochii legitur. Verum in ſubjecta Nota ſic monet: *In alio codice habetur* ICONII PISIDIÆ. Quæ ſane varians lectio mire confirmat, quæ modo in Ammiani locum animadvertimus. Nam idem Iconium tum Phrygiæ cum Xenophonte, tum & Piſidiæ cum Ammiano tribuebatur, ob eas quas ſupra dixi cauſſas. Verum quam ibidem Ruinartus de ſuo conjecturam affert (*Fortaſſis*, inquit, *pro* ICONII *legendum eſt* LYCAONIÆ; *quæ urbs eſt Phrygiæ minoris, teſte Hieronymo de locis Hebraicis*) ea inquam conjectura non nauci eſt; quia nulla urbs *Lycaonia* nec in Phrygia, nec alibi fuit: nec Hieronymi libellus de loc. Heb. (ſaltem ut a Bonfrerio editus atque illuſtratus fuit, quem ad manus habeo) ejus meminit. Quamquam, ut quod res eſt fatear, Ruinartus id non in Hieronymo, ſed in Baudrando (totidem verbis eadem dicente) quum legiſſet, incaute ducem infidum ſecutus fuit.

DISQUISITIO IX.

De Passionis S. Justini anno.

Ad Sectionem V. *Adnotat.* 2. p. 716.

Πρόσταγμα *heic non est* Edictum, *sed* Rescriptum. *Cur initio Actorum* Βασιλεῖς *num. plur. heic vero* Imperatoris unius *mentio fiat? Plures difficultatis hujus solutiones proferuntur; ex quibus efficitur passionem Philosophi Samaritæ inter ann.* 165. (*cui in Chronico Paschali affigitur*) *&* 170. *incertam fluctuare.*

PRior interpres heic *Imperatoris edicto* reddidit. At Tertullianus negat toto hoc tempore edictum ullum in Christianos prodiisse: quod si prodiisset, tum id utriusque Imperatoris nomen præferre debuisset, ac proinde heic *αὐτοκρατόρων* scribi. Hinc equidem malui *Rescripto* vertere. Nam mihi quidem videtur Marcus a Rustico interpellatus fuisse, ecquid in Christianos animadverti oporteret; ei vero Marcus rescripsisse, delatos, si quidem sacrificare renuissent, capite esse plectendos. Id nunc vocat *Imperatoris* (*πρόσταγμα*) *rescriptum*. Nam *προστάγματος* vox id quoque significat. Πρόσταγμα idem quod *κέλευσις*: istud autem tantumdem quod Latinis *Rescriptum*. In vet. Glossis verb. juris: *Ῥέσκριπτον· ἔγγραφος κέλευσις βασιλική*. Istud autem rescriptum ab uno Imp. Marco prodiit, quod forsitan L. Verus abesset. Ex his vides nihil nos opus habere Tillemontii conjectura (ad finem Not. 14.) corrigentis *αὐτοκρατορικῷ διατάγματι*, *Imperatorio Edicto*. Aut quis umquam isto modo locutus fuit?

Atqui locus hic accuratius excutiendus est, & cum initio horum Actorum conferendus. Ibi enim præfectus sic orditur: Πρῶτον .... *ὑπάκουσον τοῖς βασιλεῦσιν*, *Ante omnia .... principibus obtemperato*: heic autem *αὐτοκράτορος Imperatoris* unius jussio urgetur. Cur ea loquendi diversitas?

Pluribus modis conciliari hæc possunt. Nam si in eo persistimus, ut dicamus, Justinum vivente L. Vero circa an. 167. dimicasse; tum vero illud *βασιλεῦσιν* ad utrumque Imperatorem referetur; quia utriusque nomine Christiani urgebantur, ut diis sacrificarent ac legibus obedirent: posteriore autem loco dicemus *αὐτοκράτορος* unius mentionem fieri, quia de peculiari aliquo Marci rescripto [in quo sive universe de Christianis, sive peculiariter de Justino, in quem Crescens insidias struxerat, plectendo nisi sacrificaret, cavetur] sermo est; quum interim L. Verus abesset. Aut etiam si utriusque nomine rescriptum prodiisset, Marci unius strenui ac sobrii principis, cujus unius arbitratu cuncta administrabantur, fit mentio, ne nominato quidem collega desidioso ac dissoluto. Ac vide quæ in hanc sententiam ad XVI. Maii in S. Restituta pag. 312. Adnot. 32. paria exempla congessimus, plura allaturi, si sit opus.

Quod si Justini martyrium in annum *169.* [quo anno hieme media L. Verus obiit] aut 170. distulerimus; tum vero sic rem componemus. Prius illud *βασιλεῦσιν* aut ad omnes retro principes, quotquot edicta in Christianos promulgarunt, referemus; aut ex æquo ad Marcum & duos filios Cæsares. Nam Cæsares etiam, & nominatim Commodum, interdum *βασιλεῖς* vocatos docuit Ezechiel Spanhemius in *de præst. & usu num.* dissert. 12. sect. 5. pag. 401. maxime quum hoc loco permixtim cum patre *βασιλεῖς* nuncupentur. Posterius autem *αὐτοκράτορος* pronum erit de unius Marci rescripto, uti supra innuimus, interpretari.

Ita annus certaminis S. Justini, utrum ad annum *167.* an *169.* pertineat, incertum relinquetur. Et quidem Eusebii auctoritas (ut optime Tillemontius ad finem Not. 14. adnotat) facit, ut in priorem annum propensiores nos esse conveniat: quippe quum Eusebius etsi nullo certo anno Justini passionem affigat; tamen quia post Polycarpi certamen illam refert, satis indicat, Nostrum eopte aut sequenti anno decertasse. Ad Paschale Chronicon quod attinet, in eo quidem diserte Justini triumphus ad consules *Pudentem & Orfitum* h. e. annum *165.* refertur: sed tamen quum eum VI. M. Aurelii anno occubuisse dicit, per id jam ad annum *167.* reducimur.

DISQUISITIO X.

De anno ac die triumphali S. Justini M. ejusdemque festo.

IN Chronico Paschali annus passionis S. Justini confertur in annum quo L. Arrius Pudens, M. Gavius Orfitus consules processerunt, h. e. in annum *165.* Nec quidquam per me moræ est, quo minus hunc annum cum Pagio sequamur: quo anno Justinus [secundum chronotaxin, quam *Disquisit.* II. præmisimus] sexagenarius erat. At Tillemontius eum rerum gestarum ordinem secutus, quo Eusebius in Chronico utitur, maluit Philosophi hujus certamen in annum *167.* conjicere. Postremo si Sententiæ Rustici verba secuti (in qua Sententia unus Imperator nominatur) induxerimus animum, Samaritam nostrum post L. Veri mortem decertasse; nihil impedimento erit, quo minus ejus martyrium in annum *169.* [quo anno media hieme L. Verus obiit] aut usque in sequentem 170. differamus: quod & in præcedente *Disquisit.* IX. adumbravimus. Nec serius Justini triumphus rejici posse videtur.

De die vero passionis jam quædam in Adnotat. 3. ad inscriptionem Actorum pag. 711. dicere occupavimus. Nam quantum ex corrupto Actorum titulo animadverti potest; is quidem Philosophus cum suis commilitonibus XV. Kal. Julias [h. e. die XVII. Junii] decertasse videtur. At, ut ex eodem titulo liquet, postea ejus festum Kalendis Juniis a Græcis agitari cœpit: qua de caussa incertum: sed facile ob Reliquiarum Inventionem aut Translationem. At ea festi transpositio antiquior esse debuit IX. sæculo. Quid ita? Quia medio IX. sæculo quum hi marmorei Fasti scalperentur, in eis non tantum Kal. Juniis id festum assignari placuit [quod ipsum tamen antiquiorem eam praxim arguit] verum etiam cum nota *P.* h. e. *Passionis*. Id enim argumento est, ita antiquam eam assignationem fuisse, ut jam dies Kalendarum pro die *θανασίμῳ* [*emortuali*] haberi cœperit: ex qua latius jam pervagata opinione factum, ut etiam in his Fastis nota *Passionis* huic festo præfigeretur, tamquam si die suo ageretur. Hoc ipsum & libri Græcorum liturgici secuti sunt, ac disertissime Ephemeridum metricarum hic hexameter:

> Πρώτη Ἰουνίου ἐλλεβορίζει Ἰουστῖνον.
> *Justinum belleboro Junii extinxere Kalendæ.*

Et Græci quidem jam ante IX. sæculum, uti dixi, S. Justinum Kal. Junii colebant: dum interim

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 150.

Latini, immo & [quod magis mirandum] Romani ipsi, apud quos Apologeta sanctissimus occubuit, de eo nihil agerent: ob eam scilicet caussam, quam initio Præfationis ad Acta explicavimus. Itaque inter Latinos primus, quod sciam, Ado, mox Usuardus, S. Justinum in sua Martyrologia intulerunt. Sed tamen iidem pro Kal. Juniis diem XIII. Aprilis ei festo assignarunt: quid in eo secuti, nondum scire licuit.

Ac sane Romæ in Ecclesia *S. Pudentianæ* (qui nunc Titulus est Eminentiss. Card. Spinelli Archiep. Neapolitani) his temporibus die XIII. Aprilis fit Officium *S. Justini Philosophi & Mart.* ritu Duplici. Tres Lectiones propriæ (minime antiquæ illæ quidem, sed recens compositæ) recitantur: in quarum tertia illud legitur de Justini habitatione in Thermis Novatianis, aliter *Timothinis* nuncupatis: de quo copiose egimus in *Disquisit.* VI. ad *Sectionem* III. Actorum. In eodem Officio pulcherrima Oratio recitatur: quam huc attulisse non pœnitebit.

O R A T I O.

Deus, qui parvulis primum, ac per eos sapientibus mysteria tua revelare dignatus es: fac, intercedente beato JUSTINO *martyre tuo (qui insanam sæculi sapientiam dedoctus, Christum Crucifixum & discere meruit & docere) ut sanam stultitiæ Crucis doctrinam sectando, vere sapientes esse valeamus. Per eumd. Dom.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.

APPENDIX II. *

Q U A

Hadriani ad Minucium Fundanum epistolæ Latinus textus genuinus, quem olim S. Justinus exhibuerat, pro deperdito deploratus, sospes ex Rufino & integer lectori sistitur.

I. *Eusebii IV.* 8. *locus cum Rufini versione confertur.*

II. *Quod recitata ab Rufino epistola textum primitivum contineat, quatuor argumentis conficitur.*

III. *In id Rescriptum, & Eusebianam ejus translationem animadversiones.* Granio Sereno *verum nomen vindicatur. Hunc forsitan fuisse legatum, non proconsulem.* Quid Relatio. *Eusebii textus corrigitur.* Quid in judiciis *sit* Latrocinari, & *quid* κακουργεῖν. Vindicare IN aliquem, *elegans locutio.*

IV. *Ecquid caussæ fuerit, cur ex Justini exemplaribus Latinum Hadrianei rescripti exemplum exciderit, inquiritur.*

I. AD calcem longioris Apologiæ S. Justini hodiedum exstat Hadriani ad Minucium Fundanum de non vexandis Christianis epistola, Græco perelegantí sermone conscripta. Hanc vero ab Justino ipso de Latino in Græcum fuisse transfusam, ut eam suo Apologetico Græce composito insereret, quivis facile existimasset, nisi & stilus ab Justiniana dictione dissideret, & nisi Eusebius eam interpretationem sibi ipse arrogaret, simulque præ se aperte ferret, ejus rescripti exemplum ab Justino Latinis ipsis verbis, quibus ab Hadriano contextum fuerat, fuisse propositum. Locus Cæsariensis historiographi in IV. 8. ex Valesii interpretatione talis est. *Refert præterea idem Justinus, Imper. Hadrianum acceptis* (παρὰ Σερεννίȣ Γρανιανȣ̃ λαμπροτάτȣ ἡγȣμένȣ) *a viro clarissimo Serenio Graniano proconsule* [1] *litteris, quibus monebat, iniquum videri, Christianos nullo objecto crimine, tumultuosis vulgi clamoribus gratificandi studio indicta causa occidere, rescripsisse Minucio Fundano Asiæ proconsuli, ne quis posthac sine objectu criminis & legitima accusatione condemnaretur. Cujus epistolæ exemplum Latino, ut erat, sermone conscriptum* (propius a Græcis Eusebianis sic verteres: *Latino, quem* [primitus] *habuit, sermone retento*: nam Græce est, τὴν Ῥωμαϊκὴν φωνὴν, ὡς εἶχε, διαφυλάξας) *ibidem affert Justinus, præmissis interim his verbis: Ac nos quidem, inquit, tametsi ex epistola maximi &* [2] *nobilissimi Cæsaris Hadriani parentis vestri jure postulare a vobis poteramus, ut judicia de Christianis fieri ex ea formula, quam poscebamus, juberetis: id tamen non tam idcirco postulavimus, quod ab Hadriano ita constitutum esset, quam propterea quod petitionem nostram justissimam esse intelligimus. Atque ut in eo quoque verum a nobis dici perspiciatis, exemplum epistolæ Hadriani subjecimus, quod est hujusmodi. Post hæc idem Justinus ipsum exemplar epistolæ Latino sermone scriptum subjungit: quod nos, prout potuimus, Græce interpretati sumus hoc modo.* Ex quibus aperte vides, Latinum ac primitivum epistolæ exemplum ab Justino adscriptum fuisse. Quandoquidem autem tam multa ex Eusebio descripsimus, non pigebit & Hadriani rescriptum ex eodem huc afferre.

C A P U T IX.

Epistola Hadriani, ne quis Christianorum indicta causa puniatur.


Aelius Hadrianus Aug. Minucio Fundano procos. salutem. Accepi litteras ad me scriptas a Serenio Graniano viro clariss. decessore tuo. Nec sane mihi videtur res ista absque diligenti inquisitione prætereunda, ne forte & Christiani homines turbentur, & delatoribus calumniandi occasio præbeatur. Igitur si provinciales palam adesse possunt petitionibus suis adversus Christianos, ita ut pro tribunali respondeant; in id unum incumbant, nec petitionibus solisque clamoribus utantur. Etenim multo justius fuerit cognoscere te, si quis accusare voluerit. Quod si quis eos detulerit probaveritque contra leges quidquam agere, tu pro gravitate delicti in eos statue. Sin

1. Non *Proconsule*, sed potius *Legato*, ut infra dicemus.

2. Mallem *Illustrissimi Cæsaris*; neque id ob eam caussam quod Επιφανὴς magis respondet Latino *Illustris* quam τῷ *Nobilis*, quod alterum Græce est εὐγενής, [id enim leve est] quam ne Hadrianus Augustus cum vocatis ad spem imperii [qui quidem paullo post Hadriani tempora *Nobilissimi Cæsares* inscribi cœperunt] confundatur.

* Ex ejusdem V. C. Comment. in vet. marmor. S. Neapolit. eccles. Kalendar. vol. II. pagg. 476. seqq.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 139.



mehercule calumniæ caussa istud intenderit; *operam* A *dabis, ut pro gravitate criminis in illum animadvertas. Et hæc quidem de Rescripto Hadriani.*

II. Quum autem Justinus, uti diximus, genuinum Latinæ epistolæ exemplum suæ Apologiæ intexuerit; quid caussæ fuerit, cur postmodum librarii spreto exemplari primitivo, Eusebianam Græcam interpretationem Justino adtexuerint, infra augurari conabimur. At interim post renatas litteras suborta est illa virorum [1] eruditorum expostulatio, primitivum ejus rescripti exemplum sibi de manibus ereptum dolentium.

At equidem quum casu in Historiæ Miscellæ librum X. incidissem, ubi ea epistola Latine inseritur B ejusmodi, quæ Hadriani ævum minime dedeceret, cœpi dubitare an non illa ipsa esset, de qua conclamatum fuerat. Quid enim? cetera addicebant omnia, hoc uno excepto, quod Paullus Warnefridus qui eam Miscellam VIII. sæculo consarcinasset, minime idoneus ejus rei testis videretur. Itaque nihil prius habui, quam ut Eusebii Rufinianam interpretationem adirem: in qua eadem omnia Latina verba, atque in Miscella, nactus, haud duxi amplius dubitandum, quin primitivum ejus rescripti exemplar Aquilejensi presbytero redivivum debeamus: idque his maxime de caussis.

I.

Nec enim erat verisimile, Rufinum, qui genui- C num ipsum illius epistolæ textum ab Justino depromtum ad manus habere posset, non ipsummet fuisse exhibiturum, ac spreto fonte limpidissimo, ex rivulo potius Eusebianæ haud plane fidissimæ translationis fuisse novam adhuc, uti fit, liberiorem interpretationem obtrusurum.

II.

Deinde quum ibi Rufinus Eusebii interpretem D ageret, tamen illa omnia Eusebii membra præteriit, quibus ille narrat, ejus rescripti ab Justino quidem primitivum textum fuisse productum, ab se vero Græce conversum proferri. Nec alia assignari caussa ejus omissionis potest, quam quod ea sibi Rufinus supervacanea duceret, illum ipsum Latinum textum ab Justino depromtum inserturo. Confer quæ infra ex Rufino adscribemus cum supra recitato Eusebii loco, & Adnotat. I. pag. seq.

III.

Adhæc Rufinianum Hadriani rescriptum non nisi primitivum esse, planissime dictio universa demonstrat, cum Hadriani quidem ævo mire consentiens (id quod infra lector tum ex epistolæ contextu per se ipse perspiciet, tum etiam ex ibi subjectis animadversionibus) a cetera vero Rufini oratione qua in Eusebio traducendo utitur, longissime aberrans.

IV.

Postremo si cui adhuc quis scrupulus hæserit, rogo, ut quæ mox apud eumdem Rufinum cap. XII. sequitur Antonini ad Asiæ communia epistola (quam, ut pote ab Justino Apologiæ [2] suæ non subjectam, certum est Rufinum ipsum de Græca Eusebii translatione in Latinum traduxisse) cum Hadriani rescripto conferat: plane reperiet transiri, quod ajunt, a Dorio ad Phrygium: adeo multa in Antoninianæ epistolæ translatione ingenii Rufiniani [3] indicia se produnt. Cetera quæ huc pertinent, ex ipsius Hadrianei rescripti contextu, & ibi adnotatis mox intelligentur. Ceterum quum non sit dubium, quin Valesius Rufinianam Hadriani epistolam [4] ob oculos habuerit; quid caussæ fuerit, cur tale nihil viro κριτικωτάτῳ subolverit, est quod mirer. Nam de Scaligero (cui hoc ipsum latuit, plura ceteroqui de hoc rescripto adnotanti in Animad. Euseb. num. MMCXI.) minus miror. Nec enim vir sagacissimus tunc de Rufino in consilium adhibendo cogitavit.

III. Verum quid moræ est, quo minus totum illum exhibeam Rufini locum, qui Eusebianis supra ex Valesii interpretatione recitatis respondet? Is igitur libri quarti extremo capite VII. hæc * posuit.

Sed & idem ipse vir (Justinus) *scribit Adrianum principem, susceptis a Serenio Graniano* [5] *clarissimo viro præside* [6] *litteris, in quibus de Chri-*

1. Tillemontius in S. Justino artic. *6.* se ex Græco Eusebii hanc Hadriani epistolam traducturum professus, hanc adjicit causam, *Puisque l'on a perdu le texte original, que S. Justin avoit conservé.*

2. Nec Antonini veram epistolam ab Justino suæ Apologiæ fuisse subnexam, neque spuriam illam alteram M. Aurelii; sed utramqne ab aliena manu accessisse, nemo hodie dubitat: de quo infra nonnulla adspergemus.

3. Cujusmodi sunt illæ locutiones: *Animam ponere pro Deo*, quod biblicum est. Et, *In omni tempore, quo de talibus ignoratis*. Rursus illud, *Venerabili* [quod in Eusebio est θειοτάτῳ] *patri nostro* Hadriano. Adhæc, *Nihil molestiæ hujuscemodi hominibus generarent*. Nec non, *Aliquid adversum Romani regni* (pro *imperii*) *statum moliri*. Postremo, *Reus pœnæ ipsius, quam objecit* (atqui non pœna, sed crimen objicitur: ἔνοχος δίκης Eusebius posuerat) *exsistat*. Mitto subtiliora quædam, ne fastidiosior videar.

4. Quandoquidem plurimas epistolæ a Rufino recitatæ Latinas locutiones Valesius in eam quam ipse ex Eusebio Latine vertit, haud dubie transfudit.


5. In Rufini Lugdunensi editione qua usus sum, tum heic, tum initio rescripti, pro *Graniano* (quod rectum esse volunt) erat *Gratianus*. Ibidem in titulo Epistolæ erat *ad Minutium Fundanium* pro *Minucium Fundanum*. Sed & ex eadem epistola complures sustuli Lugdunensis editionis mendas ope Historiæ Miscellæ.

Jam vero quod dixi, eum vulgo putari scribendum esse *Serenium Granianum* [quo modo in Eusebio & Justino legitur] de eo valde dubito, neque ob id solum, quod in Hieronymiano Eusebii Chronico, & Paullo Orosio *Serenus Granius* is vocatur; verum ob id potius, quod in E Gruteriano marmore pag. 533. *6.* occurrat quidam M. GRANIUS SERENUS MILES. Qui etsi cum hoc nostro nihil commune habeat; tamen satis inde intelligitur, & gentem *Graniam* inter Romanas fuisse, & in ea gente exstitisse qui *Sereni* cognomen ferrent; ita ut ex ea *Graniorum Serenorum* familia oriri noster potuerit. Qui quod turbato ordine *Serenus Granius* vocaretur, id non inusitatum fuit, maximæ Græcis; quibus familiare est cognomen nomini gentilitio præferre: quod & Latini interdum assolent.

6. In Græco Eusebii erat, παρὰ Σερεννίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἡγουμένου, quod optime Rufinus in eum quem vides modum transtulit. Nam ἡγούμενος & *Præses* unum idemque significant [in Glossis ἡγεμὼν est *Præses*] & utrumque quorumlibet rectorum provincialium commune nomen est. Et laudat quidem hoc Rufini interpretamentum Valesius, nec tamen sequitur, quippe interpretatus, *A viro clarissimo Serenio Graniano proconsule*. Insederat enim viro

* Editionem Rufini Lugdunensem anni 1526. ad manus habui. — Quæ heic recitat ex Rufino Cl. Mazochius, in nupera editione Romana ann. 1740. exstant lib. IV. capp. VIII. & IX. ubi eruditus editor Cacciarius in fine rescripti Hadrianei, pro *sævioribus* ex mss. codd. Vatt. restituit *severioribus*, & quidem rectius, ut videtur.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 139.



ſtianis percontabatur, reſcripſiſſe, quod non eſſet juſtum Chriſtianos nullius criminis reos abſque judicio legibuſque puniri. Simul & exemplum epiſtolæ ipſius ſubjicit continentis hunc [1] *modum.*

C A P. VIII.

De Epiſtola Adriani ad Minucium Fundanum proconſulem Aſiæ.

Exemplum epiſtolæ imperatoris Adriani ad Minucium Fundanum proconſulem Aſiæ.

Accepi litteras ad me ſcriptas a deceſſore tuo Serenio Graniano clariſſimo viro: & non placet mihi relationem [2] ſilentio præterire, ne & [3] innoxii perturbentur, & calumniatoribus [4] latrocinandi tribuatur occaſio. Itaque ſi evidenter provinciales huic petitioni ſuæ adeſſe [5] valent adverſum Chriſtianos, ut pro tribunali eos in aliquo [6] arguant, hoc eis exſequi non prohi-

ſummo opinio, Granianum Aſiæ proconſulem fuiſſe, quippe quem Hadrianus initio reſcripti *deceſſorem* Fundani vocet.

Atqui etiamſi Granianus hic re vera proconſularibus inſulis inſignitus fuiſſet; tamen ſequi auctorem ſuum Valeſius debuiſſet, cui ſatis fuerat illum ἡγούμενον h. e. *præſidem γενικῶς* nuncupare. Nec enim fido interpreti, ſi ſapit, quidquam de ſuo admetiri licet; maxime quum ea res non tantum infida ſit, ſed & plena periculi. Quid ſi enim Granianus non uti proconſul, ſed alio jure ac titulo, Aſiæ præfuiſſet?

Adde quod non ignotum viro magno fuit, Granianum hunc in Hieronymiano Euſebii chronico *Legatum* vocari. Locus ſic habet pag. 167. num. MMCXL. *Serenus Granius LEGATUS vir apprime nobilis* (*Vir clariſſimus* verti debuit; qui dignitatis titulus erat) *litteras ad Imperatorem miſit, iniquum eſſe dicens clamoribus vulgi innocentium hominum ſanguinem concedi, & ſine ullo crimine, nominis tantum & ſectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minutio Fundano proconſuli Aſiæ ſcribit, non ſine objectu criminum Chriſtianos condemnandos. Cujus epiſtolæ uſque ad noſtram memoriam durat exemplum.* Nec aliter in Paulli Oroſii hiſtoria Serenus iſte quam *Legatus* inſcribitur. Quod argumento eſt, Euſebium in ſuo Græco chronico non ἡγούμενον (qua generali voce in Hiſtoria eccl. utitur; itemque ſive Georgius Syncellus, ſive quicumque is fuit, cujus Græca Scaliger huic loco Hieronymianæ translationis in Σωζομένοις Græcis oppoſuit) appellaſſe hunc Serenium Granianum, ſed πρεσβευτὴν, *Legatum*. Alioqui quo ore Hieronymus pro ἡγουμένῳ h. e. *Rectore*, peculiare & inſolens eo tempore *Legati* nomen appendiſſet? Etſi, fateor, aliunde ſcire hoc Hieronymus poterat, Granianum (quem *Granium* vocat) Legati nomine Aſiæ præfuiſſe. Multa autem incidere potuiſſe, cur interdum legati ſine proconſule provinciam, populi Romani nomine, obtinerent, non nunc primum ex hoc Graniani exemplo diſcimus, ſed jampridem a viris eruditis obſervatum fuit. Nihil igitur erat, cur Valeſius Hieronymum erroris inſimularet, quod Serenium hunc *Legatum* dixiſſet, deque Scaligero miraretur, quod non eum errorem in Hieronymo ſuo notaſſet: quum contra agnoſcere debuiſſet, Stridonenſem noſtrum ſive πρεσβευτὴν in eo Chronici loco reperiſſe, ſive, ſi ἡγούμενον ibi legit, aliunde ſciviſſe, Granianum non alio quam Legati nomine ei provinciæ præfuiſſe. Quibus intellectis, jam illa etiam Valeſiana argumentatio concidit [Fundani, inquit, Granianus *Deceſſor* in Hadriani epiſtola vocatur; ergo uterque proconſul fuit] nam quibus de cauſſis legatus loco proconſulis regere provinciam poterat, ex eiſdem & legato proconſul ſuccedere dicebatur.

1. Confer Euſebiana huic loco reſpondentia; ex quibus animadvertes, Rufinum iis omnibus ſuperſediſſe, quibus monetur lector, ab Juſtino primitivum reſcriptum afferri, id vero ab Euſebio Græce verſum proferri. Quæ omnia idcirco ſecurus omiſit Aquilejenſis, quod genuinum ipſum Hadriani textum ab Juſtino petitum, depromtum iret.

2. Hinc diſcimus, quam poſterior ætas *Suggeſtionem* vocabat, eam ævo Hadriani *Relationem* fuiſſe nuncupatam. Et quidem quod *Relatio principi facta* tantumdem ſit quod *Suggeſtio*, ex Gloſſis antiquis elicitur, in quibus *Suggeſtio* eſt ὑποβολὴ, aut ἡ ἀναφορὰ πρὸς βασιλέα [*Relatio ad Imperatorem*] ἢ ἄρχοντα. Ceterum præter has Gloſſas, nunc primum in hoc Hadriani reſcripto *Relationem* eo ſignificatu uſurpari reperio: neque id porro inepte; nam ad earum *relationum* ſimilitudinem dicebatur, quæ in ſenatu a conſulibus (aut quicumque jus relationis haberent) fiebant. Alioqui judiciali notione *Relatio* erat *mutua accuſatio*, l. 5. D. de publ. judic. Quo pertinet id quod in vet. Gloſſis *Relatio* eſt ἀντεπιφορά. Unde & quid ſit ἀντεπιφορὰ (ignotum lexicis nomen) diſcis.

At Euſebius parum fortaſſe tenens, quid Hadrianus *Relationem* vocaſſet, generali πράγματος (*rei*) vocabulo uſus fuit: *οὐ δοκεῖ μοι οὖν τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν*: *Non videtur res non inquiſita mihi eſſe relinquenda.*

3. Iſtud *Et* quod a Rufini editione Lugdunenſi aberat, ex Miſcella in cujus editionibus reperitur, reſtitui. Quod ceteroqui neceſſarium eſſe, non tantum locus ipſe admonet, ſed & Euſebii interpretatio μήτε h. e. *Neque*, aut [quod tantumdem eſt] *Ne et*.

Jam vero pro eo quod ſequitur, *Innoxii*, in Euſebio eſt οἱ ἄνθρωποι, *homines*. Quod quia nimis vagum videbatur, Valeſius *Chriſtiani* de ſuo addidit, *Ne forte & Chriſtiani homines turbentur*. At mihi non eſt dubium, quin Euſebius ἀθῷοι [*inſontes*] ſcripſerit, quod poſtea in ἄνθρωποι degeneravit. Etſi autem ἀθῷος elegantiori Græciæ fuerit *Impunis*: tamen quia ea vox in Græcis Bibliis pro *Innoxio* ſæpe ponitur; hinc ea paſſim eodem ſignificatu Chriſtianis uſurpata fuit. Unde in Cyrilli Gloſſis ἀθῷος non aliud quam *Innocens* redditur.

4. *Latrocinandi* eleganter pro *Inſidiandi*. Quid ſit porro in judiciis *Latrocinari*, oſtendit Tullius pro Roſc. Am. c. 22. *Putares heic latrocinium futurum*: nempe Roſcium per vim & inſidias damnatum iri. Salluſtius in Jug. *Furtim & per latrocinia ... ad imperia & honores nituntur*. Notum eſt in Eccleſiæ hiſtoria quid ſit *Latrocinium Epheſinum*. Ceteroqui γενικῶς *Latrocinari* eſt facinoroſe vivere. Cic. in 2. in Catil. *Latrocinantem ſe interfici mallet, quam exſulem vivere*. Et Euſebius quidem hanc generalem notionem ſecutus videbatur, utpote interpretatus κακουργίας. Sed & viciſſim Euſebianum vocabulum ex generali peculiare latronum evaſit. Lucæ XXIII. 32. 33. 39. κακοῦργοι dicuntur, qui Interpreti *Latrones*. Nec aliter apud ſcriptores elegantiſſimos. Apud Thucydidem lib. IV. κακουργεῖσθαι tantumdem Scholiaſti eſt quod λῃστεύεσθαι. Idem lib. 2. τοῦ μὴ λῃστὰς ... κακουργεῖν τὴν Εὔβοιαν, *Ne latrones ... prædarentur Euboeam*. Eidem lib. 1. οἱ ἐκ τῶν νήσων κακοῦργοι ſunt *latrones inſulani*.

At vero quod *Latrocinari* hoc loco ſit illud, quod initio diximus, nimirum clam & cuniculis aliquem in judicio evertere, ex eo quod ſequitur, poteſt intelligi: *Si EVIDENTER provinciales huic petitioni ſuæ ADESSE valent ... ut pro tribunali eos arguant*: cujus contrarium erat *latrocinari*; quandoquidem ſine objectu criminum, *precibus* tantum & *acclamationibus* in eos graſſabantur.

5. Pro *Adeſſe valent*, Euſebius δύνανται διισχυρίζεσθαι h. e. *contendere poſſunt*; quum contra non aliud ſibi voluerit Hadrianus, quam *præſentes adeſſe & coram accuſare ſuſtinent*. Nam certe *Valent* heic non eſt aliud quam *Suſtinent*.

6. In hac tota ſententia mentem potius principis pro more ſuo aucupatur, quam verborum veſtigia premit Euſebius.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 139.

beo. Precibus [1] autem in hoc solis & [2] acclamationibus uti, eis non permitto. Etenim multo æquius est, si quis volet accusare, te cognoscere de objectis. Si quis igitur accusat, & probat adversum leges quidquam agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiam supplicia statues. [3] Illud mehercle magnopere curabis, ut si quis calumniæ gratia quemquam horum postulaverit reum, in [4] hunc pro sui nequitia suppliciis * sævioribus vindices.

IV. Nunc illud breviter, qua possumus, augu- remur, ecquid caussæ fuerit, cur ex Justini exemplaribus Latinum Hadrianei rescripti ἀντίγραφον (*exemplum*) exciderit; seu cur librarii posthabito αὐτοφυεῖ (*genuino*) ejus textu, Eusebianam interpretationem ejus loco subrogaverint.

Jam primum omnium, ecquando primum ea in Justino jactura facta fuerit, non est dictu facile. Certum tamen est, non tantum IV. ineunte sæculo, quando Eusebius suam elucubrabat Historiam, sed & eodem finiente (quo maxime tempore eamdem Rufinus inferebat in Latium) primitivum Hadriani rescriptum adhuc in calce Justinianæ Apologiæ obvium fuisse. Nam ni ita foret; Aquilejensis interpres illud ex Græco Eusebii Latinum fecisset; nec suarum partium duxisset, ut, ipse cetera parum diligens, vetera tabularia excuteret, sicubi primitivum contextum nancisceretur. Utinam vero & usque ad Paulli diaconi tempora id monumentum in Justino superfuisse, præstare possim. Nam quum is vergente VIII. sæculo Latinum ejus epistolæ exemplar lib. X. Historiæ Miscellæ inseruit, id illum ex Rufino mutuatum, non dubito. Immo non alia Paullo huic Aquilejensi diacono caussa fuit, cur, tot illustribus Hadriani actis silentio præteritis, hanc tamen ejus epistolam recitare integram gestierit, quam quod eam olim Rufinus ejusdem Ecclesiæ presbyter in Historiam a se translatam conjecisset. Itaque inter Rufini & Paulli, opinor, tempora ex Justini Apologia deperiisse Latinum Hadriani rescriptum oportuit.

Caussa vero flagitii hæc maxime librariis, ni fallor, fuit. Ea Hadriani epistola ad Apologiæ Justini calcem ita subnectebatur, ut Latinis quidem verbis decurreret, characteribus vero Græcis tota perscripta esset. Sic enim antiquos factitasse, hodiedum in vetustissimis exemplaribus cernitur, sive Latinis in quibus Græcorum loca Latinis elementis notantur, sive Græcis in quibus Latina verba aut formulæ Græcis characteribus exarantur. Posterius hoc potest & in Græcis JCtis quivis hodie perspicere, apud quos Latinæ plusculorum verborum formulæ ita inseruntur, ut tamen Græcis litteris exprimantur. Id vero dum faciunt, incre- A dibile dictu est, quam fœdis interim erroribus scateant, sive scriptorum parum Latine scientium, sive descriptorum indoctissimorum vitio id acciderit. Nec alia certe fortuna Hadrianei rescripti in Justini codicibus fuit; in quo describendo quum, Græcis librariis portenta semper immaniora cumulantibus, eo tandem ventum fuisset, ut nec caput neque pes, ac nemo vel Latine eruditissimus exsisteret, qui, tamquam Punicos Plautini Pœnuli versiculos, sic Latinam Hadriani epistolam exponere Latine sustineret; ad id demum remedii, quod & factu facillimum & Græcis lectoribus multo gratissimum videbatur, res rediit, ut pro rescripti Latino illo inextricabili labyrintho, Eusebiana clarissi- B ma atque elegantissima interpretatio Apologiam Justini clauderet: idque tanto convenientius, quanto & idem ceteri Patrum Græcorum factitasse reperirentur; quorum commentariis Latinorum loca haud aliter quam Græce reddita inspergi solent; ut ex Eusebio passim, & ex Actis Conciliorum animadvertitur.

Postquam autem id fieri cœpit; multo etiam longius amanuensium audacia progressa fuit. Qui quum animadverterent, in eodem Eusebio unde Hadriani ad Fundanum litteras descripsissent, mox sequi alteram Antonini ad Asiæ communia ejusdem argumenti epistolam; putarunt se lectorem demerituros, si hanc etiam ibi admetirentur. Quasi vero ea epistola ibi locum vindicare sibi posset, C quam neque Justinus pollicetur, quæque tunc nota Justino esse non potuit, quippe illius apologetico posterior. Immo ne hac quidem tenus audacia stetit. Nam postremo nescio quis Græculus inventus est, qui M. Aurelio, scriptori Græce elegantissimo, epistolam ineptissimam supponeret, qua invitum Imperatorem tum pluviæ miraculum, tum & de Quadis victoriam precibus Christianorum (id quod ceteroqui verissimum erat) acceptam referentem induceret; quasi si vero actum de Religione divina esset nisi Græculus ex Cæsare nolente (immo & id prodigium Jovi pluvio palam tribuente) tam prolixum testimonium extudisset. Et is quoque pannus Justini purpuræ ultimo loco ad- D sutus fuit. Ac de genuino Hadrianei rescripti textu plura jam quam necesse fuit.

1. *Preces* vocat, quas *Postulationes* civiliore vocabulo dixisset. Verum jam eo ventum fuerat, nihil ut judices aut principes populare aut ex æquo loco agerent dicerentve. Hinc porro ut alia plura, sic *Precum* & *Supplicationum* ambitiosa vocabula fluxerunt. *Supplicationes* ac sæpius *Preces* in libris juris sunt desideria libellis qui Imperatori porriguntur, comprehensa. Exempla sunt passim obvia tum in Pandectis, tum potissimum in utroque Codice: quo & Justinianei codicis titulus spectat *De precib. Imperat. offerendis*. Sed & *preces* sine libello solis clamoribus concipi interdum consuevisse, non est dubitandum; idque hic locus abunde docet.

2. De gentilium acclamationibus Christianos ad supplicia poscentium, vide heic Valesium. Res est ceteroqui satis trita.

3. Eleganter hoc loco Eusebius: *ὡς μὰ τὸν Ἡρακλέα εἴτις ... τοῦτο προτείνῃ* &c. ubi *ὡς* [pro *Quod* usurpatum] refertur ad sequens *εἰ*, *Quod si*. Vertes igitur: *Quod si quis mehercule ... hoc intenderit*. Mox ibid. in Eusebio sequitur, *διαλάμβανε ... καὶ φρόντιζε*, h. e. *consultabis curabisque*. In Cyrilli Glossis *Διαλαμβάνω* est *Discepto*, & in vet. Onomastico *Διαλαμβάνειν* est *Commentari*. Possis reddere idem verbum etiam *Dijudicare*.

4. Elegans syntaxis, *Vindicare IN*, pro *Animadvertere*: quod antiquos usurpasse Diomedes notavit lib. I. in hunc modum: *Hoc verbum non pro DEFENDO veteres dicebant, sed pro ANIMADVERTO & PUNIO. Ut Sallustius* [exstat in *Jugurth.* in extrema C. Memmii concione]: Nisi vindicatum fuerit in noxios. *Et in Catilina* [cap. 9.]: Vindicatum in eos, qui contra imperium pugnaverant. Hæc Diomedes. Sed & haud diu ante Hadrianum etiam Tacitum eodem significatu & constructione in IV. Historiarum [quibus eum volunt sub Trajano principe operam navasse] cap. 45. scripsisse reperio: *Et cognita caussa, IN convictos vindicatum*. At Florus etiam alterum accusativum criminis puniti addit lib. II. cap. 6. sect. 55. *Cœpit ...* E *Italiæ suæ clades IN Africam vindicare*. Simili modo Justinus lib. 37. cap. 3. extremo: *Facinus IN auctores vindicavit*. Ubi non recte Schefferus mavult, *In auctore*. Hæc eo subtilius enotavi, ut vel ex hac una locutione [a qua cetera non abludunt] hujus epistolæ dictionem auctorem suum non dedecere, intelligas.

* Leg. *sævioribus*. Vid. notam * sub finem sup. pag. 729.

INDEX CAPITUM

Operis præcedentis Mazochiani.

APPENDIX I.

APPENDIX II.

QUA

Hadriani ad Minucium Fundanum epistolæ Latinus textus genuinus quem olim S. Justinus exhibuerat, pro deperdito deploratus, sospes ex Rufino & integer lectori sistitur.

FINIS.

INDEX I.
LOCORUM
SACRÆ SCRIPTURÆ.

GENESEOS.

LEVITICI.

NUMERORUM.

DEUTERONOMII.

JOSUE.

PROVERBIORUM.

ECCLESIASTÆ.

SAPIENTIÆ.

JEREMIÆ.

MARCI.

LUCÆ.

INDEX II.

VOCUM ET PHRASEΩN GRÆCARUM, NOTATU DIGNIORUM.

A

B

Γ

Δ

E

Z

H

Θ

I

K

Λ

M

N

Ξ

O

Π

Ρ

Σ

INDEX III.

RERUM ET PERSONARUM.

A

B

D

F

H

I

L

M

N

O

Q

R

S

T

T

V

Z

F I N I S.



EMENDANDA.

In Epistolarum Syriacarum interpretatione.

Pag. VIII. d. lin. 4. spiritu Dei. *leg.* spiritui Dei.
—— IX. b. —— 4. *hæreditatis*, hæredes. *leg.* hereditatis, heredes.
—— XXIII. d. —— 5. reperimus timore Dei. *leg.* reperimus habitasse in timore Dei.
—— XXIII. not. 3. *conversabuntur*. leg. *conversabantur*.

In textu.

Pag. 21. e. lin. 1. ὀφθαλμῶν ὑμῶν. leg. ὀφθαλμῶν ἡμῶν.
—— 21. b. —— 3. φυλλορεῖ. leg. φυλλοῤῥεῖ.
—— 29. a. —— 7. ἀλλ' ἢ Ιερυσ. leg. ἀλλ' ἢ ἐν Ιερυσ.
—— 260. e. —— 11. ἐμιμῦντο, ὄν- leg. ἐμιμῦντο, ὄντα ἐξεμπλάριον Θεῦ.
—— 262. b. —— 10. ἑδραῖ☉. scrib. ἑδραῖ☉.
—— 266. e. —— 8. γεννητός. scrib. ὁ γενητός.
—— 274. c. —— 9. ὑμὰς. scrib. ὑμᾶς.
—— 295. a. —— 5. κακοδαίμον. scrib. κακοδαίμον.
—— 295. c. —— 10. Τρεϊανός. leg. Τραϊανός.
—— 342. a. —— 13. αὐτάνδρυς. leg. ἀντανδρ. Confer pag. 364. a. lin. 8.
—— 360. c. —— 4. ῥομφαία. scrib. ῥομφαῖα.

In versione.

Pag. 66. d. lin. 3. coetum. *scrib.* cetum.
—— 152. a. —— 10. commorationem. *leg.* commemorationem.
—— 200. e. —— 9. Carran. *scrib.* Charran.
—— 205. b. —— 7. feminate. *leg.* seminate.
—— 325. d. —— 7. indignis. *leg.* indigis.
—— 413. a. —— 8. Bacchi nepos. *leg.* Bacchii nepos.
—— 463. b. —— 4. cui animam. *leg.* cum animam.
—— 484. c. —— 1. *calcato: uvæ calcatæ plenus?* leg. *calcato, uvæ calcatæ pleno?*
—— 504. a. —— 2. gentium. *leg.* genitum.
—— 517. b. —— 5. filio Navæ. *scrib.* filio Nave. Sic & p. 519. a. 7. 583. a. 15. & alibi.
—— 524. b. —— 2. fulgoribus. *leg.* fulguribus.
—— 556. c. —— 11. *tentaverint*. leg. *tentaverunt*.
—— 605. b. —— 11. etiamum. *leg.* etiamnum.
—— 637. a. —— 12. aliquis esset. *leg.* aliquis essem.
—— 642. b. —— 10. conspicuam sibi. *leg.* conspicuam sibi soli.
—— 642. c. —— 5. portioni. *leg.* portionis.
—— 668. a. —— 1. Ptolomæus. *leg.* Ptolemæus.
—— 668. c. —— 6. Amphyctionis. *scrib.* Amphictyonis.
—— 680. a. fine 2. spiritus. —— spiritum.
—— 697. c. —— 14. præ er. *leg.* præter.

In notis.

Pag. 12. not. a. lin. 10. ourriculo. *leg.* cursu.
—— 47. not. —— 6. præstantium. *leg.* præsentium.
—— 156. not. 15. παντοκράτορι. leg. παντοκράτορι.
—— 234. —— 2. loco ' habeat. *leg.* loco i habeat.
—— 342. ad V. 192. —— 1. Αἰναεν. leg. Αἰναον.
—— 145. §. IV. —— 1. Heic pater. *scrib.* Hic pater.
—— 356. ad V. 35. —— 2. ad Autolyc. cap. 35. *leg.* ad Autolyc. cap. 31.
—— 362. ad V. 341. ῥίξης. leg. ῥίζης.
—— 387. ad V. 81. —— 4. ἀφηκε. scrib. ἀφῆκε.
—— 393. ad V. 314. —— 6. Costantinus. *leg.* Constantinus.
—— 676. col. 2. —— 2. subit. *leg.* subeat.
—— 678. col. 2. a fine —— 7. De m. *leg.* Deum.
—— 698. not. 2. —— 3. ξύλων. scrib. ξύλον.

In præfatione generali & in prolegomenis.

Pag. III. lin. 11. pleraque, plerisque. *leg.* complura, compluribus. Sic p. V. l. 23. & p. VIII. l. 35. Sic & alibi.
—— IV. —— 41. jerit. *scrib.* ierit. Sic p. VI. l. 37.
—— V. —— 23. pulchrior. *scrib.* pulcrior.
—— XXXVIII. c. §. VIII. *Quæstio de Ægea Epistolæ Achaicæ*. leg. *Quæstio de Ægeu in Epistola ecclesiæ Achaicæ memorato*.
—— XLVII. a. —— 5. *alia pleraque*. leg. *alia quoque*.
—— LXXIV. a. —— 7. *De eodem scriptore Pellaeo falsa nonnulla feruntur*. leg. *De eodem scriptore nonnulla perperam dicta exstant*.
—— LXXVI. e. —— 3. inscribendo. *leg.* scribendo.
—— LXXXII. b. —— 6. *versionis*. leg. *versionum*.
—— LXXXIX. a. —— 2. 5. *proposuit* —— *in medium adducta expensaque*. leg. *exposuit* —— *proposita simul & expensa*.
—— CXXII. d. —— 12. *Delenda hæc verba*: Et recte quidem: qua de re vide sis quæ de Tatiano superius edisseruimus.

In Indice.

Pag. 788. THOBIÆ. *leg.* TOBIÆ.

Si qua vero sint quæ nostram diligentiam effugerint, eruntque sane plurima, ea lectorum humanitati relinquimus.



